MAGISTRI HENRICI A GANDAVO

Doctoris Solemnis,

ORDINIS SERVORVM

SVMMAE PARS TERTIA.

FERRARIÆ.

Apud Franciscum Succium Typographum Cameralem.
SVPERIORVM PERMISSV M. DC. XLIII.

sentiri potest, quicquid præstantius, ad decorem, quicquid sublimius ad potestatem, hoc Deo intelligas conuenire: & hoc tam in essentialibus quam in personalibus indifferenter. Nunc autem ita est, quòd persona nominat aliquid, quod est dignitatis simpliciter in creaturis, & in increatore. Nominat enim ex suo significato
a.5. rationem incommunicabilis, vt patet ex prædicta auctoritate Ricardi, quæ prouenit ex perfectione eius, qui habet in se id quod alteri non potest communicari secundum, quòd dicitur persona, secundum quòd infra videbitur. Nominat etiam illam circa naturam rationalem, seu intellectualem, quorum vtrumque est dignitatis, & nobilitatis. Idcirco simpliciter absolute ponendum est personam esse in Deo, & tanto verius, & perfectius quanto verius, & perfectius ratio incommunicabilis, & intellectuali tatis habent esse in Deo, secundum quòd patebit ex determinandis.

5. Ad aliqualem tamen horum declarationem sciendum, quòd in istis octo quæ sunt indiuiduum, hoc aliquid, singulare, res naturæ, subsistentia, substantia, suppositum, persona, quasi idem repræsentatur, & significatur circa naturam, & essentiam naturalis rei, largissime accepta natura. De qua dicit Boethius de dua-
In initio. bus natur. *Si de omnibus rebus natura dici placet, talis definitio dabitur, quæ res omnes quæ sunt possit includere. Est igitur natura earum rerum, quæ cum sint, quoquo modo intellectu capi possunt.* In hac igitur definitione accidentia, & substantiæ definiuntur: sed prima duo, scilicet indiuiduum, hoc aliquid, inueniuntur solummodo in essentia creaturę, & tam in substantijs, quam in accidentibus, & non in essentia increata siue in Deo. Indiuiduum enim ex opposito distinguitur contra diuiduum. Non est autem diuiduum nisi re vniuersale, neque ratio siue intentio diuidui nisi circa vniuersale secundũ rem, quare neque indiuiduum est nisi re particulare siue singulare sub vniuersali indiuiduatum, neque ratio siue intentio indiuidui, nisi circa particulare siue singulare secundum rem indiuiduatum sub eo quòd est re vniuersale.
a.43 q.2 Quare cum in Deo secundum supra determinata, non est inuenire rationem vniuersalis, aut particularis realis, similiter neque rationẽ indiuidui, nisi extendendo nomen indiuidui ad rationem singularis, iuxta illud quòd dicitur in principio Decretalium. *Hæc sancta trinitas secundum communem essentiam indiuidua*, quemadmodum cum continuo sequitur. *Et secundum personales proprietates discreta*, ibi extenditur nomen discretionis ad nomen distinctionis. Discretio enim non est propriè in diuinis personis, sed distinctio. Est autem inuenire rationem indiuidui, in omni creatura tam ex parte naturæ siue essentiæ quam ex parte suppositi, quòd est res naturæ, sed in natura, quia ipsa existit in supposito, siue ipsa natura, sue sit substantialis, siue accidentalis. Non enim dicitur indiuiduum natura siue essentia vt humanitas, vel albedo, nisi quia est indiuidui suppositi, quia secundum superius determinata, humanitas non est hæc, nisi quia est huius, neque similiter albedo, vt sic indiuiduum hoc res naturæ a.28. q.5 n.4. infr q.3. n.7.
propriè dicatur indiuiduum esse, natura vero essentia rei siue secundum se, siue vt indiuiduata in supposito.

6. Hoc aliquid autem cum indiuiduo idem nominat secundum rem, differens autem sola ratione. Ambo enim significant rationem partis acceptæ sub aliquo diuiso expressæ per negationem. Sed indiuiduum exprimit negationem illam in comparatione ad ipsum diuisum, negando circa partem indiuisibilitatem a qua imponitur hoc nomen indiuiduum. Hoc aliquid vero exprimit negationem eandem in comparatione ad ipsum diuisum, & addit cum hoc rationem negationis in comparatione ad partem condiuisam. Cum enim dicitur. *Hoc* intelligitur res siue natura esse quid indiuisum, siue indiuiduum in se propter demonstrationẽ rei, quæ oculis conspici potest. Cum vero additur *ly aliquid*, exprimitur, quòd sit à condiuiso aliud quid, & in natura, & essentia indiuidua, & in supposito. Quod nullo modo conuenit in diuinis vni supposito in comparatione ad aliud, inquantum ly aliud dicit differentiam in natura, & essentia. Etsi enim vnum suppositum in diuinis sit aliud ab alio in supposito, non tamen in essentia, & natura, vt infra patebit. Quare cum aliud in neutro per se essentialem differentiam nominat, ideo cum absolutè ponitur, sicut cum dicitur hoc aliquid nullo modo recipitur in diuinis, vt dicatur absolute vnum diuinorum suppositorum esse aliud quid ab altero, sed solummodo cum determinatione suppositi, vt dicatur vnum eorũ esse aliud suppositum ab altero. Vnde si propriè velimus loqui in diuinis sicut in creaturis, debemus in hoc nomine alius distinguere rationem generis masculini, & neutri, vt sicut in creaturis propriè dicimus indiuiduum suppositum esse hoc aliquid, hoc idest in se indiuiduum siue indiuiduatum, sed ab alio supposito aliud quid, hoc est in essentia communi quid, sed in essentia indiuiduali aliud quid ab essentia condiuisi, sic in Deo suppositum propriè dicatur hic aliquis, hic idest in supposito singulare existens, sed ab alio supposito alius quis, & distinctus ab eo.
a.75. q.1
q.5. ad 1.

7. Cætera vero sex inueniuntur tam in re increata quam in re creata. Sed illud quod est singulare, inuenitur communiter in accidentibus, & in substantijs, alia vero quinque in substantijs tantum. Singularis autem ratio

est,

MAGISTRI HENRICI A GANDAVO

DOCTORIS SOLEMNIS ORDINIS SERVORVM

SVMMAE PARS TERTIA.

DE DEO QVOAD RESPECTIVA.

Continens Articulos viginti tres, Quæstiones vero centum triginti vnam.

POST tractata hucusque de ijs, quæ in Deo pertinent ad communem substantiam, deinceps restat tractandum de illis, quæ pertinent ad personarum distinctionem. Et hoc primò de eis, quæ pertinent ad propria. Secundo de eis, quæ pertinent ad appropriata. Et circa propria, primò de eis, quæ conueniunt singulis personis secundum se. Secundò de eis, quæ conueniunt ipsis ad inuicem cõparatis. Et de illis, quæ conueniunt singulis secundum se. Primò in generali. Secundò vero in speciali. Et in generali primò de ipsis personis. Secundo de proprietatibus personarum, quæ communiter notiones dicuntur.

Circa diuinas autem personas in generali, inquirenda sunt duo.
Primum, de modo essendi personas in Deo.
Secundum, de modo emanandi vnam ab altera.

tionalem: vt dicit Boethius de duab. naturis. Quemadmodum enim idem significant curuũ & simum: sed curuum significat illud sub indifferentia ad quamlibet materiam: Simum vero significat idem, vt determinatum ad nasum, & proprium ei: Sic indiuiduum significat indeterminatum quid ad naturam rationalem & irrationalem: persona vero determinatum, & proprium quid naturæ rationali. Et secundum hoc persona suo nomine rationem dignitatis importat, quam non important illa, quo ad nominis proprietatem.

11. Quare cum substantia, suppositum, subsistentia, & huiusmodi, cum aliqua improprietate dicuntur in diuinis quantum est ea ratione nominis, quia in diuinis quod subsistit, non subsistit alicui, neque superiori vniuersali, neque accidentibus, sicut in creaturis, vnde accepta est nominis impositio, sed potius per se in ipsa essentia subsistit, vt infra patebit: Persona sine omni nominis improprietate in
l.4.c.20. diuinis recipitur, dicente Ricar. vbi supra. *Quod personæ ab alijs subsistentiæ, ab alijs, & substantiæ dicuntur, ad idem respicere videtur. Certum enim est quod respectu eorum, quæ eis solent inesse dicuntur substantiæ, vel subsistentiæ, quamuis minus propriè substantiæ, vel subsistentiæ dici possunt*, & subdit post pauca. *Apud latinos puto nullum nomen inueniri posse, quod possit melius aptari pluralitati diuinæ, quam nomen personæ*. Quod probat ex communi vsu Christianorum omnium, & scripturæ sacræ auctoritate, subdens. *Et quidem fideli animo nihil magis autenticum esse debet quam quod ore omnium sonat, & catholica auctoritas confirmat.*

12. Ad primum in oppositum, quòd rationale, & indiuiduum secundum Boethium ponuntur in definitione personæ, quæ non conueniunt Deo: Dicendum, quòd Boethius largè sumit rationale, vt comprehendat pure intellectuale, & similiter indiuiduum vt comprehendat etiam incommunicabile, & illo modo extensionis ambo Deo conueniunt. Vnde quia in tali extensione impropriè ambo Deo conueniunt: & similiter nomen substantiæ, vt dictum est (quod & ponit Boethius in illa de- l.de dua. b. natu.
finitione) ideo Ricar. 4. de Trinitate cap. 22. corrigit definitionem Boethij, & quasi appropriat diuinis. Vbi enim dicit Boethius, *quòd* c.22.
persona est substantia indiuidua rationalis naturæ. Ricardus dicit, *quod est incommunicabilis existentia naturæ*. Quomodo autem huiusmodi definitio intelligenda, & exponenda sit, inferius q.5.
videbitur.

13. Ad secundum, quòd dicuntur tres personæ non vt illud diceretur, sed ne omnino taceretur: Dicendum quòd hoc non dicit Augustinus propter aliquam falsitatem, sed propter vsus nominis nouitatem circa diuina. Id enim quod exprimitur nomine personæ in veritate, ab æterno erat in Deo secundum veritatem, aut circa ipsum concipi poterat, sed vsus non habuit, vt illud exprimeretur hoc nomine, nec expressisset nisi insidiæ hæreticorũ ad hoc coegissent vt dicit Augustinus in 7 de c.4.to.8.
Trinitate. Vnde quod dicit Augustinus. *Non illud diceretur*, sic habet intelligi, cum quæsitum erat ab hæreticis, qui vel quid tres, responsum est tres personas, non vt diceretur illud quod hæretici interrogabant, cum quærebant qui tres, sed ne omnino taceretur. Non enim hac responsione satis fit illorum interrogationi iuxta eorum intentionem, vt infra videbitur, sed interrogantibus solum, qui vlterius non habebant quid quærerent, per quod liberabantur fideles ab eorum impugnatione absque confusione, quam incurrissent tacendo. Vnde dicit Ricar. 4. de Trinitate cap. 5. *Qui hoc nomen personæ ad diuina primò transtulerunt, hoc ipsum ex necessitate fecerunt, sed quod ab eis ex necessitate factum fuit, non sic Spiritus Sanctus qui eorum cordibus præsidebat, qua ratione, & veritate illud fieri voluit, & nos iam cum omni diligentia quærimus, non sub qua acceptione primò ab hominibus sit impositum, nec ex qua necessitate sit postea ad diuina transumptum, sed in qua veritate per spiritum veritatis sit translatoribus inspiratum, & à latina ecclesia vniuersaliter frequentatum.*

Conclusiones ex Quæstione Prima, Articuli Quinquagesimi tertij.

1. *Simpliciter absolutè ponendum est personam esse in Deo*. n. 4.
2. *Substantia, suppositum, subsistentia, & huiusmodi cum aliqua improprietate in diuinis dicuntur*. n. 11.
3. *Persona sine omni nominis improprietate in diuinis recipitur*. ibid.

QVAE-

QVAESTIO SECVNDA.

Vtrum perſona habeat eſſe in Deo propriè, an tranſumptiuè.

CIrca ſecundum arguitur, quòd perſona non propriè, ſed tranſumptiuè dicitur in Deo.

1. Primò ſic, quod primo, & principaliter ſignificat indignũ quid & vile, ad quod ſignificandum imponitur, nõ poteſt propriè dici De Deo, quia (vt patet ex ſupra determinatis) nihil propriè dicitur de ipſo niſi id quod eſt ſimpliciter nobilius, & dignius circa vnumquodque, perſona eſt huiuſ-
a.32.q.5 modi, quia ſecundum Boethium de duab. naturis, *nomen perſonæ videtur aliunde tractatum, ex his ſcilicet perſonis, quæ in comœdijs, & tragœdijs eos quorum intererat homines repræſentabant.* Sed talis repræſentatio vile quid erat, quia per hiſtriones, & viles homines facta, vt dicit ibidẽ & in ſcurrili loco, ergo &c.

2. Idem patet per Boethium, qui expreſſe dicit ibidem. *Nos propter inopiam ſignificantium vocum tranſlatam retinuimus nuncupationem, quam illi* (ſcilicet græci) *hypoſtaſim dicunt, perſonam vocantes*, ſed nominatio tranſlatiuẽ dicta non eſt propria in diuinis, quia ex oppo-
a.32.q.5 ſito diſtinguitur ſecundum ſupra determinata, ergo &c.

3. In oppoſitum eſt illud quod ſupra dictũ
ſup q.1. n.12. eſt, Ricardi: *nullum nomen inueniri poſſe quod poſſit melius aptari pluralitati diuinæ*, quod non eſſet, niſi propriè eſſet ipſum ponere in Deo.

4. Dicendum ad hoc, quòd cum quædam dicuntur de Deo per proprietatem, ſiue propriè, quædam vero per ſimilitudinem ſiue tranſumptionem, quæ ſint talia, vel talia aſpiciendum eſt ad nominis ſignificatum, non ad vocis vſum. Quæcunque enim important aliquid in ſuo ſignificato quòd eſt dignitatis ſimpliciter, dicuntur de Deo propriè, cætera vero omnia tranſumptiue, ſecundum quod patet ex ſupra determinatis. Nunc autem ita eſt in propoſito de ſignificato perſonæ, quòd quemadmodum nomen iſtud, quod eſt indiuiduum ſignificat circa quodcunque cui attribuitur ratio indiuidui, ſiue fuerit ſubſtantia, ſiue accidens, conceptum mentis quo res intelligitur eſſe ſingularis, & determinata, ſiue ſignata in indiuiſibili per eſſentiam ſub aliquo vniuerſali, cui ex ſe conuenit ratio indiuidui, qua quidẽ ſignificatione intelligitur eſſentia illa eſſe aliquid in ſe indiſtinctum, & incommunicabile, ſiue indiuiſibile per eſſentiam, & diuiſum à quolibet alio ſuæ naturæ, vt ſic in ſe ſit vnum, quod non eſt natum eſſe hoc, & aliud, ſed ita hoc quòd non aliud, nec natum eſſe aliud, quẽadmodum è contra natura generis nata eſt eſſe diuerſæ ſpecies, & eſt in potentia ad illas, ſimiliter natura ſpeciei diuerſa indiuidua, ſic nomen iſtud quod eſt perſona, idem ſignificat circa ſubſtantias intellectuales creatas, ſecundum quod prætendit definitio perſonæ quam aſſignat Boethius. Cum vero aſſumitur ad diuina, idem ſignificat, ſed modo ſeu ratione eminentiori, quemadmodum ſignificant in diuinis aſſumpta a creaturis, quantumcunque propriè dicuntur de Deo, vt patet ex ſupra determinatis. ibid. Indiuinis enim ſignificat perſona conceptum mentis quo quis intelligitur incommunicabilis eſſe per ſuam proprietatem, & eſſe aliquis in ſe per illam proprietatem, non natum eſſe ſecundum illam hic, & aliud, ſed ſic eſt diſtinctus ab alio, vt non ſit ille, ſecundum quod prætendit definitio perſonæ aſſignata ab Ricar. Et eſt ille modus exiſtendi ſummè nobilis, ſcilicet vt vnam eſſentiam ſingularem plures habeant communicatam, qui incommunicabiles ſunt ſecundum ſuas proprietates, quod amplius patebit inferius. Propter quod etiam iam dictum eſt ſupra, quòd perſona ſignificat aliquid quod eſt nobilitatis ſimpliciter, & in diuinis nobilitatis ſummæ. Quare cum tale quid, ſecundum ſupra determinata, habeat eſſe propriè in diuinis, idcirco ſimpliciter dicendum eſt, quòd perſona propriè habet eſſe in diuinis, & non per ſimilitudinem neque tranſlationem.

5. Veruntamen propter argumenta ad primam partem intelligendum eſt, quòd duplex eſt tranſlatio. Quædam ex parte rei, quando ſcilicet res non conuenit diuinis ſecundum idẽ ſignificatum, neque etiam ratione eminentiori, ſed ſecundum quandam ſimilitudinem tantum, quemadmodũ in Deo dicuntur eſſe character, ſpeculum, & huiuſmodi, & talia non habent eſſe propriè in Deo. Alia vero eſt trãſlatio ex parte nominis tantum, quando ſcilicet nomen eſt primò impoſitum creaturis, & vſitatum tantum circa ipſas ſecundum vnam rationem rei, & non eſt vſitatum in diuinis ſecundum rationem eminentiorem rei, neque impoſitum ad illam repræſentandum, quemad-

mo-

modum contingit in singulis, quæ à creaturis per proprietatem assumuntur, in qua quidem assumptione, siue translatione quasi noua fit nominis impositio, & tali translatione transfertur nomen personæ ad diuina, & tamen per proprietatem, licet non secundum communẽ, & propriam acceptionem, secundum quam nomen personæ primò fuit vsitatum in creaturis. Nam vt dicit Ricar. 4. de Trinit. cap. 1. *si quis velit nomen personæ sub communi, & propria acceptione intelligere, nullo modo putet plures personas posse subsistere in vnitate substantiæ. Non enim facile capit humana intelligentia, vt possit esse plus, quam vna persona, vbi non est plus quam vna substantia. Hinc innumeri errores infidelium, hinc est quòd alij diuinæ substantiæ vnitatem scindunt, hinc est quod Arriani, & Sabelliani per contrarias sectas sunt diuisi.*

6. Per quod patet ratio ad ambo argumenta, maximè autem ad secundum.

7. Ad illud autem quod arguitur in primo argumento, quòd persona in creaturis imposita est ad repręsentandum vile, & inutile quid, vt indiuidua hominum, quos histriones in ludis theatricis repręsentant: Dicendum ad hoc, quòd de impositione huius nominis persona, & à quibus translatum sit, sunt diuersæ sententiæ. Nam (vt dicit magister Alexander in Summa sua) secundum quosdam, hoc nomen persona in substantijs originem sumpsit à persona grammaticali, quæ nihil aliud est quam proprietas, qua quis est ille qui loquitur, vel ad quem quis loquitur, vel de quo quis ad alium loquitur. In primo enim modo dicitur esse persona prima: in secundo, secunda: in tertio, tertia. Et quia ista proprietas conuenit vnicuique illorum, vt est in se, & per se vnus, idcirco vt in tali habitudine consistit, dicitur quilibet illorum persona. Et secundum rationem vocabuli dicitur persona quasi per se vna. Alia verò est sententia Boethij de duab. natur. vnde argumentum sumptum est, quod videlicet nomen personæ videtur tractum ex illis, qui in Comœdijs, Tragœdijsque ludorum theatricorum repręsentabant illos loco quorum cantus theatricos proferebant, vt Herculem, Chremetem, & cæteros tales, qui pro magnis, & honorabilibus habebantur, propter quod & histriones repręsentantes illos tanquam dignos, & honorabiles viros personæ vocabantur, quemadmodum in ecclesiasticis dignitatibus positi, quia magni, & honorabiles viri esse debent, & ad minus eos repręsentant, personæ vocantur. Et secundum proprietatem vocabuli in ista translatione secundum Boethium, persona secundum rationem vocabuli dicta est à personando, hoc est perfectè, & expressa voce sonando, & hoc idcirco, quoniam illi histriones quandam laruam, faciem scilicet de ligno, vel cupro factam, quæ illum vice cuius cantabant repręsentabat, tanquam nouum quid, & admirabile ad quod omnes aspiciebant, habebant ligatam ante facies suas, quæ quidem larua obtegebat vultum, & oculos eorum, & de concauitate illa necesse erat quòd maior resonaret sonus. Vnde & græci sic laruatos, quos latini appellant personas, appellabant Prosopa, eo quòd illa larua ante oculos eorum ponebatur. Dicitur enim græcè Prosopon a πρὸς quod est in, & ὤψ ὠπὸς quod est facies, quasi habens aliquid in facie. Et quia tales propter illam laruam, qua omnibus erant noti, & cogniti, personæ dicebantur, idcirco inoleuit vsus (sicut dicit Boethius) quod homines omnes elegantes, quorum certa pro sui forma, & dignitate agnitio erat, personæ dicerentur, & postmodum etiam generaliter omnes naturę intellectuales indiuiduales, & hoc propter naturæ illius dignitatem supereminentem... vnde & vltimò translatum est ad diuina. Etsi enim a vilibus hominibus, & in vili officio positis, vt procedit obiectio, non tamen inquantum viles erant, sed inquantum nobiles, & honoratos viros repręsentabant, vt sic nomen personæ aliquid dignitatis, & nobilitatis omnino repręsentet, vt dignè possit per proprietatem non solum per similitudinem transferri ad diuina.

p. 1. q. 56 memb. 1.

Conclusiones ex Quæstione Secunda, Articuli Quinquagesimi tertij.

1. *Simpliciter dicendum est, quòd persona propriè habet esse in diuinis, & non per similitudinem, neque translationem.* n. 4.
2. *Aliqua translatione transfertur nomen personæ ad diuina, & tamen per proprietatem.* n. 5.

QVAESTIO TERTIA.

Vtrum persona vniuoce, & eadem ratione habet esse in Deo, et in creaturis, an æquiuocè, & secundum rationes diuersas.

Circa tertium arguitur quod persona habet esse vniuoce, & secundum eandem rationem in Deo, & in creaturis.

1. Primò sic, quod habet esse in aliquibus secundum idem nomen, & eandem diffinitionem, conuenit eis vniuoce, & eodem modo: sic habet esse persona in Deo, & in creaturis, vt patet ex definitione personæ secundum Ricard. ergo &c.

2. Secundò sic, illud habet vniuocè, & eodem modo esse in aliquibus, cuius formalis ratio, & completiua habet esse vniuoce in eisdē, Formalis autem ratio personæ est, quòd sit alicuius, hoc est in se singularis, & incommunicabilis, & à quolibet alio tali alius quis, & distinctus ab eo, & hoc vniuoce habet esse in Deo, & in creaturis, quia quòd in se sit singularis, & incommunicabilis non importat nisi negationem, similiter neque quòd sit alius quis à distincto ab eo, negatio autem vniuoce, & eodem modo habet esse in Deo, & in creaturis, quemadmodum non esse lapidem vniuoce, & eodem modo conuenit eis, ergo &c.

3. In contrarium arguitur primò sic, nihil significans rem aliquam, & naturam habet esse vniuoce, & eodem modo in eis quorum non est aliqua natura communis, quia vniuocatio est ex re communis vnitate, vt patet ex definitione vniuocorum in prædicamentis, Deo autem, & creaturæ nulla habet esse communis natura, vt patet ex supra determinatis, & nomen personæ significat rem, & naturam subsistentem, vt infra patebit, ergo &c.

a.r.c.1. to.1.

a.15.q.a

a.5.

4. Secundò sic illis non conuenit vniuoce esse personam, quibus non conueniunt vniuoce ea quæ sunt de ratione personæ, & integritate eius. De ratione autem personæ, & integritate eius est natura siue essentia, & ratio incommunicabilitatis, vt patet ex eius definitione superius exposita, neutrum autem horum est vniuoce in Deo, & in creaturis, quia de ratione, & integritate personæ est essentia in diuinis, vt est communicabile quid in eadem singularitate: in creaturis vero vt est communicabile non in eadem singularitate, sed solum in communitate rationis. Vnde in diuinis est vna essentia singularis plurium, in creaturis autem non, sed necessariò plures plurium. Similiter etiam incommunicabilitas personæ in diuinis est ex proprietate relatiua, in creaturis autem ex sola negatione, ergo &c.

a.1.

5. Ad intellectum quæsiti in hac quæstione oportet videre quid intelligatur nomine personæ, quod scilicet facit aliquid esse personam, & aspicere ad illud, an vniuoce, & secundum eandem rationem habeat esse in Deo, & in creaturis. Quia si sic, & vniuoce, & secundum eandem rationem persona haberet esse in illis. Si vero non, nequaquam. Et quia esse personam secundum Boethium de duab. naturis, non conuenit alicui vniuersali sed solummodo singulari, & secundum rationem illam, qua est singulare, licet non qualitercunque, sed in se existens non in alio, in accidentibus enim non est persona, neque anima nostra, vt est actus corporis est persona, neque deitas ipsa, quæ est in suppositis neque vniuersaliter aliquid quod non habet esse suum in se, & per se alteri non vnitum, vnde humanitas Christi non est persona in Christo. Ad rationem igitur singularis in se, & secundum se existentis, quod intelligitur nomine personæ, oportet aspicere in hac quæstione. Super rationem enim talis singularis nihil addit ratio personæ, licet persona suo nomine non nominat huiusmodi singulare, nisi circa determinatam materiam, intellectualem, scilicet vt dictum est. q.1.a

6. Circa rationem igitur talis singularis, vt communiter accipitur, non determinando sibi materiam hanc vel aliam, sed vt absoluto nomine intelligitur. Sciendum quòd nomine singularis duo intelliguntur, & intentio quædam indistinctionis rei in se, & distinctionis eius ab alijs, & ipsa res circa quam intelligitur huiusmodi intentio, & ad vtrumque debemus aspicere.

7. Aspiciendo igitur primò ad rem ipsam sciendum, quòd quodammodo aliter habet esse in creaturis, aliter in diuinis, & quodammodo similiter. In creaturis enim nihil habet esse singulare nisi sit indiuiduum sub aliqua forma, quæ quantum est de se, forma est, & essentia a.12.q.a a.6.

tia tantum absque ratione vniuersalis, & singularis, cui accidit ratio vniuersalis ex consideratione intellectus circa ipsam, inquantum scilicet eam consider. t eam vt abstractam à singularibus, & iterum vt applicabilem eisdem per prædicationem. Vnde cum talis forma specifica est, ex natura sua diuidua est, hoc est nata diuidi non dico illa diuisione, quæ est in formã generis, & differentiæ, vt in partes integrantes eius essentiam, de qua nihil ad præsens, sed in partes subiectiuas, ad quas tota integritas formæ est in potentia, vt tota sit in hac, & tota in illa, vt humanitas in hac humanitate quę est Petri, & in illa humanitate, quæ est Pauli, in quibus illa indiuiduatur per hoc quod facta est hæc, & illa, quod secundum Philosophum
Ibid. 9.1.n.5. non fit nisi per subiectam materiam in qua primo ex se est partibilitas, vt quòd humanitas non est hæc, nisi quia in hac parte, nec illa, nisi quia in illa parte materiæ, quemadmodum albedo non est hæc, nisi quia est in hoc subiecto. Vnde & formas immateriales omnes posuit ex se esse singulares, quemadmodum nos ponimus deitatem esse ex se quandam singularitatem, quod non est ponendum, immo quòd quælibet forma creaturæ specifica est, & materialis, & indiuidualis in plures partes subiectiuas, etiam licet in se absque omni subiecto, & materia nata sit subsistere. Fit autem illa eius indiuiduatio in parte subiectiua, vt humanitas in hac humanitate, immo in hoc homine effectiue, non nisi per agens dãs ei esse, nec per materiã et si habeat materiam, nec per aliquod accidens ei inhærens, sed primò per suam significationem, & determinationem quam habet ab agente illam. Quamquã enim secundum Ambrosium 1. de Spiritu Sancto,
p.7.to.1. *omnis creatura certis limitibus suis contenta est*, humanitas tamen ampliorem habet latitudinem spiritualem, siue rationis essentiæ suæ, quam hæc humanitas. Et ideo hæc humanitas respectu humanitatis simpliciter, est determinata, limitata, & significata, in qua significatione consistit primò ratio singularis formæ subiectiuæ, sicut & indiuiduatio ipsius formæ communis. Ex consequenti autem fit vtrumque eorum per negationem consequentem illam determinationem, & annexam ei non per vnã eam, sed per duplicem, per quam scilicet separatur ab eo quod est sub se, & ab eo quod est iuxta se. Humanitas enim diuisa est in hanc humanitatem, & illam. Etiam si non esset diuisa, esset tamen quantum est ex se diuisibilis, etsi non separatur ab eo, quod est sub se per vllam negationem. Sed hæc humanitas ex eo, quod est hæc, nec est diuisa, nec diuisibilis in aliqua sub se suę naturę, & ideo negatiue se habet ad ea, quæ imaginari possent sub se, negatiue etiam se habet ad ea, quæ sunt iuxta se, & ex

opposito diuisa sub specie. Singularitas enim suæ formæ nec communicabilis est aliquibus sub se, neque alicui iuxta se. Ex hoc enim habet indiuiduum creaturę, quòd est hoc aliquid idest aliquid vnum in se, quòd non est natum esse hoc, & aliud sub se, & similiter aliud quid à quolibet alio sub forma suæ speciei. Habet etiam ex hoc, quòd est singulare suppositum, siue fuerit intellectuale, siue non intellectuale, & etiam quod est persona cum fuerit in natura intellectuali. Ratio enim suppositi, vel personæ in creatura, ex hoc habetur, quòd ipsa sit existens in se, & secundum se in natura incommunicabili, quòd necessario habetur in creaturis ex illa duplici negatione circa formam, & naturam rei determinatam.

8. In diuinis autem non sic est ratio singularitatis ex parte rei, quia in eis ipsa forma deitatis, etiam vt simpliciter, & absolute consideratur, singularis est, nullo modo nata diuidi in aliquo sub se accipiendo determinationem. a.51.q.1 n.6.
Vnde non est nata in supposito indiuiduari, per proprietates tamen relatiuas nata est communicari manens in eadem singularitate essentiæ, per quas proprietates constituitur ratio suppositi, & personæ in diuinis, & singularitatis earundem, non inquantum illæ proprietates sunt relatiuæ tantum, sed inquantum sũt relatiuè oppositæ. Ex quo sequitur duplex negatio, vna ratione cuiuslibet proprietatis personalis, quia enim ipsa ex se incommunicabilis est, ex hoc habetur negatio remouens pluralitatem communicandi alteri suam proprietatem in eadem natura, ne in diuinis sint plures personæ eiusdem respectus, vel plures Patres, vel plures Filii, vel plures Spiritus Sãcti. Altera, ratione oppositionis distinguentis, per quam habetur negatio remouens quamlibet personam à sua correlatiua. Et sic completur ratio distinctionis diuinarum personarum, & creaturarum, earum per negationem, sicut & singularitas earum per negationem, sicut & creaturarum, & quod ad hoc vniuoce, & secundum eandem rationem habet esse persona in Deo, & in creaturis, vt processit secunda obiectio ad primam partem.

9. Inquantum tamen huiusmodi negationes concomitantur in diuinis relatiuas proprietates, quæ in essentia communi personas constituunt principaliter, atque distinguunt, licet non sine virtute negationum annexarũ, in creaturis vero concomitantur ipsius naturæ, & essentiæ determinationem, quæ ipsam essentiam contrahit in suppositum, & personam, licet non sine virtute negationum annexarũ, vt dictum est supra. Et secundum hoc licet ratione negationum vniuoce, & secundũ eandem rationem habet esse. & constitui persona in Deo, & in creaturis, ratione tamen illorum quibus dictæ negationes sunt annexæ a.19 q.3 n.10. q.4.n.19

Nnnnn 2 hinc-

hincinde, quòd illic est ipsa essentia, vel natura determinata, hic vero proprietatum relatio, multum æquiuoce, & alia atque alia ratione habet esse persona in Deo, & in creaturis, inquantum altera est ratio, & æquiuoca constituendi personam, in creatura essentiæ creatæ determinatio, & in Deo proprietatum relatio.

10. Ex parte tamen negationum aliquid refert de negatione respectu eius quod est sub se, & respectu eius quod est iuxta se. Quia ex parte eius quod negatur omnino, est vniuoce negatio sub se, quia sicut diuina persona singula in se plurificari non potest, sic nec creata persona. Ex parte vero eius, quod negatur iuxta se, quodammodo est vniuoca, & quodammodo æquiuoca, quòd enim vna persona negatur ab altera in diuinis, hoc non est ratione naturæ, & essentiæ, sed personalis proprietatis. In creaturis vero, & ratione essentiæ, & ratione personalitatis vna remouetur ab altera, quia in Deo vna est essentia singularis communis pluribus personis, non sic in creaturis. Sic ergo aspiciendo ad rem ipsam circa quam consideratur intentio singularis in Deo & in creaturis, quodam modo vniuoce, & quodammodo æquiuoce habet esse persona in illis.

11. Si vero aspiciatur ad ipsam intentionē, cum ratio intentionis non diuersatur propter diuersitatem rerum circa quas est, non enim est alia ratio speciei, quæ est intentio logicalis, inquantum consideratur circa substantiam, vt circa hominem, aut asinum, & inquantum cōsideratur circa accidens, siue fuerit absolutum, vt circa albedinem, aut nigredinem, siue respectiuum, vt circa dominium, vel seruitutem. Dicendum est, quòd omnino vniuoce, & secundum eandem rationem persona habet esse in Deo, & in creaturis, quamuis in Deo consideratur circa respectiuum, in creaturis vero circa absolutum, nisi quòd personę intentio consideratur in Deo in pluribus personis respectu essentiæ singularis, non sic autem in creaturis. Sed hoc rationem intentionis in nullo variat,

12. Ad primum argumentum ostendens, quòd omnino vniuoce, & eadem ratione in Deo sit, & in creaturis, quia eadem est definitio personæ vtrobique. Dicendum, quòd non est verum, quia talis est æquiuocatio in definitione qualis est, & in nomine. Existentia enim incommunicabilis est in persona creata, & in increata, sed æquiuoca incommunicabilitate. Incommunicabilitas enim existentiæ in persona creata habetur ex essentiæ determinatione, in persona vero increata ex proprietatum relatione, vt dictum est. n.10.

13. Per hæc patet ad secundum.

14. Ad primum argumentum in oppositū ostendens, quòd omnino æquiuocè est persona in illis, quia nulla res, aut natura communis est vniuoce Deo, & creaturis. Dicendum, quòd ratio illa probat, quòd non penitus vniuocè conueniat eis, si tamen persona est nomen rei, & naturæ, sicut etiam nomina attributorum essentialium non penitus vniuocè conueniunt Deo, & creaturis, vt patet ex supra determinatis. a.32.q.2. Nec tamen ex hoc sequitur, quòd penitus æquiuocè, quia est media analogia, secundum quam tam essentialia, quam personalia, a.11.q.3. quæ conueniunt communiter Deo, & creaturis, per prius Deo conueniunt quantum est ex ratione significati per vocem, licet quantum est ex vocis impositione, conueniunt eis modo conuerso, quia à creaturis fit omnis vocum translatio quibus vtimur circa creatorem, secundum quòd melius infra declarabitur disputando de modo loquendi de Deo. Si vero persona sit nomen intentionis, tunc argumentum falsum supponit de significato personæ, quòd significat rem, & naturam, immo potius quendam modum conceptus circa rem, quem nihil repugnat vniuoce quodammodo, & secundum eandem rationem esse in Deo, & in creaturis, & quodammodo æquiuoce, vt iam dictum est. n.83. Sed de illo erit sermo in sequenti quæstione, in qua loquemur de significato huius nominis persona, licet enim nulla res pure vniuoce cōueniat Deo, & creaturis, nihil tamen repugnat aliquam intentionem secundam pure vniuoce ipsis conuenire, quia nō ponit aliquid in Deo, sed potius in conceptu intellectus, vt infra patebit. q.5.

15. Ad secundum, quòd essentia non est vniuoca de ratione personæ in Deo, & creaturis, quia in Deo habet rationem communicabilis, in creaturis vero incommunicabilis. Dicendum, quòd secundum Ricard. 4. de Trinita. cap. 8. vt infra magis exprimetur, *personam iuxta eandem intelligentiam accipimus in singulari, & in plurali. Sed siue essentia sit communicabilis, siue non, siue plures in pluribus personis, siue vna, & eadem singularis, nihil interest.* Vnde cum duo sint de integritate personæ, scilicet essentia, & personalis proprietas, vt patebit inferius circa personas diuinas, ipsa essentia est quasi materiale in eadem, & proprietas quasi formale, ita quòd in ratione proprietatis consistit ratio personæ, ita quod persona ē vna si proprietas sit incōmunicabilis, & vna, & plures personę si plures sint tales, siue substantia sit cōmunicabilis pluribus in vna singularitate, siue tātū in pluribus singularitatibus. Vt enim q.5. dicit Ricard. cap. 10. *sicut esse substantialiter aliud, & aliud non tollit vbique vnitatem personæ, sic esse pluraliter vnum, & alium, non scindit vbique vnitatem substantiæ. Nam in humana natura alia est substantia anima, alia corpus, cum tamen non sit nisi vna persona In diuina vero natura* Ibid.

tura aliut aliquis eſt perſona vna, & alius aliquis perſona altera, cum tamen non ſit niſi vna eadem- ibid. *que ſubſtantia.* Et vt dicit cap. 25. *proprium eſt diuinæ naturæ pluralitatem habere in vnitate ſubſtantiæ perſonarum. E contra vero proprium eſt humanæ naturæ ſubſtantiarum pluralitatem habere in vnitate perſonæ. Nam quòd humana perſona in ſimplicitate ſubſtantiæ inuenitur, non eſt de natura ipſius conditione, ſed de ipſius conditionis corruptione fore deprahenditur*, & hoc non niſi ab eo, quod eſt formale in eſſe hominis, a quo principaliter trahit ſuam perſonalitatem, vt in anima ſeparata.

16. Cũ ẽt additur, quòd incommunicabilitas non eſt eiuſdem rationis in creaturis, & in Deo. Dicendum, quòd inquantum eſt ex parte poſitiui quod importatur nomine proprietatis in diuinis, non eſt aliquid correſpondens in indiuiduatione creaturæ, & quantum ad hoc ratio indiuiduationis, vel perſonalitatis non eſt vniuoce in creaturis, & in Deo, quantum tamen eſt ex parte negationum annexarũ, partim eſt vniuocatio, partim æquiuocatio, vt expoſitum eſt.

Concluſiones ex Quæſtione Tertia, Articuli Quinquageſimi tertij.

1. *Ratione negationum quibus completur ſingularitas perſonalis, vniuocè, ſecundum eandem rationem habet eſſe perſona in Deo, & in creaturis.* n. 8.
2. *Ratione illorum quibus ſunt annexæ negationes, multum æquiuocè, & alia, atque alia ratione habet eſſe perſona in Deo, & in creaturis.* n. 9.
3. *Ex parte negationis ſub ſe, eſt ratio vniuoca, ex parte negationis iuxta ſe, eſt partim vniuoca, partim æquiuoca.* n. 10.
4. *Ratione intentionis omninò vniuocè, & ſecundum eandem rationem perſona habet eſſe in Deo, & in creaturis.* n. 11.

QVAESTIO QVARTA.

Vtrum perſona ſit, ſeu habeat eſſe in Deo ſecundum ſubſtantiam, an ſecundum relationem.

CIrca quartum arguitur, qđ perſona dicitur, & habet eſſe in Deo ſecundum ſubſtantiam, & non ſecundũ relationem, per Magiſtrũ, qui dicit diſtinctione 23. primi ſententiarum ca. 1. *Vnum eſt nomen, ſcilicet perſona, quod ſecundum ſubſtantiam de ſingulis dicitur perſonis*, quod cõ- c.6. to. 3. firmat auctoritate Auguſt. ex. 7. de Trin.

2. Secundo ſic, in eadem auctoritate dicit Auguſt. *Pater ad ſe dicitur perſona non ad filiũ, vel Spiritum Sanctum, ſicut ad ſe dicitur Deus*, cap. 8. ſed ſecundum regulam Auguſt. 5. de Trin quã pertractat Magiſter diſtinctione 22. *Quidquid ad ſe dicitur præſtãtiſſima illa, & diuina ſublimitas ſubſtantialiter dicitur*, quod autem ſubſtantialiter dicitur in diuinis, dicitur ſecundum ſubſtãtiam, & non ſecundum relationem, ergo &c.

3. Quod autem non dicatur ſecũdum ſubſtantiam ſed ſecundum relationem, arguitur ex illo quod dicit Boethius in fine de Trinit. *Neceſſe eſt illud vocabulum, quod ex perſonis ori-* ad Ioan. *ginem capit, ad ſubſtantiam non pertinere. Sed propter quod vnumquodque tale, & ipſum magis*, 1. poſt c. ſecundum Philoſophum in topicis, ergo &c. 3. to. 1.

4. Dicendum ad hoc nondum deſcendendo ad ſignificatum perſonæ, quòd ſecundum duo prædeterminata quæ ſunt in diuinis, ſubſtantia, ſcilicet & relatio, ſecundum modum ſupra determinatum, duo modi eſſendi, & prædicãdi diſtinguuntur in diuinis, i. a quòd quicquid prædicatur de Deo, & Deo attribuitur, a 12. q. 5 a 19. ad vnum illorũ retorquetur, aut ſcilicet quod de Deo dicitur ſiue habeat eſſe in ipſo ſecundum ſubſtantiam, & ratione ſubſtantiæ, aut ſecun-

cundum relationem, & ratione relationis. Quod verum est, quia omne nomen in diuinis formaliter significat aut substantiam, aut relationem, aut tracta est sua formalis significandi ratio à substantia, aut à relatione, quæ realiter sunt in Deo, etiam si non significat secundum rem alterum horum, sed intentionem aliquam rationis circa id quod principaliter significat substantiam, aut relationem in diuinis.

5. Est igitur intelligendum, quòd licet in diuinis nomen aliquod potest aliquando significare puram essentiam siue substantiam, vt hoc nomen deitas aliquando vero puram relationem, vt hoc nomen paternitas aliquando autẽ vtrunque simul, vt hoc nomen pater, sicut patebit inferius; Dici tamen aut esse in diuinis non dicitur nisi secundum illud à quo formaliter nominis significato trahitur, aut imponitur ad significandum, vt illud nomen quod formaliter in sua impositione capit originem à substantia, dicatur, & sit in Deo secundum substantiam, quod vero a relatione, secundum relationem, etiam si reliquum significetur quasi materialiter in nomine. Vnde hoc nomen pater, quia formaliter imponitur à relatione personali, quamquam in suo significato includit communem essentiam, vt infra videbitur, a.35.q.1 in Deo dicitur, & habet esse secundum relationem. Nunc autem ita est, quod quicquid significetur hoc nomine persona, tamen sua formalis ratio ad quã imponitur ad significãdum, aut est ipsa relatio, aut tracta est a relatione. Si enim non esset in Deo relatio distinguens, nullo modo poneretur in Deo aliqua illarum personarum, quæ modo constituunt ineffabilem trinitatem, vt infra patebit. Quomodo autem significat relationem, aut tracta est à relatione, patet ex quæstione præcedenti, vbi est expositum quomodo ratio singularitatis diuinarum personarum in qua consistit ratio personalis, tracta est primo, & positiuè à relatione. Sed hoc magis apparebit in quæstione sequẽti.

6. Idcirco absolute dicẽdum est, quod persona in diuinis dicitur secundum relationem, & secundum relationem habet esse in Deo, nõ autem secundum substantiam. Tamen propter solutionem argumentorum intelligendũ est quod aliquid est vel dicitur esse secundum relationem dupliciter, vel in seipso, vel in cõtento sub ipso. Primo modo dicuntur relatiue illa, quæ determinate, aut determinatam relationem significant, vt sunt pater, filius, Spiritus Sanctus, quia dicitur pater filij pater, & filius patris filius, quæ dicuntur secundum relationem secundum suum nomen, & secundum formalem rationem nominis à qua imponuntur, dicente August. 5. de Trinit. cap. 5. co.1. *Non secundum substantiam hæc dicuntur, quia non quisque eorũ ad seipsum, sed adinuicem atq. ad alterutrũ dicũtur.* Secundo modo relatiue dicuntur illa quæ indeterminate, aut indeterminatam relationem significant, vt hoc nomen persona, hoc nomen trinitas, & huiusmodi, quæ non dicuntur ad aliquid secundum suum nomen, quia non habent correlatiuum sibi respondens extra se, quamuis secundum formalem rationem nominis relationem significant, aut tractam à relatione habent eam, sed dicuntur ad aliud in suis contentis, quæ sunt nomina importantia relationes indeterminatas.

7. Per hęc patet ad primum argumentum, quod secundum Augustinum persona secundum substantiam dicitur: Dicendum, quòd verum est quo ad hoc quod secundum nomen suum non dicitur ad aliud, non quod de formali ratione á substantia imponitur, quia solum materialiter includit in suo significato substantiam, sed non trahit suum ab ea. Et hoc bene exponit litera August. 7. de Trinit. quæ cap.6. dicit sic. *Si esse ad se dicitur, persona vero relatiue, sic dicimus tres personas patrem, & filium, & Spiritum Sanctum quemadmodum dicuntur aliqui tres amici, aut tres proximi, quia hæc nomina relatiuam significationem habent. Quid ergo? num placet vt dicamus patrem esse personam filij, & Spiritus Sancti, aut filium esse personam patris, & Spiritus Sancti, aut Spiritum Sanctum esse personam patris, & filij? Sed neque in hac trinitate cum dicimus personam patris, aliud dicimus quam substantiam patris.* Quod verum est quantum est ex proprietate nominis in se, quia nomen suum non dicitur ad aliud, quemadmodum tres aliqui dicuntur inuicem vicini, aut propinqui. Ex parte tamen rei propter formale significatum secundum relationem dicitur, propter quod subdit, dicens, *quod persona patris non aliud, quam ipse pater.*

8. Per idem patet ad secundum.

Conclusio ex Quæstione Quarta. Articuli Quinquagesimi tertij.

1. *Absolutè dicendum est, quod persona in diuinis dicitur secundum relationem, non autem secundum substantiam. n. 6.*

QVAE-

QVAESTIO QVINTA.

Vtrum persona in Deo significet rem, substantiæ scilicet, aut relationis, an intentionem tantum.

Circa quintũ arguitur, quòd persona non significat diuinam substantiam, neque relationem, quę cadunt in significato patris, & filij, & Spiritus Sancti. Quod non substantiam, sic: quicquid significat nomen in singulari pluuificatur in suo plurali, siue quasi materialiter, siue quasi formaliter cadat in significatione, vt patet cum dicitur homo, & homines. Vnde si plures sint homines, plura sunt animalia, & plura rationalia. Si ergo persona significat essentiam deitatis, cum habeat esse pluraliter in diuinis, plures essent deitates in diuinis, consequens est falsum, ergo &c.

2. Similiter nec solam substantiã, quia tunc non esset persona ad aliquid, sicut neque substantia, significat ergo vtrumque, aut neutrũ, non vtrumque, quia nihil vniuoce significat ea quæ sunt diuersorum prædicamentorum, cuiusmodi sunt substãtia, & relatio, esset ergo persona nomen æquiuocum, consequens est falsum, ergo &c.

3. Quod non significat relationem arguitur sic, nomẽ propriè assumptum ad diuina a creaturis, idem quod significat in creaturis significat in Deo licet sub ratione eminentiori, vt patet in nominibus attributorum secundum supra determinata; persona (vt iam determinatum est) propriè sumitur ad diuina a creaturis, & in creaturis nequaquam significat relationem, quod patet discurrendo per singulas personas creaturarum, ergo &c.

a 35 q 2 q.3.

4. Quod non significet solam relationem arguitur, quoniam tunc idem esset dicere, pater est persona, quod pater est paternitas, aut filiatio, aut spiratio, quia non sunt aliæ relationes personales in Deo, consequens est falsum, quia ex sola paternitate non est pater persona, vt inferius patebit, ergo &c.

a 57. q. 1

5. Tertiò contra vtrumque, quòd non significat rem sed intentionem, arguitur sic, idẽ significat persona in rationalibus, siue intellectualibus, quod indiuiduum in non rationalibus, siue non intellectualibus, secundum Boethium dicentem, quod persona est indiuiduum rationale, sed nomen indiuiduum significat intentionem, & est nomen intentionis, ergo &c.

6. In contrarium arguitur, quòd persona non significat solam intentionem. Primò sic, quoniam si persona significaret intentionem non rem, cum in personis consistat gloriosa trinitas, tunc consisteret solummodo in intentionibus & non in rebus, quod falsum est, dicente Augustino lib. 1. de doctrina christiana. *Res quibus fruendum est sunt pater, & filius, & Spiritus Sanctus, eadem tamen trinitas summa quædam res est*, ergo &c. c.5. to.3.

7. Secundò sic. id quod significatur nomine personæ est adorandum, quia trinitas est adoranda, nihil autem est adorandum nisi res diuina, & illa non est nisi essentia, & relatio, ergo &c.

8. Quod autem significet substantiam, arguitur, quia significat aliquid subsistens, & in diuinis nihil subsistit nisi ipsa substantia, ergo &c.

9. Quod significet relationem, similiter arguitur, quia contenta sua significat in relatione, quę sunt pater, & filius, & Spiritus Sanctus. Hoc autem non esset nisi significaret relationem, ergo &c.

10. Ex quo concluditur vlterius quòd significet vtrumque simul, & substantiam scilicet, & relationem.

11. Quia quæstio ista est de significato huius nominis persona, quid scilicet sit quod significetur per nomen, quod sciri non potest nisi primo cognitis in generali ijs, quæ per nomina habent significari, & qualiter consuetum est vt ipso nomine de quo est quæstio, idcirco hic primò oportet considerare, quę sint ea, quæ habent significari per nomina. Secundò ex vsu huius nominis persona oportet intelligere, quid illorum per ipsum significetur.

12. Circa primum igitur horum sciendum, quòd nominum quoddam significat rem puram, quoddam vero significat intentionem puram, quoddam vero significat medio modo se habens, aliquid scilicet, quod quodammodo res est, & quodammodo intentio. Rem puram significant nomina rerum singularium, singularia enim sunt res puræ, & nullo modo intentiones, quia solummodo habent esse a natura, & nullo modo a consideratione rationis, vt sunt iste homo, iste lapis. Vnde cum nomina eis fuerint imposita secundum quod Petrus, vel Paulus est nomen istius hominis, illa appellantur simpliciter nomina rerum vni-

vniuersalia autem rerum singularium, & sunt quodammodo res, & quodammodo intentiones. Res quantum illam naturam repręsentant, quæ habet esse in singularibus. Intentiones vero, inquantum habent rationem abstracti in consideratione intellectus, propter quod nomina eis imposita, sunt quodammodo nomina rerum, & quodãmodo intentionum, sed primarum.

13. Intentionum enim quædam sunt primæ, quædam vero secundæ, & sic quodlibet vniuersale reale inquantum habet rationem abstracti, est intentio prædicabilis, quia extra singularia non est nisi in consideratione intellectus. Cętera vero quæ per considerationem intellectus considerantur siue operantur, & circa vniuersalia, & circa particularia, siue mediatè, siue immediatè, sunt intentiones puræ. Propter quod nomina eis imposita vocantur nomina intentionum, sed secundarum, quia post conceptam rationem vniuersalis realiter, concipit eas intellectus, & circa vniuersalia rerum, & circa singularia.

14 Sed illæ sunt in duplici genere, quia quædam sunt accepta ab intellectu, vt proprietates circa res principaliter, quædam vero, vt proprietates circa nomina rerum. De genere primo sunt intentiones logicales, vt sunt ratio vniuersalis, generis, scilicet, & speciei, & differentiæ, & huiusmodi circa vniuersalia rerum, indiuiduum, particulare, & huiusmodi circa singularia rerum. Ista enim nomina non significãt nisi respectus, & habitudines inter ipsas res cõparatas adinuicem consideratione intellectus. De secundo genere sunt intentiones grammaticales, vt sunt ratio nominis, verbi, adiectiui, substantiui, & huiusmodi, quæ non significant nisi modos nominum, propter quod dicuntur nomina nominum. Consideratio primarum intentionum, quia est rerum secundum se, pertinet ad scientias reales. Consideratio vero secundarum intentionum, quia vel est circa res vt sunt expressibiles vocibus, & hoc quo ad intentiones logicales, vel est circa ipsas voces, & hoc quo ad intentiones grammaticales, pertinet ad scientias sermocinales, & tamen logica minus sermocinalis, & magis realis est, quam grammatica, & quasi media inter scientias reales, & grammaticam.

15. Circa secundum autem sciendum, quòd secundum quod diuersis apparet diuersus vsus huius nominis persona, secundum hoc diuersimode iudicauerunt de eius significatione in diuinis. Sed omnes quos audire, aut videre potui, negant ipsam esse intentionis nomen, sed ponunt ipsam esse nomen rei, & significare substantiam, siue essentiam licet non solum. Sed ipsorum quidam dicunt personam plura significare, & æquiuocè, quidam autem plura, sed vniuocè, quidam vero tantum vnum. Ponentium vero quòd significet plura & ęquiuoce, nullus ponit, quòd significat plura æque primò, & eodem modo, quemadmodum significãt propriè æquiuoca, sed omnes dicunt, quòd primò, & ex prima impositione nominis non significat nisi substantiam, aut essentiam, & alia ex consequenti, & accidente. Quorum quidã dicunt, quod significat alia ex adiuncto, quidã vero, quòd ex vsu, tertij vero, quòd ex consignificatione. Primi dicunt, quod per se significat substantiam, sed ex adiuncto quandam proprietatem personalem, aliquando vero hypostasim continentem vtranque, quam exponit Præpositiuus in summa sua dicens. *Respondent quidam dicentes, quod hoc nomen persona tripliciter accipitur, quandoque enim significat essentiam, quando scilicet per se ponitur in prædicato sine aliquo adiuncto, vt pater est persona, filius est persona, quandoque significat hypostasim idest subsistentiam, vt quando ei aliquid additur, vt pater est alia persona, & filius est alia persona, & alia est persona patris, alia filij quandoque proprietatem vt pater in persona distinguitur a filio, id est personali proprietate.* Et est Magistri sententiarum, lib. 1 dist. 25. vbi dicit cap. *Sciendũ. Hoc nomen persona multiplicem non vnam facit intelligentiam tantum. Discernentes ergo dicendi causas huius nominis persona, significationem distinguimus dicentes quòd propriè secundum substãtiam dicitur, & essentiam significat, cum dicitur. Deus est persona, pater est persona, &c.* V de concludit in capitulo. *Hoc etiam modo. Ex prædictis colligitur, quod nomen persona in trinitate triplicem facit intelligentiam. Est enim vbi facit intelligentiã essentiæ, & est vbi facit intelligentiã hypostasis, & est vbi facit intelligentiã proprietatis,* quæ confirmat auctoritatibus in cap. sequenti. lit. E. lit. L.

16. Hæc opinio supponit, quod persona principaliter, & secundum se significat substãtiam, sed ex adiuncto hypostasim, vel proprietatem. Contra quod arguit Præpositiuus, dicens. *Si hoc nomen persona principaliter significat essentiam, quæ ratio exigit quod cum hoc habet eius principalis significatio, eam statim amittat ex adiunctione? Ratio nulla.* Falsum etiam supponit, quod essentia sit eius principalis significatio, vt iam patebit. Eadem enim ratione posset dici idem de hoc nomine homo, & hoc nomine suppositum, quia prædictis tribus modis ponuntur in orationibus.

17. Quidam autem, sic arguiur cum extensione vsus, ponit Præpositiuus dicens sic. *Hoc nomen persona hodie non significat essentiam, sed quondam significabat, sed necessitate faciente,* (vt dicit Augustinus) *translatum est a significatione essentię ad significationem distinctionis.* Quod non potest stare, quoniam ante istam ecclesiæ necessitatem non accipiebatur in diuinis neque ad

signi-

significandum substantiam, neque ad significationem illam, sed tantum in creaturis, in quibus constat non significasse substantiam, quæ est essentia rei, quia tunc non fuisset aliud dicere, Sortes est persona, quam dicere, Petrus est homo, vel Sortes. & esset eadem communitas in persona ad Petrum, & ad Paulum, & Andream, quæ est in homine, quod non est verum, vt iam patebit.

18. Quod vero sit æquiuocum ex consignificatione, dicunt tertij, qui dicunt quod ex se, & prima impositione in singulari non significat nisi essentiam, sed in plurali ratione numeri consignificati, significat distinctionem personarum. Quod non potest stare, quoniam consignificatum pluralis numeri nihil apponit super significatum singularis nisi eius geminationem, siue multiplicationem, quare non variat significationem.

19. Ponentium vero personam significare plura vniuoce, omnes dicunt, quòd illa non significat æquè principaliter, & eodem modo, aliter enim non posset esse vniuocum, si significaret plura, nisi significaret illa sub ratione vnius quod principaliter significatur per nomen. Sed aliqui illorum dixerunt, quod substantiam principaliter significat, relationem autem distinctiuam secundariò, vt Simon Tornacensis, & eius sequaces. Vnde dicit in summa sua. *Ab persona ratione, etymologia dicitur per se vnam. Vnde hoc nomen persona duo importat, & significationem vnitatis essentiæ, & consignificationem personalis distinctionis, quam designat iunctura dictionum per se vnum &c.* secundum quod ipse prosequitur, & secundum quòd Præpositiuus positionem illam exponit in summa sua, dicens. *Sunt aliqui qui dicunt quòd hoc nomē persona significat principaliter essentiam, & consignificat distinctionem, quia cum dico pater est persona, tantum vult quantum pater est vnū, & per se idest distinctus, vt hoc vocabulum vnum significet essentiam, & hoc pronomen se masculini generis, consignificet distinctionem.*

20. In hac positione concordat Magister Guillelmus Altissiod. in summa sua, sed modum addit, scilicet, quod cum hoc quòd significat distinctionem relationis, significat essentiam quodammodo quasi specificam, scilicet intellectualis naturæ. *Persona enim (vt dicit) est substantia rationalis, siue intellectualis natura.* Sed si ita esset, tunc essentia principaliter daret personę esse personale, in illo enim consistit principaliter esse rerum, quod principaliter nomine eius significatur. Quod falsum est, quia in constitutione diuinæ personæ essentia est quasi genus, & materiale. Proprietas vero distinctiua quasi differentia, & formale. Formale autem semper principaliter significatur in termino, & dat esse rei, secundum determinationem Philosophi in 8. Metaphysicæ.

21. Ricardus vero 4. de Trinitate cap. 6. & sequentibus, determinat, quòd significat proprietatem principaliter, sed cum essentia quam in sua significatione includit. Dicit enim in cap. 6. *Dictum est ab alijs, quod persona secundum substantiam dicitur, & substantiam significare videtur, nihilominus tamen multum interest inter significationem vnius, & significationē alterius.* Quia vt dicit cap. 7. *nomine substantiæ non tam quis, quam quid significatur. E conuerso autem nomine personæ non tam quid, quam quis designatur.* Et vt consequenter determinat, *quid pertinet ad qualitatem substantiæ, & de ipsa quærit, quis vero ad proprietatem indiuidualem, siue incommunicabilem personæ.* Vnde etiam quærit de substantia in creaturis. Primo de generali. Secundo de speciali. *Cum enim aliquid longe à nobis fuerit, vt discerni non possit, interrogamus quid sit. Et si respondeatur, quòd sit aliquid, vlterius eadem interrogatione facta, indigemus, quod respondeatur esse animal, aut equus, aut huiusmodi. Demum autem cum scimus, quòd est homo interrogamus non quid, sed quis sit, & respondetur Matthias, vel Bartholomæus. Itaque per quid inquiritur de proprietate communi, per quis de proprietate singulari. Nomine enim personæ nunquam (vt dicit) intelligitur nisi vnus aliquis ab alijs omnibus singulari proprietate discretus.* Et vt dicit cap. 6. *cum nominamus personam, nō nisi vnam solam substantiam, & singularem intelligimus, vt nomine personæ etsi significetur substantia animalis, aut hominis, aut deitatis, nomen tamen personæ, vt distinguitur contra alia nomina, non imponitur nisi à proprietate singulari incommunicabili, quæ non conuenit nisi vni in singularitate existenti, à nulla tamen determinate, quemadmodum significatur in nomine proprio,* quod est Petrus, vel Paulus in creaturis, aut nomine patris, vel filij in diuinis, quemadmodum si animal imponeretur ad significandum proprietatem specificam, nullam tamen determinatè, neque hominis, aut alterius, & nullam proprietatem generalem communem ad illas speciales significaret.

22. Et hic patet falsum esse dictum quorundam de significato huius nominis persona, videlicet, quòd sicut pater significat substantiam cum relatione, quæ est paternitas, à qua nomen imponitur, & filius cum relatione, quæ est filiatio, sic persona significat relationem in cōmuni ad paternitatem, filiationem, & spirationem cum ipsa substantia. Quod non est verum, quia non significat cōmune aliquid realis relationis ad tres relationes, sed significat cum substantia relationem incommunicabilē sub indifferentia ad quamlibet illarum, & indeterminate, ita quòd non differt significatio personæ à significato patris, aut filij, aut Spi-

ritus Sancti, nisi sicut determinatum, & indeterminatum, absque significatione alicuius communis ad illa.

23. Quod autem persona significet essentiam tantum, est vnica opinio, & vnius, quam recitat, & exponit Praepositiuus in summa sua, dicens. Dixit Magister Gerardus La pucelle, quod hoc nomen persona aliter significat diuinā essētiam, quam hoc nomen essētia, quia hoc nomē essentia significat diuinam naturam gratia sui, & supponit pro ea, & non pro aliqua personarum. Et hoc nomen persona è conuerso significat diuinam naturam non gratia sui, sed gratia contentorum idest patris, & filij, & Spiritus Sancti, & ita significat eam, & non supponit pro ea, sed pro aliqua personarum, vt in hoc simili videri potest. Cum enim dicitur hęc species homo, designatur haec species gratia sui, & supponit pro ea. Sed hoc nomen homo significat eandem speciem non gratia sui, sed gratia contentorum idest Petri, & Pauli, &c. & supponit pro eis. Et ita fere est de hoc nomine persona, & inde est quòd hoc nomen persona significat essentiam in plurali. Vnde cum dicitur, idem est patrem esse personam, & esse substantiam, hic est sensus: idem significatur his nominibus persona, & essentia, licet diuersimode. Et cum dico personam patris, nihil aliud dico quam substantiam patris idest nihil aliud significo per hoc nomen persona, quam per hoc nomen substantia. Et ita quicquid additur, semper significat substantiam.

24. Sed nunc contra eum arguit Praepositiuus, & bene. Secundum hoc non est concedendum, pater non est persona proprietate, sed tantum natura, quod est contra Hilarium dicentem. *Pater proprietate est persona non natura.* Per idem etiam improbatur opinio dicentium, quòd persona primò, & principaliter significat substantiam, tunc enim pater potius esset persona natura quam proprietate.

25. Est autem aduertendum quod in omnibus praedictis opinionibus exceptis illis quae sunt Simonis, & Ricardi, substantia quae est essentia, ponitur esse de significato personae. Vnde auctoritates dicentes personam esse substantiam, vel idem esse personam, & essentiam, & huiusmodi, exponuntur secundum quod exponit eas Magister Gerardus Puella. Quod bene insinuat Magister Sententiarum distinctione 25 in cap *Persona*, vbi dicit. *Vnde manifeste colligitur, quòd essentiam diuinam praedicamus, dicentes. Pater est persona, Filius est persona Spiritus Sanctus est persona idest essētia, & omno vnū, & idē significatur nomine personae idest essētia diuina cum dicitur Pater est persona, & Filius est persona, quod significatur nomine Dei cū dicitur: Pater est Deus, filius est Deus.* lib 2.

26. Et cum eis arguitur ex hoc aliquid inconueniens, vt cum essentia patris est essentia filij, si idem significarent essentia, & persona, tūc persona patris esset persona filij: Respōdēt, quòd aliud supponit respectu filij, licet non significet nisi essentiam.

27. In positione autem Simonis, & Ricardi, substantia, quae est hypostasis, ponitur esse de significato personae. Et quia id quod est hypostasis, complectitur essentiam communem cum proprietate distinctiua, ideo, & Magister Simon, & Magister Ricardus, ambo illa duo posuerunt esse de significato personae, licet diuersimode, vt dictum est, & habent plus veritatis inter caeteras, quoniam in diuinis personis cōsistit trinitas in vnitate, & vnitas in trinitate, quòd de significato trinitatis sit ipsa vnitas essentiae, licet ratio trinitatis formaliter habetur ex ternario proprietatum, quia ab ipsa nomen imponitur, vt infra videbitur. Est enim proprietas formalis respectu essentiae in significatione, & constitutione personae, vt similiter videbitur infra. Propter quod positio Ricardi quae ponit, quòd persona principaliter significat proprietatem, magis rationabilis est quam Simonis, quae ponit, quod essentiam principaliter. Singulae enim aliae, licet aliquid veritatis habeant, deficiunt tamen in multo, sed illa quae est Ricardi, aut solidam habet veritatem, aut minus defectus, quam aliqua aliarum. n.37. n.55.q.8

28. Quod patet ex declaratione eius quam ponit Simon in summa sua, vbi videtur concordare cum Ricardo, dicendo, quod substantia dupliciter dicitur, quod subsistit, vt suppositum, & subiectum, & quo subsistit idest substantialis proprietas. Substantia enim quae subsistit in creaturis duplex est, secundum, quòd in eis duplex est suppositum, scilicet vniuersale generis, & speciei, vt animal, & homo, & singulare indiuiduum sub specie, quarum prima facit quid, secunda vero facit quē. Et illa quae facit quem, potest significari sub ratione singularitatis, siue indiuiduationis determinatè, aut indeterminatè. Primo modo significatur istis nominibus Petrus Paulus. Secundo modo hoc nomine indiuiduum, vel persona, quae licet sit nomen appellatiuum, hoc est aliter, quam sit appellatiuum nomen generis, & speciei, quia illa imponuntur ab vna proprietate communi, nomen vero personę a nulla proprietate vna imponitur, siue vniuersali, siue singulari, sed à proprietate singulari indeterminatè tamen ad omnes. Vnde in diuinis hoc nomen Deus imponitur ad significandum naturam, quae est communis essentia sub modo, & ratione suppositi. Ista autem nomina Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus imponuntur ad significandum supposita determinata

indi-

indiuidualibus proprietatibus determinatis. Perſona vero ſignificat ſuppoſitum indeterminatum, & ideo indeterminatum, quia ſub nulla proprietate indiuiduali determinata, vt ſecundum hoc perſona ſignificet ſubſtantiam, quæ eſt ſuppoſitum, ſiue hypoſtaſis indeterminata. Non dico hanc intentionem, quæ eſt importata nomine ſuppoſiti, aut hypoſtaſis, ſed quæ eſt res, & hoc quemadmodum Pater, aut Filius, aut Spiritus Sanctus ſignificat ſubſtantiam, quæ eſt hypoſtaſis determinata, quæ quidem ſubſtantia hypoſtaſis includit in ſignificato perſonę ſubſtantiam, quæ eſt eſſentia diuina, ſicut includitur, & in ſignificato Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & ſimiliter relationē, quæ eſt incommunicabilis proprietas perſonæ conſtitutiua cum eſſentia. Sed illa indeterminate includitur, & ſub indifferentia in nomine quod eſt perſona, determinatè autem in nomine Patris, & Filij, aut Spiritus Sancti.

29. Et patet ſm illū modū exponendi ſignificatum perſonæ, quòd perſona eſt nomen rei, & de principali ſignificato ſuo ſignificat rem, non quæ eſt eſſentia, nec quæ eſt relatio, ſed q̄ eſt conſtituta ex vtraq; includens in ſe, & eſſentiam, & relationem, & per hoc ambo cadūt in ſignificato perſonæ. Et per hunc modum perſona eſt res quædam, & quodammodo res alia, quam ſit res, quæ eſt eſſentia, aut relatio, ſecundum quòd amplius infra patebit.

30. Per quod etiam patet, quòd ſecundum hanc ſententiam Ricardi, perſona non eſt nomen intentionis, ſed rei, cui conuenit intentio ſingularis incommunicabilis ſubſiſtentiæ, & huiuſmodi. Et ita ſicut in creaturis dicimus, quòd ſecundum Philoſophum 7. & 8. Metaph. nomen ſignificat per ſe, & principaliter compoſitum, ſecundo formam, & tertio materiam, ſic in diuinis hoc nomen per ſe, & principaliter ſignificat conſtitutum ex eſſentia, & proprietate, & quaſi ſecundò proprietatem, & quaſi tertiò eſſentiam. Sed proprietatem determinatam perſonæ ſignificat, in determinatè tamen, & ad illam, quæ eſt Patris, & ad illā, quæ eſt Filij, & ad illam, quæ eſt Spiritus Sancti, quemadmodum ſingulos iſtorum ſuo nomine ſignificat proprietatem determinatam, & determinate. Vnde ſi generaliter ſumitur nomen perſonæ, ſignificat ſubſtantiam intellectualem, quæ eſt hypoſtaſis incommunicabilis, quæcunque ſit illa, & qualitercunque ſiat incommunicabilitas, ſiue à natura determinationis eſſentiæ communis, vt contingit in creaturis, ſiue a proprietate incommunicabili relatiua, ſicut contingit in diuinis, vt habitum eſt ſupra. q. 1. a. 7.

31. Vnde quis nomen perſonæ in toto ſignificat ſubſtantiam, quæ eſt hypoſtaſis, quæ includit in ſe ſubſtantiam, quæ eſt eſſentia cū relatione, melius definit Boethius perſonam communiter acceptam in Deo, & in creaturis, dicendo, quòd eſt ſubſtantia, quam Ricardus, dicendo, quòd eſt exiſtentia. Subſtantia enim ſecundum vſum Græcorum ſupponere poteſt pro hypoſtaſi, quòd non poteſt æque vſitate facere exiſtentia, licet melius ſpecificet Ricardus dicēdo incommunicabilis, quam Boethius dicendo indiuidua, indiuiduum enim (vt ſupra dictum eſt) non recipitur in diuinis. Et ſimiliter dicendo intellectualis naturæ, quam Boethius dicendo rationalis naturæ: Rationale enim non ita proprie ſumitur in diuinis, vt intellectuale. ſup. q. 1. a. 9. q. 1. a. 5.

32. Omnium prædictorum opiniones ponunt perſonam eſſe nomen rei, & non nomen intentionis, ſed verum hoc verum ſit, ex vſu huius vocabuli, perſona, circa creaturas inueſtigare debemus, quia ab vſu quem habuit in creaturis, aſſumptus eſt vſus eius in Deo. Nunc autem in creaturis intellectualibus apertè videmus, quòd hoc nomen perſona circa ſubſtantias intellectuales non ſignificat aliud, quam ſignificat hoc nomen indiuiduū circa ſubſtantias ſubſiſtentes nō intellectuales, ſiue non intellectuales creaturas, dicente Boeth. de duab. natur. *quòd perſona eſt rationale indiuiduum*, & ibidem. *Perſona eſt rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia*. Dico autem quòd ſignificat illud circa ſubſtantias intellectuales, ſiue rationales quia perſona non ſignificat ipſas ſubſtantias, ſed tantum indiuiduationem quam importat determinate, vt intentionem quandam ſingularitatis circa huiuſmodi ſubſtantiss, quemadmodum ſimum determinat curuitatem quam ſignificat circa naſum, nō autem ipſum naſum ſignificat, non quod illæ ſubſtantiæ ſint de ſignificato perſonæ, quemadmodum naſus non eſt de ſignificato, ſed ſolum de intellectu ſimi. Quod expreſſe dicit Boethius quærens de perſona, *quare de irrationalibus animalibus græcus non dicit ſicut, & nos de eiſdem nomen ſubſtantiæ prædicamus*. Et reſpondet dicens. *Hæc eſt, quoniam hoc melioribus applicatum eſt. vt al quid quod eſt excellentius*. Si illis applicatum eſt, nō ergo cadunt in ſuo ſignificato, ſicut neque ſubſtantiæ irrationales ſingulares in ſignificatione huius nominis quod eſt indiuiduum. ad med. q. 1. a. 10

33. Quare cum non ſit dubium quin hoc nomen indiuiduum circa ſubſtantias irrationales non eſt nomen rei, ſed nomen intentionis ſecundæ, quæ nihil aliud eſt, quam modus quo intellectus rem concipit reſpectu ſuperioris, & collateralis, vt determinatam, & non diuiſam in aliqua ſub ſe, atque diuiſam ab eo, qđ eſt iuxta ſe, non eſt dubium quin hoc nomen perſona in creaturis rationalibus non ſit nomen rei, ſed nomen intentionis, dicens prædictum modum indiuiduationis circa illas, vt nō ſi-

significet rem cui accidit indiuiduatio, sed q̃ significet intentionem indiuidualitatis, vt omnino idem sit dicere.
q.2.n.11 Petrus est indiuiduum, & Petrus est persona. Et significat idem quod suppositum incommunicabile. Est enim suppositum nomen secundæ intentionis commune ad substantiam communem, & singularem, & est incommunicabile, commune ad singulare
q.3.n.11 re substantiæ, & accidentis, vt habitum est supra, & mutuo vnum contrahit, & specificat alterum. Vnde quod dicitur hic suppositum incommunicabile, hoc dicit Boethius in definitione personæ, substantiam indiuiduam, umẽdo substantiam more Græcorum pro subsistentia, indiuiduum autem pro incommunicabili, secundum quod corrigit eum Ricardus. Quod vero dicitur naturæ intellectualis, hoc ponitur ibi sicut subiectum in definitione accidentia, quod est eius passio propriè, appropriatur enim
q.1.n.10 vt dictum est, persona intellectuali naturæ, quẽadmodum simum naso. Et sic breuiter potest quæstio ista explicari, quam opiniones prædictæ multum inuoluunt, iuxta illud quod dicit Ricardus 4. de Trinitate in principio. *Aliqui ex recentioribus personæ nomen sub multiplici significatione accipiunt, & profundæ veritatis intelligentiam quam explicare debuerant, maiore ambiguo inuoluunt*. Quid ergo dicemus ad auctoritates Sanctorum, quę clamant, quòd substantiã significat, aut proprietatem distinctam, aut vtrumque simul? sicut patet inspicienti distinctionem 25. primi libri Sententiarum.

34. Et est sciendum ad hos concordandum cum alijs, & cum dictis Sanctorum, quòd licet omne nomen vbicunque ponitur in enunciatione aliqua, per se, & principaliter supponit, & prætendit suum significatum tanquam signum signatum ad quod prætendendum imponitur, tamen aliquando nomen illud supponit pro ipso significato, aliquando autem non pro significato, sed pro suo appellato, vel quasi, verbi gratia, in nomine quod significat rẽ, homo enim in quacunque enunciatione ponitur, supponit humanitatem quam significat, & aliquando supponit pro ipsa, vt cum dicitur, homo est species, aliquando vero pro appellato, vt cum dicitur, homo currit. Dicitur enim terminus supponere pro illo, pro quo locutionem natus est verificare, & pro quo alteri comparatur in enunciatione. Similiter in nomine significante intentionem. Verbi gratia, Species in quacunque enunciatione ponitur, supponit rationem vniuersalis, quæ est respectus quidam, & intentio, quam significat & aliquando supponit pro ipsa, vt cum dicitur, Species est intentio rationis, & vniuersale quiddã, aliquãdo vero supponit pro appellato, vel quasi, vt pro homine, aut asino, aut huiusmodi, vt
Porphy. præd.c.3 cum dicitur, *Species est, quæ prædicatur de pluribus differentibus numero*, vbi definitur species, non vt est intentio abstracta, & vt supponit pro suo significato, sic enim non prædicatur de differentibus numero, non enim vere dicitur, Petrus est species, Paulus est species, sed definitur, vt est in re cuius est, & vt supponit pro ipsa sub indifferentia quadam ad quamlibet illorum, cuiusmodi sunt, homo, asinus, & huiusmodi, quæ prædicantur de solis indiuiduis suis. Et multum refert loqui de eius significato, vt consideratur secundum se, & vt supponit pro ipso significato, & vt supponit pro substrato, siue appellato, aut quasi appellato, si non possit dici propriè eius appellatũ. Si enim consideratur secundum se, & vt supponit pro suo significato, tunc significat intentionem rationis tãtum, à qua nomen imponitur. Si vero consideratur, secundum quòd supponit pro re circa quam notat intentionem, & quæratur de suo significato largè loquendo de significato, vt sic supponit, sic res illa cadit in suo significato, largè loquendo de significato.

35. Descendendo igitur ad propositum dicimus, quòd hoc nomen persona est per se à prima impositione nomen intentionis, & significat solum rationem suppositi incommunicabilis à prima impositione a qua nomen impositum est solummodo circa intellectualem naturã, non vt quam significat, sed q̃ est de intellectu eius, quemadmodum quodammodo subiectum est de intellectu propriæ passionis. Aliquando tamen potest supponere illud significatum suum, quod est intentio rationis pro ipso significato, vt cum dicitur, Persona est suppositum, siue hypostasis quædam, aliquando vero pro eius appellato, vel quasi, vt pro suo quasi subiecto circa quod connotat huiusmodi intentionem, vt cum dicitur persona generat, aut generatur, spirat aut spiratur. Pater est persona, aut persona est pater. Et licet, vt secundum se consideratur, vt supponit pro suo proprio significato non significat, nisi intentionem rationis, tamen vt supponit pro re circa quam notat talem intentionem, si secundum hanc considerationem quæratur de eius significato, tunc in suo significato includit rem tantum, & rationem intentionata. Et hoc modo loquuntur Sancti, & Doctores de nomine personæ cum quærunt eius significatum. Sed sic loqui de significato est multum extendere significationem, & non sic loquitur Boethius de significato personæ. Vnde & in definitione personæ id quod pertinet ad rationem intentionis ponitur loco generis, vt substantia indiuidua, & id quod pertinet ad rationem rei, loco differentiæ, vt rationalis essentię, quẽadmodum in definitione propriæ passionis id quod est suæ naturæ ponitur loco generis, &

quod

quod pertinet ad subiectum, loco differentiæ secundum artem Philosophi.

36. Omnia igitur argumenta superinducta concludunt secundum diuersas significationes huius nominis, & secundum diuersos alios modos non concludunt, sed oportet eis respõdere propter diuersas difficultates quas implicant.

37. Ad primum, quòd persona non significat essentiam, vel substantiam, quia tunc persona significaret in Deo essentiam, siue substãtiam plurificatam: Dicendum quòd verum est, si circa illam caderet ratio singularitatis quam nomen illud exprimit. Si autem circa illam non cadit ratio singularitatis illius, hoc nullo modo oportet. Verbi gratia, homo singulariter dictus non est natus plurificari, vt pluraliter dicatur homines, nisi quia homo singulariter supponens pro appellato exprimit rationem singularitatis essentiæ in supposito, qualis est ipsius suppositi. Sicut enim iste homo est suppositum singulare determinatum, sic animalitas, & rationalitas in ipso sunt determinata, vt non solum suppositum sit indiuiduum per determinationem, sed etiam essentia tota speciei, tam ex parte generis, quam ex parte differentiæ. Et ab hac determinatione cõuenit homini, quòd sit singulare, vt sit vnus aliquis solus, ab alio singularitate discretus, nec in seipso plurificabilis. Et similiter conuenit essentię eius quod sit singulare idest vna aliqua sola ab omni alio, & alia in sua singularitate discreta, vt nec in se sit plurificabilis, nec alteri supposito communicabilis. Propter quod cum plurificatur, plurificari intelligitur omne circa quod in homine cadit huiusmodi determinatio, siue fuerit suppositum, siue essentia. Nunc autem secus est in Deo circa hoc nomẽ persona, quoniam persona singulariter dicta, non est nata plurificari, vt pluraliter dicatur personæ, nisi quia persona singulariter supponens pro quasi appellato, exprimit rationem singularitatis suppositi, licet non exprimat taliter rationem singularitatis in essentia, qualis est in supposito, non enim sicut ista persona, vt puta pater, est suppositũ singulare determinatum proprietate relatiua, sic & deitas. Ipsa enim quod ut singularis, & singularitas quædam, illud habet ex se, & essentialiter, non per aliquam determinationem, quia nullam in se recipit, quia non habet rationem vniuersalis secundum supra determinata. In Deo autẽ suppositum fit incommunicabile per determinationem proprietatis, vt licet in Deo non possint plures esse patres, vel plures filij, vel plures Spiritus Sancti, vt infra videbitur, non tamen deitas in persona vllo modo est incommunicabilis facta per aliquam determinationem, licet habet etiã ex se, & natura sua, quòd non sit plurificabilis, non enim possunt esse plures deitates. Vnde, & per esse suum in supposito vno, non habet quin possit alteri communicari. Quia ergo persona in Deo rationem suæ singularitatis secundum quam plurificatur, non habet ex parte essentiæ sicut in creaturis, sed solum ex parte suppositi, & proprietatis relatiuæ determinantis suppositum, idcirco quamquam persona significet essentiã in Deo, plurificata tamen non plurificat essentiam. Propter quod dicit Boethius de Trinit. in fine. *Facta est Trinitatis numerositas in eo quod est prędicatio relationis, seruata vero unitas in eo, quòd est indifferentia substantiæ. Ita igitur substantia continet vnitatem, relatio multiplicat trinitatem.* Vnde quoad rationem singularis, & pluralis in nomine personæ nihil refert, siue substantia fuerit vna plurium, siue diuersæ, dicente Ricardo 4. de Trinitate cap. 8. *Iuxta intelligentiã qua accipimus personam in singulari, accipimus eam & in plurali, nisi quòd hic plures, illic vnus solus datur intelligi. Vt cum dicitur persona, profecto datur intelligi aliquis vnus, qui tamen sit rationalis substantia, cum nominãtur tres personæ absque dubio intelliguntur tres aliqui, quorum tamẽ vnusquisque sit substantia rationalis natura. Sed vtrum sint plures, an omnes vna eadem substantia, nihil interest. In natura vero humana quot personæ tot substantiæ, & compellit quotidiana experientia de diuinis similia æstimare*, & sequitur in cap. 9. *Vbicunque sunt tres personæ necesse est, vt alius sit iste, & alius ille, & alius tertius: vbicunque vero sunt tres substantiæ, omnino necesse est, vt aliud sit vna, aliud altera, aliud sit tertia. Esse aliud, & aliud. fecit diuersitas substantiarum, esse alium & alium. fecit diuersitas personarum.* Propter quod diximus supra, quòd in diuinis est hic aliquis, in creaturis vero hoc aliquid. q. 1. n. 6.

38. Ad secundum dicendum, quòd verum est, quòd non significat substantiam, aut non solam, sed vtrumque, aut neutrum. Et cum arguitur, quod non significat vtrumque, quia tunc esset nomen æquiuocum: Dicendum, quòd verum est nisi significaret illa duo, vt cõstitutiua vnius quod principaliter significat, scilicet substantiam, quæ est suppositum incommunicabile, secundum expositionem Ricardi.

39. Ad tertium, quòd non significat relationem, quia non significat eam in creaturis: Dicendum, quod si hoc nomen persona intelligamus significare intentionem, & secundum hoc transferri principaliter ad diuina, sic magis secundum significationis rationem transfertur a creaturis in Deum, quam nomina rerum, eo quod verius vniuocantur Deus, & creatura in intentione, quam in re aliqua. Et sic respondendo, non habet locum obiectio, quia procedit de persona secundum quòd est no-

a. 43. q. 2.

nomen rei. In significando enim rem non fit á creaturis principaliter nominis translatio, quoniam purè æquiuocè subsistit secundum rem persona in Deo, & in creaturis, quia in Deo non subsistit nisi relatiuè, in creaturis vero a.19.q.8. n.2. non nisi absolutè, vt dictum est supra. Nomen autem secundum rem translatum ad diuina, debet idem significare in Deo, & in creaturis, licet antonomasticè, & modo supereminenti. Vel si omnino velimus, quòd secundum quòd significat rem, á creatura transfertur in Deum: Dicendum, quòd hoc quod in Deo significat rem respectus, non autem in creatura, pertinet ad eminentiorem modum sumendi personam in Deo, quam in creaturis, & ita quo ad hoc non significat in Deo quòd in creaturis, etiam in significando substantiam, quæ est hypostasis, quia in creaturis est persona absoluta, in Deo respectiua, vt dictum est supra. Vnde non impedit hoc personam proprijssimè accipi in Deo.

40. Quartum, quod non significat solam relationem, concedendum est.

41. Ad quintum, quòd persona est indiuiduum rationale, & indiuiduum est intentio, ergo &c. Dicendum, quòd eadem ratione posset concludi, sed rationale est substantia, ergo persona significat substantiam. Et est dicendum, quòd præter dictos duos modos significationis personæ, adhuc tertia eius significatio potest assignari ex illo dicto Boethij, in Deo, quod triplex est significatio personę, quia propriè loquendo de significato eius, prout significatio eius appellatur illud ad quod repręsentandum per se est impostia, sicut est nomen intentionis, non significat nisi intentionem, quæ est rationis conceptus circa rem intellectualem, qualem communiter circa quamcunque creaturam significat hoc nomen indiuiduum, & habet in diuinis substantiam, quæ est hic aliquis oblique de suo intellectu, vt dictum est, & sic est nomen intentionis tantum. Large autem loquendo de significato eius secundum quòd dicitur significare suum appellatum, & id quod significatur per ipsum, quemadmodũ sancti & magistri communiter solent loqui de significato eius, sic significat substantiam cum relatione secundum modum quem ponit Ricardus, sed quasi immediate significat illum, qui est hic aliquis, sed indeterminatè, de cuius significatione est substantia, & relatio incommunicabilis, propter quod etiam sunt de significatione personæ, & sic est nomen rei tantum, & est intentio de intellectu eius circa huiusmodi rem veluti propria ei. Largissimè autem loquendo de significato personæ, dicitur significare vtrumque simul, & hoc in recto, quemadmodum si album significet accidens, & subiectum, & sic simul est nomen rei, & intentionis. Et sic loquitur Boethius quando dicit quòd persona est rationale indiuiduum.

42. Ad textum, si persona significaret intentionem, non rem, aut substantiam, tunc trinitas personarum non esset nisi intentionũ: Dicẽdum, quòd verum est si nullo modo aliud significaret, quod non est ita, vt patet ex prædeterminatis. Vnde trinitas est trium secundum personas in personarum proprietatibus, vnitas in essentia, vt infra videbitur. Et tam essentiæ vnitas quam trium personarum proprietates nomine personæ significantur etiam cum ratione intentionis, vt dictum est.

43. Per idem patet responsio ad septimum.

44. Vltima duo concedenda sunt secundũ iam determinata.

Conclusiones ex Quæstione Quinta, Articuli Quinquagesimi tertij.

1. *Hoc nomen persona in creaturis rationalibus non est nomen rei, sed intentionis.* n. 33.
2. *A prima impositione significat solum rationem suppositi incommunicabilis solummodo circa intellectualem naturam.* n. 35.
3. *Vt supponit pro re, circa quam notat illam intentionem tunc in suo significato includit rem, & rationem intentionis.* ibidem.

QVAE-

QVAESTIO SEXTA.

Vtrum aliqua Persona penitus absoluta seu suppositum absolutum habeat esse in diuinis.

CIrca sextum arguitur, quòd in Deo sit ponere vnum suppositum absolutum cõmune tribus respectiuis.

1. Primò sic, persona in sui significatione includit suppositum cum proprietate relatiua distinctiua, secundum communem,& magistralem definitionem personæ,quę dicit quod persona est hypostasis proprietate distincta. Hypostasis autem ratio em suppositi importat, in Deo ergo est ponere rationẽ suppositi præter relatiuam proprietatem. Sed in Deo præter relatiuam proprietatem distinguentem nihil est nisi quod est commune,& absolutum, ergo &c.

2. Secundò sic. Augustinus dicit 7. de Tri. *Omnis essentia,quæ relatiuè dicitur, est etiã aliquid excepto relatiuo*. Et sequitur. *Quapropter si pater non est aliquid ad seipsum, non est omnino qui relatiue dicatur ad aliquid*. Idem autem potest dici de filio, & Spiritu Sancto. Sunt ergo aliquid ad seipsum, excepto illo quo relatiue dicuntur inter se. Hoc autem excepto non est nisi vnum commune tribus, quia secundum Boethium sola relatio multiplicat trinitatem, aliquid autem ad se existens non est nisi suppositum, ergo &c. (a.1. to.3.)

3. Tertiò sic, pater est aliquis, & est pater, sed non eodem est aliquis, & pater, quia paternitate est pater, non autem paternitate est aliquis, eo quod tunc filius non esset aliquis, quia non habet in se paternitatem, nec esse aliquis includit esse patrem, quia tunc similiter, vt prius, etiam filius non esset aliquis, est ergo pater aliquis, excepto eo quo est pater, quo cõuenit cum filio, sed esse aliquem est esse suppositum. Quod autem est patri cõmune cum filio, non est nisi vnum absolutum, quia secundũ Boethium, & Augustinum pater, & filius in omnibus sunt vnum præter, quòd ad aliquid dicuntur, ergo &c.

4. Quarto sic, dicit Augustinus 7. de Trinitate. *Omnis res ad seipsam subsistit, quanto magis Deus?* ad se autem non subsistit nisi suppositum, ergo in Deo est suppositum absolutum, absolutum nõ est nisi vnicum in Deo, vt prius, ergo &c. (c.4. to.3.)

5. Quintò sic, essentia diuina, vt est essentia, habet rationem personæ, quia ipsa est in se indiuisa propter suam simplicitatem, & à qualibet alia diuisa, & distincta, vt a qualibet essentia creata, quod autem tale est, habet rationem personæ in natura intellectuali, vt patet in hominibus & Angelis, ipsa autem essentia diuina vt est essentia, est quid absolutum, ergo &c.

6. Sextò sic, intelligere in Deo quia est de essentialibus, & absolutis, secundum nostram rationem intelligendi præcedit omne relatiuũ reale, & ita omnem personam relatiuam, & tamen præsupponit aliquam personam intelligentem, quæ non potest esse nisi absoluta communis tribus personis relatiuis, quia si esset relatiua similiter præsupponeret suam correlatiuam, quia relatiua secundum Philosophum sunt simul natura, ergo &c. (præd c.5 to.1.)

7. Septimò sic, actus dicendi præsupponit dicentem personam, quæ si esset relatiua, simul præsupponeret suum correlatiuum, scilicet personam dictam, & ita esset antequam diceretur, consequens est falsum, ergo &c.

8. In oppositum est, quoniam eum illud suppositum non est nisi naturæ intellectualis, ipsum esset persona, ergo in Deo esset personarum quaternitas, quod contra fidem est.

9. Quæstionem istam disputauimus in nostro quinto quolibet, ex quo aliqua breuiter recolligendo cum supra determinatis, dicamus, quod cum secundum iam determinata supra, in Deo non sit ratio vniuersalis aut communis, secundum quem modum diximus iam supra suppositum esse in vniuersalibus, & singularibus, licet suppositum non habet esse propriè nisi in singularibus, vt determinatum est in prædicto Quolibet. Si ergo in eo sit ratio suppositi absoluti, illud erit singulare, & vnicum, quia nihil absolutum in Deo plurificatur, vt dictum est opponendo. Vnicum autem absolutum in Deo non est nisi forma deitatis. Suppositum ergo absolutum in Deo non potest poni nisi in forma deitatis, circumscriptis per intellectum relatiuis proprietatibus. Et nihil quærit ista quęstio, nisi an circumscriptis dictis proprietatibus constitutiuis trium personarum maneat in Deo aliquod suppositum vnum absolutum commune illis tribus. (q.8.) (a.43.q.2)

10. Est autem opinio aliquorum notata super

per 26. distinctionem primi Sententiarum, quod si tollatur pluralitas nominum, quæ sunt pater, & filius, & Spiritus Sanctus, quæ imponuntur a relatiuis proprietatibus, & distinctiuis, hoc nomen Deus significat personam quandam distinctam proprietatibus essentialibus ab omnibus alijs naturis, creaturarum scilicet quemadmodum Iudæi quidam, & gentiles intelligunt vnum Deum eminentem proprietatibus eorum quæ sunt.

11. Quod non potest stare, quoniam (vt determinatum est in prædicto Quolibet) nihil habet rationem suppositi nisi habeat rationem entis determinati. Forma enim non est suppositum, vt nomine formæ significatur, sed habens formam tantummodo. Habere autem formam nulli conuenit nisi per determinatum modum habendi eam. Aliter enim forma esset forma tantum, vt humanitas, vel asinitas, non autem habita ab aliquo, sicut à supposito,
a.28. q.2. n.8. veluti ab homine, vel asino. Determinatio autem non potest esse nisi in habente formam, nisi per aliquid fundatum in ipsa forma, vel essentia, quod rationis alterius est, quam sit ipsa forma. quia ipsa ex ratione qua forma est, nullam habet determinationem. Illa autem ratio non potest esse pure negatiua, quia illa nihil determinat. Est ergo positiua absoluta, vel respectiua. Non absoluta, quia cum illa non potest esse res alia addita ipsi essentiæ formæ, oportet, quod fundetur in ipsa essentia formę, & sic ipsam essentiam formæ in se determinaret, quod solum fit in creaturis, & in formis creatis, non autem in forma increata, quia illimitata, & indeterminabilis est, vt habitum est supra. Alio autem modo non potest con-
Ibid. stitui ratio suppositi absoluti. Si ergo in Deo sit suppositum, oportet, quod constituatur per rationem respectiuam in ipsa essentia fundatam, quæ non agit determinationem aliquam rei secundum se consideratæ, propter quod nō determinat essentiam, sed solum rei comparatæ ad alterum secundum relatiuam oppositionem, quæ est ipsius relati, quod est ipsum constitutum quasi ex essentia, & relatione, & ipsum determinatum, atque distinctum, vt infra dicetur. Ablatis ergo per intellectum proprietatibus, & nominibus earum, nullo modo manet in Deo ratio suppositi, nec possibile est ponere in Deo aliam rationem suppositi quam relati.

12. Vnde Philosophi, qui verum habebant intellectum deitatis, etsi non trinitatis personarum relatarum, præcise intelligebant eam, vt quandam singularitatem absolutam indeterminatam, & illimitatam, ita quod falsus, & fictitius fuisset eorum intellectus, & non essentiam deitatis intellexissent, sed figmenti, quod sibi in imaginatione construxissent, si sub ratione suppositi absoluti eam intellexissent; quemadmodum etiā fallo eam intellexissent, si eam intellexissent non intelligendo eam sub proprietatibus relatiuis, & in supposito relatiuo subsistenti existere, immo (vt verius dicā) intelligendo eam existere absque relatiuis proprietatibus, nec in supposito relatiuo. Vnde dicit Hil. 3. de Trinitate cap. 7. *Nunquid nomen Dei ignorabatur? Hoc Moyses de rubo audiuit, hoc Genesis in exordio creati orbis nunciauit, hoc lex exposuit, prophetæ prætulerunt, homines in huius mundi operibus senserunt, gentes etiam mētiendo venerata sunt. Non ergo ignorabatur Dei nomen. sed Deus plane ignorabatur, nam Deum nemo noscit, nisi confiteatur, & patrem vnigeniti filij.* Et lib. 5. cap. 17. *Prius confitendus est pater, & filius, vt vnus Deus possit intelligi. Vnū verum Deum non apprehendet euangelicæ, & apostolicæ prædicationis ignara impietas.* Sicut enim naturæ essentię creaturæ est, vt non existat nisi in supposito absoluto, & determinato per naturæ participationem, sic naturę deitatis est vt non existat nisi in supposito relatione determinato. Vnde Abbas Ioachim, quia non potuit intelligere vnam deitatis naturam non cointelligendo proprietates personales, nisi intelligendo eam sub ratione suppositi, & personæ, vt in diuinis saluaret personarum trinitatem, & negaret quaternitatem, quamuis concessit, quod pater, & filius, & Spiritus Sanctus sint vna essentia, vna substantia, vna natura, vnitatem tamen huiusmodi non veram, & propriam quasi vnum aliquid re singulare sit in patre, & filio, & Spiritu sancto, sed quasi collectiuā, & similitudinariam esse confessus est, quemadmodum multi homines dicuntur vnus populus, & multi fideles vna ecclesia. Et cecidit in hæresim Arrianam personas separando. Vnde, & appellauit Magistrum Petrum Lombardum hæreticum, eo quod in suis sententijs dixit, *quoniam quædam summa res est pater, & filius, & Spiritus Sanctus.* Vt de asse-
rit, quòd ille non tam trinitatem, quam quaternitatem astruebat in Deo, videlicet tres personas relatiuas, & vnam cōmunem essentiam, quasi quartam personam scilicet absolutam, manifeste protestans, quòd nulla res est, quæ sit pater, & filius, & Spiritus Sanctus, nec essentia, nec natura. Et hoc ideo, quia si hoc posuisset, visum fuisset, quod necesse habeat ponere, quòd esset secundum se persona aliqua, quod non est verum. Est enim in personis non distincta ab ipsis, non autem persona. Et sic credit ecclesia, quòd quædam res, & natura est pater, filius, Spiritus Sanctus: ita tres simul sunt illa natura. & quælibet trium personarum per se, vt vnitas sit in natura, & distinctio in personis. secundum quod hæc omnia expresse habentur in principio Decretalium cap. *Damna-*

l. 1. d. [illegible] B.

na-

namus ergo, & reprobamus, &c.

13. Et sicut contingebat Ioachim personas separare cum Arrio, ne poneret personarum in Deo quaternitatem, eo quòd essentiæ, siue naturæ vnitatem intelligere non potuit sine ratione personalitatis, sic contigit contrario modo Sabellio, quòd personas confundebat ne negaret substantiæ siue naturæ vnitatem, quam non potuit intelligere nisi in vnica personalitate, quam ponebat esse in tribus, sicut nos ponimus in tribus ipsam essentiam absque propria personalitate. In eo enim, quòd posuit vnam personam absolutam in ipsa essentia, necesse habuit ponere proprietates personales relatiuas fundari in illa persona, sicut & nos in ipsa essentia, & ponere illam vnam, sicut & nos ipsam essentiam, esse patrem, & filium, & Spiritum Sanctum, ita quòd proprietates illæ proprias personas non distinguerent super illam personalitatem essentiæ, sed quòd illa vna personalitas in illas se diffunderet, & illæ simul se in istam confunderent, vt sicut secundum Arrium aliud pater, aliud filius, aliud Spiritus Sanctus, sic secundum Sabellium, qui pater, ille filius, ille Spiritus Sanctus. Reuera hęc necesse habent ponere ponentes in Deo vnam personam absolutam, quia illius esset per se agere actiones diuinas, & esse terminum actionum personalium, vt esset pater quia generat, & filius quia generatur, & Spiritus Sanctus quia procedit, vt relationes sint aduentitiæ ipsi personæ ex actu, nullo modo rationes eliciendi, vel terminandi actus, & esset ille qui generat, ille qui generatur, & spirans, qui spiratur, & generaret, & spiraret seipsum, quod catholici inducunt tanquam inconueniens, & absurdum contra Sabellium. Nos igitur Scyllam vitantes atque charybdim, mediam viam inter duas pestes teneamus: Dicendo, quòd in diuinis est essentia vna, singularitate essentiæ communis tribus personis, ne personas diuidamus sicut Arrius: non singularitate personæ, ne ipsas confundamus sicut Sabellius.

n.1. 14. Quod ergo arguitur Primò in oppositum, quod persona est hypostasis proprietate distincta: Dicendum, quòd non definitur ibi generaliter persona, vt consideratur in sua generalitate, siue communitate, prout habet inueniri in omnibus rationalibus, & intellectualibus, sed specialiter, vt habet esse in Deo, & hypostasis stat ibi illa generalitate, vt conuenit omni substantiæ indiuiduæ subsistenti more latinorum, siue fuerit intellectualis, siue non intellectualis. Vnde non includit determinatam rationem distinctionis, siue per essentiæ, siue per naturæ determinationem, vt contingit in creaturis, siue per relatiuas proprietates, vt contingit in diuinis secundum modum supra determinatum. Persona autem diuina includit determinatam rationem distinctionis, scilicet per relatiuam proprietatem. Et sic in ista definitione personæ diuinæ cum dicitur, quòd est hypostasis proprietate distincta, ly Hypostasis distincta, in illa definitione est quasi genus, ly proprietate (subintellige relatiua) quasi differentia, & sic hypostasis supponit ibi, vt commune secundum rationem, & intentionem, non autem vt aliquid commune secundũ rem, quemadmodum est essentia, quòd tamen supponit argumentum; aliter enim non esset intellecta vna persona absoluta manens subtractis proprietatibus.

15. Ad secundum, quòd relatiue, dictum est aliquid excepto relatiuo: Dicendum, quòd intellectus illius dicti est, quod omne quod relatiuè dicitur, præter rationem respectus quo relatiue, & ad aliud dicitur, est aliquid in re absoluta in qua fundatur ille respectus. Sed ex parte eius, quòd dicitur aliquid, sciendum, quòd potest habere suppositionem simplicem pro essentia, vel personalem pro supposito. Primo autem modo sumitur in dicto August. Et sic pater in diuinis est aliquid idest diuina essentia, quæ est aliud quid ab essentia creata, excepto relatiuo, hoc est ratione respectus siue relationis, quæ formaliter imponitur nomine paternitatis. Secundo modo procedit argumentum non secundum intentionem Augustini. n.2.

16. Ad tertium, quòd pater alio est aliquis, alio est pater: Dicendum, quòd falsum est, quemadmodum non est alio persona, alio ista persona patris, licet persona supponat indeterminate pro eo quod supponit determinate persona filij, patris, & Spiritus sancti, & significat communiter intentionem illam, quam significat determinate quælibet illarum, secundum quod patet ex supra determinatis. n.3.

17. Et quod arguitur, quòd paternitate est pater, non est autem paternitate aliquis, quia sic filius non esset aliquis: Dicẽdũ, quòd paternitate est pater determinatè, sed aliquis idéterminatè. Propter quod non sequitur, quòd filius non est aliquis, qa sua filiatione est aliquis indeterminatè, & non sequeretur, pater paternitate est aliquis, ergo filius non est aliquis nisi aliquis diceret aliquid determinatum. Non sequeretur ergo illud, quod vlterius concluditur. ibid.

18. Ad quartum, quòd Deus ad seipsum subsistit: Dicendum, quòd cum secundum Augustinum 7. de Trinitate, vnde argumentum assumptum est, *ab eo quod est subsistere substantiam dicimus*, & substantiam secundum prędicta possumus accipere secundum morem latinorum pro essentia, vel secundum morem græcorum pro subsistentia. Similiter subsistere dupliciter potest accipi. Vno modo, vt ab eo dicitur substantia, quæ est essentia. Alio n.4. c.4.10.

modo, vt ab eo dicitur substantia, quæ est subsistentia. Primo modo idem est Deo esse quod subsistere, & ad seipsum Deus subsistit non relatiuè. Iam enim (vt concludit) substantia non est substantia, sed relatiuum. Et hoc modo loquitur ibi Augustinus de subsistere. Secundo autem modo non est idem Deo esse quod subsistere, sicut non est ei idem esse, & patrem esse, & hoc modo relatiue subsistit, non ad se, sicut & relatiuè est persona, non ad se.

a.5. 19. Ad quintum dicendum, quòd essentia diuina, vt essentia est, non potest habere rationem personæ, quia persona, vt persona, habet rationem incommunicabilis, & esse determinati in sua singularitate, non sic autem essentia sub ratione, qua est essentia simpliciter, habet, quòd sit esse determinati, & incommunicabile quid. Immo omnis essentia, vt simpliciter essentia est, communicabile quid est pluribus suppositis, licet in Deo secundum rationem esse in determinati singularis, in creaturis vero sub ratione esse indeterminati vniuersalis, quàuis essentia deitatis, quia ex se singularis est, potius ex se videatur habere rationem personæ, quam essentia creata, quia ex se vniuersalis est. Siue enim essentia sit singularis, siue vniuersalis, nihil refert ad non esse personam, dum tamen ipsa de se sit communicabilis siue in substantiæ singularitate, siue in pluralitate, quia illa sola ratio, quæ confert incommunicabilitatem in natura intellectuali, confert personalitatem. Vnde ad formã argumẽti dicendum, quòd indiuisio duplex est, & similiter diuisio, siue distinctio, sicut & duplex est vnitas, & pluralitas, scilicet essentialis, & personalis. Licet ergo essentia diuina, vt essentia est, in se est indiuisa, & à qualibet alia diuisa, quia illa diuisio est essentialis, & similiter indiuisio, non autem personalis, quia non est penes rationem incommunicabilis, vt dictum est, ideirco non oportet, quòd diuina essentia inquantum est essentia, habeat rationem personæ.

a.6. 20. Ad sextum, quòd intelligere, quia est de absolutis præcedit omne relatiuum reale, & personale, &c. Dicendum, quòd secundum rationem nostram intelligendi illud est prius, quod simpliciorem, & absolutiorem intellectũ de se format, & sic vniuersaliter absolutum inquantum absolutum, prius est relatiuo quod includit illud absolutum, quemadmodum persona includit essentiam. Si autem relatiuum includit secundum intellectum suum intellectum absoluti, non oportet, vt contingit in proposito. Vnde distinguendum est de absolutis in Deo, quia quædam significant per modum habitus, quædam per modum agere siue actus. De illis, quæ significant per modum habitus, vniuersaliter verũ est, quod præcedunt omnẽ relationẽ realem, non aũt verũ est hoc de illis, quæ significant per modum agere, vt sunt intelligere, & velle, immo illa præsupponunt suppositum relatiuum non ab alio existens, cui primò secundum rationem conueniunt intelligere, & velle, nec tamen simul præsupponũt suum correlatiuum quo ad actum intelligendi, neque similiter quoad actum dicendi, de quo processit vltimum argumentum, licet quo ad actum nostrum intelligendi.

21. Est ergo sciendum ad dissolutionem huius assumpti in vtroque argumento, quòd relatiuum potest considerari, vt relatiuum simpliciter, & vt comparatur ad actum intelligendi passiuè cuiuscunque, vel vt est pertinens ad originem, & comparatur ad actum originandi siue actiuè, siue passiuè. Primo modo verum est, quòd sunt simul natura, hoc est naturali intelligentia, quia vnum sine altero intelligi non potest, immo vnum est ratio intelligendi alterum. Secundo autem modo vnum potest esse prius altero inquantum actus originatur ab vno, & terminatur in alterum, & hoc secundũ modum, quo secundum rationem nostrã prius, & posterius cadunt circa ordinem originis, de quo infra erit sermo amplior. Sed mediante actu intelligendi, & dicendi, dicens, & intelligens simul dat intelligere suum correlatiuum, vt infra magis declarabitur.

Con-

Concluſiones ex Quæſtione Sexta, Articuli Quinquageſimi tertij.

1. *Suppoſitum abſolutum in Deo non poteſt poni.* n. 9.
2. *In diuinis eſt eſſentia vna ſingularitate eſſentiæ communis tribus perſonis non ſingularitate perſonæ.* n. 13.

QVAESTIO SEPTIMA.

Vtrum perſona in Deo ſignificet aliquid commune.

Circa ſeptimum arguitur, quòd perſona non ſignificat aliquid commune in diuinis.

1. Primò ſic. Non eſt communitas niſi aliqua vnitas pluribus conueniens, plures non ſunt in diuinis niſi tres perſonæ, ſed perſona non eſt aliquod vnum conueniens tribus, quoniam in perſonalitate differunt. In eo autem in quo aliqui differunt, vnitatem, & conuenientiam non habent, ergo &c.

2. Secundò ſic. Commune vniuocum eſt verum vniuerſale ad illos, quibus eſt commune. Perſona autem diuinis perſonis conuenit vniuocè, quia ſecundum idem nomen, & ſecũdum eandem rationem aſſignatam a Boethio, q. 3. & correctam à Ricardo, vt dictum eſt, ergo ſi perſona eſt commune tribus perſonis, eſt ali- a. 43. q. 2. quod verum vniuerſale in diuinis, cuius oppoſitum determinatum eſt ſupra.

3. In contrarium eſt id quod dicit Augusti- c. 4. to. 3. nus 7. de Trinitate. *Propterea dicimus tres perſonas, quia commune eſt perſona tis id quod eſt.*

4. Dicendum ad hoc, quod triplex eſt communitas, quædam rei puræ, quædam rationis puræ, quædam vero media partim rei, partim rationis. Primo modo eſt communitas ſolius eſſentiæ, & attributorum eſſentialium tribus perſonis. Et ſecundum hanc communitatem dicitur, quòd pater eſt Deus, filius eſt Deus, Spiritus Sanctus eſt Deus. Et hæc eſt remotiſſima à ratione vniuerſalis, quia in vnitate rei ſingularis fundatur, non ſic autem communitas uniuerſalis. Communitas tertio modo dicta eſt communitas relationis tribus perſonalibus relationibus, quæ ſunt paternitas, filiatio, ſpiratio. Quæ relatio eſt vnum prædicamentum in diuinis, non ſolum ratio prædicamenti. Secundum hanc enim communitatem dicimus, quòd paternitas eſt relatio, filiatio eſt relatio, ſpiratio eſt relatio, & quaſi in concreto dicimus, quod pater eſt relatiuum, filius eſt relatiuum, Spiritus Sanctus eſt relatiuum, & hęc communitas magis appropinquat vniuerſali quam præcedens, quia non conſiſtit in vnitate relationis ſingularis, ſed quaſi in abſtracta à tribus relationibus ſingularibus realibus prædictis. Nec tamen in ea eſt vera ratio vniuerſalis, quia non ſunt in ipſis tres realitates in fundamẽto ſuppoſitorum, ſed vnica tantum, quia in vna re ſingulari, quæ deitas eſt, fundantur, vt infra patebit, & vniuerſale verum debet ha- a. 55. q. 6. bere diuerſam realitatem in ſuis ſuppoſitis, ſe- a. 43. q. 2. cundum quod de hoc habitum eſt ſatis ſupe- a. 52. q. 2 rius, propter quod dicta eſt iſta communitas, partim rei, partim rationis, licet non ſit in ea vera vniuerſalitas. Quomodo autem illæ tres relationes dicuntur reales, & quodam modo tres res, non ſolum propter realitatem naturę, & eſſentiæ, quæ eſt earum fundamentum, ſed propter realitatem hypoſtaſum, quas conſtituunt, videbitur inferius. Communitas autẽ a. 55. q. 6 ſecundo modo dicta, eſt communitas illa, quæ eſt in nomine perſonæ.

5. Sed hoc ponunt diuerſi diverſimode. Quidam enim dicunt, quòd communitas perſonæ eſt ſecundum negationem, ſicut eſt cõmunitas indiuidui ad Petrum, & ad Paulum, quia ſcilicet non capit eſſentia ſingularis eorũ participationem in plures, ſicut capit eſſentia humanitatis ſimpliciter in humanitatem huius, & illius, ſecundum quòd ſupra tactum eſt. q. 1. Sed hoc non eſt verum, quòd perſona in diuinis non conſiſtit in pura negatione, etiam ſi nõ ſignificaret niſi intentionem, ſicut ſignificat indiuiduum, immo fundatur in creaturis in ipſius naturæ communis poſitiua determinatione, & in diuinis ſuper relationes diuinorũ ſup- a. 39. q. 3 poſitorum, vt prædictum eſt. q. 4 n. 19

6. Ideo aliter reſpondendum eſt, alio mo-

do ponendo personam significare substantiã, vel essentiam alio vero modo ponendo ipsam significare intentionem. Ponendo vero personam significare substantiam, vel essentiam, quidam aspiciunt in ponendo eius communitatem ad naturam relationum, quæ sunt personarum constitutiuæ, quidam vero ad ipsas personas, siue hypostases singulares constitutas. Ad communem vero essentiam non potest fieri aspectus, *quia tenet unitatem, & nõ mul-*
q.5.n.37 *tiplicat trinitatem*, secundum Boethium, sine qua multiplicatione non est personæ communi-
q.2.n.5. nitas, vt dictum est iam supra, secundum Ricardum.

7. Secundum primum modum dicunt aliqui, quòd ibi est communitas in re relationum quæ sunt constitutiuæ personarum, super quas
n.4. est ibi (vt dictum est) communis ratio relationis ad paternitatem filiationem, & spirationẽ, & illam dicunt significari nomine personæ, sicut speciales relationes significantur nominibus Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Et ideo personam communem esse ad Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, sicut est relatio simpliciter communis ad paternitatem, filiationẽ, & communem spirationem.

8. Sed hoc non potest stare, quoniam, vt di-
q.5.n.21 ctum est secundum Ricard. supra, nomen personæ non significat nisi singulare vnicum in se, & distinctum à quolibet alio, & quod tale nullam rem communem significat. Vnde si ita esset, vt dicunt, tũc non esset cõitas alia prædicata cum dicitur, Pater est persona, Filius est persona, Spiritus Sanctus est persona, quã illi, quæ prædicatur cũ dicitur Pater est relatiuũ, Filius est relatiuum, Spiritus Sanctus est relatiuum. Quod falsum est, quia esse relatiuũ simpliciter nullã rationẽ distinctionis importat, sicut importat nomen personæ. Et reuera si persona propriè, & per se significatione prima, & absoluta diceretur significare substãtiã, quæ est hypostasis, aut relationem, tunc non posset esse commune ad tres hypostases relatiuas nisi significando communem relationem ad illarũ relationes, aut nihil omnino reale, quod est commune intelligitur nomine personæ, quod proculdubio verum est. Ideo ponentes quod persona significat substantiam, vel essentiam, ponunt communitatem eius, absque significatione communitatis alicuius.

9. Magister Gerardus La pucelle, qui ponens, quod persona significat essentiam non gratia sui, sed gratia suppositorum, ita quòd supponat pro personis non pro essentia, vt ex-
q.5.n.23 positum est supra, ratione huius suppositionis dicit, quòd pluraliter accipitur, & tamen substantiam significat in plurali, sicut & in singulari, & ita quòd communitas eius non est in significatione, sed in suppositione. Et arguit contra eum Præpositiuus sic. Hoc nomen Deus est aliquando supponit pro persona, aliquando pro essentia, tamen vbi supponit pro persona, inquantum supponit pro persona, non supponit pro essentia. Vbi ergo supponit pro qualibet persona eandem communitate habet cũ persona, & potest in plurali prædicari de tribus, sicut & persona. Quod non est verum, non est ergo illa ratio sufficiens.

10. Ricardus vero consequenter di-
cens opinioni suæ præpositæ, diceret, quòd q.5.n.21
persona non dicit aliquid commune ad tres per significationem, sed solum per indeterminationem, quia non significat nisi aliquem vnum, qui est distinctus ab omnibus, cuius ratio inquantum huiusmodi communis esse nõ potest, nisi quia non determinat aliquem taliũ significatũ personæ, neque in singulari, neq; in plurali quantum est ex parte significati, sed in singulari significat aliquem talem, in plurali vero aliquos tales. In quo concordat Simon
Tornacen. qui dicit (vt recitat Præpositiuus) ib.n.19.
quòd gratia consignificationis hoc nomen persona transit ad pluralitatem, vt dicatur, pater, & filius, & Spiritus Sanctus sunt tres personę, idest sunt vnum, & per se idest distincti, vt hoc pronomen se sit pluralis numeri, & masculini generis, sicut in singulari pater est persona idest vnum, per se, idest distinctus, vt ly se sit masculini generis, sed nomine personæ in singulari intelligitur singulariter, in plurali pluraliter. Et redit quoad istam communitatem hæc positio in idem cum positione dicente, quod persona non significat nisi essentiam, & supponit pro hypostasi, ita quòd si non ponatur aliquid aliud de significato personæ quã essentia, aut relatio distinctiua, aut hypostasis singularis, in illo communi nihil est quod cõmune est tribus nisi sola vox personæ. Dico secundum quod sumatur illa communitas, quia
ex parte essentiæ communis (vt dictum est) su- n.6.
mi non potest. Et sic esset sola communitas æquiuocationis, quod non apparet esse concedendum.

11. Vnde videtur esse recurrendum ad positionem dicentem, quod persona de significato suo absoluto nomen est intentionis secundę
secundum prædictum modum, quamuis non q.5.n.83
supponat nisi rem, quæ est suppositum singulare, sub illa indifferentia quam ponit Ricar. vt dictum est. Et est illa intentio ratio qua intellectus concipit suppositum reale, quod est hypostasis, significatum nomine rei, vt est pater, & filius in diuinis, Petrus, & Paulus in creaturis, concipit, inquam, vt distinctum per se à quolibet. Et consistit ista intentio in respectu quodam, & modo se habendi huiusmodi rei in comparatione, & respectu ad essentiam communem, & ad quodlibet aliud quod con-

simi-

similem habet distinctionem, siue in vna essentia singulari, vt contingit in diuinis, siue in vna essentia specifica, vt contingit in hominibus, siue in pluribus essentijs specificis, vt contingit in hominibus, & Angelis. In omnibus enim istis nomen personæ quasi eiusdem intentionis est, nisi quòd ab absoluto sumitur in creaturis, & à respectiuo in diuinis. Vnde quia ratio talis intentionis consistit in quadam comparatione, sicut & aliarum intentionum generis, & speciei, ideo communitas intentionis quodammodo est communitas proportionis. Est enim Petrus indiuiduum, & persona sicut Paulus, quia eodem modo se habet ad speciem suam, & ad suum condiuisum, sicut Paulus, & consimili modo dicitur homo esse species sicut asinus, & quantitas genus sicut qualitas, & hoc propter similem comparationem ad sua inferiora. Et sic in nomine personæ ex parte significati nihil potest sumi commune secundū quòd distinguitur in contenta, nisi ratio intentionis, quæ in sua communitate nihil rei habet extra, sed solum consistit in conceptu intellectus, nec habet rationem vniuersalis realis, sed intentionalis tantum, licet consideratur circa rem, & habet rationem accidentis, non existētis in re, sed solum in conceptu intellectus. Propter hoc non est inconueniens, si ponamus quòd habeat rationem vniuersalis veri intentionalis, licet ratio vniuersalis realis nullo mō ponatur in diuinis. Illud etiam quia est quodammodo in re, aliquam compositionem poneret in Deo, quod non facit istud, quia solum ponitur in conceptione intellectus.

12. Sed est aduertendum, quod huiusmodi intentionem vniuersalem contingit quandoque ad aliquid comparari velut ad subiectū circa quod consideratur, vt persona ad patrem, & filium, ad Petrum & Paulum, & species ad hominem, & asinum, & genus ad quantitatem, & qualitatem. Et habet talis intentio quasi rationem speciei specialissimæ cōtinentis quasi indiuidua, cuiusmodi sunt hæc, persona Petri, vel persona Pauli, hæc species hominis, illa species asini, hoc genus quantitatis, illud genus qualitatis. Quandoque vero contingit comparari ad aliam intentionem sibi suppositam, de qua prædicatur tanquam genus de speciebus, vt facit hæc intentio vniuersale, de hac intentione quæ est species, & illa quæ est genus. Vnde in proposito ratio personæ est quasi speciei specialissimæ intentio circa subiectū continens quasi particulares intentiones circa subiecta particularia, vt sunt hæc persona, vel illa, sed in nomine persona non est intellectum aliquid circa quod consideratur, nisi indeterminate, iuxta superius determinata secundum Ricar. Et super istam communitatem intentionis, alia est communitas qua homo prædicatur de Petro, & Paulo, alia qua persona prędicatur de eisdem, nec habet persona aliam cōmunitatem in diuinis, & ad ipsam exprimendam primò fuit hoc nomen persona translatum ad diuina, quia alia communitas haberi non potuit, quæ pluríficari posset de tribus, & esse substantiuum huius adiectiui tres, secūdum quòd dicit Præpositiuus. *Cum enim scriptura dicebat, Pater, & filius, & Spiritus Sanctus sunt tres, quærebatur quid, vel qui tres. Et forte poterat dici tres res, sed quia hoc vocabulum nimis commune est, oportuit inuenire aliud vocabulum minus commune, quod posset iungi huic vocabulo, & translatum est hoc nomen persona, & responsum est tres personæ, vt diceretur, sed ne taceretur*, vt ait Augustinus, idest vt non plene responderemus, sed ne omnino taceremus. 5. de Tri. c. 9. to. 3. Vt enim dicit 7. de Trinit. *Loquendi causa de ineffabilibus, Vt fari aliquo modo possemus, quod effari nullo modo possumus, dictum est à græcis vna essentia, tres substantiæ, à Latinis autem vna essentia, vel substantia, tres personæ. Cum enim quæritur quid tria, vel tres, conferimus nos ad inueniendum aliquod speciale, vel generale nomen, quo contemplamur hæc tria, neque occurrit animo, quia excedit supereminentia diuinitatis vsitati eloquij facultatem. Pater ergo, & filius, & Spiritus Sanctus quoniam tres sunt, quæramus quid tres sunt, quid commune habent. Si enim tres personæ, commune est eis id quod est persona, alioquin nullo modo possunt ita dici. Sed dicimus tres personas, quia volumus, vel vnum aliquod vocabulum seruire huic significationi, qua intelligitur trinitas*, idest quod significat aliquid commune tribus, sub qua communiter intelligunt illi tres. Et non est dicta communitas nisi rationis, quam inuestigat Augustinus ibidem remouendo à natura personæ omnem communitatem realem, vt patet maxime in capite sexto. cap 4. ib. c. 6.

13. Et est responsio qua respondetur tres personæ, non satisfac eis interrogationi, sed interroganti tantum. Cum enim quærebant, qui tres, intentio eorum erat sibi responderi rem aliquam communem illis vno nomine significatam, quod communiter de illis in plurali, vt subiectum illi adiectiuo tres prædicaretur, quemadmodum cum dicitur tres sunt currentes, & quæritur, qui tres, & respondetur homines, & viterius, qui homines, & respondetur Petrus, Seruatius, Ioannes. Tale autem nomen in diuinis inueniri non potuit: vnde quia nihil potuit eis esse commune nisi intentio personæ, nec satisfacit interrogationi, nec intentioni interrogantis, sed solum pertinaciæ hæreticorum: quia non habebant vltra quid quærerent, quemadmodum si quæreretur Petrus, Ioannes, Paulus, qui tres? & respondeatur tres personæ. Vnde si cum ista communitate intentionis intelligatur cōmunitas

a. 10.

nitas indifferentiæ secundum positionem Ricar. responderi, tunc plenissime satis fit interrogationi, & interroganti quantum possibile est.

14. Nec tamen ista responsio dicendo tres res, nec illa dicendo tres personæ, siue persona intelligatur supponere pro intẽtione, siue pro suppositis singularibus sub indifferentia, satisfecit omnino interrogationi similiter, & interroganti, quia interrogatio petebat, & intentio interrogantis de substantiuo substantiæ illius adiectiui tres, intendendo substantiam illam plurificatam responderi, & plurificationem illam determinari circa ipsam per illud adiectiuũ tres: ita quod quo ad hoc nihil aliud quærebatur per *quid*, quam per *qui*, sed solũmodo quo ad hoc, quod *quid* quærebat de substantia plurificata absolutè, & sub ratione essentiæ, *qui* vero de substãtia plurificata in suppositis. Vnde quia talis substantia siue essentia in diuinis non habet reperiri, falsum supponebat quæstio in diuinis, & ideo interrogationi non erat respondendum, nec satisfaciendũ, quia impossibile erat, nec similiter intentioni interrogantis, quia ipsa similiter falsum supponebat in diuinis, sed solum erat satisfaciendum pertinaciæ eius quantum possibile fuit. Vnde dicit Ricardus 4. de Trinitate cap. 5. *Qui nomen persona primo ad diuina transtulerunt hoc ipsum ex necessitate fecerunt, ut haberent quod responderent quærentibus quid tres illi in trinitate essent, cum tres Deos, esse respondere non possent.*

15. Est tamen hic aduertendum, quod ipsam interrogationem non oportet ponere supposuisse falsum quantum erat ex se, sed solum quantum erat ex intentione interrogantis, quoniam quantum erat ex se, neutram interrogationem portet supponere falsum, quoniam interrogatio vtraque quantum est ex parte eius quod est tres, non habet necesse supponere nisi ternarium suppositorum, & per *quid* non est necesse, quòd intelligatur quæri de alio quam de essentia, & quidditate illorum simpliciter, nec magis supponit eam triplicatam quam simplicem, & vnicam. Vnde siue in respondendo explicetur essentia triplicata, siue simplex, & vnica, responsio satisfacit interrogationi. Vnde interrogatio per *quid* non intendit nisi illi tres quid sunt in substantia, & sufficientissime respondetur dicendo Deus. Per *qui* autem non est necesse, quod intelligatur quæri de alio quam de proprietatibus suppositorum, in quibus non magis substantiam triplicatam quam vnicam oportet intelligi. Vnde non oportet in respondendo exprimere essentiam, sed satisfit interrogationi, si trinitas personarum respondeatur. Vnde interrogatio per *qui* non intendit nisi illi tres, qui sunt in suppositis, & sufficientissime respondetur exprimendo sub proprijs nominibus, & dicendo pater, & filius, & Spiritus Sanctus, vel sub vno nomine communi tribus, quod continent intellectum trium, siue significat illa principali significatione licet sub indeterminatione (vt ponit Ricardus) siue non, sed solum intentionem communem, & supponendo pro illis, dicendo personæ, vel tres res.

16. Nec differt sic respondere vel sic, nisi, quòd nomine personæ habetur intellectus trium sub quadam indeterminatione, & indifferentia absque significatione alicuius realis communis ad illos, sicut habetur hoc nomine res, quod pluraliter prædicatur de tribus, sed persona addit rationem communis intentionis, & ideo melius respondetur dicendo tres personæ, quam dicendo tres res, quia quæstio est de suppositis singularibus, & secundum interrogantis intentionem, vt sunt sub aliquo cõmuni, neq; quod est essentia, neq; quod est relatio, neq; quod est intentio, & maxime quod de se suppositionem suã non habet determinatam ad supposita singularia. Vnde vt satisfieret omnino interrogationi, & pertinaciæ interrogantis, quantum possibile erat, maxime cum interrogatur per *quid*, responsum est nomine personæ, quod habet determinatam suppositionem pro suppositis singularibus, & cum hoc communem intentionem significat, licet nec de illa fuit intentio interrogantis, nec virtus interrogationis, & tale est hoc nomen persona. Propter quod dixit Augustinus de Trinitate. *Volumus vel vnum vocabulum seruare huic significationi, qua intelligitur trinitas, ne omnino taceremus interroganti, quid tres cum tres esse fateamur.* Est autem illa significatio intentionis communis in nomine persona, non qua significatur Trinitas, sed intelligitur, vt dictum est. l. 7. ca. 4. to. 3.

17. Ad primum: Dicendum, quòd verum est, non tamen per hoc excluditur, quin persona sit commune quid ad tres, scilicet suppositione, vt dicit opinio Pucelle, vel quadam indifferentia, vt diceret Ricar. & Simon, vel relationis intentione, vt patet ex prædictis.

18. Ad secundum, dicendum, quod verum est de vniuoco vnitate rei, non autem de vniuoco vnitate propositionis, qualis est in nomine intentionis, vt dictum est, quemadmodum non dicuntur vniuoce rector, qui in ciuitate, & qui in naui, de tali cõmunitate Aug. loquitur cum dicit, quod persona est commune.

Con

Concluſio ex Quæſtione Septima, Articuli Quinquageſimi tertij.

1. *Perſona in Deo ſignificat aliquid commune*. *n.* 12.

QVAESTIO OCTAVA.

Vtrum plures ſint perſonæ in Deo.

CIrca octauum arguitur, quod in Deo non ſint ponendæ plures perſonæ.

1. Primò ſic. De quibus nomen ſpeciale pluraliter enunciari poteſt, & generale, ſiue illud ſpeciale fuerit nomen rei, ſiue nomen intentionis, veluti cum Abraham, Iſaac, & Iacob ſunt tres homines, & tria animalia, ſeu cum ſunt tria indiuidua hominis, vel animalis, & tres homines, vel tria animalia, ſecundum Auguſt. 7. de Trinit. cap. 6. Deus, & perſona ſe habent in diuinis ſicut generale, & ſpeciale. Eſt enim Deus quid commune ad perſonam, ſiue perſona ſit nomen rei, ſiue nomen intentionis. Si ergo in Deo Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, ſunt plures perſonæ, & plures Dij, conſequens falſum eſt, ergo &c. [ca.3.]

2. Secundò ſic, Boethius dicit de Trinitate. *In Deo nulla eſt ex diuerſitate pluralitas*, ſed non eſt pluralitas perſonarum niſi ex aliqua earum diuerſitate, quia vbi eſt omnino identitas, perfecta eſt vnitas, & ita nulla omnino pluralitas, ergo &c. [ad. med.]

3. Idem ibidem. *Vbi nulla eſt differentia nulla omnino eſt pluralitas, quare nec numerus, ſed vnitas tantum*. Hæc maxime contingunt in Deo, ergo in Deo nullus eſt omnino numerus, ſed non eſt perſonarum pluralitas ſine omni numero, ergo &c.

4. Item quæcunque in aliquo ſunt vnius, & eiuſdem rationis, vno non multiplicato, nec alterum poterit multiplicari, perſona, & eſſe in Patre, & Filio, & Spiritu Sancto, ſunt vnius, & eiuſdem rationis, dicente Auguſt. 7. de Trin. cap. 6. *quòd hoc eſt illi eſſe quod perſonā eſſe*, quare cum eſſe non plurificatur in Patre, & Filio, & Spiritu Sancto, nec perſona, ergo &c. [ca.3.]

5. Item ſimplicitas ſequitur vnitatem, vt habitum eſt ſupra, vbi ergo maior vnitas, & maior ſimplicitas, ſed maior eſt vnitas, vbi cum vnitate eſſentiæ eſt vnitas perſonæ, quam vbi eſt pluralitas perſonæ, ergo & maior ſimplicitas, ſed in Deo ſumma poſita eſt ſimplicitas, ergo &c. [a.28.q.1 n.5. a.52.q.3 n.5.] [a.28.29.]

6. In contrarium arguitur, quia in quo eſt ponere perſonarum alietatem, & pluralitatem, quia non eſt alietas niſi ex pluralitate, in Deo eſt ponere perſonarum alietatem, ſecundum quod dicitur in Symbolo Athanaſij. *Alia eſt perſona Patris, alia Filij, alia Spiritus Sancti*, ergo &c.

7. Dicendum ad hoc, quòd cum ſecundum prædeterminata in Deo non ſit ponere perſonam penes aliquam rationem abſolutam accipiendam, ſed ſolummodo penes relationem, ſiue proprietatem relatiuam, & hoc non quamcunque, ſed ſolummodo per illam, qua ordinatur perſona ad actum emanationis, vt à qua emanat id quod procedit, vel vt quæ per emanationem procedit, quæ non eſt niſi relatio pertinens ad originem, quæ etiam in Deo non eſt accipienda ad aliquid extra, vt ad creaturam, quia relatio Dei ad creaturam, eſt ſecundum dici tantum, & quaſi accidentalis, ratio autem perſonalitatis eſſentialis eſt ei cuius eſt. Proprietas autem relatiua nunquam eſt ſingulariter, ſiue vnica, & ſolitaria. Plures ergo debent eſſe in Deo proprietates relatiuę penes quas accipitur ratio perſonæ in ipſis, & ideò neceſſario in Deo ſunt plures perſonæ ponendæ, vt ſic in Deo cum vnitate in ſubſtantia, de qua tractatum eſt ſupra, neceſſe ſit ponere pluralitatē in perſonis. Quod bene oſtendunt Auguſtinus, & Hilarius auctoritate Sacræ Scripturæ, vt pertractat Magiſter lib. 1. Sententiarum diſtinctione 2. cap. *Perſonarum quoque pluralitatem*. Sed vnitati ſubſtantiæ contrariatur Arrius diuidens ſubſtantias, ponendo tot ſubſtantias in diuinis quot perſonas. Diſtinctioni aut perſonarum contrariatur Sabellius, ponens vnum ſuppoſitum abſolutum, & illud eſſe Patrem cum generat, & Filium cum generatur, & Spiritum Sanctum cum procedit, ſecundum quòd tactum eſt ſupra. Et procedit [q.4.] [a.25.] [lit. D.] [q.6.]

dicta

dicta ratio ponendi plures personas in Deo, à ratione formali propria personæ constitutiua.

8. Sed Ricardus 3. lib. de Trinit. sumit ad idem alias rationes à rationibus communibus, quasi consequentibus esse personæ iam constitutæ, quarum primam accipit in cap. 2. ex ratione perfectæ bonitatis, siue amoris, aut charitatis, quam necesse est ponere in Deo, quæ talis est. *In Deo est totius bonitatis plenitudo, atque perfectio, cui vera, & summa charitas deesse non potest. Nullus autem pro priuato suijpsius amore dicitur proprie habere charitatem. Oportet namque vt amor in alterum tendat, vt charitas esse queat.* Oportet ergo vt in Deo sit vnus, & alter, & ita plures personæ, vt charitas perfecta in ipso esse possit, non enim potest dici, quòd illam habeat ad creaturam, eo quòd non est summe diligibilis, secundum quòd pertractat ibidem.

9. Secundam vero rationem accipit in 3. c. ex ratione summæ felicitatis, & iucunditatis, quam similiter necesse est ponere in Deo, sic. *In plenitudine summæ felicitatis non potest deesse id quo nihil est iucundius, non potest amor esse iucundus nisi sit mutuus, quia* (vt cap. 16. dicit) *in sinu charitatis deliciæ hauriuntur ex corde alieno. In amore autem mutuo oportet ut sit, & qui amorem impendat, & qui amorem rependat, ubi autem vnus, & alter esse conuincitur, vera pluralitas deprehenditur,* ergo &c.

10. Tertiam accipit ex ratione summę beneuolentiæ cap. 4 sic. *Si tantum unica esset persona in deitate, non haberet cui communicaret suam abundantiam. & hoc aut quia communicantem habere non possit cum velit, aut quia nolit cum possit. Sed proculdubio omnipotens per impossibilitatem excusari non potest, nec etiam per defectum beneuolentiæ, quia hoc esset defectus in ipso*, vt manifeste pertractat, ergo &c. Nec est in hac veritate scrupulus aliquis dubitationis, nisi quia (vt dicit ibidem cap. 9. *miratur homo quomodo possit esse plus quam una persona, ubi non est plus, quam una substantia*. Sed hunc scrupulum redarguit à contrario, *cum uidemus quòd in homine ubi est plus quam una substantia, non tamen est plus quam una persona, cum tamen illæ substantiæ sint tam diuersæ sicut corpus. & anima*, vt pertractat cap. 10. Vnde & dicit lib. 4. cap. 10. *Sicut esse substantialiter aliud, & aliud non tollit ubique unitatem personæ, sic esse personaliter alium, & alium, non scindit ubique unitatem substantiæ, nam in humana &c.*

11. Alia autem ratione ostenditur pluralitas personarum in Deo, scilicet ratione originis, & modi emanandi vnam personam ab alia. Cum enim ratio originis vel emanationis necessariò ponenda est in Deo, vt infra videbi- a.54.q.3.
tur, ratio autem originis seu emanationis non est nisi vnius personæ ab alia, & ita non nisi plurium, dicit enim Hila. 1. de Trinit. cap. 9. *Deo ex Deo nato neque eundem natiuitas permittit esse, neque aliud,* hoc est, nec eundem in persona, nec alium in substantia. Idcirco necesse est ponere in Deo plures esse personas. Et secundum hoc dicit Ricardus lib. 4. cap. 13. *Existentia tribus modis potest uariari, aut secundum solam rei qualitatem, aut secundum solam rei originem, aut secundum utriusque concursionem. Secundum solam rei qualitatem uariatur existentia, quando pluribus personis est una eademque origo per omnia singulis tamen singularis, propriaque substantia. Plures namque substantiæ non possunt esse sine differenti qualitate. Secundum solam originem differunt, si vnus originem habet, alter origine caret, vel si originem habentium origo vnius differt ab origine alterius. Tam secundum qualitatem quam secundum originem variatur existentia, ubi singulis personis est singularis substantia, & propria & origo diuersa.* Et tunc sequitur c. 14 *In humana natura personarum existentia tam secundum personarum qualitatem quam secundum originem variatur. In angelica vero natura nulla est propagatio sed sola simplex creatio, idcirco oportet qualitate differre.* Et sequitur capite 15. *In diuinis autem nullo modo possunt aliqua qualitatis differentia ab inuicem differre. Relinquitur ergo vt dicantur iuxta modum originis aliquam differentiam habere, nam vbi nulla est differentia, nulla pluralitas esse potest.*

12. Ad argum. primum in oppositum, quòd Deus, & persona in diuinis habent se sicut generale, & speciale, ergo &c. Dicendum quòd differunt esse commune, & esse generale, aut speciale, quia omne generale, & speciale est commune, sed non e conuerso. Non est enim generale, aut speciale nisi quod est commune secundum diuersitatem naturæ subiectæ in subiectis, vt est animal in homine, & asino, & homo in Isaac, & Iacob. Est autem commune aliquid in identitate naturæ, etsi sit in diuersis suppositis, vt est deitas in personis diuinis, & similiter ratio personæ simpliciter in singulis personis. Sed aliter deitas est commune, aliter persona, quia deitas secundum vnam, & eandem rationem deitatis communis est pluribus, personis autem non nisi secundum aliam, & aliam rationem personalitatis. Et commune primo istorum duorum modorum, nullo modo habet rationem vniuersalis, neque generalis aut specialis. Commune vero secundo modo, & similiter primo principali habet rationem vniuersalis, & generalis, aut specialis, secundum quòd determinatum est supra in quæstione de communitate personæ. Et verum est in talibus, quòd de quibus speciale potest pluraliter enunciari, & generale, sed sic non est Deus in diuinis commune,

n.2. (margin, beside the first line of § 12)

q.7. (margin, beside "aut specialis, secundum quòd determinatum")

gene-

generale, aut ſpeciale ad perſonam, quia eiuſ-
dem communitatis eſt quo ad ſubiecta Deus,
& perſona ſimpliciter, licet alio, & alio modo,
vt iam dictum eſt. Et propter illum modum
communitatis alium, & alium, pluraliter per-
ſona prædicatur de patre, & filio, & Spiritu
Sancto, ſed non Deus, aut deitas, ſiue diuina
eſſentia. Per quod patet prolixa pertractatio
co. 3. huius materiæ 7. de Trinit. Auguſtini, maxi-
me 4. & 6. cap.

n. 2. 13. Ad ſecundum dicendum, quòd diuer-
ſitas ſumitur propriè, vel large. Propriè enim
notat alietatem in ſubſtantia, ſiue eſſentia.
Large autem notat ſolam alietatem, & diſtin-
ctionem ſecundum reſpectus relationum. Pri-
mo modo nulla eſt in Deo ex diuerſitate plu-
ralitas. Eſt tamen ſecundo modo propter hoc
c. 4. to. 3. quod dicit Auguſtinus 7. de Trinit. quod di-
cendo tres perſonas, *iſtis nominibus intelligi ec-
cleſia non diuerſitatem voluit, ſed ſingularitatem
noluit.*

n. 3. 14. Per idem patet ad tertium, quia vbi
nulla eſt diuerſitas omnino, nec primo modo,
nec ſecundo, ibi nulla eſt pluralitas quocun-
que modo, nec numerus. Sed vbi eſt diuerſi-
tas aliquo modorum, ſecundum illum eſt plu-
ralitas, & numerus. Et ſic in Deo eſt plurali-
tas, & aliquis modus numeri ſecundum mo-
dum, quo in ipſo eſt diuerſitas, vt amplius pa-
a. 29. q. 7. tet ex ſupra determinatis circa modum ponē-
di numerum in Deo.

n. 4. 15. Ad quartum, quòd in Deo perſona, &
eſſe ſunt eiuſdem rationis, dicendum, quòd
verum eſt ſecundum modum prædicandi, &
dicendi in ſeipſis, quia in ſe ipſis ambo dicun-
tur ad ſe, & ſecundum ſubſtantiam. Secun-
dum tamen modum prædicandi, & dicendi
in ſuis proprijs ſubiectis, ſunt alterius ratio-
nis, quia eſſe in Deo omnino dicitur ad ſe, per-
ſona vero in ſubiectis dicitur ad aliud, vt am-
q. 5. n. 39 plius patet ex iam determinatis.

16. Ad vltimum dicendum eſt ſecundum,
n. 5. quòd expoſitum eſt ſupra in prima quæſtione
a. 28. q. 1 de ſimplicitate Dei, quòd duplex eſt vnitas,
n. 5. quædam quæ ſecundum græcos dicitur mo-
nas, quæ eſt vnitas repugnans multitudini di-
ſcretorum in diuerſis, quædam vero quæ dici-
tur henas repugnans multitudini vnitorum in
eodem. Vnitatem iſto ſecundo modo ſequitur
ſimplicitas, & vbi eſt maior vnitas, & maior
ſimplicitas, & conuenit cuilibet perſonę in ſe,
ſicut & eſſentiæ. Eſt enim perſona ęque ſim-
plex cum eſſentia, vt habitum eſt ſupra, & am- a. 51. q. 3
plius habebitur infra. Vnitatem vero primo n. 6.
modo non ſequitur ſimplicitas. Sic enim a. 54. q. 8
vnum non oportet, quod ſit ſimplex, vt patet
in mundo. Et non ſequitur quod ſit maior
ſimplicitas vbi eſt maior vnitas. Iſto enim
modo maior eſt vnitas mundi, quam Angeli,
& tamen non ſequeretur, quòd non poſſent
eſſe plures Angeli, licet non poſſint eſſe plu-
res mundi. Et conuenit iſta ſecunda vnitas
diuinæ eſſentiæ, inquantum non poſſunt eſſe
plures eſſentię diuinæ, & ſimiliter perſonæ ſe-
cundum quamlibet rationem perſonæ, in-
quantum non poſſent eſſe plures patres in di-
uinis, nec plures filij, ſicut nec plures Dij, vt
infra videbitur, ſed non conuenit perſonæ ſe- q. 9. n. 12
cundum rationem perſonæ ſimpliciter, quia
plures perſonæ ſunt in Deo, licet non plures
eſſentiæ, vt iam expoſitum eſt, & infra am- n. 7.
plius exponetur. De vnitate ergo ſecundo
modo, maior eſt vera, vt dictum eſt, & minor
falſa. Non enim eſt maior vnitas quæ dicitur
henas, vbi eſt vnitas eſſentiæ cum vnitate per-
ſonæ, quam vbi eſt cum pluralitate in diuinis,
vt dictum eſt. De prima vero vnitate è con-
uerſo maior eſt falſa, vt dictum eſt, & minor
vera, ſed talis vnitas ex parte perſonæ ſimpli-
citer non poteſt eſſe ſumma in Deo, quia ex-
cluderet perſonarum omnimodam pluralita-
tem, quæ ſequitur ſummam vnitatem ſecun-
do modo, & ſic non eſt in Deo ſumma vnitas,
ſicut eſt ſumma ſimplicitas, quia ſecundum
omnem rationem eſt ibi ſumma ſimplici-
tas, & vnitas ſimplicitatis, non ta-
men ſecundum omnem mo-
dum eſt ibi ſumma vni-
tas diſcretionis, &
ſingularitatis,
quia illa
re-
pugnat ſummæ ſimplicitati, ſum-
ma enim ſimplicitas deitatis
requirit, quòd in ea ſit
perſonarum plura-
litas, & non
vnitas.
✠

Conclusio ex Quæstione Octaua, Articuli Quinquagesimi tertij.

1. *Necessario in Deo sunt plures personæ ponendæ.* n. 7.

QVAESTIO NONA.

Vtrum in Deo sint tres personæ, & non plures, nec pauciores.

Circa nonã arguitur, quòd in Deo non sint nisi duæ personæ.

1. Primò sic, in diuinis nõ est nisi persona, quæ non est ab alia, & persona, quę est ab alia, sed ita est, quòd persona quę nõ est ab alia, nõ potest esse nisi vnica, propter perfectionẽ, quã requirit in illa, ratio illa, quæ est non esse ab alia, vt iam patebit, quare cum in persona non minorem perfectionem requirit ratio essendi personam ab alia, quam ratio essendi personam non ab alia, consimiliter ergo propter perfectionem, quam requirit in persona ratio illa, quæ est nõ esse ab alia, persona illa quæ est ab alia non potest esse nisi vnica, in Deo ergo tantum est vnica persona, quę est ab alia, & tantum vnica, quę non est ab alia, ergo tantum duæ personæ sunt in ipso.

2. Quod sint plures arguitur sic, in Deo est ponere rem, quæ generat, vt personam Patris, & rẽ quę generatur vt personã Filij, & rẽ quę spiratur, vt personã Spiritus Sancti, & rem quæ nec generatur, nec spiratur, vt communem essentiam, quæ non est nisi essentia singularis intellectualis naturæ, & talia non est, nisi persona, ergo in Deo sunt ad minus quatuor personæ.

3. Quod in diuinis personæ sint infinitę, arguitur sic. In diuinis plures sunt personæ in eadem essentia propter eius infinitatem, & illimitationem, qua communicabilis est in sua singularitate, sed communicabile propter suam infinitatem non minus est communicabile infinitis, eo quòd infinitas nullum numerum sibi determinat, ergo &c.

q. 2. 4. In hac quæstione supposito ex prædeterminatis, quòd in Deo necesse est ponere plures esse personas. Primò explicandum est, quomodo in diuinis non possint esse tantum duæ personæ, sed quod oportet esse tres, & deinde quòd non possunt esse plures tribus, vt secundum hoc sint tres, & tantum tres, nec plures, nec pauciores.

5. Est igitur sciendum, quòd sicut persona in Deo non accipitur penes aliquid absolutum, sed solummodo penes relatiuam proprietatem, & ideo propter naturam proprietatis relatiuæ constituentis personam, necessariò debet poni pluralitas personarum in Deo, & vnica tantum, vt habitum est in præcedente quæstione. Sic consimiliter in Deo non accipitur persona penes relatiuam proprietatem quãcunque, sed penes illam solam, quæ pertinet ad rationem originis, & emanationis vnius personæ ab altera. Alia enim proprietas relatiua in diuinis realia non est, neque personæ distinctiua, vt infra videbitur. Propter quod penes rationem diuinarum emanationum necessariò debet poni numerus personarum diuinarum. Emanationum enim termini sunt ipsæ personæ relationibus constitutæ. Quia ergo in Deo sunt tantum duo modi emanandi personam à persona, scilicet per modum naturæ vnius, & per modum voluntatis alius, vt infra videbitur, quarum prima procedit a persona, quæ penitus non est ab alia, vt similiter videbitur inferius, secunda vero simul ab illa, & ab alia, quæ emanat per illam, & terminatur in personam tertiam, vt similiter videbitur inferius. Idcirco secundo in Deo non possunt esse pauciores quam tres modi personæ, vt sũt in diuinis persona quæ a nulla est, & persona quæ ab vna est, & persona quæ ab alijs est. q. 4. 8. a. 7. a. 59 q. 4. a. 54. q. 8

6. Præterea quia illi duo modi emanandi sic singulares sunt, vt nullo modo possint plurificari, vt similiter infra patebit, & singulares emanationes necessariò habent singulares terminos, idcirco tertiò in Deo personæ non possunt esse plures tribus, & sic tantum tres, ita

ita quòd nec plures nec pauciores. Sed quia plura ex his adhuc obscura sunt, *primùm*, vt
n. 3. ait Augustinus 1. de Trinit. cap. 2. *secundum auctoritatem scripturarum sanctarum, vtrum ita se habeat fides demonstrandum est*, deinde rationibus magis lucidis quasi à posteriori acceptis declarandum est. Auctoritates autem diuinarum scripturarum veteris, ac noui testamenti ad demonstrandum, quod personæ sint tres, inducit sufficienter Magister Sententiarum
lit. D. lib. 1. distinct. 2. & ab illo cap. *Proponamus ergo in medium*, vsque in finem illius distinctionis, quas propterea non oportet hic recitare.

7. Rationes ad hoc idem demonstrandum acceptas à vestigio Dei in creaturis generaliter, & à ratione imaginis in creatura rationali specialiter, sufficienter inducit per totam tertiam distinctionem, propter quod eas hic repetere non oportet. Sed vnam explicat specialiter August. quam non explicat Magister,
n. 4. cum dixit lib. 83. q. quæst. 18. *Omne quod est, aliud est quo constat, aliud quo discernitur, aliud quo congruit. Causam quoque eius trinam esse quæ sit, qua hoc sit, qua sibi amica sit. Creaturæ autem causam, idest auctorem Deum dicimus. Oportet igitur esse trinitatem.*

8. Sed hæc ratio, & omnes consimiles à vestigio, & imagine creaturarum inductæ probabilitatem, & nullam necessitatem inducunt, eo quòd quicquid est in creaturis, attestatur, principaliter eis quæ sunt essentialia in Deo, & communia tribus personis, licet per appropriationem singula singulis personis adaptantur.

9. Sed rationes acceptæ ab illis quæ sunt in Deo, & pertinent ad eius perfectionem, ad idē demonstrandum hic inducendæ sunt. Quarum prima sumitur ex bonitate amore, charitate, existente in Deo, quam ponit Ricardus 3. de Trinit. sparsim in diuersis capitulis, in cap. 11. inquiens. *In mutuo amore nihil præclarius quam vt ab eo quem summe diligis, & à quo summe diligeris, alium æque diligi velis. Demus ergo summo quod præcipuum, & optimum est. Vides ergo quo modo charitatis consummatio personarum trinitatem requirit.* Vt enim dicit cap. 13. *Charitas ut esse uera possit, pluralitatem exigit, ut uero consummata sit, trinitatem personarum requirit.* Et cap. 19 *Quando solus solum diligit, dilectio quidem est, condilectio non est. Condilectio vero dicitur vbi duorum affectus tertij amoris incendio conflatur.*

10. Secunda vero ratio sumitur ab eodem ex parte felicitatis, & iucunditatis, quam ponit in cap. 17. sic dicens. *Completio veræ felicitatis, & summa nullo uidetur posse subsistere sine geminatione personæ.* Et cap. 18. *Et certe si in illa personarum pluralitate tertia persona deesset, in sola geminatione personæ non esset.* Et cap. 21. *Nā plenitudo summæ felicitatis requirit plenitudinē summæ iucunditatis, plenitudo sūmæ iucūditatis requirit plenitudinem summæ charitatis, plenitudo summæ charitatis exigit plenitudinem trinitatis.*

11. Ratio vero qua probari debet, quod in diuinis non sint plures quam tres personæ, accepta est à natura rei, talis. In diuinis non est personarum pluralitas, nisi propter emanationem personalem, & relatiuas proprietates, quibus ordinem habet ad actus emanationum personalium, vt dictum est supra. Nunc aūt n. 5. in diuinis non potest esse nisi tantum vnica persona quæ non est ab alia, & à qua aliæ, nec possunt esse in diuinis plures rationes, vel modi emanationum quam duo, ita quòd quamlibet illarum necesse est esse singularem, & vnicam, per quas non possunt procedere nisi duæ personæ singulares, & vnicæ, secundum quòd in sequentibus omnia illa habent declarari. a. 54. q. 4.
Vna autem singularis persona quæ non est ab alia, & à qua sunt aliæ, & duæ singulares quæ sunt ab alia, non sunt personæ nisi tres, in diuinis ergo non possunt plures esse personæ, quam tres.

12. Ad primum in oppositum, quod pro- n. 1.
pter perfectionem suam persona quæ non est ab alia est vnica, ergo propter æqualem perfectionem illa persona quæ est ab alia debet esse vnica. Dicendum, quod non est ita, quoniam sic est in omnibus quæ pluralitatem habent in vniuersa rerum natura, quòd ordinem aliquem habent adinuicem secundum rationem principij, & principiati, vt sit omnium illorum principium vnum, à quo habent educi, & in quod habent reduci, secundum quòd in prima quæstione nostri textus Quodlibet exposuimus diffusius, ordiendo Hierarchicum ordinem vniuersi. Et sic primum principium in ordine quocunque requirit vnitatem, non sic autem procedens à principio. Propter quod licet in ordine diuinarum personarum sit necesse fore vnicam personam, quæ non est ab alia, non tamen necesse est fore vnicam illam quæ est ab alia, immo bene potest esse quòd sint plures, & hoc propter emanationum plu- q. 1.
ralitatem, vt dictum est, & infra declarabitur. a. 54. q. 4
Nec sequitur conclusum, eo quòd non tenet forma argumenti, quoniam in diuinis est accipere duplicem rationem perfectionis, licet ipsa perfectio non sit nisi vnica, quia de essentialibus est. Vnam quæ est Dei inquantum Deus est, aliam quæ est singularis personæ, inquantum talis persona est, vt patris, inquantum pater est, & filij, inquantum filius est, & Spiritus Sancti inquantum Spiritus Sanctus est. Ratio autem perfectionis Dei inquantum Deus est, in essentialibus, & absolutis consistit, in qua vniuoce æquales sunt Pater, & Filius, &

Spiritus Sanctus,& æque perfecti, non tamen tres perfecti, sed vnus perfectus. Et propter istam perfectionem persona non habet esse per sona, nec vnica, nec plures, sed Deus tantum, de qua supra tractatum est. Ratio vero perfectionis personæ singularis, inquantum singularis persona, consistit in relatiua, & personalibus, in qua nec vniuocantur, nec conueniunt diuersæ personæ diuinæ, scilicet illa à qua est alis, & quæ est ab alia, quia personalis proprietas vnius non est communis alteri. Ratio enim perfectionis patris, siue ratio secundum quam perfectio est in patre inquantum pater, est propria patri, & non conuenit filio nec Spiritui Sancto. Consistit enim in sua innascibilitate, in qua habet fœcunditatem, vt ab ipso procedat omnis alius,& omne aliud, vt infra patebit. Ratio vero perfectionis filij consistit in sua natiuitate, in qua habet fœcunditatem communem cum patre, vt ab ipso procedat v::us alius, & omne aliud. Ratio vero perfectionis Spiritus Sancti consistit in sua processione passiua, in qua habet fœcunditatem communem cum patre, & filio, vt ab ipso procedat omne aliud. Et sic ratio perfectionis patris vt pater, non conuenit filio, nec Spiritui Sancto, nec e conuerso. Sicut nec filio conuenit, quòd sit pater, nec Spiritus S. nctus, nec è conuerso. Propter quod omnis actio personalis quæ conuenit Patri, conuenit Filio, aut Spiritui Sancto. Sed in aliqua ratione perfectionis conuenit cum patre filius, non autem Spiritus Sanctus, quæ scilicet consistit in eorũ processibilitate, in qua habent communem fœcunditatem vt ab ipsis procedat Spiritus Sanctus. Propter quod dicit Ricardus 3. de Trinitate cap. 15. *Sane in diuinis illis personis perfectio vnius exigit adiunctionem alterius, & consequenter in geminis, perfectio vtriusque requirit cohærentiam tertiæ.* Quia ergo persona quæ non est ab alia sed à qua est alia, & persona quę est ab illa non conueniunt, & per consequens nec vniuocantur in suis rationibus perfectionum personalibus, ideo non sequitur, quòd licet vna persona propter suam perfectionem requirat, quòd sit vnica tantum, quod hoc similiter requirat, & alia, vt quòd si persona, quæ non est ab alia, & à qua est alia, sit vnica, quòd similiter persona, quæ est ab alia sit vnica tantum, scilicet illa quæ prima emanatione procedit, quamuis sua perfectio requirit, quòd sit tantum vnica in ratione suæ personalitatis. Quemadmodum enim perfectio patris, vt pater est, requirit quòd in diuinis non sit nisi tantum vnus pater, sic perfectio filij vt filius, requirit quòd in diuinis non sit nisi tantum vnus filius. Non tamen quemadmodum perfectio patris, qua non est ab alio simpliciter, requirit quòd non sit in diuinis alius qui non est ab alio siue ille alius intelligatur fore pater, siue non pater. Sic perfectio filij qua est ab alio simpliciter, requirit, quòd non sit in diuinis alius, qui non est ab alio, siue ille alius fuerit filius siue non filius secundum quòd hæc omnia melius clarescent inferius.

13. Ad secundum dicendum, quòd licet in Deo sit ponere rem substantię vnicam, & rem relationis in personis triplicem, tamen illa res substantiæ, vt substantia est siue essentia, licet sit natura intellectualis non habet propriam rationem personalitatis quoniam (vt supra expositum est) res quæ est essentia secundum quod est essentia siue sit singularis siue non, nõ habet rationem personę, nisi habeat rationem incommunicabilis, & ideo non connumeratur cum triplici re personali, nec distinguitur contra eas in constituendo personam, vt posuit Ioachim.

14. Ad tertium dicendum, quòd si non esset in diuina essentia alia ratio qua esset communicabilis, & alia qua est istis communicabilis, tunc argumentum procederet. Nunc autem non est ita; licet enim sit communicabilis simpliciter propter rationem suæ infinitatis, & illimitationis, vt propterea in singularitate essentiæ procedit communicatio in diuinis, eum tamen in illa statur in creaturis (vt alibi expressius declarauimus) non tamen est communicabilis nisi determinatis personis propter determinatum numerum radicum diuinarum emanationum in diuina essentia, eiusmodi sunt intellectus, & voluntas, vt determinauimus in sexto Quodlibet in quæstione de numero personarum, & adhuc amplius declarabitur.

15. Rationes autem quas Ric. adducit de Trinit. quòd non possunt personæ diuinæ esse infinitę, logicales sunt omnes, & solum probabilitatem inducunt, sicut & illæ per quas probat personarum Trinitatem.

✠

Con-

Conclusio ex Quæstione Nona, Articuli Quinquagesimi tertij.

1. *Persona diuina sunt tantum tres, nec plures, nec pauciores. n. 6.*

QVAESTIO DECIMA.

Vtrum vna persona habeat esse in alia mutuo, et eodem modo.

Circa decimum arguitur, quòd in diuinis nō sit vna persona in alia mutuo, & eodem modo.

fis. 1. c. 3. t. 23. 10. 3

1. Primò sic. Philosophus 4. Physicorum assignat octo modos essendi *in*, & non supponuntur esse plures, sed nullo istorum modorum vna personarum diuinarum est in alia, vt patet inducendo, ergo &c.

2. Secundò sic, quod habet esse in semper exeundo *ab* alio, nunquam habet esse *in* illo, quia esse in, & exire ab, sunt contrariæ habitudines, quæ non possunt esse in eodem respectu vnius: filius habet esse in semper exeundo a patre, quia dicitur Ioannis 16. *Exiui à patre, & à Deo exiui*, & Micheæ 5. *Egressus eius ab initio à diebus æternitatis*, qui ex tus exponitur de æterna generatione, qua semper filius generatur, & semper generatus est, vt infra videbitur, ergo filius non est in patre, nec è conuerso per consimilem rationem, vt patet intuēti, ergo &c.

D. 8a. c. 13. A 3. A. 2. a. 54. q. 3. n. 65. a. 58. q. 1.

3. Tertiò sic. si vna persona est in altera, aut ergo ratione substantiæ, aut ratione relationis, aut ratione vtriusque, non ratione substantiæ, quia ratione substantiæ sunt idem, & ratione qua aliqui sunt idem, vnus non est in altero, quia esse *in*, est nota differentiæ, siue distinctionis inter illos, quorum vnus est in altero. Idem enim inquantum idem non est in seipso, quia tunc aliquid esset in seipso primò & per se, quod est impossibile secundum Philosophum 4. Physicorum. Eo autem quo sunt idem non distinguuntur aut differunt. Non ratione relationis quia ratione relationis opponuntur, & oppositum non habet esse in opposito inquantum oppositum est, ergo: non ratione vtriusque secundum Auctorem lib. 6. principiorum, ergo &c.

fis 1. c 4. t. 26. 10. 2

4. Quarto sic, si pater est in filio, cum pater sit Deus, & filius Deus, ergo Deus est in Deo, consequens est falsum, quia non est nisi vnus, & idem Deus, & sic idem esset in seipso, quod est contra Philosophum 4. Physicorum, ergo &c. ibidem

5. Quintò sic, si aliquid est in alio, quod est in eo quod est *in*, est & in illo in quo est illud, si ergo pater est in filio, & filius in patre, pater est in seipso, quod est impossibile secundum iam dicta, ergo &c.

6. Sexto sic. Si filius est in patre, non autē est filius, nisi vbi est filiatio ergo filiatio in patre est, ille autem est filius in quo est filiatio, pater ergo est filius. Eodem modo potest argui, quòd pater est filius si pater est in filio, & similiter de generatione actiua, & passiua, quòd scilicet generatio passiua sit in patre, & ita quod pater genereretur, & quòd generatio actiua sit in filio, & ita quòd filius generet, consequens est falsum, ergo & antecedens.

7. Septimò sic; opposita, & repugnantia sicut ex se non possunt esse in eodem, sic nec per aliquod vnum, calidum enim, & frigidum nunquam per aliquod vnum possunt concurrere in eodem, quare cum filiatio, & paternitas sint opposita, nunquam in eodem concurrunt per vnum, ergo &c.

8. Octauò sic, proprietas illa quæ per se conuenit personæ, vt sibi propria, per personam non potest attribui essentiæ. Dicimus enim, quòd generare proprium est personæ, & similiter generari, & non conuenit essentiæ per personam, quia essentia nec generat, nec generatur, ergo eadem ratione nec proprietas quæ conuenit essentiæ, vt propria, per ipsam vllo modo poterit attribui personæ, esse *in*, est talis proprietas, vt patet, ergo per hoc, quòd essentia communis personis sit in personis, ex hoc non potest haberi, quòd persona sit in persona, non est autem alia ratio principaliter

paliter

palior huius, vt patet ex dictis sanctorum, ergo &c.

9. Nonò sic, sicut proprietas diuinæ essentiæ est, quod sit in diuinis personis, sic & est eius proprietas, quòd sit vna numero singularis, & eadem in eisdem, ita quòd non plus nata est communicare personis in quibus est, suam proprietatem, quę est esse in, quam suam proprietatem quæ est esse vna & eadem, quare cum propter vnitatem diuinæ essentiæ in diuersis personis personæ illæ non possunt dici esse vna, & eadem persona, consimiliter propter hoc quòd diuina essentia est in illis, vna illarum non potest dici esse in alia.

10. Decimò sic, si singulæ personæ mutuò essent in singulis, ergo & consimiliter singula eorum quæ insunt vni earum, essent in singulis personis, & etiam in singulis quę eis insunt, & è conuerso, & sic in diuinis essent omnia in omnibus, & ita maxima confusio, quemadmo-
4. Met. t. 15. 19. to. 3. dum in corporalibus erat summa confusio ponendo omnia in omnibus secundum positionem Anaxagoræ, consequens impossibile est in diuinis, quia non esset tunc in diuinis summa discretio, & distinctio personarum, & personalium proprietatum, ergo &c.

11. Vndecimò sic, si persona esset in persona quia essentia est in eisdem, non ergo alio modo person[a] esset in persona, q̃ essentia est in persona, quia quod inest alicui per alterum, non potest inesse illi aliter, quam secundũ modum illius, vt si illud inest per se, & istud similiter, vt patet inspiciendo in singulis, quare cum essentia est in persona vt aliquid personæ, & denominans ipsam, & vt in qua subsistit, similiter ergo si persona per esse etiam esset in persona, vna persona esset aliquid personæ alterius denominans ipsam, & in qua subsisteret, consequens est falsum vt patet, ergo &c.

12. Duodecimò sic, si plures siue plura dicantur esse mutuo in seipsis, vnum scilicet illorum in altero, quia aliquod vnum communiter est in eisdem, ergo similiter si plures aut plura habent esse in eodem, eadem ratione vnum eorum ex hoc dicetur esse in altero, hoc autem est falsum. Dicimus enim, quòd albedo, & dulcedo simul sunt in vno, vt in lacte, non tamen dicimus, quòd albedo est in dulcedine, nec è conuerso, ergo & primum est falsum.

13. Decimotertiò sic, si in diuinis aliquid est in alio, si non sit idem ipsi, compositionem facit cum ipso, vt patet de essentia, & proprietate. Cum enim proprietas est in essentia, si non esset ipsa idem cum ea, ponerent compositionem in diuinis, quare si in diuinis vna persona ponatur esse in altera, & vna non est altera, nec eadem ipsi hoc poneret compositionẽ in diuinis, vtrumque horum est impossibile. Impossibile est ergo, quòd in diuinis vna persona ponatur esse in alia.

14. Decimoquartò sic, quicquid est in Deo Deus est, eadem ergo ratione quicquid est in patre pater est, si ergo filius est in patre, filius est pater, ergo &c.

15. Decimoquintò sic arguitur, quòd non eodem modo vna est in altera, & è conuerso, quia dicit Hila. 7. de Trinitate. *Pater est in filio, quia ex eo est filius, filius in patre, quia non aliunde est filius, vnigenitus est in ingenito, quia ab ingenito vnigenitus.* Sed istæ rationes, & modi quia ex ipso alius, & quia ipse ab alio, omnino diuersi sunt, immo oppositi, ergo &c.

16. In oppositum est, quoniam qui subsistunt in vno simplici non separati aut diuisi, necessariò insunt sibi inuicem, aut sunt idem omnino, quia non est medium, omnes personæ diuinæ sunt huiusmodi, ergo &c. Et hoc est quod dicit Saluator Ioan. 14. *Ego in patre,* B. 12. *& pater in me est.*

17. Hic secundũ auctoritatem Sacræ Scripturæ proculdubio tenendum est, quod singulæ personæ diuinæ sunt in singulis. Et cum tantum in persona duo sunt, substantia & relatio, secundum quòd inferius declarabitur, a. 54. q. 3 non est in hoc aliquid de dubio, nisi secundum a. 55. q. 1 quod illorum persona possit esse in persona, a. 56 q. 4. & quomodo secundum illud, si secundum alterum, aut si secundum vtrumque, quomodo hoc contingit. Et dicunt aliqui, quod vna persona dicitur esse in altera ratione essentiæ, & alij quòd ratione relationis.

18. Ratione essentiæ, quia tota essentia vnius personæ est in altera, secundum quod dicit Damascenus 3. ort. fid. cap. 6. *Confitemur deitatis naturam omnem perfectam esse in vnaquaque suarum personarum, omnem in patre, omnem in filio, omnem in Spiritu Sancto,* & vbi est substantia seu natura personæ, ibi & ipsa est. Per hanc ergo vnitatem naturalem, vt ait Augustinus in principio de fide ad Pet. *totus pater* c. 1. to. 3. *in filio, & Spiritu Sancto est, & totus filius in patre, & Spiritu Sancto, totus Spiritus Sanctus in patre, & filio, nullus horum extra quemlibet ipsorum est.* Hinc etiam dicit Ambrosius super epistolam secundam ad Corinth. *Per hoc intel-* c. 5. D. 19 to. 2. A. *ligitur pater esse in filio, & filius in patre, quia vna est eorum substantia.*

19. Ratione vero relationis dicunt alij, quod vna persona est in altera, quia vnum relatiuorum intelligitur in altero. Sed dictum horum non videtur esse sufficiens, quia per hoc quòd substantia patris est in filio, & è conuerso non habetur, nisi quòd pater est vnum cum filio, & è conuerso. Si ergo ex hoc pater diceretur esse in filio, & è conuerso, tunc vnus diceretur in altero secundum quod

vnum

vnum sunt, eo autem quòd aliqua vnum sunt, non habetur, quòd vnum in altero sit, sed potius contrarium, quia in eo quòd pater est vnũ cum filio, est idem, quod ipse, in eo autem qđ aliquid est idem, non est *in*, quia secundũ Philosophum 4. Physicorum, *alia est ratio eius qđ est in quo, & alia illius quod in hoc*, & tunc pater cum non sit minus idem sibijpsi quam filio, consimiliter diceretur esse in seipso, sicut & in filio, & hoc per se, & primò, quia pater per se, & primò est idem sibi ipsi, non autem per aliquid aliud à se, nec per aliquid sui. Hoc autem omnino est impossibile circa corporalia, vt probat Philosophus 4. Physicorum, nec minus est impossibile circa spiritualia, vt patet ex eisdem rationibus, quia media eodem modo applicabilia sunt spiritualibus, & corporalibus vt patet inspicienti. Arguit enim Philosophus, quòd si amphora vini esset per se in seipsa, cum non sit in se, nisi quia amphora est in amphora, & similiter vinum, aut quia vinum est in amphora, ergo amphora non solum esset amphora, sed esset vinum, & amphora, & similiter vinum non solum esset vinum, sed etiam amphora, & vinum. Similiter in proposito si filius, hoc est substantia genita, esset in seipso per se, cum non sit in se, nisi quia substantia est in substantia genita & similiter genitum, aut quia genitum est in ipsa substantia, ergo substantia non solum est substantia, sed proprietas, & substantia, & proprietas non solum est proprietas, sed substantia, & proprietas. Et ita si secundum dictum modum ponendi vna persona esset in alia, scilicet secundum solam essentiam, eadem ratione si in Deo non esset nisi vna persona, illa eadem ratione esset in seipsa quomodo vna est in alia, quod falsum est. Similiter per hoc quòd pater, & filius inuicem sunt relatiua, nõ habetur nisi quòd vnus sit ad alium, & quòd intellectus vnius non est sine intellectu alterius, non quòd vnus sit in altero, vel intelligatur in altero, secundum quod patet de relatiuis in creaturis. Clarum est igitur, quòd hęc difficultas maior est, quam videtur explicare dictæ auctoritates sanctorum.

tex.4.10.3 tex.4.10.2

20. Et ideo dicendum, quòd in diuinis vna persona est in alia non ratione solius essentiæ, nec ratione solius relationis, sed potius simul ratione vtriusque, scilicet substantiæ, & relationis, & ita non separatim, secundum quòd dictæ opiniones, vel expositiones ponunt, sed coniunctim. Si enim in diuinis personis non esset vnitas substantiæ, sicut nec proprietatum, manifestum est, quòd in diuinis non plus diceretur pater esse in filio quam in creaturis. Similiter si non essent distinctæ, & differentes secundum proprietates relatiuas sicut neque penes substantiam, vna non diceretur esse in alia, sed potius eadem cum ipsa, vt dictum est.

21. Ad cuius intellectum paulò tamen altius incohando videndum est quomodo modus essendi *in*, in diuinis differat ab octo modis essendi *in*, in creaturis, quos ponit Philosophus 4. Physicorum. Sciendum est igitur, quòd hæc præpositio *in*, quia notat circumstantiam continentiæ, continentia autem necessariò requirit distinctionem, atque differentiam aliquam contenti a continente, & è conuerso, quia vbi habet esse omnimoda identitas, & indistinctio, impossibile est aliquid esse *in*, vt dictum est, & iam amplius dicetur, ad hoc ergo quòd in diuinis personis vna dicatur esse in altera, non est sufficiens ratio identitatis in substantia, sed ad hoc oportet, quòd ratio illius sit aliqualis alietas habita per distinctionem inter illas. tex.23.10.3

22. Sed distinctio potest intelligi inter continens, & contentum dupliciter, aut secundum totum quod est continentis, & contenti, vt scilicet nihil quod est vnius sit alterius, aut secundum partem, seu quasi secundum partem, vt scilicet aliquid quod est continentis non sit eius, quod est contentum. Primo modo locatum est in loco, videlicet liquor in vase, & forma in materia, & motum in primo motiuo, & quod est ad finem, in suo fine, & in talibus vnum est in alio, non è conuerso, & hoc aut nullo modo, aut non secundum eundem modum essendi *in*. Secundo modo contingit dupliciter, aut enim aliquid est continentis quod non est eius quod est contentum, sed nihil est contenti nisi sit continentis, cuius conuersum est impossibile, aut aliquid est contenti, quod non est continentis, & è conuerso, & aliquid est commune vtrique. Primo modo pars est in toto, & totum in partibus, & species in genere, & genus in speciebus, & nec isto modo nec præcedente in diuinis vna persona habet esse in alia, sed solum vltimo modo. Et sic esse *in*, secundum octo modos quos ponit Philosophus in 4. Physicorum, non competit propriè secundum aliquẽ illorum modorum essendi *in*, quo vna persona est in alia. In illis enim octo modis quos ponit Philosophus, ratio essendi *in*, per se est diuersitas aliqua inter continens, & contentum, vt patet discurrenti per singulos, in isto vero ratio per se eius est conuenientia, sicut id in quo conueniunt continens, & contentum, vt iam patebit ex dicendis. Vnde de isto modo essendi *in*, dicit Hilar. 3. de Trinitate in principio. *Hæc sensus hominis non consequitur, nec exemplum aliquod rebus diuinis comparatio humana præstabit.* ibid.

23. Ad cuius intellectum specialiter descendendo ad propositum, Sciendum quòd ali-

aliquid, vel aliquis potest dici esse in alio dupliciter. Vno modo per se, & primò, vt id quod est, secundum totum sit in alio per se, & primò. Alio modo quod sit in illo secundum totũ per se, sed non primò, vt scilicet id quod est in, totum sit in alio primò per aliquid sui. Primo modo in creaturis aliquid est in alio, quemadmodum locatum est in loco, sed sic nihil potest esse in seipso, vt probat Philoso- 6.24.10.a phus 4. Physicorum Sed & nec isto modo in diuinis contingit aliquid, vel aliquem esse in se ipso, sicut neque in creaturis. Et propter easdem rationes neque etiã possibile est isto modo in diuinis personam vnam esse in alia, licet sit possibile in creaturis.

24 Quia cum aliquid totum est in alio primò, & per se, & quicquid est eius similiter æque primò, & per se est in illo, vt si in loco centri primò, & per se est tota terra, & quælibet pars eius æquè primò, & per se est in centro, licet non separatim. Quare si persona filij tota esset per se, & primò in patre, & proprietas filij similiter, vt filiatio, primò & per se esset in patre, & æquè primò, sicut & deitas filij, quare & denominaret patrem, sicut & deitas, & esset pater filiatione filius, sicut deitate Deus.

25. Præterea si aliquid est in alio per se, & primò, impossibile est vice versa, quod illud in quo est aliquid aliud sit per se, & primò in eo quod est in ipso, quia idem esset continens, & contentum per se, & primò respectu eiusdem, & esset idem respectu vnius totum exterius, & totum interius, quod est impossibile, & in corporalibus corporaliter, & in spiritualibus spiritualiter. Et ita si vna persona esset secundum totum per se, & primo in alia, vt filius in patre, non posset è conuerso pater per se, & primò esse in filio secundum totum vllo modo, vel saltem eodem modo, quod non est tenendum in diuinis, quia mutuo, & vniformiter singulæ personæ in diuinis ponendæ sunt esse in singulis.

26. Quod vero secundo modo aliquid sit in alio, scilicet per se sed non primò, quia per aliquid sui quod primò, & per se habet esse in illo, hoc potest esse dupliciter, aut quod illud aliquid sit vnius, & non sit alterius, aut quod sit vnius, ita quòd sit etiam alterius. Primo modo in creaturis habet aliquid esse in alio secundum quòd auis dicitur esse in laqueo, quia pes eius est in laqueo, sed isto modo in diuinis non contingit vnam personam esse in alia, quia in diuinis personis nihil est vnius quod non sit alterius per quod scilicet persona vna habet esse in alijs, quia in diuinis personis illud quod est vnius, & non alterius, non est nisi personalis proprietas, & proprietas vnius personæ non est primò, & per se in alio, vt per illam persona possit esse in persona illa per se, etsi non primò. non enim filiatio est primo, & per se in patre, vt per illam totus filius & diuinitas ipsius sint in patre per se, licet non primo. Quia cum filiatione distinguitur filius a patre, ipsa filiatio primò, & per se quantum est ex parte sui potius est extra patrem, quam in patre, & per eam filius extra patrem quam in patre, licet intra & extra non recipiantur propriè in diuinis. Si vero sit aliquid in alio per aliquid sui quod sit vnius eorum, ita quod simul sit etiam alterius, isto modo essendi in, nihil in creaturis habet esse in alio, quia duobus differentibus in creaturis, nihil in re est commune singulare vtrisque per quod vna creatura possit esse in altera vllo modo. Et hoc modo proprie in diuinis vna persona habet esse in alia, & tota in tota, sed non per se, & primo tota in tota, immo per aliquid sui quod habet commune cum illa in qua est, quod est in illa per se, & primò, & per illud ipsa habet esse tota in illa per se, licet non primò, & hoc ratione illius quod habet commune cum illa.

27. Dico igitur concludendo propositum, quod in diuinis persona vna habet esse in alia secundum substantiam, & secundum relationem simul. Secundum substantiam, vt secundum illud secundum quod principaliter persona vna habet esse in alia, quia ipsa substantia eius est in illa primò, & per se, & per illam ipsa tota per totam, quæ nec secundum se tota diceretur esse in illa secundum substãtiam communem, sed potius diceretur esse vnum, & idipsum cum illa, si non esset in ea. Secundum relatiuam proprietatem qua differt ab illa, vt secundum illud secundum quod persona vna habet esse in alia non tamen primò, quia ipsa proprietas vnius per quã non est in alia persona, nisi quia substantia, quæ est eius in qua fundatur sua proprietas, est in illa persona. Substantia enim vna numero, & singularis, non potest esse in aliquo, quin in illo simul sit quicquid fundatur in illa substantia, & non solum secundum hoc vna persona est in alia, sed singulæ mutuo sunt in singulis. Vnde Hilar. ista intimius perquirens quam alij sancti, qui non exprimunt personam esse in persona nisi secundum substantiam, vt patet in primo Sententiarum distinctione 19. c. *Et inde est*, vbi illa materia tractatur, etiam ex- lic. B.
ponit vnam personam esse in alia secundum relationem, in libro 3. de Trinitate cap. primo, sic inquiens. *Cognoscendum itaque est atque intelligendum quid sit illud, ego in patre, & pater in me.* Io. 14. B. 12.
Si tamen comprehendere ita vt est valebimus, ut quod natura rerum non pati posse existimatur, id diuinæ veritatis ratio consequatur, & post pauca subiungit. *Quod in patre est, hoc*

in

in filio est. quod in ingenito, hoc in unigenito, alter ab altero, & uterque unum non duo unus, sed alius in alio, quia non aliud in utroque. Ecce vnus in alio est secundum substantiam, & sequitur cõtinue. *Pater in filio, quia ex eo filius, & filius in patre. quia non aliunde filius, unigenitus in ingenito quia ab ingenito unigenitus.* Ecce quia vnus in alio est secundum relationem, & libro 7. cap. 19. *Insunt sibi innicem dum non est nisi ex patre natiuitas* Ecce *in*, secundum proprietatẽ. *Dum in Deum alterum natura, uel exterior, uel dissimilis non subsistit.* Ecce *in*, secundum substantiam. Et propterea quòd vna persona est in altera non solum secundum substantiam, sed etiam secundum proprietatem, vt sit tota in tota, contingit, quòd etiam subsistendo vna est in altera, & subsistit in ea. Propter quod dicit in fine libri, *nihil diff rre esse, & inesse, inesse autem non aliud in alio, ut corpus in corpore, sed ita esse, & subsistere, ut in subsistente insit, ita uero inesse, ut ipse subsistat*, vt secundum hoc eodem modo per ona habet esse in persona mutuo, & secundum substantiam, & secundum relationem, non aliter pater in filio, quam filius in patre, licet cum alia relatione pater est in filio. Et hoc ideo, quia substantia per quã personæ ipsæ, & proprietates suæ cum ipsis sibi inuicem insunt, eodem modo est in ipsis quantum pertinet ad modos essendi *in*. Quamuis enim pro tanto alio modo sit essentia in personis, quia in vna est, vt communicata ab alia, vel ab alijs, in alia vero, vt non communicata ab altera, hoc nõ refert ad propositum. Si autem diuersimode esset in illis, secundum hoc diuersimode esset pater in filio, & filius in patre.

28. Et est hic aduertendum, quòd licet in patre persona, quæ inest, & quasi continetur, non inest aut continetur principaliter ratione n.22. totius, sed ratione alicuius, quod est eius sicut dictum est, persona tamen cui inest, & quæ qua si continet primò, & principaliter ratione totius quod est in eo, non autem ratione alicuius eorum propter quod continens, secundum qđ per se, & primò co tinet, quasi excedit contentum, secundum quod primò, & per se continetur, & est continens quasi extra contentum, & continet per aliquid quod differt a contento, & excedens id quo primo, & per se continetur. Contentum vero è conuerso est quasi intra cõtinens, & non continetur primò, & per se nisi per aliquid in quo conuenit cum continente, & exceditur ab eo quo primò, & per se continet.

29 Secundum, hoc soluitur difficultas summe disturbans intellectum intelligendo patrẽ esse in filio, & filium in patre mutuo, secundũ quod dicit Hilarius 3. de Trinit. in principio. *Affert plerisque obscuritatem sermo Domini cum dicit, Ego in patre, & pater in me est, & non immerito, natura enim intelligentiæ humanæ rationem dicti huius non capit. Videtur enim non posse effici, vt quod in altero sit, atque idipsum sit extra alterum, & cum necesse sit ea de quibus agitur non solitaria sibi esse, numerum tamen suum in quo sint conseruantia, non posse se innicem continere, vt qui aliquid alind habeat intra se, atque ita maneat, manensque semper exterior ei vicissim, quem intra se habeat, maneat atque semper interior. Hac quidem sensus hominum non consequitur, nec exemplum aliquod rebus diuinis comparatio humana præstabit*, & hoc quia talis modus essendi *in*, non potest inueniri in creaturis, maxime corporalibus. Sed in diuinis quoquo modo consequitur intellectus, dicente Hila. libro septimo cap. 23. *Pater in filio est, & filius in patre Deus in Deo, non per duplicem conuenientium generum coniunctionem (vt patet in vino, & amphora) neque per insitiuam capacioris substantiæ naturam (vt patet de vapore in aere) quia per corporalem necessitatem exter ora fieri his quibus continentur interiora non possunt, sed per natiuitatem uiuentis de uiuente natura, dum res non differt, dum naturam Dei non degenerat natiuitas, dum non aliud aliquid ex Deo quam Deus nascitur.* Ex iam dictis pla e pa et d fficultas dicta.

30. Ad primum ergo, quod in diuinis persona non est in persona secundum aliquem octo modorum essendi *in*: Dicendum, quòd verum est secundum quòd iam expositum est. Annumerat enim Aristot. sufficienter modos essendi *in*, qui in creaturis habent inueniri, à quibus omnibus iste est diuersus, qui in creaturis inueniri non potest, sed solum in substantia increata. n.21. n.22.

31. Volunt tamen aliqui, quòd ad aliquem illorum reduci possit, sed hoc diuersimode, inquantum persona habet esse in persona secundum substantiam, & secundum relationem. Primo modo dicunt, quòd quia pater est in filio, & è conuerso, eo quòd substantia patris est in filio, & e conuerso. substantia habet esse in patre, & filio secundum modum, quo forma communis habet esse in speciebus, quamuis enim in diuinis non sit genus, aut species, quodlibet tamen diuinum suppositum quasi vnam speciem relationis continet, & deitas in qua totum est communis tribus differentibus quasi specie, est quasi forma generis, licet alio, & alio modo communitatis, vt tactum est superius, & adhuc amplius tangetur. a.25 q.3. n.18. a.51 q.2. n.16. a.59 q.5. a.44.q.1 n.10. a.75.q.2. ad 5.

32. Secundo vero modo dicunt quod quia pater est principium originatiuum filij, & filius principiatum quid, & originatum ab eo, idcirco filius est in patre sicut originatum in originante, & pater in filio sicut originans in

originato, & reducitur ad illum modum quo aliquid habet esse in primo mouente, aut è conuerso.

33. Neutrum horum sufficit, nec pertinet ad propositum. Non primum, licet enim pater est in filio, & è conuerso secundum substantiam, & ita eo quòd substantia eadem est in vtroque, non tamen secundum eundem modum filius habet esse in patre, & è conuerso, quo substantia habet esse in patre, & in filio, quia substantia est in persona sicut aliquid, quod est de constitutione eius, non sic autem persona in persona, sed sicut continens distinctum in continente distincto, quod non potest esse secundum modum quo forma est in supposito,
sup. n. 29 sito, *nec potest* (vt dicit Hilar.) *exemplum inueniri in creaturis*: nec est in eis aliquis modus essendi *in*, similis in aliquo quantumcunque remota similitudine, ad quem potest reduci, vt patet ex iam dictis.

34. Similiter secundum dictum nihil valet ad propositum, hic enim non quæritur de esse vnam personam in altera, nisi inquantum vna existit intima alteri, non autem, vt emanâs ab ipsa. Vnde licet secundum quòd vna emanat ab altera, modus essendi vnam in altera reducitur ad modum quo aliquid est in primo mouente, aut è conuerso, hoc tamen nihil ad propositum, quia hic quæritur modus quo vnus habet esse in aliquo, vt in coexistente. Vnde etsi in diuinis essent duæ personæ, quarum vna non procederet ab alia, vt filius, & Spiritus Sanctus, si procederent a solo patre, propter substantiæ identitatem vna posset dici in altera, sicut modo cum vna procedit ab altera,

n. 2. 35. Ad secũdum, quod vna persona se habet in semper exeundo ab alia, ergo non habet esse in ipsa, vt in coexistente, quod etiam est contra iam dictum: Dicendum, quòd exitus personæ à persona non est intelligendus per locorum, aut naturarum distantiam, sicut intellexerunt hæretici nitentes probare ex hoc diuersitatem naturarum generantis, & geniti, sed intelligendus est solummodo per exeuntis, & eius à quo exit distinctionem relatiuam, in eadem tamen substantia absolutè. Vt enim ait Hilar. 7. de Trini. cap. 17. *non per defectionem, aut protensionem, aut deriuationem ex Deo Deus est, sed ex virtute naturæ in naturam eandem natiuitate subsistit*, secundum quòd melius patebit infra circa emanationes personarum Primo modo exire *ab*, & esse *in*, sunt dispositiones contrariæ, & non possunt simul conuenire. Secundo autem modo non sunt contrariç, sed simul in eodem necessario, quia quod generatur, est de indiuidua substantia generantis, separatum nullo modo ab eodem,

n. 3. 36. Ad tertium, quòd vna persona non est in altera ratione substantiç, quia ratione substantiæ sunt vnum, & idem, & non est esse *in*, sine distinctione: Dicendum, quòd bene arguit, quòd non ratione solius substantiæ absque relatione, sed ratione vtriusque secundum expositum modum vna persona est in alia. Et quod arguitur, quòd non ratione re- ibid.
lationis, quia ratione relationis opponuntur, & secundum quòd habent oppositionem, potius habent personæ non esse in inuicem quã esse: Dicendum, quòd verum est principaliter, & primò, si enim primò, & principaliter non essẽt in inuicẽ secundum substantiam, nunquam essent in inuicem secundum relationem. Postquam tamen principaliter sunt in inuicem secundum substantiam, sola substantia sine relatione distinguente non faceret eas esse in inuicem, sed potius idipsum, vt patet ex præha- n. 20.
bitis.

37 Ad quartum, quòd si pater est in filio, n. 4.
Deus est in Deo, ergo idem est in seipso, cum non sit nisi vnus Deus: Dicendum, quòd Deum esse in Deo nos oportet cõfiteri, dicente Hilar. 7. de Trinitate cap. 17. *Vnum, & absolutum, & perfectum fidei sacramentum est Deum ex Deo, & Deum in Deo confiteri, non corporalibus modis, sed virtute naturæ*, & cap. 18. *Vnigenitus cum ipse Deus sit, tamen etiam per naturæ vnitatem cum eo Deus, & per id quod ipse Deus est, & in eo Deus est, habent in se, & quod ipse est, & quo ipse subsistit.* Vt enim per Esaiam loquitur, *in te est Deus, & non est alius Deus* cap. 45.
præter te, & indiuiduam, & inseparabilem patris, C. 14.
& filij diuinitatem ita prophetauit. Non tamen oportet confiteri eundem esse in seipso licet non sit nisi vnus Deus, quoniam cum hoc bene sunt plures personæ quæ sunt in inuicem. Licet enim hoc nomen Deus significat naturam, siue essentiam tantum, & hoc in communi secundum modum, quo essentia dicta est communis, supponit tamen ex modo significandi pro suppositis, quemadmodum hoc nomen homo, aut animal, nec quo ad hoc est aliqua differentia ex parte essentiæ, licet ibi vnica sit in pluribus, sine plurificata. Vnde licet Deus sit vnus, & idem propter significatum vnum singulare, est tamen bene Deus in Deo propter suppositum aliud, & aliud, non tamen alius Deus in alio, nec idem in seipso, sed alius in persona in alio, vt expositum est.

38. Ad quintum, si pater est in filio, & fi- n. 5.
lius in patre, ergo pater est in patre: Dicendum, quòd verum est, quia nihil potest esse in contento quin sit in continente. Sed non oportet, quòd eo modo quo est in contento, sit in continente, nisi sit contentum in primo cõtinente primò, & per se, & similiter secundũ contentum in primo contento, vt si ignis est in cælo, & in igne aer, sicut in loco, ergo & aer

aer est in cælo sicut in loco. Non tamen hoc omnino eodem modo, quoniam ignis est in cælo, vt in loco proprio, & determinato, aer vero est in cælo, vt in loco communi, & excedente. Verum est ergo in proposito, quòd quia filius est in patre, & in filio pater, pater est in seipso, non tamen sicut filius est in ipso. & sicut ipse est in filio, quoniam filius totus est in patre, & similiter pater totus est in filio
a.19. per se, licet non primò secundum prædicta, pater autem non est in seipso per se omnino, quia etsi totus sit in seipso, hoc non est secundum totum, vt est totus, sed secundum illa quæ sunt eius, vt aliquid eius sunt, & ita quasi per accidens. Quemadmodum enim in corporalibus amphora vini, quod est quoddam totum compositum ex amphora, & vino, secun-
t.24. to.2 sup.n.19 dum Philosophum 4. Physicorum, est in seipsa per accidens, vt per suas partes, quia scilicet in amphora vini est amphora, & similiter vinum, vt partes eius, sic in proposito pater inquantum est, quoddam totum, scilicet substantia ingenita, cuius secundum nostram rationem intelligendi quasi partes sunt substantia, & proprietas, quæ est ingenita, est in seipso quasi per accidens, quia scilicet in substantia ingenita est substantia, & similiter ingenita, vt quasi partes eius, & hoc sigillatim. Non enim vnum illorum est in patre primò, & alterum per illud consequenter, sed ambo æque principaliter, propter quod nequaquam totus est per se in seipso, sed quasi per accidens solum. Quia vero vnum illorum, vt essentia patris est in filio per se, & primò, & per illam consequẽter proprietas eius, & per hoc totus pater, propter hoc aliquo modo per se totus pater est in filio. Et sic licet per aliquid sui sit in filio, & in seipso, aliter tamen & aliter. Et consimiliter intellige de esse filij in patre, & in seipso.

a.6. 39. Ad sextum, si filius est in patre, ergo filiatio est in patre, &c. Dicendum, quòd esse *in*, multum æquiuocè accipitur in diuinis, cum dicitur filius est in patre, proprietas patris est in filio, essentia filij est in filio, proprietas filij est in filio, proprietas filij est in essentia filij, esse filij est in essentia eius, qua proprietas filij habet esse in patre, hoc est subsistenter, & similiter quòd proprietas filij est in patre, aut substantia filij secundum quòd est filij. Sed aliter & aliter filius subsistenter in patre, filius enim non est in patre, vt aliquid eius, sicut substantia, & proprietas eius, sed vt subsistens in ipso, quia in ipso est subsistendo. Vt per hoc excludatur latens quæstio in hoc dicto, filius subsistit in patre, quia illa determinatio potest determinare ly subsistit ratione actus essendi, qui intelligitur in ipso, tanquã materialis in quolibet verbo adiectiuo, vel ratione proprij actus, qui exprimitur per participiũ subsistẽs. Primo modo dictum illud verum est sub hoc sensu, filius est in patre subsistens. Secundo modo falsum sub hoc sensu, filius est subsistens in patre, denotaretur enim quòd filius in subsistendo innitteretur patri quasi fundamento suo in subsistendo, quemadmodum dicitur subsistere in diuina essentia, & sic in primo sensu subsistere *in*, dicitur subsistenter siue substantialiter, in secundo vero fundamentaliter. Et sic cum dicitur filius esse in patre, esse *in* intelligitur subsistenter, & similiter cum proprietas filij dicitur esse in patre, quia non posset totus filius esse in patre, nisi quicquid est eius simul esset in patre, vt procedit obiectio, hoc intelligitur subsistenter, sed hoc, non quia ipsa in patre subsistit, sed quia est per se in filio subsistente in patre inquantum subsistit in eo. Et non solum proprietas filij, sed etiam sua essentia, vt sua est, & habita in ipso sub ratione geniti, est in patre subsistenter, quia est in filio subsistente in patre, licet eadem essentia, vt est patris in patre est formaliter, quia est forma quasi communis, qua ipse est Deus, quemadmodum proprietas filij est in filio, & proprietas patris est in patre, licet non per inherentiam, vt forma propria, qua filius est filius, & qua pater est pater. Quæ quidem proprietas, & habet esse in essentia secundum alium modum essendi *in*, scilicet fundamentaliter, quia in essentia fundatur proprietas, vt infra habet a.55.q.6 declarari, & per hoc, quòd proprietas, qua persona subsistit habet fundamentaliter esse in substantia, vt cui innititur, ideo & tota persona in seipsa dicitur esse quasi per accidens, sed alio modo quam prius, quasi scilicet aliquid eius, vt proprietas est in aliquo, quod est eius, vt in substantia illius, & hoc quemadmodum in corporalibus amphora vini, dicitur esse in n.19. amphora vini, quia vinum quod est pars eius, est in amphora, quæ est altera pars eius. Et secundum hunc modum etiam Deus essentialiter acceptus dicitur esse in seipso, quia sapientia eius, & cætera huiusmodi habent esse in substantia eius. Cum ergo arguitur vlterius, si filiatio est in patre, ergo pater est filius, patet æquiuocatio de esse in. Bene enim sequeretur si esset in ipso formaliter sicut est in filio, & sicut paternitas est in patre. Nunc autem non est in ipso nisi subsistenter, vt dictũ est, & quod sic est in alio, est in ipso vt distinctum, & discretum ab ipso non denominans ipsum. Et consimiliter est de generari, & de alijs quæ insunt filio formaliter, & patri insunt subsistenter, vt dictum est.

40. Ad septimum, quòd opposita, & repugnantia per vnum, & idem non possunt esse a.7. in eodem: Dicendum, quòd verum est, in creaturis vbi ex eadem proxima radice non

oriuntur. Ibi enim opponuntur respectu subiecti. Non autem illud verum est in Deo, quia omnes diuinę proprietates ex eadem radice proxima, quæ est essentia oriuntur, & in ipsa radicantur. Propter quod, & inquantum relationes sunt, opponuntur respectu obiecti, vt non possint oppositæ esse in eodem formaliter. Non tamen opponuntur respectu subiecti in quo radicantur, quin per ipsum possunt inesse eidem, vnum eorum formaliter, alterũ vero subsistenter, vt dictum est.

n.8. 41. Ad octauum, quòd proprietas propria personæ non conuenit essentiæ, quare nec è conuerso: Dicendum, quòd verum est secundum eundem modum, potest tamen ambobus conuenire secundum alium, & alium modum, vt in proposito. Licet enim proprietas non conueniat essentiæ, vt cuius est formaliter, conuenit tamen ei, vt cuius est fundamentaliter. Similiter essentia, licet non conueniat personæ formaliter denominandu id in quo est, bene tamen cõuenit ei subsistẽter, vt dictũ est.

n.9. 42. Ad nonum, quòd diuinæ personæ non sunt vna p̃sona, licet vna essẽtia vna sit, & eadẽ cũ ambab⁹, ergo similiter licet vna essẽtia insit ãbabus, non tamen ex hoc sequitur, quòd vna earum sit in alia: Dicendum ad hoc, quòd non est simile, quoniam esse vnum cum alio nullam penitus notat rationem differentiæ, sed puram identitatem, vbi enim est maior vnitas, & maior identitas. Propter quod non sequitur omnino, etsi vnum est idem ambobus, quòd sint inter se idem, quia ex hoc quod sunt vnum, & idem in vno, non habetur, quòd sint vnum, & idem in omnibus. Sed esse in aliquo, necessario ponit aliquam differentiam eius, quod inest ab eo cui inest, vt dictum est.
n.21. Propter quod si aliquid inesset duobus in quo conueniunt, si in illo radicantur ea quibus differunt, necessariò ex adiuncto intelliguntur simul inesse quibus differunt, & sic personę totæ in totis, vt dictum est.
n.26.

n.10. 43. Ad decimum, quòd si personæ singulæ essent in singulis, hoc poneret in diuinis summam personarum confusionem contra illud Athanasii. *Neque confundentes &c.* Dicendum, quòd in diuinis singula sunt in singulis tam in essentialibus quam in personalibus, ita vt per omnia (sicut iam dictum est) *non solum vnitas in Trinitate, & Trinitas in vnitate*, sicut dicit Athanasius: sed etiam Trinitas in Trinitate, scilicet ratione personarum, veneranda sit, dicente Augustino 6. de Trinit. in fine. *In se infinita sunt, & singula sunt in singulis, & omnia in singulis, & singula in omnibus, & omnia in omnibus, & vnum omnia.* Est igitur vnitas substantiæ veneranda in Trinitate personarum, scilicet in Patre, & Filio, & Spiritu Sancto, & hoc tanquam forma communis, in suppositis quorum est forma, & similiter Trinitas in vnitate personarum Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, in vnitate essentiæ, vt in qua subsistunt, & similiter Trinitas in Trinitate, & hoc dupliciter, vel vt singuli venerentur in singulis, & hoc sex combinationibus, vt scilicet Pater veneretur in filio, & Spiritu Sancto, & Filius in Patre, & Spiritu Sancto, & Spiritus Sanctus in Patre, & Filio, vel vt omnes venerentur in singulis, & singuli in omnibus, & hoc nouem combinationibus, vt Pater, Filius, Spiritus Sanctus in Patre, & in Filio, & in Spiritu Sancto omnes simul, licet secundum alium, & aliũ modum essendi quęlibet personarum habet esse in seipsa, & in alia vt dictum est. Et licet (vt dictum est) personæ sunt in personis, & etiam per hoc personalia quę sunt in personis, sunt in eisdem, in quibus sunt ipsæ personæ, non tamen insunt sibinuicem, vt filiatio non est in paternitate, propter oppositionem quam habent inter se. Ipsa tamen essentialia cum hoc quod sunt in singulis personis, & earum proprietatibus, insunt etiam sibinuicem, & hoc absque omni confusione tam in personalibus, quam in essentialibus, quia cum hoc quod sibi insunt mutuo, retinent suas distinctiones personalem, & realem personalia, & hoc quemadmodum si duo corpora ponantur simul in eodem loco, gloriosum, & non gloriosum, vtrumque eorum mutuo est in altero, sed tamen absque confusione, quia sub eadem distinctione quam haberent si essent extra se, rationalem vero essentialia. Tunc autem solummodo esset confusio si ex eo, quod insunt amitteretur distinctio inter id quod inest, & cui inest, quemadmodum in chaos confusio secundum Anaxag. nulla erat distinctio carnis ab osse, & ligno, aut lapide, & cæteris huiusmodi *Qui videt hoc vel ex parte, vel per speculum, et in ænigmate* (vt dicit Augustinus in fine 6. de Trinit.) *gaudeat* c.10.10.3
cognoscens, Deum honoret, et gratias agat. Qui autem non videt, tendat per pietatem ad videndum non per cæcitatem ad calumniandum, quoniam vnus est Deus, sed tamen Trinitas, nec confuse accipiendum ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia.

44. Ad vndecimum, si persona per essentiam esset in persona, non esset aliter in illa quam ipsa essentia, &c. Dicendum, quòd verum est si per solam substantiam, vt est substantia simpliciter, vna persona esset tota in alia, tunc enim persona non esset nisi substantia. Aut si non tota esset in illa, tunc solum esset in illa per substantiam quasi per accidẽs, & quasi secundum partem, quemadmodum si duo corpora essent coniuncta sub vno capite, vnum illorum quod caput vnum haberet commune, esset in altero secundum partem, n.11.

&

& non secundum totum, & ideo quod sic esset in altero, ipsum totum non denominaret illum in quo esset, sed solum pars illa per quam esset in illo. Nunc autem quia persona non inest in persona per solam substantiam, licet primò & per se sit *in*, per illam, sed etiam per proprietatem licet ex consequenti, vt dictum est, & per hoc non per substantiam, vt substantia est simpliciter, sed specialiter, vt est sub proprietate eius cui inest, quæ est alia ratio esse substantiam, quam sit ratio substantiæ, vt est eius cui inest: Filius enim non est in patre per substantiam, nisi quæ est sub ratione siue proprietate geniti, quæ in patre, vt est forma ipsum denominans, non est nisi sub ratione ingeniti, non enim pater est sapiens sapientia
n.39.q.7 genita, sed ingenita, vt habitum est supra: Et licet substantia simpliciter considerata, vt simpliciter considerata est primaria ratio quare persona est in persona, quia communiter est in ipsis, vt forma communiter denominans ipsas, quia tamen secundum quod talis non est proxima, & perfecta ratio huiusmodi, sed solum secundum quod est sub ratione proprietatis personæ, quæ inest, & secundum hanc rationem non inest, vt forma denominãs in persona cui inest altera, sed solum vt subsistens in illa, inquantum est aliquid subsistentis in illa, sicut dictum est. Idcirco, non alio modo inest persona personæ quam inest ei substantia, per quam inest inquantum est proxima ratio essendi in esse, licet aliter insit inquantum ratio est eius prima.

45. Et potest esse exemplum huius manifestum si ponamus Christum vbi modo sedet ad dexteram patris includere in manu sua corporaliter hostiam consecratam, hoc enim posito verum est dicere, quòd in manu Christi est tota hostia quo ad Sacramentum, & rem Sacramenti, & è conuerso tota manus Christi in hostia, quæ est Sacramentum, ita quòd dimensiones manus Christi per concomitantiam ad substantiam, quæ est vi trãsubstantiationis sub dimensionibus hostiæ, sunt sub dimensionibus hostiæ, & quòd è conuerso dimensiones hostiæ sub dimensionibus manus Christi, hoc clarum est. Ecce quia substantia manus Christi est sub dimensionibus manus primo quodam modo, quemadmodum deitas est in patre sub forma paternitatis in patre, & per transubstantiationem est sub dimensionibus hostiæ quodam modo, quemadmodum per generationẽ deitas est in filio sub proprietate filiationis, & cõcomitatiue per substantiã manu, dimẽsiones manus sunt sub dimensionibus hostię quodam modo quẽadmodũ proprietas paterna per deitatẽ est in filio, & è conuerso, licet non quẽadmodum dimensiones sunt sub dimensionibus manus, quia illæ non sunt ibi per concomitantiam, sicut est proprietas filiationis in patre: Propter quod non est mirum si totus pater est in toto filio, quia ex eo filius est, & è conuerso quia ipse ab illo est, vt dicit Hilar. Cum videmus quod tota manus Christi est sub dimensionibus hostię per actum transubstantiationis, & è conuerso tota dimensio hostiæ cum substantia manus, & eius dimensionibus existentibus sub hostia sub manu Christi tota per actũ comprehensionis, vt per hoc etiam tota manus Christi secundum substantiam, & dimensiones sub speciebus hostiæ, quas continet, continet etiam seipsam totam. vt nullum videatur inconueniens si totus pater continens, totum filium in quo continetur totus pater, in filio contento continet seipsum totum.

46. Potest autem ad medium rationis facilius responderi: Dicendo, quòd non semper oportet, quòd ens in aliquo per aliquid sit in illo, modo quo illud, quoniam totum bene est per accidens in aliquo, vt per suam partem, in quo pars ipsa est per se.

47. Ad duodecimum, quòd pluribus exi- n.12. stentibus in eodem vnum eorum per illud nõ dicitur esse in altero, ergo nec per vnum existens in pluribus illi dicuntur esse in inuicem: Dicendum, quòd plura existentia in eodem per illud non sunt in sese iam, quia illud vnum non est aliquid essentialiter vtriusque. Si tamen non esset de essentia vtriusque, per illud vnum illi in quo est, essent quodammodo in sese, vt dictum est de corporibus iunctis in n.44. vno capite. Et sic in proposito, quia vnum, quod est in diuersis personis, est aliquid vtrique, per illud necessariò sunt in sese, & etiam secundum totum per cõcomitantiam proprietatum, vt dictum est.

48. Ad Decimumtertium, quòd in diuinis n.13. est in alio, & non est idem illi, facit compositionem: Dicendum, quòd æquiuocatur esse *in*, quod enim est in alio fundamentaliter siue radicaliter, & non subsistenter, si non esset idem cum illo, poneret compositionem, vt patet de proprietate, & substantia, & hoc quia non distinguuntur relatiue inter se: Propter quod si non essent idem, oporteret, quod hoc faceret diuersitatem realem absolute, non ratione tantum, & talis diuersitas necessario poneret compositionem realem. Quod vero inest subsistenter, quia inest vt manens distinctũ, sicut dictum est secundum Hilar. tale bene est n.29. *in*, non tamen idem propter relatiuam distinctionem, & hoc absque aliqua compositione, quia diuersitas relatiuarum proprietatum in eadem substantia non facit compositionem, quare neque in subsistentibus in illa.

49. Ad Decimumquartum, quicquid est n.14. in Deo Deus est, ergo quicquid est in patre pater est: Dicendum, quod non est simile,

quia

quia Deus nomen est essentiæ, licet supponat pro persona. Et propterea quia à diuina essentia nihil differt in diuinis nisi sola ratione, siue sit essentiale, siue personale: idcirco quicquid est in Deo Deus est, quemadmodum quicquid est in ente ens est, vt sicut propterea ens non potest esse genus ad diuersa entia differentia specie, sic Deus non potest esse genus ad diuersas personas, quæ relationibus diuersis quasi secundum speciem distinguuntur. Paternitas enim in creaturis est, relatio superpositionis, & filiatio suppositionis, & illa fundatur in potentia actiua, ista in potentia passiua. Pater autem, & personam significat, & pro persona supponit. Et propterea quia à persona aliquis differt in diuinis plus quam sola ratione, qui tamen potest esse in ipso secundum prædeterminatum modum, idcirco non quicquid est in patre pater est, licet quicquid sit in Deo Deus est.

n.15. 50. Ad Decimumquintum, quòd personæ diuinæ non insunt sibi eodem modo, quia pater est in filio, quia ex ipso est filius, & filius in patre, quia ipse est a patre, qui sunt modi omnino diuersi: Dicendum secundum prædicta, quòd hæc non est tota causa essendi personas diuinas in se. Propter quod planius dicit ibi Hil. *Alius in alio, quia non aliud in vtroque*, quia enim non aliud est in alio, sed vna eademque substantia singularis, hæc est ratio inchoatiua, quare vna tota persona est in tota persona alia. Propter quod in creaturis licet a patre est filius, non tamen in filio pater est, & licet filius sit a patre, non tamen in patre filius est, quia alia & alia substantia est in vtroque. *Vnde si essent plures dij diuersi secundum substantiam, vbi esset vnus nequaquam esset alter*, secundũ Dama. I. orth. fid. cap. 5. & sic non est vnus in altero. Causa autem siue ratio illius completiua est, quia alius est ab alio, quia si non esset, non esset vnus in alio, sed penitus idem, vt dictum est, quia relatiuis proprietatibus non distinguerentur, nisi si per impossibile in eadem singulari substantia deitatis ponantur plures ingeniti, quorum vnus non est ab altero. Tunc enim vnus necessario esset in altero totus, quia subsistenter in substantia simplici, & in nullo posset esse substantia, quin in ipso esset quælibet proprietas fundata in ipsa, vt dictum est. Vnde Hilar. supposito, quòd non possint plures subsistere in eadem substantia singulari simplici distincti proprietatibus nisi vnus esset ab altero, ideo hoc totum insinuando dixit. *Pater in filio, quia ex eo filius*, hoc est, quia est in ipso per proprietatem, qua ab ipso habet esse filius. *Et è conuerso filius in patre, quia est à patre*, hoc est quia in ipso est per proprietatem qua est ex ipso, vt sic quantum est ex parte substantiæ insunt sibi secundum idem, quantum vero est ex parte proprietatum insunt sibi non secundum idem, propter quod insunt vt subsistens in subsistente.

51. Nec obstat alietas relatiuarum proprietatum secundum quas insunt, vniformitati essendi *in*, quia ambo sunt *in* per idem, scilicet per communem essentiam, prout prædictum est, per quam modo eodem filiatio, qua filius subsistit in patre, est in patre subsistente, & continente in se filium, & filiationem in filio, vt scilicet fundatur in essentia, & consimiliter paternitas, qua pater subsistit in filio, est in filio subsistente, & continente patrem in se, & paternitatem in ipso, per hoc quòd fundatur in eadem essentia diuina secundum modum prædeterminatum.

52. Nec etiam obest isti vniformitati, quod pater alio modo habet deitatis essentiã, quia a se non ab alio, filius autem non habet eam nisi ab alio, vt a patre. Alia enim est ratio eius quod est habere *ab*, & habere *in*. Filius enim licet non habet vitam à semetipso, sicut habet eam pater, sed à patre, sicut tamen pater habet vitam in semetipso, sic filius habet vitam in semetipso, licet hoc dedit ei pater, vt dicitur Ioannis 5. Filius enim per se viuit formaliter, licet non a se principiatiuè. Et sic quamquam secundum aliam proprietatem, pater est in filio, & filius in patre, & alio modo substantia communis habita est in patre, & alio modo in filio, vt propterea dicat Hilar. E.26.
Pater in filio, quia ab eo filius, & filius in patre, quia ipse est ex patre: vniformiter tamen, & vno atque eodem modo pater habet esse in filio, & filius in patre, & per consequens singulæ personæ in singulis, & omnes in singulis, & singulæ in omnibus, secundum iam expositum modum.

53. Ratio, & auctoritates in oppositum adductæ concedendæ sunt, & patet ex dictis quomodo ratio veritatem concludit auctoritatis, & quomodo veritas auctoritatis intelligenda est.

Cont

Conclusio ex Quæstione Decima, Articuli Quinquagesimi tertij.

1. *Dicendum est quod singulæ personæ diuinæ sunt in singulis. n. 17.*
2. *Dicendum quod in diuinis vna persona est in alia, non ratione solius essentiæ, nec ratione solius relationis, sed potius simul ratione vtriusque, scilicet substantiæ, & relationis. n. 20. 27.*
3. *Vna persona est in alia diuerso modo essendi in, ab octo de quibus quarto Physicorum. n. 22.*
4. *Persona vna non est in alia secundum totum per se, & primò. n. 23.*
5. *Mutuo, & vniformiter singulæ personæ in diuinis ponendæ sunt esse in singulis. n. 25.*
6. *Propriè in diuinis vna persona habet esse in alia, & tota in tota, sed non per se primò tota in tota. n. 26.*

ARTICVLVS QVINQVAGESIMVS QVARTVS.

De modo emanandi vnam personam ab alia. In Decem Quæstiones diuisus.

Sequitur Articulus Quinquagesimus quartus de modo emanandi vnam personam ab alia.

Et circa hoc quæruntur decem. Quorum.

Primum est: Vtrum in diuinis sit ponere aliquam personam, quę non sit ab alia emanans.

Secundum: Vtrum persona non emanans ab alia in diuinis, sit tantum vnica.

Tertium: Vtrum ab illa persona in diuinis quæ non emanat ab alia, emanat aliqua alia.

Quartum: Vtrum ab illa persona, quę in diuinis non est ab alia, emanent plures aliæ, quam vna.

Quintum: Vtrum personæ duæ quæ emanant ab illa, quæ non est ab alia, emanent ab ea æquè primò, principaliter, & immediatè.

Sextum: Vtrum personarum emanantium ab illa, quæ non est ab alia, vna earum emanet à reliqua.

Se-

Septimum: Vtrum persona, quæ communiter emanat ab illa quæ non est ab alia, & ab illa quæ est ab alia, vt Spiritus Sanctus a patre, & filio, emanet ab eis æquè primò, principaliter, & eodem modo.

Octauum: Vtrum à qualibet dictarum trium personarum emanet aliqua alia.

Nonum: Vtrum actus emanationum notionales generandi, & spirandi sint quædam intelligere, & velle, siue quidam actus intelligendi, & volendi.

Decimum: Vtrum emanationes actuum notionalium generandi, & spirandi fundentur in actibus essentialibus intelligendi, & volendi, quasi præsupponentes illos.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum in diuinis sit ponere aliquam personam, quæ non sit ab alia emanans.

CIrca primum arguitur, quod in diuinis non sit ponere personam aliquam, quæ non sit ab alia.

1. Primò sic. Persona quæ non habet esse ab alia, nec quo ad esse personam, seipsa sola est, & subsistit. Sed quæ sola seipsa est, & subsistit, absolutè est, & subsistit, quia solum excludit omne adminiculum alterius, ergo &c.

2. Secundò sic, quod est necesse esse, est tantum vnicum, quod non est ab alio est necesse esse, ergo quod non est ab alio est tantū vnicum. Si ergo in diuinis est persona, quæ non est ab alia, in diuinis persona est tantum vnica, hoc autem falsum est, ergo & illud ex quo sequitur, scilicet quòd in diuinis est persona que non est ab alia.

3. In contrarium est, quoniam si in diuinis non est persona, quæ non est ab alia, non esset persona in diuinis omnino, quia non esset prima in qua est origo, sed semper vna esset ab alia precedente in infinitum, & si non esset primū non esset aliquid eorum, quæ sunt post, secundum Philosophum in secundo Metaphys.

t. 10. c. 3

4. Dicendum ad hoc, quòd iuxta dictum Ricard. 5. de Trinitate cap. 3. in principio, *illud quod dictum est supra de esse Dei, quo ad diuinam substantiam, scilicet, quòd necesse est ponere in ordine rerum vniuersi aliquam substantiam quæ est Deus, esse ex se ipsa, & non ab alia. Similiter dici debet de esse Dei quo ad diuinam personam, scilicet quòd in ordine diuinarum personarum necesse sit ponere aliquam personam diuinam, quæ habeat esse à semetipsa non ab alia.* Nam (vt dicit ibidem) *si ista persona esset ab illa, & illa ab alia, & sic de cæteris, huiusmodi concatenationis productio absque dubio in infinitum procederet.* Intellige, nisi ponamus circulum in emanatione. Sed tunc sequeretur, quod eadem persona emanaret a seipsa, quod est inconueniens, dicente Anselmo. *Nec intellectus capit, nec natura permittit illum qui de alio est, esse illum de quo est.* Ne igitur numerum diuinarum personarum in infinitum extendamus, oportet proculdubio, vt concedamus, quod aliqua persona ex semetipsa existat, & aliunde originem non trahat.

Ib. c. 3.

De processu Spiritus Sancti c. 5.

5. Sed illam deductionem præcedit ratio quam Ricard. inducit lib. primo cap. 6. vsque ad cap. 12. de diuina substantia, applicando ad personas sic. *Vniuersaliter omne esse triplici distinguitur ratione. Erit enim ab æterno, & à semetipso, aut è contrario, nec ab æterno, nec a semetipso, aut inter hæc duo ab æterno, quòd non tamen à seipso. Nam illud quartum, quod huic tertio membro videtur è contrario respondere, nullo modo ipsa natura patitur esse, nihil enim potest esse à semetipso, quod non sit ab æterno, quando enim nihil fuit, omnino nihil potuit, nec sibi ergo, nec alteri dedit vt esset.* Sed ex illo quod non est ex seipso siue ab æterno, siue non ab æterno ratiocinando colligitur illud esse, quod est à semetipso, & eo ipso etiam ab æterno. Nam si nihil a semetipso fuisset, non esset omnino vnde ea existere possent, quæ suum esse à semetipsis non habent, siue ab æterno siue non ab æterno, & tunc quidem nulla erit origo, & procedetur in infinitum, vt iam dictum est, secundum quòd processit vltimum argumentum.

L. 1. c. 6

ar. 3.

6. Et per hunc modum ad huius quæstionis determinationem possunt adduci fere omnes rationes superius adductæ ad probandum aliquam substantiam esse, quæ Deus est, & primam in ordine vniuersi, quæ necessario a seipsa habet esse non ab alia, & quæ est omnium alia-

a. 21 q. 4 5.

aliarum origo in se, & à se, primo continens, & quasi præambiens cuncta, quę ad absolutum esse deitatis pertinent, & similiter id quod pertinet ad rationem personalitatis suæ, & a qua habent quicquid in se habent, omnes reæ aliæ, siue sint diuinæ personæ, siue creaturæ, vt habitum est supra, & iam amplius habebitur infra. Et hæc est persona illa, quæ ingenita, siue innascibilis dicitur esse in diuinis.

n.2. 7. Ad illud ergo, quod arguitur primò in contrarium, quòd persona, quæ non habet esse ab alia, seipsa sola est, & subsistit: Dicendum, quòd verum est formaliter licet non effectiuè, vel (vt magis proprie, licet non vsitate loquar) productiuè. Productiuè enim persona, quę non est ab, nec a se, nec ab alio habet esse productiue, sicut nec ipsa diuina essentia, secundum quod superius hoc circa esse Dei declaratum (n.21.q.3. 5.) est de diuina essentia, & eædem declarationes hic applicari possunt (vt patet inspicienti) ad diuinam personam.

n.2. 8. Et cum assumitur in argumento, quod seipso solo est, & subsistit, absolutè subsistit: Dicendum, quòd non est verum, quia aliquid potest seipso solo formaliter, ita quòd à nullo principiatiuè esse, & subsistere dupliciter. Vno modo quòd sicut à nullo alio habet esse, & subsistere, sic nec in ordine essentiali, & naturali ad vllum habeat esse, & subsistere, & quod tale est, reuera non nisi absolutè habet esse, & subsistere. Sed sic in diuinis nihil habet esse nisi diuina essentia, & quæ essentialiter pertinent ad ipsam, nihil etiam omnino sic habet in diuinis subsistere, vt iam habitum est supra. (n.53. q. 30.n.39.) Alio vero modo quod licet à nullo alio habet esse, & subsistere, tamen non est nec subsistit nisi in ordine ad alium, & quod tale est, non nisi relatiuè habet esse, & subsistere. & hoc modo persona, quæ in diuinis non habet esse ab alia, licet a seipsa sola, vt dictum est, habet esse personaliter, & subsistere. hoc tamen non conuenit ei nisi in ordine ad alium, qui ab ipso habet esse, & subsistere, vt iam amplius declarabitur.

n.3. 9. Ad secundum, quòd illud, quod est necesse esse, est tantum vnicum, &c. Dicendum, quòd hæc est distinguenda, quod est necesse esse est tantum vnicum, ex parte eius quod est vnicum, quia potest teneri essentialiter, vel personaliter. Siue enim ly quod, teneatur essentialiter, siue personaliter, si ly vnicum teneatur essentialiter, vera est sub hoc sensu, scilicet quòd cui, siue fuerit essentia, siue persona, conuenit necesse esse, ipsum est vnicum in diuina essentia. Si vero ly vnicum teneatur personaliter, falsa est sub hoc sensu, cui conuenit, necesse esse siue fuerit essentia, siue persona, ipsum est vnicum in persona. Et quod assumitur, quod non est ab alio, est necesse esse, verum (ibid.) est vniuersaliter de eo quod non est ab alio effectiuè, & solum tale. Nihil enim factum ab alio, siue creatum est necesse esse. Non solum autem quòd non est ab alio principiatiuè, est necesse esse, vt persona ingenita, siue etiam diuina essentia, sed etiam quod est ab alio personaliter, vt persona filij, & Spiritus Sancti. Cum ergo concluditur, ergo quod non est ab alio, est tantum vnicum, verum est essentialiter, quia non est nisi vnus Deus. Sumendo vero vnicum personaliter, sic duplicem causã habet veritatis quia aut tantum vnicum in sua personalitate, sic est vera accipiendo non ab alio principiatiuè. In diuinis enim non est nisi vnica persona, quæ non est ab alia, vt declarabit sequens quæstio. Aut tantum vnicum in personalitate simpliciter, sic est falsa, siue non ab alio sumatur principiatiuè, siue effectiuè, quia ponit tantum vnicam personam in diuinis esse, vt procedit vlterior conclusio falsa ex falsis; secundum enim, quòd præmissę veræ sunt, nequaquam sequitur, & maximè non ex illa, quòd in diuinis sit persona, quæ non est ab alia, sed potius ex illa maiore, quod est necesse esse est tantum vnicum, in falso eius sensu sumendo ly vnicum personaliter, & ex illis prima conclusione, ergo quod non est ab alio, est tantum vnicum, sumendo ly vnicum pro vnico in personalitate simpliciter, vt patet inspicienti.

Conclusiones ex Quæstione Prima, Articuli Quinquagesimi quarti.

1. *Necesse est ponere aliquam personam diuinam, quæ non est ab alia.* num. 4.
2. *Hæc est persona illa, quæ ingenita, siue innascibilis dicitur in diuinis.* num. 6.

QVAESTIO SECVNDA.

Vtrum persona non emanans ab alia in diuinis sit tantum vnica.

Circa secundum arguitur, quod persona non emanans ab alia in diuinis non sit tantum vnica.

1. Primò sic, productio omnis sicut requirit terminum ad quem fit, sic requirit terminum a quo, ergo & diuersæ productiones sicut requirunt diuersos terminos ad quem, vt generatio, & spiratio in diuinis duas personas, quæ habent esse ab alio, filium scilicet, & Spiritum Sanctum, consimiliter ergo requirunt duos terminos à quo, sicut est vna persona innascibilis, quæ à nulla habet esse, & a qua est actus generandi, sic similiter est alia persona, quę a nulla habet esse, a qua est actus spirandi, & sic sunt duæ personæ in diuinis ad minus, quæ non sunt ab alia.

2. Secundò sic, quòd in diuinis non sit tantum vnica persona, quæ est ab alia, sed quod sint plures, quod est dignitatis, & perfectionis diuinæ naturæ, ponendũ est in diuinis, sed nõ minoris dignitatis est, & perfectionis in diuinis, quòd persona non sit ab alia, quam quod sit ab alia, immo potius maioris, vt iam infra patebit, ergo cum illud quod est dignius, & perfectius, potius debet poni in diuinis, cum ergo in Deo necesse sit ponere plures personas, quæ sunt ab alia, consimiliter necesse est ponere plures personas, quæ non sunt ab alia, & sic plures innascibilitates.

3. Contra, si in diuinis essent plures personæ non ab alia, cum quælibet persona, quæ non est ab alia, est innascibilis, essent ergo in diuinis plures innascibiles, & similiter plures innascibilitates, quare cum illæ non essent nisi vnius rationis, & conuenientes specie, numero autem solo differentes, & diuina essentia est vna natura singularis, in vna ergo natura singulari essent plures proprietates eiusdem rationis, & speciei, hoc autem est impossibile, siue fuerint absolutæ, siue relatiuæ, vt patet in creaturis, ergo &c.

4 Item persona quæ in diuinis non est ab alia, est principium primum omnium aliorũ, ergo duo essent principia prima si essent duæ personæ non ab alia in diuinis, consequens falsum est, & impossibile, secundum superius determinata circa vnitatem Dei, ergo &c. a.25.q.2.

5. Dicendum ad hoc, quòd non ab alio esse in diuinis secundum Ricard. 5. de Trinitate cap. 3. incommunicabile est, nec potest pluribus conuenire. Quod probat Ricard. ibid. cap. 4. ex ratione potentiæ principiandi alia à se, *quia cum tale sit potens per essentiam non per participationem, habet ipsius posse plenitudinem, quare habet in se omne posse, quare & ex ipsa est omne posse, & omne aliud esse, & omnis alia persona, & sic oportet; quod sit sola talis.*

6. Huius alia ratio est assignata ex natura relationis, quæ plurificat personas in diuinis, q.1. in 6. Quodlibeto.

7 Vnde sicut secundum illud quod supra determinatum est de vnitate Dei, debet a.25.q.2 poni, quod in vniuerso non sint plures, quam vnus Deus, consimiliter poni debet hic, quod non sit possibile ponere in Deo plures quam vnam personam, quæ non est ab alia. Et fere illæ eædem rationes per quas ibi declaratum est, quod non sit possibile ponere plures Deos, possunt hic adduci ad probandũ, quòd non sit possibile ponere in diuinis plures personas, quæ non sunt ab alia, vt plures innascibiles, quoniam si essent plures, necessariò haberent plures innascibilitates, quæ necessario sunt in alia, & alia substantia deitatis. Propter quod egregie dixit beatus Hilar. in libro de synodis. *Qui confitetur in diuinis duos innascibiles, confitetur duos Deos, vnum enim Deum prædicari, natura vnius innascibilis Dei exigit.*

8. Ad primum in oppositum, quòd sicut n.1. productio omnis requirit terminum ad quem, sic & terminum à quo, hoc verum est, quia sicut non potest esse sine vno illorum, sic nec sine alio. Non tamen sequitur viterius forma argumentandi, quòd sicut requirit plures, & diuersos terminos ad quem, sic, & plures, atque diuersos terminos à quo, immo est fallacia figuræ dictionis commutando quid in quot. Nec etiam sequitur ex ratione materiæ, quia maior distinctio requiritur in principiatis, quam in principiante, eo quòd ab vnitate nata est procedere omnis multitudo, & reduci in ipsam, vt habitum est supra de vnitate Dei. a.25.q.4.
Vnde licet sint plures personæ ad quas termi- 3.
nantur emanationes diuersæ, vt iam infra videbitur, potest tamen esse vna persona a qua plures, & in ipsa plures rationes principiandi similiter, vt iam videbitur.

9. Ad secundum, quòd plures esse personas n.2.
in

in Deo, quæ ſunt ab alia, eſt de dignitate, & perfectione diuinæ naturæ, vt iam videbitur, bene verum eſt, & ſimiliter bene verum eſt, quòd non eſt minoria perfectionis in diuinis, quòd perſona ſi non ab alia. Non tamen ſequitur, quòd ſit perfectionis in diuinis plures perſonas eſſe non ab alia, ſicut eſt perfectionis plures eſſe ab alia, immo peccat forma argumenti ſecundum fallaciam figuræ dictionis commutando quale in quot. ac ſi ſic argueretur. Sicut eſt in diuinis perfectionis, & dignitatis perſonam eſſe ab alia, ſic & dignitatis, & perfectionis perſonam in diuinis non eſſe ab alia, ergo ſicut dignitatis, & perfectionis eſt plures eſſe ab alia, ſic dignitatis atque perfectionis eſt plures non eſſe ab alia. quod non eſt verum, ſicut nec dignitatis, aut perfectionis eſſet in diuinis diuinam ſubſtantiam poſſe plurificari in plures Deos. Immo quod dignitatis, & perfectionis eſt ex parte principiantis, non oportet, quòd ſit dignitatis, atque perfectionis ex parte principiati, propterea quia licet non ſit niſi vna dignitas atque perfectio in diuinis, tamen eſt alia ratio eius, vt eſt in principio, alia vt eſt in principiato, ſemper enim aliquid in principio ſub ratione maioris vnitatis, vel æqualis natum eſt eſſe, quam in principiato.

Concluſio ex Quæſtione Secunda, Articuli Quinquageſimi quarti.

1. *Non eſt poſſibile ponere in Deo plures, quam vnam perſonam, quæ non eſt ab alia.* num. 7.

QVAESTIO TERTIA.

Vtrum ab illa perſona in diuinis, quæ non emanat ab alia, emanat aliqua alia.

Circa tertium arguitur, quòd in diuinis ab illa perſona, quæ non eſt emanans ab alia, non emanat aliqua alia,

1. Primò ſic, neceſſe eſſe (vt habitum eſt ſupra in quæſtionibus de vnitate Dei) non
a.25.q.3 conuenit niſi vni ſoli, nec poteſt plurificari, quare cum nihil ſit in Deo, quin ſit neceſſe eſſe, non eſt ergo magis ratio eius, quòd eſt neceſſe eſſe in Deo ex parte eſſentiæ, quam ex parte perſonæ, cum ergo de ratione eſſentiæ in Deo eſt, quòd ipſa diuina eſſentia plurificari non poſſit vt emanet ab ipſa alia eſſentia diuina, quia eſt in ſe quod-
a.21.q.5. n 5. dam neceſſe eſſe, vt habitum eſt ſupra, ſimi-
liter & de ratione perſonæ quæ non eſt ab
a.30.q.1. n.6. alia in Deo, eſt quod ipſa perſona, quæ non eſt ab alia, plurificari non poſſit, vt emanet ab ipſa alia perſona diuina, ergo &c.

2. Secundò ſic, vt dictum eſt ibidem, impoſſibile eſt idem eſſe neceſſe eſſe à ſe, & ab alio, quare cum in diuinis non ſit perſona, quæ non ſit neceſſe eſſe a ſe, quia tunc ex ſe poſſet eſſe, & non eſſe, ergo non eſt in diuinis perſona, quæ habet eſſe ab alia.

3. Tertio ſic, ſi à perſona, quæ in diuinis non eſt ab alia, emanet alia perſona, cum ipſa ſit Deus, & ab ipſa non emanet alia niſi per productionem intra manentem, quia productione tranſeunte extra emanant creaturæ, de qua non eſt hic ſermo, illa ergo perſona, quæ emanat ab alia, aut eſt Deus, aut non eſt Deus, ſed neutrum eſt ponere, ergo &c. Non quod non ſit Deus, cum productio diuina nihil producit niſi in ipſa diuina ſubſtantia. In diuina autem ſubſtantia nihil poteſt produci, niſi qui Deus eſt. Non quod eſt Deus, quia tunc Deus produceret Deum, ergo aut ſe Deum, aut alium à ſe Deum. Non ſe Deum, quia nulla res ſeipſam producit, dicente Auguſtino 1. de Trinitate cap. 1. *Nulla res eſt quæ ſeipſam gignit, vt ſit*, & per eandem rationem neque alia aliqua actione producit vt ſit. Non ſimiliter alium à ſe Deum, quia ſic non tantum eſt vnus Deus, quod falſum eſt ſecundum ſupra deter- to.3. a.25.

QVAESTIO SECVNDA.

Vtrum persona non emanans ab alia in diuinis sit tantum vnica.

Circa secundum arguitur, quod persona non emanans ab alia in diuinia non sit tantum vnica.

1. Primò sic, productio omnis sicut requirit terminum ad quem sit, sic requirit terminum a quo, ergo & diuersæ productiones sicut requirunt diuersos terminos ad quem, vt generatio, & spiratio in diuinis duas personas, quæ habent esse ab alio, filium scilicet, & Spiritum Sanctum, consimiliter ergo requirunt duos terminos à quo, sicut est vna persona innascibilis, quæ à nulla habet esse, & a qua est actus generandi, sic similiter est alia persona, quæ a nulla habet esse, à qua est actus spirandi, & sic sunt duæ personæ in diuinis ad minus, quæ non sunt ab alia.

2. Secundò sic, quòd in diuinis non sit tantum vnica persona, quæ est ab alia, sed quod sint plures, quod est dignitatis, & perfectionis diuinæ naturæ, ponendũ est in diuinis, sed nõ minoris dignitatis est, & perfectionis in diuinis, quòd persona non sit ab alia, quam quod sit ab alia, immo potius maioris, vt iam infra patebit, ergo cum illud quod est dignius, & perfectiua, potius debet poni in diuinis, cum ergo in Deo necesse sit ponere plurea personas, quæ sunt ab alia, consimiliter necesse est ponere plures personas, quæ non sunt ab alia, & sic plures innascibilitates.

3. Contra, si in diuinis essent plures personæ non ab alia, cum quælibet persona, quæ non est ab alia, est innascibilis, essent ergo in diuinis plures innascibiles, & similiter plures innascibilitates, quare cum illæ non essent nisi vnius rationis, & conuenientes specie, numero autem solo differentes, & diuina essentia est vna natura singularia, in vna ergo natura singulari essent plures proprietates eiusdem rationis, & speciei, hoc autem est impossibile, siue fuerint absolutæ, siue relatiuæ, vt patet in creaturis, ergo &c.

4. Item persona quæ in diuinis non est ab alia, est principium primum omnium aliorũ, ergo duo essent principia prima si essent duæ personæ non ab alia in diuinis, consequens falsum est, & impossibile, secundum superius determinata circa vnitatem Dei, ergo &c. a.25.q.2.

5. Dicendum ad hoc, quòd non ab alio esse in diuinis secundum Ricard. 5. de Trinitate cap. 3. incommunicabile est, nec potest pluribus conuenire. Quod probat Ricard. ibid. cap. 4. ex ratione potentiæ principiandi alia à se, *quia cum tale sit potens per essentiam non per participationem, habet ipsius posse plenitudinem, quare habet in se omne posse, quare & ex ipsa est omne posse, & omne aliud esse, & omnis alia persona, & sic oportet; quod sit sola talis.*

6. Huius alia ratio est assignata ex natura relationis, quæ plurificat personas in diuinis, in 6. Quodlibeto. q.1.

7. Vnde sicut secundum illud quod supra determinatum est de vnitate Dei, debet poni, quod in vniuerso non sint plures quam vnus Deus, consimiliter poni debet hic, quod non sit possibile ponere in Deo plures quam vnam personam, quæ non est ab alia. Et fere illæ eædem rationes per quas ibi declaratum est, quòd non sit possibile ponere plures Deos, possunt hic adduci ad probandũ, quòd non sit possibile ponere in diuinis plures personas, quæ non sunt ab alia, vt plures innascibiles, quoniam si essent plures, necessariò haberent plures innascibilitates, quæ necessariò sunt in alia, & alia substantia deitatis. Propter quod egregie dixit beatus Hilar. in libro de synodis. *Qui confitetur in diuinis duos innascibiles, confitetur duos Deos, vnum enim Deum prædicari, natura vnius innascibilis Dei exigit.* a.25.q.2

8. Ad primum in oppositum, quòd sicut productio omnis requirit terminum ad quem, sic & terminum à quo, hoc verum est, quia sicut non potest esse sine vno illorum, sic nec sine alio. Non tamen sequitur vlterius forma argumentandi, quòd sicut requirit plures, & diuersos terminos ad quem, sic, & plures, atque diuersos terminos à quo, immo est fallacia figuræ dictionis commutando quid in quot. Nec etiam sequitur ex ratione materiæ, quia maior distinctio requiritur in principiatia, quam in principiante, eo quòd ab vnitate nata est procedere omnis multitudo, & reduci in ipsam, vt habitum est supra de vnitate Dei. Vnde licet sint plures personæ ad quas terminantur emanationes diuersæ, vt iam infra videbitur, potest tamen esse vna persona à qua plures, & in ipsa plures rationes principiandi similiter, vt iam videbitur. n.1. a.25.q.4.5.

9. Ad secundum, quòd plures esse personas n.2.

in

in Deo, quæ ſunt ab alia, eſt de dignitate, & perfectione diuinæ naturæ, vt iam videbitur, bene verum eſt, & ſimiliter bene verum eſt, quòd non eſt minoris perfectionis in diuinis, quòd perſona ſit non ab alia. Non tamen ſequitur, quòd ſit perfectionis in diuinis plures perſonas eſſe non ab alia, ſicut eſt perfectionis plures eſſe ab alia, immo peccat forma argumenti ſecundum fallaciam figuræ dictionis commutando quale in quot. ac ſi ſic argueretur. Sicut eſt in diuinis perfectionis, & dignitatis perſonam eſſe ab alia, ſic & dignitatis, & perfectionis perſonam in diuinis non eſſe ab alia, ergo ſicut dignitatis, & perfectionis eſt plures eſſe ab alia, ſic dignitatis atque perfectionis eſt plures non eſſe ab alia, quod non eſt verum, ſicut nec dignitatis, aut perfectionis eſſet in diuinis diuinam ſubſtantiam poſſe plurificari in plures Deos. Immo quod dignitatis, & perfectionis eſt ex parte principiantia, non oportet, quòd ſit dignitatis, atque perfectionis ex parte principiati, propterea quia licet non ſit niſi vna dignitas atque perfectio in diuinis, tamen eſt alia ratio eius, vt eſt in principio, alia vt eſt in principiato, ſemper enim aliquid in principio ſub ratione maioris vnitatis, vel æqualis natum eſt eſſe, quam in principiato.

Concluſio ex Quæſtione Secunda, Articuli Quinquageſimi quarti.

1. *Non eſt poſſibile ponere in Deo plures, quam vnam perſonam, quæ non eſt ab alia. num. 7.*

QVAESTIO TERTIA.

Vtrum ab illa perſona in diuinis, qua non emanat ab alia, emanat aliqua alia.

CIrca tertium arguitur, quòd in diuinis ab illa perſona, quæ non eſt emanans ab alia, non emanat aliqua alia,

1. Primò ſic, neceſſe eſſe (vt habitum eſt ſupra in quæſtionibus de vnitate Dei) non conuenit niſi vni ſoli, a.25.q.3 nec poteſt plurificari, quare cum nihil ſit in Deo, quin ſit neceſſe eſſe, non eſt ergo magis ratio eius, quòd eſt neceſſe eſſe in Deo ex parte eſsentiæ, quam ex parte perſonæ, eum ergo de ratione eſsentiæ in Deo eſt, quòd ipſa diuina eſsentia plurificari non poſſit vt emanet ab ipſa alia eſsentia diuina, quia eſt in ſe quoddam neceſſe eſſe, vt habitum eſt ſupra, ſimiliter & de ratione perſonæ quæ non eſt ab alia in Deo, eſt quod ipſa perſona, quæ non eſt ab alia, plurificari non poſſit, vt emanet ab ipſa alia perſona diuina, ergo &c.

a.21.q.5. n 5.

a.30.q.8. n.6.

2. Secundò ſic, vt dictum eſt ibidem, impoſſibile eſt idem eſſe neceſſe eſſe à ſe, & ab alio, quare cum in diuinis non ſit perſona, quæ non ſit neceſſe eſſe à ſe, quia tunc ex ſe poſſet eſſe, & non eſſe, ergo non eſt in diuinis perſona, quæ habet eſſe ab alia.

3. Tertio ſic, ſi à perſona, quæ in diuinis non eſt ab alia, emanet alia perſona, cum ipſa ſit Deus, & ab ipſa non emanet alia niſi per productionem intra manentem, quia productione tranſeunte extra emanant creaturæ, de qua non eſt hic ſermo, illa ergo perſona, quæ emanat ab alia, aut eſt Deus, aut non eſt Deus, ſed ncurrum eſt ponere, ergo &c. Non quod non ſit Deus, cum productio diuina nihil producit niſi in ipſa diuina ſubſtantia. In diuina autem ſubſtantia nihil poteſt produci, niſi quì Deus eſt. Non quod eſt Deus, quia tunc Deus produceret Deum, ergo aut ſe Deum, aut alium à ſe Deum. Non ſe Deum, quia nulla res ſeipſam producit, dicente Auguſtino 1. de Trinitate cap. 1. *Nulla res eſt quæ ſeipſam gignit, vt ſit*, & per eandem rationem neque alia aliqua actione producit vt ſit. Non ſimiliter alium à ſe Deum, quia ſic non tantum eſt vnus Deus, quod falſum eſt ſecundum ſupra determina- 10.3. a.25.

minata,

4. Item si Deus producit Deum, aut ergo producit Deum, qui est Deus pater, aut qui non est Deus pater. Si secundo modo, ergo ille qui productus est, Deus est. qui non est Deus pater, non est ergo, vt prius, tantum vnus Deus. Si primo modo, ergo producit seipsum, quòd est impossibile, ergo &c.

5. Item si persona, quæ non emanat ab alia, producit Deum, aut ergo quia est Deus, aut quia est innascibilis, & non ab alia producta. Non quia Deus, quia cum Deus (vt dictum est) non producit nisi Deum, eadem ratione ille productus Deum produceret, & ille productus similiter, & essent personæ diuinæ infinitæ. Non quia innascibilis, quia tunc innascibilem produceret, quia productio diuina est perfectissima, cuius non est nisi sibi simillimum producere.

6. Item verum in diuinis est necessarium, quia in Deo nihil est contingẽs, si ergo hęc est vera, Deus generat Deum, ipsa est necessaria, quia negatiua sibi respondens est impossibilis, Deus non generat Deum, hoc autem falsum est, qui sicut illa Deus generat Deum, est vera pro persona solius patris, & ita, Deus non generat, pro persona filij, & Spiritus Sancti.

7. Item si Deus produceret Deum, cum producere, & produci relationes distinguentes in diuinis important circa terminos suos, Deus ergo esset distinctus à Deo, hoc autem falsum est, ergo &c.

8. Item si Deus produceret Deum, aut ergo voluntate libera, aut natura, aut necessitate, quia plures non sunt modi agendi. Non natura, aut necessitate, quia Deus cum sit agens potentissimum, perfectè dominatur suæ actioni, hoc autem solum conuenit agenti liberè, & voluntariè, non naturaliter, aut necessariò. Similiter non voluntate, quia actio productionis personæ in diuinis non potest non esse, quia in æternis non differunt esse, & posse, talis actio est necessaria necessitate naturæ, quare non voluntaria, quia voluntas, & natura sunt ex opposito distincta, vt habetur 7. Metaphysicæ.

9. Met. c. 27. to. 3. sum. 3. c. 6. to. 3.

9. Item si Deus producat Deum, aut ergo de nihilo, aut de sua substantia, aut de aliqua substantia aliena: non de nihilo, quia tunc productio personæ diuinæ creatio esset, & esset ipsa persona producta creatura non Deus; non de sua substantia, quoniam id de quo aliquid generatur est in potentia ad illud, & per agens exiret in actum, substantia diuina quæ est substantia patris, cum sit pura forma purus actus est, & ita ad nihil est in potentia, ergo &c. Non de substantia aliena, quia non esset patri consubstantialis.

10. Item si Deus producit Deum, aut ergo semper producit eum, aut non semper, quia inter semper, & non semper non est medium: non potest dici, quod non semper, quia sic non esset productio æterna, cum haberet finem, quod est contra rationem productionis immanentis diuinę: si dicatur, quod Deus producit Deum semper: Tunc sic. Quod actio producendi non cessat, hoc non est, nisi quia non est aliquid perfectè productum, hoc est inconueniens ponere in Deo, ergo &c.

11. Item si Deus producit Deum, aut ergo pro essentia, aut pro supposito, non pro essentia, quia essentia, nec principiat aliquid per se, nec ipsa ab alio principiatur vt supra diximus, non pro supposito, quia in Deo non est nisi suppositum relatiuum, quod secundum Philosophum 5. Physi. non potest esse principium, nec terminus actionis, ergo &c. a. 21. q. 5. q. 8.

12. Quarto ad principale sic, *actus nobilissimus non est nisi propter seipsum non propter aliquid*, secundum Philosophum 1. & 10. Ethicorum. Actio Dei manens intra se nobilissima est, quia circa nobilissimum obiectum, quod est diuina essentia, siue in intelligendo, siue volendo, siue quocunque alio modo agendo, ergo actio diuina manens intra est propter se, & in se perfecta non propter aliquid actum, siue productum, sed omnis actio per quam aliquid producitur, est propter ipsum productum, ergo &c. L. 1. c. 7. L. 10. c. 5. 7.

13. Quintò sic, emanatio significat fieri, quoddam siue motum siue exitum, quæ in diuinis penitus esse non possunt, ergo &c.

14. Sextò sic, si in diuinis ab illa persona, quæ non habet esse ab alia habet emanare alia, ergo aut emanat ab illa procedẽdo de non esse ad esse, aut de esse ad esse, & hoc de eodẽ esse in idẽ esse, aut de alio esse in aliud. Non primo mõ, quia tunc p̃sona in diuinis emanans ab alia incoepisset esse, quia omne procedẽs de non esse in esse incipit esse. Non secundo modo, quia tunc circa illam esset mutatio. Et non tertio modo, quia tunc haberet esse antequã produceretur in esse, quod est impossibile, ergo &c.

15. In contrarium est, quoniam si à persona, quæ in diuinis à semetipsa est, non emanaret alia, cum ipsa non possit esse nisi vnica, vt iam ostensum est, non esset ergo in diuinis nisi vnica persona, & ideo non nisi absoluta, cuius contrarium supra ostensum est. q. præc. a. 53. q. 6.

16. Quæstio ista non quærit nisi vtrum in diuinis sit aliqua emanatio, quæ est actio diuina manens intra, qua vna persona nata est procedere ab alia, large sumendo processionem, vt communis est ad generationem, & spirationem. Et est dicendum, quòd sic necesse habet ponere fides catholica, quamquam sit difficile eum hoc mysterium capere.

17. Et

17. Et hoc primò ratione accepta ex ratione psonę. Ex quo enim persona, quę in diuinis non est ab alia, non est constituta in sua personalitate nisi ex respectu ad aliam à qua distinguitur, quarum alietas non potest sumi nisi penes rationem originis vnius ab alia (a.51.q.8. n.7. q.9.n.5.) secundum prædeterminata, origo autem vnius ab alia, non est nisi per actum emanandi vnam ab alia non extra transeuntem, quia hoc est proprium emanationis creaturæ, oportet igitur ponere in diuinis actum emanationis, & hoc vnius personæ ab alia manentem intra, & hoc ab illa quæ non emanat ab aliqua, ne sit processus in infinitum, vt habitum est supra. (q.8.n.4.) Si enim in diuinis sit actus emanationis, illud quod per ipsum emanat intra, necessariò est persona subsistens, quia in diuina essentia nihil potest esse productum inhærens, & propter diuinæ emanationis perfectionem oportet esse simillimum producenti. Secundum diuersitatem enim naturarum, diuersitatem oportet esse modorum emanandi in rebus, & quanto natura est altior, tantò emanans in ipsa perfectius est, & magis intimum, vt patet procedendo ab emanatione in infima natura inanimata scilicet vt ignis ab igne, vsque ad generationē, quæ habet esse in supremis.

18. Ad idem est ratio accepta ex ratione diuinæ naturæ, quæ est summe actiua, & ideo suijpsius summè diffusiua. Summa autem diffusio non est nisi per emanationem communicando alteri suam naturam in diuersitate personæ. Vnde Ricard. aspiciens ad emanationem in creaturis dicit primo de Trinitate cap. 9. *Qui huic naturæ fructum fæcunditatis donauit, in se ommno sterilis manebit?* quasi dicat nequaquam, quia dicitur Esaiæ vltimo. (c.9.) *Nunquid ego qui alios parere facio, ipse non pariam? Si ego qui generationem cæteris tribuo sterilis ero?* ait dominus Deus.

(n.1.) 19. Ad primum in oppositum: quòd necesse esse plurificari non potest, quare si essentia non potest plurificari in Deo, quia est necesse esse, neque persona similiter. Dicendum, quòd verum est secundum eandem rationem esse, secuudum tamen diuersam rationem esse non est inconueniens. Vnde quia esse essentiæ in Deo non potest esse nisi vnius rationis, sicut neque ipsa essentia, esse autem personæ non loquendo de esse essentiæ, vel existentiæ, sed de esse subsistentiæ, potest esse plurium rationum, idcirco licet necesse esse in Deo non potest plurificari ex parte essentiæ, vt in ipso Deo ponantur plures Dij, potest tamen necesse esse plurificari ex parte personæ vt in ipso ponantur personæ plures, non secundum vnam rationem personæ, vt sint plures innascibiles, aut plures nati, sed secundum plures rationes personales.

(n.2.) 20. Ad secundum, quòd in diuinis non est persona quin sit necesse esse, & hoc ex se, ergo non habet illud ab alio. Dicendum ad hoc secundum prædicta in quæstionibus de esse Dei, (a.21.q.5. n.5.) quòd dictum illud Necesse esse ex se non potest habere necesse esse ab alio, solum verum est de necesse esse, quod habetur ratione essētiæ, quia ab alio esse principatiuè repugnat diuinæ essentiæ. Quod enim ratione essentię habet esse ab alio, Deus esse non potest, vt habitum est supra secundum Auicen. in quæstionibus de vnitate Dei. (a.25.q.3. n.22.) De necesse esse quod habetur ratione personæ, non est verum, sic enim Filius, & Spiritus Sanctus, habent necesse esse ex se formaliter, licet ab alio principatiuè, vt expositum est supra circa esse Dei, (a.21.q.5. n.8.) & amplius exponetur infra.

(a.19.q.2. ad.1. n.3.) 21. Ad tertium, quòd persona producta ab illa, quæ non est ab alia, aut est Deus, aut non Deus, Dicendum, quòd est Deus, et sic concedendum est, quòd illa est vera, Deus producit Deum, quia licet hoc nomē, quod est Deus significat solam essentiam simpliciter, significat tamen eam per modum suppositi in communi scilicet vt habens in se deitatem, & ideo supponit pro supposito, & secundum hoc potest verificare locutionem pro alio, & alio supposito in subiecto, & prædicato, vt cum dicitur, Deus producit Deum, quia Deus pater Deum filium, vt exponit Magister Sententiarum formando quæstionem de generatione. (in primo dist.4.) Sed nos generalius eam ponimus, vt communiter sub ipsa comprehendamus generationē, & spirationem, & in summa tractemus hanc materiam. Vnde si Deus non supponeret nisi idem, sicut non significat nisi idem falsa esset, sicut illa est falsa, essentia generat essentiam, quia non idem significat, & supponit. Et penes hoc fundamentū procedunt rationes Magistri primo Sententiarum distinctione 5. in primis quatuor cap. quibus probat, quòd essētia nec generat, nec generatur. Cuius causa est, quia non potest habere rationem suppositi, nec in significando, nec in supponendo, nec etiam estendi potest ad rationem suppositi sicut extenditur lumen, & sapientia, eo quòd de suo significato ponunt rationem diffusiuam, non autem substantia, aut essentia, propter quod non potest dici essentia de essentia sicut lumen de lumine.

(n.3.) 22. Et quod assumitur, ergo aut se Deum, aut alium à se Deum, Respondet Magister Sētentiarum primo lib. distinctione 4. cap. 1. dicendo, *quod neutrum concedendum est*, quia vtraque est falsa, & neutra sequitur ex prima, quia non est diuisio per immediata. Est enim media propositio inter illas, propter quam illa prima est vera, scilicet quia producit alium à se qui est Deus, non autem alius, sed idem

Deus

Deus cum generante.

23. Vnde aliqui distinguunt hanc producit alium Deum, quod *ly alium* possit teneri adiectiuè, & tunc esset falsa, quia ly alium dicit in generali diuersitatem, quæ determinatur per substantiuum adiunctum, notando alietatem in eo quod significatur per substantiuum, & sic in proposito notat alietatem in deitate: vel substantiuè, & tunc vera, quia tunc dat intelligere suppositum pro suo substantiuo, & notat solum alietatem in personalitate, & incidit in sensum quem dicimus medium.

24. Sed sensus iste violenter est extortus faciendo subdistinctionem post *ly alium*. Vnde de virtute sermonis solummodo primum sensum prius prætendit, nec valet distinctio ad propositum, licet possit valere in se, & in alio proposito, vbi absque subdistinctione posset vtrumque sensum prætendere. Si enim arguatur sic, Deus generans est Deus genitus, ergo idem est Deus generans, & Deus genitus, ergo a simili Deus generans non Deus genitus, ergo alius est Deus generans, & Deus genitus, quia *ly alius* potest teneri substantiuè, & notare alietatem in persona, sic est ista vera, alius est Deus generans, & alius est Deus genitus, & repetendum est alius in hac secunda parte copulatiuè, & sequitur ex prima, quia verificatur negatiua pro suppositis. Vel potest teneri adiectiuè, vt suum substantiuum sit ly Deus, sic notat alietatem in substantia, & est falsa, vt patet, & ideo non sequitur ex prima. Et consimili modo possit distingui illa conclusio, idem est Deus generans, & Deus genitus, & contrario modo vera, & falsa, & vno modo sequitur ex præmissis, alio vero modo non.

25. Vnde quia in proposito non valet illa distinctio ex parte *ly alium*, ideo dicit Præpositiuus, quòd dicit alietatem tam in substantia, quam in persona, quia alietas in substantia non est sine alietate in persona, vt sit sensus, produxit alium Deum, idest alium in persona, & alia deitate Deum. Vnde statuit regulam, quod sicut relatio identitatis refert per identitatem signatum, & appellatum: Propter quod illa est falsa, produxit se Deum, quia sensus est, produxit se in eadem personalitate, & in eadem deitate Deum. Ex quo apud veteres inoleuit regula talis: *Non habet locum omnimoda vnio, vbi simul cum vnione est distinctio*. Consimiliter relatio diuersitatis refert per diuersitatem signatum, & appellatum. Et notat differentiam secundum vtrumque, propter quod illa est falsa, produxit alium à se Deum, vt dictum est.

26 Sed quælibet earum falsa est contrario modo pro altera parte copulatiuæ. Prima propter identitatem in persona quam refert *ly se*, secunda propter alietatem in substantia, quam refert *ly alium*. Propter quod coniungendo partes pro quibus singulæ habent veritatem, constituitur ex ambobus propositio tertia media, & vera prædicta, quia produxit alium a se in persona, & hoc ex secunda, qui est Deus, & hoc ex prima. Et sic est media propositio accipienda in diuinis ratione materiæ propter substantiæ identitatem in pluralitate personarum, quòd non esset necessarium in alia materia, vt in creaturis vbi diuersitas personæ necessariò ponit diuersitatem substantiæ. Vt si homo producat hominem, & quæratur, aut ergo se hominem, aut alium à se hominem, illa simpliciter danda est, alium à se hominem, quia producit alium in persona, & substantia, & contraria propter ambo simul neganda. Quare nec producit se secundum identitatem personæ, neque secundum identitatem substantiæ. Propter quod non est media propositio accipienda in creaturis, sicut in diuinis, in quibus etiam non esset propositio media accipienda si diuisio fieret per contradictoria quærendo, aut ergo produxit se Deum, aut non se Deum, & est concedenda illa, non se Deũ, propter diuersitatem in persona, siue quærendo, aut ergo alium à se Deum, aut non alium à se Deum, & est concedenda ista, non alium a se Deum, propter identitatem substantiæ. Ex quo inoleuit alia regula antiquorum prædictæ contraria, talis. *Non habet locum omnimoda diuisio, vbi non est ex diuersis causis vnio*.

27. Illam autem mediam propositionem accipiendam in diuinis expressit Augustinus cum dixit de patre in epistola ad Maximum. ep. 66. to. 2.
Genuit de se alterum se, idest secundum quod exponit Magister primo sententiarum distinctione 4. in fine, *genuit alterum, scilicet in persona, qui est hoc, quod ipse est*, scilicet in substantia. Nã etsi alius pater sit quã filius, non tamen est aliud, sed vnũ, vt hoc quod est, qui est hoc qđ ipse est, sit expositiuũ eius qđ est se, vt *ly se* intelligatur esse neutri generis, & reciprocatiuum substantiæ circa personam patris, dando illam intelligi circa substantiam. Vnde concedenda est illa, pater genuit alterum se, sicut ista, pater genuit hunc, qui est id quod ipse, propter identitatem enim substantiæ est quasi ipse. Propter quod etiam vt propria accipienda est illa, quam profert Augustinus 15. de Trinitate. c. 14. to. 3
Tanquam se dicens pater verbum genuit. Et secundum hunc modum propter amoris conformitatem dicit Philosophus 8. Ethicorum, c. 3. to. 5.
quòd *amicus amico est alter ipse*, & poeta dilectã suam finxit esse seipsum, vbi dixit. *Dy faciant sine me ne moriatur ego*. Est igitur in dictis illis Augusl. sermo proprius, & verus quantum est ex parte rei, sed non quantum est ex parte sermonis, quia vt dicit Simon Tornacen. *alterum*

ibi-

ibi intelligitur esse masculini generis, & ita per
sonale, *se* vero neutri generis, & ita essentiale
& sic inuenitur ibi ex parte sermonis impro-
prietas, sicut ibi, *Semini tuo qui est Christus*, quia
relatiuum non conformatur suo antecedenti
in genere. Si autem mutemus hoc masculinum
hunc, in hoc neutrum quod est id, & dicamus,
pater genuit id quod ipse est, secundum quod di-
cit Augustinus in libro de fide, & Symbolo,
c.3.10.3. propriè loquendo sermo falsus est, quia sequi-
tur, quòd genuisset diuinam essentiam secun-
dum quòd arguit Magister primo sententiarũ
distinctione 5. cap. 4. Vnde vt veritatem ha-
beat exponendus est, & extendendus commu-
tando neutrum in masculinum, secundum
Lit.D. quòd Magister exponit, dicendo, *pater genuit
id quod ipse est, idest filium qui est illud quod pater
est. Nam quod pater est, & filius hoc est, sed non
qui pater est, & filius hic est.*

28. Si autem sumamus relatiuum medio
modo, quod non refert simul personam, & sub-
stantiam, vt facit pronomen *se* propter reci-
procationem, neque solam substantiam, sicut
facit ly *id*, quia neutri generis est, sed quod in-
differenter possit referre vnum, vel alterum,
illa bene potest recipi. Secundum enim quod
dicit Anselmus in prol. *cum dicitur Deus de
Deo, non intelligimus alium Deum, sed eundem
de seipso*. Si vero mutetur neutrum pronomi-
nis in rem nominis, dicendo, quòd *essentia est
de essentia, aut substantia de substantia*, secundũ
c. 1 & 2. c.20. quòd dicit Augustinus 7. & 15. de Trinitate,
& habetur cap. 6. proprie loquendo sermo est
simpliciter falsus, & nimium extensus, & ex-
ponendus violenter, secundum quòd exponit
Magister cap. 6. idest *filius qui est substantia seu
Lit.F. essentia, de patre qui est substantia seu essentia*. Et
hoc modo, vel consimili exponendæ sunt om-
nes propositiones, & dicta sanctorum, quæ in-
sinuant essentiam generantem, aut genitam,
secundum quòd auctoritas Hilar. ad hoc addu-
Lit.G.H. cta in 7. cap. exponitur in 8.

n.4. 29. Et eum assumitur in secundo medio,
aut ergo produxit Deum, qui est Deus pater,
aut qui non est Deus pater, Magister Senten-
Lit.B. tiarum hic respondet confusè lib. 1. distin. 4.
cap. 2. facit enim differentiam in membris di-
uidentibus, apponendo in prædicato ly Deus,
cum eo quod est pater, vel non apponendo,
dicendo Deum qui est pater, vel qui non est
pater, & dicendo, qui est Deus pater, & qui
non est Deus pater. Et simpliciter negat illam
affirmatiuam, Deum qui est pater, nullam pe-
nitus faciendo mentionem de illa, Deum qui
est Deus pater, & concedit illam negatiuam,
Deum qui non est pater, & distinguit illam,
Deum qui non est Deus pater. Præpositiuus
autem in summa sua dicit, quòd neutra est cõ-
cedenda, & quòd ambæ sunt falsæ. Magistri
in scriptis suis super hoc multiplices ponunt
distinctiones.

30. Vt ergo totum euoluamus, sciendum,
quod aliqui distinguunt hanc negatiuam,
Deum, qui non est Deus pater, quòd ly *qui* po-
test referre ly *Deum* relatione simplici pro for-
ma, & essentia, vel relatione personali pro sup-
posito. Primo modo est falsa: Secundo mo-
do vera, quemadmodum si dicatur video ho-
minem qui non est dignissima creaturarum, si
ly *qui* referat hominem simplici relatione pro
significato, falsa, si vero personali relatione,
vera est, vt patet. Et quamquam quandoque
in dictis authenticis, aut vsitatis oportet po-
nere talem distinctionem, vt si demonstrata
aliqua herba Romæ, dicatur hæc herba crescit
in horto meo, vel si dicatur, mulier quæ dam-
nauit saluauit, eo quòd pro personali demon-
stratione, aut relatione veritatem habere non
possent, de virtute tamen sermonis ibi locum
non habet distinctio dicta quia omnis demon-
stratio, & relatio de vi sermonis personales
sunt, dum dictio significans id quod demon-
stratur, aut ad quod fit relatio, stat pro suppo-
sito, & nunquam sunt essentiales nisi simplex
suppositio determinetur in dictione per ali-
quid sibi adiunctum, v. hic. homo est species,
& ipse est vniuersale. Et hoc planum est de
demonstratione, quia pronomen demonstra-
tiuum non demonstrat nisi quod ei est subie-
ctum, neque relatiuum refert nisi quod ei est
præpositum, & secundum quòd subiectum est,
& præpositum, quia ex se non nisi meram
substantiam significant, cuius significatio cassa
est, & vana nisi determinetur per id quod sub-
est demonstrationi, & quod præest relationi.
Quia ergo in proposito ly *Deũ*, dicendo Deus
produxit Deum, non potest ex se stare nisi pro
supposito, nihil enim determinat personalem
actionem nisi suppositum, cum additur, qui n.9.q.5.
non est Deus pater, *ly qui* non potest ipsum re-
ferre nisi relatione sub hoc sensu, qui Deus
productus non est Deus pater.

31. Et huic concordat in summa sua Simõ
Tornacen. Sed tunc Magister Sententiarum
dicit, quòd cum dicitur, qui non est Deus pa-
ter, respectu huius verbi est, *ly pater* potest es-
se appositum principale, & hoc nomen *Deus*
specificatiuum ipsius, sic est vera sub hoc sen-
su, produxit Deum, qui non est pater, qui qui-
dem pater Deus est, & est primum membrum
distinctionis quam ponit Magister, & extor-
quet eum sensum, vel è conuersò, & sic est fal-
sa sub hoc sensu, produxit Deum, qui non est
Deus, qui est pater.

32. Sed in rei veritate distinctio hæc non 4 Met. t. 10 11.
potest hic habere locum. Cum enim secun- 7 Met. t.
dum Philosophum, sermones inquirendi sunt 33. 40.
secundum materiam, & secundum Hilar. *non* 42.54.

ser-

sermoni res sed sermo rei debet esse subiectus: cum ergo in proposito sermo non est nec intentio loquendi nisi de rebus diuinis, significatia igitur per terminos hic ad placitum vti non debemus, nisi vt rebus diuinis determinantur, Quare cum in diuinis Deus est terminus quasi cōmunis, & generalis, & pater quasi specialis terminus, vt dictum est supra, & iam amplius dicetur infra, quandocunque autem appositio est inter generale, & speciale, sēper generali debet appositum esse speciale non ē conuerso, dicendo animal homo, non homo animal, ne fiat nugatio in sermone secundum Philosophum, ideo alter sensus omnino extortus est à Magistro, vt per illum verificaret antecedens illud, Deus producit Deum. Et quia omnino obuianti omnino obuiandum est, idcirco Magister etiam extorquendo istum sensum vt satisfaciat calumniæ, & obiectioni hereticorum distinguit illam negatiuam, vt dictum est, licet forte bene videbat, quòd non erat distinguenda.

33. Sed adhuc in illo sensu quo ly *pater*, est oppositum ad ly *Deus*, aliqui distinguunt, quòd dicendo produxit Deum, qui non est Deus pater, inter *ly Deus, & ly pater*, necessariò intelligitur qui est, sub hoc sensu, Deum qui non est Deus, qui est pater, & tunc illud, qui est pater, potest poni implicatiue, vt illud totum Deus pater teneatur dictio aliter, & sit circumlocutio vnius personæ, sicut hic quod dicitur Spiritus Sanctus, sicut dixit Alexander in summa sua, sic est vera, & est idem dicere Deum, qui non est Deus pater, & dicere Deum qui non est pater. Vnde hoc membrum implicite tetigit Magister, cum concessit istam genuit Deum, Vel potest teneri relatiue, & orationaliter, & sic est falsa sub hoc sensu, Deum qui non est Deus, qui Deus est pater, & est secundum membrum distinctionis quam ponit Magister, & sensus extortus ab hæreticis, per quem volebant fortificare antecedens principale.

p. 1. q. 61. mem 62.

34. Sed reuera nec ista distinctio valet, quia sicut in illa præcedente distinctione ille primus sensus extortus est, quia de virtute sermonis *ly pater* debet esse appositum ad *ly Deus*, nō è conuersò, sic in illa distinctione ille secundus sensus est extortus, quia ly *qui*, etsi subintelligatur propter appositiuam conclusionem quam sermo prætendit, non tamen potest intelligi nisi implicatiuè, & sic amota omni distinctione in rei veritate non refert dicere produxit Deum, qui non est Deus pater, & dicere, produxit Deum, qui non est pater. Vnde nisi hæretici in illa produxit Deum, qui non est Deus pater, extorsissent vnum sensum falsum ad destruendum illam Deus generat, siue producit Deum, Magister non distinxisset illam Deus generat Deum, qui non est Deus pater, extorquendo alium sensum verum ad confirmandum illam Deus generat Deum, plus quam illam Deus generat Deum, qui non est pater, sed absolutè concessisset illam Deus generat Deum, qui non est Deus pater, & absolutè negasset contrariam affirmatiuam qui est Deus pater, sicut absolutè concedit istam qui non est pater, & negat illam qui est pater.

35. Et in rei veritate si negatiua esset distinguenda, & affirmatiua, & hoc siue Deus adiungatur illi, quod est pater, siue non, & contrario modo affirmatiuæ, & negatiuæ sunt veræ, & falsæ, vt patet inspiciēdo omnes distinctiones præmissas, & hoc ideo, quia membra illius diuisionis, si Deus produxit Deum, aut ergo Deum, qui est Deus pater, aut, qui non est Deus pater, diuisio est per contradictoriè opposita, quia omne quod est Deus, aut est Deus, qui est Deus pater, aut qui non est Deus pater, & in contradictorijs regula generalis est. *Si vnum eorum dicitur multipliciter, & reliquum.* Vnde multum peccat Præpositiuus cum dicit in summa sua contra Magistrum sententiarum, quòd neutra illarum concedenda est, sic inquiens. *Patet solutio argumenti, quod in sententijs inuenitur, huiusmodi scilicet, pater genuit Deum, ergo Deum qui est pater, vel Deum qui non est pater; neutra vera est. Hæc est falsa, Deus genuit Deum, qui est pater, quia hoc relatiuum, qui in affirmatiua personam filij refert, quam hoc nomen Deum supponebat, & filius non est pater. Et hæc est falsa, Deus genuit Deum qui non est pater, quia in negatiua relatio refert signatum, & appellatum.* Est ergo sensus genuit Deum, qui non est pater, id est genuit Deum filium, qui non est pater, & cuius deitas non est pater. Vnde etiam dicit quod hæc est falsa: Deus generat, qui nō est filius, quia *ly qui* refert Deum non tantum pro persona patris, sed etiam pro eius deitate. Hanc vero dicit esse veram, Deus generat, & ipse non generatur, quia nec patris persona, nec ipsa diuina essentia generatur.

36. Supponit autem falsum in sua responsione, quod relatiuum aliud refert in negatiua, quam in affirmatiua, quia tunc aliter negaret negatio, quam affirmaret affirmatio, quod falsum est. Vnde si antecedens sam in propositione affirmatiua, quam in propositione negatiua non supponit deitatem, nisi vt est in supposito filij, similiter relatiuum in vtraque non refert deitatem, nisi vt est in persona filij, & sic negatio non negat ibi aliquid de deitate absolutè, nec habet aliquo modo sensum illū, deitas filij non est pater, sed solummodo istū, filius non est pater. Et hoc Simon Tornacē. in summa sua concedit cum Magistro sententiarum dicens sic. *Deus pater non genuit Deum, qui sit pater. Accusatiuus enim Deum ibi suppo-*

nit

nit personam filij, & qui refert eam.

37. Redeundo ergo ad primum dicimus simpliciter, & absolutè, quòd Deus produxit Deum, qui non est Deus pater, hoc est qui nõ est pater, vt declaratum est. Et cum assumitur (a.4.) vlterius, ergo Deus est, qui non est Deus pater, bene verum est, quia filius est qui non (ibid.) est Deus pater. Et cum ex hoc vlterius concluditur. Non ergo vnus tantum Deus est: (dist.4.lit. a.) hanc Magister negat per hoc quod dicit. *Non tamen genuit alterum Deum, nec qui genitus est alius Deus est quam pater, sed vnus Deus cum patre.* Sed ad consequentiam non respondet, quæ apparens est, & tamen non tenet, quia consequens falsum est, & suum antecedens (2.prio. c a.10.1.) verum, & ex vero (secundum regulam Philosophi) nihil sequitur nisi verum. Vnde nisi fuisset calumnia, & extorsio hæreticorum (vt (q.32.) dictum est) vbi dixit. *Si vero additur, genuit Deum, qui non est Deus pater,* non debuit dicere. *Hic distinguimus &c.* immo debuit dicere, hic dicimus, quòd idem est dicere genuit Deũ, qui non est pater, & genuit Deum, qui non est Deus pater, hoc enim non refert, vt dictũ est. Et tunc vt respondeat ad consequentiam & ad formam argumenti, deberet addere, & cum ex hoc vltimo concluditur, non ergo tantum vnus Deus est, hic distinguimus, quòd dupliciter potest intelligi, non vnus tantũ Deus est, potest enim illud nomen *vnus* sub tantiuè teneri, & supponere illi verbo *est* personaliter retento, sic est vera sub hoc sensu, non ergo vnus tantum est Deus, hoc est non vnus tantum in persona est Deus, immo plures in personis, scilicet Deus qui est pater, & Deus qui non est Deus pater, sed qui est Deus filius. Et sic bene sequitur, Deus est, qui non est Deus pater, non ergo vnus tantum Deus est. Vel potest *ly vnus* teneri adiectiue, & essentialiter, & determinare in prædicato illud substantiuum *Deus* retento ly *est* impersonaliter, sic est falsa sub hoc sensu, non ergo vnus tantum est Deus, hoc est non tantum est vnus Deus in essentia, sed plures, vt alius Deus in essentia sit Deus, qui est Deus pater, & alius qui non est Deus pater, sed Deus filius, quod intendebant hæretici. Et sic non sequitur ex prima propter fallaciam accidentia, quia ly *Deus* primò positum in antecedente, cum dicitur Deus est, qui non est Deus pater, tenetur personaliter. Aliter enim non esset vera, neque sequeretur ex illa Deus genuit Deum, qui non est Deus pater. In conclusione vero cum dicitur, non ergo tantum est vnus Deus, tenetur essentialiter. Aliter enim hęretici non haberent suum intentum, nec posset concludi ex hoc oppositum primi antecedentis, quod intendebant hęretici, vt patet consideranti.

(a.5.) 38. Ad illud quod assumitur in tertio medio: Si Deus producit Deum, aut quia est Deus, aut quia est innascibilis &c. Dicendum quòd ratione vtriusque, scilicet ratione, qua Deus innascibilis, habendũ aspectum ad actum productionis simpliciter à persona, quæ in diuinis non est ab alia, de qua sermo est hic modo, licet alio, & alio modo ratione qua Deus, quia deitas est elicitiua omnium diuinarum actionum, vt habitum est supra, & ratione qua (a.39.q.4) innascibilis, quia innascibile suppon t proprietatem personæ, quæ non est ab alia, qua primò deitas determinatur ad actum emanationis simpliciter, vt inferius declarabitur. Propter (a.57 q.3.) quod quia ratione vtriusque Deus producit Deum, idcirco non omnis in quo est deitas, producit Deum, quia in ipso non est innascibilitas. Nec tamen sequitur, quòd Deus productus sit innascibilis, sicut & Deus producẽs, quia natura pfectę productionis simpliciter est quòd ex ratione, qua productio est, non patitur eundem esse in persona producentem, & productum, siue in Deo siue in creaturis. Ratione vero qua est perfecta productio in diuina natura, non patitur productum esse omnino alium, & diuersum in natura à producente, ita quòd quanto est perfectior, tantò minorem alietatem patitur inter ipsos. & hoc in creaturis, & vbi est perfectior s infinitæ nullam omnino, vt contingit in solo Deo. Vnde in creaturis est identitas naturæ inter generantem, & generatum in vno communi secundum speciem. In Deo vero est identitas in vno singulari secundum rationem indiuidui. Quod autem non patiatur eundem esse, hoc est ratione proprietatis determinantis principium elicitiuum ad actum. Quod vero non patiatur esse alium, vel non omnino, vel nullo modo, hoc est ratione naturæ, quæ est elicitiua actus, super illam autem non identitatem producentis, & producti fundatur eorum distinctio, & super illam identitatem fundatur eorum similitudo. Propter quod non sequitur, quòd licet simile producat simile secundum naturam, quòd generet simile secundum proprietatem, immo productio simpliciter requirit contrarium, & sic innascibilis Deus generat similem secundum deitatem, quia Deum, dissimilem autem, & distinctum secundum innascibilitatem, quia innascibilis producit natum, & per hunc modum Socrates humanitate sua, quia est humanitas simpliciter generat hominem, non quia Socrates, sed quia homo, quia vero est hæc humanitas, generat alium hominem à se, & hoc quia Socrates est.

39. Ad illud quod assumitur in quarto medio: Si illa est vera pro patre, Deus generat (n.6.) Deum, & alia est vera pro filio, & Spiritu Sancto, Deus non generat Deum. Et si velimus extendere medium. Si illa est vera pro patre,

& filio, Deus producit Deum, ista similiter est vera pro Spiritu Sancto, Deus non producit Deum. Dicendum, quòd cum veritas propositionis non habet esse nisi ex virtute terminorum, & in termino non attenduntur nisi duo, scilicet significatum, & suppositum, intellectus huius quæstionis dependet ex significato, & suppositione huius termini Deus: quia licet veritas propositionis principaliter causetur ex significato termini, tamen secundum, quòd diuersimode supponit suum significatū, vel pro ipso significato, vel pro supposito, secundū hoc diuersimode veritatem habet causare in propositione.

40. Est ergo sciendum primò, ex parte significati, quòd vniuersaliter omnis dictio categorematica significat idem, scilicet secundū rem, & naturam, quæ habet esse in supposito, vel vt quidditas, & essentia eius, quemadmodum humanitas habet esse in Sorte, vel vt accidens eius, vt albedo in Sorte. Vnde hoc nomen Deus non significat nisi Deitatem, quam significat hoc nomen deitas, quemadmodum album significat solam albedinem, sicut & hoc nomen albedo, ita quòd hoc nomen Deus quātum est ex parte rei significatæ non significat aliud, quam significetur hoc nomine deitas. Differunt autem solummodo in modo significandi, quia Deus significat per modum suppo-
Lib. 1 Or siti, siue subsistentis, dicente Damasceno.
t. fi. c. 11. *Deus significat naturam vt in habente, & deitas per modum formæ absolutæ*, sicut album significat idem quod albedo, sed album per modum inhærentis, albedo vero per modum formæ
q. 6. a. 55. absolutæ. Et licet illud nomen Deus significet per modum suppositi, non tamen significat aliquod diuinum suppositum, nec vnum, nec plura, quia Deus non significat nisi absolutè, & per modum absoluti, & absolutum. Nullum autem est suppositum in diuinis, quod non significet respectum, & modum respectus,
a. 18. q. 5. n. 10. vt patet ex prædeterminatis. Et per hoc dif-
a. 53. q. 6. fert in significato, & modo significandi ab hoc nomine persona, quia persona significat relatiuè, & per modū relatiui, & non nisi relatiuū, licèt in-
a. 53. q. 4. determinate, vt similiter patet ex supra determinatis. Vnde, & quod ambo indefinitè supponunt pro tribus personis, hoc est differenter, quia hoc nomen persona illas tres supponit per indifferentiam, & non aliquid commune, nisi intentionale ad illas, vt similiter pa-
ib. q. 6. tet ex supra determinatis. Deus autem etsi supponit pro eisdem, supponit tamen primò, & principaliter significatum, & pro ipso suo significato, quod est vnum aliquid commune tribus, vt quoad hoc non differant in eo significatum, & appellatum, sed cum alteri termino adiungitur in oratione, ratione adiuncti aliquando intelligitur supponere pro significato, siue pro seipso, aliquando pro supposito relatiuo in quo habet esse. Pro seipso, vt cū dicitur Deus est communicabilis. Pro supposito, vt cum dicitur Deus generat. Ita quod licet sēper primò, & principaliter supponat suum significatum, & pro illo quantum est de se, in verificando tamen locutionem ratione adiuncti determinantis sibi acceptionem, aliquando primò, & principaliter supponit pro supposito relatiuo vno vel pluribus, aliquando pro seipso, secundum quod adiunctum aliquādo natum est conuenire Deo principaliter ratione suppositi, & sibi simpliciter ratione suppositi, vt cum dicitur Deus generat, & vniuersaliter in actibus personalibus, aliquando è conuerso, vt cum dicitur Deus creat, & sic vniuersaliter in actibus essentialibus, quemadmodum in creaturis prædicata essentialia per priua conueniunt superioribus, & per illa inferioribus, prædicata vero accidentalia è conuerso. Vnde quia natura illa, quam Deus significat, & supponit vnica est, & singularis, & nulla propositio est in qua prædicatur aliquis terminus principaliter, cui denotatur aliquid inesse, vel non inesse, siue in qua ipse denotatur alicui inesse, vel non inesse, nisi insit, vel non insit secundum id quod principaliter significat, & supponit, aut principaliter ratione sui, aut principaliter ratione sui suppositi, nulla igitur propositio in qua Deo denotatur aliquid inesse, vel nō inesse, siue cōuenire, aut discōuenire, aut è cōuerso in qua Deus denotat alicui inesse, vel non inesse, cōuenire, vel discōuenire, nisi illud insit, vel non insit, conueniat, aut disconueniat Deo, vel è conuerso ratione illius vnici, & singularis, quod significat, & pro quo supponit quantum est de se primò, & principaliter. Si ergo verum est, quòd Deus creat, aut generat, hoc non est nisi quia Deo simpliciter, & absolutè ratione singularis deitatis hoc conueniat, licet propter determinationem acceptionis, quam facit circa hoc nomen Deus, hoc non conueniat ei, nisi vt est in aliquo, vel in aliquibus suppositis relatiuis. Si autem verum est, Deus non creat, aut non generat, hoc non est nisi quia Deo simpliciter, & absolutè ratione singularis deitatis hoc non conueniat, licet hoc conueniat ei secundum quòd est in aliquo, vel in aliquibus suppositis relatiuis. Quare cum deitati singulari, vt singularis est, non potest aliquid simul conuenire, & non conuenire, neque ipsa è conuerso simul conuenire, vel disconuenire alicui, idcirco quandocunque affirmatiuā verificatur in qua ponitur hoc nomen Deus, negatiua simul verificari non potest, nec è conuerso, etiam etsi contingat, quòd pro aliquo supposito verificetur. Vnde cum hæc est vera Deus creat, hæc non potest esse vera Deus non creat. Si hæc

est vera, Deus generat hæc non potest esse vera Deus non generat. Si hæc est vera, Deus est incarnatus, hæc non est vera, Deus nō est incarnatus. Nec est in hoc aliqua differentia siue Deo aliquid conueniat naturaliter, & necessario in aliqua persona, vt generare in persona patris, siue in nulla persona ei conueniat necessario, & naturaliter, dum tamen in aliqua persona ei conueniat saltem quocunque modo sit, vt esse incarnatum in persona filij.

41. Vnde ad determinationem quam prædicatum potest facere circa subiectum, non est hic aliquid attendendum principaliter, licet per hoc determinat hanc dubitationē Præpositiuus in summa sua, sentiendo sic ter, quam diximus de suppositione huius nominis Deus, sic dicens. *Notandum quòd hoc nomen Deus vbicunque supponit pro essentia, potest supponere pro persona, vel personis, sed non conuertitur, quia ex adiuncto supponit tantum pro persona, vt cum dico Deus generat, ibi supponit tantum pro patre, quia talia sunt subiecta qualia permiserunt prædicata. Eodem modo, & in negatiua, vnde hæc est falsa Deus non generat.*

42. Sed manifestum est, quòd contrarium dicti sui verum est, quia alicubi supponit pro essentia, vbi nullo modo potest supponere pro persona, vt cum dicitur Deus est communicabilis. Nullibi autem supponit pro persona, quin ibidem supponat pro essentia nisi restringatur ad supponendum pro persona tantum per immediatam implicationem, dicendo sic, aliquis qui est Deus non generat, vt filius, vel Spiritus Sanctus. Quamquam enim ex adiuncto per implicationem supponit tantum pro persona primò, & principaliter verificando loquutionem pro ipsa, simul tamen, & supponit pro essentia, non enim est verum patrem generare, quin verū sit Deum generare, quia nō solum supponit patrem, sed similiter supponit vnum Deum simplicem, de quo verum est dicere, quod generat, & generatur, spirat, & spiratur: licet loquutio verificetur variè pro diuersis suppositis primò, & principaliter. Vnde non sequitur illud argumentum, aliquis qui est Deus non generat, ergo Deus non generat, propter fallaciam consequentis ab inferiori ad superius negando vniuersaliter, sicut non sequitur, aliquis homo non currit, ergo nullus homo currit, quia illa Deus non generat includit illam, nullus qui est Deus generat. Et hoc quia iste terminus Deus inquantū supponit pro suo significato, quod est res singularis, sic habet rationem termini proprij, & facit propositionem singularē, licet inquantū natus est supponere pro suppositis relatiuis, & vt est cōmunis eis p cōmunionē nō p plurificationē, habet quodāmō rationē termini appellatiui, & facit propositionem quodammodo indefinitam. Et quo ad hoc bene sequeretur, aliquis qui est Deus non generat, ergo Deus non generat, sicut sequitur, aliquis homo siue aliquis qui est homo non currit, ergo homo non currit. Sed in proposito reformat pactū, quòd eadem res singularis significatur hoc nomine Deus, quod & supponit pro illa vniformiter in negatiua sicut in affirmatiua, licet pro alio, & alio supposito. Hoc autem nomine homo significatur eadem res vniuersalis, & supponere potest pro alia, & alia re singulari in affirmatiua, & in negatiua, sicut pro alio, & alio supposito, & ideo hoc nomen homo supponendo pro significato, & pro supposito, pro alia re significata potest supponere in affirmatiua, quam negatiua, sicut & pro alio supposito, hoc autem nomen Deus etsi pro alio supposito, non tamen pro alia re significata.

43. Quare cum propositio, quę vera est pro supposito, etiam requirat veritatem pro significato, vt sit vera simpliciter, sicut dictum est, idcirco illæ, homo currit, homo non currit, possunt simul esse verę simpliciter, quia & pro significato, & pro supposito simul. Non autē illæ, Deus generat, Deus non generat, quia etsi pro supposito possint simul esse veræ, non tamen pro significato, vt dictum est. Et sic ista propositio Deus generat Deum, & ista, Deus non generat Deum, ratione deitatis, quæ plurificabilis non est, pro qua ly Deus supponit, & per modum subsistentis se habet, simul veræ esse non possunt, immo contradictoria sūt, sicut illæ duæ, Sortes currit, Sortes non currit. Nec differt in eis negatio præposita, & postposita, ita quòd si vera esset negatiua, hoc non esset nisi quia prædicatum disconueniret Deo simpliciter ratione suæ deitatis, & sic oporteret, quod disconueniret ei in quocunque supposito inueniretur, vt esset simul falsa ratione essentiæ, & cuiuslibet personæ, quia scilicet Deus, nec generaret ratione deitatis simpliciter, nec ratione deitatis in aliquo supposito, quod enim disconuenit deitati simpliciter significatæ per modum subsistentis, disconuenit ei in qualibet persona propter vnitatem eius in pluribus personis, è cōtrario eius, quod contingit in creaturis, quia essentia plurificatur in pluribus personis. Si autem vera sit affirmatiua, hoc est quia prædicatum conuenit Deo simpliciter, ratione suæ deitatis, & sufficit, quòd simul conueniat ei, vt est in aliquo supposito, licet disconueniat ei, vt est in alijs.

44. Ad illud quod obijcitur quintò, si Deus produceret Deum, ergo Deus esset distinctus, quia productio actiua, & passiua important relationes distinguentes inter terminos: Dicendum iuxta iam exposita, quòd in quolibet termino est considerare id quod supponit, & est solum n.7. n.19.

solum suum significatum, & est considerare pro quo supponit, & hoc est illud pro quo reddit locutionem veram. Sed pro alio potest terminus supponere, & reddere locutionem veram dupliciter: vel primò, & principaliter, vel secundariò. Primo modo supponit hoc nomen Deus suum significatum per modum suppositi. Secundo autem modo in proposito, Deus generat Deum, supponit principaliter, & primò hoc nomen Deus in subiecto pro supposito relatiuo patris, & hoc nomen Deum in prædicato pro supposito relatiuo filij. Tertio autem modo supponit pro ipsa essentia. Cum ergo dicitur, quòd productio actiua, & passiua important relationes distinctiuas inter terminos suos, verum est, sed tantum inter illos pro quibus primò, & principaliter verificatur locutio, & inquantum verificatur pro illis, non autem pro illo pro quo verificat locutionem secundario, & inquantum pro illo verificat. Quare cum vt dictum est propter determinationem actus producendi *ly Deus*, supponit verificando locutionem pro patre, *& ly Deum* pro filio primo, & principaliter, licet secundariò pro essentia, distinctionem igitur notat solum pro ipsis personis, & non pro ipsa essentia. Sed cum exprimitur dicendo Deus distinguitur, *ly Deus* primò, & principaliter supponit pro essentia, quia *ly distinguitur* non determinat sibi aliquam personam determinate, & semper in tali locutione principaliter supponit, & denotat locutionem verificari pro essentia, vt significatur hoc nomine Deus per modum suppositi, & etiam si significaret non solum per modum actionis gramatice loquendo, sicut significat hoc verbum discernere, sed etiam actionem per modum actionis, sicut significat hoc verbum creat, dicendo Deus creat. Propter quod non sequitur viterius, notat distinctionem inter terminos, ergo inter Deum, & Deum, vt ponatur distinctio intelligi circa Deum ratione deitatis, immo esset fallacia figuræ dictionis ex cõmutatione suppositionis. Supponit enim *ly Deus* principaliter pro persona patris, vel filij, vel vtriusque simul, cum dicitur Deus producit Deum, e conuerso autem pro essentia principaliter, cum dicitur, Deus discernitur.

n. 1. 45. Quod arguitur viterius, si Deus producit Deum, aut ergo voluntate, aut natura, aut necessitate, &c. Ad huius dissolutionem sciendum, quod Deum producere Deum necessitate, natura, aut voluntate, dupliciter potest intelligi, quia ly necessitate, natura, & voluntate possunt teneri nominaliter, vel aduerbialiter. Si nominaliter, sic sunt ablatini, & dicunt rationem originandi actum productionis in originante, & hoc modo Deus non producit Deum necessitate, quia necessitas, quæ est ratio producendi alia à natura, non est nisi principium extra, quæ dicitur necessitas coactionis. Et de tali modo necessitatis intelligebant hæretici, quando quærebant, vtrum pater genuit filium necessitate, vel ambo producerent Spiritum Sanctum de necessitate. De qua dicit Hilar. de Synod. *Si quis nolente* Synod. 3.
patre dicat generari filium, anathema sit, non enim n. 25.
nolente patre coactus est pater, vel necessitate naturali ductus cum nollet genuit filium. Et Au- to. 6.
gustinus ad Orosium. *Necessitas in Deo non* lib. 83.
est. Si vero prædicta tria sumantur aduerbiali- quæ q. 22.
ter, vt sint idem, quod necessarie, & volunta- to. 4.
riè, & naturaliter, sic dicunt solummodo productionis modum. Sic in omni modo productionis Deus producit Deum de necessitate nõ alicuius indigentiæ, iuxta quod dicit Hilar. de Synod. *Nulla necessitate naturali ductus pater genuit filium, neque consimiliter ambo produxerunt Spiritum Sanctum aliqua necessitate.* De tali autem necessitate quærebant hæretici.

Synod. 3. n. 25.

46 Sed cum secundum Anselmum 2. lib. de libero arbitrio duplex sit necessitas scilicet quædam præcedens, quæ est causa vt sit res, & necessitas sequens quam res facit, vtroque modo cadit necessitas, quæ dicit modum productionis, in diuina productione. Dicitur autem præcedens necessitas ab ipso causa vt sit res, quia est modus actus, ex eo quod est ratio, & principium actus, quemadmodum cælum dicitur necessariò moueri, quia de necessitate suæ formæ mouetur, & similiter ignis de necessitate calefacit, quia de necessitate naturali suæ caliditatis. Dicitur autem necessitas sequens, quam res facit, & quæ nihil efficit, quia est modus actus, non ex eo quod est ratio, & principium ipsius actus sed ex conditione ipsius actus. Et hæc secunda potest esse vbi non est prima, vt cum dico te ex necessitate loqui, quando loqueris, vt enim dicit Anselmus, cum hoc dico, significo nihil facere posse, vt dum loqueris non loquaris, non quod aliquis cogat te ad loquendum. Sed vbi est prima necessitas necessariò est secunda. Et potest prima harum necessitatum appellari necessitas efficientiæ. Secunda vero existentiæ. Prima necessitate secundum Philosophos dicitur cælum de necessitate moueri, quia habet causam necessariam effectiuã motus eius. Secundo modo dicitur cælum moueri de necessitate, quia non potest esse, vt non sit motus in cælo, & loquens cum loquitur de necessitate loqui, quia non potest esse, vt aliquis dum loquitur non loquatur. Primo modo Deus producit Deum de necessitate, & hæc necessitas a quibusdam appellatur necessitas immutabilitatis, & ab Anselmo appellatur necessitas inuertibilitatis seruandi constantiam.

47. Sed

47. Sed secundum, quòd natura, & voluntate sumuntur aduerbialiter, hoc modo ambo concurrunt in omni productione Dei de Deo quia Deus Deum naturaliter, & voluntariè generat, & similiter spirat. Quia enim Deus nihil agit nisi vt natura intelligens, & voluntaria, cuius natura non patitur violentiam, aut indigentiam, cuius intellectus non errat per ignorantiam, cuius voluntas non impeditur per impotentiam, & sunt penitus idem re in Deo pertinent a ad attributa essentialia secundum rationem præcedentia, vt fundamenta,
q.6.n.52. & principia actuum personalium, impossibile est, quòd in Deo aliquid agat natura, quod nō sciat, & intelligat per intellectum, & quod non velit siue in ipsum non consentiat per voluntatem, neque voluntate de ipsa sua substantia, quin natura concurrat, & intellectus sciat.

48. De hoc autem minus dubium est in productione Spiritus Sancti ab vtroque, quòd scilicet productio eius sit natura, & intellectu cum hoc quod est volūtate, quam filij à patre, scilicet quòd productio eius cum hoc, quòd est natura, & intellectu, fit etiam voluntate, quia illa est modo voluntatis, & ista modo naturæ, & intellectus, vt infra videbitur. Natura autē, & intellectus ratione absolui possent à voluntate, & agere sine illa, quia ordine quodam ra-
a.49.q.4. q.6.n.33. inf q.4. a.58.q.2. 10.6. tionis natura, & intellectus in Deo præcedunt voluntatem, vt iam visum est supra, & amplius videbitur infra, non è conuerso, dicente Augustino ad Orosium. *Praire voluntas sapientiam non potest*. Propter quod auctores magis sollicitè affirmabant productionem filij cū hoc, quòd est natura, & intellectu etiam esse voluntate. In hoc enim hæretici magis errabant, vt patet per Magistrum 1. Sententiarum distinctione 6. per totum. Hinc dicit Hilar. de Synod. *Eos qui dicunt, quòd neque consilio, neque voluntate pater genuit filium, anathematizat Sancta Ecclesia*. Et Ricar. 6. de Trinit. cap. 17. *Producenti qui est ipsa omnipotentia, idem est de se alium producere quod ex ordinatissima causa idipsum velle: ex principaliori autem causa id velle idem est quòd generare. Nam cum vterque procedendi modus constet in voluntate, differunt tamen pro causa alietate. Vnde & in causa principaliori consistit principalior modus procedendi. Vultis super his audire verbum abbreuiatum? Ingenitum velle habere sibi conformem, idem mihi videtur quod gignere filium, tam genitum quam ingenitum velle habere condilectum, idem mihi videtur quod producere Spiritum Sanctum*, & cap. 18. *Videtur mihi esse Deo patri filium gignere, quod personam de persona sua naturaliter, & pro voto producere*.

49. Est autem aduertendum, quòd licet ambo, natura scilicet, & voluntas, simul concurrunt in duplici productione Dei de Deo, non tamen eodem modo, sed diuersimode, secundum quòd differunt principia elicitiua illarum productionum. In productione enim principali, quæ est generatio, quæ elicitur à principio, quod est natura, Deus producit Deū naturaliter primò, & principaliter, voluntariè vero secundariò, & consequenter. In productione secunda quæ est spiratio, è conuerso vis elicitiua actus est voluntas, vt est potentia libera, naturalis tamen necessitas impellens est in actum. In generatione enim vis elicitiua actus est intellectus, vt est natura, naturali impetu impellens in actum, in spiratione vero è conuerso. Sed in generatione voluntas est coniuncta naturæ, vt consentiens naturæ in actum generationis. In spiratione vero natura est coniuncta voluntati, vt inclinans eum voluntate in actum spirationis. Et sic generans primò, & principaliter generat naturaliter, voluntariè autem concomitanter, è conuerso autem spirans spirat. Sed tamen aliter, & aliter voluntas est coniuncta naturæ in generatione, & natura voluntati in spiratione, quia voluntas in generatione est coniuncta naturæ non vt coagens, sed vt complacens in actione, natura autem in spiratione est voluntati coniuncta, vt naturali quasi impetu voluntatem liberam inclinans in suam actionem, vt propterea ambæ emanationes naturales dici possunt. Propter quod dicit Ricar. 6. de Trinit. cap. 1 *quòd in diuinis nihil est iuxta donum largientis gratia, sed totum iuxta proprietatem exigentis naturæ*. Et Hilar. 5. de Trinitate. *Ex virtute naturæ in eandem naturam subsistit filius natiuitate*, & ex virtute naturæ in eandem naturam processione subsistit Spiritus Sanctus. ad fi. 2.

50. Quod ergo inducebatur in argumento, quod Deus non producit Deum natura, aut necessitate, quia producit eum liberè: Dicendum, quod liberè producit, & ita voluntariè, sed voluntate consentiente non eliciente in prima productione, & per hoc voluntariè, dicente Ricard. lib 6. cap. 3. *Hoc proculdubio erit ei prolem producere, in eo ipso sibi omnia complacere*. Per quod non excluditur quin a natura eliciente, & per hoc etiam necessariò, & naturaliter, secundum modum necessitatis qui dictus est cadere in Deo. Voluntate autem eliciente in secunda productione, & per hoc voluntariè, per quod non excluditur à natura concomitante, & per hoc naturaliter, & necessariò, vt patet ex iam dictis, & in sequenti quæstione amplius declarabitur. n. 8.

51. Quod autem additur, quòd natura siue necessitas, & voluntas ex opposito distinguuntur, & in eadem actione non concurrunt, dicendum, quòd voluntas operatur, aut vt libe- ibid.

ra

ra absolute, aut vt libera arbitrio. Isto secundo modo non concurrunt in eadem actione natura, siue necessitas, & voluntas, sic enim Deus nihil operatur voluntate intra se, sed solum circa creaturas. Et secundum hoc Hi-
c. 17. lar. de Syno. & Ansel. a. cur Deus, homo, dicunt, *quòd nulla est in Deo faciendi, vel non faciendi necessitas.* Item Anselmus ibidem. *In Deo sola operatur voluntas.* Primo autem modo bene concurrunt in eadem actione, vt supra de-
a. 45. q. 3. & 4. terminatum est disputando de voluntate Dei, licet non eodem modo, vt iam declaratum est hic.

52. Quod vero adducebatur, quòd Deus non producit Deum voluntate, siue volunta-
sup. n. 2. riè, quia productio talis non potest non esse: potest responderi modo iam dicto distinguendo de voluntate penes diuersum modum, quo voluntas concurrit ad actum generandi, & spirandi, è contrario tamen natura. Penes hoc enim accipitur quædam distinctio magistralis, quod est quædam voluntas antecedens, quædam vero concomitans, prima in spiratione, secunda vero in generatione. Sed hære-
to 3. tici Eunomiani (vt dicit Augustinus 15. de Trinit. cap. 20.) cum non potuerunt intelligere, nec credere voluerunt Dei filium esse natura genitum, filium voluntatis dixerunt cũ esse, volentes asserere antecedentem voluntatem, qua scilicet vt principio elicitiuo gigneret filium. Propter quod Magister 6. distin.
lib. 1. cap. vlt appellat eam efficientem, & non solum antecedentem ordine, vt principium principiatum, sed tempore, intelligendo voluntatem illam non solum antecedentem originaliter, sed etiam antecedentem de nouo, aut ipsi volenti, sicut nos aliquando volumus, quod antea non volebamus, aut ipsi operi fiue rei operatæ, sicut Deus voluit aliquando creaturam de nouo producere, quam antea producere noluit. Quod dixerunt, vt ostenderent filium Dei esse creaturam. Contra quos dicit Aug. super epistolam ad Ephe. super illud c. 1.
A. 5. *Prædestinauit nos. De domino nostro Iesu Christo dictum est, quia cum patre semper fuit, & nunquam eum vt esset voluntas paterna præcessit.*
n. 9. 53. Ad sequens, si Deus producit Deum, ergo de aliquo, aut nihilo &c. Dicendũ quòd non de nihilo, sed de aliquo, nec de substantia aliena, sed de substantia producentis. De aliquo oportet poni esse productum omne quod producitur in diuinis. De nihilo autem non potest dici productum quod in diuinis producitur. Quoniam *ly nihil* cum dicitur aliquid esse de nihilo, secundum Ansel. mon. cap. 8. tripliciter accipitur. Vno modo negatiue: sicut esse de nihilo dicitur id quod omnino non habet esse, secundum quòd tacens dicitur loqui de nihilo. Hoc igitur modo nihil existẽs siue in Deo, siue in creaturis potest dici esse de nihilo, neque omnino id quod habet esse, siue sit productum, siue non. Contradictio enim includeretur scilicet quod haberet esse, & non esset, & ideo isto modo neque in diuinis neque in creaturis potest aliquid dici esse productum de nihilo. Secundo modo dicitur aliquid de nihilo, quia non est aliquid de quo potest dici esse, secũdum quòd id dicitur de nihilo, quod habet causam sui esse, sic pater in diuinis potest dici esse de nihilo, vel ipsa essentia diuina, quia nõ habet principiũ, aut causã sui esse, sed tũc illa præpositio *de* includitur sub negatione, vt idẽ sit dictu esse de nihilo, quod nõ esse de aliquo. Et ideo isto mõ nihil productũ potest dici productum de nihilo in diuinis, quia omne productum in diuinis habet aliquid de quo est, & principiatiue, & quasi materialiter, vt iam videbitur. Sed iste modus dicendi aliquid esse de nihilo, non debet vsitari in diuinis, quia secundum vsum communem non solum prætendit negationem esse aliquid non ab alio, sed negationem essendi simpliciter. Vnde di-
cit Anselmus mon. cap. 5. *Licet summa essentia non sit per aliquid efficiens, aut ex aliqua materia, non tamen per nihil atque ex nihilo, quia per seipsam, & ex seipsa est quicquid est.* Sic & pater ex seipso, & per seipsum est quicquid est, non ex nihilo. Et ita istis duobus modis dicitur *ly de nihilo* negatiue. Tertio modo dicitur de nihilo positiuè, & hoc dupliciter. Vno modo quasi materialiter, vt nihil ingrediatur materiam rei subiectam, sicut ferrum ingreditur substantiam cultelli, qui est de ferro. Sic itetum nihil fit de nihilo, quia nihil nullius habet esse aliquid. Alio modo originaliter, quia eius substantia habet esse post non esse, & sic sola creatura habet esse ex nihilo, non autem aliquid productum in diuinis, quia nihil est ibi nisi perpetuum, vt infra dicetur. Monol. c. 5.

54. De aliena autem substantia ex nihilo tamen concreata, dicebant hæretici esse productum quicquid in diuinis producitur. Vnde & dicebant nihil produci à Deo, nisi quod esset creatura, & alterius substantiæ, quam diuinæ, & esse productum post producentem, & dicebãt filium creaturam nobilissimam a Deo creatam, dicente Hilar. in principio 4. de Trinit. *Aiunt hæretici filium non ex patre natum, neque Deum ex natura, sed ex constitutione esse, quia sicut plures Deo filij ita, & hic filius sit, sicut plures Dij sunt, ita & hic Deus sit, indulgentiore tamen in Deo, & adoptionis, & nuncupationis affectu, vt et præ cæteris sit adoptatus, & adoptiuus sit maior, & excellentius cunctis naturis creatus, & creaturis ipse cæteris præstet, & ex nihilo, vt cætera in æternis illius creatoris sui imagine constitisse, verbo videlicet de non extantibus iussum esse subsistere, Deo potente similitudinem sui ex nihilo*

coap-

coaptare. Et dicit hoc contra Arrianos, qui filium dicebant creaturam spiritualem nobilissimam ante alias creatam, & in virgine naturam humanam accepisse. Photinus vero dixit, quod initium accepit in virgine, cum carnem assumpsit, & ambo dicebant Spiritum Sanctum creaturam nobilissimam post filium, & ambos dicebant à Deo dignitate gratię deificatos, & ideo vtrumque dici Deum in Sacra Scriptura. Sed qui sic dicunt, vt dicit Ambrosius 1. de Trini. *negant filium diuinitate vnũ cum patre esse. Deleant ergo euangelium, deleãt vocem Christi. Ipse enim dicit, Ego & pater vnũ sumus.* Eos qui dicunt, erat quando non erat, & antequam nasceretur non erat, & qui ex nihilo factum, aut ex alia substantia, anathematizat catholica, & apostolica ecclesia. Vnde ad huiusmodi errorem improbandum ex textu scripturæ potius quam ex vi rationis naturalis, inuigilat vt plurimum disputatio de Trinitate Ambrosij, & Hilar. & aliorum catholicorum, vt patet inspicienti libros ipsorum. Vnde quia ita sit ex dictis Sacræ Scripturę, quę eorum disputationibus sunt declarata, tenere debemus, & quomodo intelligere possumus, quod Deus Deum de substantia sua producat, inuestigare debemus. Sed vt dicit Hilar. 1. de Trinit. *de natura Dei, & natiuitate*, siue (vt largius loquar) de processione, *tractantes exẽpla afferemus, quia intelligentiæ nostra infirmitas cogit species quasdam ex inferioribus tanquam superiorum indices quærere, vt rerum familiarum consuetudine admonente, ex sensus nostri conscientia ad insoliti sensus opinionem educeremur.*

c.3.to.3. | Io. 10. F.30. | ad.m ed.

55. Est ergo sciendum, quòd in exemplo productionis naturalis est inuenire ea, quibus vti possumus ad intentum nostrum circa productionem diuinam. Est enim in productione considerare tria quodammodo re differentia scilicet subiectam materiam, quæ est in potentia ad formam, & ipsam formam, quam agens deducit in actum de potentia materiæ, & compositum constitutum in esse ex vtroque, quod est per se terminus productionis naturalis. His tribus differentibus in productione creaturæ secundũ rẽ, est inuenire tria correspõdẽtia differentia secundũ rationem tantum in productione diuina, videlicet ipsam diuinam essentiam, & proprietatem personalem, & ipsum suppositum, siue personam ambo illorum in se continentem, iuxta illud quod dicit Augustinus 7. de Trinitate cap. 2. de persona filij. *Quæ est nata sapientia, vt per hoc quod dicit nata, intelligamus proprietatem, per hoc vero quod dicit sapientia, intelligamus essentiam.* Vnde & sicut in productione creaturarum ipsum productum habet esse per actum productionis, & quicquid est in ipso etiam habet esse in ipso per actum productionis, ita quòd secundum determinationem Philosophi 7. Metaphys. compositum generatur per se, & primò, secundò vero forma in conposito, materia vero tanquã ingenita, & incorruptibilis, in composito solũ habet esse per generationem, nullo tamen modo generatur in ipso, nisi largissimè loquendo de generatione, consimiliter in productione diuina quisquis est productus, in Deo habet esse suum per actum productionis, & etiam quicquid est in ipso. Propter quod dicit Augustinus, *quòd essentiam filio præstat de patre generatio,* quemadmodum compositum in creaturis habet esse suum, & quicquid est in ipso, per actũ generationis naturalis. Est enim persona quid constitutum in diuinis ex essentia cum proprietate, licet absque compositione, vt infra patebit. Et Hilar. dicit, *quòd filius nihil habet nisi natum, idest, quod nascendo accepit,* vt exponit Præpositiuus. Licet tamen propriè dicimus, quod persona producitur per se, & primò, tamen non est consuetum dici à theologis, quòd proprietas, & essentia vllo modo producantur per accidens, sed solummodo, quòd habentur per productionem in persona producta, licet aliter & aliter, quoniam proprietas non solum habet esse in persona producta per ipsam productionem, sed etiam simpliciter habet esse per illam, quia in illa habet esse, absque productione, essentia vero per productionem habet esse in producto, sed non habet esse simpliciter per productionem, quia absque productione passiua habet esse in producente. Propter quod forte aliquo modo posset propriè, vel saltem magis propriè quam de essentia, aut minus impropriè dici, quòd proprietas producatur in persona producta, vt quod filiatio generetur non simpliciter secundum se, sed tantum in filio. Nullo autem modo propriè dici posset, quòd essentia produceretur etiam in producto, vt quòd deitas generaretur in filio, sed solummodo, quòd haberetur in ipso per generationem, & ita quòd propriè dicitur essentia communicari filio per generationem. Hilar. tamen concedit substantiam generari in filio, cum dicit 2. de Trinit. in principio. *Pater quomodo erit, si non quod in se substantia atque natura est genuerat in filio?* Sed hoc minus propriè, & vere dicimus, quẽadmodum in creaturis minus verè, & propriè materia generari dicitur quam forma.

10.3. | c.17.to.3 | lib.15.de Trinit. c. 16.to.3. | L. 4. de Trinitate Mag. 1. d.5.

56. Dicimus ergo quòd quemadmodum in productione naturali materia est subiectum generationis, inquantum est in potentia ad formam, & per hoc ad compositum generandum de ea, sic in productione diuina, puta in generatione filij, & consimiliter in spiratione Spiritus Sancti, ipsa diuina essentia est quasi subiectum generationis, & vt aliquid in potentia, licet necessariò semper coniuncta actui

ad

ad generandam de ea personam constitutam ex essentia, & proprietate, quæ est sapientia genita, secundum quòd dictum est, vt sapientia nominet subiectum, quod in creaturis est
a.33. materia, nata vero nominet proprietatem per generationem habitam, qua filius in esse generati constituitur, & à patre distinguitur, qui est innata sapientia, cum quo conuenit inquantum est sapientia simpliciter, & absolutè.

57. Sic dicendum est, quòd Deus generat Deum de sua substantia scilicet generantis dicente
c.3. to.3. Augustino in lib. de fide, & symbolo. *Deus cum verbum genuit, id quod ipse est genuit, nec de nihilo, nec de aliqua iam facta conditaque materia, sed de seipso, hoc est de substantia sua.*
c.2. to.3. Et de fi. ad Pe. *Pater de nullo genitus Deus semel de sua natura sine initio genuit filium.* Ad
Lib.2. idem inducit Magister sententiarum distin. 5.
Lib.1. cap. *Dicitur quoque*, plurimas auctoritates. Dico autem de substantia generantis cum reduplicatione inquantum scilicet generans est, licet enim eadem sit in tribus, non tamen habet rationem potentiæ, vt de ea generetur aliquis, nisi secundum quòd habet esse in patre, vt per hoc excludatur inconueniens quod Magister sententiarum inducit ex dicta auctoritate
Ibid. te Augustini de fi ad Pe. distinctione 5. capitulo. *Dicitur quoque* vbi dicit sic. *Ecce hic dicit Augustinus filium genitum de natura patris. Est autem eadem natura Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Si ergo de natura patris est genitus filius, genitus est de natura filij, & Spiritus Sancti, immo de natura trium personarum.* Propter
lib.1. quod Magister in cap. *Ostenditur quoque*, respondendo huic inconuenienti exponit eam dicēs. *Filius natus est de substantia patris, vel pater genuit filium de sua natura, sine essentia, idest de se natura, siue essentia genuit filium eiusdem naturæ siue essentiæ*, & hoc quasi ly *de solum* posset dicere circumstantiam quasi causæ efficientis non materialis, quod non oportet dicere.

a.41. 58. Et quod arguitur in contrarium, quòd diuina essentia purus actus est, & forma, quare ad nihil est in potentia. &c. Dicendum, quòd aliquid est in potentia ad aliquid quod est absolutum, & differt ab ipso re, vel intentione, & vadit de potentia in actum per motum, & transmutationem rei vel rationis, vel ad aliquid quod est respectus tantum, & differt ab illo tantum ratione, nunquam vadens per transmutationem quamcunque de potentia in actum, sed tamen per naturaliter coniunctum est
a.35 q.1 actui. Primo modo in creaturis materia est
a.36 q... in potentia ad formam tanquam ad differens re ab ipsa, & transiens de potentia ad actum per realem transmutationem in materia, & similiter forma generis est in potentia ad formā differentiæ, tanquam aliquid differens intentione ab ipsa, & transiens de potentia ad actum per transmutationem rationis. Nec est tali modo diuina essentia in potentia ad aliquid, de qua habet verita em medium in argumento, non autem de potentia secundo modo, immo de natura formæ diuinæ inquantum est actus purus, est quod sit in potentia ad plures respectus.

59. Vnde productio diuina ex parte eius de quo producitur, non solum ex parte modi producendi, differt ab omni modo productionis, qui possibilis est fieri in creaturis. Vt enim dicit Victorinus in disputatione sua contra Arrium, *æterna generatio improportionabilis est omni generationi.* Vnde qui perfecte vult videre modum generationis diuinæ, & hoc quantum pertinet ad propositum, debet aspicere ad modos generationum aliarum, & quid nobilitatis est illi productioni ascribere, & quid ignobilitatis abnegare, & tandem ostendere, quomodo in eadem est aliquid nobilitatis, quod in nulla aliarum possit inueniri: vt declaratur in Glossa Hebræ. 1. super illud. A 3.
Cum sit splendor gloriæ. Differt igitur productio diuina sūmè a productione qualibet alia, quia illa vadit per transmutationem ad perfectionem, & in ipsa distat potentia ab actu, in illa vero nequaquam. Differt specialiter à productione naturali, quæ est generatio, quia illa est de imperfecto substantiali ter, ista vero est de perfecta substantia. In quo plus conuenit cum productione, quæ est alteratio, quia in illa subiectum, quod est in potentia, est aliquid existens in actu, sed differt in hoc, quod subiectum in alteratione est in potentia ad aliquid re absolutum differens ab ipso, in productione autem diuina, nequaquam, in quo diuina productio conuenit plus cum productione speciei ex genere, quia in hac productione genus est sicut subiectum, & materia, est in potentia, ad aliquid absolutum, vt ad differentiam, quę sola intentione differt ab ipso, hic autem subiectum est in potentia ad aliquid respectiuū, quod differt ab ipso sola ratione. Et licet ista productio sit magis similis diuinæ quam alia, in multis tamen alijs differt, quia productio speciei ex genere per differentiam procedit de incompleto ad completum, assumendo complementi determinationem, vt secūdum aliud & aliud re descendat in aliam, & aliam speciem, & fit tantum vnum commune secundū rationem. In productione autem diuina subiectum non est aliquid incompletum determinatum per assumptam proprietatem, sed vnum, & idem re singulare taliter habet esse per productionem in diuersis sub diuersis proprietatibus relatiuis, quod est commune non secundum rationem, sed secundum communicationem.

60. Vnde quia illud commune est vnum, &

& idem singulare, ideo ista est vera. Tres personæ sunt vnus Deus, & vna substantia, & quia in constitutione personæ secum habet rationes proprietatum, quæ non differunt ab ipsa nisi ratione, ideo & conuersa est vera, vnus Deus est tres personę siue Trinitas, secundum quod Magister probat hoc auctoritatibus primo
lib.c. sententiarum distinctione 4. c. *Quidam tamen*. Propter vtrumque vero eorum simul omnes propositiones conceduntur in quibus prædicantur concreta de concretis, vt pater est Deus vel abstracta de abstractis, vt paternitas est deitas, vel è conuerso, vel abstracta de concretis vt paternitas est Deus, vel pater est deitas, vt dictum est, licet non sunt sēper æquè proprię, & hoc vbique vbi non repugnat relationis oppositio seu disparatio; illa enim impedit prædicationem, & hoc vel principaliter, vel ex adiuncto. Principaliter, aut ratione significationis terminorum, propter quod non dicitur paternitas, aut pater est filiatio, aut filius, aut ratione modi significandi, propter quod non dicitur essentia generat, aut generatur. Ex adiuncto autem, vt licet dicatur absolute essētia est pater, non tamen dicitur essentia est pa-
p.p q.59 memb.2. ter filij. Licet enim Magister Alexander in summa distinguat, dicendo, quòd *ly pater* potest sumi adiectiuè, vel substantiuè, & si substantiuè, sic est vera, quia tunc supponit pro tota persona habente filium, sub hoc sensu, essentia est persona, quæ est genitor filij, sicut è conuerso ista, pater filij est essentia idest persona generans filium est essentia. Si vero sumatur adiectiue, sic est falsa, quia dicit quòd essentiæ conuenit proprietas, qua refertur ad filium, vt generans ipsum: Magister tamen Præpositiuus in summa sua dicit eam veram esse simpliciter, & *ly pater* tantum teneri substantiuè, sicut hic, essentia est pater. Quod probat, quia sequitur, pater filij est essentia, ergo essentia est pater filij, prima est vera, quia pater tenetur substantiuè, quare similiter, & secunda. Item essentia est pater, hæc est vera, quia *ly pater* tenetur substantiuè, aut ergo est pater alicuius, aut nullius. Si nullius, ergo omnino non est pater. Si alicuius, hoc non est nisi filij.

61. Sed in rei veritate illa est falsa, essentia est pater filij, & tenetur *ly pater* tantum adiectiuè, quia nomina, quæ imponuntur à potētia actiua, vel passiua, vt sunt magister, discipulus, pater, filius, ædificator, adiectiua sunt significatione tantum, & hoc ex respectu quem habent ad aliud, quod respicit potentia à qua imponuntur. Sed ita est, quòd cum aliquid habet rationem adiacentis, vel adiectiui ex respectu ad aliud, quanto magis est determinatus respectus, tanto magis habet rationem adiacentis, & tanto minus, quanto magis indeterminatus est respectus, sicut patet de modo infinitiuo, quod grammatici dicunt, quod potius potest supponere quā alius modus, quia alij dicunt finitam inclinationem ad suppositum, iste vero infinitam. Et similiter adiectiuum in neutro genere potius substantiuatur quam in masculino, aut fœminino. Quare cum *ly pater*, dicendo pater filij, habet finitam habitudinē, & expressam, non sic cum per se ponitur, ideo licet posset teneri substantiuè dicendo. Essentia est pater, non tamen nisi adiectiuè, dicendo essentia est pater filij. Et sic simpliciter est falsa (vt dictum est) illa, essentia est pater filij, hæc tamen est vera, essentia est pater.

62. Si ergo obijciatur essentia est pater, & n.60. non est pater nisi filij, ergo essentia est pater filij, aut nō est pater, patet quod est figura dictionis, quia in prima *ly pater* per se supponit pro tota persona, in secunda cum dicitur pater filij, copulat proprietatem tantum circa subiectum. Patet ergo quod non valet primum argumentum Præpositiui, pater filij est essentia, ergo essentia est pater filij, quia deberet sic conuertere, ergo aliquid quod est essentia est pater filij, sicut ista, indiuiduum est homo, non conuertitur sic, ergo homo est indiuiduum, sed sic, ergo aliquid quod est homo est indiuiduum.

63. Similiter cum arguitur: essentia est pa- ibid. ter, ergo aut alicuius, aut nullius: Dicendum quod non sequitur propter figuram dictionis, quia statim cum additur alicuius, aut nullius, aliter copulat quam prius supponebat, & est dicendum, nullius idest non alicuius est pater. Et non sequitur ex hoc quod non sit pater propter figuram dictionis, sed sequitur tātum, ergo non conuenit ei proprietas paternitatis. Quia etiam deitas (vt dictum est) siue essentia diuina habet rationem communis, licet per solam communicationem, & persona rationem proprij, & sic quandam rationem totius tenet essentia, & persona quasi rationem partis, licet nec pars, nec totum sunt vere in a.38.q.1 diuinis, vt habitum est supra: propter hoc ta- a.43.q.4 lis propositio tanquam propria, & vera concedenda est filius est substantiæ diuinæ, aut substantiæ patris, quasi participatiua conclusione sub hoc sensu, filius est aliquis substantiæ patris idest aliquis in substantia patris subsistens, non autem aliquid, sicut dicimus, quod Sortes est aliquid substantiæ hominis, quia in diuersis hominibus est vera partitio humanitatis, Per hunc etiam modum conceditur quod Pater, Filius, & Spiritus Sanctus sunt vnius substantię idest aliqui quorum vna est substantia. Sed si ille genitiuus substantiæ intelligatur construi secundum habitudinem quasi causæ materialis, vt de qua aliquid, vel aliquis producitur, sic ista conceditur: Christus est fi-

lius substantiæ patris, vel deitatis, dicente Au-
c.15.to.3 gustino 15 de Trinitate. *Quod dictum est filij charitatis suæ nihil aliud intelligatur quam filij substantiæ suæ, & hoc ideo quia genitus est de sua substantia*, quemadmodum dicimus, quòd imago est statua æris, quia de ære facta. Non sic aũt possumus dicere ingenitum esse patrem substantiæ diuinæ, quia non est de ipsa quasi materialiter productus. Propter quod dicit Augustinus 7. de Trinitate. *Tres personas eiusdem*
c.6.to.6. *substantiæ, vel vnam essentiam dicimus, tres autem personas ex eadem essentia non dicimus.*

64. Illa tamen, Christus est filius substantiæ diuinæ, non debet passim concedi, nisi exprimatur circumstantia quasi principij materialis, quia secundum communem vsum talis constructio solet intelligi penes circumstantiam causæ agentis, vt ipsa substantia diuina intelligatur filium produxisse. Propter quod Magister talem propositionem exponit quasi
lit.E. impropriam in prædicto cap. *Ostenditur quoque* dicens. *Expone illud, filius substantiæ patris, idest patris qui est substantia, & cum quo filius est eadem substantia*. Sed non oportet sic exponere, immo sensum habet verum, & proprium. Alter enim ista, Ingenitus est pater substantiæ filij, æque vera esset, & propria sicut illa Christus est filius substantiæ patris, sic exponendo idest filius qui est substantia, quod non est verum quia construendo illum genitiuum substantiæ in habitudine quasi principij materialis, illa est vera, & propria, Christus est filius substantiæ patris. Nullo autem modo illa. Ingenitus est pater substantiæ filij, vt dictum est.

65. Aliqui autem dicunt, quòd in talibus propositionibus Pater genuit filium essentiæ suæ, tres personæ sunt vnius essentiæ, ille genitiuus in omnibus talibus propositionibus construitur ex vi designationis essentiæ, quemadmodum si dicatur mulier egregiæ formæ, hoc est mulier habẽs egregiam formam, quod non necesse est hic dicere, vt visum est, nec debet, quia talis constructio solummodo vsitatur apud grãmaticos in formis accidentalibus, nõ autem in substantialibus, sed secundum illum modum debent exponi omnes illæ propositiones in quibus substantia, vel essentia ponitur, vt terminus a quo, vel terminus ad quem actus
post me. personalis, vt illa Hil. 9. de Trinitate. *Nec corporali insinuatione patrem in filio prædicamus, sed ex eo eiusdem generis genitam naturam naturaliter in se gignentem habuisse naturam*, hoc est, *non prædicamus corporali insinuatione*, idest quemadmodum locatum est in loco, patrem esse in filio, *sed* supple prædicamus *genitam naturam*, idest filium, qui est natura genita, *habuisse in se ex eo*, idest ex patre *naturam eiusdem generis naturaliter gignentem* idest, quæ est pater, qui naturaliter gignit.

66. Et est hic aduertendum ad pleniorem intellectu prædictorum, quòd hæ quatuor præpositiones, *a, ab, de*, & *ex*, si propriè vsitentur, diuersas circumstantias, & habitudines nominant, licet pro inuicem sæpius assumuntur, quoniam *a*, præpositio notat circumstantiam, & habitudinem causæ efficientis siue principij originantis, vnde illa recipitur, filius est à patre, non autem illa, filius est a substantia patris. *Ab*, vero notat circumstantiam effectus siue principiati, propter quod esse ab alio in diuinis, solum conuenit personæ procedenti. *De*, & *ex*, communiter notant circumstantiam causæ materialis, & efficientis vel quasi. Vnde istæ recipiuntur indifferenter, filius est de patre, vel de substantia patris, vel ex substantia patris. Sed differunt aliquantulum tamen in circumstantia materiali, quam in circumstantia causæ efficientis, vel quasi. In circumstantia enim materiali differunt, quia *de* indifferenter, & æque propriè notat circumstantiam materiæ, quæ est aliud re à forma eius, quod ex ipsa producitur, & illius quæ non est aliud re ab illa. Vnde æque propriè dicitur, quòd cultellus est de ferro, & quòd species est de genere. *Ex* vero propriè notat circumstantiam materiæ primo modo, non secundo. Vnde magis propriè dicitur, cultellus est ex ferro, quam species est ex genere. Et secundum hoc in diuinis magis propriè dicimus, quod filius est de essentia patris, quam quòd sit ex essentia patris, dicente Augustino 7. de Trinitate. *Tres* c.6.to.3.
personas ex eadem essentia non dicimus, quasi aliud ibi sit quod essentia sit, aliud quod persona est cuius tamen in mutam rationem assignamus. Differunt etiam in circumstantia causæ efficientis siue originantis, quia ex aliquo dicitur siue res sit de illius substantia siue non. Bene enim dicitur, quia filius est ex patre, & domus ex artifice. *De* vero solum dicitur quando alterum de substantia alterius, vnde propriè dicitur, quòd filius est de patre, non autem quod domus est de artifice. Hanc distinctionem ponit Augustinus lib. de nat. bo. Et habetur di- c.17.to.6
stinctione 36. lib. 1. cap. *Illud etiam*. Præter lit.F.
illos autem modos, *de* & *ex* sumuntur ordinaliter solum, vt ex mane, vel de mane fit meridies. Sed de hoc nihil ad propositum in diuinis.

67. Ad illud quod arguitur vlterius. Si n.10.
Deus producit Deum, aut ergo semper producit eum, aut non semper, &c. Hic oportet primo declarare, quòd diuina productio terminata adintra, æterna est, semper persistens sine principio, & sine fine, & deinde concedere vnum membrum diuisionis in argumento, & alterum negare. Primum quidem duplici via declaratur. Vna scilicet deductione ad impossibile, alia scilicet ostensiue. Prima quidem

dem

dem, quia si principium haberet durationis aut finem, tunc aut non esset antequam esset, aut postquam esset, quod non posset fore sine aliqua mutatione in deitate, & ex parte producti, & producentis, & eius de quo producitur simul, si non esset antequam esset, quia agens actionem, quæ non respicit aliquid extra non agit de nouo nisi aliter se habendo ad actionē, quam prius, nec productio potest de nouo esse post non esse, nisi productum haberet esse post non esse, & esset noua dispositio in eo de quo producitur quæ prius non erat. Mutatio aūt in diuinis omnino cadere non potest, vt osten-
a.30.q.6. sum est supra. Via ostensiua idem patet, quoniam productio non incipit aut desinit, nisi quia agens secundum alium, & alium modum se habet ad subiectum de quo producit, aut ipsum subiectum ad ipsum producentem. Agente enim existente in dispositione illa, qua natum est agere, & subiecto in illa dispositione, qua natum est recipere in se illius actionem, & sint approximata, impossibile est actionem nō esse. In diuinis autem persona, quæ non est omnino ab alia, quia est purus actus, & semper perfecte fœcundus ad producendum, & diuina essentia in ipso est ab æterno, & ita non solum quasi approximata, sed summe vnita, est semper perfecte fœcunda vt de ipsa producatur filius. Deum ergo necesse est æternaliter Deum producere, vt productus sit coæternus producēti, secundū quod declarat Magister Sententiarum distinctione 9. primi lib. in princip. pluribus auctoritatibus, & sic concedendum est, quòd Deus producit Deum semper.

a.10. 68. Et quia assumitur in argumento, quòd actio producēdi nō cessat, hoc nō est nisi qa nō est aliquid perfectè productū. Dicendū quòd est quædam productio in qua productum per productionem accipit esse post non esse natura, aut duratione non esse præcedente esse. Est etiam productio in qua productum per productionem accipit esse, sed non post non esse præcedens natura aut duratione. In prima productione res non habet esse nisi per aliquod fieri quo ei acquiritur esse. Cui enim acquiritur esse per fieri nullo modo ex se naturaliter habet esse, vt iam dicetur. Et de tali productione verum est, quòd non cessat quia non est aliquid perfecte productum in ea, vt patet in productione per motum naturalem. Secundum enim expositores Philosophi, Auer. & alios, omnis forma naturalis, quæ per agens naturale de potentia ad actum reducitur, in eo quòd de potentia vadit ad actum per naturalē transmutationem, quæ motus est, secundum esse, & esse diuiditur, vt motus ad formam non sit nisi quædam acquisitio partis formę post partem, vt quamuis idem sit secundum rem, & substantiam in animali bruto viuens, spirans, sensibile, si tamen per motum in esse producatur, primò secundum esse distenditur in viuū, deinde ex viuo in spirans, deinde ex spirante in sensibile, & non est medium transmutationis simul cum principio, & fine. Quamuis enim simul habent esse constitutum in substātia, non simul tamen habent diuersa esse substantiæ recepta per motum, quæ completè nō habentur nisi in vltimo. Vnum enim istorum de altero procedit secundum viam generationis continuæ, vt sit illud quod est ante, sem-
per in potentia ad id quod est post, secundum 2 phys. t. 89 vol. 4. a.30.q.4. n.12.
Auerro. Si verò sit productio subita, vt est vera generatio substantiarum omnino indiuisibilium, & illorum quorum productio est in fine motuum, vt medij illuminatio secundum Philosophum in lib. Physic. ibi statim cessat productio, quia aliquid statim est perfectè productum, & tunc agens non operatur nisi ad producti conseruationem, vt sit alia actio qua res producitur, & conseruatur, licet agens esset idem. Propter quod Auer. super 2. Physicorum distinguit duplex agens, quoddam est causa fieri rei tantum, quod semel influit, & statim cessat, vt homo in generando filium, quoddam vero quod non solum est causa fieri rei, & esse eius, sed etiam conseruationis vtriusque, & hoc nunquam cessat, vt sol generans hominem, etsi enim cessat ab actu generationis, non tamen ab actu conseruationis. Vnde quia talis est productio in omnibus quæ habent esse post non esse, vel natura, vel duratione, idcirco omnis talis natura habet initiū sui esse, quia illa productio cum simplex est, & indiuisibilis, in indiuisibili aliquo necessariò habet primo esse, & de cætero non esse, manēte producto per actum conseruationis in se.
Vt secundum hoc positio Auicennæ, qua dicit a.30.q.4.
mundum ab æterno habere esse ab alio, & non esse ex se natura præcedens, implicat incompossibilia. Si illa vero productio esset cōposita, necesse esset similiter eam finitam esse, & incępisse, quia aliter infinitæ essent partes in re producta per illam productionem. Si autem sit productio in qua productum per productionem accipit esse ab alio, sed non post non esse præcedens natura, aut duratione, in tali productione res non habet esse per aliquod fieri, quoniam fieri quod ordinatur ad esse, respicit subiectum, & materiam, quæ ex se non habet esse, sed solum potentiam ad esse, quod acquiritur ei in producto per fieri.

69. Vnde quia in diuina productione id quod est quasi subiectum, & materia de qua
fit productio (vt iam supra dictum est) est di- a.39.q.2. q.4 n.10. a.32.q.5. a.35.q.2. n.7.
uina essentia, quæ habet ex se esse in actu non existens omnino in potentia ad esse, vt habitum est supra, licet sit (vt iam supra dictum est) in potentia quodammodo ad personam de

ea producendam. Idcirco talis productio non est aliquod fieri rei, & esse eius, sed solummodo est ipsius esse, & essentiæ communicatio, & ipsius rei cui communicatur ab alio habere esse relatiuum. Productum enim in esse personali relatiuo habet esse ab alio, & esse essentiale per productionem sibi habet communicatum ab eodem. Et de tali productione non est verum, quòd cessat, licet aliquis perfectè, & perfectus sit productus in ea, sicut non cessat quod esse suum habet ab alio, sicut in prædicta productione cessat fieri quod habet suum esse. Et sicut non oportet, quòd cesset habere esse suum ab alio, sic non oportet, quòd incipiat habere esse suum ab alio. Habere enim esse suum ab alio, non repugnat, nec ponit principium essendi in duratione, nec præcedere illum à quo habet suum esse, secundum quòd dixerunt hæretici. Quod bene declarat Magister auctoritatibus sanctorum distinctione 9. prædicta, de productione, quæ est generatio, & natiuitas. Quod etiam bene confitētur Philosophi in creaturis, ponunt enim Mūdum habere esse ab alio, sed ab æterno sine initio, & sine fine, non ponendo, quòd mundus ex se habet non esse præcedens suum esse, vel natura, vel duratione, vt secundum prædictum modum posuit Auicenna, sed quod mūdus ex se non habuit ab æterno potentiam nisi ad esse, & quòd cum hoc bene staret, quòd ab alio ab æterno haberet esse. Sed hoc non potest poni. Quod enim ex se habet solam potentiam ad esse ex se, & sua essentia, nullum esse ponit, quia tunc esset necessarium accipere illud esse ab alio. Quamquam ergo ponatur habere esse ab alio ab æterno, tamen ponendum est secundum positionem Auicennę, quòd habet ex se non esse præcedens natura, vel duratione, & ita per fieri acquisitum, & habet initium, & finem, vt dictum est.

70. Vnde in diuinis solummodo potest aliquis habere esse ab æterno, & ab alio, & hoc absque omni fieri. Cuius propria ratio est, quòd subiectum quasi materia existens in diuina productione ex se habet esse absolutum cōmunicabile alteri cui per productionem conuenit ab æterno suum esse respectiuum, sicut ab æterno habet oppositum esse respectiuum ille à quo producitur ne ponatur esse mutabilis dicente Ambrosio. *Dic mihi hæretice, fuit ne* l. 1. de fid ad Grat. c. 5. to. 3. *omnipotens Deus quando pater non erat, & Deus erat? Nam si pater cœpit esse Deus, ergo prius erat, & postea cœpit esse pater. Quomodo ergo immutabilis est Deus?* quasi dicat, nullo modo. Si autem semper est pater, & non est pater nisi generando filium, generatio autem patris, & filij natiuitas simul sunt sine medio, filij autem natiuitas, & eius esse similiter simul sunt, quia est perfectissima natiuitas, simul ergo ab æterno habent esse pater, quod pater est, & filius, quod filius est, quod impossibile est ponere circa vllam creaturam à quocunque ponatur produci. Quod bene declarat Magister distinctione 9. prædicta in fine, auctoritate Hil. Et sic in diuinis non cessat, nec incipit productio, sed semper instat, institit, & instabit, & productum, nec incœpit esse, nec desinet esse, sed semper est, fuit, & erit. Sed quemadmodum dictum est supra, quòd æternitati maximè conuenit pręsens tempus, licet per nullum a 31. q. 3. possit perfecte explicari, sic & productio, & productum si secundum se explicentur in sua duratione, magis propriè explicantur dicendo, quod productio semper est, & similiter ipsum productum. Similiter si coniunctim explicetur eorum duratio, adhuc certum est, quòd minus propriè explicatur per purum præteritum, dicendo, quod productus semper producebatur, siue semper fuit productus, aut quòd semper producetur, siue semper erit producendus, ne per præteritum intelligamus defectionem, & per futurum expectationem, dicente Augustino super illo: *Ego hodie genui te. In* Ps. 2. B. 7. to. 8. *æternitate non præteritum est, quasi esse desierit, nec futurum quasi nondum sit* Sed nec proprijssime explicatur per præsens tantum, dicendo semper producitur, ne intelligatur productio fore in fieri. Sicut enim æternæ productioni repugnat desitio præteriti, & expectatio futuri, sic repugnat et fieri præsentis. Vnde etsi perfecte explicari non possit, expressior tamen modus est, quo perfectio productionis exprimitur sine alicuius expectatione, & ipsius producti instantia sine alicuius desitione, & vtriusque permanentia sine fieri, & successione. Quod fit, hanc actiuam, Deus producit Deū, conuertendo in passiuam, dicendo Deus semper productus est a Deo, vt *ly productus*, propter tempus præteritum quod consignificat, pertineat ad productionis perfectionem, per quam perfectus Deus est productus sine alicuius expectatione. *Ly est*, quia est præsens verbi substantiui, pertinet ad ipsius producti instantiam sine lapsu in aliquam defectionem, *ly semper*, quia omnem differentiam temporis comprehendit, pertinet ad æternitatis vtriusque permanentiam sine fieri, & successione. Gregorius tamen in sua expositione illa duo, 29. Mor. c. 1. *productus*, & *est*, refert ad personæ productæ perfectionem, vt patet in eius auctoritate, quā ponit super hoc Magister Sententiarum dist. 9. prędicta in cap. *Hic quæri potest*, vbi inuenies Lit. k. plures auctoritates de hac materia.

71. Ad vltimum circa medium prędictum. n. 21. Si Deus producit Deum, aut ergo pro essentia, aut pro supposito: Dicendum secundum prędeterminata, quòd pro supposito, immo pro a. 39 q. 5. suppositis, quia principium esse, & terminum n. 5.

actio-

actionis personalis non est nisi suppositorum.

n.11. 72. Et quod assumitur contra hoc, quia in Deo non est nisi suppositum relatiuum, quod ib.q.3.n.9. secundum Philosophum 5. Physic. non principium nec terminus potest esse actionis: Dicendum est, quòd verum est per se ratione relationis. Potest tamē ratione eius in quo fundatur, cuiusmodi est ipsa diuina essentia, quæ sub ratione vnius proprietatis relatiuę est principium, vt quo, quasi formaliter, sub ratione alterius relationis est principium, vt de quo, quasi materialiter, & ipsa proprietas relatiua est ipsius suppositi ratio ad modum indiuiduationis in creaturis, quæ est conditio, & modus existendi quo suppositum habet rationem singularis.

n.12. 73. Ad illud quod quartò adducitur ad principale, quòd actus omnis diuinus est nobilissimus, & ita propter seipsum non propter aliquod productum, dicendum secudum quòd a.39.q.3 n.6. superius est expositum loquendo de diuina actione in generali, quòd differunt actus, qui est propriè actio, & qui est propriè operatio. Et sicut differunt, sic habent perfectiones differentes. Sicut enim operis perfectio consistit in actione circa obiectum perfectissimum, vt patet in operatione quæ est felicitas, sic perfectio actionis propriè dictæ est, quod habeat aliquid perfectum perfectè productum. Et ideo licet actus diuinus, qui est propriè operatio, cuiusmodi est intelligere, propter suam perfectionem non est propter aliud prouenies ab ipso, actus tamen qui proprie est actio, cuiusmodi sunt generàre, & spirare, propter aliū modum perfectionis suæ bene potest esse propter aliud, aut propter alium prouenientem ex sua actione.

n.13. 74. Ad quintum, quòd emanatio importat motum quendam fieri aut exitum quendam, qualium nihil est in Deo: Dicendum, quòd verum est per omnimodam proprietatem secundum quam vtimur eis in creaturis. Vere tamen dicuntur in ipso per aliquam transmutationem, dicente Hil. in principio 4. de Trinitate. *Non ignoramus ad res diuinas explicandas neque omnium elocutionem, neque naturæ humanæ comparationem posse sufficere. Quod enim inenarabile est, id significantia alicuius finem, & modum non habet, & quod spirituale est, id a specie corporum exemploque diuersum est.* Tamen (vt dicit) *cum de naturis cælestibus sermo est, ipsa illa quæ sensu mentium continentur, vsu communi, & naturæ, & sermonis sunt eloquenda, non vtique Dei dignitati congrua, sed ingenij nostri imbecillitati necessaria, rebus scilicet verbisquè nostris ea, quæ sentimus, & intelligimus locuturi.* Et vt ait lib. 1. *si quando nos de natura Dei, & natiuitate tractantes comparationum exempla afferemus, nemo ea æstimet absolute in se rationis perfectionem continere. Comparatio enim terrenorum ad diuina nulla est, sed infirmitas nostræ intelligentiæ cogit species quasdam ex inferioribus tanquam superiorum indices quærere, vt rerum familiarium consuetudine admonente ex sensus nostri conscientia ad insoliti sensus opinionem educeremur. Et semper* (vt dicit in lib. 2.) *dicti ratio intelligenda erit ex sensu dicentis.* Licet ergo ad fin. emanatio, processio, & huiusmodi nomina accepta à creaturis in illis significant motum, fieri, exitum corporalem, & cætera quæ indignitatis sunt, circa Deum tamen cum ad diuina transferuntur, vsitantur solummodo pro eo, quòd dignitatis aliquid, & perfectionis simpliciter est significatum illis nominibus etiam circa creaturas iuxta artem superius expositā. a.32.q.2. Vnde de exitu personæ à persona quem prædīdit emanatio, dicit Ambrosius 1. de Trinitate. de fid. ad Grat.c.7. *Si vero generationis proprietatem requirimus, ex Deo exiuit; nam cum in vsu nostro id sit exire quod iam sit, & exterioribus secretis prodire videatur quod exire perhibetur, angustis licet sermonibus proprietatē diuinæ generationis aduertimus, vt non ex loco aliquo videatur exisse, sed vt Deus ex Deo.* Et lib. 2. *Neque cum de patre exit quasi de loco recedit, aut quasi a corpore separatur, etc.* Sed hæretici emanationem, exitum, &c. huiusmodi spiritualem intelligentiam non aduertentes omnia secundum modum quo vtimur eis in rebus corporalibus, interpretati sunt, dicente Hil. in principio 2. de Trinitate. *Extiterunt plures, qui cælestium verborum simplicitatem pro voluntatis suæ sensu, non pro veritatis ipsius absolutione susciperent, aliter interpretantes quam dictorum virtus postularet. De intelligentia enim hæresis, non de scriptura est.* Vnde super corporalem verborum intelligentiam formabant omnes suas rationes contra sanctorum patrum spiritualem intelligentiam, & interpretabantur dicta Sacræ Scripturæ corporaliter, quæ spiritualiter erant interpretanda, vt quia natiuitas in creaturis præstat esse ei qui prius non erat, sic, & in Deo, & cætera huiusmodi, secundum quod contra ipsos dicit Damascenus lib 1. cap. 8. *Non fuit vnquam* orth fil., *pater quando non fuit filius, sed simul pater, simul filius ex ipso genitus.* Et ita impassibiliter, & sine tempore, & non fluxibiliter generat, & sine coitu, neque principium habet.

75. Ad vltimum, quòd si vna persona ema- b.14. nat ab alia in diuinis, ergo producitur in esse ab illa, &c. Dicendum, quòd personam aliquā esse, quæ non emanat ab alia, hoc contingit, quia ipsa ex se formaliter, hoc est ex forma sua, a.21.q.5. quæ est sua essentia, habet esse, quia ipsa est esse, immo ipsum necesse esse. Principiatiuè autem nec essentiam suam, nec ipsum esse habet ab alio, propter quod nec producitur in esse. E contrario autem persona quæ emanat

ab

ab alia principiatiuè, suam essentiam, & esse totum quod habet, ab alio habet, propter quod verũ est dicere quod productu͂ ***** esse ab illo.

76. Sed hoc intelligi potest dupliciter. Vno modo, quòd ab illo ei communicetur esse. Alio modo quòd ab illo ei acquiratur esse. Primo modo in diuinis personæ emananti ab alia communicatur esse ab illa, quia totum quod habet, & essentiam suam, & esse principiatiuè habet ab illa, inquantum ipsam producendo communicat ei suam essentiam de qua illam producit, & in essentia communicat ei esse suum, & omnia quæ habet, præter proprietatem suam, qua distinguitur à persona ab ipsa producta. Propter quod, & ipsa persona producta à se formaliter, hoc est ex forma sua, quæ est sua essentia, habet esse, sicut, & ipsa persona producens, quia Ioannis.

Ioan. 5. *sicut pater habet vitam in semetipso, sic dedit, & filio habere vitam in semetipso*. Secundo autẽ modo, persona emanans ab alia in diuinis, nullo modo producitur in esse ab alio, quia quod sic in esse producitur ab alio, non habet esse ex se formaliter, hoc est ex forma sua, quę est sua essentia, sed in essentia sua recipit esse ab alio existente. Propter quod oportet, quod sit aliud in essentia ab eo, à quo producitur. Talis autem est essentia vniuersæ creaturæ, quam etiam Philosophi qui ponebant mundum ab æterno fuisse, ponebant ab alio habere esse per acquisitionem, quia ex sua essentia non habet esse, eo quod ipsa ex se non est esse neque necesse esse, sed possibile esse tantum. Propter quod etsi ab æterno haberet esse ab alio, æterna nunquam diceretur esse.

a 14. 77. Et cum vlterius quæritur in argumento: Si persona emanans ab alia producitur in esse ab illa, ergo aut de non esse producitur in esse, aut de esse in esse: Dicendum, quod *ly de* potest dicere, aut circumstantiam principij quasi materialis, aut circumstantiam ordinis circa *productum*. Primo modo cum persona in diuinis producitur de ipsa diuina essentia, quæ est ipsum esse quod communicatur producto, verum est dicere, quòd producatur de esse in esse, & nullo modo de non esse in esse.

Ibid. 78. Et quod quęritur tunc vlterius in argumento, aut ergo de eodem esse in idem esse, aut in aliud: Dicendum, quòd non de alio in aliud, vt probat medium ad hoc, sed de eodem in idem, sed alia, & alia ratione, vt de ipso, & vt in ipsum, quia de eodem vt est patris, in idem, vt est filio communicatum a patre. Et propter hoc non sequitur, quòd persona illa haberet esse antequam produceretur, vel non per productionem, quia esse illud non est eius inquantum est de ipso productus, sed inquantum est in ipso. Sed hoc modo in creatura nulla est productio possibilis de esse in esse, quia producens nunquam creaturæ communicat suum esse. Si vero *ly de* notet circumstantiam ordinis, sic in diuina nulla persona producitur de non esse, quia producens non producit nisi de sua substantia, quæ est ipsum esse, quæ est etiam ipsa substantia producti. Nihil autem produci potest de non esse in esse, siue non esse sola natura siue etiam duratione præcedere ipsum esse, nisi sit tale, quod eius substantia est in potentia ad esse, & non esse, ita quod ex se ei solummodo conuenit non esse, esse autem non nisi ab alio, quemadmodum posuit Auicenna circa essentiam creaturæ. Vnde & aliqui alij philosophantium, qui ponebant quod creatura mundi ex se erat in potentia ad esse, sed nullo modo ad non esse, & de necessitate naturæ à Deo haberet esse ab æterno, sicut & ipse erat æternus, dicerent creaturam mundi productam fore in esse, sed non de non esse. Similiter secundum illum modum in quo *de* notat circumstantiam ordinis, nulla persona diuina producitur de esse in esse, nec de eodem se nec de alio. Non de alio, quia tunc non a** esset circa ipsam personam productam, sicut quando notat circumstantiam principij quasi materialis circa essentiam de qua producitur. Nec de eodem, quia absque producto nunquam habuit hoc esse, & tamen esset absque productione sua in esse, si ita esset.

Con-

Conclusiones ex Quæstione Tertia, Articuli Quinquagesimi quarti.

1. *Necesse habet ponere fides catholica in diuinis aliquam emanationem, qua vna persona nata est procedere ab alia.* n. 16.
2. *Concedenda est hæc propositio, Deus producit Deum.* n. 21.
3. *Ista est falsa: Essentia generat essentiam.* ibid.
4. *Neutra istarum est admittenda. Deus produxit seipsum Deum, vel alium à se Deum, sed ista Deus produxit alium à se, qui est Deus.* n. 22. & seq.
5. *Hæc est vera Pater genuit alterum, qui est id quod ipse.* n. 27.
6. *Dicendum simpliciter, & absolute, quod Deus produxit Deum, qui non est Deus Pater.* n. 37.
7. *Deus produxit Deum nulla necessitate naturali, aut coactionis, aut indigentiæ.* num. 45.
8. *Aliqua necessitas, quæ dicit modum producendi fuit in diuina productione.* num. 46.
9. *Deus Deum naturaliter, & voluntariè generat, & similiter spirat.* n. 47.
10. *Productio Spiritus Sancti est modo voluntatis, filij vero modo naturæ, & intellectus.* n. 48.
11. *Ambæ emanationes naturales dici possunt.* n. 49.
12. *Filius non fuit productus voluntate antecedente, vt Eunomius.* n. 52.
13. *Deus producit Deum non de nihilo, sed de aliquo, nec de substantia aliena, sed de substantia producentis.* n. 53.
14. *Ex productione naturali potest indagari productio diuina.* n 55. & seq.
15. *Productio tamen diuina differt ab omni modo productionis, qui possibilis est fieri in creaturis.* n. 59.
16. *Productio diuina terminata ad intra æterna est semper persistens sine principio, & sine fine.* n. 67.
17. *Proprijssima propositio est Deus semper productus est à Deo.* n. 70.
18. *Emanatio, processio, & huiusmodi in Deo sunt sine motu, fieri, & exitu corporali, & alijs, quæ dicunt indignitatem* n. 74.
19. *Persona emanans ab alia habet esse ab illa per communicationem, non per acquisitionem.* n 76.
20. *Productio in diuinis est de esse ad esse, secundum diuersam rationem.* n. 77. 78.

QVAE-

QVAESTIO QVARTA.

Vtrum ab illa persona, quæ in diuinis non est ab alia emanent plures aliæ quam vna.

Circa Quartum arguitur, quòd ab illa persona, quæ in diuinis non est ab alia, non emanant plures aliæ quam vna.

1. Primò sic, vbi nō est nisi vnum simplex principium emanandi personam, neque nisi vna simplex emanatio, & ita neque nisi vnum emanans, quia ab eodem inquantum idem non procedit nisi idem, in persona illa, quæ in diuinis non est ab alia non est nisi vnū simplex principium emanandi, vt ipsa diuina essentia, in qua nulla est diuersitas nisi secun- a.18. q.4 n.6 q.6 a.11. dum rationem tantum, vt habitum est supra: ergo in Deo non est nisi vna simplex emanatio, neque emanans persona, & si in eis sit aliqua diuersitas, illa erit secundum rationem a.15 q.6 a.68 q.5 tantum, quæ non sufficit ad personarum differentiam siue distinctionem, vt infra dicetur, ergo &c.

2. Secundò sic, quarumlibet duarum emanationum tantum differunt inter se rationes principiorū emanationum, quantum rationes terminorum, sed duarum emanationum per modum scilicet naturæ, & voluntatis rationes principiorum sunt in eadem persona, quæ scilicet non est ab alia, ergo & similiter rationes terminorum possunt esse in eadem persona, quæ est ab alia, quæ scilicet sit emanans modo naturæ, & voluntatis, & eadem ratione quotquot sint principia, & rationes emanandi in persona, quæ non est ab alia, ab illa non potest emanare nisi vnica persona, siue vnica emanatione, siue pluribus.

3. Tertiò sic: illa quæ sunt differentia sola ratione, non possunt esse principia differentiū re, quia cum plurima sint in Deo attributa a.28 q.4 n.6. differentia ratione, vt habitum est supra, tunc pari ratione secundum quodlibet diuinum at- a.32. q.4 a.35 q.8 tributum esset aliquid emanans differens re ab n.5 a.36 illo à quo emanat, quod falsum est, quare cum q.1. n.5. omnia quæ sunt in persona, quæ non est ab a.51. q.1 alia, differunt inter se in illa sola ratione, ergo &c.

4. Quartò sic, diuersus modus emanandi secundum speciem in eadem natura, non diuersificat emanans secundum speciem, dicen- c.9. to 3. te Ambrosio lib. de incarnatione verbi. *Diuersa initia in plerisque, & vnam inesse substantiam, de scripturis exempla proferam.* Licet ergo sit diuersa emanatio modo naturæ, & voluntatis, non propter hoc erit emanans diuersum specie. In diuinis autem (vt infra videbitur) non est emanantium diuersitas nisi specie, vel quasi, ergo &c. n.14.

5. Quintò sic, vnius naturæ non est nisi vnus modus communicandi eam. Secundum Arist. de gen. anim. l.3. ca.1. to.4. enim Commentatorem super 8. Physic. mures generati vnus ex propagatione, alter ex putrefactione, non sunt eiusdem speciei, natura diuina non est nisi vnica, ergo &c.

6. Sextò sic, de ratione personæ quæ non est ab alia, est quod non sit nisi vnica, ergo, & similiter de ratione personæ, quæ est ab alia.

7. Quod vero emanent ad minus tres arguitur. Primò sic, quia in creaturis videmus tria principia emanationum, & actuum elicitiua, quæ sunt natura, ars, siue intellectus, & voluntas. Quare cum illa tria sunt in Deo, & duo illorum scilicet natura, & voluntas, ponantur principia emanationum, & per hoc emanare duas personas ab illa, quæ non est ab alia eadem ratione, ab arte quę est in ipso emanabit tertia.

8. Secundò sic, non magis differunt natura, & voluntas in Deo, quam natura, & intellectus. Si ergo voluntas in persona, quæ non est ab alia, est principium productiuum alterius personæ quam natura, ergo similiter, & intellectus.

9. Dicendum quod secundum Ricardum lib. 5. de Trinitate cap. 5. *personam esse aliunde non est incommunicabilis existentia*, alioquin eum per onam esse non aliunde, sed ex semetipsa (vt iam ostensum est) sit existentia omnino incommunicabilis, non esset in diuinis nisi duæ personæ tantum, vnica tantum quæ habet esse ab alia, sicut est vnica tantum illa, quę non habet esse ab alia. Et sic ex modo essendi, quo persona habet esse ab alia, non repugnat plures esse ab alia in diuinis, sicut repugnat illi modo essendi, quo persona habet non esse ab alia. Et sic non est possibile plures personas in diuinis non habere esse ab alia, cuius ratio habita est supra. Possibile est tamen plures personas in diuinis esse ab alia, cuius ratio est communis quoad vtrumque, quòd scilicet de ratione primi, & principij est vnitas, non q.2. n.5. ib n.7. a.53. q.2 sic

sic autem de ratione eius quod habet esse ex principio, dicente Dionys. 4. cap. de diu. no. *Omnis dyas non est principium. monas autem totius dyadis principium. Etenim* (vt dicit in cap. 5) *in Monade omnis numerus ante subsistit, quātum autem à monade prouenit, tantum discernitur & multiplicatur.* Et hæc multiplicantur, & discernuntur differentia absoluta rerum, qualis est in creaturis, siue relationum realium qualis est in personis diuinis, siue rationum tantum qualis est in attributis diuinis essentialibus.

10. Et est triplex plurificatio ordine quodam se habens inter se, & ad primam vnitatem. Plurificatio enim creaturarum præsupponit ordine durationis plurificationem diuinarum personarum, & illa ordine quodam rationis plurificationem attributorum, de quorum numero sunt intellectus, & voluntas, quę sunt duo principia operationum omnis intellectualis naturę, quæ cum cæteris omnibus essentialibus ad diuinam essentiam pertinent. Persona illa quæ in diuinis non est ab alia, ex seipsa in seipsa ambit, & continet, & ordine quodam ab ipsa habent inesse alija, *Ex illa enim.* vt dicit Ricardus 5. de Trinitate cap. 4. *est omne quod est, ex illa omne esse, omnis existentia, omnis persona humana angelica, & diuina.* Per hoc enim quòd ambo illa principia in se ex se non ab alio continet, habet illa in se in plena fœcunditate, & non exhausta ad productionem duarum personarum intra semetipsam, vt non solum sit possibile personam in diuinis esse ab alia, sed etiam propter duo principia emanationum in diuinis quæ sunt in illa, necesse est, quod ab illa emanent duæ aliæ, vna per principium quod est intellectus, alia per principium quod est voluntas.

11. Ad cuius intellectum sciendum, secundum quod determinatum est in prima quęstione 7. Quodlibet, quòd in intellectuali natura intellectus, & volūtas perfectionem suam non habent nisi in duplici modo actionis, quarum vna est essentialis actiu intellectus, & voluntatis, alia vero personalis, siue notionalis. Non enim habet diuinus intellectus suam perfectionem quantumcumque perficiatur per actū intelligendi essentialem, quousque in ipso cōmunicatur verbum procedens per eius actum dicendi notionalem. Similiter neque voluntas per actum volendi essentialem, quousque producatur in ipso amor procedens per eius actum spirandi notionalem, secundum quòd expressius in illa quæstione declarauimus, & diffusius ab illa parte *Est igitur sciendum tanquam à principio, &c.* vsque ad illam partem. *Vlterius autem est aduertendum.*

12. Ad primum in oppositum, quòd in persona quæ non est ab alia, non est nisi vnum simplex principium emanandi, vt diuina essentia, quare neque nisi vna simplex emanatio, &c. Dicendum, quòd licet diuina essentia, quæ est forma vnica, simplex sit in essentia, est tamen multiplex in virtute. Et ideo ab ipsa inquantum est penitus idem, & secundum eandem rationem, non procedunt diuersæ emanationes, sed solummodo sub rationibus diuersis diuersarum proprietatum, sine quibus non est proxima ratio eliciendi aliquam emanationem productiuam personæ, licet ex se sit prima ratio omnium diuinarum emanationum, vt dictum est supra, & amplius declarabitur infra.

13. Ad secundum, quòd duarum emanationum, quarum principia sunt intellectus, siue natura, & voluntas, termini à quo, sunt in vna, & eadem persona quæ non est ab alia, ergo & similiter termini ad quem siue rationes terminorum ad quos, cum non magis differant termini à quibus, quam termini ad quos siue rationes eorundem: Dicendum, quòd aliqua differre plus, vel minus potest intelligi dupliciter, vel secundum formam, vel secundum subiectum. Possunt enim quæ magis differunt forma conuenire in subiecto plus quam illa, quæ conueniunt forma; plus enim differunt albedo, & dulcedo, quam duæ albedines, illæ autem simul sunt in eodem subiecto, nequaquam istæ. Licet ergo non plus differant rationes terminorum emanationum, quam principiorum, bene tamen possibile est rationes principiorum compati se in eodem, non autē rationes terminorum. Cuius ratio est, quia ratio principij semper vergit in vnitatem, ratio autem principiati in pluralitatem, vt propterea cum omnium necesse sit esse vnum primum principium, & primum principium debet habere in se rationes principiatiuas omniū aliorum, quæ recipiunt esse ab eo, necesse est quòd in primo principio, quod non est ab alio, prima principia primarum emanationum sint simul, licet rationes terminorum nequaquam. Et hoc ideo, quia emanatio, quæ est ad terminum secundum vnam rationem, vt ad productum sub ratione filiationis, principaliter procedit à principio, quod est intellectus, siue natura ex adiuncto autem à principio, quod est voluntas, & non e conuerso. E conuerso autē emanatio quæ est ad terminum secundum rationem spirationis, principaliter procedit à principio quod est voluntas, ex adiuncto solū à principio quòd est natura, & non è conuerso. Et sic impossibile est, quod vna persona habens in se duas rationes terminorum, procedat seu emanet secundum illas duas emanationes, sicut impossibile est quod principali-

 ter

tet emanet secundum vtranque emanationem, & secundum neutram, sed secundum ambas ex adiuncto.

n.3. 14 Ad tertium, quòd natura, & voluntas in persona, quæ non est ab alia differunt sola ratione, ergo non possunt esse principia plurium emanationum differentium re, &c. Dicendum, quòd natura, quę est intellectus, & voluntas, dupliciter possunt considerari in persona illa, quæ non est ab alia. Vno modo simpliciter, & absolutè sic sunt principia præcisa actionum essentialium, quæ sunt intelligere, & velle. Alio modo, vt cum proprietatibus relatiuis, sic sunt principia proxima actionum notionalium, quæ sunt dicere, & spirare. Primo modo verum est, quòd sola ratione differunt inter se, nec sic possunt esse principia proxima diuersarum emanationum personalium re relationis differentium, licet sint principia remota. Secundo autem modo non est verum, quòd sola ratione differunt scilicet totum hoc, intellectus cum vna proprietate relatiua, & voluntas cum alia immo differunt re ratione relationum. Sunt enim diuersæ relationes reales disparatæ, licet non relatiuè oppositæ, secundum quòd sunt in persona quæ
q.6. non est ab alia, vt iam dicetur. Nec est simile de alijs attributis, quia rationes eorum non dicunt propria principia aliquarum actionum omnino, sicut faciunt natura, intellectus, & voluntas. Propter quod non obstante, quòd sola ratione differunt, possunt esse propria principia actionum essentialium, & sub rationibus proprietatum relatiuarum etiam possunt esse propria principia actionum notionalium, vt iam videbitur.

n.4. 15. Ad quartum, quòd diuersus modus emanationis secundum speciem non diuersificat emanans secundum speciem, &c. Dicendum, quòd large sumendo diuersitatem secundum speciem, ponimus in diuinis specie differre duos emanationis modos, & modos essendi diuersos personarum diuinarum, iuxta illud, quod dicit Ambrosius proximè ante auctoritatem inductam. *Quod non ex alio sit pater, nec ex se filius, species hic videtur esse diuersa, species vtique distincta, sed indistincta diuinitas.* Per hunc etiam modum etiam ipsas personas iam dicemus specie differre, sed cum diuersitas siue distinctio secundum speciem procedit à forma, secundum Philosophum 11. Metaphysicę secundum quòd duplex est forma, vel (vt magis proprie loquar) duæ rationes formæ, scilicet absolutæ quæ est ipsius essentiæ, & relatiuæ quæ est ipsius proprietatis. Secundum primam in diuinis nulla est distinctio secundum speciem, immo Deus est vna species in vna singulari natura non plurificabili. Quam tamen distinctionem arguebant esse in Deo si in ipso sit ponere esse ingenitum, & genitum, quia ambos esse vnius substantiæ secundum numerum intelligere non potuerunt. Vnde & contra tales dicit Ambrosius assumptam propositionem, quòd in plerisque sunt diuersa initia secundum diuersum modum habendi, & accipiendi, vbi tamen non est nisi vna natura habita, aut accepta. Et hoc declarat in creaturis de vna natura communi, quę diuersimode producta est in diuersis, secundum quòd declarat ex textu Genesis. Et in fine declarationis concludit. *Itaque aduertimus quæ eiusdem generis* sup.c.9. *sunt diuerso modo esse cœpisse, alia de aquis, alia de* 10.3. *terra, alia de maris, & fœmina generatione, & tamen vnius esse naturæ. Itaque si in his quæ mortalia sunt, hoc potest conuenire, quemadmodum patris, & filij, & Spiritus Sancti diuinitati legem cuiusdam necessitatis imponunt?* scilicet diuersa initia. Secundum autem formam respectiuam in diuinis bene potest esse, & est distinctio secundum speciem, vel quasi. Sicut enim paternitas, & filiatio sunt relationes diuersæ quasi specie, sic pater, & filius constitutæ personæ per illa sunt personæ quasi specie diuersæ, sed continentes totam speciem suam in singulis indiuiduis non plurificabilem in alijs, vt infra a.59.q.5. dicetur, & tali diuersitate secundum speciem diuersus modus emanationis secundum speciem, vt sunt generatio, & spiratio, bene distinguunt emanans secundum speciem.

16. Ad quintum, quòd vnius naturæ non n.5. est nisi vnus modus communicandi eam. Respondendum est distinguendo, & ex parte modi communicandi, & ex parte naturæ communicatæ dicendum, quod natura dupliciter cõmunicatur per actum productionis, aut emanationis. Vno modo vt quæ habet esse per productionem non solum in principaliter producto, sed etiam secundum id quod est. Alio modo vt quæ habet esse secundum id quod est absque productione, licet non in producto. Primo modo omnes formæ creaturæ habent esse per productionem: quia non solum habens formam, habet esse per productionem, sed etiam ipsa forma, quia ex se non habet esse omnino. Secundo modo forma deitatis habet esse per productionem, quia in ipso producto, non aũt in se, quia ex se habet esse etiam in supposito producto. Propter quod dictum est supra, q.3.a.55. quòd in diuinis forma deitatis nullo modo producitur, sicut neque materia in naturalibus, sed solum habetur per productionem. Forma vero naturalis quodammodo generatur. Sed primo modo proprietas personalis personę productę quodammodo habet esse per productionem, vt supra dictum est, sed illa nullo modo est communicabilis nec in se, quia singularis est, in quo conuenit cum deitate, nec ĩ suppositis diuersis, & ĩ hoc differt ab eadẽ.

17. Ex

17. Ex parte vero modi communicandi, dicendum, quòd modus communicandi naturam potest dici vnus, vel diuersus, aut tantum ex parte communicantis, & producentis id cui communicatur, aut tantum ex parte ipsius actus producendi illud, aut vtroque modo. Isto tertio modo vnius naturæ bene est diuersus modus communicandi in creaturis, vt patet in
q.15. exemplis Ambrosij iam positis de productione eiusdem volatilis secundum speciem modo de aquis, modo de terra, modo per coniunctionē maris, & fœminæ. Sed hoc non contingit in illis, quę non fiunt naturaliter in creaturis absque sexuum commixtione, nisi vbi agens est supernaturale. In diuinis etiam vnius naturæ bene est diuersus modus communicandi, vt deitatis à patre in filiū per generationem, & ab vtroque in Spiritum Sanctum per spirationē. Primo modo adhuc eiusdem naturæ est diuersus modus communicandi in creaturis, & hoc vel altero agente supernaturaliter, vel vtro-
L. de Inc. Dom. c. 9 q.3. que naturaliter. De primo ponit Ambrosius exemplum de veritate naturæ carnis humanæ, quæ in Christo, & nobis diuersis est orta principijs, erat tamen vnus modus formandi eam. Suppleuit enim Spiritus Sanctus id quod semen virile egisse potuisset, & per hoc virgo quantum erat in se naturalis mater fuit. Si vero vtroque agente naturaliter, sic quæcunque generantur ex propagatione maris, & fœminæ, si virtute solius solis, stellarum, & corporum cęlestium eadem posset in materia produci commixtionis proportio secundum calidū, frigidum, humidum, & siccum, & talis virtus qualis cum naturali calore à generantibus effunditur in semine, eadem secundum speciem possent produci virtute solis, cæli, & stellarum absque maris, & fœminæ coniunctione. Et hoc quia ex parte agentis intra, & ipsius productionis, ille modus producendi idem est cū illo, qui est per propagationem. Sed illud negarent Philosophi posse fieri, & ideo non posse eandem naturam communicari per propagationem, & sine. Propter quod dicit Auerroes, quod mus ex putrefactione generatus, & sine non est eiusdem speciei, quod forte non est verum in speciebus vilibus saltem. Si vero modo prædicto est diuersus modus communicandi ex parte actus producendi tantum, si agens sit supernaturale, bene potest communicare eandem naturam secundum diuersos modos producendi eam, vel ex materia præcedente, vel per creationem ex nihilo. Si vero sit agens naturale creatum, nequaquam. Et per hunc modum pater eandem naturam deitatis communicat filio, & Spiritui Sancto secundum diuersas productiones, cuius ratio est fœcunditas, & perfectio vtriusque principij, scilicet naturæ, & voluntatis in Deo, cum in creaturis non possit esse fœcunditas communicandi naturam nisi secundum principium, quod est natura; non autem secundum principium aliud, etiam si principium, quod est voluntas sit in illis, & hoc propter eius imperfectionem naturalem.

18. Ad sextum, quòd persona, quæ non est ab alia, non est nisi vnica, quare neque illa quę est ab alia. Non est simile, & patet quomodo non est simile, & per consequens solutio argu- n.6.
menti ex eis, quę iam dicta sunt ad corpus quę- n.9.
stionis, & in dissolutione secundæ rationis hu- n.13.
ius quæstionis, & etiam ex dissolutione primi n.12.
argumenti ad quęstionem 9. præcedentis articuli.

19. Ad septimum, quod tria principia sunt emanationum, natura, ars, & voluntas, ergo tres emanationes, & tres personæ ad minus procedunt ab illis: Dicendum, quòd in intellectualibus natura, ars, & intellectus sunt vnū principium, & idem, non autem natura, & voluntas, & hoc ideo, quia intellectus per obiectum sibi pręsens impetu quodam siue quadam immutabilitate naturalis necessitatis elicit actū suum, sicut & natura absoluta non intellectualis non sic autem voluntas, sed liberè fertur in ipsum, secundum quòd inferius amplius declarabitur. n.7.

20. Ad octauum, quòd non minus differunt natura, & intellectus, quam natura, & voluntas. Sicut ergo natura, & voluntas sunt diuersa principia emanationum, similiter natura, & intellectus, &c. Dicendum quod licet minus non differant natura, & intellectus, quam natura, & voluntas secundum rem, minus tamen differunt secundum modum operandi, propter quod, vt iam dictum est, natura, & voluntas sunt diuersa principia emanationum, non autem natura, & intellectus. n.8.

Conclusio ex Quæstione Quarta, Articuli Quinquagesimi quarti.

1. *Possibile est plures personas in diuinis esse ab alia.* n. 9.

QVAESTIO QVINTA.

Utrum Personæ duæ, quæ emanant ab illa, quæ non est ab alia, emanent ab ea æquè primò, principaliter, & immediatè.

Circa quintum, quòd personæ duæ, quæ emanant ab illa, quæ non est ab alia, emanant ab illa æquè primò, principaliter, & immediatè, arguitur.

1. Primò sic, emanationes quarum principia sũt æqualis potentiæ, & fœcunditatis in eadem persona, æquè primò principaliter, & immediate emanant ab illa, quia quando nulla est prærogatiua inter principia, nec inter principiata, principia emanationum, quæ sunt natura, & voluntas in patre, sunt huiusmodi, quia aliter non esset in ipsis perfecta æqualitas, nec per consequens in personis productis ab eis, ergo &c.

ad fin. 2. Secundò sic. Dionysius dicit de diu. no. cap. 2. *Est fontana deitas pater, filius autem, & Spiritus Sanctus genitricis deitatis (si sic oportet dicere) frutices duo germinati, & veluti flores, et superessentialia lumina,* vbi alia transl. dicit. *Pullulationes diuinæ nãra, et sicut flores, et supersubstãtialia lumina,* sed in floribus, & in luminib. duobus ab codẽ procedẽtibus, æquè primò principaliter, & immediate ambo procedunt, ergo &c.

3. Tertio sic, si a persona, quæ non est ab alia, non æquè primò, principaliter, & immediate emanarent ambæ personæ, hoc non esset nisi, quia in ea esset aliquid per primam emanationem per quod procederet ad secundam emanationem. Hoc autem est impossibile, quia tunc persona illa respectu emanationis, quæ emanat ab illa, non primò, & principaliter esset in potentia antequam in actu, hoc autem est impossibile, ergo &c.

4. In oppositũ est, quòd emanationes duæ, quę sic se habent, quòd terminus vnius est principium alterius, non procedunt ab eodem æquè primò, principaliter, & immediatè, emanationes duæ prædictæ sunt huiusmodi, emanationis enim, quæ est generatio, terminus est filius, qui cum patre est vnum principium emanationis, quæ est spiratio, vt infra patebit, ergo &c. q. seq.

5. Dicendum ad hoc, quòd secundum superius dicta, & determinata iuxta auctoritatẽ Dionysij, *A monade omnis numerus*, ita quòd omnem pluralitatem, & numerũ ordinatum oportet reducere ad aliquid primum vnicum, ita quòd nec duo per æqualitatem, ad vnum primum habeant reduci. Vnde & Philosophus vult, 10. Metaphysicæ, quòd in primis differentijs propriorum generum semper est ponere vnum nobilius extremum contrarietatis, quod primò, & principalius participat rationem generis, & alterum vilius, quod per defectum aliquem ab illo naturam generis participat. In deitate ergo omnem pluralitatem ordinatim oportet ad vnitatem reducere, ita quòd duo quæcunque per vniformitatem omnimodam ad vnũ primũ reduci non habeant. Propter quod cum in Deo sit personarum pluralitas, oportet illam reducere ad vnitatem deitatis, vt sint plures personæ, sed tantum vnus Deus, sed non per omnimodam vniformitatem habendo sese ad deitatem, sed ordine quodam, vt sit vna persona prima, quæ ex se non ab alio habeat in se cuncta, quæ deitatis sunt, & ab illa omnes aliæ, & per hoc primò, ita quòd ad ipsam personæ aliæ sicut ad suum primum, & principiũ habent reduci, & per hoc eadem ratione non nisi ordine quodam, vt vna illarum sit principium alterius, & ad ipsam, vt suum principium habeat reduci, & sic deinceps, vt iam patebit. Si enim duæ æque vniformiter ponantur esse ab vna, absque ordine, essent in illa vna rationes, & proprietates principiandi illas duas q. 4. a. 9.

æque

æque vniformiter, & absque ordine. Et sic aut vtraque illarum esset personæ illius constitutiua, aut neutra, puta vel illa qua habet aliquis emanare ab ea vno modo, vel illa qua habet aliquis emanare ab illa alio modo, quia ratio cõmunis, qua ab illa habent aliæ emanare, eo qđ est communis non propria, nullius potest esse personæ constitutiua. Non autem est dicendũ quòd neutra siue nulla earum nec vna, nec ambæ, quia per nihil aliud personæ constituuntur in diuinis, nisi per proprietatem, qua refertur
a.56.q.3. vnus ad alium secundum rationem originis, vt infra dicetur. Oportet ergo dicere, quòd vtraque illarum est personæ, quę non est ab alia cõ-
q.3.a.48. stitutiua in Deo. Quare cum (vt iam in præcedente quæstione dictum est) rationes illæ duæ seu proprietates emanationum non sunt vnius rationis, sed vna se habet modo naturæ, alia vero modo voluntatis, non esset vnica persona non ab alia, sed duæ, non modo secundum eandem rationem, vt duæ innascibiles, aut duę improcessibiles, sed secundum diuersas rationes, vt duæ improducibiles, a quarum vna haberet produci vna persona modo voluntatis, ab altera vero alia modo naturæ, quod necessariò vlterius redundaret contra vnitatem vnius Dei. *Sicuti enim secundum Hilar. plures essent innascibiles, licet secundum eandem rationem proprietatis, plures essent Dij.* Sic multo fortius, si plures essent improductibiles secundum diuersas rationes proprietatum, plures essent Dij. Ita quòd sicut vnitas Dei requirit vnitatem innascibilis, & vnus innascibilis vnum Deũ esse indicat, & pluralitas pluralitatem, sic vnitas Dei requirit vnitatem improductibilis, vt vnus sit improductibilis, secundum vnam rationem singularem, & vnum modum improductibilitatis, & vnus improductibilis, secundum vnam rationem vnum Deum esse indicat, & pluralitas pluralitatem, vt idcirco omnino sit inconueniens, & impossibile, vt à persona illa, quæ non est ab alia, emanent duæ aliæ æquè primò, principaliter, & immediatè.

6. Et secundum hoc descendendo ad quæstionem dico ad primum articulum quęstionis de æquè primò, quòd quia vna productio illarum necessariò (si sic fas esset loqui) præsupponit aliam, & non è conuerso, propterea non æquè primò emanant illæ duæ ab illa, quæ nõ est ab alia, sed ordine quodam naturæ, vt lyprimò, & similiter secundò explicent dispositionem ordinatorum secundum naturalem ordinem originis, sic enim licet in diuinis exprimere
a.39.q.7. a.52.q.4. a.60.q.3 a.72.q.3 ordinata in tali origine, vt habitum est supra.

7. Sed quia dicit Ricard. 5. de Trin. cap. 7. *In illa personarum pluralitate, & vera æternitate nihil ibi aliud præcedit, nihil ibi alteri succedit, & Deo nihil ibi tempore prius, nihil ibi tempore posterius, sed quod non potest esse prius temporaliter, potest prius esse causaliter, & eo ipso naturaliter;* perfectio enim personæ vnius exigit vtriusq; consortium alterius, & ita fit, vt vna sit causa alterius: ex hoc videtur, quòd ipse velit, quod nõ solum ordinata naturaliter secundum rationes originum possint explicari secundum istum ordinis sui per illa, quæ sunt primum, secundum, tertium, per quæ absque dubio explicari possunt, sed per illa quæ sunt prius, & posterius, quod reputatur absurdum, quia illud Sancti negant, illud vero ponunt. Hilar. in fine 12. de Trin. cap. penult. loquens de filij Dei natiuitate dicit sic. *Natiuitas Deum testetur auctorem non præposterum aliquid ab auctore significet. Et quidem confessione communi, secunda quidem ab auctore natiuitas est, quia ex Deo est,* & cap. vltimo. *Filius ex te Deo patre Deus verus, & a te in natura tua verace genitus post te ita confitendus, ut tecum, quia a te ut originis suæ es auctor æternus, nam dum ex te est, secundus a te est.* Reuera si prius, & posterius ex se nihil dicerent nisi circunstantias illarum rationum, quibus inter se differunt ordinata inquantum ordinem habet, & hoc indeterminate ad rationes ordinatorum in quocunque ordine, ita qđ determinaretur earum circunstantia secundũ modum ordinis, & ordinatorum quibus adiunguntur, tunc si adiungerentur eis, quæ sunt ordinata secundum locum dicerent prius, & posterius secundum locum, si secundum tempus siue durationem, aut secundum naturam, consimiliter dicerent prius, & posterius secundũ tempus, seu durationem, aut secundum naturam. Si vero secundum originem, aut secundum rationem tãtum, similiter dicerent prius, & posterius secundum originem, aut secundũ rationem tantum. Et sic proculdubio intelligit Ricard. quod bene indicat per hoc quod dixit. *Quod non potest esse prius temporaliter, potest esse prius causaliter, & eo naturaliter.* Et sumit ibi causaliter large pro originaliter etiam, quo originaliter eo ipso naturaliter. Vnde 1. 6. c. 7 dicit. *Prius, & posterius hoc loco intelligi volumus nõ temporũ, necessione, sed ordine naturæ,* & hoc sũ modo quo ordo naturæ, ordo est in diuinis, prout supra in quæstionibus de ordine attributorum determinauimus. Nec etiam sic inuenio aliquem Sãctum negantem expressè prius, & posterius poni in ordine circa diuina, secundum quòd notat præcisè circunstantiam illius ordinis. Sed quod negant, hoc est maximè secundum quòd notant circunstantiam circa ordinata tempore, aut duratione, aut aliquo aliorum modorum ordinis, qui non cadunt, aut recipiuntur in diuinis, quos tamen in eis ponebant hæretici, & hoc in articulo propositæ quæstionis. Quoniam (vt dicit Magister 1. lib.

a.39 q.7. n 31. a.52.q.3. 4.

a.19 q.7. n 10. a.12 q 3 n.4.

a.52.q.3

Sen-

Sententiarum distinctione 12.) Arrius argebat sic. *Si processit Spiritus Sanctus à Patre, aut ergo iam nato filio, aut non nato filio. Si iam nato filio, ante natus est filius quam procesit Spiritus Sanctus. Si autem non nato filio, ante processit, quam filius genitus fuit.* Quod bene etiam exprimit Hilar. in eo quod post prædictam sententiam suam adiungit in penultimo capit, dicens. *Solus hic itaque de Deo prius sermo est scire patrem, & cum eo eum, qui ex eo est filius. Neque in illud vnquam stultitiæ, atque impietatis erumpam, vt te aliquando sine sapientia & virtute, & verbo tuo vnigenito Deo domino meo Iesu Christo fuisse præfiniam. Nam cum verbum, & sapientia, & virtus in nobis interioris motus nostri opus sit; tecum tamen perfecti Dei, qui & verbum tuũ, & sapientia, & virtus est, absoluta generatio est, vt inseparabilis semper a te sit, qui in his æternalis proprietatum tuarum nominibus ex te natus est.* Item post prædictam sententiam in cap. vltimo dicit sic. *Dum vero tuus est non separandus à te est, quia nec sine tuo confitendus fuisse aliquando es, ne dum imperfectus sine generatione, aut superfluus post generationem arguaris.* Idem etiam bene exprimit Augustinus respondens dictæ rationi hæreticorum 15. lib. de Trin. vbi dicit. *In illa summa trinitate, quæ Deus est internalla temporum nulla sunt, per quæ possit ostendi, vtrum prius de patre natus filius sit, & postea de ambobus procedit Spiritus Sanctus.* Et ad quibus in expositis vbi. *Non possunt prorsus illa ibi quæri vbi nihil tempore inchoatur, vt consequenter perficiatur in tempore.*

l. 12. de Tri. post pauca.

c.26.to.3

9. Cum ergo quærit vtrum processit Spiritus Sanctus iam nato filio, aut iam non nato filio, neutra concedenda est. Sed habendo iuxta eius intellectum aspectum ad ante in tempore, ambæ negandæ sunt, & illa concedenda est, non processit iam nato filio, quia simultate æternitatis ambo processerunt simul, licet originaliter prima fuerit processio filij, & secunda processio Spiritus Sancti, vt dictum est. Vnde quod prius, & posterius in diuinis circa illa in quibus est reperire aliquem ordinem, non recipiantur omnino secundum modum illius ordinis, scilicet rationis, aut originis, prout determinauimus in quæstione de vniformitate diuinorum actuum, hoc magis contingit ex vsu, quam ex natura rei. Et est ratio vsus illa quam supra expressi in quæstione quadam de ordine attributorum, quod prius, & posterius, siue ante, & post in communi vsu fundatur super ordinata non ratione habitudinis, quam habent inter se, sed ratione rerum quas significant, quarum vna posteritatem in ordine habet respectu alterius, vt ibi declaratum est in creaturis. Quod non potest contingere in Deo, quia neque ratione substantiæ, ipsa enim est vnica singularis, neque ratione relationis, quia relatiua sunt simul naturâ, & non sunt plures res in diuinis super quas fundari possit.

a.39.q.7 n.10. a.12.q.1 n.5.

10 Sed si quis interius inspiciat relationes notionales in diuinis personis, est aliquid inuenire in eis, propter quod in ipsis fundari possit ratio prioris, & posterioris. Ratio enim notionalis in Deo dupliciter potest considerari. Vno modo absolute, vt ratio est. Alio modo vt habet rationem originis, vt scilicet est ratio, qua ab alio est aliquis, vt est paternitas, vel qua aliquis est ab alio, vt est filiatio. Vnde licet relationes secundum primum modum considerandi eas, scilicet vt relationes sunt absolutæ, sunt simul natura, nec omnino possint super eas fundari prius, & posterius, nec mirũ, quia nec sic relationes ordinem aliquem habẽt inter se originis, aut causalitatis, quia secundum Philosophum, *relatiua sunt simul natura & neutrum est causa alteri vt sic,* secundum modum tamen secundum considerandi eas, scilicet vt pertinent ad originem, non sic sunt simul natura, hoc est naturali intelligentia, in qua non habent differentiam secundum primum, & secundum, sicut neque secundum ante, & post, quin habeant inter se ordinem naturalem originis, & inquantum huiusmodi non sunt simul natura, hoc est in natura originali, in qua secundum eundem modum habet differentiam secundum primum, & secundum.

præd.c.g.

11. Habent etiam iuxta dictum Ricar. differentiam secundum ante, & post, vt quomodo filius dicitur secundus a patre, quia est ab ipso, sic dicatur, & posterior eo, posterior scilicet origine non tempore, aut duratione, aut consimile. Et secundum hoc ad dictam quæstionem Arrij vtrum processit Spiritus Sanctus iam nato filio, an non nato filio, posset respondere iam nato filio, vt ante intelligatur natus filius, quam processit Spiritus Sanctus, non quòd tempore natiuitas filij præcedit processionem Spiritus Sancti, sed naturali origine solummodo, vt dictum est. Quia tamen pro alijs modis hæretici intelligebant prius, & posterius, ideo ecclesia ad illos modos habens respectum, simpliciter negabat ea esse in diuinis, & ad solos illos modos adhuc retorquet communis vsus ante, & post, prius, & posterius, propter quod negat simpliciter illa recipi vllo modo in diuinis. Nec tamen video quin quantum est ex natura rei, & circumstantiarũ quas important, possunt recipi in diuinis secundum modum quo ordo habet esse in illis, & primum, ac secundum, nec tamen astruo sic debere fieri.

sup.n. 9.

n.6.

12. Sic ergo reuertendo ad propositum, dico, quòd prædictæ duæ emanationes personarum ab illa quæ non est ab alia, non emanant

ab

ab illa æque primo, ſed vna primo, altera ſecundo, quia ordine naturæ. *Licet enim vna*
n. 23. emanatio non procedit ab altera, vna tamen
q. 3. n. 41 earum naturaliter alteram ſupponit, & non è conuerſo, vt dictum eſt, vt ſecundum hoc ſit alia ratio ordinis patris ad filium, & vtriuſque ad Spiritum Sanctum, & vnius emanationis ad alteram. Hanc rationem per alium modum aſſignat Ricard. 5. de Trinitate cap. 7. dicens. *Naturaliter eſt dualitas prior quam Trinitas. Nam illa poteſt eſſe ſine iſta, iſta vero nequaquam ſine illa. Naturaliter itaque, & illa proceſſio prior eſt, quæ poteſt ſubſiſtere in perſonarum dualitate, quam illa quæ non poteſt eſſe ſine perſonarum Trinitate.*

13. Per hoc patet reſponſio ad ſecundã partem quæſtionis. Sicut enim non æque primo illæ emanationes procedunt à perſona, quæ non eſt ab alia, quia ſecunda requirit primam, & non è cõuerſo, principalius autem eſt quod ab altero ad eſſe eius requiritur, quam quod requirit illud, ſic non ęque principaliter emanant emanationes, neque perſonæ illæ, ſed principaliter emanat emanatio illa, quæ eſt modo naturæ, & ſimiliter perſona producta per illam. Ricardus autem aſſignat hanc rationem, loquens enim de illa prima emanatione, & prima perſona, & de illa ſecunda emanatione, & ſecunda perſona per hunc modum, l. 6. c. 7 dicit ſic. *Illud primum poteſt conſiſtere in ſola perſonarum dualitate, illud autem poſterius omnino ſubſiſtere non poteſt ſine perſonarum Trinitate.* Quantum vero ad ordinem naturę, prior eſt dualitas, quam Trinitas, nam vbi eſt Trinitas, non poteſt de eſſe dualitas, poteſt aũt dualitas eſſe, etiam vbi contingit Trinitatem deeſſe. Quantum ergo ad naturæ ordinem principalior proceſsio eſt illa, cui ineſt principalior procedendi cauſa. Item alio modo aſſignat eandem rationem ex parte modorum emanandi 8. cap. dicens ſic. *Principalior autem eſt illius proceſſio pro modo naturæ, quem conſtat ab innaſcibili ſolo procedere,* & cap. 17. *Pater tam filium, quam Spiritum Sanctum de ſeipſo producit, vterque autem conſubſtantialis ſibi exiſtit, & tamen vterque eius filius dici non poteſt, quoniam vtriuſque productio vniformis non eſt. Si enim vtraque vniformis eſſet, vna ſecundum ordinem naturæ altera principalior non fuiſſet. Inter omnes autem procedendi modos conſtat primum locũ tenere, & cæteris principaliorem eſſe illum procedendi modum, qui eſt filij à patre, nam vbi iſte non præceſſerit, nullus eſſendi locum omnino habebit.* Intellige pręceſſerit ordine naturalis originis, non alicuius durationis, vt principalitas etiam illa non dicat gradum aliquem dignitatis, ſed modum ordinati in ordine originis, quemadmodum, & pater dicitur principalior perſona in Trinitate, vt iam dicetur ſecundum Ricar.

14. Ad tertium autem articulum quæſtionis, vtrum æque immediate procedunt emanationes ambæ perſonarum. Primò videndũ eſt quomodo duæ perſonæ procedentes ab illa quæ non eſt ab alia, ambæ immediatè procedunt ab illa, & deinde principale intentum, quomodo æquè immediatè. Circa primum igitur ſciendum eſt, quòd in diuinis à perſona, quæ non eſt ab alia, neceſſe eſt perſonam primò procedentem procedere immediatè, dicente Ricard. 5. de Trinitate cap. 7. *Ab illa principaliſſima exiſtentia neceſſe eſt vnam aliquã immediatè procedere, aliòquin oportebit eam ſolam remanere,* & hoc tantũ immediatè, quia non eſt aliqua alia a qua illa ſiue mediatè, ſiue ĩmediate poſſit procedere. *Conſtat namque* (vt continuò ſubdit) *quod cæterarũ nulla omnino eſſe valeat quæ nõ ab alia immediatè, uel mediatè procedat.* Et hoc quia ſi a ſecunda procedit alia immediatè, virtutem producendi aliam à ſe habet à prima, vt etiam illam tertiam neceſſe ſit procedere immediatè a prima. Vt non ſolum verum ſit de diuerſis perſonis productis, quod vbi non eſt immediata productio, non poteſt eſſe mediata, ſed etiam de eadem, vt ſi aliqua vna non ſit immediatè producta ab illa, non poteſt eſſe mediatè producta ab eadem. Et ſic in diuinis poteſt eſſe immediata productio, quæ nullo modo eſt mediata, nec requirit aliam mediatam, è conuerſo autem nulla poteſt eſſe mediata quin eadem ſit immediata, & cum hoc requirat aliam immediatam. Vtrum autem ſit aliqua mediata, hoc pertinet ad ſequentem quæſtionem, & ideo vſque ad illam reſeruabitur reſiduum huius articuli. n. 35.

15. Sed quantum ad propoſitum pertinet, vtrum duæ perſonæ quæ ſunt ab alia, ab illa quæ non eſt ab alia æquè immediatè procedũt. Eſt dicendum, quòd immediatio quia conſiſtit in negatione medij, licet mediatio poſſet eſſe multiplex ſecundum pluralitatem mediorum, immediatio tamen in ſimplici, & indiuiſibili conſiſtit, in qua non eſt ſumere niſi ęqualitatem. Propter quod abſolutè ponendum eſt, quod perſonæ duæ procedentes ab illa, quæ non eſt ab alia, æque immediatè procedunt ab ea; æqualiter enim in ipſa fœcunda eſt voluntas vt natura, nec magis requirit medium ad producendum perſonam per modum voluntatis, quam natura ad producendum perſonam modo naturæ. Propter quod dicit Ricardus 6. de Trinitate cap. 8. *In natura diuina aliam inuenis proceſſionem quæ immediata eſt, & principalis, aliam vero quæ immediata eſt non tamen principalis,* & ex hoc etiam illa, quæ vſquequaque immediata, eſt principalior, quàm illa quæ ſimul eſt mediata, & immediata, dicente Ricar. 6. de Trinitate cap. 2. *Proceſſio illa perſonæ de perſona vſquequaque immediata eſt ſecun-*

cundum principalem procedendi ordinem, & secundum naturæ operationem.

n. 1. 16 Ad primum in oppositum, quòd principia vtriusque emanationis sunt æqualis fœcunditatis, ergo æque primò, principaliter, & immediatè emanant: Dicendum, quòd æqualis fœcunditas benè facit ad æqualem imme-
n. 15. diationem, vt dictum est, non autem ad æqualem primitatem, & principalitatem, propterea quòd fœcunditas principij secundæ emanationis, est quasi dependens a fœcunditate principij primæ emanationis, & non è con-
n. 12. uerso, vt dictum est, & iam amplius infra di-
q. 6. cetur.
n. 2. 17. Ad secundum de Dion. Dicendum, quòd sermo eius in dicto illo metaphoricus est, & per similitudinem dictus quo ad ipsa emanantia non autem quo ad modos emanandi, pro quibus procedit argumentum. Est enim similitudo quo ad hoc, quòd personæ procedentes in diuinis paternã pulchritudinem, & claritatẽ repræsentãt, propter quod quasi flores, & luminaria ab ipso procedentia dicuntur. Non autem est similitudo quo ad principia florum diuorum, aut luminarium, quæ nullo modo dependent abinuicem in rebus corporalibus, vnde tracta est Metaphora, sicut quasi dependet principium emanationis secundæ productionis à principio emanationis primæ productionis, vt dictum est.

18. Ad tertium, quòd non est ratio quare ambæ emanationes personarum non emanant n. 3.
æquè primò, principaliter, & immediatè, nisi quia aliquid est in secunda emanatione per primam: Dicendum, quòd ad actionem emanationis à voluntate non tam requiritur actus emanationis ab intellectu, quia actio voluntatis requirit cognitionem vel tanquam quia voluntas non est principium fœcundum ad emanationem personalem ab ipsa, nisi sit communicata producto per actionem emanationis ab intellectu, secundum quod in proxima quæstione sequente declarabitur.

19. Quod verò assumitur in eodem argu- ibid.
mento, quod ad actionem emanationis à voluntate nihil requiritur propter quod non æquè primò emanat persona ab ipsa, quam ab intellectu, quia aliter esset ad secundam emanationem in potentia antequam in actu: Dicendum, quòd verum est si requireret tanquã non semper habitum ordine durationis, non autem quando requirit ipsum, vt non habitum ex se, & sua operatione, semper tamen necessariò secum habitum, sed ordine quodam prioritatis originis, si fas esset nobis loqui sic sicut erat Ricardo.

Conclusiones ex Quæstione Quinta, Articuli Quinquagesimi quarti.

1. *Duæ Personæ quæ sunt ab alia non æquè primò emanant ab illa, quæ non est ab alia, sed ordine quodam naturæ vna primò, altera secundo num. 6. 12.*
2. *Sic non æquè principaliter, sed principalior est emanatio, quæ est modo naturæ, & similiter persona producta per illam. n. 13.*
3. *A persona quæ non est ab alia necesse est personam primò procedentem procedere immediatè. n. 14.*
4. *Absolutè ponendum est, quod personæ duæ procedentes ab illa, quæ non est ab alia æquè immediatè procedunt ab ea. n. 15.*

QVAE-

QVAESTIO SEXTA.

Vtrum Personarum emanantium ab illa, quæ non est ab alia, vna earum emanet à reliqua.

Circa sextum arguitur, quòd duarum personarum emanantium ab illa, quæ non est ab alia, vna earum non emanat à reliqua.

1. Primò, quòd Spiritus Sanctus, qui emanat non principali emanatione, nõ emanat à filio, q emanat pricipali emanatione, sic. Dicit enim Damascenus cap. 10. *Credimus in vnum Spiritum Sanctum Deum ex patre procedentem, & in filio requiescentem*, est ergo filius in quo terminatur Spiritus Sancti processio. Sed non est idem principium à quo quis emanat, & terminus in quo terminat, ergo &c. orth. fid.

2. Item secundò sic, cap. 11. dicit. *Spiritum Sanctum, & ex patre dicimus, & spiritum patris nominamus, ex filio vero non dicimus, filij vero spiritum nominamus*. Item in epistola de Trisagio in fine dicit. *Spiritus henypostata processio, & præmanatio ex patre, filij autem, & non ex filio, vt spiritus oris Dei verbi enunciatiuus*. Sed si emanaret à filio, ex ipso diceretur, ergo &c.

3. Item tertiò sic, lib. primo cap. 7. dicit. *Oportet verbum, & spiritum habere. Etenim verbum nostrum non est expers spiritus, qui in tempore pronunciationis vox verbi sit virtutem verbi in seipsa manifestans. In diuina enim natura non est verbum Dei deficientius verbo nostro, sed sicut Dei verbum subsistens, ita & spiritum Dei coassedam verbi & manifestantem eius operationem intelligimus ex patre procedentem, & in verbo quiescentem, & eius existentia demonstratiuum*. Sed inter enunciatiuum, siue manifestatiuum alterius, & id cuius est manifestatiuum, non cadit aliquis ordo originis naturaliter, possunt enim duo sic se habere inter se, vt tamen neutrum sit ab altero, non est autem in diuinis ordo originis inter aliquas personas, quin sit inter illas ex necessitate naturæ, ergo &c. orth. fid. in prin.

4. Item quartò sic, si Spiritus Sanctus procedit à filio, hoc non est nisi quia actio voluntatis præsupponit actionem intellectus. Sed quòd non propter hoc debet poni procedere Spiritus Sanctus à filio, probatur, quia ad actũ voluntatis non requiritur in intellectu nisi notitia, quæ est intelligere, siue cognoscere, quã etiam quasi præsupponit actio dicendi verbum, eo quòd verbum est notitia de notitia. Si ergo ambo æqualiter requirunt eandem notitiã, illa non obstante æquè primò possunt secundum naturæ ordinem suas emanationes producere, ergo &c.

5. Item quintò sic, cum pater spirat immediatè (vt iam habitum est supra) per se solum, perfectam habet vim spirandi Spiritum Sanctum, superfluum autem est fieri per plures, quod per vnicum æqualiter potest fieri: in diuinis autem nihil ponendum est superabundans, aut superfluum, ergo &c. q.5.n.15

6. Sexto sic, si Spiritus Sanctus procederet à filio nihil potest procedere nisi ipso iam existente, non autem existit nisi iam natus, procederet ergo Spiritus Sanctus iam nato filio, quod negat Augustinus, vt supra iam dictum est, ergo &c. ib.n.8.

7. Septimò sic. Si Spiritus Sanctus procedat a filio, cum etiam procedat a patre, aut ergo procedit ab ipsis secundũ quòd sunt vnus, aut secundum quod sunt duo. Non secundum quòd sunt vnus, quia nullo modo in vnitatem alicuius personæ concurrunt. Præterea si secundum quòd vnus, tunc conuenienter diceretur, quod pater, & filius sunt vnus spirator, nullo autem modo, quòd sunt duo spiratores, consequens falsum est, vt infra patebit, ergo &c. Neque similiter secundum quod sunt duo quoniam pater, & filius non sunt in aliquo duo, nisi in quo occurrit relatiua oppositio geniti, & ingeniti, secundum Damascenum lib. 1. cap. 2. Sed in spirando Spiritum Sanctum nulla talis oppositio occurrit, dicente Anselmo de process. Spiritus Sancti. *Ex eo quod pater, & filius vnum sunt, idest ex Deo est Spiritus Sanctus, non ex eo vnde alia sunt abinuicem*, ergo &c. n.67. c.4.

8. Octauò sic, si Spiritus Sanctus procedat ab ambobus, aut ergo vt sunt vnum, aut vt sũt plura, non vt sunt plura, quia tunc alia esset substantia patris, alia filij, non vt sunt vnum, quia vnum non sunt nisi in substantia, & illa eadem est in Spiritu Sancto, ergo eadem ratione Spiritus Sanctus procederet à seipso, quod est impossibile.

9. Nonò sic, si procederet ab vtroque, aut ergo vt ab vno principio, aut vt à pluribus. Non vt ab vno, quia neque ratione personæ, quia non sunt vna persona, neque ratione substantiæ, quia tunc esset simul cum eis principium suijpsius, neque ratione proprietatis alicuius, quæ est communis spiratio actiua, quia

si propter vnitatem talis proprietatis, quæ est ratio eliciendi actum duo dicerentur vnum principium, eadem ratione propter duas proprietates, quæ sunt rationes eliciendi duos actus, vt sunt paternitas respectu generationis, & spiratio respectu spirationis, secundum quod ambæ sunt in patre, pater diceretur esse duo principia, filij & Spiritus Sancti, quia vnum principium filij, & aliud Spiritus Sancti, consequens est falsum, ergo, & antecedens.

10. Præterea, si essent vnum principium, aut ergo vnum quod est pater, & sic filius esset pater, aut quod non est pater, & sic pater non esset pater, quæ ambo falsa sunt, ergo &c.

11. Vndecimò sic, si Spiritus Sanctus procedit ab vtroque, aut ergo vt ab vno spiratore, aut vt à duobus. Non vt ab vno, quia spirator est denominatio ab actu, vt egreditur a supposito. Sed ab actu supposita plura denominantur pluraliter, vt plures spirantes, ergo &c. Non vt a duobus, quia spiratorem esse importat rationem principij, & non spirant, vt duo principia. Item non creant vt duo creatores, sed vt vnus, quare neque spirant. Neque similiter ab eis vt sunt duo principia, quia non est in eis nisi vna ratio communis singularis spirandi Spiritum Sanctum, propter quã conuenit eis ratio principij respectu Spiritus Sancti.

12. Quod etiam filius non emanet a Spiritu Sancto, arguitur primò sic, Spiritus Sanctus procedit modo voluntatis, filius modo intellectus, sed quod voluntatis est supponit quod est intellectus, non è conuerso, dicente Damasceno lib. 2. cap 26. *Voluntarium est cuius principiũ est in ipso sciente*, & August. ad Oros. *Pratre voluntas sapiẽtiam non potest* illud autẽ a quo aliud emanat, quodammodo prius est ipso, vt supradictum est, ergo &c.

orth. fid. to 6.

13. Quod vnam earum necesse sit procedere ab alia, arguitur sic, dicit Ricardus 5. de Trinitate cap. 10. *Si gemina persona de vna tantum procederet, neutra alteri immediate adhæreret*. Et vt dicit cap. 12. *si vero neutra alteri immediate adhæret, forent vtique mediata germanitate coniunctæ* & sic non esset inter personas diuinas summa, & æqualis germanitas, quod est impossibile.

14. Quod autem emanet filius à Spiritu Sãcto, arguitur per Augustinum 9. de Trinitate cap. vltimo. *Partum mentis præcedit appetitus*, appetitu voluntatis procedit Spiritus Sanctus, vt habitum est, partu vero mentis filius siue verbum, ergo &c.

10.10

15. Quod autem à filio procedit Spiritus Sanctus dicitur in symbolo Athanasij. *Spiritus Sanctus à patre, & filio non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens*.

16. Ista quæstio tangit controuersiam de processione Spiritus Sancti. Qui etiam dicunt Spiritum Sanctum non procedere a filio, dicunt, quòd neutra personarum emanantium à persona quæ est a nulla, emanat à reliqua, quia illæ duæ personæ emanantes sunt filius, qui emanat modo naturæ, & Spiritus Sanctus, qui emanat modo voluntatis. De Spiritu Sancto autem nullus vnquam dubitauit, an filius de ipso procederet; omnes enim ab initio fidei hoc negauerunt, nec proculdubio hoc introduxerunt, eo quod nec scriptura sacra in aliquo dicto insinuat, aliquam auctoritatem ascribendo Spiritui Sancto supra filium, qualis debet esse eius à quo procedit aliquis, super illum qui procedit ab eo. Illud enim quod Christus dixisse scribitur Esaiæ 48. *Dominus misit me, & spiritus eius*, intelligitur dixisse de missione sua ad prædicandum, & pro natura humana super quam Spiritus Sanctus mittendi habuit auctoritatem. c. 26

17. De hac ergo quæstione nulla est dubitatio: nisi quo ad processionem siue emanationem Spiritus Sancti a filio. Et dicit Magister 11. distinctione, lib. 1. *quod hoc multi hæretici negauerunt*, & sunt aliqui qui totam ecclesiam Græcorum, quia in hoc non concordat in omnibus cum ecclesia latinorum, hæreticam in hoc esse dicunt, quod durum videtur multis propter Ioannem Damascenum, & quamplurimos alios doctores græcorum. Propter quod dicunt quod in dictis græcorum non est contrarietas dictis latinorum circa Spiritus Sancti processionem quantum est ex parte rei. Et hoc ostendunt aliqui ex parte verbi quo græci suam intentionem exprimunt. Alij vero hoc ostendunt ex parte modi dicendi, & exprimendi suam intentionem.

18. Primi dicunt, quòd procedere apud græcos cum hoc, quòd dicit personæ emanationem, & egressum eius ab illo à quo emanat, dicit etiam progressum eius in alium vt in quo quiescit egrediens, & emanans. Vnde quamquam intelligerent Spiritum Sanctum egredi, & emanare ab vtroque, non tamen secundum proprietatem vocabuli apud ipsos potuerunt dicere, quod procederet a filio, quia etsi ab vtroque exit, exit tamen a patre in filium, & non è conuerso, & hoc inquantum in emanatione Spiritus Sancti vis spiratiua habet esse à patre in filio, & non è conuerso. Sed contra hoc est Ioannes in eo quod dicit, vt iam habitum est. *Spiritum Sanctum ex filio non dicimus*. Sicut ergo græci non dicunt Spiritum Sanctũ procedere a filio, sic non dicunt ipsum esse ex filio, quocunque etiam modo emanationis. Et hoc verum est pro multis ex eis. Aliqui tamen ex eis (vt dicunt qui libros eorum viderunt) n.a.

derunt) dicunt, quòd procedit ex filio. Dicit enim (vt dicunt) Cyrillus loquens de filio. *Spiritus veritatis profluit ab eo sicut denique ex Deo patre.* Et Didymus in lib. de Spiritu Sancto. *Neque alia est Spiritus Sancti substantia præter id quod ei datur à filio.* Idem ibidem vt Decretorum cap. vlt. *Saluator ex se non est, sed ex patre, & me est,* secundum quod super hoc
lit.L. Magister in sententijs distinctione 10. prima plures inducit auctoritates:

19. Ideo alij dicunt ad excusationem illorum, qui nec dicunt Spiritum Sanctum ex filio esse, quòd græci licet non dicunt Spiritum Sanctum esse ex filio, hoc tamen non negant. Ratio quare hoc non dicunt, est quia dicit Ioã.
lib.1.c.1. Damasc. in principio orthofid. pro se, & suis. *Omnia quæ tradita sunt nobis per legem, & prophetas, & apostolos, & euangelistas suscipimus, & veneramur, & cognoscimus nihil vltra hæc quærentes, hæc nos diligamus, & in his maneamus, & non transeamus terminos æternos, neque transgrediamur diuinam traditionem.* In quo concor-
de nom. cap.1. in princ. dat cum Beato Dionysio dicente. *Non est audendum dicere aliquid de substantiali diuinitate præter ea, quæ diuinitus nobis ex sacris eloquijs sunt expressa.* Quare cum in sacris eloquijs non continetur expressum de filio, quòd ab ipso processerit Spiritus Sanctus, sicut hoc contine-
D.26. tur expressum de patre Ioan. 15. *Spiritum veritatis qui à patre procedit.* Idcirco ergo non dicunt Spiritum Sanctum procedere à filio, & hoc maxime, quia nec synodus generalis Nicena super professione fidei habita hoc expressit, vbi legitur sic. *Credimus in Spiritum Sanctum ex patre procedentem cum patre, & filio adorandum.* Etiam quia in quibusdam concilijs sub interminatione Anathematis inuenitur prohibitum ne aliquid symbolo ordinato in concilio addatur. Item quia tempore Apostolorũ dicitur conscriptum fuisse in quadam legenda beati Andreæ. *Pax omnibus qui credunt in vnum Deum patrem, & in vnum filium eius; & in vnum Spiritum Sanctum procedentem ex patre, & in filio permanentem.* Nec tamen græci negabant expresse Spiritum Sanctum procedere à filio, nisi illi qui ex eis expresse erant hæretici.

20. Sed nunquid sufficit Ioan. Damasc. & sibi similibus hoc non dicere, aut hoc pro dubio habere, aut falsum esse insinuare, cum di-
R.10. cat Apostolus Romanorum 10. *Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem?* Reuera antequam fuit hoc determinatum, & expressum per ecclesiam, & posteriores, suffecit confiteri quod Spiritus Sanctus procederet à patre, non dicendo neque profitendo ipsum procedere à filio, quia licet etiam contraria opinari circa notiones diuinas, & alia credibilia, quousque veridica ratione, aut per auctoritatem ecclesiæ sint detecta, sicut hactenus detectum est, quòd Spiritus Sanctus proceda à filio. Hoc enim ordinatum est profiteri, & addi Symbolo Niceni concilij sic. *Et in Spiritum Sanctum viuificantem, qui ex patre, filioque procedit.* Et est additum illud *Filioque*, auctoritate concilij Ephesini primi Decretorum penultimo cap. de Spiritu Sancto, vbi dicitur. *Spiritus appellatus est veritatis, & veritas Christus est. Vadeet iam ab isto similiter sicut à Deo patre procedit.*

21. Nec hoc statuerunt sancti patres sola voluntate mouente, sed ex veridica ratione hoc eis ostendente, & declarante. Sunt enim ad hoc rationes quædam ducentes ad impossibile siue inconueniens, sed fortior est ratio ostensiua. Ratio vna ducens ad inconueniens, quod secundum Anselmum in Deo est impossibile, est ratio Ricardi iam tacta, quòd non a.13. essent filius, & Spiritus Sanctus summa germanitate coniuncti. Vnde vt perfecta sit germanitas, oportet singulam singulæ immediate coniungi, vt sint a prima duæ, & tertia sit à duabus, & media sit ab vna, & ab ipsa sit alia, vt sic sit in Trinitate plena æqualitas, quasi triangulo clauso in tribus lineis, cui nihil addi, vel subtrahi possit, vt scilicet à primo puncto procedant singulæ lineæ ad secundum punctum, & ad tertium, & à secundo vna ad tertium. Sed ista ratio non plus arguit Spiritum Sanctum procedere à filio, quam è conuerso filium à Spiritu Sancto.

22 Alia vero est ratio aliorum, & (vt eis videtur) ducens ad impossibile talis. Si Spiritus Sanctus non procedit a filio, nulla potest esse distinctio filij, & Spiritus Sancti, quia in diuinis non est distinctio personarum, nisi secundum rationes originis, quæ non sunt nisi quia vnus est ab alio, quare si vnus eorum non sit ab alio, nulla est ipsorum distinctio, & non sunt diuersæ personæ, ita quòd ponere filium esse personam aliam a persona Spiritus Sancti, & neutrum eorum procedere ab alio, est ponere non solum impossibile, sed etiã incompossibile, scilicet quod vna persona ab alia sit distincta, & non distincta. Ista ratio non ostendit potius filium procedere a Spiritu Sancto, quam è conuerso, sicut neque præcedens, sed illa est efficacior, quia illud ad quod deducit, vere inconueniens est, & bene sequitur ex positione, sed inconueniens ad quod deducit ista ratio, non sequitur ex positione. Etsi enim Spiritus Sanctus ponatur procedere à patre, & filius similiter, & neuter ab altero, tamen filius à Spiritu Sancto distingueretur, licet aliter, & non ita propriè (vt infra videbitur) quam mo- a.57.q.4 a.60.q.2
do. Quia sunt quædam relationes originis, & oppositæ, vt quæ sunt in diuersis personis, quarum vna procedit ab alia, & quædam dis-

paratæ, vt quæ sunt in eadem persona à qua procedunt diuersæ diuersimode, vel in diuersis diuersimode procedentibus ab eadem. Primo modo diuersæ rationes sunt in patre, & filio: secundo modo in patre respectu filij, & Spiritus Sancti, & in Spiritu Sancto, & filio respectu patris. Et sufficit ista relationum diuersitas in ipsis, etiam si neuter eorum procederet ab alterutro.

23. Quod declaratur ducendo ad impossibile dando oppositum, quoniam si filius, & Spiritus Sanctus, non distinguerentur abinuicem, nisi quia à filio procedit Spiritus Sanctus, ea ergo ratione qua Spiritus Sanctus procedit alio modo à patre, quam procedat ab eodem filius, non distinguitur Spiritus Sanctus a filio, & si sic, ergo eadem ratione, nec emanatio, qua Spiritus Sanctus procedit à patre, vt procedit ab ipso, distinguitur ab emanatione, qua filius procedit à patre: & vlterius, nec vis spiratiua, qua à patre emanat Spiritus Sanctus, à vi generatiua, qua à patre emanat filius, & sic filius, & Spiritus Sanctus inquantum ambo procedunt à patre non sunt distinctæ personæ, sed vnica, neque similiter emanationes generationis, & spirationis sunt diuersæ emanationes, sed vnica tantum, & similiter via generatiua, & spiratiua non sunt distinctæ vires, sed vnica, nisi forte secundum rationem tantum. Et sic æquè principaliter primò, & immediatè à patre procederet filius, & Spiritus Sanctus, quia illa primitiua principalitas, & immediatio non fundantur nisi super diuersas rationes originandi in eodem ordine naturæ, vt
q.5.n.6. dictum est. Sed huius contrarium ostensum est, & determinatum in præcedente quæstione.

24. Vlterius si vis spiratiua vt patris est, nō distingueretur a vi generatiua, neque spiratio à generatione. Quare cum filius vim spiratiuam non habet nisi à patre, & non magis distinctam à vi generatiua, quam secundum quòd eam habuit pater, similiter emanatio spirationis vt est à filio non distingueretur ab emanatione generationis, nec etiam per consequens ipse Spiritus Sanctus a filio, quòd totū falsum est.

25. Distinguerentur ergo sufficienter relationibus disparatis filius, & Spiritus sanctus, si neuter ab altero procederet, sicut & ipsorum processiones, quæ aliter non distinguuntur similiter, neque principia elicitiua earum, vt sunt sub respectibus personalibus, vt secundum hoc distinctionem inter personas filij, & Spiritus Sancti per relationes oppositas, cum procedunt abinuicem, necesse est reducere ad distinctionem emanationum, & vlterius ad distinctionem principiorum emanandi per relationes disparatas, ita quòd si non esset ista distinctio disparationis relationum, nec illa oppositionis. Propter quod etiam diuersæ relationes disparatę, bene possunt esse in eadem persona principiante, licet non in eadem persona principiata, vt dictum est supra. q.4.

26. Non est ergo aliter quęrenda distinctio istarum duarum emanationum: licet enim inter personas est distinctio per relationes non solum disparatas, & quasi differentes specie, vt infra dicetur, sed etiam per oppositas, inquantum vna earum procedit ab alia, inter tamen emanationes non est quærenda distinctio nisi per relationes disparatas secundum diuersum modum procedendi non per oppositas relatiue, quia non procedit vna processio ab alia, nec relatiuè dicitur ad ipsam, siue secunda processio emanet ab vnica persona, siue à duabus. Sed tamen ordo naturę est inter ipsas inquantum vna quasi præsupponit aliam, etiam si secunda processio non esset à filio, vt dictum est, vt secundum hoc alio, & alio modo sit ordo naturæ inter processiones, alio vero modo inter personas, vt non debeamus consimilem modum distinctionis omnino quærere inter emanationes qualem videmus inter personas. Istum autem modum distinctionis emanationum, & non alium aperte insinuat August. 15. de Trinitate cap. 27. determinando, quòd propter huiusmodi distinctionem emanationum filius distinguitur à Spiritu Sancto quoad hoc, quòd vnus dicatur filius, alter non, sic dicens. *In illa aeterna aequali incorruptibili, & ineffabiliter immutabili Trinitate difficillimum est generationem à processione distinguere*, & infra. *Attolle oculos in ipsam lucem, & eos in ea fige si potes. Sic enim videbis quid distet natiuitas verbi Dei à processione doni Dei, propter quod filius vnigenitus, non de patre genitum (alioquin frater eius esset) sed procedere dixit Spiritum Sanctum*. Et interposita declaratione horum in verbo procedente de nostra intelligentia, & amore de voluntate, subdit. *Et ideo quandam in hac re intelligibili natiuitatis, & processionis insinuari distantiam*. Quod clarius explicat Ansel. dicens in principio de processione Spiritus Sancti. *Hac itaque sola causa pluralitatis est in Deo, vt pater, & filius. et Spiritus Sanctus dici non possunt deinuicem, sed alij sunt abinuicem, quia productis duobus modis est Deus de Deo, quod totum potest dici relatio. Nam quoniam filius existit de Deo nascendo, et Spiritus Sanctus procedendo, ipsa diuersitate natiuitatis, et processionis referuntur adinuicem, vt diuersi, et alij abinuicem*, & infra. *Nam si per aliud non essent plures filius, et Spiritus Sanctus, per hoc, solum essent diuersi*.

27. Quod autem prædicti ponunt in sua ratione, quòd ponere filium esse distinctum à Spiritu Sancto, si non procedat ab ipso, est

pone-

ponere incompossibilia: Dicendum, quòd non est verum, sicut ponere hominem differre à bruto si non esset risibilis, non est ponere incompossibile scilicet quòd differret a bruto, & non differret, sed solum est ponere illud impossibile, quod non differret a bruto per risibilitatem, aut quòd esset homo sine risibilitate. Et similiter in proposito solum ponitur impossibile, scilicet quòd filius non differt a Spiritu Sancto spiratione actiua, si non procedit ab ipso, aut quòd esset filius absque eo, quòd spiraret Spiritum Sanctum, non tamen sequitur, quòd non differt ab eo omnino, sicut non sequitur, quòd homo si non sit risibile non differt à bruto omnino, etsi non esset risibile posito per impossibile, quod tamen esset, tamen differret à bruto rationabilitate. Sic & in proposito filius à Spiritu Sancto nascibilitate differret, etsi non procederet Spiritus Sanctus ab eo, posito tamen per impossibile quòd esset.

28. Ad cuius intellectum sciendum, quòd tunc solum ponitur aliquid per incompossibile, quando ponitur cum eo quod principaliter ponit contrarium eius, quod non contingit nisi quando illud priuat aliquid quod est de eius significato, & essentia, vt si dicatur homo si nō esset rationalis differret a bruto, quia remoto rationali non manet nisi id quod communicat cum bruto, quando vero non illud implicat, quod est de significato, & essentia positi, tunc non ponit principaliter contrarium eius, sed solum per quandam consequentiam. Et ideo tale positum solummodo ponitur per impossibile, vt si ponatur homo, & quòd non sit risibilis. Risibile enim quia accidens hominis est, est extra significatum eius. Sic est in proposito ponendo filium, & non procedere ab eo Spiritum Sanctum. Spiratio enim actiua est extra significatum filij, & quasi consecutiua personæ eius ordine quodam, vt patet ex dictis. Et ideo sicut verum esset dicere, quòd homo si non esset rationalis, non differret a bruto, quia non differt per se nisi rationali quod priuatur, sic verum est dicere, quòd homo si non esset risibilis, differret tamen a bruto, quia differt per se per rationale, quod non priuatur nisi per consequentiam quandam priuatione risibilis, quæ tamen consequentia neganda est, quia repugnat posito. Repugnans autem posito quod est extra essentiam, & significatum suum, semper in falsis positionibus negandum est, secūdum artem Philosophi 8. Topicorum.
c.3.10.1. Et consimiliter verum est dicere in proposito, quod filius etsi non spiret Spiritum Sanctum, tamen differt a Spiritu Sancto natiuitate secundum prædictum modum, quia non spirare nō priuat natiuitatem à filio, nisi per quandam consequentiam, vt patet ex iam dictis.

29. Præterea esto, quòd spirare sit de essentia, & significato personæ filij, vt sit incompossibile ponere filium, & Spiritum Sanctum non procedere ab ipso, quia tamen non pertinet ad personam filij, nisi sicut aliquid quod est commune ei cum patre, cui proprium quo differt à patre est natiuitas, quemadmodum esse animal commune est homini cum bruto, proprium vero est ei rationale, quo differt a bruto, sicut ergo verum esset dicere, quòd homo etsi non esset animal, sed rationale tantum, differret tamen a bruto, quia brutum non est rationale, sic verum est dicere in proposito, quòd filius etsi non spiret Spiritum Sanctum, differt à Spiritu Sancto, quia ille non est natus, non obstāte incompossibilitate implicata vtrobique, sed falsum esset dicere, quod Spiritus Sanctus etsi non spiratur, differret a filio, quia spirari est proprium constitutiuum personæ Spiritus Sācti, quo differt a filio, & implicantur incompossibilia.

30. Sed contra hoc arguitur secundum sustinentes contrarium, sic. Relatio non distinguit in diuinis, nisi secundum quòd realis est, ratione suæ quidditatis. Ratio autē suæ quidditatis, & realitatis secundum quam vna est alia ab altera, non sumitur nisi ex eo, quòd per ipsam suppositum refertur ad suum oppositū. Si ergo Spiritus Sanctus non procederet à filio, & non distingueretur ab ipso secundū aliorum opinionem, nec in patre generatio, & spiratio distinguerentur, vt disparata nisi secundum rationem tantum, sicut nec filius distingueretur a Spiritu Sancto, nisi secundum rationem tantum.

31. Et est dicendum quòd illud assumptum ab eis pro principio, quòd realitas relationis secundum quam vna est alia ab altera non sumitur nisi ex relatione ad oppositum, falsum est, quia relationis realitas non sumitur omnino ex respectu ad suum oppositum, sed ex suo a.41.q.2.
fundamento, vt sæpius dictum est in alijs n.8.
quæstionibus, & inferius amplius dicetur. a.15.q.6. n.19.

32. Ad propositum ostendendum efficacius scilicet quod Spiritus Sanctus procedit a filio, est ratio ostensiua explicans causam positionis talis. Secundum enim quod dictum est supra in principio solutionis quæstionis præcedentis, n.5. ab eodem principio omnimodam æqualitatem absque omni ordine impossibile est plura procedere, hoc enim non contingit nisi in differentibus materialiter, & solo numero, quēadmodum vnus faber plures producit cultellos, nec vnum mediante altero, vel vna lux plures radios. Sed vt euidentius illud applicemus ad propositum nostrum, paulò altius inchoandum est.

33. Sciendum est igitur secundum superius deter-

a.27.q.1 determinata, quòd esse est primum, & propriũ
n.10. magis omnium eorum, quæ Deo conueniunt,
a.56.q.5 quod secundum intellectum ante se in Deo ni-
n.6. hil præsupponit, sed omnia alia esse in suo in-
tellectu includunt. Propter quod dicit Dion.
a.52.q.2 cap. 5. de diu. nom. *Ante alias Dei participa-*
n.10. *tiones esse præpositum est, & est ipsum per se esse*
q.4. n.4. *maximum. Merito igitur alijs principalius si-*
cut ens Deus laudatur, vt præstantiore, & digniore
aliorum donorum eius, ita vt propterea quodam-
modo ordine quodam rationis, & intellectus
nostri ex esse quasi ex primo, & pricipio proce-
dit viuere, & ex viuere intelligere, & ex itellige
re velle, sed aliũ & aliũ modũ ordinis in pcedẽ
do habẽt itelligere ex viuere, viuere ex esse, quã
velle ex intelligere, quia illa tria se habẽt iter se
in essendo vnum ab altero quasi per quandam
informationem. Intelligere enim est quod-
dam viuere, & viuere est quoddam esse. Non
sic autem intelligere, & velle se habent inter
se, sed potius per quandam distinctionem, non
enim velle est intelligere quoddam, nec è cõ-
uerso. Et similiter est de intelligentia, & vo-
a.45.q.26 luntate, & hoc quia ordinem quendam ratio-
n.5. nis habent inter se, hoc est, licet ambo sint qua
a.49.q.4. si potentiæ naturales naturæ immater alis vi-
n.6. uentis, tamen actio voluntatis requirit quasi
q.6.n.16 præuiam actionem intellectus, & non è con-
a.8 q.2. uerso, intelligere enim possumus, quæ non vo-
n.9. lumus, sed velle non possumus, quæ non intel-
a.24.q.1. ligimus, siue cognoscimus, secundum Augu-
n.9. stinum. Et propter hoc etiam quodammodo
quasi immediatius, secundum intellectum no-
strum se habet intelligentia ad vitam quam vo
luntas, vt quasi ordine quodam rationis ex vi-
ta quasi procedunt. Et sicut est talis ordo ra-
tionis in ipsis, vt habent esse in persona, quæ
non est ab alia quo ad ipsorum actus essentia-
les, qui sunt velle, & intelligere, sic est in ipsis
ordo naturæ quo ad ipsorum actus notionales,
qui sunt dicere, generare, & spirare. Sicut e-
nim voluntatis perfectio quo ad actum suum
essentialem quasi primum requirit quasi præ-
uiam perfectionem intelligentiæ quo ad eius
actum quasi primum, & essentialem, sic perfe-
ctio eius quo ad actum suum notionalem, qua-
si secundum quo in sua perfectione con-
summatur, vt dictum est supra, requirit quasi
secundam intelligentiæ perfectionem scilicet
quo ad eius actum notionalem, quasi secunda
autem perfectio intelligentiæ consistit in pro-
a.60.q.5. ductione verbi, quasi secunda autem perfectio
a.61 q.6 voluntatis consistit in amore procedente, qui
a.45.46. est Spiritus Sanctus, secundum quod inferius
sup. n.3. declarabitur.

34. Necessariò ergo ordine naturæ produ-
ctio Spiritus Sancti quasi præsupponit produ-
ctionem filij. Vnde & Damascenus dicit lib.
Orth. fid. 1. cap. 7. Spiritũ Sanctũ *sequentẽ cum verbo*, neq;
deficit pater vnquã verbo neq; verbo spiritus
Sed illud potest intelligi sequentem cum ver-
bo non ipsum verbum, sed patrem. Quod nõ
potest stare, quoniam pater opere intelligen-
tiæ producens verbum omnia, quæ sunt ipsi
communicat præter proprietatem suam ori-
ginis, qua generat, & relatiua oppositione se
habet ad ipsum, dicente Augustino 15. de Tri. ca.3.
cap. 14. *Verbum Dei patris vnigenitus filius per*
omnia patri similis, & æqualis hoc est omnino quod
pater, nec tamen pater, quia iste filius, ille pater.
Et sequitur post pauca. *Proinde tanquam seip-*
sum dicens Pater genuit verbum sibi æquale per
omnia, nec enim seipsum integrè, perfectèque dixis-
set si aliquid minus, aut amplius esset in eius verbo
quam in ipso. Quicquid ergo est in patre præ-
ter eius proprietatem relatiuam ad filium, quã
pater est, & filium generat siue verbum dicit,
filius habet a patre sibi communicatum per ge
nerationem, quare & suam voluntatem fœcun
dam vi spiratiua. Quare cum in quibus est eadẽ
vis actiua cõmunis, quę est principiũ actionis,
& eadẽ actio cõmuniter procedit ab ãbobus, si-
cut ergo pater vi illa spirat Spiritum Sanctum
vt ab ipso procedat, similiter, & filius, vt ab ip-
so procedat sicut à patre, vt sic eo modo quo
sequitur patrem, sequitur, & verbum. Et hoc
est quod dicit Ricard. lib. 5. cap. 8. *Si idẽ est*
posse ambobus commune, consequens est tertiam in
trinitate personam ex ambobus, & esse accepisse, &
existentiam habere. Et post aliqua interposita.
De se immediatè existens dedit quicquid ab omni-
potente veraciter dari potuit. Est ergo eis com-
mune illud esse à quo cæterorum omnium, &
esse, & posse. Ab hac igitur gemina existentia
est essentia omnis, omnis existentia, om-
nis persona, ergo & illa, quæ est tertia in trini-
tate persona. Et sicut perfectio vnius est cau-
sa alterius, sic sane perfectio geminæ est causa
tertiæ in trinitate personæ. Propter quod di-
xit filius de Spiritu Sãcto Ioan. 16. *Ille me clari-* B.14.
ficabit, quia de meo accipiet. Et ne dicatur, ve-
rum est quod accipiet, sed à solo patre, addit. B.15.
Omnia quęcunque habet pater mea sunt. In quo
includitur auctoritas principij, & vis spiratiua
quam filius habet à patre, & cõmunem cum
patre, per quod insinuat etiã à se habere de suo.

35. Ex quo patet omissum in quæstione prę- n.14.
cedenti, quòd prima persona quia ex se habet
potentiam, qua producitur tertia, immedia-
tè eam producit, & cum secunda, quia poten-
tiam illam habet secunda a prima, etiam quòd
p illã potẽtiã secũda immediatè producit ter-
tiam, & quod tertia persona à prima non solũ
immediatè, sed etiam mediatè procedit, nullã
tamen mediatè tantum possibile est produci in
diuinis, vt dictum est ibi. Propter quod dicit
Ricard. 5. de Trinit. cap. 6. *In humanis quan-*
doque, procedit persona tantummodo immediatè,
quan-

quandoque tantummodo mediatè, quandoq; autem simul mediatè, & immediatè. Tam Iacob, quam Isaac de substantia Abraha processit, sed vnus mediatè tantum, alter immediatè tantum. Sed istis processionibus non respondēt processiones diuinæ, sed magis illa qua de substantia Adę processit immediatè Eua, & de substantia vtriusq; immediatè Seth, & per Euam mediatè de substantia Adæ, vt sic Seth de Adam processerit simul immediatè, & mediatè. Vnde vt concludit in 9. cap. *necesse est vnam existentiam inuisibili immediatè esse coniunctam, & aliam tam mediatè, quam immediatè, nullam autem mediatè tantum.* Et vt concludit in cap. 10. *si quarta in deitate persona esse potuisset, procul dubio ex cæteris tribus eam originem trahere immediatè oporteret. Et si quinta persona esse potuisset, similiratione de cæteris quatuor immediatè procederet, & in sequentibus quantumcunque series huius progressionis protrahatur. Sicut enim in duabus personis commune est illud posse, vnde constat tertiam originem trahere, sic procul dubio illud posse commune esset tribus, vnde quartum esse oporteret, si quartam in diuinitate locum haberet. Alioquin duæ alteræ sibi referuarent quod tertia salua vtriusque proprietate dare possent. Quod in istis diximus, procul dubio inuenies in consequentibus, nam huiusmodi differentia propriè tantum in numero constat producentium, nam prima habet esse à nulla, altera ab vna sola; tertia vero à gemina, & si numerus in plures abundaret, eundem progressionis tenorem per omnes inueniri oporteret.*

36. Sic ergo patet veridica ratione quòd ex necessitate naturæ diuinæ Spiritum Sanctum necesse est procedere à filio quicquid dicant græci. Nec valet eis, quòd secundum Dion. *nihil deitate audendum est dicere præter ea quæ sacris literis sunt expressa.* Verum est enim, vel mediatè, vel immediatè. Immediatè enim licet sacris eloquijs solum exprimitur, id ad quod significandum verba per se sunt imposita, mediatè tamen eisdem exprimitur quicquid per id quod verba primò significant, veridica ratione elici, vel intelligi potest. Propter quod in sermone illo. *Quia profundissime. De assumptione vero Mariæ Dei matris tantò, quæ magna sunt cunctis tractanda existunt, quanto specialibus auctoritatum testimonijs non possunt ad liquidum roborari. Sed quia* (vt dicit continuè) *quędam Scriptura Sancta indagationum studijs quærenda reliquit, non sunt superflua æstimanda, dum vera indagatione fuerint patefacta. Fœcunda enim est veritatis auctoritas, & dum diligenter discutitur, de se gignere quod ipsa est cognoscitur. Sæpe enim discussa veram intellegentiam parat, quam manifestis sermonibus abscondit.* Ex quibus post pauca concludit. *Quid ergo dicendum, vnde diuina scriptura nihil commendat, nisi quærendum ratione quod consentiat veritati, fiatque ipsa veritas auctoritas, sine qua nec est, nec valet auctoritas.* Quamquam ergo per verba scripturæ nō sit expressum, vt sensus eorum immediatus, est tamen expressum per ipsa, vt sensus eorum mediatus veridica ratione eliquendus ex sensu immediatè expresso. Ex eo enim, quòd dicit scriptura Spiritum Sanctum procedere à patre, non potest procedere ab ipso nisi vim illam ordine naturę filio quasi prius communicet per generationem, quod studio veræ indagationis ratio dictat. Ex quibus sequitur vt patet ex ratione præposita, quòd necessariò etiam Spiritus Sanctus procedit à filio.

[Marginal notes, left column: Eup.n.19. — D.Agu. de Assūp. t.1.to.9. — c.1.]

37. Per hunc modū ex dictis scripturę cōcludit August. 15. de Trinitate cap. 26. Spiritum Sanctum procedere de filio, sicut, & de patre vbi dicit sic. *De ambobus procesissit Spiritus Sanctus, quoniam Scriptura Sancta eum dicit spiritum amborum. Dicitur enim spiritus filij.* Roma. 8. *Si quis Spiritum Christi non habet, hic non est eius.* Et Galat. 4. *Misit spiritum filij sui in corda vestra.* Dicitur etiam spiritus patris. Mat. 10. *Non vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri.* Item de ambobus procedere probatur, quia ab vtroque missus legitur, quoniam non est mittens nisi habens auctoritatem supra mittentē, dicit enim filius de Spiritu Sancto Ioan. 15. *Veniet paraclitus, quem ego mittam vobis à patre* & 14. *Quem mittet pater in nomine meo.*

38. Vnde propter istum sensum mediatum Sacræ Scripturæ, generaliter tenendum est, quòd id quòd de vna persona dicitur, intelligitur de alijs, vbi non occurrit relationis oppositio. Et est multum opus ad hanc regulam frequenter inspicere, quoniam (vt dicit Magister sententiarum) *cum dicit Spiritum Sanctum à patre procedere, non addit solo, & ideo etiam à se procedere non negat, sed ideo patrem tantum nominat, quia ad eum solet referre etiam quod ipsius est, quia ab illo habet.* Vnde dicit Augustinus cap. 27 *Si ergo, & de patre, & filio processit Spiritus Sanctus, cur filius dixit de patre procedit? nisi quemadmodum solet ad eum referre quod ipsius est, de quo & ipse est. Vnde est, & illud quod ait. Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. Si ergo hic intelligitur eius doctrina, quam tamen dixit non suam sed patris, quanto magis illic intelligendus est de ipso procedere Spiritus Sanctus vbi sic ait, De patre procedit, vt non diceret de me non procedit?* Huncetiam modum consequenter tenuerunt Apostoli.

39. Nec est etiam omnino negandum quin scriptura expressit sensu proprio, & immediato Spiritum Sanctum procedere ab vtroque, licet sub verbis metaphoricis, vbi dicit Ioan. Apocalypsis 22. *Ostendit mihi fluuium aquæ viuæ splendidum tanquam chrystallum procedentē de sede Dei, & agni* Aqua illa Spiritus Sanctus est, sedes Dei, & agni concors voluntas est patris

[Marginal notes, right column: to.3. — B.9. — A.6. — B.10. — D.26. — D.26. — 1.dist 11. lit.C. — 15.de Tr. to.3. — Io.7.c.16 — A.1.]

tris, & filij.

40. Per hoc patet, quòd nec valet eis, quòd in symbolo Niceni concilij solum commemoratur Spiritus Sanctus procedere a patre. Per hoc enim (vt dictum est) dat intelligere, quòd etiam procedat à filio.

41. Quod addunt, quòd sub Anathemate prohibet concilium addere symbolo vel subtrahere, verum est, quòd non licet addere, quod non latet in verborum intellectu, quod non est addere, sed implicatum explicare, quod non est aliud, sed idem. Illud autem addere symbolo quod aliud est, bene etiam prohibet synodus Nicena, quæ dicit in fine symboli quod cantatur in missa. *Qui aliud docuerit, vel aliud prædicauerit, anathema sit, idest contrarium, vel modo contrario,* secundum quòd exponit magister sententiarum, *qualiter, & Apostolus dicit Gala. Si quis aliud euangelizauerit vobis preter id quod accepistis, Anathema sit.* Vbi dicit Augustinus super Ioan super illud. *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Non ait plus quam accepistis, sed preter quod accepistis, nam si illud diceret, sibi ipsi præiudicaret, qui cupiebat, venire ad Thessalonicenses vt suppleret quæ eorum fidei deerant. Sed qui supplet quod minus erat, addit nō quod inerat tollit.* Et intellige illud supplere non respectu sensus immediati, sed mediati, quando enim quod latet in sensu immediato suppletur, non tollitur quod inerat, nec propriè additur: sed explicatur. Vnde quantumcunque datur sententia contra addentes, & diminuentes, non tangit eos, qui per hunc modum addunt ad explicationem, & declarationem eorum, quæ implicata sunt, nisi in sententia expresse prohibeatur talis declaratio, qualis prohibita est sub excommunicatione latæ sententiæ in expositionem regulæ fratrum Minorum editæ à Nicolao Papa. Propter quod symbolo, quod in Niceno concilio sancti patres tradiderunt tempore Constantini Augusti, timentea sententiam latam in illo concilio de non addendo aliquid symbolo, post modum sub Theodosio seniore Constantinopoli symbolo formam dederunt, & consubstantialem esse Spiritum Sanctum patri, & filio demonstrauerunt, Macedonium, qui Spiritum Sanctum Deum esse negabat, condemnantes, vt dicitur Decreto, distinctione 15. cap. 1.

1. dist. 11. lit C.
1. B. 2.
to. 9. tra. 98
Ioan 16. B. 12.
1. Thess. 3. D. 19.

42. Ad illud ergo quod primo arguitur in oppositum de Damasceno: Dicendum, quod etsi in filio terminatur processio Spiritus Sancti, eo quòd vis spiratiua a patre habetur in filio, per hoc non potest excludi, immo necessario debet includi, quod propter eandem vim etiam procedat a filio, vt dictum est.

n. 11
n. 14.
n. 2.

43. Ad secundum ex dicto eiusdem. *Spiritum Sanctum ex filio non dicimus:* Dicendum, quòd Ioa. Damascenus creditur fuisse in principio, quando incœpit opinio latinorum diuulgari, quod Spiritus Sanctus procederet a filio, & græci hoc affirmare nolebant, quia hoc non habebant expressum ex scriptura, vt dictū est propter quod tanquam græcus nondum foret videns perfecte veritatem, sed in dubio positus, non negauit simpliciter sic esse, sed dixit non dicimus, & tamen subdit statim, quod scriptura exprimit, vnde latini probant Spiritum Sanctum procedere de filio, cum dicit. *Spiritum vero filij nominamus.* Sed huius contrarium dicit statim (vt obiectum est) in epistola de Trisagio vbi dicit. *Filij autem, & non ex filio.* Et est dicendum, quòd forte illam epistolam longe ante scripserat quando firmus erat in opinione, antequam ecclesia latinorū in hoc græcis contrariabatur.

n. 19.
n. 2.

44. Ad tertium quod Spiritus Sanctus secundum Damascenum est enunciatiuus, & manifestatiuus filij, talis autem non necessariò procedit ab eo cuius est enunciatiuus, & demonstratiuus: Dicendum ad formam argumenti licet non ad intentionem Damasceni, quòd persona est enunciatiua, & manifestatiua personæ seipsa interius in diuina natura, vel exterius per effectum in creatura. Quod primo enunciat, & manifestat personam, procedit ab illa, & sic secundum latinos verbum manifestat patrem, & Spiritus Sanctus vtrumque. Quod autem solum manifestat secundo modo, nequaquam, & hoc solum modo græci, & Damascenus ponebant Spiritum Sanctum manifestare, & enunciare filium, quia procedit ab ipso, & mittitur (secundum ipsos) ad creaturas, & in hoc solum secundum eos habet auctoritatem super eum propter ordinem suarū processionum. Vnde dicit Damascen cap. 10. *Credimus in vnum Spiritum Sanctum, &c. per omnia similem patri, & filio, ex patre procedentem, & per filium traditum, et susceptum ab omni creatura.* Vnde Augustinus 15. de Trinitate cap. 27. in hoc contradicit græcis dicens. *Spiritus autem non à patre procedit in filium, et de filio procedit ad sanctificandam creaturam, sed simul de vtroque procedit, quamuis hoc filio pater dederit, vt quemadmodum de se, ita, et de illo procedat.*

n. 3.
lib. pri. orth. fid.
tom. 3.

45. Ad quartum, quòd Spiritus Sanctus procedit à filio, hoc non est, nisi quia actio voluntatis præsupponit actionem intellectus: Dicendum, quod verum est secundum iam determinatum modum. Et quòd arguitur contra hoc, quia eadem actio intellectus præcedit actionem notionalem eius, & sic illa supposita æque primo voluntas, & intellectus possunt in actiones productiuas personarum, vt secundum illud forte intelligere possimus quod dicit Damascenus libro primo capite 10. *Simul*

n. 4.
n. 13. ibid.
orth. fid.

est

est, et filij ex patre generatio, et Spiritus Sancti processio. Est dicendum, quòd actio intellectus quæ requiritur quasi præcedens ad emanationem verbi, non est nisi intelligere essentiale,
n.33. in quo non completur operatio intelligendi, vt supra visum est. Quod reuera etiam requi-
ibid. ritur ad actum volendi essentialem, in quo non completur actio volendi, vt supra visum est. Voluntas enim de cognitione procedit dicente Augustino 15. de Trinitate cap. 27. *Nemo*
q. 3. *vult quod omnino quid, vel quale sit nescit*.

46. Et dicunt Græci fundantes se in hoc, quòd ille actus intelligendi essentialis sufficit tanquam præuius ad vtramque emanationem, vt ipso supposito ambæ emanationes æquè primò procedant, nec oportet, quòd vna emanatio sit præuia ad aliam, nec communicari filio vim productiuam Spiritus Sancti, sicut nec è conuerso Spiritui Sancto communicatur vis productiua filij. Sed hoc est contra dicta, & ostensa in principio dissolutionis quæstionis præcedentis, & illius. Nec etiam sufficit actio intellectus, quæ est intelligere essentiale, ad producendum actionem voluntatis notionalem, quoniam sicut ad actionem voluntatis simpliciter essentialem præexigitur actus intellectus essentialis, sic ad completam actionem voluntatis quæ consistit in actione emanationis Spiritus Sancti, requiritur còpleta actio intellectua, quę cōsistit in actione emanationis verbi.
n.33.34. Et sic (vt dictū est) vim productiuā actionis notionalis voluntatis necesse est ordine naturæ, quasi prius communicari filio, & sic ab ipso simul cum patre produci Spiritum Sanctum, vt dicit Ricardus 1. de Trinitate cap. 7. *In summa sapientia bonitate amoris flamma sicut non aliter sic non amplius flagrat, quod summa sapientia dictat*.

47. Et cum hoc potest addi, dicendo, quòd hoc est necessarium, quoniam voluntas vt sit fœcunda ad spirandum Spiritum Sanctum, oportet, quòd non solum sit voluntas, qua quis amat simpliciter, sed quòd sit concors voluntas, qua quis amat voluntate concordi cum voluntate alterius, vt sic voluntas spiratiua sit nexus quidam duorum in vnum principium actiuum, si debeat spirare amorem fluentem ab vtroque vt nexum vtriusque, in vnum principium ab vtroque, aliter enim amor essentialis in voluntate non est perfectus, vt voluntas per ipsum possit esse perfectè fœcunda ad producendum amorem procedentem, qui est Spiritus Sanctus. Propter quod dicit Ricard. 3. de Trinitate cap. 16. *Inter delicias, charitatis, et sapientia hoc maxime solet interesse, quod sapientiæ delicias valent, & solent hauriri de corde proprio. Intima autem charitatis delicia hauriuntur de corde alieno, nam qui intime diligit, & intime diligi concupiscit, non tam delectatur quam anxiatur, si de dilecti sui corde non haurit dilectionis dulcedinem quam sitit*.

48. Ad quintum, quod arguitur, quòd personarum emanantium ab alia neutra procedit à reliqua, quia ambæ procedunt sufficienter à patre: Dicendum, quòd licet ambæ sufficienter per immediationem à patre procedant, cōditio ordinis naturæ ipsarum requirit, quòd vna earum sit ab altera, vt dictum est, & cum hoc natura voluntatis, quæ fœcunda non potest esse nisi vt concors est, & duorum, vt iam tactum est. Et sic, quod Spiritus Sanctus procedit à filio, hoc non est propter aliquam patris imperfectionem, sed propter naturæ conditionem, qua necesse est filium communicare in ratione illius perfectionis, qua spirat Spiritum Sanctum. n.5. n.33.34. n.47.

49. Ad sextum, quòd si Spiritus Sanctus procederet à filio, procederet ab ipso iam nato: verum est ordine quodam naturali originis, non autem alicuius durationis, secundum quòd hoc sufficienter expositum est supra. n.6. q.5.

50. Ad septimum, si Spiritus Sanctus procederet à filio, cum procedat à patre, aut ergo secundum quòd sunt vnus, aut secundum quòd sunt duo: Dicendum, quòd hic distinguunt aliqui dicentes, *quòd ly vt*, vim reduplicationis habet, & ita determinat actum procedendi positum in prædicato in respectu, & comparatione quadam ad subiectum, quod est pater, & filius. Potest ergo *ly vt* determinare actum procedendi, vt refertur ad subiectum ratione qua est agens, aut ratione virtutis agēdi, quæ est in ipso. Primo modo dicunt, quod spirant vt plures. Secundo modo spirant, vt vnum vt iam videbitur. Nullo autem modo spirant vt vnus, sicut probant media contra hoc membrum adducta. Sed quòd illa distinctio pro primo membro sit impossibilis, a paret ex hoc, quoniā agēs rōne qua agēs dicit eliciētē actū, vt eliciens est, non autē ratione eliciendi, vt qua elicit. Nunc autem reduplicatio circa prædicatum non reduplicat nisi causam, siue rationem prædicati, quam habet in subiecto, qua habet ipsi inesse, non autem ipsum totum, vt patet ex primo Priorum. Quamquam ergo plures sunt de quo procedit Spiritus Sanctus, dicente Anselmo de processione Spiritus Sancti. *Quoniam Deus est de quo est Spiritus Sanctus, est pater, & filius, idcirco vere dicitur esse de patre, & filio, qui sunt duo, non tamen vt sunt duo*, elicientes scilicet licet aliquo modo vt sunt duo connotati circa rationem eliciendi, vt iam dicetur. n.7. n.51. & seq.

51. Ad octauū, quòd procedit ab eis, vt sūt vnū, aut vt sūt plura: Dicēdū, quòd nullo mō vt sunt plura, secundum quòd ostendit mediū contra hoc membrum, sed vt sunt vnum. Non vnum quod est essentia, secundum quod est n.51. n.8.

purè absolutum, secundum quòd probat medium adductum contra hoc membrum, nec vnum quod est notio communis relatiua, secundum quod est pura relatio, quia illa non potest esse actionis principium elicitiuum, vt
q. 19. q. 3. & 4. supra dictum est, sed medio modo inter vtrũq; scilicet vt sunt vna essentia non modo sub ratione essentiæ, sed vt ipsa est voluntas, nec vt est absolutè voluntas, sed vt est voluntas sub ratione proprietatis relatiuæ notionalis communis. Sed adhuc non vt est essentia sub tali ratione penitus est vna, quia tunc non haberẽt rationem nexus, aut connexorum pater, & filius spirando Spiritum Sanctum, secundum
n. 53. quòd ex sequentibus patebit, immo vt ipsa voluntas est vna connotans distinctionem plurium patris scilicet, & filij circa illam vnitatem, vt sic dicantur pater, & filius spirare Spiritum Sanctum, vt sunt vnum in essentia sub ratione communis proprietatis relatiuæ considerata, & vt ipsi sunt tanquam plures circa illud vnum connotati, licet non vt ipsi sunt principaliter plures distincti actum elicientes, secundum quòd iam dictum est in solutione
n. 50. argumenti præcedentis. Et secundum hoc licet non spirant, vt plures sunt distincti principaliter, & elicientes actum propter rationem prædictam, spirant tamen, vt sunt connotati plures distincti circa id in quo sunt vnũ, quod est ratio eliciendi actum, & sic vt plures
n. 67. vniti in vna spiratiua ratione. Vniti intelligo per connotationem circa vnam rationem agendi, propter quam quidem connotationem in vna ratione necessariò concurrunt in illam vnam actionem.

q. 8. n. 6. 25. 36. q. 10 n. 3. n. 60. q. 1. ad. 5. 52. Ad cuius intellectum sciendum est, quòd secundum quod inferius determinabitur, actus essentiales sunt præuij ordine quodam rationis, & fundamenta actuum notionalium, & quasi complementa virtutis, siue rationis elicitiuæ eorum sub ratione respectus, vt ratio dicendi verbum, siue vis dictiua in patre sit diuina essentia inquantum est intellectus informatus sapientia essentiali in actuali actu intelligendi sub ratione respectus notionalis, quem habet ad filium. Ratio vero spirandi Spiritum Sanctum, siue vis spiratiua in patre, & filio sit eadem diuina essentia inquantum est voluntas informata amore essentiali in actuali actu volendi, siue amandi, & hoc sub ratione respectus notionalis communis, quem habet cõmuniter pater, & filius ad Spiritum Sanctum.

53. Sed in hoc interest ex parte intellectus, vt sit fœcundus ad dicendum verbum, & ex parte voluntatis, vt sit fœcunda ad spirandum Spiritum Sanctum, quoniam intellectus perfectam fœcunditatem habere potest ad verbi productionem, vt existit in vna sola persona. Voluntas autem perfectam fœcunditatem habere non potest ad Spiritus Sancti productionem nisi existat in gemina persona, & hoc quia fœcunditas intellectus consistit in plenitudine perfectæ sapientię, quæ potest esse in vnico, dicente Ricard. 3. de Trinit. cap. 16. *Nihil definitur contrarium naturæ, si plenitudo sapientiæ dicatur posse subsistere in singularitate personæ, nam quantum videtur, etiam si sola vna persona in diuinitate esset, nihilominus plenitudinem sapientiæ habere potuisset.* Fœcunditas autem voluntatis consistit in plenitudine perfecti amoris, quia non potest esse nisi in duobus ad minus, dicente Ricard. ibidem, & iam habitum est supra, c. 2. n. 47.
Plenitudo charitatis siue amoris non hauritur nisi de corde alieno. Vt enim dicit ibidem, *quamdiu quis nullum alium, quam seipsum diligit, ille quem erga se habet priuatus amor, conuincitur, quòd summum charitatis gradum non apprehendit. Non ergo*, vt dicit cap. 3. *potest esse amor iucundus nisi sit mutuus.* Quare cum in amore essentiali voluntas summæ fœcunditatis esse non possit nisi summè perfectus, & iucundus sit amor, oportet, vt voluntas fœcunda sit, quòd amor mutuus sit, vt secundum quod dicit cap. 3. *sit, quod amorem impendit, & qui amorem rependit. Quoniam*, vt dicit cap. 7. *summe diligenti non sufficit si summe dilectus summam dilectionem non rependit.* Et secundum hoc, vt iam dictum est supra, ad hoc, quod communis voluntas patris, n. 47.
& filij sit fœcunda ad spirandum Spiritum Sãctum, non sufficit, quod sit vna communis ambobus, & amor essentialis in ipsa communis, qua ambo simul volunt, & amant sed oportet, quòd sit voluntas concors, & mutua duorum, qua vnus summum amorem alteri impendit, & ille viceversa eundem rependit, quo existente fœcunda est, vt ex ipsa necesse est emanare amorem, qui est Spiritus Sanctus, dicente Ricard. cap. 11. *In mutuo amore multumque feruente nihil præclarius, quam vt ab eo quem summe diligis, & à quo summe diligeris alium æque diligi velis. In illis itaque*, sicut dicit *mutuo dilectis, vtriusque perfectio, vt consũmata sit exhibitæ dilectionis consortem requirit*, & hoc per vim spiratiuam, quæ est ipsa concors voluntas in mutuo amore procedendo Spiritum Sanctum nõ solum, vt sunt vnum in voluntate illa siue amore, sed vt sunt plures inter se distincti. Quæ distinctio connotatur per hoc, quòd voluntas dicitur esse concors, & amor mutuus. Quod enim sit concors voluntas, & amor mutuus, nõ potest esse nisi sint plurium, secundum quòd plures sunt, inseparabilis enim præpositio con associationem importat, quæ non est nisi plurium distinctorum. Propterea bene dicitur in plurali, quod pater, & filius, vel Spiritus Sãctus sunt tres coæterni, cum tamen ista negatur pater, filius, & Spiritus Sanctus sunt tres æterni. Per hoc etiam, quòd illa voluntas concors

cors

cors est, & amor mutuus duorũ, licet sit vnus, & idem, non tamen est eadem ratio eius, vt est à patre in filium impensus, & è conuerso a filio in patrem repensus. Quoniam, vt dicit Ric. lib. 3. cap. 19. *quando duo se mutuo diligunt, & summi desiderij affectus inuicem rependunt, & istius in illum, illius vero in istum affectus discurrit, & quasi in diuersa tendit*, & per hoc, quòd quasi in diuersa tendit, quodammodo ratione diuersus est. Sed ista diuersitas rationis est, & consistit in pure essentiali, qua non obstante in illa voluntate concordi, & amore mutuo existit fœcundi as penitus vna, & eadem, in qua pater, & filius vnum sunt omnino, & vniformiter penitus spirant Spiritum Sanctum, qui à duobus concorditer diligitur, *& duorum affectus tertij amoris incendio in vnum conflatur*, vt dicit ibidem Ricard.

54. Et secundum hoc in spiratione Spiritus Sancti dupliciter consideranda est patris, & filij distinctio. Vno modo, vt exprimuntur sicut elicientes actum. Alio modo, vt intelligũtur esse concordes in voluntate, & amore mutuo circa rationem eliciendi actum. Et ex distinctione eius primo modo considerata, & expressæ, nullo modo dicendi sunt spirare, vt plures. Licet enim sint plures, qui spirant, nõ tamen propter pluralitatem, quæ principaliter est in illis spirant, sed solum ex distinctione eorum dicto modo connotata, & sic pater, & filius non spirant Spiritum Sanctum, vt sunt plures in actionem eliciendo, licet concurrant in vnam rationem, qua eliciunt actum, sed vt sunt plures in vna voluntate, quæ est ratio eliciendi actum concordando, & amorem suum in illa mutuando, quod iam patebit amplius.

n.9. 55. Ad nonum aut procedit ab eis, vt ab vno principio, aut vt à pluribus: Dicendum quod in talibus maxime aspiciendum est ad significatum termini. Est ergo intelligendum propter significatum huius nominis principiũ, quòd in diuinis est aliquod nomen, quod purè significat essentiam puram, & per modum essentiæ, & non supponit nisi pro essentia, vt hoc nomen deitas. Est & aliud nomen quod significat essentiam non per modum essentiæ, sed per modum suppositi, & supponit pro supposito, vt hoc nomen Deus. Est autem tertiũ nomen quod significat relationem puram, & per modum relationis, & supponit solum pro relatione, vt hoc nomen paternitas. Quartum est nomen quod significat medio modo, scilicet essentiam principaliter, sed sub ratione, & modo respectus, siue relationis, vt hoc nomen potentia, & hoc nomen principium, sed differenter. Quoniam potentia significat substantiam [a.35.q.2. n.7. q.3. n.5.] sub ratione respectus ad actum principaliter, hoc nomen vero principium sub ratione respectus ad productum principaliter. Et iterum potentia significat substantiam sub ratione respectus, & per modum respectus quantum est de ratione formali a qua nomen imponitur ad significandum. Propter quod determinauimus supra habendo respectum ad hoc, quòd [a.35.q.8. n.10. a.39.q.4. n.10.] potentia non est quid, sed ad aliquid, non quod significet puram relationem, vt hoc nomen paternitas, sed quia licet significat substantiã, & supponit pro substantia, significat tamen ipsam sub ratione, & modo respectus. Principium vero significat substantiam similiter, & [a.15.q.4. n.11.] sub ratione respectus, sed per modum suppositi, vnde & supponit pro supposito. Vnde tã hoc nomẽ potẽtia, quã hoc nomẽ principiũ significãt substãtiã principaliter, sed sub ratione respectus, & hoc sub indifferentia quadam, & indeterminatione, quemadmodum hoc nomẽ persona significat suppositum simpliciter sub indifferentia, & indeterminatione quadam, & determinatur illa determinatio per adiunctũ, & cum hoc, hoc nomen principium supponit pro supposito sub indifferentia, & indeterminatione quadam, sicut hoc nomen Deus.

56. Quia igitur hoc nomen principium principaliter significat essentiam, licet sub modo relationis, & per hoc dicit de suo significato potius rationem elicitiuam, quam suppositum in quo est, quod per ipsam actum elicit, quamuis etiam pro ipso supponit, ipsa autem essentia vna est in diuinis, & prima ratio elicitiua omnium diuinorum actuum, vt habitum est supra, & ratio principij maximè primo attribuitur, [a.39.q.6.] quia quanto aliquid habet magis rationem primi, tanto habet magis rationem principij, *primum enim et principiũ idem*, secundum Philosophum 1. Posteriorum. Idcirco [c.2. to.1. a.39.q.7. n.11.] dico, quod in diuinis non est nisi vna ratio principij proprijssimè accepti, & non dicitur nisi singulariter, & hoc siue verificat locutionem significando essentiam sub ratione vnius respectus, siue plurium, & siue supponat pro vno supposito verificando locutionem, siue pro pluribus simul, duobus, aut tribus, licet accepto principio non sic propriè, scilicet pro simpliciter primo, & remoto, sed pro proximo, & immediato actui proprio principia dicuntur esse plura, sicut & plures dicuntur esse potentiæ. E contrario enim contingit in ratione principij, & ratione potentiæ, quia tanto vnumquodque magis habet rationem principij, quanto magis habet rationem primi, & remoti à principiato, vt iam dictum est. Tanto vero vnumquodque magis habet rationem potentiæ, quanto magis habet rationem proximi, & immediati ipsi principiato. Propter quod secundum Philosophum 8. Metaphysicæ acetum non est pro- [c.7. t.14. to.3.] priè in potentia vinum, sed aqua existens in stipite. Vnde pater dicitur esse vnum princi-

pium filij, Spiritus Sancti, & creaturarum, quia vna est diuina essentia, quæ in ipso est vnica rõ principiãdi illa oĩa, licet sub rõne alterius respectꝰ est rõ principiãdi filiũ, & sub rõne alia Spiritum Sanctum, & sub tertia creaturarum. Similiter pater, & filius sunt vnum principium Spiritus Sancti, & creaturarum, licet sub alia ratione Spiritus Sancti, & sub alia creaturarũ, & licet sint diuersa supposita, & hoc quia in ipsis vnica essentia est ratio prima illorum elicitiua, nec referret in aliquo quin dicerentur esse vnum principium Spiritus Sancti, etiam si sub pluribus rationibus respectiuis in patre, & filio esset principiandi, & originandi ratio Spiritum Sanctum, quemadmodum non refert in patre, quin dicatur vnum principium filij, & Spiritus Sancti, quamuis essentia in ipso secundum diuersas relationes sit ratio originãdi ipsos. Et sic præcisa ratio, qua pater & filius dicuntur principium vnum Spiritus Sancti, est ipsa essentia sub ratione respectus, & relationis simpliciter, quem habent ad Spiritum Sanctum in producendo ipsum. Non dico sub ratione relationis vnius, quę est communis notio vtriusque, hoc enim incidit, quòd sit vna, quia vt dictum est, si non esset vna, sed plures nihilominus, ꝓpter essentiã vnã, quę habet rõnẽ principij primi, dicerentur vnum principium eius.

57. Ex quo patent quatuor. Primũ quòd vnitas principij per se sumitur, & præcisè ex vnitate eius, quòd est prima ratio principiandi, licet non nisi, vt consideratur sub ratione respectus, & relationis ad id cuius est ratio originandi. Propter quòd licet eadem essentia sit in principiato, non tamen eadem ratio principij, quia non est in illo sub ratione eiusdem respectus. Secundum est, quòd alio, & alio modo pater, & filius dicuntur spirare Spiritum Sanctum, vt sunt vnum, & vt sunt vnum principium, quia spirant Spiritum Sanctum, vt sũt vnum in essentia, & sub vna ratione relationis communis, qua referuntur communiter ad Spiritum Sanctum, spirant autem Spiritum Sanctum, vt sunt vnum principium in essentia, distincti proprijs relationibus quibus inter se referuntur. Propter quod patet tertium, scilicet quòd non bene dicunt, quòd eadem est notio in patre, & filio secundum quam dicuntur vnum principium Spiritus Sancti, hoc enim incidit, vt dictum est, licet incommutabiliter.
to.si Propter quod dicit August. 5. de Trinit. c. 14. *Pater ad filium principium est, quia genuit eum.* Ex quo concludit Magister Sentent. lib. 1. di-
lit.C. stinctione 29. cap. *Deinde. Qua ergo notione est pater, ea filij principiũ dicitur* idest generatione
lit.D. Et cap. *Vnum autem*, dicit sic. *Sane intelligi potest, & patrem, & filium, eadem notione, vel relatione dici principium Spiritus Sancti*, vbi multum de hac materia per totam distinctionem.

Quartum est, quòd cum dicitur, quòd pater, & filius spirant Spiritum Sanctum, vt sunt vnum idest vnus Deus. Licet in lib. de Spiritu Sancto hoc dicat Anselmus, non exprimitur præcisa ratio vnitatis patris, & filij in spirando Spiritũ Sanctum, quoniam illud in quo sunt vnum, si precise exprimatur, oportet, quòd exprimatur sub ratione respectus, qui soli patri, & filio conuenit. Deus autem etsi supponat pro relatiuis suppositis, tamen non significat aliquid sub ratione relationis, & cum hoc non significat essentiam, vt præcisè conuenit patri, & filio, sed etiam vt conuenit Spiritui Sancto. Propter quòd etiam cum dicitur, quod spirant vt vnũ idest vnum principium, non exprimitur præcisa ratio vnitatis eorum in spirando Spiritum Sanctum, quia etsi principium significat essentiam sub ratione relationis, non tamen præcisè illius, qua pater, & filius referuntur ad Spiritum Sanctum, sed generaliter, qua pater refertur ad filium, & ambo ad Spiritum Sanctũ, & tota trinitas ad creaturas, & etiam vna creatura ad aliam. Vnde quia Anselmus ponit præcisam rationem spirandi Spiritum Sanctum in patre, & filio, quòd sunt vnus Deus, per hoc probat, quòd oportet, quòd Spiritus Sanctus sit de filio, aut e conuerso æquali necessitate, qua pater est de filio, & è conuerso, & similiter Spiritus Sanctus de patre, aut è conuerso. Et manifestum est, quòd non tenent de forma argumenti. Si enim aliquis dicat, quòd Spiritus Sanctus non procedat ratione deitatis simpliciter, sed solum vt est sub ratione notionis relatiuæ, & illa ponatur esse in solo patre, sicut est notio generationis actiuæ, & cum hoc dicat, quòd illæ duæ notiones in patre nullum habent ordinem inter se, talis potest concedere, quòd necesse est à patre procedere filium, & Spiritum Sanctum, ita tamen, quòd neuter ab altero, non obstantibus rationibus Anselmi, vt patet inspicienti.

58. Vnde si consimiles quæstiones fierent de patre respectu filij, & Spiritus Sancti, vtrum produceret eos, vt est vnus, an plures, respondendum esset, vt prius, quòd ipse qui produceret eos, esset vnus. Si vero quæreretur vtrum produceret eos, vt est vnum, an vt est plura. Dicendum, quòd vt est vna essentia sicut prius, sed vt sub rationibus diuersarum rationum siue proprietatum. Si vero quæratur an procedunt ab eo, vt ab vno principio, an vt à pluribus; Dicendum, quòd vt ab vno, ratione vnitatis essentiæ, licet sub diuersis rationibus relationum, ita quòd si pater diceretur esse plura principia, pluralitas diuinarum essentiarũ implicaretur esse in ipso. Vnde de vnitate principij patris, & filij respectu Spiritus Sancti dicit Anselmus de processione Spiritus Sancti.
Sicut non credimus Spiritum Sanctum esse de hoc, cap.15.

vnde

vnde duo sunt pater, & filius, sed de hoc in quo sunt vnum, ita non dicimus duo esse eius principia, sed vnum principium, si tamen debeat dici Deus habere principium. Principium namque videtur non nisi rei incipientis esse. Propter quod innuit, quòd non sumuntur omnia in diuinis vniuocè secundum modum, quo vsitantur in creaturis, sed eminentiori, vnde subdit. *Si tamen ineffabili quodam modo intelligatur, quoniam aliter proferri nequit, non incongrue potest dici principium.* Sed est intelligendum dictum illud Anselmi, *de hoc in quo sunt vnum* non absolutè, sed solum ratione respectus. Propter quòd etiam nomen principij respectum importat, secundum quòd dicit Augustinus 5. de Trinit.
n.31 cap. 13. *Dicitur relatiue pater, idemque relatiuè dicitur principium,* & cap. 14. *Fatendum est patrem, & filium esse principium Spiritus Sancti non duo principia, sed sicut pater, & filius vnus Deus, & ad creaturam dicitur vnus creator, & vnus Deus, sic relatiuè ad Spiritum Sanctum vnum principium, ad creaturam vero pater, & filius, & Spiritus Sanctus vnum principium, sicut vnus creator, & vnus Deus.*

a.10. 59. Quod arguitur iuxta hoc, si pater, & filius essent vnum principium spiritus sancti, aut ergo vnum principium, quod est pater, aut quod non est pater. Dicendum, quòd vtrumque præcisè, & separatim loquendo negandū est, vt procedit obiectio, sed vtrumque concedendum est coniunctim, quia pater, & filius vnum sunt principium spiritus sancti, quod est pater pro vno, & quod non est pater pro alio, quia relatio, quę includitur in nomine principij, non est determinata ad vnam singularē, vel communem, aut ad plures, nec principium determinatè supponit pro aliquo supposito sū,
n.55. vt dictum est, licet determinetur per adiunctum.

n.21. 60. Ad vndecimum, quòd si spiritus sanctus procedit ab vtroque, aut ergo vt ab vno spiratore, aut vt à duobus. Dicendum, quòd in hoc argumento non solum diuersi contrariantur inter se, immo ex magnis doctoribus idem contrariatur sibijpsi, qui dixit super 1. sentent. *quòd actus recipit numerum à suppositis, actus autem significatur, & in verbo, & in participio, & in nomine verbali, & ideo non possumus dicere, quòd pater, & filius spiret Spiritum Sanctum, vel quòd sint spirans, vel quòd sint spirator, sed quòd spirant, & quòd sint spiratores, quamuis sit vnus actus quo spirant.* In prima autem parte summæ suæ repetit eandem sententiam dicens. *Pater, & filius licet sint vnum principium Spiritus Sancti, sūt tamen duo spiratores propter distinctionem suppositorum, sicut duo spirantes, quia actus referuntur ad supposita.* Reuocando autem dictum suum in hoc, statim dicit contrarium subdens. *Sed melius dicendum videtur, quòd quia spirans adiectiuum est, spirator vero substantiuum, possumus dicere, quòd pater, & filius sunt duo spirantes propter pluralitatem suppositorum, non autem duo spiratores propter vnam spirationem.*

61. Postmodum autem superuenit quidam alius, qui detestans dictam contrarietatem super 1. senten. scripsit sic. *In hac quæstione ijdem sibijpsis contrariantur, nam cum prius dixissent patrem, & filium esse plures spiratores, postea dixerunt esse melius dicendum, quòd pater, & filius sūt vnus spirator.* Vbi continuo subdit dicens, & bene, *quòd tota causa quare nos dubitamus concedere patrem, & filium esse plures spiratores, est quia sicut vna est potentia spirandi in patre, & filio, ita est vna potentia creandi in tribus personis, sed propter vnitatem potentiæ creandi dicūtur omnes tres personæ vnus creator, ergo propter vnitatem potentiæ spirandi, pater, & filius debent dici vnus spirator.* Huius autem varietatis, quòd tres personæ dicuntur vnus creator, duæ autem non dicuntur vnus spirator, rationem subdit dicens, *quòd sicut tres personæ non creant in eo, quòd plures, sed in eo quòd vniuntur in aliquo absoluto, puta in deitate, ita pater, & filius non spirant in eo, quòd plures, sed in eo quòd vniuntur in aliquo absoluto, sed hoc aliter, & aliter, nam prout tres creant sunt vnum in deitate, ita quod ipsa deitas creat, sed duo non sunt vnum in deitate, vt deitas spiret.* Vt igitur dicit, ratione deitatis cui competit creare, non autem spirare, potuerunt plures personæ dici vnus creator, non autem vnus spirator.

62. Sed manifestum est ex supra determinatis circa diuinas actiones in generali, quòd principium diuinæ actionis, vt agens à quo emanat, non potest esse diuina essentia, licet sit a.39.q.3. & 4.
ratio eliciendi omnes, sed solum suppositum subsistens, forma enim rei non agit, sed habens formam agit per formam. Vnde nec actum intelligend. (de quo magis videtur) attribuit Philosophus animæ coniunctæ, sed composito, *non enim differt* (secundum quòd dicit) *dicere animam intelligere, & texere, aut ædificare.* 1. de An. t.64.n.1
Nisi ergo plures, vt plures non creant, vel spirant, sed solum secundū quòd vniuntur in vno, scilicet in deitate, non tamen (secundum quòd iam declaratum est) vt in penitus absoluta, sed sub ratione alicuius respectus. Non plus tamen actus creandi poterit attribui essentiæ diuinæ, dicendo quòd essentia creat, quam actus spirandi dicendo, quòd essentia spirat, licet de creare validior sit apparentia, eo quòd essentia est ratio creandi in tribus personis, non autem ratio spirandi nisi in duabus. Vnde si alicubi propterea inuenitur, quòd creatrix dicatur essentia, aut quòd creat, exponendus est sermo, vt essentia stet impropriè pro eo cuius est. Aliā ergo rationem diuersæ prędicationis creatoris in singulari de tribus, & spiratoris in plurali

de

de duobus, oportet assignare, quæ non solum ostendat rationem quare sic possit esse, sed quare sic, & non aliter debeat esse.

63. Ad cuius intellectum sciendum est, quòd licet nomina verbalia eundem actum significent, quem verba, & participia, vt ædificator, & ædificans, creator, & creans, spirator, & spirans, alio tamen, & alio modo significant ipsum, quoniam verbum, & participium significant ipsum, vt actu egreditur ab agente, nomẽ autem verbale, vt solum ab ipso egreditur etiã habitu. Aedificator enim aptus est ædificare, etsi non actu ædificet. Aedificans autem non est, nisi actu ædificet. Et similiter in diuinis, quamuis ibi actus, vt est intra non distet ab habitu, nomen tamen verbale de ratione sua nõ indicat, nisi agentem habitu, secundum quòd spirans non est, nisi a quo actu emanat actus spirandi, spirator autem etsi semper sit in actu spirandi, nomen tamen hoc non indicat, nisi spirantem habitu, & secundum hoc, verbum, & participium aliter comparantur ad agere debentem, siue aliter respiciunt ipsum, & nomen verbale. Cum enim (vt supra determinatum est) actus, vt est in agere per se sit suppositi, verbum, & participium nominant actũ, vt per se respicientem suppositum, prout suppositum est. Propter quod generaliter ad pluralificationem suppositi sequitur in prædicatione pluralificatio in consignificatione pluralis numeri verbi, & participij, vt infra declarabitur loquendo de modo loquendi de Deo. Nomen autem verbale, quia significat actum in habitu, qui semper per se respicit vim elicitiuã actus, non autem suppositum, non enim dicitur ædificator, nisi qui habet vim, & potentiam ædificandi secundum quam aptus est huiusmodi actum elicere, ideireo non generaliter ad pluralificationem suppositi sequitur in prædicatione pluralificatio in consignificatione numeri pluralis huiusmodi nominum, sed quandoque sic, quandoque non.

a.39.q.3.

64. Ad cognoscendum autem quando sic, & quando non, est aduertendum ex parte ipsius virtutis, vel rationis agendi elicitiuæ actus. Aut enim ipsa est diuersa in diuersis, & tunc generaliter nomen verbale pluraliter prædicatur de ipsis, vt Sortes, & Plato sunt duo ædificatores. Aut est eadem in diuersis, sicut contingit in diuinis respectu omnium actionum, quæ pluribus personis conueniunt. Sed hoc contingit dupliciter. Aut enim sunt omnino vnum in illa vt sub ratione, vt penitus secundum eundem modum sit elicitiua actus, siue ratio eliciendi, vt est in vna, & in altera, absq; omni connotatione distinctionis suppositorũ, & diuersitatis eorum in modo agendi per illam. Aut licet sint omnino vnum in illa, non tamen est penitus secundum eundem modum elicitiua actus, siue ratio eliciendi ipsum, vt est in vno, & in altero, sed cõnotat distinctionẽ suppositorum, & diuersitatem aliquam in modo agendi per illam.

65. Nomen verbale respiciens in diuersis suppositis vim elicitiuam primo modo, prædicatur de illis non nisi in singulari, quia licet plures sint elicientes, propter tamen talem virtutem elicitiuã eliciunt actum, vt penitus sunt vnum in illa, & non vt sunt plures secundum se, vt reduplicatio importata per *ly vt*, determinet actum in respectu ad personas elicientes ipsum, non notando conditionem elicientium, inquantum scilicet elicientes sunt, sed virtutis elicitiuæ tantum inquantum est ratio eliciendi omnino eadem respectu plurium in eliciendo actum, & præcisa ratio, qua vna actũ elicit, & alia, vt licet personæ illæ sint diuersæ, non tamẽ omnino eliciunt actum, eo quod sunt diuersæ, sed tantummodo eo quòd conuenit eis ratio personæ, & habent vnitatem in vi actiua dicto modo, ita quod si non esset nisi vna illarum, non minus eliceret actum quã simul omnes. Tale nomen verbale est hoc nomen creator, quia vim creatiuam, quæ est diuina essentia sub ratione respectus ad creaturas, respicit in diuersis suppositis, vt in quæ sunt omnia vnum, & penitus secundum eundem modum ipsa est ratio elicitiua actus, vt est in vno, & vt est in altero, absque omni connotatione distinctionis suppositorum circa eam, & diuersitatis siue difformitatis eorum in modo agendi per illam, propter quod prædicatur de illis non nisi in singulari dicendo, quòd sunt vnus creator, ad modum quo dicitur, quòd sunt vnus Deus, vt patet ex dictis Augustini iam suppositis. Quamuis enim sunt plures creantes, propter tamen eandem vim elicitiuam eliciunt actum creandi, vt penitus sunt vnum in illa, & non vt sunt plures secundum se, &c. secundum iam dictum modum. n.58.

66. Nomen autem verbale respiciens in diuersis suppositis vim elicitiuã secundo modo, prædicatur de eis non nisi in plurali, quia propter talem virtutem elicitiuam etiam eliciunt actum non solum, vt sunt vnum in illa, sed cum hoc vt secundum se sunt plures, & distincti, vt reduplicatio per *ly vt*, determinet actum in respectu ad personas elicientes ipsum, simul connotando conditionem virtutis elicitiuæ inquantum est ratio eliciendi, & ipsorum elicientium vt sunt distincti. Et licet illa vis sit eadem talium plurium, non tamen, vt penitus eadem, est præcisa ratio qua vnus illorũ elicit actum, & alius. Vnde personæ illæ actũ eliciunt secundum quòd sunt distinctæ, & diuersæ, non solum eo quod conuenit eis ratio personæ simpliciter, & habent vnitatem in vi elicitiua prædicto modo, ita quod si non esses

ſet niſi altera illarum, nullo modo actum illũ eliceret ſine reliqua. Tale nomen verbale eſt hoc nomen ſpirator, quia vim ſpiratiuam quæ eſt eſſentia diuina ſub ratione reſpectus communis ad Spiritũ Sãctũ ſecũdũ prædictũ modũ, reſpicit in diuerſis ſuppoſitis, vt in qua ſunt vnum omnino, ſed ipſa non penitus ſecundum eundem modum eſt ratio elicitiua, vt eſt in vno, & vt eſt in altero, abſque omni connotatione diſtinctionis illorum circa eam ex connotato circa vim elicitiuam, ſecundum quòd iam
n. 52. & ſeq. in parte dictum eſt ſupra.

67. Aliqua eſt etiam difformitas eorum in modo agendi, & eliciendi actum per illam, vt iam patebit, propter quod prædicatur de illis in plurali, dicendo, quòd ſunt plures ſpiratores. Propter tale enim connotatum, & modum eliciendi actum non eliciunt actum ſolùmodo, vt penitus ſunt idem in vi ſpiratiua, ſed etiam vt ſunt plures ſecundum ſe, &c. ſecundum iam dictum modum. Et ſic pater, & filius, & Spiritus Sanctus in creando licet plures ſint, tamen quia omnino vnum ſunt abſque omni differentia rationis, & diſtinctionis connotatæ, totaliter creant, vt vnum ſunt, non vt plures, & ſunt vnus creator non plures creatores, vt ly *vt*, determinet actum creandi, vt referatur ad rationem agendi, & nullo modo ad agentes. Pater vero, & filius in ſpirando, quia cum hoc, quòd ſunt plures in ſe, tamen quia in vi ſpiratiua habent aliquam differentiam rationis, & aliquam diſtinctionem connotatam, licet in ea ſunt omnino vnum re, non totaliter ſpirant, vt vnum, nec totaliter vt plures, ſed vt plures inquantum connotatur eorũ diſtinctio in vi ſpiratiua, & quandam rationis differentiam habent in illa, vt vnum vero inquantum realiter in illa ſunt vnum, & vlterius vniuntur in vna communi fœcunditate, & propter illam diſtinctionem, & differentiam rationis dicuntur ſpirare vt duo, & eſſe duo ſpiratores. Propter tamen vnitatem fœcunditatis in qua ſunt vnum omni diſtinctione, & expreſſione connotata, & differentia rationis reductis in idipſum, etiam bene dicuntur ſpirare, vt vnum, & eſſe vnus ſpirator, vt ly *vt* determinet actum ſpirandi, & vt refertur ad agentes, & vt refertur ad rationem agendi. Quia cum ſpirant vt vnum in eo in quo completur vis ſpiratiua, melius dicuntur ſpirare, vt vnum, quam vt plures, & quod ſint vnus ſpirator, quam quòd plures, vt bene dixit Magiſter prædictus ſeſe corrigendo non tamen
n. 60. quin etiam bene dicatur, quòd ſint plures. Quod videtur negare ex hoc, quod auctoritatem Hilar. quæ dicit, *quod à patre, & filio auctoribus procedit Spiritus Sanctus*, exponit; Dicendo, quòd ibi ponitur ſubſtantiuum pro adiectiuo. Quod non oportet dicere, quia bene dicuntur duo ſpiratores, eo quòd in illa vi ſpiratiua propter connotatum ſunt plures, & propter principale ſignificatum ſunt vnum, vt ſecundum hoc ſint plures vniti, & vlterius quia propter rationis differentiam in amore mutuo ſunt ſibi inuicem vinculo amoris connexi, idcirco Spiritus Sanctus procedit ab ipſis, vt à connexis, & in quantum duorum affectus amoris incendio in vnum conflatur, vna ſcilicet fœcunditate connexorum producendo ipſum Spiritum Sanctum, ipſe Spiritus Sanctus dicitur nexus amborum, & procedere vt nexus amborum, in quo ſcilicet ambo perfecte connectuntur, vt ratio iſtius nexus ſit, quod procedit à duobus, non ſolum, quia vt ſunt vnum in vi ſpiratiua, ſic enim creatura diceretur potius procedere à tota Trinitate, vt nexus, quia procedit a tribus ſecundum quòd ſunt vnum, nullam diſtinctionem connotando circa illam vnitatem, vt dictum eſt, ſed cum hoc, quia n. 52. vt ſunt plures. Niſi enim ſecundum dictum modum procederet ab eis vt ſunt vnum, & vt ſunt plures nullo modo diceretur procedere ab eis per modum nexus.

68. Vlterius, quia procedit ab eis, vt ſic aũt n. 53. connexi, & in voluntate concordes, & in amore mutui, & per hoc voluntas, & amor habent fœcunditatem eliciendi amorem procedentẽ; ita quòd ſi huiuſmodi voluntate, & amore non eſſet talis aſſociatio, & plurium concurſus, huiuſmodi fœcunditatem non haberent, & talis nexus, & aſſociatio nullo modo poſſunt eſſe circa voluntatem huiuſmodi, vt eſt in ſola perſona patris exiſtens, idcirco patet, quòd circumſcripto filio à ſola perſona patris impoſſibile eſſet procedere Spiritum Sanctum, vt non ſolum ſit neceſſe ponere, quod Spiritus Sanctus procedit etiam a filio, quia propter proceſſionum naturalem ordinem neceſſe eſt filio communicari voluntatem à patre, qua neceſſe habet ſpirare Spiritum Sanctum, ſecundum quod procedit ratio ſuperius poſita, ſed etiam, n. 12. & ſeq. quòd neceſſe ſit ipſum procedere à filio ſi debeat procedere à patre, quia in ſolo patre etſi eſt ipſa voluntas, quia tamen non eſſet mutua, non eſſet fœcunda, vt non ſolum ſit impoſſibile circumſcribere filium a productione Spiritus Sancti, & ponere ipſum ſic procedere a ſolo patre ſicut procedit filius, immo ſit etiam incompoſſibile, quia non ſolum impoſſibile eſt filium circumſcribi ab actu ſpirationis, immo hoc poſito per impoſſibile cum hoc eſt etiam incompoſſibile, quòd Spiritus Sanctus ponatur ſpirari a ſolo patre.

69. Quod totum euenit ex conditione ſapientiæ a qua procedit filius, cuius perfectio hauritur ex corde proprio, & amoris, cuius perfectio non hauritur niſi ex corde alieno, vt prædictum eſt ſecundum Ricardum. In actu n. 47. autem

autem creandi non sic contingit sicut in actu spirandi. Quia enim ratio creandi præcisa est ipsa essentia vt est voluntas arbitrio libera absque omni connotatione distinctionis, & pluralitatis personarum, quæ vniformiter habet esse in singulis personis, & in tribus, propter hoc circumscriptis ab actu creandi per impossibile duabus personis, non est incompossibile ponere tertiam posse creare per se solam, & hoc quia creare non conuenit personæ diuinæ ratione qua vna vel plures, sed ratione qua est persona diuina simpliciter. Ita quòd si intelligitur in Deo solum vna persona absoluta sicut intelligunt Iudæi, & gentiles, ponendū esset illam posse creare. Propter quòd dicunt quidam, quòd tota Trinitas, & quælibet persona in ea creant, non quia talis, sed quia Deus, & hoc non solum quia in Deo sunt vnum in substantia, quia substantiæ non conuenit creare, vt dictum est, sed quia Deus supponit indeterminate pro persona cum hoc quòd significat substantiam.

n.15. 70. Quod ergo arguitur contra membra diuisionis in argumento, quòd à patre, & filio procedit Spiritus Sanctus vt ab vno spiratore, quia spirator est denominatio ab actu vt egreditur a supposito, &c. Dicendum, quòd verū est, sed non ratione suppositi, vt actus ab ipso egreditur, sed ratione virtutis, & rationis elicitiuæ qua egreditur. Quare cum illa sit vna, licet connotat pluralitatem suppositorum circa se, vt dictum est, propter illam bene dicitur vnus spirator.

ibid. 71 Similiter, quod arguitur, quòd non vt à duobus spiratoribus, quia spirator importat rationem principij, & non spirant vt duo principia: Dicendum, quòd non est simile de nomine spirator, & de nomine principij, licet ambo assumuntur ab eodem, scilicet a vi communi elicitiua actus, quia ratio principij sumitur præcise à vi elicitiua, vt elicitiua est. Nunc autem (vt dictum est) vis illa completiuè elicitiua est, vt supposita in ipsa habent vnitatem; plures enim vt plures omnino nunquam possunt principiare vnum simplicem effectum. Ratio autem spiratoris sumitur non præcise à vi elicitiua, vt completiuè elicitiua est, & supposita in ipsa vnitatem habent, sed vt circa huiusmodi vnitatem eorum distinctio, & pluralitas connotatur. n.47. Quia (vt dictum est) vis illa quæ est voluntas, actuali amore quasi informata, ratio eliciendi actum spirandi non potest esse præcisa quia voluntas est, & amor duorum, sed quia voluntas concors est, & amor mutuus, vt propterea quamquam spirator includat in se rationem principij, addit tamen in suo significato ordinem ad personas, vt sunt distincti, non vt sunt elicientes actum, sed vt concordes, & mutui in ratione elicitiua, propter quod potest spirator prędicari pluraliter, n.65. & non autem principium, vt dictum est. seq.

72 Patet etiam ad illud quod iuxta hoc assumebatur de creatore, quòd secundum præ- n.18. dicta non est simile.

73 Ad illud quod arguitur, quòd spiritus sanctus procedit a filio, non è conuerso, concedendum est, quia ratio illa explicat bene causam illius, quia nisi esset ordo ille principiorū duorum emanantium, non esset ratio quare potius spiritus sanctus procederet à filio quam è conuerso. Aliam autem rationem huius exponit Anselmus de processione spiritus sancti, quæ est ad impossibile. & à posteriori, *quia* (vt dicit) *si filius procederet à Spiritu Sancto, esset filius eius.* Quod proculdubio verum esset si ordine isto voluntas præiret intellectum quo voluntatem præit intellectus, tunc enim persona, quæ non est ab alia, & quæ est ab illa per voluntatem, cōmuni notione essent pater filij, sicut modo communi notione sunt spirator spiritus sancti. n.18. c.4.

74. Secundum eundem modum est concedenda ratio Ricardi, quòd vnus eorum necessariò procedit ab altero, & hoc ratione prædicta ostensiua exigente, non autem propter rationes Anselmi, aut Ricardi, nisi tanquam propter illas, quæ declarant inconueniens, nisi sic fieret, vt dictum est. n.53.

75. Ad vltimum, quòd secundum Augustinum 9. de Trinitate, *partum mentis præcedit appetitus.* Dicendum, quòd ad literam ibi loquitur Augustinus de partu mentis per discursum, & inquisitionem præcedentem, quia, vt dicit ibidem, *inquisitio appetitus est inueniendi, qui procedit à quærenti, & pendet, neque requiescit in fine quo intenditur, nisi id quod quæritur inuentum quærenti copuletur. Nam voluntas dici potest, quia omnis qui quærit inuenire vult, & si id quod quæritur ad notitiam pertinet, omnis qui quærit nosse vult,* vbi sequitur. *Ergo partum mentis antecedit appetitus, quo id quod nosse volumus quærendo, & inueniendo nascitur proles ipsa notitia.* Sed ille appetitus est amor volūtatis imperfectus, sicut & est cum notitia imperfecta. Sed est alius amor perfectus, qui coniungitur perfectæ notitiæ, quæ proles dicitur, de qua continuo subdit. *Idemque appetitus quo inhiatur rei cognoscendæ, fit amor cognitæ dum tenet, atq; amplectitur placitam prolem idest notitiam, gignentique coniungit, & est quadam imago trinitatis ipsa mens, & notitia eius, & amor tertius.* Talis autem processus in diuinis non est, dicente Augustino 15. de Trinit. cap. 26. *Nunquid possumus quærere, vtrum iam processerat de patre Spiritus Sanctus quando natus est filius, an nondum processerat, & illo nato de vtroque processit, vbi nulla sunt tempora, sicut potuimus quærere, vbi inuenimus tempora, voluntatem prius de huma-* n.14. c.vlt.to.3 10.3.

mente procedere, vt quæratur quod inuentum proles vocetur, qua iam parta siue genita voluntas illa perficitur, eo fine quiescens, vt qui fuerat appetitus quærentis sit amor fruentis, qui iam de vtroque idest de gignente mente, & de genita notione, tanquam de parente, ac prole procedat. Non possunt prorsus ista ibi quæri, vbi nihil in tempore inchoatur, vt consequenti perficiatur in tempore. Et sic breuiter secundum Augustinum 15. de Trinitate, illud dictum eius in 9. de Trinitate diuinis emanationibus non potest applicari ad probandum, quòd voluntas præcedat notitiam, & per consequens Spiritus Sanctus filium, vt procedat ab illo.

76. Verùmtamen intelligendum, quòd omnibus illis, quæ inueniuntur in nobis ex parte intellectus, & voluntatis, & per discursum temporis, in Deo inueniuntur correspondentia in permanentia æternitatis. Est enim in Deo quædam notitia essentialis in patre, quemadmodum in nobis est prima notitia rei incompleta, quæ omnem appetitum, & amorem præcedit, & primo excitat appetitum amoris ad inquirendum de cognito notitiam perfectam. *Nemo enim*, vt dicit lib. 15. cap. 27. *vult quod* sup. n. 45. *omnino quid, vel quale sit nescit.* Illi amori in nobis respondet in patre amor essentialis, cui complacet in verbi conceptu de mente paterna quasi informata actuali notitia essentiali, & respondet ista complacentia appetitui in nobis inquirenti notitiam perfectam, qua habita voluntas illa perficitur, & fit amor fruentis, & de gignente mente, & genita notitia procedens, cui respondet in diuinis amor procedēs, qui est Spiritus Sanctus. Et sic in diuinis partum mentis ordine quodam præcedit appetitus, scilicet amoris essentialis in voluntate patris, vt solius patris, ille tamen non est amor ille, qui est Spiritus Sanctus, sicut nec amor perfectus est ille amor procedens, nisi quòd ille amor personalis habet in se amorem essentialem, sicut & omnia alia essentialia, & ille amor n. 33. 46. in nobis perfectus continet in se illum amorem prius imperfectum, vt dictum est, & sic nunquam est amor, nisi procedat de notitia sibi correspondente, essentialis scilicet de essentiali, & personalis de personali, ita etiam quod amor personalis procedere non possit nisi præuia notitia personali de qua eliciatur, vt habitū est supra.

77. Sed intelligendum, quòd amorem n. 33. 45. elici de aliquo potest intelligi dupliciter. Vno modo tanquam de eliciente actum. Alio modo tanquam de illo, quod est ratio eliciendi actum. Primo modo amor procedit de notitia ingenita, quæ pater est, & genita, quæ filius est. Sic etiam filius est notitia de notitia, genita scilicet de ingenita, dicente Augustino decimoquinto de Trinitate cap. 27. De horum to. 3. processu in nobis, *quando quod scimus dicimus, ex illo quod nouimus cognitio nostra formatur fitque in acie cogitantis imago simillima cogitationis eius quam memoria retinebat, ista duo scilicet velut parentem, & prolem tertia voluntate, siue dilectione iungente, quam ostendit de cognitione procedere.* Secundo modo amor procedit de voluntate personali mediante essentiali, sicut & notitia genita de intellectu mediante notitia essentiali.

Conclusiones ex Quæstione Sexta, Articuli Quinquagesimi quarti.

1. *Nunc confitendum est, quod Spiritus Sanctus emanet à filio. n. 20.*
2. *Spiritus Sanctus etiam si non procederet à filio, tamen distingueretur ab illo. num. 22.*
3. *Necessariò ordine naturæ productio Spiritus Sancti quasi præsupponit productionem filij. n. 34.*
4. *Ex necessitate naturæ diuinæ, Spiritum Sanctum necesse est procedere à filio. num. 36.*
5. *Spiritus Sanctus procedit à Patre, & filio, non vt sunt plura, sed vt sunt vnū num. 51.*
6. *Pater, & filius non solum spirant, vt sunt vnum, sed etiam, vt sunt plures inter se distincti, non principaliter, sed connotatiuè. ib. & 67.*

7. *Spiritus Sanctus procedit à Patre, & à filio tanquam ab vno principio.* n. 56. & seq.
8. *Pater, & filius possunt dici duo spirantes, non autem duo spiratores.* n. 60. & seq.
9. *Pater filius, & Spiritus Sanctus sunt tres creantes, sed vnus creator.* n. 65.
10. *Non possunt dici tres creatores connotatiuè sicut Pater, & filius duo spiratores connotatiuè.* n. 66. & seq.
11. *Vna persona in diuinis circunscriptis alijs posset creare, vna autem circunscripta alia non posset spirare.* n. 68 69.

QVAESTIO SEPTIMA.

Vtrum Persona, quæ communiter emanat ab illa, quæ non est ab alia, & ab illa quæ est ab alia, vt Spiritus Sanctus à Patre, & filio, emanet ab eis æquè primò, principaliter, & eodem modo.

Circa septimum arguitur, quod persona, quæ communiter emanat ab illa, quæ nō est ab alia, & ab illa, quæ est ab alia, vt Spiritus Sanctus à patre, & filio, non emanat ab illis æquè primò, quia quod conuenit principio, & principiato ordine naturalis originis conuenit eis, vt patet ex habitis supra. spirare Spiritum Sanctum conuenit patri, & filio, vt principio, & principiato, quia patri ex se, filio autem à patre, vt similiter habitum est supra, ergo &c.

a. 52. q. 1. n. 6. q. 2. n. 10 — sup. q. 6. n. 34.

2. Quod non æquè principaliter, quia dicit Augustinus 15. de Trinit cap. 17. & 26. *quòd Spiritus Sanctus principaliter procedit de patre.* Item Hieronymus dicit, *quòd Spiritus Sanctus procedit propriè à patre*, vt ostendit Magister 1. Sententiarum distinctione 12. in cap. *Ex eodem*, triplici auctoritate, sed non dicitur propriè procedere a patre, nisi ad differentiam aliquam, quòd non procedit ita propriè à filio, cum autem procedit aliquid a duobus, ab vno propriè, ab alio non propriè, principaliter procedit ab illo à quo procedit propriè, ergo &c.

to. 3. — epist. ad Cu. to. 4. — lit. D.

3. Quod non æque immediatè, arguitur, quia procedit à patre per filium, vt ostendit Magister distinctione dicta cap. *Forte*, pluribus auctoritatibus Hilar. Nihil autem æque immediate procedit à duobus, quando ab vno procedit per alterum, ergo &c.

lit. E.

4. Quod non æque per se, quia quod per se conuenit alicui, conuenit ei non ab alio, sed filio conuenit spirare ab alio sicut, & esse, vt à patre, patri autem à se, ergo &c. q. 6. n. 38

5. Quod non eodem modo, arguitur primo sic, quia procedit à patre amore procedente in filium, à filio autem è conuerso amore procedente a se in patrem, vt dictum est supra. Amor autem est ratio procedendi Spiritum Sanctum ab vtroque, non autem idem modus ille, & ille, ergo non est idem modus ratione procedendi Spiritum Sanctum ab vtroque, sed vbi non est ratio penitus eiusdem modi, nec idem modus procedendi, ergo &c. ib. n. 55.

6. Secundò sic, causa primaria, & secundaria non producunt eodem modo effectum vnum, secundum primam propositionem de causis, pater in productione Spiritus Sancti est causa primaria, filius quasi secundaria, quia filius habet à patre quod producit Spiritum Sanctum, ergo &c. to. 3. — sup.

7. Tertiò sic, propter quod vnumquodque tale, & illud magis, si ergo filius spirat propter patrem a quo habet, magis ergo spirat pater, quare non eodem modo.

8. Contra, quæcunque sunt vnum simpliciter in agendo aliquem actum, agunt æquè primò, principaliter, immediate, per se, & eodem modo, quia opposita horum non habent locum in eodem simplici, pater, & filius sunt vnum simpliciter in spirando Spiritum Sanctum,

q.6.n.51 ctum, vt habitum est supra, ergo &c.
9. Dicendum ad primum argumentum
iuxta prædicta in principio dissolutionis quæ-
q.5.n.5. stionis præcedentis, quòd sicut multitu-
dinem procedentem ab vno oportet ordine
quodam reduci ad vnum vnde ambo proce-
dunt, vt ideo non æquè primò possint plures
procedere ab vno, secundum quòd ibi declara-
tum est: Sic ex parte ista pluralitatem à qua
procedit vnus, oportet ordine quodam reduci
ad vnum, vnde ambo procedunt, scilicet & ille
vnus, qui ab ambobus, & similiter alter illorũ
à quo ille vnus procedit, vt ideo non æquè pri-
mò possit vna persona procedere à pluribus.
Veruntamen aliter hic quam ibi. Ibi enim
nullo modo duo sic æquè primò procedunt ab
vno, quin sit ibi aliquis ordo, vt ibi expositum
est. Hic vero quodammodo sic, & quodam-
modo non. Iuxta enim quandam distinctio-
q.6.n.67 nem in quæstione præcedente positam, *ly æquè
primò* potest determinare actum spirandi, vt re-
fertur ad agens, vt agens est præcisè eliciens a-
ctum, intelligendo potentiam spirandi ex par-
te actus, & includi sub illa determinatione,
vel vt refertur ad agens eliciens actum vi spi-
ratiua, vim spiratiuam intelligendo ex parte
agentis non inclusam sub illa determinatione.
Primo modo dico, quòd pater, & filius non æ-
què primò spirant, sed ordine quodam, scili-
cet quo habent vim spiratiuam pater scilicet à
se, filius à patre, sic enim conuenit patri primò
spirare, & filio secundariò, & hoc non ratione
ipsius actus, sed ratione virtutis spiratiuæ in-
tellectæ circa actum, quam ordine quodam ha-
bent pater, & filius, quia filius à patre, quem-
admodum secundum Hilar. filius est secun-
dus à patre, inquantum habet esse à patre. Se-
cundo modo dico, quòd pater, & filius æquè
primò absque omni ordine spirant, quia sunt
q.6. n.56 vnum principium in origine spirationis, vt su-
pra dictum est. Argumentum contra hoc in-
ductum solum procedit in primo membro di-
n.1. stinctionis, vt patet inspicienti.
n.2. 10. Ad secundum argumentum de princi-
paliter, distinguendum est distinctione iam po
sita, & eodem modo est vera, & falsa. Vnde
Augustinus cap. 17. subdens quare dixit *prin-
cipaliter*, dicit. *Ideo addidi principaliter, quia
& de filio Spiritus Sanctus procedere reperitur, sed
hoc quoque illi pater dedit*. Et cum principali-
tas dicitur quadrupliciter, scilicet Virtute quẽ
admodum pater principaliter generat non ma
ter, vt in creaturis. Actione, quemadmodum
forma ignis principaliter generat ignem
non calor eius. Dignitate, quemadmodum
causa primaria, & vniuersalis principaliter agit
respectu causæ secundariæ, & particularis. Et
auctoritate, quemadmodum princeps princi-
paliter præcipit respectu Baliui, solum isto mo
do vltimo sumitur principalitas in diuinis. &
in proposito licet non omnino eodem modo, a.57.q.2.
vt infra declarabitur, & sic conuenit principa- a.60.q.9.
litas soli patri nõ solum in spirando, sed in om
ni actione, quam communiter agit cum alia a.39.q.7.
persona vna, vel pluribus, quia nomen aucto- n.11.
ris propriè non conuenit alicui respectu alte-
rius, quin habeat ex se, quòd alter procedit ab
ipso, dicente Hilar. 4. de Trinit. *Ipse quo pater* col.5.
*dicitur, eius quem genuit auctor ostenditur id ha-
bens nomen quod neque ex alio profectum intelli-
gatur, & ex quo is, qui genitus est substitisse do-
ceatur*. Vnde si pater haberet esse ab alio, non
principaliter diceretur auctor filij, & propter
hoc secundum quod dictum est supra, filius ea q.6.n.58
quæ sibi conueniunt, patri solet ascribere. Ex-
tendendo tamen nomen auctoris dicit Hilar. 2 de Trin.
quòd Spiritus Sanctus procedit à patre, & filio c.15.
auctoribus, appellando auctorem omnem illũ
à quo habet alius esse, & sic Spiritus Sanctus nõ
dicitur auctor, nisi respectu creaturarum. Et
quia in isto modo auctoris non concurrit au-
ctoritas dignitatis, quemadmodum concurrit
in principe respectu Baliui, ideo in diuinis au-
ctoritati in vna persona non respondet subau-
ctoritas in altera, secundum quòd inferius de- a.57.q.2
clarabitur, sicut auctoritati in principe respon-
det subauctoritas in Baliuo, & hoc quia in Ba-
liuo sub inferiori gradu recipitur potentia re-
gis quam sit in ipso, in diuinis autem penitus
æqualis virtus ab auctore recipitur in eo, qui
ab ipso est, & sic patet quòd in primo mem-
bro distinctionis prædictæ procedit dictum
Augustini.
11. Et similiter potest distingui dictũ Hie- n.2.
ronymi, & in sensu eiusdem membri proce-
dit. Quamquam propriè tripliciter dicitur.
Vno modo secundum quòd distinguitur con-
tra participatiue, quemadmodum Deus dici-
tur esse propriè, quia essentialiter, & omnia a-
lia participatiuè. Alio modo contra commu-
ne, quemadmodum risibile dicitur proprium
homini, quia non est ei cum alio aliquo com-
mune. Tertio modo contra ab alio esse, quem
admodum ille propriè dicitur regnare, qui ex
se habet esse rex, à nullo alio habendo, quòd re
gnet, non autem ille, qui ab alio habet, & te-
net regnum suum. Et in omnibus istis modis
dicit specialem modum habendi aliquid, tamẽ
in diuinis non accipitur, nisi iuxta tertium mo
dum eius quod est proprie, & sic solus pater di-
citur proprie spirare Spiritum Sanctum, quia
à seipso non ab alio habet, quòd spirat eum, nõ
autem filius, quia habet à patre.
12. Ad tertium argumentum de æquè im- n.5.
mediatè, dicendum secundum prædictam di-
stinctionem, quod si refertur ad agentes ratio-
ne virtutis in ipsis, sic æquè immediatè proce-
dit ab ambobus, quia illa vnica est, & æquè sim

plex in ambobus, in qua nulla poteſt cadere mediatio. Si vero ratione qua agentes ſunt, ſic dupliciter contingit loqui de ipſis. Vno modo inquantum vterque illorum virtutem ſpirandi habet in ſeipſo, & ſic ambo æquè immediatè ſpirant. Alio modo inquantum filius habet à patre, quòd ſpirat, ſic pater ſpirat mediante filio, & ſecundum hoc non æquè immediatè, & non eſt contradictio neque contrarietas, quia eſt ſecundum diuerſas rationes, & conſiderationes. Et cum medium pluribus modis reperiatur, medium in propoſito eſt ſolum medium naturali ordine, quia ordine tali filius vim ſpiratiuam habet à patre, vt patet ex
q.6. ſupra determinatis. Vnde etiam cum pluribus modis dicatur aliquis operari per alium, vt
a.35.q.7 ſupra declarauimus in quæſtione de vniformitate diuinarum actionum, in propoſito ſecũdum eandem rationem, qua pater dicitur ſpirare mediante filio, etiam dicitur ſpirare per filium, vt confirmat Magiſter Sententiarum 12. diſtinctione prædicta auctoritatibus Hila.
lit.E. in cap. *Forte*, vt pater dicatur ſpirare per filiũ, quia vis ſpiratiua ſub eadem ratione præciſa, qua conuenit patri in ſpirando Spiritum Sanctum, conuenit, & filio in ſpirando eundem, præter hoc quòd illam habet pater ex ſe, & filius a patre habet eam, vt patet ex iam determinatis, & iam amplius declarabitur. Nec eſt inconueniens, quòd ab vna perſona ſic procedat alia mediatè, & immediatè, quia hoc eſt ſecundum diuerſum modum, quoniam eandem virtutem, quam alteri dat mediante quo ſpirat, etiam ſibi retinet, vt per ipſam immediatè ſpirare poſſit. Et per hoc patet ad argumentum contra hoc.

13. Eſt autem intelligendum ad intellectũ huius propoſitionis, pater ſpirat, vel agit aliquid per filium, quòd hæc præpoſitio *per* ſemper circa ſuum cauſale notat aliquam rationẽ cauſalitatis ſuper actum quem determinat, ſed illam cauſalitatem quandoque notat ſuper actum, vt fluit ab agente, & ſic etiam aliquam cauſalitatem circa id per quod agit, & hoc, vel finalem, vt cum dicitur, quòd artifex operatur per amorem lucri, vel formalem, vt cum dicitur, quòd operatur per artem, vel efficientem, vt cum dicitur, quòd balliuus aliquid agit per regem, vel materialem, vt cum dicitur homo pati per potentiam paſſiuam. Et nullo iſtorũ modorum pater agit per filium, quia filius nullam habet cauſalitatem ſuper actum aliquem, vt egredi habet à patre, vt ſit ratio, cauſa, vel principium egrediendi actum ab ipſo. Immo iſto modo quaſi ſecundum genus cauſæ efficientis filius è conuerſo dicitur agere quæcunque agit per patrem, vt expoſitum eſt in quæ-
a.39.q.7 ſtione prætacta, quia pater eſt ratio, & principium, quòd actus quicunque egrediatur à filio, eo quòd virtutem ad hoc habet ab ipſo. Quandoque vero notat illam cauſalitatem ſuper actum ſolummodo, vt tranſit in effectum ſiue in principiatum, & hoc contingit tripliciter. Quandoque enim illud per quod aliud agit habet virtutem aliquam agendi ex ſeipſo, quæ fortificatur per virtutem alterius, ſic rex dicitur agere per Balliuum. Quandoque autem nihil habet virtutis in agendo ex ſe, ſed ab alio, & hoc dupliciter, quia aut recipit virtutẽ defluentem ab illo, & aliam, ſicut artifex operatur cultellum per malleum, aut recipit eandem. Iſto modo agit per filium, & eiſdem modis quibus dicitur aliquid agere per aliud, & mediante illo, & ſecundum idem genus cauſæ, vt patet inſpicienti.

14. Ad quartum de per ſe, dicendum, quòd a.4.
ly per ſe poteſt ſumi in propoſito orationaliter, vt *ly ſe* ſit pronomen reciprocum, & dictionaliter, & ſignificatiuè ſecundum ſe, vel dictionaliter, vt ſit quædam aduerbialis circunlocutio determinans prædicatum in relatione ad rationem, ſiue ad cauſam inhærentiæ prædicati in ſubiecto, & *ly ſe* non ſit dictio ſecundum ſe ſignificatiua, ſed ſolummodo pars dictionis. Si primo modo, dicendum, quòd pater, & filius eius per ſe ſpirant Spiritum Sanctum, licet nõ ambo æquè a ſe, quia vterque eorum ſpirat per eſſentiam diuinam, quæ ſua eſt, & ideo per ſe, licet pater eam habeat à ſe, filius autem à patre, & propter hoc dicitur, quòd pater ſpirat à ſe, non ſic autem filius. Et ſecundum hunc modum pater æque per ſe generat, & ſpirat inquantum ambo immediatè agit, licet non ſic inquantum alterum eorum agit per alium, vt quòd ſpirat per filium, quemadmodum non æquè principaliter pater generat, & ſpirat, inquantum ſpirat per filium, vt habitum eſt ſu- a.39.q.7.
pra ſecundum Ricardum. Si autem ly per ſe accipiatur dictionaliter, dicendum, quòd cum (vt dictum eſt in prænotata quæſtione) *per* pluribus modis accipiatur, & ſecundum multiplex genus cauſæ (vt etiam iam expoſitum a.15.
eſt in modis dicendi per ſe) accipi poteſt ſecundum omne genus cauſæ, vt patet ex primo c.4.m.3.
poſteriorum, ſed in propoſito non pertinet niſi ad modum per ſe ſecundum genus cauſæ formalis, quia per ſe eſt conditio medij, ſiue rationis inhærentiæ prædicati in ſubiecto, & hæc in propoſito eſt ipſa vis ſpiratiua, vt habitum eſt. Et dicitur aliquid agere per ſe, quoniam habet eſſentialiter in ſe, vt aliquid ſui id quo agit, & quæ æque eſſentialiter habent illud in ſe, æque eſſentialiter dicuntur agere propter illud per ſe, vt non habeat hic locum diſtinctio prætacta prædictis articulis applicata.

15. Quare cum pater, & filius æque eſſentialiter habent in ſe vim ſpiratiuam Spiritus Sancti, quemadmodum dicitur Ioan. 5. *Sicut* D.26.

pa-

pater habet vitam in ſemetipſo, ſic dedit, & filio vitam habere in ſemetipſo. Sic poteſt dici, ſicut pater habet vim ſpiratiuam in ſemetipſo, ſic dedit filio habere vim ſpiratiuam in ſemetipſo, & hoc æque eſſentialiter vtrobique iuxta quod Auguſtinus exponit prædictum verbum ſuper
tr. 9. n. 22. Ioannem. *Ait in ſemetipſo, vt non participatione viuat, ſed vt communiter viuat, & ipſe omnino ſit vita. Quid intereſt? quia ille dedit, ille accepit.* Propterea igitur æque per ſe pater, & filius ſpirant Spiritum Sanctum, & hoc iuxta ſecundum modum dicendi per ſe, quemadmodum illa eſt per ſe, pater eſt Deus iuxta primũ modum dicendi per ſe. Nulla tamen illarum, pater eſt Deus, pater ſpirat, filius eſt Deus, filius ſpirat, eſt per ſe, & primò, quia nulli illorum ratio inhærentiæ prædicati in ſubiecto propria eſt, ſed communis ambobus, & ſic vtrique conuenit per ſe, quemadmodum in demõſtratiuis communis paſſio per communem cauſam conuenit pluribus, quemadmodum commutabilis proportio conuenit numeris, & magnitudinibus, ſicut dicit Philoſophus in primo poſteriorum. De illo autem prædicatur tale commune ſolummodo primò, & per ſe, quod eſt commune vtrique illorum, ſiquid fuerit tale, iſta enim eſt per ſe, & primo pater generat, & propter hoc licet pater æquè immediatè generat, & ſpirat, vt iam dictum eſt, non tamen æque per ſe generat, & ſpirat, ſecundum quod *per ſe* ſumitur dictionaliter.

n. 4. 16. Ad obiectum in oppoſitum, quod conuenit alicui per ſe, non conuenit ei ab alio, dicendum, quod aliquid conuenit alicui à ſe, ſiue ex ſe formaliter, ſiue effectiuè, ſiue principatiuè. Primo modo conuenit vtrique illorum ex ſe, quòd ſit Deus, & quod ſpirat, quia per id quod eſt forma eſſentialis in ipſis. Et quod ſic non conuenit alicui ex ſe, ſed ſolum ab alio, non conuenit ei per ſe. Secundo autem modo filio nihil conuenit ex ſe, quia non habet niſi quod habet a patre, ſed quod ſic principatiuè habet à ſe, bene habet formaliter ex ſe, & ita per ſe.

n. 5. 17. Ad quintum argumentum de eodem modo, dicendum, quod hic non habet locum prædicta diſtinctio, quia modus actionis ſolũmodo reſpicit modum emanandi ipſam à virtute agentis. Sed eſt hic diſtinguendum de ipſa actione, quoniam dupliciter poteſt circa ipſam conſiderari modus, ſecundum duplicem comparationem quam habet. Vno modo ſecundum quod per virtutem agentis emanat ab ipſo, alio modo vt tranſit in terminum ſiue obiectum. Primo modo non eſt difformitas ex parte actionis in diuinis vbi perſonæ agunt immutabili neceſſitate ſecundum modũ virtutis ſuæ, niſi ſit aliqua diuerſitas in virtute qua agunt. Iſta autem virtus in actione ſpirandi, quæ eſt concors voluntas duorum in mutuo amore vnius in alterum (vt dictum eſt
ſupra) poteſt conſiderari dupliciter, vno mo- q. 6. n. 47
do ratione principalis ſignificati voluntatis, & amoris, alio modo ratione connotati ex parte voluntatis per hoc quod intelligitur concors, & ex parte amoris, per hoc quod intelligitur mutuus. Primo modo cum voluntas, & amor, & ratione eſſentialis in ipſis, & ratione reſpectus notionalis ſub quo ſunt ratio ſpirandi, ſunt vnum, & ipſum in patre, & filio, & ſunt pater, & filius vnum principium, ſe-
cundum hoc (vt habitum eſt ſupra) & ex eo- ib. n. 56.
dem, ſecundum quod idem non eſt nata procedere actio vna niſi vno, & eodem modo: dico, quod pater, & filius ſpirant Spiritum Sanctum omnino vno, & eodem modo, dicente
Auguſtino 15. de Trinitate cap. vigeſimo ſeptimo. *Spiritus Sanctus ſimul de vtroque procedit,* to. 3.
quamuis hoc filio pater dedit, vt quemadmodum de ſe ita de illo quoque procedat. Cuius rationem ſubdit dicens. *Sicut pater cum habeat vitam in ſemetipſo, dedit, & filio habere vitam in ſemetipſo ſic dedit ei vitam, quæ Spiritus Sanctus eſt,*
procedere de illo ſicut procedit de ipſo. Et Ricar- l. 6. c. 13.
dus 6. de Trinitate dicit ſic. *Prorſus vno eodemmodo procedit tam a patre, quam à filio.* Siquidem vtrobique vna eademque per omnia ratio.

18. Si ſecundo autem modo conſideratur ratio ſpirandi ratione connotati circa voluntatem per hoc quod dicitur concors, cum cõcordia non eſt niſi in vniformitate, quo ad hoc iterum ambo ſpirant vno eodemque modo, & propterea Spiritus Sanctus non plus, nec minus, aut magis ſpiratur ab vno quam altero. Si vero conſideretur ratione cõnotati circa amorem ex hoc quod dicitur mutuus, cum ratione qua mutuus, reſpicit diuerſos terminos, quia ex hoc quòd eſt mutuus eſt patris in filium, & filij in patrem, quo ad hoc non vniformiter, aut eodem modo ſpirant. Sed iſta difformitas conſiſtit in ratione ſpirandi ſolummodo vt eſt in ſpirantibus ſe reciprocatiue amantibus, nõ autem vt reſpicit actum, & ideo nec redundat in ſpirandi actum, vel aliquo modo plurificatur propter ipſos, ſicut nec pluralitas eorum qui ſpirant.

19. Si vero conſideretur actus ſpirandi vt tranſit in obiectum, hoc poteſt eſſe dupliciter. vno modo vt tranſit in obiectum quod eſt terminus actionis conſtitutus per ipſam. Alio modo vt mediate illo tranſit in obiectum quod eſt terminus actionis tantum, & non conſtitutus per ipſam. Primo modo ipſe ſpiritus ſanctus eſt terminus actus ſpirandi procedens ab ipſo, vt perſona in ſe ſubſiſtens, & hoc modo vniformiter, & eodem modo procedit ab ipſis, quia nec plenius, nec perfectius ab vno quam ab altero. Secundo modo terminus actus ſpi-

ran-

randi sunt pater, & filius, qui mutuo sibi spirant, sicut & mutuo se diligunt. Per actum enim spirandi Spiritus Sanctus procedit vt persona in se subsistens, & sic vt terminus actus constitutus per ipsum. Procedit etiam à patre in filium, & à filio in patrem, vt in terminum actionis, qui est terminus tantum non constitutum per ipsam, & hoc ideo, quia procedit per modum amoris mutui, & ipse est amor procedens in quo completur mutuus amor eorum tanquam in eo quo mutuo se amant, & sic procedit à patre in filium, vt quo pater perfecte amat filium, & à filio in patrem, vt quo filius perfecte amat patrem, & ita est nexus amborũ quo mutuo perfecte se amant, non est enim amor nisi tendat in alterum. Hoc ergo modo inquantum spirant Spiritum Sanctum mutuo vnus in alterum, non omnino eodem modo spirant: sed hæc difformitas nec redundat in spiratum, nec in actum spirandi: quia solum consistit ex parte terminorum, scilicet patris, & filij, inquantum sibi mutuo spirant Spiritũ Sanctum, vt dictum est. q6. n.47

Conclusiones ex Quæstione Septima, Articuli Quinquagesimi quarti.

1. *Ratione virtutis spiratiuæ Pater, & filius non æquè primò spirant, sed ordine quodam.* n. 9.
2. *Ratione principij Pater, & filius æquè primò absque omni ordine spirant.* ibid.
3. *Eodem modo dicendum est de principalitate auctoritatis.* n. 10.
4. *Solus Pater dicitur propriè spirare Spiritum Sanctum.* n. 11.
5. *Spiritus Sanctus procedit à Patre, & à filio æquè immediate, sed etiam à Patre mediante filio.* n. 12.
6. *Pater, & filius per se spirant Spiritum Sanctum, licet non ambo æquè à se.* num. 14.
7. *Æquè per se Pater, & filius spirant Spiritum Sanctum.* n. 15.
8. *Ratione principij Pater, & filius spirant Spiritum Sanctum omnino vno, & eodem modo.* n. 17.

QVAESTIO OCTAVA.

Vtrum à qualibet dictarum trium Personarum emanet aliqua alia.

Circa octauũ arguitur, quòd à qualibet dictarum trium personarum aliqua alia emanat, sic, de ratione perfectionis personæ in diuinis est, quod ab ipsa emanat alia persona, vt dictũ est supra. Sed æqualis perfectio est in qualibet diuinarum personarum, etiam eum emanauerit alia persona ab ipsa, persona enim emanans nihil diminuit de virtute eius à qua emanat, ergo à qualibet diuinarum personarum emanat alia etiam cum aliqua emanauerit ab eadem. q.8.

2. Secundò quòd à qualibet personarum emanantium emanat alia sibi consimilis omnino, quoniam à persona a qua alia emanat, cõmunicatur personæ emanãti substantia illius, vt habitum est supra. Sed non communicatur substantia nisi simul communicetur eius virtus, & potentia, eadem autem virtute, & potentia natum est simile emanare ab illo in quo est, ergo &c. ibid.

3. Quod confirmatur per hoc quod dicit Apo-

A.3. Apostolus Hebr. primo de filio Dei. *Cum fit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portásque omnia verbo virtutis suæ*, &c. Est ergo verbum aliquod virtutis filij, quo omnia portat, verbum autem, quo omnia portantur non potest esse nisi verbum infinitum, & increatum, & æternum, est ergo aliquod verbum infinitum, æternum, & increatum virtutis filij, tale autem non est nisi verbum personale procedens à virtute filij, à virtute autem filij non procedit verbum nisi sit uerbum filij, non est autem uerbum in diuinis nisi sit filius, à ueibo ergo in diuinis procedit uerbum, & à filio filius, ergo &c. Et eodem modo potest argui ex parte Spiritus Sancti in producendo alium Spiritum Sanctum.

4. Tertiò sic, filius aut potest generare aliū filium, aut non potest, non est dicendum, quód non potest, quia omnipotens est, & dicit Ricardus tertio de Trinitate cap. 4. *Omnipotens per impossibilitatem excusari non potest*. Item Augustinus contra Maximinum libro tertio cap. 12. dicit sic. *Filius non genuit, non quia non potuit, sed quia non oportuit*, hoc autem non esset verum nisi quia potuit generare; si enim non potuit generare verum esset, quod non generauit quia non potuit: si ergo potuit generare, ergo generauit, quia in æternis non distant potentia, & actus, & eo etiam in eis potentia à nullo est impedita nisi forte à voluntate, & tunc si filius potuit generare, sed non generauit, hoc est quia non voluit, quod est impossibile, quia hoc esset magnus beneuolentiæ defectus, secundum Ricardum vbi supra, & haberet pater aliquam voluntatem secundum actum, quam non haberet filius. (margin: to.6.)

5. Quartò, quód in diuinis à qualibet persona a qua emanat vna persona potest emanare alia consimilis illi in persona, arguitur, quia in diuinis emanans ab alia, per hoc quod emanat ab illa nihil derogat potentiæ per quam emanat in persona à qua emanat, quod si sic, qua ratione producit per illam potentiam vnam personam, & eadem ratione illa producta aliam similem illi, quemadmodum videmus in patre humano, quód vno filio producto per suam potētiam generatiuam, nihil minus producere potest alium, & qua ratione in diuinis persona producta potest producere secundam, eadem ratione, & secunda producta potest producere tertiam, & sic in infinitum, ergo &c.

6. Quinto sic, idem actus intelligendi, qui conuenit patri, conuenit & filio, & Spiritui Sancto, quare, & consimiliter id quod super ipsum actum intelligendi fundatur ad productionem alicuius personæ, quare cum super actum essentialem intelligendi (vt dictum est supra, & iam amplius declarabitur in sequenti quæstione) fundetur notionalis dicendi; (margin: q.6. n.52 a.39.q.7. n.35.) actua ergo notionalis dicendi vniformiter conueuit tribus personis sicut, & actus intelligendi, & si sic, sicut pater actu dicendi profert verbum, quod est filius eius, & similiter filius, & Spiritus Sanctus, quare cum secundum Augustinum in principio de Trinitate, *nihil profert siue producit seipsum*, filius ergo alium filium à se producit, dicendo aliud verbum à se, & similiter Spiritus Sanctus, quia aliter illum produceret a quo producitur, quod est impossibile. (margin: to.3.)

7. Eadem ratione potest argui de spirare super velle, ad probandum, quod Spiritus Sanctus producat alium Spiritum Sanctum, & hoc vtrobique in infinitum.

8. Sexto arguitur specialiter, quód a Spiritu Sancto emanet aliqua alia persona, sic: non minoris efficaciæ sunt pater, & filius simul in producendo Spiritum Sanctum, quam sit per se solus pater in producendo filium, sed pater per efficaciam suam in producendo filium dat ei, quód possit aliam personam producere cum patre, ergo & propter efficaciam quam habent ambo in producendo Spiritum Sanctum, dabunt ei, quód communiter cum ambobus possit producere personam aliquam vlteriorem, & sic eadem ratione deinceps in infinitum.

9. In contrarium est fides catholica, quód si alia aliqua persona est emanans in diuinis à prædictis, non est in diuinis præcise Trinitas personarum.

10. Quæstio ista petit explicari in speciali rationem, quare in diuinis sunt tres personæ, & tantum tres, quod declaratum fuit in summa, & in generali in quæstione quadam super hoc mota in articulo præcedenti. Et est dicendum ad quæstionem propositam, quód ab aliqua dictarum trium personarum, quarum prima non emanat ab alia, sed ab illa emanat secunda, & simul ab vtraque tertia, non conuenit intelligere emanare aliquam aliam nisi per aliquem alium modum emanationis à prędictis, qui sunt modo naturæ, & voluntatis, aut per aliquem illorum duorum modorum, aut per vtrumque ipsorum. (margin: q.9.)

11. Primo autem modo qui principaliter pertinet ad prædictam quæstionem, non emanat ab aliqua illarum trium personarum aliqua alia persona, quia secundum supra determinata non conuenit ponere in diuinis aliquem alium modum emanationis, quód & si aliquis esset possibilis, secundum illum procederet aliqua alia persona, & si essent plures alij modi, secundum illos procederent plures aliæ, & hoc non solum ab aliqua illarum, sed ab omnibus simul, quia secundum prædeterminata diuersi modi emanandi in diuinis non possunt esse nisi ordinem quendam originis habeant inter (margins: ib.n.5. q.5. a.52.q.2. n.12.)

inter se, vt secundum determinationem superius habitam, à persona vnica, quæ non est ab alia, per primam emanationem procederet persona secunda, & ei communicarentur per hoc omnes alij modi, quibus a persona vna nata esset emanare alia, & ideo secundum modum emanandi à persona, quæ non est ab alia, & ab illa quæ est ab vnica simul, secunda emanatione emanaret tertia, & eadem ratione quarta ab illis tribus, & sic deinceps.

12. Secundò etiam modo qui pertinet specialiter ad istam quæstionem, non emanat ab aliqua illarum trium personarum aliqua alia, quia ab vnico modo emanationis nô potest in diuinis procedere nisi vnica persona, quotcúque ponantur in diuinis modi emanationum, siue duo prædicti tantum, siue plures finiti aut infiniti, dicente Ricardo 5. de Trinitate cap. 10. *Iuxta quamlibet differentiam impossibile est esse plus, quam vnam personam, nam à sola vna persona, non potest esse nisi vnica similiter persona: similiter quæ est tantum a gemina, non potest esse nisi vnica sola*, & sic deinceps si essent in diuinis emanationes plures duabus. Et sic in diuinis á sola vna persona non possunt procedere duæ personæ, sed vnica tantum, & secundum vnû modum emanandi, & a solis duabus personis similiter non nisi vnica, & secundum vnum alium modum emanandi. Ex quo concludit

ib. inf. vlterius subdens. *Sicut ergo in diuinitate non potest esse nisi vnica persona, quæ sit à seipsa, sic non potest esse plus quam vna quæ sit ab vna tantum persona, nec nisi vna sola, quæ non est nisi à gemina*. Quare cum in diuinis non sunt nisi duo modi emanationum, per quas non emanant nisi tantum duæ personæ, & præter illas

q. 1. secundum supra determinata non est nisi tantum vnica, quæ non est ab alia, idcirco irrefragabiliter concluditur, quod in diuinis non sunt nisi tres personæ, vna quæ à nulla emanat, & vna quæ emanat ab illa sola, quæ non emanat ab alia, & tertia à qua nulla emanat, & quæ communiter emanat ab illa, quæ est à nulla emanans, & ab illa quæ emanat ab alia. Aliter autem scilicet, quod à sola vna persona non potest esse nisi vnica, Ricard. ibidem assignat rationem ducentem ad inconueniens

ib. sup. talem. *Nam (vt dicit) si gemina tantum de*

sup. n. 35. *vna procederet, pro certo procedentium neutra alteri immediate adhæreret, quod est impossibile*. Et similiter si duæ tantum de duabus. *Quoniam* (vt dicit ibidem) *si quarta in deitate persona esse potuisset, proculdubio ex cæteris tribus eam originē habere immediate oporteret, alioquin alicui earū nō nisi mediatè germanitate cohæreret. Et si quinta persona ibi esse potuisset, similiratione de cæteris quatuor immediate procederet, & sic in cæteris, quantumcunque series intelligibiliter protrahatur*. Et procedit hęc ratio communiter siue de vnica sola persona ponantur duæ procedere, siue secundum vnum modum procedendi, siue secundum plures, & sic de cæteris.

13. Sed super eo quod specialiter pertinet ad propositam quæstionem, quòd scilicet secundum vnum, & eundem modum procedendi non possunt in diuinis procedere plures personæ, siue ab vna persona, siue a pluribus, ad hoc sunt aliæ speciales rationes. Quod enim secũdum vnum modum procedendi siue emanandi singularem, puta secundum vnam singularem actionem generandi emanarent duæ personæ, vt duo filij, hoc cisrum est impossibile, quia vna actio numero, & singularis, non est nisi ad vnum terminum numero singularē, vt hæc dealbatio non est nisi ad hanc albedinem, secundum Philosophum 5. Physicorum. t. 31. 10. 2

14. Similiter quòd secundum eundem modum emanandi specie, diuersum numero, puta secundum diuersas generationes, aut spirationes, ponantur emanare in diuinis diuersæ personæ numero in eadem specie conuenientes, vt duo filij, vel duo Spiritus Sancti, etiam omnino est impossibile. Quod declaratur duplici via. Vna ex parte eius, quod est quasi materia siue subiectum, aut fundamentum super quod fundatur actus emanationum, & circa quod habent esse, & ex quo habent esse, & ex quo habent produci personæ emanantes, & in quo habent fundari proprietates personarum emanantium. Alia est ex parte eius a quo procedũt, & eliciuntur actus emanationum.

15. Prima via sic, quicquid est in Deo essentiale, vnicum est, singulare, & simplex. Est enim diuina essentia singularis, & vnica, similiter intellectus diuinus, & voluntas, & intelligere, & velle, in quibus fundantur, & circa quę habent esse omnia notionalia, & personalia. Actus enim notionales, vt dicere, siue generare, & spirare, fundantur in actibus essentialibus, qui sunt velle, & intelligere, vt declarabitur in sequenti quæstione. Habent etiam esse circa diuinam essentiam, vt circa subiectum, & quasi materiam, & ex ipsa habent personæ produci, vt habitum est q. 5. n. 56 supra, & in ipsa habent fundari proprietates a. 15. q. 5. personales, paternitas, filiatio, & spiratio. n. 7. a. 19. q. 2. Quare cum illud, quod fundatur in aliquo n. 4 aut habere esse circa aliquid, aut produci ex eo, q. 4. n. 10 non potest plurificari secundum numerum simul, & in eodem instanti sub eadem specie nisi plurificato illo in quo fundatur, & circa quod, & ex quo habet esse. Verbi gratia, in creaturis. Cum enim actus videndi colorem fundatur super actum immutandi visum à colore, si vnica, & simplex est immutatio, simul in eodem instanti non potest esse nisi vnica

sim-

simplex visio. Similiter cum actus dealbationis est circa corpus, si corpus est vnicum secundum numerum, simul in eodem instanti non potest esse nisi vnica dealbatio. Similiter cum album fiat ex non albo, si subiectum non albú est vnum numero, in eodem instanti non potest ex ipso fieri, nisi vnum album, & vnico actu albationis. Similiter cum albedo fundetur in corpore, & similitudo in albedine, si corpus illud est vnum numero, non potest albedo fundata in ipso esse plures numero, & si albedo est vna numero, & similitudo fundata in illa, etiam si per illam referatur ad plures, quemadmodum vnicus pater vnica paternitate bene refertur ad plures filios. Oportet igitur, quòd sicut actus intelligendi, & volendi in Deo essentiales super quos fundātur actus dicendi, & spirandi notionales, simplices sunt, & singulares numero non potentes plurificari, similiter, & sicut diuina essentia vnica est, & simplex, & singularis circa quam habent esse, vt circa subiectum, & quasi materiam actus dicendi, & spirandi, & intelligendi: oportet, quòd consimiliter, & ipsi actus sint simplices singulares, & vnici: Consimiliter etiam personæ, quæ ex ipsa habent produci secundum modú supra determinatum, oportet quòd sint singulares, & vnicæ numero, & etiam ipsę proprietates personales, quæ in ipsa diuina essentia habent fundari, vt sic non sit plus possibile in diuinis esse plures generationes, plures filios aut plures filiationes, quam quòd in eadem materia numero essent in eodem instanti plures transmutationes numero sub eadem specie vel in eodem homine numero plures filiationes, vel quòd ratione esset plures filij vnus, & idem homo, & hoc maxime simul in vno, & eodem instanti, quemadmodum simul in eodem instanti æternitatis habent esse quæcunque sunt in ipso Deo.

16. Secunda via idem declaratur sic, in qualibet emanatione diuinæ personæ ita fœcunditas in persona producente exhausta est omnino in productione vnicæ personæ, vt nec in producente, nec in producto restet fœcunditas aliqua ad aliquam aliam emanationē productiuam personæ consimilis. Aliter enim illa persona secunda consimilis produceretur absque fœcunditate producentis, & esset principiatum productum absque ratione principiandi ipsum in principiante, quod est omnino impossibile. Illud autem ex parte intellectus in productione verbi, patet sic, & per simile, quod intelligatur ex parte voluntatis in productione Spiritus Sancti. Nam verbum quod in diuinis producitur, quia semper manens est, & similiter actus ipse producendi, & producens ipsum semper vniformiter se habet, ipso producto non posset restare fœcunditas ad aliud verbum producendum nisi possent esse duæ productiones omnino eiusdem modi, & eiusdem rationis simul, emanantes ex eodem principio, & circa idem omnino vniformiter se habens, cum omnis productio verbi in diuinis necessario est eiusdem rationis, sicut est omne verbum quod potest esse in diuinis, quemadmodum, & omnis actus intelligendi, & omnis productio filiorum in eadem natura, & omnes filij, & omnes filiationes etiā in creaturis. Illud etiam omnino est impossibile. Nam duas productiones omnino vnius, & eiusdem rationis esse circa idem omnino vniformiter, impossibile est, vt ostendit ratio præcedens, maxime ab eodem agente vniformiter semper se habente, quia hoc etiam impossibile est a diuersis agentibus, sicut impossibile est in creaturis vnam, & eamdem naturam numero omnino vniformiter semper se habentem simul, & semel siue ab eodem agente siue à diuersis pluribus motibus eiusdem speciei moueri. Impossibile est ergo quod eiusdem rationis sint in diuinis plures productiones, aut plures producti, & sic omnino secundum eundem modum procedendi non possunt in diuinis plures procedere personæ, secundum quod hæc omnia amplius pertractata sunt in quadam quæstione de Quolibet, an scilicet in Deo sint tres personæ, & tantum tres. quod. 6. q. 1.

17. Ad primū in oppositum, quod æqualis perfectio est in singulis psonis, ergo, & æqualiter, & vniformiter est personæ emanatio a singulis. Dicendum, quod in Deo differunt perfectio, & ratio perfectionis. Perfectio enim de puris essentialibus est, propter quod eadem est de singulis personis. Ratio autem perfectionis est modus habendi eam, secundum quem contrahitur ad personale, qui non est pluribus semper communis, secundum quod ea omnū est supra. Vnde quòd filius, & Spiritus Sanctus non generant, hoc non procedit ex imperfectione, sed ex perfectionis conditione, nam eadem est perfectio trium, sicut, & eadem certas, & ex eadem perfectione, & diuersa perfectionis conditione est, quod pater generet, & non generetur, & quod filius generatur, & non generat, solus enim pater habet eam ad generare, quia sub proprietate primitatis innascibilis, filius autem ad generari, quia sub proprietate nascibilis. n. 1.

18. Ad secundum, quòd persona à qua emanat alia communicat illi quæ emanat, suam substantiam, quare & virtutem, &c. Responsio ad hoc dependet à significato huius nominis virtus, siue potentia in diuinis. n. 2.

19. Ad cuius intellectum sciendum est, quòd large sumendo significatum, per nomen significatur aliquid dupliciter, vno modo, vt

à quo nominis sit impositio, alio modo, vt cui sit. Primo modo potentia non significat formaliter nisi respectum siue relationem, & quasi materialiter in suo significato includit id in quo fundatur huiusmodi respectus. Et
a.35.q.2. n.7. q.8.n.6. 10. hoc modo diximus supra, loquendo de potentia Dei in generali, quod non significat nisi respectum. Secundo autem modo loquendo de significato potentiæ, & hoc in speciali de potentia, quæ respicit in Deo actiones notionales personarum, sciendum, quòd cum in diuinis personis non sunt nisi substantia, & relationes reales, potentia non potest significare nisi aut substantiam tantum, aut relationem tantum, aut vtrumque simul. Non isto vltimo, quia significans substantiam cum proprietate non est nisi persona, & potentia de suo significato non importat personam. Substantiam tantum non potest intelligi significare nisi dupliciter, aut secundum se, aut sub ratione alicuius respectus. Primo modo non potest dici significare substantiam, quia substantia secundum se nullam habitudinem notat ad actum, quam necessario notat potentia,
ibid. vt satis declaratum est supra loquendo de potentia Dei in generali. Si ergo significat substantiam, hoc necessario est, vt sub aliquo respectu ad actum, quod necessarium est ponere, scilicet quod significat substantiam, vt id cui nomen imponitur, & non nisi substantiam, & hoc vt est sub ratione respectus, & non nisi vt est sub ratione respectus. Non nisi substantiam, quia non est potentia nisi id quo agens elicit actum, aut id de quo elicitur. Hoc autem non est nisi forma qua agens agit, & natura qua patiens patitur. Et non nisi sub ratione respectus, ita quod non sit ipse respectus potentia, sed sine quo non habet substantia rationem potentiæ. Propter quod licet substantia sit eadem sub diuersis respectibus, non tamen ipsa est eadem potentia, immo sicut ipsa sub respectu, hoc est quia sub tali respectu, est potentia simpliciter, sic quia est sub diuersis respectibus, est diuersæ potentiæ, & hoc quem-
a.41.q.4. n.8.9. admodum determinauimus alibi, quod anima licet sit vna substantia, tamen est diuersæ potentiæ, & tamen potentia non est nisi substantia animæ, & substantia animæ est suæ potentiæ, sicut etiam de prima materia, quòd licet sit vna substantia, est tamen plures potentiæ. Et per hunc modum dicit Philosophus loquens
c.11.m.9 Auer.ibi. de materia 12. Metaphysicæ. Cum agens est vnum, si materia esset vna secundum potentiam, & species vna secundum substantiam, generatum ex ea non esset nisi vnum.

20. Alij tamen considerantes, quòd non est potentia nisi ipsa substantia, non attendentes, quod non est potentia, nisi vt est sub respectu, putant, quòd sicut substantia est vna, sic est vna potentia. Et dicunt, quòd in diuinis non est nisi vna potentia in tribus, sicut neque nisi vna substantia. Et (vt videtur) positio est Magistri Sententiarum lib. 1. distinctione 7. lit.F.
cap. Item. Vnde isti ad argumentum respondent ex parte virtutis siue potentiæ, sicut iam responsum est ex parte perfectionis: Dicendo, quòd eadem est potentia patris, & filij, sicut, & eadem deitas, & quod ex eadem potentia est, quòd pater generat, & quod filius generatur, ita quòd nullam potentiam habeat pater, quam non habeat filius, sed pater ad generare habet eandem vt potentiam actiuam, filius autem ad generari, vt potentiam passiuam, & hoc quia alteri coniunctam respectui in patre, & filio. Et sic dicunt, quòd pater communicat filio suam virtutem, qua generat siue potentiam, sicut & naturam, non tamen per ipsam potest generare filius, sed solus pater, quia sub alio respectu habet eam pater, quã filius.

21. Sed vt dictum est, non debet dici, quòd significat quid absolute omnino, sed solũ sub ratione respectus, vt sicut essentia est potentia ad generare sub respectu patris, & ad generari sub respectu filij, sic est potentia ad actum indeterminate, vt essentia, non sit potentia ad generare, nisi sit sub respectu paternitatis, neque ad generari nisi sub respectu filiationis: ita quod sit alia, & alia potentia, secundum quod est alius, & alius respectus. Et hoc modo non eadem est potentia in patre ad generare, & in filio ad generari, & in vtroque ad spirare, & in Spiritu Sancto ad spirari, nisi intelligamus eandem quantum est ex se indeterminatam, quia sub indeterminato respectu, nec est in filio potentia ad generare siue qua generat actiue, nec in patre potentia ad generari, siue qua generatur passiue, & similiter de potentijs vtriusque respectu Spiritus Sancti, & è conuerso.

22. Aliter igitur respondendum est ad argumentum, dicendo, quod persona communicans substantiam suam, communicat cum ipsa, & virtutem. Dicendum, quòd verum est n.2.
quo ad id quod est ipsa virtus siue potentia, quia non est nisi ipsa substantia, vt dictum est, n.19
non tamen quo ad potentiam secundum rationem potentiæ. Non plus enim potentiam siue substantiam sub ratione potentiæ suæ sibi, communicat, quam suam proprietatem sub qua substantia habet rationem potentiæ suæ sibi determinatæ.

23. Aliter autem potest responderi distinguendo, quod est quędam substantia, quæ ex se habet determinatum respectum ad actum, & quædam quæ nõ nisi per aliquid quod est ei vel in quo est. De substantia primo modo, non est verum, quòd communicata substantia cõmuni-

municatur, & potentia eius. Isto modo quælibet substantia creata habet potentiam determinatam sibi ad actum determinatum, secundum Philosophum in fine 4. Meteororum, & hoc propter substantiæ creatæ limitationem. Substantia vero increata propter suam illimitationem ex se habet potentiam absque determinatione per aliquid ad omnes actus essentiales, sed non ad actus notionales, nisi per determinationem ad actum sub aliqua proprietate. Et ideo persona in diuinis communicans suam substantiam, communicat suam potentiam ad omnes actus essentiales, sed potentiam ad actus notionales non, quod non est nisi ex adiuncto in persona cui communicatur propter quod non potest communicari, nisi simul cum communicatione substantiæ commu nicetur adiunctum propter quod habet potentiam illam. Et ideo quia persona à qua emanat alia non communicat illi suam proprietatem sub qua habet sua substantia potentiam determinatam ad actum illius emanationis, propter hoc licet communicet illi suam substantiam, nequaquam tamen suam potentiam, vt sicut pater non communicat filio suam substantiam sub sua proprietate, sic nec ei communicat suam potentiam, qua generat.

24. Quod autem confirmabatur de filio, quòd haberet verbum, quia secundum Apostolum *portat omnia verbo virtutis suæ*. Dicendū secundum Glossam, quòd ibi non sumitur verbum pro aliquo conceptu mentis, sed pro imperio voluntatis. Dicit enim sic. *Potestatem eius commendans ait, ipse filius est portans, idest continens, & gubernās omnia, verbo, idest solo imperio, virtutis, idest potentia & bonitatis suæ*. Et nota, vt dicit, per simile dictum est. *Hoc enim dicendo facilitatem continendi voluit designare per metaphoram illorum, qui sine vllo labore verbo, vel digito mouent aliquid, vel efficiunt*.

25. Ad tertium, filius aut potest generare filium, aut non potest. Dicendum, quod pertractando rationem de potentia modo prædicto, quo aliqui ponunt potentiam significare substantiam absolutè, multum refert quærere, an filius possit generare, & an in filio sit potentia ad generandum, quia posse verbaliter significatum significat potentiam, vt applicabilem ad actum, secundum quod est in eo cui attribuitur posse. Potentia vero nominaliter significata significat potentiam, vt est res quædam absoluta secundum dicta, & modum significandi respiciens actum, vt applicabilem simpliciter ad actum in aliquo supposito, licet non determinatè in eo cui attribuitur. Vnde dicendum secundum illos, quòd ista est vera, in filio est potentia à patre ad generare, non qua ipse filius generet, sed qua aliquis in diuinis generet, vt secundum hoc differat dicere, quòd in filio est potentia, quæ est ad generare, & in filio est potentia, vt generet. Hæc enim secundum illos simpliciter vera est, in filio est potentia, quæ est ad generare, ista vero simpliciter est falsa, filius potest generare, & illa opposita vera, filius non potest generare, distinguendo tamē secundum illos, vt iam dicetur.

26. Et quod arguitur per Ricard. quòd omnipotens per impossibilitatem non potest excusari. Dicendum, quod aliquem excusari per impossibilitatem ne possit in actum, potest intelligi dupliciter, secundum quod dupliciter potest causari illa impossibilitas, siue ex duplici causa. Vno modo, & vna de causa ex defectu potentiæ ordinabilis ad actum. Alio modo ex inapplicabilitate eius ad actum, vt est in aliquo. Primo modo, vt dicunt, veritatem habet dictum Ricard. Vnde postquam dixit, *Omnipotens per impossibilitatem excusari non potest*, continuò subdit. *Sed constat non ex defectu potentiæ*, & hoc modo filius per impossibilitatem non potest excusari a posse generare, quia vt dictum est, habet potentiam, quæ ad hoc ordinatur, licet in alia persona. Secundo autem modo dictum Ricard. non intelligitur, nec habet veritatem, sic enim filius per impossibilitatem excusatur a posse generare, quia potentia, quæ est in ipso ad posse generare, non est applicabilis ad actum generandi actiuè secundum quod est in ipso, quia non est in ipso, vt generet, nec sub proprietate, qua determinari potest ad hoc, vt dictum est. Et sic ista impossibilitas in filio non dicit aliquid priuatiuè, hoc enim defectus esset in filio non conditio personę, sed dicit aliquid negatiuè tantum, licet enim defectus est si in aliquo non sit, quod natum est ex sua conditione ei inesse, vt visus in animali, quatenus defectum nominat priuatio, non tamen defectus est si in aliquo non sit quod non est natum ei inesse ex sua conditione, vt infra declarabitur.

27. Et si arguatur contra hoc, quòd si filius non potest generare, & pater potest generare ergo pater aliquid potest, quod non potest filius. Argumentum hoc tangit Magister distinctione 7. primi Sententiarum in principio distinctionis. Et est dicendum, quod non sequitur, quia secundum quòd dicit Magister Sententiarum, *posse generare filium, non est posse aliquid, sed ad aliquid*, quoniam in diuinis generatio non est aliquid, similiter neque filius. Et ideo posse generare, est posse ad aliquid, & posse generare filium non est posse generare aliquid, sed aliquem. Nec est inconueniens quòd pater potest in actionem alicuius respectus in quam non potest filius, & producere aliquem, quem non potest producere filius, & hoc non ex impossibilitate defectus, sed conditionis, vt dictum est, & amplius iam dicetur,

vt non posse concludi ex prædicto modo, ergo aliqua potentia est in patre, quæ non est in filio, sed solum, quòd potentia, quæ est eadem in patre, & filio, sit ad aliquã actionem, vel personam producendam in patre ad quam non in filio.

n.4. 28. Quod arguitur etiam ex dicto August. *filius quòd non genuit non est, quia non potuit generare, sed quia non oportuit*. Dicendum quòd illa negatio cum dicitur *non potuit*, potest intelligi pure negatiue, vel priuatiuè. Si negatiue, sic dicendum, quòd illa, *filius non genuit non quia non potuit*, duplicem habet intelligentiam, quia cum *ly potuit* includat potentiam, vt ordinatam siue ordinabilem ad actum in persona cui attribuitur, aut ergo illa negatio cum dicitur *non potuit*, potest negare potentiã generandi actiue, ratione ipsius potentiæ. & applicationis eius ad actum simul, vel ratione applicationis eius ad actum tantum. Primo modo falsa est, quia negat filio inesse potentiam, qua generatur siue, qua aliquis generat, quem sensum quærebant hæretici. Vnde assumpto verbo præmittit Augustinus lib. 3. cõ-
10.3. tra Maximinum cap. 12. *Absit, vt quomodo putas, ideo pater sit potentior filio, quia creatorem genuit pater, filius autem non genuit creatorem, nõ enim non potuit, &c.* Et sic illo modo est illa vera, *non quia non potuit*, sub hoc sensu exponendo dictum Augustini, *Non genuit non quia non potuit, sed quia nõ oportuit*, idest non quia habuit potentiam, qua generat pater, sed quia nõ oportuit, & hoc ideo quia sufficienter impleta fuit in actu, & omnino exhausta in hoc, quòd pater per eam generauit. Vnde Augustinus exponens, quare non oportuit, continuò subdit dicens. *Immoderata enim esset diuina generatio, si genitus filius nepotem gigneret patri, quia & ipse nepos, nisi auo suo pronepotem gigneret secundum vestram mirabilem sapientiam, impotens diceretur: similiter, & ille nisi nepotem gigneret auo suo, & pronepotem proauo suo, non à vobis appellaretur omnipotens, nec impleretur generationis series, si semper alter ex altero nasceretur, nec eam perficeret vllus si non sufficeret vnus.* Vnde si pater non effunderet totam potentiam actiuæ generationis vnico actu vnicum filium generando, filius filiũ generaret in infinitum, pro-
n.15. pter quod supra fundata est ratio nostra ostendens, quod in diuinis non potest generari plus quam vnus filius ab vno.

29. Ex eo autem, quod sic negatur de filio, quod non potuit generare, dicendo, *non quia non potuit*, non sequitur (licet videatur sequi) quòd potuit generare, sensus enim illius est, nõ quia non habuit potentiam, qua generatur applicabilem ad generare, vt est in seipso, tum ratione potentiæ, tum ratione applicabilitatis, immo ipse habuit potentiam, qua generatur. Ex quo non sequitur, quod potuit generare. Quia, vt iam dictum est supra, *ly potuit* dicit nõ n.28.
solum potentiam, sed applicabilitatem eius ad actum in eo cui attribuitur, habere autem potentiam huiusmodi, nequaquam huiusmodi applicabilitatem importat, & sic illa est vera, filius non genuit, non quia non potuit, idest nõ quia non habuit potentiam, qua generatur, immo habuit illam licet non applicabilem ad illum actum, vt est in ipso, vt dictum est.

30. Si vero illa negatio *non potuit*, neget potentiam, vt generet de filio, non ratione illius potentiæ, qua generans generat, sed ratione applicationis eius ad actum solummodo, sic ipsa est vera sub hoc sensu filius non habet potẽtiam, vt applicabilem ad generare, & illa, *filius non generat non quia non potuit*, falsa est sub hoc sensu, non quia non potuit generare, idest non quia non habuit potentiam applicabilem in seipso ad generare, immo habuit eam sic, *sed non oportuit, quia noluit*, eo quod pater filium generauit, quod sufficit. Per quem modum solebant aliqui dicere, quòd filius potest generare, sed non generat, reducendo potentiam suam ad actum propter inconueniens, quod sequitur, scilicet filiorum generationem in infinitum, vt iam inductum est secundum Augu- n.28.
num. Sed hoc nihil est, tum quia in æternis
secundum Philosophum non differunt esse, & 3. phys. t.32 ...
posse, vnde quicquid non est in Deo, impossibile est esse in ipso, & quicquid est in ipso, impossibile est non esse in ipso, tum quia secundum Augustinum in Deo minimum inconueniens summum est impossibile. Vnde si inconueniens sequitur ex hoc, quòd ponatur filius posse generare, illud est summum impossibile, immo si generare potuit, generauit secundum quòd procedit deductio rationis.

31. Si vero illa negatio *non potuit generare*, ponatur priuatiuè, sic est falsa sub hoc sensu, *filius non potuit generare*, idest impotens fuit carendo potentia ad generandum, quam tamen natus esset habere, vel omnino non habendo applicabilitatem eius ad actum, aut non perfectam propter aliquem defectum, aut impedimentum. In hoc enim differunt negatio, & priuatio. Negatio enim dicit amotionem alicuius ab alio absolutè, priuatio autem notat possibilitatem essendi eius quod priuatur in subiecto à quo priuatur, secundum Philosophum 4. Metaphysicæ. Et sic iterum dictum l.4. to.3.
Augustini est verum *filius non genuit non quia non potuit*, sub hoc sensu quem ponit Magister
Sententiarum primo, *non ex impotentia sua fuit, quòd filius non genuit*, quod bene ostendit de- dis.7. lit. E.
ductio rationis, *sed quia non oportuit, idest non ei conueniebat*, hoc est non conueniebat suæ proprietati, & ideo non potuit, *sicut filius non potest*

test esse pater non utique ex aliqua impotentia, sed ex proprietate natiuitatis, qua oportuit eum non esse patrem, sed filium tantum. Vnde in diuinis aliquid non oportere, vel non congrue fieri, vel non conuenire, vt fiat, idem est quod oportere, vel congruere non fieri, & ita quod impossibile sit fieri.

32. Sed ponendo potentiam non esse substantiam, nec è conuerso nisi sub ratione respectus, ita quòd sub alio respectu, & alio eadem substantia bene est alia, & alia potentia, non refert dicere, filium posse generare, & quod in ipso sit potentia quæ est ad generare, nec refert quærere an filius possit generare, & an in filio sit potentia ad actum generandi, quia loquendo de tali potentia, cuiuscunque est potentia, eius est, & actus sibi respondens, nec est potentia in aliquo nisi sit applicabilitas eius ad actũ in eodem. Et sic circa dicta in ratione nulla est difficultas, quoniam sicut filius non potest generare sed generari, sic nec in ipso est potentia quæ est ad generare, sed quæ est ad generari, & habet pater aliquam potentiam, quam non habet filius, nec est eadem potentia penitus in patre, qua potuit pater gignere, & in filio qua potuit filius gigni, sicut nec sunt idem gignere, & gigni, vt non sit dicendum, quòd eadem potentia, quæ est in patre, est & in filio, licet ad alium actum, quia esse ad alium
a. de an. c. 33. to. 2 actum sub alio respectu, est esse aliam poten-
a. 35. q. 5. tiam. Quia enim potentiæ distinguuntur per
n. 3. 4. actus secundum Philosophum, hoc solum
a. 37. q. 2. facit, quòd potentia sit alia, quòd scilicet est
n. 2. ad alium actum.

n. 27. 33. Ad formam vero arg. respondendum est sicut prius secundum Magistrum sententiarum. Et sicut nullum est inconueniens aliquam potentiam in patre esse, quæ non est in filio, sic nullum est inconueniens aliquam esse proprietatem patris, quæ non est filij, vt infra
a. 55. q. 2. videbitur. Et consimiliter non est ista distinguenda, filius non habet potentiam generandi quam habet pater, quia nec habet potentiam, vt generet, sicut pater, nec eadem potentia est qua potest gignere, & ille gigni, vt
n. 32. dictum est, quamuis Magister sententiarum 7.
lit. 6. distinctione distinguat eas.

34. Vnde licet in argumento prædicto ad quod respondet Magister sententiarum, commutatur ad aliquid in quid, si tamen sic arguatur si filius non potest generare, ergo aliqua potentia non est in filio, quæ est in patre, diceret Magister secundum opinionem prædictam, quod non sequitur: sed quod hoc bene sequatur, ergo potentia in filio non est ad eundem actum ad quem est in patre, eadem tamen potentia, quæ est in patre est in filio. Quod non potest stare. Cum enim (vt dictum est)
n. 32. non est potentiæ nisi vt est ad actum, & non est determinata potentia nisi sit ad determinatum actum. quamquam ergo eadem substantia, quæ est in patre sit in filio, si tamen in patre est ad actum, qui est generare, vt scilicet ea pater generet, & ideo est in patre aliqua determinata potentia. in filio autem nequaquam est ad eundem actum, sed potius ad oppositum in filio ergo non est eadem potentia, quæ est in patre, immo frustra esset in illo. Igitur bene tenet dictus processus ad aliquid in ad aliquid, etenim licet substantia non sit ad aliquid, quia tamen non conuenit ei nomen potentiæ, nisi vt est sub respectu, qui est ad aliquid, potentia est ad aliquid, & etiam cum hoc significat substantiam. Sicut enim substantiam esse sub vno respectu, non est ipsam esse sub alio respectu, sic substantia licet omnifariam sit vna, & eadem substantia, non tamen est vna potentia, vt est sub vno respectu, & sub alio, sed alia & alia. Est enim secundum aliquas substantia tracta ad relationem, licet non sit principaliter relatio. Et secundum hunc modum potentiæ filius per impossibilitatem excusatur ne possit generare, non quæ est defectus, sumendo impossibilitatem priuatiuè, omnipotens enim per talem impossibilitatem à nullo actu potest excusari, sed quæ est conditio naturæ, sumendo impossibilitatem negatiue. Licet enim filius non habet omnino potentiam actiuè, hoc non est ex aliqua impotentia defectus in illo, sed quia non congruit omnino, im-
mo contrariatur suo modo essendi, vt dictum n. 31.
est. Quomodo autem non repugnat omnipotentiæ filij, quòd non est in eo aliqua potē-
tia, quæ est in patre, inferius videbitur. Hoc a. 58. q. 8
autem modo loquẽdo de potentia in illo dicto ad 3.
Augusti. *Filius non genuit non quia non potuit,* negatio in eo quòd dicitur *non potuit*, non ponitur nisi priuatiuè. Sic enim illa est falsa, fi-
lius non potuit generare, vt iam dictum est. n. 32.
Negatiue autem illa simpliciter est vera, filius non potuit generare, nec habet nisi sensum
vnicum, quia negat potentiam simpliciter, vt n. 28.
dictum est, & sic in sensu priuatiuo illa simpliciter est vera, filius non genuit, non quia non
potuit, sed quia non oportuit, vt dictum est. ibid.

35. Ad quartum, quod persona emanans n. 5.
nihil derogat potentiæ eius à qua emanat, & sic post emanationem vnius personæ potest emanare alia consimilis. Dicendum, quod nõ est verum. Nec hoc prouenit ex aliqua derogatione facta potentiæ eius à quo emanat, secundum quod tamen processit obiectio, sed potius prouenit ex ipsius potentiæ perfectione, qua semel diffundit se in actum perfectum, & permanentem, & in perfectam productionem personæ per filium. Quod enim ex potentia eadem actus iterantur, hoc non contingit nisi ex defectu potentiæ, quòd scilicet se-

mel

mel non diffundit se in actum perfecte, vt quod non consequitur in vnico actu consequatur in pluribus. Et eadem ratione, quòd multiplicantur producta in eadem natura, non est nisi ex defectu producti, in eo scilicet quòd non plene continet in se, quod pertinet ad naturā,
a.42.q.1 n.11. & rationem suam, propter hoc enim solum plurificantur indiuidua sub eadem specie secundum Commentatorem super primum cæl.
& 4 to.2 & mund. Vbi ergo potentia perfecte semel se diffundit in actum perfectum, aliquid perfectum producens, non est actio nisi vnica secūdum vnicam rationem, & productum nisi vnū,
quodl. 6. q.1. secundum quod expositum est in præsignata quæstione de Quolibet.

n.6. 36. Ad quintum, quod ijdem actus essentiales intelligendi, & similiter volendi trium communes sunt, quare & actus notionales fundati super ipsos communes sunt tribus, &c. Dicendum quod huiusmodi actus essentiales dupliciter considerari possunt, vno modo secundum se, & absolute, alio modo vt habent esse in persona hac, vel illa. Primo modo non fundātur in eis actus notionales, quia sic essent communes omnibus personis, quibus illi actus conueniunt, vt procedit obiectio, sed fundantur in eis secundo modo. Actus enim notionales dicendi non fundantur super actum essentialem intelligendi, nisi prout ipse habet esse in patre. In solo enim patre ratione suæ innascibilitatis, & primitatis, qua non habet esse ab alio, sed omne aliud, & omnis alius ab ipso, est fœcunditas ad primum actum primi producti, & est fœcunditas sapientiæ, & intellectua patris existentis in actu intelligendi essentialiter ad dicendum, siue producendum verbum, quo perfectus est totus intellectus diuinus essentialis, & in se, & vt est in qualibet trium personarum, vt sic pater quasi vice omnium dicat vnicum verbum perfectum, vt nō oporteat aliquam aliarum personarum verbū dicere, & per hoc impossibile est in diuinis
n.18. esse aliud verbum, vt supra expositum est.

n.7. 37. Consimiliter actus notionalis spirandi non fundatur super actum essentialem volendi, nisi prout ipse habet esse communiter in solo patre, & filio. In solis enim ipsis ratione communis inspirabilitatis, qua non habent esse ab alio per spirationem, licet illud non po-
a.60.q.10 ad 1. natur esse notio, vt infra videbitur, sed ab ipsis habet esse ipsum spiratum, est fœcunditas ad secundum actum productiuum, & est fœcunditas amoris, & voluntatis patris, & filij existentis in actu volendi essentialiter ad spirandum amorem, qui est Spiritus Sanctus, quo perfecta est tota voluntas essentialis diuina, & in se, & vt est in qualibet trium personarum, vt sic pater, & filius quasi vice totius trinitatis spirent vnicum amorem perfectum, vt non oporteat Spiritum Sanctum omnino spirare aliquē amorem, & propter hoc impossibile est in diuinis esse alium amorem spiratum, siue alium Spiritum Sanctum.

38. Ad sextum, quod pater per efficaciam n.8. suam dat filio quem generat, vt aliam personā producat, ergo aut abūdant idem Spiritui Sancto. Dicendum ad hoc secundum Ricard. 5. de Trinit. cap. 11. *quòd sicut necesse est aliquam esse personam, quæ non habet esse ab alia, sic necesse est ibi esse aliquam à qua non sit aliqua alia, vtrunque namque simili ratione conuincitur. Nam si in illa vera deitate non esset aliqua persona à qua non procederet aliqua alia, sed quælibet ex alia procedens de se procedentem haberet, huiusmodi deductio in infinitum procederet.* Et vt dicit cap. 12. *hæc persona à qua nulla procedit, hoc sibi proprium habet, vt sicut non possit esse in diuinis nisi vnica persona, quæ est à nulla, & a qua alia aut aliæ, & vnica, quæ ab alia, & à qua alia, sic necesse est tantum vnicam esse illam, quæ est ab alia, & à qua nulla, quia, vt dicit, si tales essent duæ, nulla immediata germanitate essent coniunctæ.* Sed huiusmo- n.12. di causa essentialior, habetur ex prædeterminatis, ex quibus etiam patet, quòd non proce- n.18. dit ex aliqua impotentia, aut imperfectione talis personæ, quod nulla procedit ab ea, sed ex conditionis suæ proprietate, quia non oportuit, quia tota fœcunditas diuinæ naturæ in duplici productione secundum prædetermi- ibid. nata exhausta est, & completa. Nec etiam procedit ex aliqua inefficacia patris, & filij in spirando Spiritum Sanctum, quod talem personam producunt, quæ non potest aliam vlterius procedere, licet pater personam producat, quæ vlterius producit aliam, sed procedit ex producentium, & productorum conditione, quia quod filius a patre recipit vim productiuam personæ, est quia prima productione producitur, quæ ordinem habet ad secundam propter quod vis productiua secundum illam productionem ei communicatur,
vt cum patre producat tertiam per- q.6.n.34
sonam, sicut patet ex supra de-
ternatis, & illa producta
non restat vlterior,
propter quod
ei nulla
vis
productiua communicatur, quia
nulla est vlterius, nec esse opor
tet nec potest, vt patet n.18.
ex supra deter-
minatis.

✠

Con-

Conclusiones ex Quæstione Octaua, Articuli Quinquagesimi quarti.

1. *Irrefragabiliter concluditur, quod in diuinis non sunt nisi tres personæ.* n. 12.
2. *A sola vna persona non potest esse nisi vnica.* ibid.
3. *Secundum vnum, & eundem modum procedendi non possunt in diuinis procedere plures personæ, siue ab vna persona, siue à pluribus.* n. 13.
4. *Quòd filius, & Spiritus Sanctus non generant, non est ex imperfectione, sed ex perfectionis conditione* n. 17.
5. *Impossibile est in diuinis esse nisi vnicum verbum, & vnicum Spiritum Sanctum.* n. 36. 37.

QVAESTIO NONA.

Utrum actus emanationum notionales generandi, & spirandi sint quædam intelligere, & velle siue quidam actus intelligendi, & volendi.

CIrca nonum, quòd actus emanationum notionales generandi, & spirandi sũt quædam intelligere, & velle, siue quidam actus intelligendi, atque volendi, arguitur.

1. Primò sic, vnius potentiæ non est nisi vna per se operatio, quia secundum Philosophum potentiæ distinguuntur per actus, sed generare, & spirare sunt operationes intellectus, & voluntatis, quæ sunt potentiæ quædam Dei secundum modum supra determinatum, & sunt singulæ, & vnicæ in Deo, quia in vno non potest esse, nisi vna potentia vnius rationis, & istarum potentiarum operationes propriè sunt intelligere, & velle, ergo &c.

2. de An. t. 33. co. 2. a. 36. q. 2. a. 45. q. 2.

co. 3.

2. Secundò sic, Augustinus dicit 15. de Tr. cap. 15. *Si potest esse in animo aliqua scientia sempiterna, & sempiterna non potest esse eiusdem sciẽtiæ cogitatio, & verbum verum nostrum intimum nisi nostra cogitatione non dicamus, solus Deus intelligitur habere verbum sempiternum.* Vult ergo quòd verbum nostrum cogitatione dicimus. Est ergo dicere in nobis cogitatio quædam, cogitare autem est intelligere quoddam ergo &c. Ergo & consimiliter dicere Dei, quãquam non sit cogitare quoddã, vt dicit ca. 17. tamen respondet ei cogitare in nobis, erit ergo dicere intelligere quoddam, & sicut est de dicere ex parte intellectus quod est quoddã intelligere, eadem ratione spirare ex parte voluntatis est quoddam velle, ergo &c.

3. In contrarium est, quia si actus emanationum notionales generandi, & spirandi essent quædam intelligere, & velle, tunc in Deo non esset alia potentia, qua pater generat, & spirat, ab illa, qua intelligit, & vult, & essent actus generandi, & spirandi essentiales communes tribus, sicut & potentia intelligendi, consequens falsum est, ergo &c.

4. Vt videamus differentiam actuum notionalium generandi ex vna parte, & essentialium intelligendi atque volendi ex alia, oportet videre, quomodo isti actus habent formari in intellectu, & voluntate, & primo ex parte intellectus, & deinde per similia eorum quæ videmus in intellectu, ex parte voluntatis, & ordo quidam est eorum, quæ sunt in intellectu, ad ea quæ sunt in voluntate, secundum prædeterminata, & amplius infra determinanda. Et quia vt dicit Ricardus, *in creata natura legimus quid de natura increata sentire debemus*, adhuc primò illorum actuum formationem in-

a. 39. q. 7. n. 51. a. 52. q. 2. n. 9. 10. a. 62. q. 5. li. 3. c. 9

spi-

spiciamus in intellectu nostro, vt hæc nobis scala fiat ad conspiciendum illam in intellectu diuino, & informationem intellectus nostri consideremus inchoando in simili ab informatione visionis sensibilis in oculo corporis, tanquam ab informatione sensus nobis notissimi, iuxta processum August. ab 11. de Trin. & deinceps.

5. In informatione autem visionis corporalis in oculo, primum principium est species corporis visibilis, a qua secundum Augustinum 11. de Trinitate cap. 2. *species sine forma imprimitur sensui, quæ visio vocatur, à qua etiam specie corporis subtracta, manet corporis similitudo in memoria sensibili, ad quam intrinsecus conuertitur acies imaginationis, vt exinde formetur intrinsecus, sicut ex corpore sensibili obiecto sensus extrinsecus formabatur*. Et vt dicit cap. 7. *illam speciem quæ in memoria est, quasi parentem dicimus eius quæ fit in fantasia cogitantis. Sed neque illa vera parens est, quare neque ista vera proles est, sed vnde interiora, atque veriora exercitatius vtriusque videantur*, & hoc in ipsa mente intellectuali in cognoscendo seipsam. Quæ, secundum determinationem August. per totum 10 de Trinitate, & vt replicat lib. 14. cap. 4. in fine, *semetipsam nouit*, & hoc non aliunde, accipiendo speciem, qua in noscendo informatur, *quia nihil tam nouit mens quam quod sibi præsto est, nec menti quicquam magis præsto est, quam ipsa sibi*. Vnde (vt dicit cap. 5.) *mens infantis se nosse credenda est, sed cogitare se non potest, tanquam ipsa sibi sit memoria sui, vt formetur cogitantis obtutus, & gignat in intellectu suam cognitionem*, quia (vt dicit cap. 7.) *ibi verbum esse sine cogitatione non potest. Cogitamus enim omne quod dicimus, quando eis quæ memoria præsto fuerant, sed non cogitabantur, cogitatio nostra formatur*. Et vt dicit libro. 15. cap. 11. *Gignitur de scientia, quæ manet in animo, ea scientia, quæ intus dicitur*. Et vt dicit cap. 14. *verbum hoc veritas est, quoniam quicquid est in ea scientia de qua est genitum, etiam in ipso est simile in ænigmate illi verbo Dei, quod Deus est, quando, & sic de nostra nascitur, quemadmodum de scientia patris, & illud natum est*.

6. Qualitercunque autem veritas se habeat de hoc quod vult Augustinus, quod mens nostra semper seipsam cognoscit, in hoc tamen proculdubio veritas consistit, quòd in omni nostra cognitione intellectuali circa rem, de qua natum est formari verbum, primo est aliqua simplex scientia, siue notitia in intellectu creata non opere intellectus, quia respectu talis notitiæ intellectus creatus solum passiuus est, sed de re intelligibili obiecta agente in intellectum suam speciem, quæ est notitia quædam de ipsa, quæ manet in memoria, & ab illa simplici notitia siue scientia existente in memoria intellectu sic informato replicante se supra se, vt est intellectus simpliciter, & mouente seipsum seipso sic informato ut quodam intelligibili obiecto, gignitur notitia siue scientia cogitatiua, quæ est verbum in intelligentia. *Duo autem* secundum Augustinum 14. de Trinitate cap. 7. *intelligentiam qua intelligimus cogitantes, & hoc* vt dicit ibidem, *illo verbo interiore*, quod vt dicit lib. 15. *maxime intelligere dicimus*.

7. Ex quo animaduertendum est, quòd duplex est actus intelligendi in intellectu. Vnus simplicis intelligentiæ de re intelligibili, vt secundum se est obiecta ante verbi formationem, sed per ipsius rei obiectæ actionem formatus, ex quo manet simplex notitia in memoria, & alter cogitatiuus post verbi formationem formatus de re intelligibili, vt est obiecta in ipso verbo. Cuius verbi formatio media est inter vtrumque actum intelligendi, quia vnus omnino præcedit ipsius verbi formationē in nobis, alter vero sequitur. Et sic actus dicendi quo formatur ipsum verbum, medius est inter vtrumque actum intelligendi. *Cum enim* vt dicit cap. 15. *quædam mentis nostræ hæc atque illac volubili quadam motione iactamus, & a nobis nunc hoc, nunc illud, sicut inuentum fuerit, vel occurrerit cogitatur, tunc fit verbum verum, quando scilicet illud quod dixi volubili motione iactari ad id quod scimus peruenerit, atque inde formatur, eius omnimodam similitudinem capiens*. Formatur autem de eo quod scimus intelligentia simplici tanquam de memoria. Cum enim noster intellectus per diuersas differentias sub genere discurrit inuestigando, de re scita simplici notitia quod quid est eius, quam inuestigationem appellat volubilem cogitationem, inuestigatione eius completa habita vltima differentia, quod appellat Augustinus peruenire ad id quod scimus, tunc primo interiora rei scitæ deteguntur, vt per hoc tunc primo dicamur oculo intuitus pertingere, siue peruenire ad ipsum scibile in vere ipsum sciendo, quod cū attingimus statim scibile, vt scitum est actualiter, & simplici notitia existens in memoria, generat de se quasi subito collectis omnibus differentijs cum genere, quod quid est, quod in ipsa intelligentia est quædam notitia distinctiua, & discretiua, seu declaratiua, quam verbum appellamus, in quo res ipsa existens, vt explicata per partes, mouet ipsam intelligentiam, vt intelligat cogitando, non cogitatione volubili qualis erat ante verbi formationē, sed stabili, qua res perfecte cognoscitur, & scitur. Quia notitia secunda quæ est in verbo, non solum scit, & intelligit rem, sed nescit, & intelligit eam, vt sciat se scire, & se intelligere eam intellectu intelligendi secundo actu super actum intelligendi siue sciendi primum.

Et

Et sic actus, qui est dicere, siue generare, non est idem, quod intelligere siue primum siue secundum, quia dicere est vera actio procedens à memoria siue à notitia simplici existente in ipsa, siue de re obiecta, vt est in memoria, & sic est actio siue operatio quædam intellectus informati simplici notitia, qua in seipso formar notitiam declaratiuam simillimam illi simplici notitiæ. Intelligere autem est passio in intelligentia à re intelligibili in se, vt ex se est confusum quid, vel in suo quod quid est vt est distincta per partes in notitia simplici.

8. Hoc ergo applicando ad propositum dicimus, quod Deus pater actu suo intelligendi simplicis notitiæ cognoscit suam essentiam, quę quidem notitia est in ipso tanquam in memoria, de qua naturaliter formatur in eius intelligentia notitia declaratiua, & manifestatiua eius quod iam est cognitum notitia simplici, quæ verbum dicitur, dicente Ricardo 6. de Trinitate cap. 12. *Proferentis verbum, sensus, & sapientia ipsius à quo profertur solet esse indicatiuum. Recte ergo dicitur verbum, per quod patris, qui fons sapientia est, notitia manifestatur, quia verbum nascitur de corde solo, & ipso propalatur proferentis intentio. In patre est omnis veritatis conceptio, in verbo omnis veritatis prolatio.* Et cap. 13. *Dei filius verbum dicitur, eo quod ipse paternam claritatem loquitur, & qualis, vel quanta sit per ipsum manifestatur.* Sic autem in deo de notitia simplici formatur notitia manifestatiua non per discursum, sicut in nobis, sed simul, & ab æterno cum ipsa notitia essentiali simplici. In quo differt formatio verbi nostri à formatione verbi diuini. Vt enim di-
n. 3. cit Augustinus 15. de Trinitate cap. 16. *dicitur Dei uerbum, vt Dei cogitatio non dicatur, ne aliquid quasi volubile credatur in Deo quod recipiat formam, vt verbum sit. Cogitatio quippe nostra perueniens ad id quod scimus, atque inde formata, verbum nostrum verum est: & ideo verbum Dei sine cogitatione debet intelligi, vt forma simplex intelligatur, non aliquid habens formabile, quod esse posset informe,* & hoc subsistens in eo in quo formatur, non ei inhærens, sicut contingit in verbo nostro, in quo tamen intelligitur a quo formatur, quemadmodum & nos in verbo formato à nobis.

9. Dicimus ergo ad quæstionem descendendo, quod emanatio actus notionalis dicendi verbum siue generandi filium (quod idem est) non est aliquis actus intelligendi, sed est in nobis medius inter duos actus intelligendi, quorum vnus est perfectus, & completus, alius vero imperfectus, & incompletus, differentes secundum rem. In Deo vero inter duos actus intelligendi patri essentiales, differentes sola ratione, quorum vterque æque com-
a. 40. q. 7. pletus est, quia vnus, & idem est secundum rem differens sola ratione, quia scilicet vnus declaratiuus, & manifestatiuus est, & hoc notitia quasi cogitatiua eius, quod per alium cognitum est quasi simplici notitia.

10. Vnde verum est, quòd actus dicendi siue generandi in Deo, est actus intellectus, non sub ratione qua est intellectus purus siue intelligentia quasi nuda, sub ista enim ratione verbum in ipso non concipitur per actum dicendi sed est actus intellectus sub ratione qua est memoria, continens in se notitiam simplicem, & in ea obiectum quo elicit actum dicendi verbum, vt dictum est. Et sic dicere non est ali- n. 7.
quod intelligere, quòd consistit in simplici speculatione: Sed est potius producere quoddam, quod consistit in speculabilis explicatione, secundum quòd amplius in sequenti quæstione declarabitur.

11. Et sicut hoc dictum est de dicere, siue generare ex parte intellectus respectu actus intelligendi, consimiliter intelligatur quo ad aliqua de spirare ex parte voluntatis respectu actus volendi, licet in multis sit dissimile, secundum quòd hæc omnia ex parte voluntatis inferius habent declarari loquendo de proprietate spirationis actiuę in patre. a. 60. q. 2.

12. Et secundum hoc concedendum est ar- n. 3.
gumentum inductum pro ista parte.

13. Ad argumentum vero primum indu- n. 1.
ctum pro parte opposita, quòd non est operatio siue actio intellectus, & voluntatis nisi velle, & intelligere, &c. Dicendum, quòd intellectus in Deo dupliciter potest considerari vno modo, vt est intellectus sub ratione intellectus, alio modo vt est natura, & sub ratione memoriæ, secundum iam dictum modum. n. 10.
Primo modo eius operatio non est nisi intelligere, & consistit in speculatione, atq; perficitur modo passionis, quia scilicet ab obiecto intelligibili quasi informatur notitia illius. Secundo autem modo eius operatio consistit in productione. Intellectus enim existens in actu intelligendi simplicis notitiæ, tam perfectus, & fecundus est ad producendum verbum, nō vt intellectus est, & in patiendo, sed vt natura producens, & in agendo. Et similiter est de voluntate, & eius duplici actu, præter hoc quòd voluntas in actu simplici volendi actiua ar. 4. q. 1.
est, mouendo se actu volendi in obiectum, n. 4.
cum tamen intellectus pure passiuus sit in a- a. 45. q. 1
ctione intelligendi simplici recipiendo mo- n. 1.
tum ab obiecto, vt dictum est. q. 2. n. 4. 5
ar. 1 q. 1.

14. Ad secundum, quòd verbum dicimus n. 5.
cognitione. Dicendum, quòd hoc non dicitur, a. 16 q. 3.
quia cognitio sit actus quo principiatiue ver- n. 5.
bum producitur, sed quia sine cognitione a- a. 40 q6.
ctuali quasi præuia non producitur, secundum n. 6. 3. 7.
quòd sequens quæstio declarabit. n. 8.

Conclusiones ex Quæstione Nona, Articuli Quinquagesimi quarti.

1. *Emanatio actus notionalis dicendi verbum, siue generandi filium, quod idem est, non est aliquis actus intelligendi, sed medius inter duos actus intelligendi. num 9.*
2. *Isti duo actus intelligendi in nobis sunt differentes secundum rem, & vnus est perfectus, & completus, alius imperfectus, incompletus. ibid.*
3. *In Deo differunt sola ratione, & vterque est æquè completus. ibid.*
4. *Actus dicendi siue generandi in Deo est actus intellectus, non sub ratione, qua est intellectus purus sed sub ratione, qua est memoria. n. 10.*
5. *Idem dicendum quoad aliqua de spirare ex parte voluntatis respectu actus volendi, licet in multis sit dissimile. n. 11.*

QVAESTIO DECIMA.

Vtrum emanationes actuum notionalium generandi, & spirandi fundentur in actibus essentialibus intelligendi, et volendi, quasi præsupponentes illos.

Circa decimum arguitur, quòd emanationes actuũ notionalium dicendi, siue generandi, & spirandi nõ fundentur in actibus essentialibus intelligendi, & volendi quasi præsupponentes illos.

1. Primò sic, actus essentiales intelligendi, & volendi communes sunt patri, & filio, & Spiritui Sancto, qui producuntur per ipsos actus notionales generandi, & spirandi. Personæ autem agentes actus quoscunque secundum rationem intelligendi præcedunt actus, & productæ per actus sequuntur ipsos, actus ergo notionales generare, & spirare secundũ rationem personas filij, & Spiritus Sancti per ipsos productas præcedunt, & personę eædem præcedunt actus essentiales, quare & actus notionales similiter præcedunt actus essentiales, & ita non fundantur in illis; aliter enim personæ filij, & Spiritus Sancti essent, & agerent antequam producerentur, & præcederent seipsas, & essent ratio suæ productionis, quę omnia falsa sunt, ergo &c.

2. Secundò sic, in intellectu est ratio, qua est intellectus, & ratio, qua est natura, & similiter est in voluntate, & secundum hoc alia, & alia operatio competit eis, videlicet operatio essentialis intelligendi, & volendi secundum quòd est intellectus, & voluntas, & operatio notionalis generandi, & spirandi secundũ quòd sunt natura, vt iam dictum est in quæstione præcedente, sed secundum rationem intelligendi prior est in eo ratio qua est natura, quam qua est intellectus, aut voluntas, quia secundum quòd intellectus, & voluntas sunt potentię in natura, & ita quasi determinantes naturaliter rationem naturæ, ergo prior est secũdum rationem intelligendi operatio procedens ab eis, vt sunt natura, quam vt sunt intellectus, aut voluntas, & sic idem quod prius. q. 10. n. 4; ar. 2 q. 4. n. 18; a. 40. q. 6 n. 6.; q. 7. n. 8.; n. 10. 11.

3. In contrarium est, quoniam secundum rationem essentialia præcedunt notionalia, vt sæpius declaratum est supra. q. 6. n. 5; a. 52. q. 1. n. 10.

4. Dicendum, quòd persona patris ex se non ab alio sicut nec habet esse ab alio, in se habet omnia essentialia. Propter quòd à Dionys. *fontana deitas*, & ab August. *principium totius* a. 39. q. 7 n. 11.; a. 12. q. 4. n. 3.

tiusdiuinitatis, dicitur. Per hoc autem, quòd exiſtit in actu ſecundum actus eſſentiales intelligendi, & volendi, eſt in perfecta fœcunditate ad primos actus alicuius productiuos, cuiuſmodi ſunt actus notionales productiui perſonarum intra diuinam eſſentiam. Et cum ne- q.6.a.51. ceſſario ordo quidam ſit ſecundum ſupra determinata actuum eſſentialium inter ſe, & ſimiliter actuum notionalium, quia actio intelligendi quodammodo præuia eſt ad actum volendi, & actio dicendi ad actionem ſpirandi: Ideo pater per hoc quod eſt quaſi primò in actu exiſtens ſecundum actum intelligendi, ratione ſuæ primitatis quaſi primò eſt in perfecta fœcunditate ad primum actum notionalem, qui eſt generare, ſeu dicere, qui procedit à patre ſic exiſtente in actu per actum intelligendi eſſentialem, & ſecundum hoc actus notionalis generandi, ſeu dicendi fundari dicitur in actu eſſentiali intelligendi, & ordine quodam rationis quaſi præiu[m] ponit ipſum. Et ſicut hoc ita ſe habet de actu generandi, & intelligendi reſpectu patris, & intellectus paterni, ſimiliter ſe habet de actu ſpirandi, & volendi reſpectu patris, & filij, & voluntatis vtriuſque.

n.2. 5. Ad primum in oppoſitum, quòd actus eſſentiales communes ſunt tribus perſonis: Dicendum, quòd verum eſt, ordine tamen quodam rationis, licet ſimul æternitate, & ſimiliter ordine quodam rationis per actus notionales producuntur filius, & Spiritus Sanctus, & ab ipſis ſunt actus eſſentiales. Actus enim eſſentiales intelligendi, & volendi dupliciter poſſunt conſiderari. Vno modo ſimpliciter, & abſolute. Alio modo, vt diuerſis perſonis conueniunt ſub diuerſis proprietatibus. Primo modo omnia eſſentialia ſecundum formam, & rationem, qua ſunt eſſentialia, n.3.4. ordinē quendam rationis ſecundum ſupra determinata habent ad perſonalia, quia perſonalia in eſſentialibus fundantur. Secundo autem modo eſſentialia ordine quodam rationis diuerſis perſonis conueniunt, in quantum patri a.39.q.7. n.12. conueniunt quaſi primò, quia ex ſe, & filio ſecundo, quia à patre, & Spiritui Sancto tertiò, quia ab vtriſque, licet ſimul in æternitate. Et ſecundum hoc aſpiciendo ad diuerſas perſonas diuerſum ordinem rationis habent actus eſſentiales intelligendi, & volendi, ad notionales generandi, & ſpirandi. Intelligere enim & velle, vt patris ſunt, quaſi præuia ſunt ad generare, & ſpirare, vt autem ſunt filij, ſecundum rationem intelligendi quaſi præcedit actus notionalis generandi actus eſſentiales intelligendi, & volendi, qui tamen, vt communiter ſunt patris, & filij, præuij ſunt ſecundū rationem reſpectu actus ſpirandi, & actus ſpirandi quaſi præuius reſpectu actuum eſſentialium intelligendi, & volendi, vt ſunt Spiritus Sancti. Et ſic ad declarationem quæſtionis, & diſſolutionem rationis dicendum eſt, quòd actus notionales generandi, & ſpirandi non fundantur in actibus eſſentialibus intelligendi, & volendi, vt ſimpliciter conſiderātur, ſed ſolum ſecundum quod habent eſſe in determinata perſona. Actus enim generandi non fundatur ſuper actum intelligendi, niſi vt ſpecialiter patris eſt, quia in ipſo non radicatur fœcunditas generatiua, niſi ſecundum quod habet eſſe ſub proprietate primitatis patris, ſimiliter neque actus ſpirandi ſuper actum volendi, niſi vt eſt communiter patris, & filij, quia in ipſo non radicatur fœcunditas ſpiratiua, niſi ſecundum quòd habet eſſe ſub communitate principij, quam habent pater, & filius reſpectu Spiritus Sancti. Vnde ſuper actum intelligendi, vt filij eſt, aut Spiritus Sancti, nullo modo fundatur actus generandi, neque ſuper actum volendi, vt eſt Spiritus Sācti, actus ſpirandi. Aliter enim ſequerentur inconuenientia concluſa in argumento, vt patet inſpicienti. n.8.

n.2. 6. Ad ſecundum, quòd ratio qua intellectus, vel voluntas eſt natura, prior eſt, quam ſit ratio, qua eſt intellectus, vel voluntas, &c. Dicendum, quòd cum ſecundum ſuperius determinata, intellectus & voluntas ſunt in Deo q.9.n.1. quaſi quædam potentiæ. Potentia autem comparatur ad duo, & ad ſubiectum in quo radicatur, & ad actum qui per ipſam elicitur, intel- a.16.q.5. n.4. lectus ergo, & voluntas in Deo poſſunt conſiderari in comparatione ad quaſi ſubiectum, vel ad actum. Primo modo, ſic intellectus, & voluntas in Deo ſunt quædam naturæ, quia potentiæ Dei naturales fundatæ naturaliter in eius eſſentia diuina, quæ eſt natura in eo, quòd eſt res quædam naturalis. Et loquendo de iſta naturalitate, verum eſt, quod prior eſt ratio qua intellectus eſt natura, quam qua eſt intellectus, & ſimiliter qua voluntas eſt natura, quam qua eſt voluntas, quia in eſſendo tali modo, ſcilicet natura, conueniunt, ratione ſcilicet vnitatis quam habent in ſubiecto. Sed de illo modo naturæ nihil ad propoſitum, quia ſecundum illum modum naturæ non ſunt principia elicitiua aliquorum actuum, quia nec ad actus omnino comparantur, vt dictum eſt.

7. Si vero conſiderentur ſecundo modo, ſcilicet ſecundum comparari ad actus, ſic adhuc alia eſt ratio in eis, qua ſunt intellectus, & voluntas, alia vero qua ſunt natura, ſecundum quòd dupliciter ad duplicem actum comparantur. Ad vnum, vt ſunt intellectus, & voluntas, ad alium vero vt ſunt natura. Eſt enim in Deo huiuſmodi potentiarum duplex actus. Vnde qui propriè dicitur operatio quo

perficiūtur in se ipsis absolute. Alter qui proprie dicitur actio, quo perficiuntur in comparatione ad alium. Actus quibus intellectus, & voluntas perficitur primo modo, sunt actus essentiales, intelligere scilicet, & velle. Actus vero secundo modo, sunt actus generandi, & spirandi. Primi actus conueniunt intellectui, & voluntati secundum rationem qua sunt intellectus, & voluntas. Secundi vero conueueniunt eisdem secundum rationem, qua sunt natura, hoc est principia actiua naturaliter actus productiuos personarum elicientia. Intellectus enim vt intellectus, perficitur absolute in cognoscendo verum, & voluntas, vt voluntas perficitur absolute in volendo bonum, sed intellectus, vt natura, perficitur in dicendo verbum, voluntas vero vt natura, perficitur in spirando amorem mutuum.

8. Et sic in comparatione ad alium tam ex parte intellectus, quam ex parte voluntatis patet differentia horum actuum ex parte intellectus in exemplo corporali, & per idem intelligatur ex parte voluntatis assimili. Sigillum enim habens in se figuram, si intellectualis naturæ esset, ratione qua intellectus esset, perficeretur specificando in se figurationem suam, & in hoc sisteret. Inquantum autem natura est, similem figuram seipso materiæ imprimeret, & si possibile esset in eadem materia in qua figura sua est. Per hunc modum quodam modo intellectus diuinus perficitur actu intelligendi seipsum, & suam essentiam, & hoc quasi ab ipsa essentia cognita, quæ sub ratione obiecti cognoscibilis in intellectu suam notitiam agit. Intellectus autem diuinus, vt specialiter est in patre perfectus per talem actum intelligendi suam essentiam quem ipsa esse operatur in ipso intellectu suo, vt est quasi in potentia ad notitiam essentialem, secundum rationem intelligendi, fœcundus est naturali fœcunditate ad producendum de seipso sibi similem ad quem est quasi in potentia, per hoc, quòd est in actu sub illa notitia essentiali. Intellectus enim, vt est quædam notitia essentialis secundum actum, est natura, & principium actiuum quo pater de intellectu eodem, vt est intellectus purus, & tantum intellectus, & de principio passiuo format notitiam, quæ est verbum, quod secundum rem est eadem notitia, cum illa de qua formatur, differens solum ab illa inquantum processerit ab ea, vt manifesta-
q.9.n.9. tiua, & declaratiua illius, vt sæpe dictum est. Et per omnem eundem modum inrelligere debemus verbum in nobis formari. Cognitum enim primo simplicem notitiam suam imprimit nostro intellectui, repræsentando se illi, vt pure passiuo, & sub ratione qua est intellectus. Intellectus autem sic perfectus simplici notitia per obiectum cognitum quod in se continet expressiuè factus est fœcundus, & principium actiuum, vt natura, in seipsum, vt est intellectus tantum, & principium passiuum ad formandum in se declaratiuam notitiam de notitia simplici, vt secundum hoc quando dicitur verbum formari per intellectum, & quòd intellectus sit in formatione verbi alicuius, hoc intelligitur de intellectu actu informato simplici notitia. Per hoc enim est principium, & natura, & necessariò prior est ratio eius, quæ est intellectus, & passiuus, quam quæ sic est natura, & actiuus. Et ideo ordine rationis prius habet esse, vt est intellectus, quam vt est natura, & fundatur actus notionalis quē agit, vt est natura, super actum essentialem, quē patitur, vt intellectus.

9. Et sicut hæc exposita sunt ex parte intellectus in actu dicendi, & formatione verbi sic ib.n.13.
intelligantur ex parte voluntatis in actu spirandi, & productione amoris spirati, præter hoc quòd intellectus passiuus est respectu actus intelligendi, qui conuenit ei vt est intellectus, actiuus vero respectu actus dicendi, qui cōuenit ei, vt est natura. Voluntas vero respectu vtriusque actus, & volendi, & spirandi, actiua est, vt sic & actus dicendi, & actus spirādi sint actus, & emanationes naturales, & modo naturæ.

10. Est tamen in hoc aliqua differentia in procedendo modo naturæ ex parte actus dicendi, & spirandi, quia vtraque processio est secundum naturæ operationem, & modu naturæ. Est tamen vnus eorum principalior altero, quia actus dicendi procedit secundum principaliorem modum procedendi modo naturæ, secundum Rica d. 6. de Trinat. cap. 2. 8. & 9. Vt ideo actus dicendi, & spirandi dicantur necessarij in Deo non solum necessitate immutabilitatis, qua impossibile est eum aliter se habere. Tali enim necessitate insunt Deo quæcunque ei insunt, sicut sunt essentialia, siue notionalia, aut personalia. Sed etiam necessitate naturalitatis, qua impossibile est Deum per principium quod est natura in ipso, huiusmodi actus non elicere, & per idem principium eisdem actibus de sua substantia manens in ea non producere, vt secundū hoc huiusmodi actus procedunt secundum naturæ operationem, quia à principio quod est natura eliciuntur, & modo naturæ, quia modo necessitatis naturalis. Quomodo autem actio dicendi est secundum principaliorem modum naturæ, & modo intellectus, siue intellectualis operationis, actio autem spirandi non secundum principaliorem modum naturæ, & modo voluntatis, siue voluntariæ operationis, infra declarabitur.

Con-

Conclusiones ex Quæstione Decima, Articuli Quinquagesimi quarti.

1. *Actus notionalis generandi, seu dicendi fundari dicitur in actu essentiali intelligentis, & ordine quodam rationis, quasi præsupponit ipsum.* n. 4.
2. *Hoc similiter se habet de actu spirandi, & volendi.* ibidem.
3. *Absolutè, & simpliciter omnia personalia in essentialibus fundantur.* n. 5.
4. *Essentialia ordine quodam rationis patri conueniunt quasi primo, filio quasi secundò, & Spiritui Sancto quasi tertiò, licet simul in æternitate.* ibid.

ARTICVLVS QVINQVAGESIMVS QVINTVS.

De notionibus, seu proprietatibus personarum diuinarum in generali secundum se. In Sex Quæstiones diuisus.

Habito de ipsis personis sequitur de ipsarum proprietatibus, quæ communiter notiones dicuntur.
Et primò de ipsis in generali,
Secundò in speciali, secundum quòd propriè singulis personis conueniunt.
Et circa primum duo quæruntur.
Quorum primum est de ipsis secundum se.
Secundum de eisdem in comparatione ad ipsas personas.
Circa primum istorum quærenda sunt sex, quorum primum est Vtrum in diuinis sit ponere proprietates personarum.
Secundum. Vtrum plures.
Tertium. Vtrum tantum quinque.
Quartum. Vtrum omnes sint notiones.
Quintum. Vtrum omnes sint relationes.
Sextum. Vtrum omnes sint relationes reales.

QVAE-

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum in diuinis sit ponere proprietates personarum.

Circa primum istorum arguitur, quòd in diuinis non sit ponere aliquas proprietates personarum.

1. Primò sic, proprietas semper est aliquid extra intellectum eius, cuius est proprietas, vt risibile est aliquid extra intellectum hominis. Contingit enim intelligere hominem non cointelligendo risibile. Sed in diuinis nihil est, quod est extra intellectum personarum, quia in di-
a. 34. q. 2 n. 14. a. 16. q. 3. n. 15. uinis secundum superius determinata non sūt nisi substantia, & relatio, & ambo sunt de intellectu personæ, vt inferius patebit, ergo &c.

2. Secundò sic, proprietas non constituit in esse id cuius est proprietas, quemadmodum risibile non constituit hominem in esse hominis, paternitas, & filiatio, & huiusmodi, constituunt personas in esse personarum, ergo non sunt proprietates earum. In diuinis autem non
q. 3. n. 8. dicuntur verius proprietates quā istę, vt infra patebit, ergo &c.

3. Tertiò sic, in simplicibus nulla est differentia inter abstractum, & concretum nisi in modo significandi, vt inter albedinem, & album, quia album secundum Philosophum solam qualitatem significat, sicut & albedo, sed in diuinis persona æquè simplex est, & essen-
a. 56. q. 1 n. 2. tia, vt iam patebit inferius, nulla ergo est differentia inter patrem, & paternitatem, inter filium, & filiationem, nisi in modo significandi tantum. Sed inter proprietatem, & id cuius est proprietas, necessariò est alia differentia, quam in modo significandi tantum, ergo paternitas, & filiatio non sunt proprietas patris, & filij. Sed præter hæc, & consimilia in diuinis non sunt aliæ proprietates personarū, ergo &c. vt prius.

4. In contrarium est illud Damasceni lib.
orth. fid. 1. cap. 10. *Propter patrem habent filius, & Spiritus Sanctus omnia quacunque habent, hoc est, quia habet ea præter ingenerationem, & generationem, & processionem. In his enim solum hypostaticis proprietatibus abinuicem differunt.* Et cap. 9. *Quoniam secundum omnia vnum sunt pater, & filius, & Spiritus Sanctus præter ingenerationem, & generationem, & processionem. Vnum enim Deum cognoscimus in solis proprietatibus paternitatis, & filiationis, & processionis, & secundum existentiæ modum differentiam intelligimus.*

5. Dicendum, quod eis quorum natura occulta est, prius quam sciatur an sint, oportet scire quod sit quod significatur per nomen, vt dicit Commentator. super cap. de vacuo 4. fo. 2. c. 1. t. 30. n. 4
Physic. Occultè autem valde habent esse proprietates in diuinis, cuius signum est multiplicitas errorum circa ipsas. Prius ergo oportet hic videre quid nomine proprietatis significari intelligimus, & ex hoc demum an tale qd, & quo modo in Deo intelligere debemus.

6. Est igitur sciendum, secundū quòd Am-
brosius determinat in libro de incarnatione, quòd c. 9. to 3.
tā in creaturis, quam in diuinis quædam sunt vocabula, quæ exprimunt naturam, vt homo, leo, Deus. Quædam vero exprimunt naturæ modum aliquem, aut qualitatem, large acce-
pta qualitate. *Nam, vt dicit, in diuinis significatorum generantis, & geniti exprimit substantiæ* ad med.
qualitatem. Sed sic eorum, quòd talium qualitatum quædam sunt substantiæ, vt substantia est vel sunt bonitas, veritas & huiusmodi, quæ in diuinis dicuntur attributa. Quædam vero suppositi, & ista sunt, quæ hic appellantur proprietates. Et secundum hoc dicendum, quod in diuinis oportet ponere proprietates sicut, & attributa.

7. Ad primum in oppositum, quòd proprie- n. 5.
tas est aliquid extra intellectum eius, cuius est proprietas. Dicendum, quod verum est quando proprietas idem est quod proprium quintū vniuersale. Sic autem non sumitur hic, vt dictum est.

8. Ad secundum, quòd proprietas non con- n. 2.
stituit in esse id cuius est proprietas, respondēdum est eodem modo.

9. Ad tertium, quod in simplicibus non est n. 3.
differentia concreti, & abstracti nisi in modo significandi, &c. Propter hanc rationem Magister Præpositiuus attendens diuinam simplicitatem dixit nullam proprietatem ponendam esse in diuinis, sic inquiens. *Innotuit diuersas esse opiniones de proprietatibus quidam enim penes infinitas constituunt, vt Magister Gubertus, quidam sex vt Magister Radulphus, quidam tres, vt Magister Robertus, quidam nullam, in qua sententia dicitur fuisse diu Magister Iuo Carnotensis, & huic opinioni consentimus.* Et omnes auctoritates, & propositiones in quib. insinuatur, quòd proprietates sunt in diuinis, exponit ponendo in ipsis pro abstracto indicans proprietatem, siue nomine communi quod est proprietas siue nomine proprio qđ est paternitas, aut filiatio, pro concreto indicante personam, sic inquiens. *Cum dicimus Paternitas est in patre, vel pater paternitate distinguitur a filio, modi*

lo-

loquendi sunt, & est sensus paternitas est in patre, idest pater est pater, sicut cum dico. Rogo dilectionem tuam, idest te dilectum. Cum dicimus: Pater generat filium, idem prædicatur de se, quia is est sensus. Pater est pater filij, siue à patre est filius.

10. *Sed contra hoc, vt dicit, videntur clamare omnes auctoritates.* Nam Augustinus dicit. *Proprium est patri generare, proprium est filio generari, & Spiritui Sancto proprium est procedere. Similiter alia est proprietas, qua pater generat, alia qua filius generatur &c. Auctoritas sic intelligenda est, proprium est patri generare, idest solus pater generat, & sic etiam in alijs.*

de fide ad Pet c. 2. to. 3. ser 30. de diu. to. 10

11. *Hilar. Proprium est patri, quod sit pater proprium est filio, quod sit filius, proprium est Spiritui Sancto, quòd sit Spiritus Sanctus ergo aliæ est proprietas, &c. Hæc auctoritas exponatur, vt præmissa solus pater est pater, &c.*

12. de Tr. in med.

12. *Item Ambrosius. In personis proprietas, in essentia vnitas, &c. Dicimus quod auctoritas illa sic exponenda est, in personis proprietas, idest personas, quæ sunt distinctæ, & sunt vnam in essentia, & æquales in maiestate adorentur.*

13. *Hieronymus. Confitemur non tantum nomina, sed etiam nominum proprietates. Sed si diligenter attendatur, apparet, quòd non dixit. Confitemur proprietates personarum, sed nominum, & proprietas dici solet eius significatio. Est ergo sensus, confitemur non tantum nomina, sed etiam proprietates nominum, idest significationes, quæ sunt autem significationes nominum, exponit cum addit, idest personas.*

to. 4. in symb.

14. *Sed Ioannes Damascenus magis videtur esse contrarius, qui ait. Idiomata sunt characteristica hypostaseon, & non naturæ, idest proprietates determinatiaæ sunt personarum, & non naturæ. Idem Io. Singula hypostaseon propriam existendi modum possidet. Sic respondemus idiomata, &c. idest personæ adinuicem distinguuntur, sed non natura ab aliqua earum, quælibet persona proprium existendi modum possidet, idest quælibet persona est vna substantia, ita quod non alia.*

l. 3. orth. fid. c. 6.

ib. c. 5.

15. Respondet etiam rationi, quæ obijcitur contra ipsum, sic inquiens. *Sed obijcitur nobis sic, nulla proprietate pater distinguitur à filio, nec filius à patre, & pater est idem in essentia cum filio, ergo pater est filius. Instantia, nullo accidente distinguitur pater à filio, nec filius à patre, & pater est idem cum filio in essentia, ergo pater est filius.* Et intendit quòd seipsis distinguuntur sicut simplicia. Aliter enim esset processus in infinitum. Vnde subdit, *Quæritur à nobis, si personæ non distinguuntur proprietatibus, quo distinguuntur? Ad hoc dicimus quod seipsis distinguuntur. Dicit enim Hiero. Personæ seipsis, & nominibus distinguuntur, ergo pater seipso distinguitur à filio, & Spiritu Sancto, & sic de alijs.*

16. Et adducit pro se vnam rationem.

dicens. *Sed quæritur ab illis vtrum illa proprietas, qua pater distinguitur à filio, sit substantialis, & si hoc, ergo pater substantialiter distinguitur à filio, ergo non est eiusdem substantiæ cum filio.*

17. Reuera Præpositiuus bene vidit, quòd proprietates, quę propriè [illegible] sunt proprietates in diuinis, non habent poni, nisi propter necessitatem distinguendi personas abinuicē. Vnde qui imaginantur tantum vnicam personam in Deo, vt Iudæi, & Gentiles, non necesse habent ponere aliquas proprietates in illa. Idcirco postquam negauit proprietates esse in diuinis, necesse habuit ponere, quòd personæ diuinæ seipsis distinguantur. Aliter enim ponendo eas distingui, necesse erat eas ponere distingui aliquibus, quæ sunt earum aliquid, quæ non nisi proprietates, vt dictum est, habēt appellari. Vnde dicit Ambrosius in principio de Trinitate. *Non ipse pater, qui filius, sed inter patrem, & filium generationis expressa distinctio est*, vt scilicet proprietate generationis actiuæ, & passiuæ distinguuntur. de fid c. 2 ad imed. to. 3.

18. Sed quod personas diuinas non possumus ponere seipsis distingui, nisi pro tanto qđ distinguuntur per aliquid sui, hoc efficaciter appare. quadruplici ratione contra Præpositiuum, quibus apparet error fore in dicto eius, & quòd necessario oportet ponere proprietates esse in Deo. Quarum prima talis est. Quæcunque simplicia seipsis differunt, differunt eo quod est sui, aliter enim differrent aliquo quod est sui, & aliquo non differrent. Quæcunque autē differūt, eo d ffe ūt, & in nullo cōueniūt, quemadmodum differunt genera prædicamentorum substantiæ, & accidentis. Si ergo sic differrent diuinæ personæ, omnino differrent, & in nullo conuenirent, consequens falsum est, ergo & antecedens.

19. Secunda talis, simplex quodlibet quod seipso secundum totum non aliquid sui differt ab alijs simplicibus, eo penitus quo differt ab vno, & ab altero, si ergo hoc modo differrent inter se personæ diuinæ tres, tunc pater eo penitus quo differt siue distinguitur à filio, differt siue distinguitur, & à Spiritu Sancto. Quare cum personæ diuinæ non distinguuntur aliquo absoluto, quia tunc differrēt in substantia, & natura, sed solum aliquo relatiuo, vna ergo & eadem relatione differret pater à filio, & Spiritu Sancto, quod si sic, ergo & ē conuerso filius, & Spiritus Sāctus vna, & eadem relatione differrent à patre, & essent vna eademque persona, cum in diuinis personas non multiplicat nisi relatio. Quod autem vna relatione filius, & Spiritus Sanctus differrent à patre, si pater vnica relatione differret ab ambobus, patet, quia ea relatione, qua aliqua differunt ab aliquo, & referuntur ad illud, & omnia relatiua eisdem relationibus adinuicem referuntur qui bus

bus adinuicem opponuntur. Si autem vna est relatio, qua pater refertur ad filium, & ad Spiritum Sanctum, & similiter vna est relatio saltem secundum speciem, qua ambo referuntur ad patrem, quia ratio relationis consistit in hoc, quod est ad aliud se habere, ad vnum autē per relationem vnam specie non possunt referri plures, secundum plures relationes specie differentes, quemadmodum ad patrem vnum, qui est pater vna relatione secundum speciem, quæ est paternitas, non possunt referri plures secundum plures relationes specie differētes, cuiusmodi sunt filiatio, & tertius.

20. Tertia ratio talis est, si personæ diuinæ seipsis secundum totum differunt inter se, aut ergo illud est absolutum, aut respectiuum. Non absolutum, quia tunc vt prius differrent in absolutis. Non respectiuum, quia tunc diuinæ personæ non essent nisi quidam respectus, quod est contra illud Augustin. de Trinitate. *Omne quod relatiue dicitur, aliquid est præter hoc quod ad aliud dicitur*. Et cum pater, & filius eodem respectu referuntur ad Spiritum Sanctum, eadem persona omnino essent pater, & filius, sicut, & sunt vnum principium Spiritus Sancti.

li. 7. c. 1. 10. 5.

21. Ex quo sumitur quarta ratio ad idem, quam inducit contra se Præpositiuus, talis. Si pater, & filius sunt vnum principium Spiritus Sancti, sed non sunt vnum in persona, ergo sunt vnum in proprietate, qua referuntur ad Spiritum Sanctum, & ideo in Deo est ponere proprietatem, & si vnam, eadem ratione, & plures. Et respondet Præpositiuus dicens, quòd ideo vnum sit principium Spiritus Sancti, quia vno modo spirant, quod non valet ei ad suum propositum, quia non spirarent eodē modo nisi esset aliquid idem in eis, quo differrent a Spiritu Sancto, quod non potest esse nisi proprietas, quia ratione substantiæ communis non sunt vnum principium spiratiuum. Aliter enim ipse Spiritus Sanctus spiraret.

n. 3. 22. Ad argumentum ergo tertium principale supra inductum, quòd in simplicibus non differant abstractum, & concretum nisi in modo significandi: Dicendum, quòd est quoddam simplex in quo non est nisi pura vnitas significata, & nullo modo aliquo pluralitas, qualis significatur hoc nomine Deus, vel hoc nomine sapientia. Est vero aliud simplex in quo aliquo modo est significata pluralitas, nō tamen repugnans simplicitati, vt in hoc nomine persona, vel pater, aut filius, aut Spiritus Sanctus. De simplici primo modo bene procedit obiectio; sed tale simplex non est persona in diuinis, sed secundo modo. Et de illo non est verum, quòd abstractum, & concretū non differant nisi in modo significandi immo differunt, & in significato, quia abstractum significat aliquid eius, quod significat cocretū, vt illud a quo nomen quasi formaliter imponitur, quod est ipsa proprietas. Concretum vero cum hoc etiam significat ipsam substantiam communem, vt infra patebit. Et secundum hoc, quia proprietas cadit quasi formaliter in significato personæ, ipsa est substantialis personæ, secundum quòd substantiale distinguitur contra accidentale. Non tamen ex hoc sequitur, quod sit substantia, neque quòd substantialiter, hoc est secundum substantiam, vna persona distinguatur ab alia. Bene tamē potest dici, quòd substantialiter ex opposito ei, quod est distingui accidentaliter. Et sic non valet ratio quam pro se inducit Præpositiuus. n. 12.

23. Quod autem ponit Præpositiuus, quòd omnes prædicationes, quæ videntur insinuare proprietates esse in Deo, debent exponi emphatica loquutione ponendo abstractum pro concreto, non est verum. Si enim secundum quod dicit, idem est dicere paternitas est in patre aut pater generat, quod pater est pater, tunc similiter idem esset dicere pater generat, & similiter pater spirat, quod pater est. Quare eum patrem esse patrem sen per est idem, & quæcunque vni, & eidem sunt eadem, inter se sunt eadem, idem ergo esset dicere. Pater generat, & pater spirat, & per consequens eadem esset persona generata, & spirata, quod falsum est. Aliter hoc improbat Magister 1. Sententiarum distinctione 26. cap. *Hic quæri potest*. n. 9. lit. G.

25. Similiter quod dicit, quod idem est dicere, proprium est patris generare, & quòd solus pater generat, non est verum, licet vnum concomitatur alterum. Non enim solus generaret nisi solus haberet proprietatem, quę est ad generare. n. 10.

25. Auctoritatem Ambrosij forte bene exponit, quia nihil in diuinis est adorandum nisi ratione deitatis. Propter quod, & vnica adoratione Trinitas est adoranda. Sed de hoc nihil ad præsens, nec obstat quin proprietates sint in diuinis, etsi ex hoc adorandæ, quod radicantur in essentia deitatis, & diuinas personas constituunt. n. 11.

26. Et quod dicit attendendum in auctoritate Hieronymi, quòd non dicit proprietates personarum, sed nominum, nō oportet. Quod plane exprimit Hieronymus in principio auctoritatis sic inquiens. *Exceptis vocabulis quæ proprietatem indicant personarum, quicquid de vna persona dicitur de tribus potest intelligi*, & infra. *Impietatem Sabellij declinantes tres personas expressas sub proprietate distinguimus*. Et sic proprietates sunt personarum, vt constituentes, n. 13.

tes, & distinguentes eas, & sunt nominum, vt à quibus nomina quasi formaliter imponuntur, quas tamen solas non significant nomina, sed cum substantia communi, quæ ambo in- sup. n. 2. a. 56. q. 4. cluduntur in significato personæ. Propter quod addit, *idest personas*, non quia persona significetur per nomen, & non personę proprietas, vt vult Præpositiuus. Vnde, & Magister lib. M. Sententiarum lib. 1. distinct. 25. cap vltimo, illa auctoritate probat, quòd persona ibi stat lit. C. pro proprietate, & distinct. 26. cap. *Quocirca*.

orth. fid. 27. Dictum autem Damasc. lib. 3. c. 6. manifeste exponit contra intentionem literæ quę sup. n. 14 sic iacet. *Neque differunt abinuicem hypostases secundum substantiam, sed secundum accidentia, quæ sunt characteristica idest designatiua idiomata, characteristica vero hypostaseos, & non naturæ. Etenim hypostasim determinant substantia cum accidentibus. Quare quod commune est cum proprietatibus habet hypostasis idest persona.* Appellat autem largissimo nomine accidentia ipsas proprietates. Ecce quam plane non intendat per hæc verba solum personas inter se esse distinctas, & non naturam à personis, vt dicit Præpositiuus, sed quod personæ distinctæ sunt inter se secundum proprietates, & non secundum substantiam, quæ proprietates determi- a. 56. q. 2. n. 5 natiuæ sunt personæ non naturæ, vt infra declarabitur, ita quòd persona in suo signi- q. 4. n. 5. ficato, & substantiam, & proprietatem contineat.

ib n 14. 28. Et quod dicit in expositione secundæ orth. fid. auctoritatis de lib. 3. cap 5. quòd, *quęlibet persona proprium modum existendi possidet*. idest quęlibet persona est vna substantia, ita quòd non alia, manifeste est contra illud Damasc. lib. 1. sup. n. 24 cap. 11. *Secundum omnia vnum sunt pater, filius, & Spiritus Sanctus, preter ingenerationem, generationem, & processionem, vnum eum Deum cognoscimus, in solis quidem proprietatibus, & paternitatis, & filiationis, & processionis, & secundum causam, & causale, quia pater est causa, & filius ex hac causa, & Spiritus Sanctus, & secundum perfectitudinem hypostaseos scilicet existentiæ modum, differentiam intelligimus.* q. 5. n 3. Ecce quia per illud quod dicit, *qualibet persona proprium modum existendi possidet*, non intelligit, quòd quęlibet persona est substantia deitatis, & non alia sed quod quælibet persona habet proprium modum existendi, hoc est subsistendi secundum suam proprietatem scilicet, vt a qua alia, vel quæ ab alia, vel quæ ab alijs. Et secundum hoc in diuinis vsitatur triplex modus interrogandi siue prædicandi, qui sunt, *per quid*, qui respicit substantiam: *per qui*, qui respicit personam: *per quomodo*, qui respicit proprietatem. Sed *qui, & quomodo* reducuntur ad vnum modum, scilicet relationis, quia *qui* respondet ei quod refertur, *quomodo* respondet ei quo refertur, siue nominaliter, siue participialiter significetur.

29. Et quod arguit Prępositiuus, quòd non n. 15. sequitur, personæ non distinguuntur proprietatibus, ergo non distinguuntur. Sicut non sequitur. Non distinguuntur accidentibus: ergo non distinguuntur: Dicendum quod nō est simile, quia in eis quæ distinguuntur secundum accidentia, restat alia distinctio, quæ est secundum substantiam, propter quod non sequitur, si aliqua non distinguuntur sm̄ substantiā, q̄d nō distinguūtur. In diuinis autem personis præter distinctionem secūdū proprietates, non restat alia distinctio, vt visum est. Et ideo bene sequitur. Non distinguuntur secundum proprietates, ergo non distinguuntur.

Conclusiones ex Quæstione Prima, Articuli Quinquagesimi quinti.

1. *In diuinis oportet ponere proprietates, sicut, & attributa.* n. 6.
2. *Personæ diuinæ non possunt poni seipsis distingui, nisi pro tanto, quod distinguuntur per aliquid sui.* n. 18.

QVAESTIO SECVNDA.

Vtrum in diuinis sit ponere plures proprietates personarum.

CIrca secundum arguitur, quòd in Deo nō sit ponendum plures esse proprietates.

1. Primò sic, proprium sequitur formam, & speciem rei, siue rationem speciei & formæ. sicut accidens sequitur rationē indiuidui, sed in diuinis non est nisi vna forma deitatis, ergo neque nisi vnum proprium, siue vna proprietas.

2. Secundò sic, plures proprietates non possunt esse nisi secundum eandem rationem speciei, aut secundum diuersas, neutro autem modo possunt poni diuersæ proprietates in diuinis, quia neque istæ, neque illæ natæ sunt esse circa idem numero, quemadmodum neque duæ albedines, neque nigredo, & albedo, quęcunque autem sunt in diuinis, habent esse circa idem numero, vt circa diuinam essentiam, ergo &c.

3. In contrarium est, quoniam non est proprietas in Deo nisi propter personarum plura-
q. 1. n. 17 litatem, vt habitum est iam supra. Sed plurium personarum necessario sunt plures proprietates, ergo &c.

4. Dicendum, quòd ad hoc plures proprietates necesse habemus ponere in Deo circa personas, quia plures qualitates secundum prædictum modum inueniuntur denominantes eas, vt iam in sequente quæstione declarabitur.

5. Ad primum in oppositum, quòd pro- n. 1.
prietas sequitur formam, & speciem rei, &c. Dicendum, quòd est quædam proprietas absoluta, & illa non est nisi vnica in vna forma, & specie. Et hoc loquendo strictè de proprio siue de proprietate, quemadmodum ponimus solum risibile esse proprium hominis. Vnde & huiusmodi proprium sępe ponitur in descriptione rei, cum eius forma specifica ignoratur. Alia vero est proprietas respectiua, & illa in eadem forma, & specie bene potest esse multiplex, quia non tam sequitur essentiam formæ, quam modum habendi illam, & sub-
sistendi in illa, vt iam videbitur. Talis autem a. 56. q. 2.
est proprietas personæ in diuinis, de qua loqui- n. 6.
mur, vt similiter patebit.

6. Ad secundum, quòd plures proprieta- n. 2.
tes neque eiusdem speciei, neque diuersæ possunt esse circa idem numero, &c. Dicendum, quòd verum est de proprietatibus absolutis, vt circa subiectum, cui inhærent. Et sic in Deo nulla est omnino proprietas circa diuinam essentiam, dicente Ricardo 4. de Trinitate cap. 16. *Proprium est omnis substantia, quæ vere nomen habet ex re, habere quidem esse compositum, & accidentibus subesse. Sola autem diuina substantia habet simplex esse, & nulli inhærenti subiectum.* Circa vero idem numero, vt circa fundamentum in quo fundantur, bene possunt esse diuersæ proprietates relatiuæ propter diuersum modum habendi illud idem, vt non ab
alio, vt à quo alius, & huiusmodi, vt iam pa- q. 3. n. 1.
tebit. 9.

Conclusiones ex Quæstione Secunda, Articuli Quinquagesimi quinti.

1. *Plures proprietates necesse habemus ponere in Deo circa personas.* n. 4.
2. *In Deo nulla est omnino proprietas circa diuinam essentiam, vt subiectum.* n. 6.

QVAESTIO TERTIA.

Vtrum proprietates in diuinis sint tantum quinque.

Circa tertium arguitur, quod in Deo non sunt plures proprietates duabus, quia non est proprietas in Deo nisi ex modo habendi vnã personam ad aliam, quia
a. 58. q. 3 n. 4. nulla est absoluta, vt infra dicetur. Sed in diuinis solum duo sunt modi habendi personam vnam ad aliam, scilicet, vt à qua, & vt quæ ab alia, vt patet ex supra
n. 14. determinatis, ergo in diuinis sunt solum duæ proprietates.

2. Quod sint tantum tres dicit Ricardus. 5. de Trinitate cap. 20. *Iuxta numerum proprietatum est numerus personarum, & sicut quartam proprietatem, sic quartam personam nullatenus inuenire poterimus.*

3. Quod sint tantum quatuor arguitur,
a. 58. q. 3 n. 4. quia non est proprietas in Deo nisi sit relatiua, vt infra videbitur. Et similiter non est relatio in Deo nisi sit proprietas. Est enim proprietas in re quicquid est in ea præter substantiam suam, sed in Deo tantum sunt quatuor
a. 53. q. 9. a. 54. q. 8. relationes secundum duas emanationes, vt patet ex prædeterminatis, ergo &c.

4. Quod autem sint plures quinque, & quasi infinitæ, arguitur ex eo quod dicit Ambro-
in præf. 60. 3. sius 2. de Trinitate in principio. *Proprietates sunt generatio, Deus, filius, verbum, similitudo, character, splendor, virtus, vita, & cætera huiusmodi*, quæ sunt circa solum filium, & plurima alia sunt circa patrem, vt ingenitum, primum principium, & huiusmodi. Et plurima circa Spiritum Sanctum, vt amor, donum, & huiusmodi. Item plurima circa tres communiter, vt æqualis similitudo, & huiusmodi, quæ sunt quasi infinita, quare, &c.

5. Dicendum ad hoc, quod proprietas quadrupliciter dicitur in diuinis, largissimè, largè, strictè, & strictissime. Largissime in diuinis proprietates appellantur quæcunque habent considerari circa personas, quemadmodum attributa appellantur quæcunque habent considerari circa diuinam essentiam, & sic loqui-
n. 4. tur Ambrosius de Trinitate in assumpta auctoritate. Et hoc modo loquendo de proprietatibus dicit Præpositiuus, quòd quidam pene infinitas in Deo constituunt proprietates. Dicunt enim, quod quædam proprietates sequuntur secundum essentiam, vt æqualitas, coæternitas, similitudo, quædam vero secundum hypostasim, vt paternitas, filiatio, & huiusmodi. Hoc etiam modo omnia diuina attributa essentialia possunt dici proprietates, iuxta illud Philosophi, qui dicit de numero ternario in principio cæli, & mundi. *Per hunc numerum adhi-* te. 2. m. 2. *buimus nos magnificare vnum Deum eminentem proprietatibus eorum quę sunt.*

6. Large autem loquendo, vt dicit idem Præpositiuus, Magistri nostri dicunt quinque solummodo esse proprietates, duas in solo patre, quæ sunt paternitas, & innascibilitas, vnã in solo filio scilicet filiationem, vnam in Spiritu Sancto scilicet passiuam productionem, & vnam in duobus communiter scilicet in patre, & filio, quæ dicitur spiratio actiua.

7. Strictè autem loquendo proprietates nõ sunt nisi quatuor, quia spiratio actiua eo quòd a. 56. q. 3. n. 2. communis est duobus, & nulli propria, propriè proprietas dici non potest.

8. Strictissimè autem proprietates non sunt nisi tres quæ sunt paternitas, filiatio, & spiratio passiua, eo quod solummodo sunt constitutiuæ, & distinctiuæ personarum abinuicem. Vnde, & non sunt nisi secundum numerum personarum, dicente Ricardo 4. de Trinitate cap. 15. *Pluralitas personarum manifestat, quòd in illa trinitate proprietatum differentia non potest deesse*. Et cap. 17. *In trinitate absque dubio oportet tot personales proprietates esse quot sunt personę*. Et lib. 5. cap. 15. *Proprietatum autem di-* l. 5 c. 15. *stinctio versatur circa duo, constat enim in dando, & in accipiendo, vnius enim proprietas consistit in solum dando, alterius in solum accipiendo. inter has autem media tam in dando, quam in accipiendo*. Et quia istæ tres proprietates solæ constituunt, & distinguũt personas, ideo proprietates personales dicuntur, vt dicit Præpositiuus, non autem solum proprietates personæ, cum reliquę omnes dicuntur proprietates persona- a. 60. q. 5 rum tantum. n. 4.

9. Ad primum, quod in diuinis non sunt ni- n. 1. si duo modi se habendi, &c. Dicendum, quòd verum est communes actum, & generales, sub quibus alij speciales continentur, quia modus habendi, vt a quo alius necessariò ponit modum se habendi vt à nullo. Aliter enim ex a. 54. q. 1. parte quasi anteriori procederetur in infinitũ, n. 3. 5. vt semper ille a quo est alius, esset ab aliquo alio. Et sic etiam modus non essendi ab alio includitur in modo à quo alius, & ille continet duos, quorum vnus est per generationem, alter vero per spirationem actiuam. Similiter modus qui ab alio, continet duos, vnum per

generationem, alium per spirationem passiuã, & sic ad illos duos modos alij quinque reducuntur.

n. 2. 10 Ad secundum, quòd sunt tantum tres, Dicendum, quòd verum est personales siue personarum constitutiuæ, per quod tamen non excluduntur aliæ duæ, vt tactum est, &

n. 8. q. seq. inferius magis patebit.

n. 3. 11. Ad tertium, quòd in diuinis non sunt nisi quatuor relationes, quare nec nisi quatuor proprietates. Dicendum secundum iam dicta, verum est positiue dictæ, & quæ sumuntur secundum hypostases. Præter has tamen est vna negatiua significata nomine innascibilis, & similiter plures aliæ, quæ sumuntur secundum essentiam, de quibus infra erit sermo

12. Ad vltimum, quòd sunt plures, & n. 4.
quasi infinitæ: Dicendum secundum iam dicta, quòd verum est largissime loquendo de n. 5.
proprietate.

Conclusiones ex Quæstione Tertia, Articuli Quinquagesimi quinti.

1. *Largissime loquendo in diuinis proprietates sunt penè infinitæ.* n. 5.
2. *Largè proprietates in diuinis sunt solummodo quinque.* n. 6.
3. *Strictè proprietates non sunt nisi quatuor.* n. 7.
4. *Strictissimè proprietates verè personales sunt tantum tres, Paternitas, filiatio, spiratio passiua.* n. 8.

QVAESTIO QVARTA.

Vtrum omnes proprietates in diuinis sint notiones.

Circa quartum arguitur, quod omnes proprietates sunt notiones.

1. Primò sic, illud est notio, quo res innotescit, sed qualibet proprietate personæ diuinæ nobis innotescunt, quia secundum
q. 1. n. 6. Ambrosium, sunt quasi quædam qualitates, & secundum Damascenum, quasi quædam ac-
q. 1. n. 27 cidentia, vt patet ex prædictis. Et talia secun-
f. 11. co. 2 dum Philosophum 1. de anima, maximam partem conferunt ad cognoscendum quod quid est, ergo &c.

2. Secundò sic, essentialius conueniunt Deo proprietates per quas personæ respiciunt sese mutuo, quam illæ per quas respicit Deus creaturas, quia, & illæ verius dicuntur notiones personarum, quam illæ deitatis, sed illæ notiones sunt per quas nobis essentialia deitatis innotescunt, cuiusmodi sunt esse creatorem, esse gubernatorem, & huiusmodi, ergo &c.

3. In oppositum arguitur, primò quòd nulla proprietas sit notio, cum enim notio non debet dici nisi ratio, & principium cognoscendi rem, tale autem in diuinis respectu personarum non est nisi communis essentia à qua habent esse, quia secundum Philosophum 2 Met. 3 co. 5.
eadem est ratio essendi, & cognoscendi, ergo &c.

4. Secundò, quòd communis spiratio actiua non debet dici notio, sic: illud solummodo debet dici notio quod propriam cognitionem de re manifestat, propter quod de definitione dicit Philosophus, quòd *est notificationis* 6. Top. 1.
gratia Importat enim propriam notitiam co. 4. & 17
de re, & ideo propriè notio rei dicitur, non autem genus, quod communem notitiam de re importat, sed spiratio actiua quia communis est patri, & filio, nullam propriam notitiam importat, ergo &c.

5. Præterea secundum Philosophum, eadem sunt principia essendi, & cognoscendi; sed communis spiratio actiua, nullius personæ est principium essendi, quia non est personæ constitutiua, ergo &c.

6. Tertiò

6. Tertiò arguitur, quòd innascibilitas nõ est notio, quia nihil præter alias proprietates personales importat nisi negationem. Negatio autem non est per se principium cognoscẽdi, quale debet esse notio in diuinis, aliter enim plures aliæ negationes, notiones in diuinis dici deberent, vt infra magis patebit, ergo &c.

7. Quartò arguitur, quòd generatio passiua, & spiratio passiua non possunt dici notiones. Quia notio debet esse principium declarandi aliquid dignitatis in eo cuius est notio, quod non faciunt passiua generatio, & spiratio, quia dicunt personam esse, sed ab alio, vbi licet sit dignitatis ipsam esse, nullius tamen dignitatis est ipsam esse habere ab alio, immo magis videtur esse defectus, quia quod habet aliquis omnino non nisi ab alio, non habet illud ex se, quod est magnæ indignitatis, ergo &c.

8. Dicendum ad hoc, quòd notio multipliciter dicitur. Vno enim modo dicitur aliquid notio formaliter, quia est ipsa cognitio de re omnino impressa menti, sic nihil aliud est quã simplex mentis conceptus in quo res cognoscitur. Alio vero modo dicitur aliquid notio effectiuè, quia facit, & causat notitiam rei in mente, & hoc contingit dupliciter, quia tale, aut est aliquid extra rem, ordinem tamen ad rem habens, sic omnis effectus notio potest dici respectu suæ causæ. Vel aliquid in re, & hoc dupliciter. Vel vt aliquid essentiæ rei, quo constituitur in esse, & hoc modo definitio, & vniuersaliter quod est forma essentialis in re, dicitur notio rei, & hoc modo solum tres proprietates personales personarum constitutiuæ, dicendæ sunt notiones personarum. Vel vt aliquid virtute existens in eo quo res constituitur in esse, quemadmodum vis motiua omnium vniuersaliter consistit in vi motiua primi mobilis, & est notio respectu motoris primi mobilis, & hoc modo innascibile siue ingenitum, est notio patris, secundum quòd inferius (a.57.q.1. n.17.) declarabitur loquendo de innascibili. Vel vt aliquid concomitans rem essentialiter in esse constitutam, quemadmodum accidentia sequuntur substantiam, & sunt notiones. Et iuxta hunc modum remoto tamen omni modo accidentalitatis, duplex notio est in diuinis personis, quia aut consequuntur personam ratione personæ, vel ratione diuinæ essentiæ in ipsa. Primo modo communis spiratio actiua notio est patris, & filij, ordine enim quodam (a.52.q.3. n.10.) consequitur fœcunditas spirationis generationem, vt habitum est supra. (a.54.q.6. n.34.) Secundo modo vniuersaliter omnes aliæ proprietates, quæ sunt in personis secundum essentiam, siue personarum comparatarum inter se, vt sunt æqualitas, similitudo, & huiusmodi, siue singularũ personarum secundum se, vt sunt attributa essentialia, notiones dicuntur.

9. Vnde inspicienti dicta patet, quòd in proposito solum dicuntur notiones proprietates illæ, quæ sunt personarum constitutiuę, aut insunt psonis rõe qua sũt psonę, nõ rõe qua sũt essẽtię. Et tales sũt solũ õ quinque quarũ numerus accipitur sic. Cum enim (secundum supra determinata) persona in Deo non est (a.53.q.6. 9.8.n.7. q.9.n.5.) nisi relatiua, & hoc secundum rationem originis, relatio autem secundum rationem originis potest esse vel vnius, ad vnum, quorum vnus est a quo alius, & alius qui ab alio, & vnus ab vno, sic sunt duæ notiones, vna patris, vt paternitas, siue generatio actiua qua alius est ab eo, alia vero filij, vt filiatio, siue nascibilitas qua ipse est ab alio, vel potest esse plurium ad vnum, qui est ab illis pluribus, & sic est notio communis spirationis actiuæ patris, & filij, vel potest esse vnius ad plures, & hoc vel vnius à quo sunt plures, & sic est notio patris innascibilitas, vt infra patebit, vel vnius qui est à (a.57.q.1) pluribus, sic spiratio passiua est notio Spiritus Sancti.

10. Ad dissolutionem quorundam argumentorum distinguendum est hic de notione, sicut supra distinctum est de proprietate, quoniam aliquid potest dici notio largissime, large, stricte, & strictissime. Primo modo, omnis proprietas diuina largissime accepta proprietate potest dici notio, secundum quod procedunt duo prima obiecta. (n.1.2.) Large autem loquendo de notionibus personarum, non dicũtur nisi quinque proprietates, quæ sunt in personis secundum ipsas personas, non secundum essentiam communem, vt dictum est. (n.9.) Stricte autem loquendo non sunt nisi quatuor ex illis. Communis enim spiratio actiua nullam notitiam personæ propriam facit. Stricte autem loquendo non potest dici notio, secundũ quod procedit quarta ratio, & similiter quinta. (n.4.5.) Strictissime autem loquendo non sunt notiones nisi tres personales proprietates. Innascibilitas enim ratione negationis quam importat, notio esse non potest, vt procedit penultima ratio. (n.6.) Ratio autem affirmationis intellectæ quicquid dignitatis simpliciter importat, continetur in actiua generatione, & spiratione, & quo ad hoc ad illas reducitur, vt inferius patebit loquendo de innascibilitate. (a.57.q.1. n.3.)

11. Ad illud, quod assumitur in tertia ratione, quòd nulla proprietas est notio, quia non est principium essendi in personis, sed solum ipsa essentia: Dicendum, quod in personis, & est esse, & est ad aliud esse. Primum est ab essentia, & est commune tribus. Secundum vero a proprietate, & distinguitur secundum distinctionem proprietatum, dicente Augustino 7. de Trinitate. (c.6. to.3.) *Substantia patris ipse pa-*

ter

ter est, non quo pater est, sed quo est. Et sic vno modo principium, & ratio cognoscendi personas, est essentia, & alio modo proprietas. Sed ista propria est personis, secundum quod sunt personæ, & ideo propriè dicuntur notiones personarum, & non ipsa essentia.

n.7. 12 Ad vltimum quod generatio, & spiratio passiuæ non possunt dici notiones. Dicendum, quòd in eo quod est ab alio habere esse per generationem, aut spirationem, est triã considerare, scilicet ipsum habere esse, quod est dignitatis, & commune omnibus, & ideo non dat rationem notionis. Et ipsum simpliciter ab alio habere illud, quod non ponit rationem dignitatis, neq; etiam indignitatis, & ideo etiam non dat rationem notionis. Est etiam in illo tertium considerare, scilicet habere ab alio esse sic, scilicet per naturalem generatio- a.57.q.1. n.18.34.
nem, aut spirationem, quæ quia sunt nobiles modi habẽdi, idcirco dant rationem notionis. Quomodo autem sunt nobiles modi habendi, satis declaratur primo sententiarum distinct. 26. de filio, cap. *Hic quaritur*, de Spiritu Sancto, cap *Ita etiam*. lit.D. lit.F.

Conclusiones ex Quæstione Quarta, Articuli Quinquagesimi quinti.

1. *Solum dicuntur notiones proprietates illæ, quæ sunt personarum constitutiua, aut insunt personis ratione, qua sunt personæ non ratione, qua sunt essentiæ.* n. 9.
2. *Tales sunt solummodo quinque, scilicet, paternitas filiatio, spiratio communis actiua, innascibilitas in patre, & spiratio passiua Spiritus Sancti.* ibid.
3. *Largissimè loquendo omnis proprietas diuina potest dici notio largè nisi quinque: Strictè nisi quatuor: Strictissimè nisi tres personales proprietates.* n. 10.

QVAESTIO QVINTA.

Vtrum proprietates omnes in diuinis sint relationes.

Circa quintum arguitur primò, quòd nulla proprietas in Deo sit relatio, sic, proprietas in diuinis est ipsa essentia, siue substantia. Paternitas enim est deitas, sed quod in diuinis est substantia, non est relatio, quia ex opposito distinguuntur sicut duo prædicamenta in diuinis, vt patet ex supra determinatis, ergo &c. a.28.q.5 n.59.

2. Secundò sic. *Verissimo enti non conuenit debilissimus modus essendi*, quia modus debet respondere rei, quicquid in Deo est, est ens nobilissimum, & modus relationis est modus entis debilissimus, dicente Commentatore super 12. Metaphysicæ. *Relatio debilioris esse est inter omnia prædicamenta*, ergo &c. a.32.q.4. n.2. q.5 n.13 c.19. vo 8

3. Tertiò arguitur, quòd non omnis proprietas in Deo est relatio, sic: secundum Damascenum lib. 1. cap. 11. *Secundum omnia sunt vnum pater, & filius, & Spiritus Sanctus, præter generationem, ingenerationem, & processionem*; sed aliæ sunt proprietates præter istas, ergo vnũ sunt in eis, sed in relationibus non sunt vnum, immo in sola substantia, ergo omnes aliæ proprietates in Deo substantiæ sunt, & non relationes. o.2 fid. q.1.n.28

4. Quartò ostenditur, quòd aliqua proprietas in Deo, vt saltem ingenitum, non sit relatio, sic: non est relatio, nisi sint duo extrema, vnum de quo dicitur, & aliud ad quod respicit, sed ingenitum non habet nisi vnum extremũ, scilicet de quo dicitur, & non habet aliud ad quòd dicatur, ergo &c.

5. Si vero dicatur secundum Augustinum 5. de Trinit. quod dicitur ad non genitorem, hoc non potest stare, quia tunc non genitor non potest esse aliqua persona diuina, vt filius, vel Spiritus Sanctus, quia ad ipsas pater refertur alijs relationibus, eadem autem persona ad eãdem non refertur pluribus relationibus, vt infra declarabitur. Et prætere a tunc non genitor esset proprietas filij, aut Spiritus Sancti, c.7. to.3. inf. n.12. a.56.q.5. n.22. a.59.q.4 n.10.

sicut

ſicut ingenitum patris, quod non eſt verum, vt a.57.q.1 infra patebit. Nec poteſt eſſe creatura, quia ad illam non habet Deus aliquem eſſentialem reſpectum, nec reſpectu illius accipitur in Deo aliqua notio, quia nihil ponit nobilitatis in Deo, & notio debet eſſe proprietas ad dignitatem pertinens, nec poteſt ſine reſpectu alicuius alterius, quia nullum eſt aliud, & reſpectu eius, quod omnino nihil eſt, nihil magis accipienda eſt aliqua notio in Deo, quam reſpectu creaturæ, quare &c.

6. In contrarium eſt, quoniam quicquid eſt in Deo præter ſubſtantiam relatio eſt. Plura a.32.q.5. n.25. enim prædicamenta ſecundum ſuperius habita in Deo nõ ſunt, omnes proprietates in Deo ſunt aliquid præter ſubſtantiam, dicente Au- App. de diu. ſer. 30.10.10 guſtino. *Ideo ſimplex perſona dicitur, quia eſt hoc quod habet, excepto quòd relatiuè quæque perſona ad alteram dicitur*, ergo &c.

7. Dicendum ad hoc ſecundum iam deter- q.1.n.6. minata, qđ proprietates in diuinis nihil aliud ſunt, quam quædam qualitates ſubſtantiæ, & ſic quamquam re ſunt ipſa ſubſtantia, ſiue eſſentia (paternitas enim eſt deitas, & ſimiliter cætera huiuſmodi) tamen inquantum proprietates ſunt, alia eſt ratio ipſarum, alia ſubſtantiæ, quę non poteſt eſſe ratio aliqua abſoluta, quia neceſſario poneret præter ſubſtantiam aliquam rem abſolutam, in qua fundaretur, & eſſet in Deo compoſitio. Oportet ergo, quòd ſit ratio relatiua, quæ non requirit, niſi rem abſolutam, vt eius fundamentum, ſed aliter importatur reſpectus, ſiue relatio per proprietates ſubſtantiæ, quæ ſunt attributa, & per proprietates perſonarum, quæ verius proprietates dicuntur, quia illæ, vt bonitas, veritas, & huiuſmodi, ſignificant ipſam eſſentiam ſub ratione a.33.q.2 reſpectus, vt ſupra determinatum eſt, non ſic a.35.q.8 n.50 autem proprietates perſonarum, ſed ſignificãt ſuo nomine ſolum reſpectus, vt paternitas nõ eſſentiã ſignificat cum reſpectu ad alium, hoc enim ſignificat perſona, quæ eſt pater, vt infra a.58.q.3 n.4. dicetur, ſed ſignificat purum reſpectum quo pater eſt pater, & ſic de cæteris. Vnde dicit Ma- a.75.q.8 & 2. lit.C. giſter 1. Sententiarum diſtinctione 27. cap. *Nec tamen. Patris nomen non tantum relationẽ notat, ſed etiam hypoſtaſim, id eſt ſubſtantiam ſignificat, ita & filius, & Spiritus Sanctus. Relationum vero vocabula, ſcilicet paternitas filiatio, proceſſio, gignere, vel gigni, procedere, ipſas tantum relationes.*

n.2. 8. Ad primum in oppoſitum, quòd proprietas eſt ipſa eſſentia, vt paternitas eſt deitas, &c. Dicendum, quòd circa ſignificatum dictionis licet realitas ſit eadem proprietatis, ſiue reſpectus, & ſui fundamenti, in quo fundatur, quæ ſignificatur, & nomine fundamenti, & nomine proprietatis tam in Deo, quam in creaturis, vt in ſequente quæſtione declarabitur, vt propterea in diuinis proprietas prædicetur de eſſentia, & è conuerſo, vt infra declarabitur exponendo modos loquendi, & prædicandi in diuinis, ſemper tamen modus alius eſt huius, & illius, qui licet ex oppoſito diſtinguuntur inter ſe, non tamen reſpectu ſui fundamenti, immo in ipſo conueniunt. Prædicamentum enim relationis in realitate á realitatibus prædicamentorum ſuper quas fundatur non diſtinguitur, ſed ſolum in modo, & ratione prædicamenti, vt ſuperius expoſitum eſt. Et ſic ratio- a.32.q.5. ne rei in diuinis ſubſtantia eſt relatio, licet non ratione modi, & ex hoc contingit, quòd licet proprietates ſint ipſa diuina eſſentia, tamen proprietatibus diſtinguuntur diuinæ perſonę, & non eſſentia, ſecundum quòd determinat Magiſter Sententiarum 1. diſtinctione 33. per totam. Et ſic vere contingit proprietates poni in Deo eſſe relationes, non obſtante, quòd ſunt ipſa diuina eſſentia.

9. Ad ſecundum, quòd modus debiliſſimus n.2. eſſendi eſt relationis, qui non debet conuenire enti nobiliſſimo. Dicendum, quòd in creaturis modus eſſendi relationis etiam, quæ eſt relatio ſecundum eſſe, debiliſſimus eſt, quia eſt in eis per dependentiam quandam non ſolum ad realitatem ſui fundamenti, ſiue ſubiecti, ſed etiam ſui obiecti, quia in diuerſis ſubiectis fundantur ſemper in creaturis relatiua ſecundum eſſe, vt paternitas in ſubſtantia patris, & filiatio in ſubſtantia filij, & ſimilitudo in duabus albedinibus, ita quòd ſi realitas deſtruatur in obiecto, etiam deficit relatio in vtroque extremo. Vnde quidam putabant relationem q.6.n.32 eſſe de ſecundis intentionibus, & rem rationis in animo ſolum exiſtentem. Non ſic autem eſt circa relationes reales in diuinis, quia in diuinis non eſt relatio in vno extremo per aliquam dependentiam, ſed ſolum per ordinem quendam ad aliud extremum eo, quòd relatio in vtroque extremo fundatur ſuper eandem eſſentiam. Hoc modo quod naturaliter eſt ſub huiuſmodi reſpectibus, ſine illis eſſe non poteſt, pluſquam ſine ſuo modo eſſendi, qui proprius eſt ei ſecundum quòd eſt ſubſtantia, ſiue eſſentia. Propter quod in diuinis non magis debilis eſt modus relationis, quam ſubſtantiæ, nec res relationis, quam ſubſtantiæ, quia eſt vna, & eadem.

10. Ad tertium dicendum quod Damaſce- n.3. nus loquitur de proprietatibus ſtrictiſſimè, & ſub vna illarum comprehendit proceſſionem actiuam, & paſſiuam, & ſub ingeneratione cõprehendit generationem actiuam, vt infra vi- a.57.q.4 n.8. debitur, In cæteris autem proprietatibus conueniunt, quia ſubſtantiales ſunt, vt ſimilitudo, æqualitas, & huiuſmodi, & ideo per hoc, quòd ſunt vnum in iſtis, non excluditur, quin ſunt vnum in ſola ſubſtantia, quia illarum vnitas in

per-

personis est per vnitatem substantiæ, vt infra declarabitur.

n. 4. 11. Ad quartum de ingenito, quòd non est relatio, dicendum est, quòd hoc non est verum.

12. Ad cuius intellectum sciendum est quòd ingenitum ad aliud dicitur non ad se, quod o-

cu. 3. stendit Augustinus 5. de Trinit. cap. 7. sic inquiens. *Negatiua porro ista particula, non, id efficit, vt quod sine illa relatiue dicitur, eadem præposita substantialiter dicatur, sed id tantum negatur, quod sine illa agebatur, sicut in cæteris prædicamentis, velut cum dicimus homo est, substantiam designamus, qui ergo dicit non homo, non aliud genus prædicamenti nunciat, sed tantum illud negat,*

ab infra. *&c. Non ergo receditur à prædicamento relationis, cum dicitur ingenitus. Sicut enim genitus non ad seipsum dicitur, sed quod ex genitore sit, ita cum dicitur ingenitus non ad seipsum dicitur, sed quod ex genitore non sit, ostenditur, quia sicut filius ad patrem, & non filius ad non patrem refertur, ita genitus ad genitorem, & non genitus ad non genitorem referatur necesse est.* Sed quia ista relatio negatiua est, ideo aliqui negabant ingenitum esse relationem, & de numero quinque notionum ponebant tantum quatuor illarum esse relationes. Et verum est, quòd non sunt nisi quatuor positiuæ, negatiua tamen non minus est relatio secundum dicta Augustini quàm aliæ, & hoc realis, quia sicut ex natura rei, absque intellectus consideratione habent fundari illæ affirmatiuæ, similiter, & ista negatiua, quæ facit relationem realem, vt infra declarabitur. q. seq.

n. 5. 13. Quod ergo arguitur, quod non genitus non dicitur ad non genitorem, vt aliquam personam diuinam, aut ad creaturam. Dicendũ, quòd bene verum est, immo refertur ad aliud, quod nec est, nec esse potest in rerum natura, vt ad non genitorem.

Ibid. 14. Et quod arguitur, quòd respectu talis non potest haberi notio. Dicendum, quòd verum est ratione negationis puræ, aut negatiuæ, est tamen notio ratione affirmationis cointellectæ, vt infra patebit. a. 57. q. 2.

15. Aliter autem respondet Præpositinus sic dicens. *Ad hoc quod obijcitur, quòd si innascibilitas sit relatio, oportet, quòd alia sit correlatio. sic respondemus quòd non omnis relatio habet correlationem. Nam quædam relatio inest, vel adest creaturæ respectu creatoris, nulla tamen inest, vel adest respectu creaturæ.* Quod verum est secundum rem, inest tamen ei, siue adest secundum rationem, & considerationem intellectus. Et sic in proposito adest relatio alteri extremo secundum considerationem intellectus negatiuè, & sic nec est, nec potest esse aliquid in re. Præpositiuus autem dicit, quòd ingenitum dicitur relatiue ad filium, & Spiritum Sanctum, sic inquiens. *Præterea proprietate illa dicitur referri ad filium, & ad Spiritum Sanctum, quia per eam ostenditur remoueri à patre proprietas filij, & proprietas Spiritus Sancti*, quod non vsquequaque absurdum est, vt infra videbitur.

Conclusiones ex Quæstione Quinta, Articuli Quinquagesimi quinti.

1. *Proprietates omnes personales sunt relationes.* n. 7.
2. *Ingenitum non minus est relatio, quàm alia, & hoc realis.* n. 12.
3. *Ingenitum refertur ad non genitorem.* 13.

QVAE.

QVAESTIO SEXTA.

Vtrum omnes proprietates in diuinis sint relationes reales.

CIrca sextum arguitur, quòd omnes proprietates in Deo sunt relationes reales sic: reale dicitur quid à re, nihil autem rei absolute est, aut potest esse in diuinis, nisi ipsa essentia, à qua ortum habet omne respectiuum, quod post med ex se non est res, secundum Boethium dicentem a.12.q.5. n.14. 30. inf.n.22. a.56.q.8. de Trinitate, *quòd tria prædicamenta, scilicet substantia, quantitas, & qualitas rem monstrant, alia vero prædicamenta circumstantias rei*, nihil ergo in diuinis habet esse reale quid nisi ab ipsa diuina essentia, sed proprietates quæcunque æqualiter realitatem habent ab ipsa essentia diuina, quia ab ipsa non habēt realitatem, nisi quia in ipsa fundantur, & omnes æqualiter in ea fundantur, quia immediate, ergo &c.

2. Præterea si relatio est realis à substantia in qua fundatur, cum non sit realis dicta nisi quia etiam res sit aliqua, aliter enim non constitueret personam, quæ res est, res autem esse non potest propter rem substantiæ, nisi quia ipsa est substantia, qua ratione ergo relatio potest dici res, eadem ratione potest dici substantia, consequens est falsum, ergo &c.

3. Quod autem aliquæ sint reales arguitur. in fine. Boethius dicit libro de Trinitate, *quod sola relatio multiplicat Trinitatem*, quod autem aliquid multiplicat realiter, non potest esse nisi reale. Multiplicatio autem Trinitatis personarum in Deo realis est, non secundum ra- 1. de Tr. c.5.10.3 tionem tantum, dicente Augustino, *quòd pater, & filius, & Spiritus Sanctus sunt tres res*, ergo &c.

4. Quod autem nec istæ sint reales, ergo multo fortius nec aliqua aliarum, arguitur &c. orth.fid. Ioan. Damascenus dicit lib. 1. cap. 11. *Aliud est re considerare, aliud ratione, & cognitione, in omnibus quidem creaturis hypostaseon diuisio consideratur re, communitas autem earum ratione, & cognitione consideratur in sancta verò, & super substantiali Trinitate è conuerso est, illic enim cōmune, & vnum re consideratur, cognitione vero est secundum diuisum*, sed istud diuisum non est nisi secundum proprietates personales, dicente eodem. *Vnum enim Deum cognoscimus, in solis quidem proprietatibus, & paternitatis, & filiationis, & processionis secundum existentia modum differentias intelligimus*, ergo secundum proprietates huiusmodi non differunt personæ, nisi cognitione, seu ratione: hoc autem non esset, si essent relationes reales, ergo &c.

5. Item Boethius de Trinitate dicit, quod in fine. *relatio patris ad filium, & vtriusque ad Spiritum Sanctum similis est relationi eiusdem ad seipsum*, illa autem est rationis tantum, ergo &c.

6. Dicendum ad hoc secundum supra de- q.5.n.7. terminata, quòd proprietates attributales relationes siue respectus reales non sunt, cuius tamen ratio iam videbitur. De alijs autem sciendum, quòd cum relatio omnis consistit in quodam ordine, & collatione quadam relatorum inter se, iste ordo variari habet secundū varietatem ordinatorum, & hoc tripliciter, quia aut consistit in ordine ordinatorum ex natura rei, vt ex vtraque parte ratio ordinis sit ex natura rei, vel in ordine ordinatorum ex ratione intellectus, vt ex vtraque parte ratio ordinis sit ex ratione intellectuum, vel partim in ordine ordinatorum ex natura rei, partim in ordine ordinatorum ex ratione intellectus, vt videlicet ex vna parte sit ratio ordinis ex natura rei, & ex alia ex ratione intellectus. Si in ordine ordinatorum ex natura rei, sic est relatio realis. Si in ordine ordinatorum ex ratione intellectus, sic est relatio rationis. Si partim vno modo, & partim alio modo, sic est partim, & ex vno latere relatio rationis, partim vero, & ex alio latere relatio rei.

8. Exemplum de hoc tertio modo est, si homo dextera sua comparatur ad columnam, ista relatio, quam homo habet ad columnam, vt dexter ei, & columna ad hominem vt ei sinistra, quia sita est ad dexteram eius, ista inquā relatio hominis ad columnam realis est, quia a.51.q.1. n.10. dexterum super quod fundatur in homine, secundum rem est in homine, relatio vero columnæ ad hominem solum rationis est, quia sinistrum super quod fundatur in columna nō est in columna nisi secundum conceptum intellectus, scilicet ex respectu ad dexterum hominis.

9. Exemplum de secundo est, quando intellectus accipit vnum, vt duo, & per hoc intelligit illud sub quodam ordine, & respectu ad seipsum, sicut cum dicitur aliquid esse idem sibiipsi, ibi enim est ex vtraque parte relatio secundum rationem, quia duplicatio illa eiusdem non est nisi in conceptu intellectus. Vel cum dicitur in diuinis pater est æqualis filio, ex vtraque parte est relatio secundum rationem, & hoc quia æqualitas aliquorum non est relatio nisi secundum magnitudines corū

commensuratas inter se, siue secundum quòd habent magnitudines inter se commensuratas, & ideo non est realis relatio æqualitas duorum aut plurium, nisi secundum duas aut plures magnitudines commensuratas, secundum quas inter se commensurantur realiter abinuicem diuersas, super quas fundantur respectus reales diuersi. Magnitudo autem spiritualis patris, & filij, est ipsa diuina essentia, quæ vna est in vtroque secundum rem, & nullo modo plurificata. Cum ergo secundum ipsam dicitur esse personarum æqualitas, oportet, quòd bis accipiatur secundum intellectum: semel, vt habet esse in vna persona, & semel, vt in alia, vel ter si trium personarum æqualitas secundum ipsam est accipienda, vt secundum hoc diuersi respectus possint fundari in ea. Et ideo personarum æqualitas in diuinis ex vtraque parte est relatio secundum rationem.

10. Et non est differentia in istis duobus exemplis, nisi quòd in illo duplicantur per intellectum ambo, scilicet, & illud super quod fundatur ordo, & relatio, vt est substantia rei, & ipse cuius est, non enim est identitas nisi bis sumendo idem per intellectum, & similiter substantiam eandem. In isto vero exemplo duplicatur per intellectum alterum solum, scilicet illud super quod fundatur ordo relationis. Personæ enim diuinæ es se non ex opere intellectus sunt plures, sed essentia deitatis, quæ vnica est eis, inquantum in ea fundatur æqualitas, accipitur penes intellectum, vt plurificata inquantum est huius, & inquantum est illius. & quoad hoc magis realitas est in relatione æqualitatis huius, quam identitatis. Exemplum de primo est in omnibus ordinatis secundum relationem consequentem quantitatem, qualitatem, aut actionem, & passionem, dum tamen ex vtraque parte correspondens ratio ordinis, & respectus inueniatur. Sic enim referuntur adinuicem æqualia, vel similia in creaturis, quia in vtroque est quantitas vel qualitas secundum rem, quibus ordinem, & respectum habent inter se, & similiter naturaliter actiua, & passiua, quia in vtroque est id realiter super quo fundatur actio, & passio, & est semper illud reale in creaturis aliud, & aliud re absoluta, vt alia, & alia quantitas, vel alia, & alia qualitas, vel alius, & alius motus, aut aliquid aliud, secundum quod ipsa extrema relata necessariò sunt alia, & alia re absoluta. Si enim illud reale non fuerit in vno extremo vnum re, & in alio aliud re, non est in creaturis relatio realis ex vtraque parte, immo si fuerit vnum re in vtroque differens sola ratione ex vtraque parte, est relatio, & ordo secundum rationem tantum, vt dictum est

n. 9. de relatione identitatis. Similiter si fuerit aliquid reale in vno, cui non respondet aliud reale in altero, ex vna parte est relatio, & ordo realis, ex altera vero rationis tantum, vt dictum est de homine, & columna. n. 8.

11. Hoc est ergo quod summe disturbat nos in diuinis, vbi necesse habemus ponere secundum fidem, & dicta sanctorum, quòd inter diuinas personas est relatio realis, ne sola ratione possimus personas distingui. Quia enim nihil in diuinis est absolutum reale nisi n. 9. essentia deitatis, & ideo super ipsam oportet singulos respectus in singulis personis fundari, obscurum est valde, quomodo est magis realis relatio inter diuinas personas secundum rationes actiuas, & passiuas, quæ sunt generare, & generari quam sint rationes quantitatis, & qualitatis, quæ sunt æquale, & simile, cum tamen omnes isti respectus fundentur in identitate diuinæ essentiæ. Quod licet ratio ad plenum non possit comprehendere, tentandum tamen est aliquantulum attingere.

12. Ad cuius intellectum sciendum est, q. 5. n. 9. quòd secundum prædicta, relatio est debilioris esse inter omnia prædicamenta, & hoc ideo maxime, quia prædicamentum substantiæ significat per modum entis, ratio enim substantiæ est secundum se existere, prædicamenta autem accidentis absoluta, vt quantitas, & qualitas, significant per modum inhærentiæ, ratio enim accidentis est inesse, relatio vero significat per modum ad aliud se habentis; ratio enim relationis est ad aliud esse, quasi nihil sit ad med. eius quod per ipsam refertur, dicente Boethio de Trinitate. *Hæc omnis prædicatio exterioribus datur*, & etiam dicit Philosophus quinto Me- c. 15. t. 20. to. 3. Auer. li. vol. 8. taphysicæ, *quòd scientia inquantum est relatio non est scientis, sed scibilis*. V. de aliqui putauerunt relationem esse de secundis intentionibus, quæ non sunt nisi res rationis non existentes extra intellectum, quales sunt intentio generis, & speciei. Quod videtur sensisse Boethius, cum dixit in libro de Trinitate loquens de differentia prædicationis substantiæ, quantitatis, qualitatis, & relationis. *Patet ergo* inquit, *quæ sit differentia prædicationum, quod alia* post me. sup. n. 1. *quidem quasi rem monstrant, alia vero quasi circumstantias rei, quodque illa ita prædicantur, vt esse aliquid rem ostendant, illa vero non esse, sed potius extrinsecus aliquid quodammodo assignant*. infra. *Non igitur*, vt dicit, *potest prædicatione relatiua quicquam rei de qua dicitur, secundum se addere, vel minuere, vel mutare, quæ tota non in eo quod est esse, consistit, sed in eo quod est in comparatione quodammodo se habere*, & in fine dicit. *Quocirca si pater, & filius ad aliquid dicuntur, nihil aliud differunt nisi sola relatione*. Relatio vero non prædicatur ad id de quo prædicatur quasi ipsa res sit, & secundum rem non facit alteritatem rei de qua dicitur. Propter quod, & Gilbertus Porretanus in commento super hunc passum,

a.56. q.2 n.5. sum, relationes non inesse, & insistentes personis, sed affixas dicit, sic inquiens. *Theologicæ personæ quoniam essentiarum oppositione à semnicem alia esse non possunt, harum quæ dictæ sunt extrinsecus affixarum rerum oppositione à se inuicem aliæ, & probantur, & sunt.*

13. Quod non vsquequaque falsum est, relatio enim, & res est, & modus, sed ea se non est nisi circumstantia, siue quidam modus, nisi aliquis sic velit extendere rem, vt rem appellet etiam modum rei, maxime qui sequitur rem ex natura rei, & non ea natura intellectus, qui etiam res rationis appellatur, cum habet esse à solo intellectu, licet non appellatur res simpliciter, quòd etsi respectus, qui sequitur ex natura rei, possit dici res vera aliquo modo, hoc non conuenit ei ratione illa, & comparatione qua est ad aliud, siue ex eo quòd est respectus, aut relatio. Aliter enim non esset vna res, sed plures, neque vna realitas, sed plures, respectus ille qui esset ad plures terminos. Et sic non esset vna relatio secundum rem, qua vnus est æqualis duobus, neque vna paternitas, qua vnus est pater duorum filiorum in creaturis, cum sint duo termini ad quos, quod falsum est.

14. Præterea si relatio ea se, eo quòd est respectiua, & ad aliud, esset res, tunc comparata ad substantiam non esset nisi modus tantum, & sic vno modo esset res, alio modo tantum modus, quod est inconueniens, sicut est inconueniens, quòd aliquid vno modo sit accidens, alio modo substantia. Propter quod relatio, quod ipsa est res vera siue realis, hoc accipit ab alio, vt à suo fundamento, quia ab alio habere hoc non potest, quia ad aliud comparationem non habet nisi, vt ad fundamentum, aut vt ad terminum.

15. Specialiter autem de relationibus notionum in diuinis, quòd realitatem sumant à fundamento suo, vt dicantur reales, patet inspiciendo iam dicta, hoc enim necesse est propter hoc, quòd consistunt in ordine, & collatione ordinatorum ex natura rei existentis in eis, absque omni consideratione intellectus.
a.21. q.3 q.5. Secundum enim supra determinata deitas seipsa formaliter habet esse, immo est ipsum esse,
a.30. q.1. n.6. & secundum se à nullo habet esse principia-
q. 3. n.9. tiuè, propter quod tanquam forma pura est
a.33. q.2. n.18. prima ratio principiandi omnia, & fundatur in ipsa respectus, & ordo ad principiata, & or-
a.39. q.2 n.4. dine quodam naturæ primò ad primum prin-
q.4. n.10 cipiatum. Qui quidem respectus ad primum
a.54. q.3. n.10. principiatum cum ipsa forma deitatis constituit primam personam, quæ ratione suæ primitatis necessariò innascibilis est, quæ non ha-
q. 3. n.6. bet esse ab alio, sed ab ipso omnis alius, & omne aliud, sed ordine quodam naturæ primò primum principiatum. Per hoc enim, quòd deitas in hac prima persona est intelligere quoddam secundum actum, ipsa deitas fœcunda est, & ratio principiandi actiue modo naturæ, & intellectualis operationis, vt qua quis habet producere, & similiter passiuè, vt qua quis habet produci, & per hoc quòd est ratio ea qua fundatur in ipsa respectus, qui est ab alio produci, & constituit cum essentia secundam personam, & existens in vtraque persona simul, est fœcunda, vt sit ratio producendi actiue, qua duo producunt modo voluntatis, & similiter passiuè, vt ea qua quis sic producitur, & per hoc fundatur in ea respectus, qui est ab alio produci modo voluntatis, & constituit cum ea tertiam personam. Et sic relationes notionales in diuinis ex hoc reales sunt, quod fundantur in ipsa deitatis essentia ex sola natura eius, absque omni consideratione, & collatione intellectus, quemadmodum, & in creaturis relationes reales dicuntur, quæ fundantur in re ea sola natura rei, absque consideratione intellectus.

16. Sed dubium est, vtrum cum hoc, quòd sunt reales relationes, possunt dici res, & est verum procuIdubio, quod inquantum includunt in se suum fundamentum, sicut reales dicuntur, quia fundantur in re, sic res sunt, quia rem sui fundamenti in se includunt. Sed secundum hoc non sunt nisi vna res, licet sint tres relationes, vel quatuor.

17. Alijs videtur, quod sicut respectus fundatus in re ex consideratione intellectus dicitur ad minus res rationis, tam secundum ordinem quem habet ad fundamentum, quam secundum ordinem quem habet ad obiectum, quia vtrunque ordinem habet ex consideratione intellectus, sic respectus ille, qui fundatur in re ea natura rei absolutæ, debeat dici res secundum vtrunque ordinem, quia ex natura rei cõuenit rei vterque, scilicet quod fundatur in re absoluta, & quod respicit obiectum. Sed si hoc ponatur circa reales relationes in diuinis, eadem ratione, & in creaturis, vt videlicet paternitas in creaturis non solum dicatur res, & realis ex fundamento, quæ est naturalis potentia generandi, sed etiam ex eo quòd est obiectum, quod dicunt multi, & quod illa realitas ex ordine ad obiectum, est propria prædicamento relationis.

18. Sed tunc quæro, cum prædicamentum relationis transfertur secundum aliquid manès in diuinis, an ista res maneat in diuinis trãslato prædicamento relationis, an non, sed trãsit in substantiam. Et siue sic dicatur, siue sic, aut ista res est idem omnino cum modo prædicamenti, qui est ad aliud esse, aut non. Si non, tunc si translata relatione ad diuina non manet huiusmodi respectus, quia secundum aliquos est accidens in creaturis, sed transit in sub

stantiam, tunc quod manet de relatione in diuinis non est nisi modus tantum, & non est res plusquam in creaturis. Si autem manet in diuinis, vt aliquid aliud ab illo modo, sic res aliqua creaturæ esset in diuinis præter rem deitatis, & præter modum essendi ad aliud, quod falsum est. Si autem res illa in creaturis sit ipse modus, & transfertur ad diuina, oportet quòd maneat, quia aliter nihil de prædicamento relationis maneret in diuinis. In diuinis ergo realitas relationis ex ordine ad obiectum non est nisi ipse modus, & sic secundum quòd sunt diuersi modi ad aliud essendi, secundum quod sunt obiecta diuersa, sic & diuersæ res. Sed tūc non est disputatio, nisi de nomine, appellando extenso nomine rem quod alij appellant modum rei. Attamen si sic respectus possint dici res, hoc non est nisi, quia ex natura rei fundantur in vera re. Quia enim realiter, & ex natura ipsius rei fundantur in re secundum dictum modum, vt dicantur res ex ordine ad fundamentū, ideo etiam realiter respiciunt obiectū, & dicuntur res in ordine ad obiectum non autem ex ordine ad obiectum. Non enim respiciunt obiectum realiter dicentes, quòd sunt res et à in comparatione ad obiectum, immo è conuerso, quia enim sunt res ex ordine ad fundamentum, etiam sunt res in ordine ad obiectum, & etiam realiter respiciunt obiectum.

19. Bene tamen verum est si respectus dicatur res, quod sicut diuersi sunt respectus ex comparatione ad diuersa obiecta, sic & diuersæ sunt res, sed hoc nunquam prouenit, vt ex causa propter quam sic, sed solum sine qua non, aliquando enim sunt diuersi respectus ad idem obiectum, vt duorum filiorum ad eundem patrem, vt prædictum est. Vnde quod duorum filiorum sunt duæ filiationes ad eundem patrem, causa siue ratio, quod sunt diuersi respectus, aut diuersæ res, non est obiectum vnum, sed potius fundamenta, quæ sunt diuersæ potentiæ generandi passiuæ in diuersis materijs, ex quibus generantur duo filij, super quorum diuersas potentias passiuas fundantur diuersæ filiationes, cum tamen paternitas vnica secundum rem respondeat eis in obiecto, quia fundatur super vnicam potentiam generandi actiuam, quæ est in forma substantiali generantis. Sic & in diuinis, quòd respectus sunt diuersi ad diuersa obiecta, non sunt causa, aut ratio obiecta, licet non sunt sine illorum
præd.c.3. to.8. diuersitate, quia secundum Philosophum, *relatiua sunt simul natura.* neutrum tamen est causa alterius vt sit, sed causa, & ratio per se est ipsa diuina essentia inquantum est fundamentum
a.15. omnium diuinarum proprietatum, secundum prætactum modum. Licet enim sit vnica res absoluta, propter tamen eiusdem infinitatem, & illimitatem ipsa est per se ratio, vt quasi fluāt ab ipsa diuersi respectus modo actionis, & passionis sibi respondentes, & vlterius diuersis producta, vt modo actionis generare, & spirare ad producendum actiue filium, & Spiritum Sanctum, & modo passionis generari, & spirari ad producendum quasi passiue filium, & Spiritum Sanctum, vt ipsa essentia simplex, & vnica sit per se perfecta ratio eius, quod respectus diuersi sunt, non solum quòd sunt respectus simpliciter, generare, & spirare, generari, & spirari, & per hoc quod sunt diuersi siue distincti ipsi producti non è conuerso, diuersitas productorum est ratio diuersitatis eius, quòd est generare, & generari, spirare, & spirari.

20. Ex quo patet quoddam suppositum superius, quòd scilicet quidditas, & realitas secū- a.54.q.6. n.31.
dum quam vna relatio alia est ab altera, non sumitur ex ordine ad suum oppositum, sed potius ex suo fundamento. Vnde quòd proprietates emanationum inter se distinguuntur, hoc non est, quia vna est ad aliam, aut vna ab alia, neque quia sunt ad diuersos productos, vel a diuersis producentibus, sed quia diuersimode fluunt, vel potius sunt quasi diuersi fluxus ab eadem substantia. Vnde & personæ inter se sunt diuersæ, non tam quod vna procedit ab altera, quam quia diuersimode procedunt ab eadem, a.54.q.6. n.
vt dictum est supra. Vnde cum vna persona ab alia emanat, non tam sunt diuersæ, quia vna ab altera est, quam quia constituuntur diuersis proprietatibus emanationum. Pater enim est alius à filio, non tam quia ab ipso est filius, quā quia constituitur proprietate, qua actiuè ab ipso est filius, & filius proprietate, qua quasi passiue est à patre, vt constitutio in esse per talem proprietatem in patre sit præuia secundum rationem intellectus emanationis ipsius producti.

21. Sed quod respectus appelletur res, istū modum loquendi non videtur admittere vsus Ecclesiæ. Cum .n. quatuor sunt relationes reales in diuinis, tunc esset præter rem essentiæ quaternitas rerum in diuinis, quod non videtur admittere vsus loquendi, licet intellectus veritati non repugnaret. Propter quod si omnino dicendum sit, quòd relationes sint diuersæ, & plures res iam dicto modo, videtur mihi, quòd melius sit dicere cum determinatione, quòd sint plures, & diuersæ res relationis, quam quòd sint plures, & diuersæ res re simpliciter accepta, quia si absque determinatione dicerentur res, cum non sit res in se existens, quia non substantia, neque in se subsistens, quia non est persona, neque alteri inhærens in diuinis, quia in diuinis non est accidens, neque similiter in creaturis, quia tunc non transferretur manens in diuinis, esset ergo necessario secundum opinionem Porretani res extrinsecus affixa, quemadmodum, & ille modus videtur esse quidam

affi-

affixum substantiæ inquantum res est, secundū dictā opinionem, quæ non ponit, quòd illam realitatem habeat à subiecto, sed potius ab obiecto, licet aliam realitatem habeat à fundamēto, vt scilicet quod plures respectus habeant à fundamento, quòd sint res, & vna res, sed à diuersis obiectis, quòd sint diuersæ res. Sed, vt iam dictum est, vtrunque modum realitatis habent à fundamento, vnum vt sunt vnum in illo, alium vt diuersimode quasi fluunt ab illo, multò fortius, quam quod ab eo fluunt diuersę creaturæ. Emanationes enim interiores sunt rationes emanationum exteriorum.

22. Præterea si quis velit dicere, quòd in creaturis alia res sit fundamentum relationis, alia vero ipsa relatio, & quòd sit accidens inhærens subiecto sicut alia prædicamenta accidentis, & quod cum hoc sit ibi modus proprius huius prædicamenti, qui est modus purus, & non res, & consimiliter in diuinis, obuiabitur
a.52.q.5 ei sic. Cum in diuinis duo sunt prædicamenta translata à creaturis, substantia scilicet, & relatio, ita quòd cum assumuntur in diuina prædicatione, quicquid in ipsis rei est, vt sunt circa creaturas, non manet, sed totum transit in diuinam substantiam, & manent solum duo modi, & rationes illorum prædicamentorum, qui etiam sunt ijdem in creaturis, si ergo in diuinis essent diuersæ res, substantiæ scilicet, & relationis, ambo essent ibi ex natura deitatis, & vni responderet vnus modus translatus à creaturis, & alteri alius. Quare cum modus proprius solum fundatur immediate in re propria, & non in alia nisi per rem propriam, quia scilicet habet esse vna earum in alia, sicut ergo in diuinis modus substantiæ, qui est secundum se esse, per se, & immediatè habet esse circa rem substātiæ, & fūdari in ipsa, sic & modus relationis, qui est ad aliquid esse, per se, & imediatè hēt esse circa rē relationis, & fundari in ipsa. Ita q in diuinis modus relationis, q est respectus quidā, & ad aliquid esse nō habeat esse circa rē substantiæ, neque fundari in ipsa, nisi per rem relationis existentem in substantia, aut circa substantiam, sicut si in creaturis respectus, qui est esse ad formam, non dicatur esse in essentia materiæ, nisi per rem aliam relationis existentem in ea. Ex quo necessario sequitur, quòd res illa relationis alia à re substantiæ esset aliquid absolutum, quia respectus ille, qui non est nisi modus, & ad aliquid esse, non fundatur, nisi in re absoluta, quia quicquid est præter absolutū esse, non est nisi modus eius, qui est vel secundum se esse, vel ad aliquid esse. Modus autem non habet fundari in modo, quia qua ratione vnus eorum fundatur in alio, eadem ratione, & ille alius in tertio, & esset abire in infinitum. Standum est ergo in aliquo quod est res absoluta, in qua immediate fundatur omnis modus. Et sic in diuinis non est simpliciter dicendum, quod sit res præter rem substantiæ, ita quòd cum determinatione dicatur in Deo præter rem substantiæ esse res relationis, hoc est secundum iam dictum modum appellando rem ipsum modum rei simpliciter dictæ, cui non curamus obuiare, quia non esset disputatio nisi de nomine, quæ non prodest, vbi certū est de re.

23. Ad primum in oppositum, quòd relatio non potest esse realis à substantia subiecta, a.8.
quia tunc omnes relationes diuinæ essent res, & respectus reales, quia omnes fundantur in substantia diuina. Dicendum, quòd fundari in substantia potest proprietas dupliciter. Vno modo, vt perfectè habet esse in substantia fundata ex natura substantiæ, absque omni consideratione intellectus, & comparatione eius ad quodcunque reale alterius rationis. Vel non absque consideratione intellectus, & comparatione ad reale alterius rationis. Omnis proprietas primò fundata supra diuinam substantiam, realis est, & tales sunt solummodo proprietates personales. Secundo autem modo nequaquam. Simile enim, & æquale non sunt relationes reales in Deo, quia non fundantur in Deo super diuinam essentiam, absque consideratione intellectus, vt supra dictum est. Si- a.9.
militer neque respectus attributorum, quia nō fundantur super diuinam essentiam, absq; omni consideratione intellectus, & comparatione ad reale. Secundum enim, quòd supra deter- a.52.q.[illegible]
minatum est, non habent esse in Deo, nisi ex consideratione intellectus diuini secundum se aut etiam ex comparatione ad realem distinctionem personarum diuinarum, aut ex consideratione intellectus diuini sub comparatione ad distincta in creaturis, vt alij dicunt. Ali- a.52.q.4. n.27
qui etiam ponunt, quòd nō habent esse in Deo a.52.q.[illegible]
nisi ex consideratione intellectus nostri, & cōparatione ad correspondentia eis in creaturis.

24. Ad secundum quòd relatio si est realis h.8.
est res aliqua, ergo est substantia. Dicendum, quòd verum est inquantum realis est, alias nequaquam. Quia hoc nomen relatio vno modo significat respectum, vt est intentio pura, & ratio prædicamēti, & sic relatio nō est res, neq; substantia, neq; accidens, nec est realis, sed modus ad aliud se habēdi purus, nisi sm̄ modū prętactū, appellādo rem modū rei, vel appellādo modum realem, quia sequitur rem. Alio modo significat respectū, vt est res prædicamenti absoluti super quem fundatur, sicut & significant omnia nomina specierum relationis, vt paternitas, filiatio, & huiusmodi, & sic in diuinis significat rem, quæ est substantia, & est substantia, sed sub ratione respectus significata. Est enim quo ad hoc differentia inter si-

gni-

gnificationem respectus in nominibus attributorum, quæ sunt sapientia, bonitas, & in nominibus proprietatum, quæ sunt paternitas, filiatio, & in nominibus personarum, quę sunt pater, filius. Quoniam attributorum nomina significant substantiam sub ratione respectus rationalis, & non imponuntur ad significandú respectum, sed ipsam substantiam sub ratione respectus. Nomina vero proprietatum imponuntur ad significandum respectum fundatum in substantia, & non substantiam sub ratione substantiæ, sed solummodo includunt eam in sua significatione. Nomina vero personarum imponuntur ad significandum substantiam sub ratione respectus, ita quòd etiam significant ipsum realem respectum, & ab illo imponuntur principaliter.

n.4. 25. Ad aliud, diuisum in diuinis consideratur ratione, & cognitione: Dicendum, quòd in diuinis diuisum duplicem habet comparationem, vnam ad id quod commune est, aliam ad suum diuisum. Primo quidem modo consideratur ratione, & cognitione, quia differunt sola ratione substantia, & proprietas, non autē secundo modo.

ibid. 26. Sed illa responsio est cōtraria dicto Damasc. quia comparat contrario modo commune, & diuisum in creaturis. Dicit enim expresse, quod *diuisum consideratur re*, ita quòd diuisa sub communi inter se differunt re. Ergo secundum mentem eius, in diuinis diuisum consideratur ratione, idest quod distincta sub communi inter se sola ratione differunt.

27 Ideo aliter dicendum, quòd licet in Deo (vt dictum est) proprietas significat substantiam, non tamen in est distincta per omnia, vt est substantia, sed solum vt est respectus, vt sic sit alius modus substantiæ, vt est substantia, & alius vt est sub ratione respectus. Ita quod diuinarum personarum differentia penes huiusmodi modos rationis est respectu differentiæ duarum personarum in diuinis secundum substantias absolutas. & ita quo ad hoc secundum intentionem Damasceni, *diuisum consideratione siue ratione est*. Et hoc modo ad modum respectus aspiciendo dicit Boethius, secū dum quòd iam habitum est, quòd *relatio non dicit rem, sed modum solummodo*.

28. Ad vltimum quod relatio personarum inter se similis est relationi eiusdem ad se, quę non est nisi secundum rationem: Dicendum, quòd verum est quo ad hoc, quòd relatio ex vtraque parte fundatur super idipsum rem. Differt tamen quo ad hoc, quòd ibi duplicatio relationis super idem, & extremorum relatorum distinctio est ex sola ratione, & consideratione intellectus, non sic in proposito, vt visum est supra. n.5.

Conclusiones ex Quæstione Sexta, Articuli Quinquagesimi quinti.

1. *Proprietates attributales, relationes siue respectus reales non sunt*. n. 6.
2. *Inter diuinas personas est relatio realis*. n. 11.
3. *Relationes notionales in diuinis sunt reales*. n. 15.
4. *Possunt etiam dici res ratione fundamenti*. n. 16.
5. *Non sunt tamen plures res, sed vna tantum, licet sint tres relationes, vel quatuor*, ibidem.
6. *In diuinis non est simpliciter dicendum, quòd sit res præter rem substantiæ*. n. 21.
7. *Proprietates personales sunt solummodo reales in Deo*. n. 22.
8. *Simile, & æquale non sunt relationes reales in Deo*. ibidem.

A R.

ARTICVLVS QVINQVAGESIMVS SEXTVS.

De Notionibus, ſeu proprietatibus diuinarum perſonarum in comparationes ad ipſas perſonas.

In Quatuor Quæſtiones diuiſus.

SEquſtur Artic. quiquageſimus ſextus de proprietatibus, ſed ſpecialiter perſonarum realibus, in comparatione ad ipſas perſonas, vbi quæruntur quatuor.

Primum eſt. Vtrum proprietates ſint in perſonis.

Secundum. Vtrum in eadem perſona ſint plures proprietates.

Tertium. Vtrum ſint conſtitutiuæ perſonarum.

Quartum. Vtrum ambo ſimul conſtituant perſonam, ſcilicet proprietatès cum eſſentia.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum proprietates ſint in perſonis:

CIrca primum arguitur, quod proprietates non ſunt in perſonis.

1 Primò ſic. Quod ſolum conuenit alicui ex habitudine eius ad alterum, nihil eſt in illo, ſiue eorum quæ ſunt illius, quia habitudo talis ad ipſum nihil dat ei cum adeſt, & nihil aufert cum abeſt, proprietas relatiua conuenit perſonæ ex ſola habitudine eius ad alterum, quæ cum adeſt, conuenit ei proprietas relatiua, & non conuenit ei cum abeſt, dicente Boethio lib. de Trinitate, vbi loquitur de relationibus proprietatum. (post me.) *Perſpicuè ex alieno aduentu conſtare perſpiciuntur, ſi auferas ſeruum, abſtuliſti, & dominum. An non etiam ſi abſtuliſti albedinem, abſtuliſti quoque album? Sed intereſt, quod albedo accidit ſubiecto, ſed poteſtas, qua ſeruus coercetur, quoniam ſublato deperit ſeruo, conſtat non eam per ſe domino accidere, ſed per ſeruorum quodammodo extrinſecus acceſſum non igitur,* vt concludit, *dici poteſt prædicatione relatiua quicquam rei de qua dicitur,* vt iam ſupra, ergo &c. (a. 55. q. 6. n. 12.)

2. Secundò ſic, ita ſimplex eſt perſona in diuinis, vt eſſentia, ſed proprietates eſſentiæ, vt attributa eſſentialia, bonitas, veritas, & huiuſmodi, propter eſſentiæ ſimplicitatem non dicuntur eſſe in eſſentia, ſed ſolum modi quidam intelligendi circa ipſam, ergo ſimiliter, nec proprietates ſunt aliquid in perſona, ſed ſolum modi circa perſonas. (a. 55. q. 2. n. 5. inf. q. 4. n. 12.)

3. Tertiò ſic. Proprietas relatiua eſt in illo, in quo eſſentialiter fundatur, vt ſimilitudo vnius albedinis ad aliam, quia eſſentialiter fundatur in albedine eſt in albedine, vnde & denominat eam, dicendo, quòd albedo eſt ſimilis albedini, proprietas quælibet relatiua in diuinis eſſentialiter fundatur in diuina eſſentia, vt iam habitum eſt, ergo eſt in illa, non ergo proprie dicenda eſt eſſe in perſona. (a. 55 q. 10 n. 19. a. 55. q. 6 n. 12.)

4. In oppoſitum eſt Gregorius, qui dicit in præfatione Miſſæ. *In eſſentia vnitas, in perſonis proprietas.*

5. In iſta quæſtione antiquitus erat via erroris vna dicentium, quòd proprietates licet ſint aliquid in diuinis idest inter ea, quæ circa Deum conſiderantur, non tamen in perſonis, nec in eſſentia, nec ipſæ perſonæ, aut ipſa di-

uina

uina essentia, sed tantum habitudines ab extrinseco personis quasi affixæ, & assistentes. Et erat positio Porretani, quam excepit ex verbis Boethij, vt dictum est. Sed quod dixit Boethius (vt habitum est iam supra) *Ex quo apparet, quod proprietates, & relationes nihil rei dicunt in diuinis, sed circumstantiam, & modum rei extrinsecus assignant*. Hoc non dixit intendendo, quod non sunt res aliqua, sed omnino aliud ab essentia, & persona, vt putauit Gilbertus, sed hoc dixit, quia non dicunt in diuinis aliquid re diuersum ab essentia, & persona, sicut significãt accidentia absoluta, vt manifestat per sua exempla, sed solum modum se habendi, & circumstantiam, non tamen omnino distinctam, & separatam ab essentia, & persona, sed vt includens in suo significato rem, & essentiam in qua fundatur modus ille, vt dictũ est, quæ propterea conuenit personæ ex natura illius rei, vt sic circumstantiam, & respectũ ad alium habet persona non solum quia alius quodammodo se habet ad ipsam, sed ex seipsa respicit alium, cum alius respicit ipsam. Vnde quod dixit Boethius, *huiusmodi circumstantiam considerari ex aduentu alterius*, non dixit hoc, quia ex solo aduentu alterius, quod intelligit Gilbertus, sed quia non sine aduentu alterius.

a.56.q.6 n.12.

l. de Tri. post me.

ibid.

6. Sic enim est, quod omnis natura perfecta habet ex se naturam, qua habet ad aliud cõparari, & tanto quod natura quanto perfectior, & simplicior est natura, vt habitum est supra loquendo de attributis, sed quod quandoque actu non refertur ad aliud hoc contingit ex defectu alterius extremi, sicut contingit in luce, quod habet in se perfectam naturam, qua semper habilis est, vt actu illuminet, & quod non semper actu illuminat, hoc est quia non præsens est illuminationem suscipiens, & cum fuerit præsens, statim sine omni sua immutatione illuminat. Similiter album in se habet naturam, qua habile est, vt alteri assimiletur secundum actum, & vt actu assimiletur non requiritur, nisi præsentia alterius extremi. Et ita in talibus id reale quo habile est aliquid ad alterum respicere, bene est in ipsis ex se, sed non sub ratione respectus, nisi per præsentiam alterius extremi, & vtrumque includitur in significato proprietatis relatiuæ, vt habitum est supra.

a.51.q.3. n.5.

7. Ex quo ad hoc secus est de significato relationis, & substantiæ, quantitatis, & qualitatis. Cum enim in quolibet prædicamento est duo considerare, & rem ipsius prædicamenti, & rationem generis prædicamenti, secundum quod est superius expositum, alia tria prædicamenta propriam rem habent sui generis, & ad illam significandam imponuntur, non autem ad significandum modum siue rationem sui generis, quæ conuenit suæ rei. Substantia enim imponitur ad significandum rem cui conuenit esse secundum se. Quantitas vero imponitur ad significandum rem [illegible] Qualitas vero ad significandum aliam [illegible], quibus tamen communiter conuenit esse in alio, sed differsimode. Ratio vero ad significandum propter rationem sui generis imponitur, & non ad aliquam rem propriam sui generis, quia illam non habet ad quam significandam possit imponi, sed solum habet res aliorum prædicamentorum super quas fundatur, vt dictum est, sed aliter quam accidens, quantitas scilicet, vel qualitas, fundatur super substantiam, quia illa fundantur super substantiam, vt res super rem cui inhæret, cum in se non possit esse. Relationis vero respectus fundatur super rem vt modus quo alter respicitur, nihil autem in se ex hoc respectu recipit. Et sic propria ratio quantitatis, & qualitatis est secundum comparationem eius ad suum fundamentum, vt ad subiectum cui inhæret, sed propria ratio relationis non est omnino secundum comparationem eius ad fundamentum suum, vt in quo sit, sed potius, vt ab ipso, & secundum comparationem ad id quod respicit. Et quo ad hoc relationes, & respectus earum, nec sunt inhærentes, nec subsistentes, sed assistentes, & quasi extrinsecus affixæ, & quodammodo contingentes rem prout quasi tendit ad alterum. Et illo modo tantum considerauit Gilbertus relationes, & dixit eas non esse substantiam, nec in substantia nec in persona, sed extrinsecus, & assistentem personæ.

a.12.q.2. n.5.

8. Sed licet propria ratio relationis non est omnino ad subiectum, vt eidem inhærens, est tamen ad subiectum, vt eidem inhærentes, non quasi res alia ab ipsa, sed quasi res eadem sub ratione modi, per quem alterum respicit. Et non est differentia nisi quia est alia ratio eius secundum quod est in se aliquid, quæ est ratio substãtiæ, & alia secundum quod est sub ratione modi per quem suppositum se habet ad aliud, quæ est ratio relationis. Res enim eadem absolutissimè considerata, absolute est aliquid in se, & sub comparatione quadam habet modum respectus ad alterum, & est vna indifferens sicut fundamentum ad duos modos, substantiæ, scilicet, & relationis, & sub vno modo est res substantiæ in diuinis, & in creaturis quantitatis, aut qualitatis, sub alio vero modo est res fundamentalis relationis, & sic eadem est res, substantiæ, quantitatis, aut qualitatis, & res relationis modo prædicto, & significatur nomine substantiæ, quantitatis, aut qualitatis, & nomine relationis, secundum diuersos respectus differens solummodo. Et ideo in creaturis relatio fundata super quantitatem, aut qualitatem, accidens est, & idem accidens re sub diuer-

dinerfis rationibus prędicamentorum, vt idem re fignificent quantitas, & æqualitas, & qualitas, & fimilitudo. In diuinis autem vbi non eft relatio fundata nifi fupra fubftantiam, confimili modo fubftantia eft, & eadem fubftantia re fub diuerfis rationibus prædicamentorum, fubftantiæ fcilicet, & relationis, & propterea relatio, fiue proprietas in diuinis nõ eft affixa, & affiftens, fed potius infiftens effentiæ, vt fundamento perfonæ, vt conftituto per ipsã, vt patebit in fequenti quæftione.
lit.B; Propter quod Magifter primo Sententiarum diftin. 26. cap. *Iam de proprietatibus*, loquens de proprietatibus dicit.
lit.C. *Notant relationes, quæ non funt Deo accidentales, fed in ipfis perfonis ab æterno funt incommutabiliter, vt non modo appellationes fint relatiuæ, fed & ipfæ relationes, fiue notiones in rebus ipfis, fcilicet in perfonis, fint.*

9. Ad primum in oppofitum, quòd proprietas relatiua conuenit perfonæ ex fola habitudine ad alterum. Dicendum fecundum
§.5. iam dicta quòd hoc poteft intelligi dupliciter. Vel quia ex folo aduentu alterius, fic non eft verum, nec fic eft proprietas aliquid in perfona proprie loquendo, vt poluit Gilbertus. Vel quia non fine aduentu alterius, aut coexiftentia eiufdem, fic eft verum, & fic proprietas eft in perfona ex virtute exiftentiæ fuæ alterum refpicientis, vt dictum, & expofitum eft.

n.4 10. Ad aliud, quòd refpectus attributorum non dicuntur effe aliquid in diuina effentia propter eius fimplicitatem, quare neque proprietates in perfona. Dicendum, quod in propofito aliquid poteft intelligi effe in, vel vt in fubiecto, fic nihil eft in diuinis, vel ficut in fundamento, & fic omnes refpectus diuini funt in effentia, nec fimplicitati effentiæ repugnant, quia quafi ex ipfa pullulant, vel quafi, vt conftituens in conftituto, vel determinans in determinato, & fic proprietas non habet effe in effentia, fed tantum in perfona, nec obftat eius fimplicitati, fecundum quod hoc melius patebit in fequente quæftione.

n.3 11. Ad tertium, quod relatio fundata in albedine denominat eam, & ita eft in ea, &c. Dicendum ad hoc, quòd relatio habet fundari in aliqua re abfoluta dupliciter, vno modo fecundum id quod eft, & vt res aliqua eft, alio modo, vt principium actionis productiuæ alicuius eft. Primo modo dupliciter. Vno modo, vt in fe eft aliquid, alio modo, vt alteri inhærens. Primo modo relatio fundata in re aliqua eft in illa, fed non nifi, vt in fundamento, & denominat illam, fecundum quod vna albedo in abftractione dicitur effe fimilis alteri albedini. Secundo modo relatio fundata in re eft in illa non vt in fundamento, fed vt in fubiecto in illo cuius accidens eft res in qua fundatur, & fecundum hoc albedo in fubiecto exiftens, vt in fubiecto eft non dicitur fimilis, fed album, & eft prima fimilitudo fubftantialis, fecunda vero accidentalis. Neutro iftorum modorum fundatur relatio fuper diuinam effentiam. Non primo modo, quia non habet aliam fibi fimilem. Non fecundo modo, quia præter hoc quòd non habet fimilem fibi aliam, non eft in aliquo, ficut in fubiecto. Sed iuxta hunc fecundum modum inquantum exiftit eadem in diuerfis fuppofitis, in quibus differre poteft fecundum rationem acceptionis noftræ fuper ipfam fundatur fimilitudo, qua perfonæ inter fe fimiles dicuntur. Tertio autem modo relatio fundata in re non eft in illa, nifi fecundum quod ordinatur ad actionem, & paffionem, & hoc productionis perfonalis in diuinis, in qua refpectum non habent inter fe nifi producens actiuè, & productum paffiuè, quæ oportet perfonaliter diftingui. Quod cum in diuinis non poteft effe per fubftantiã, oportet, quòd illud fit per proprietates relatiuas conftituentes perfonas producentem, & productam. *Relatio enim*, vt ait Boethius de Trinit. *fi dici poteft quoquo modo id quod vix intelligi potuit, interpretatiuum eft perfonarum.* Et fic fubftantia, vt in ipfa fundatur talis relatio non exiftit in fe, fed in fuppofito. Et ideo ficut in relatione accidentali, quæ fundatur, fuper accidens, vt eft inhærens fubiecto, non denominat id fuper quod fundatur, fed fubiectum eius, vt dictum eft, fic relatio perfonalis fundata fuper diuinam effentiam non denominat effentiam, fed perfonam, nec fecundum quod dicit Præpofitiuus eft proprietas effentiæ, fed perfonæ, & ideo non eft determinatiua effentiæ, fed perfonæ, & per hoc proprie eft in perfona non in effentia, vt iam dicetur. ad Boe.

Conclusio ex Quæstione Prima, Articuli Quinquagesimi sexti.

1. *Relatio siuè proprietas in diuinis non est affixa, & assistens, sed potius insistens essentiæ, vt fundamento personæ.* n 8.

QVAESTIO SECVNDA.

Vtrum in eadem persona sint plures proprietates.

Circa secundum arguitur, quòd in vna persona non possunt esse plures proprietates.

lit. G. 1. Primò sic. Magister dicit primo Sententiarum distinctione 33. cap. *Quorum. In ipsis hypostasibus sic sunt proprietates, quòd eas determinant*, sed personam non determinat proprietas, nisi eã constituat, quia determinando constituit, & persona non constituitur, nisi vna proprietate, ergo &c.

a.55. q.6 2. Secundò sic, cum proprietas in diuinis secundum determinata res sit, si in vna persona essent plures proprietates, cum proprietates denominant personam, vna persona esset plures res.

a.55.q.1. n.37. 3. In contrarium est, quoniam persona non distinguitur à persona, nisi proprietate. Cum ergo vna persona distinguitur à pluribus, oportet ponere, quòd in vna persona sint plures proprietates.

a.55.q.4. n.8. 4. Dicendum ad hoc, secundum prædeterminata, quòd strictissimè loquendo de proprietate non sunt proprietates plures in vna persona, quia non sunt plures nisi tres personales constitutiuæ trium personarum. Largius autem loquendo, secundum quòd innascibilitas,

lit.n.6. & communis spiratio dicuntur proprietates, planum est, quod duæ sunt propriè in patre, innascibilitas, & generare, & vna communiter in ipso, & filio, scilicet communis spiratio actiua.

n.1. 5. Ad primum in oppositum, quòd non est proprietas in persona, nisi eam determinet, & tales non sunt nisi tres constitutiuæ. Dicendum est, quòd illud dictum est solum de tribus proprietatibus personalibus. Veruntamen distinguendum est, quòd determinare potest proprietas personam, vel in se, & respectu alterius personæ simul, vel respectu alterius personæ tantum. Tertium membrum, scilicet in se

a.51.q.4 n.5. tantum, est impossibile, quia in diuinis secundum sup a determinata non est persona, nisi relatiua. Primo modo non determinant personam, nisi tres proprietates personales. Secundo modo potest proprietas determinare personam dupliciter, aut positiue, aut negatiue. Primo modo determinat communis spiratio personas patris, & filij distinguendo eas à persona Spiritus Sancti, aliter enim non esset in eis principium emanationis Spiritus Sancti. Nihil enim producitur proprietate aliqua, quod non determinatur per eam. Vnde Magister primo Sententiarum distinctione 33

l.t.G. cap. *Quorum dicit. Licet paternitas, & filiatio sint in essentia diuina, tum eam non determinent, non ideo potest dici, quod diuina essentia generet, & generetur, vel quòd eadem res sit pater, & filius, ita enim proprietas determinat personas, ut hac proprietate hypostasis sit generans, & illa alia hypostasis sit generata.* Secundo modo ingenitum

a.55 q.5. n.2 11. a.57. q.1 ad 6. determinat personam patris respectu non genitorum, vt tactum est supra, & inferius amplius declarabitur.

n.2. 6. Ad secundum, quòd plures res essent in eadem persona, dicendum secundum quòd dicit Alexander in summa sua, *proprietas non dicit rem propriè, sed rationem rei.* Et huius ratio est, quia res secundum quod sumitur in diuinis, non dicitur a reor reris, sed tantum a ratitudine, & non est nisi duplex ratitudo, scilicet existendi, & subsistendi. Ratitudine existendi non est res in diuinis, nisi essentia in qua existunt personæ, & quæcunque sunt in Deo. Ratitudine vero subsistendi non est res in diuinis, nisi persona in qua subsistit essentia, & quæcunque sunt in diuinis, propter quod proprietas licet in diuinis dicitur relatio realis, vt

a.55 q.6 lit. n.41. supra determinatum est, non tamen propriè potest dici res, nisi cum determinatione, dicendo res relationis.

Con-

Conclusiones ex Quæstione Secunda, Articuli Quinquagesimi sexti.

1. *Strictissimè loquendo non sunt plures proprietates in vna persona.* n. 4.
2. *Largius duæ sunt propriè in Patre innascibilitas, & generare, & vna communiter in ipso, & filio, scilicet communis spiratio actiua.* ibid.

QVAESTIO TERTIA.

Utrum proprietates in diuinis sint constitutiuæ personarum.

CIrca tertium arguitur, quòd proprietas siue relatio in Deo non sit constitutiua personæ.

1. Primò sic, quod refertur est aliquid præter id quo refertur, dicente Augustino 7. de Trinitate. *Omnis res quæ relatiue dicitur, est aliquid excepto eo quod ad aliud dicitur.* Persona autem in diuinis est quod refertur, proprietas relatiua est quo refertur, ergo &c. Sed quod est aliquid præter ipsam personam, non est const tu iuum eius, ergo &c.

a. 1. 20. q. 3.

2. Secundo sic, quod est constitutiuum personæ, est distinctiuum eius, proprietas vna non est ab alia dist ncta, quia in diuinis non est distinctio, nisi secu idum originem vnius ab altero, & vna proprietas non est ab altera, ergo &c.

3. Tertiò sic, secundum Philosophum 5. Physic. *Relatio nec est terminus, nec principium motus,* immo con equitur re'atio ad illud quod est terminus motus, in productione ergo diuina oporter intell gere, qui est principium, & qui est terminus præter relationem, ergo &c.

a. 39. q. 3 n. 10. q. 4. n. 8.

4. Quod non omnis proprietas relatiua sit personæ constitutiua, arguitur sic, actiones notionales in Deo, scilicet generare, & spirare, proprietates relatiuæ sunt personarum, quæ non possunt constituere personas, quia sunt elicitæ à personis, & sic personas supponunt constitutas, ergo &c.

5. Quod omnis proprietas relatiua sit personæ constitutiua arguitur primò sic, omnis proprietas relatiua est distinctiua, quia oppositionem ponit, & non est oppositio nisi distinctorum, non est in diuinis distinctio nisi personarum, ergo &c. Sed non est proprietas distinctiua personarum, nisi quia est personæ constitutiua, quia eodem constituitur res in esse, & distinguitur ab alio, ergo &c.

6. Secundo sic, relatione non refertur ad aliud nisi quod per ipsam cõstituitur, aut quod ipsam præsupponit, præsupponi enim non potest ab eo ad quod ipsa refertur, quia non est relatio nisi quia relata: io d uinis autem relatio quæcunque non præsupponit nisi substantiam, quia o unis relatio in diuinis immediate super essentiam funda ur, quia non est ibi aliud absolutum, & non fundatur nisi super absolutum, quare cum non potest referre sub istam, quia eam distingueret, referret go id quod consti u t, illud autem non est nisi persona, ergo &c.

7. Dicendum ad hoc, quòd secundum ponentes proprietates non esse res in diuinis, nec insistentes, sed assistentes, & modos intelligendi solum, proprietas, nec est constitutiua, nec distinctiua personæ, immo personę seipsis sunt, & sunt distinctæ, & seipsa vna habet ordinem ad aliam, ita quod respectus, qui consistit in illo ordine, consequens est ad personas. A quorum dicto in modico distant illi, qui ponunt, quòd subtractis proprietatibus per intellectum manent hypostases, quod enim illi dicunt de personis, nullam faciendo differentiã, inter personas, & hypostases, hoc isti dicunt de hypostasibus, differentiam assignando inter hypostases, & personas, secundum quod Alexander pertractat in summa sua positionem illorum sustinendo hanc opinionem, distinguendo in diuinis quatuor, quorum duo dicit esse extrema, & duo media, sic inquiens opponendo. *In diuinis inuenimus aliquid quod nec est distinguibile, nec distinctum, & hoc est essentia;* q. 1. n. 5. p. 1. q. 58 memb. 7.

Item inuenimus distinguibile, & distinctum, & hoc est persona. Inter hæc autem duo extrema intercedunt secundum rationem intelligentiæ duo media, scilicet substantia, & hypostasis, sicut inter duo, scilicet quo est, & qui est, intercedunt, quod est, & qui est. Essentia enim dicit quo est, substantia quod est, hypostasis qui est, persona quis est.

ia corp. Et etiam dicit in soluendo, quod verum est, quod hæc duo sunt media inter illa duo secundum rationem intelligentiæ, licet non secundum rem, veruntamen ita se habent, quod vnum magis se habet cum vno extremorum, & reliquum cum reliquo, quia substantia magis se tenet apud nos cum essentia, hypostasis vero cum persona, & dicitur vna substantia sicut vna essentia, similiter sicut dicimus tres personas, ita dicimus tres hypostases. Cum

arg con. enim (vt dicit) paternitas, & filiatio sint opposita relationes respicientes se inuicem, non possunt simul inesse vni, & eidem rei subsistenti, sed differentibus. Sed res subsistentes proprietatibus illis, vel relationibus sunt hypostases, ergo positis proprietatibus, vel relationibus differentibus in diuinis, necesse est ibi ponere differentes hypostases. Quia igitur proprietates, vel relationes in Deo sunt distinctæ, & incompossibiles, scilicet paternitas, filiatio, & processio, ideo distinctas habent hypostases. Et intendit tamen quod ista distinctio non sit per proprietates, & ita quod seipsis distinguantur. Vnde assignando quomodo differenter dicuntur in Deo tres hypostases,

ad 3. ses, & tres personæ, subdit dicens. Differunt tamen in hoc, quòd hypostasis dicit quid distinctũ, sed non habet in suo nomine, vnde distinguitur, sed dicit respectum ad distinguentem. Hypostasis enim dicit rem subsistentem respectu proprietatis, non habet ergo in suo nomine proprietatem distinguentem, sed dicit respectum ad illam. Persona autem est hypostasis proprietate distincta. Vnde in hoc addit quantum ad rationem intelligentiæ nomen personæ respectu nominis hypostasis, quia persona dicit distinctum, & iterum habet de suo intellectu, & de suo nomine proprietatem distinguentẽ, nihilominus tamen, distinctum est hypostasis actu, sicut, & persona, sed non habet de suo intellectu proprietatem distinguentem.

arg 4. 8 Ex dicto autem Boethij arguit contra se hoc modo. Substantia continet vnitatem, relatio multiplicat Trinitatem: auferatur ergo relatio per intellectum non remanebit nisi substantia, quæ continet vnitatem, aufertur ergo multipli-

ad vlt. catio. Et respondet dicens, quòd verbum Boethij non intelligitur, quòd in Deo non sit distinctio, nisi relationum, immo est ibi distinctio rerum subsistentium, scilicet hoc modo, quod hæc res subsistẽs non est illa. Verũtamen relatio manifestat distinctionem in diuinis, & respectu diuersarum proprietatum sunt plures res subsistentes, non quòd sint plures solum per illas, immo, & seipsis, sed respectu illarum non respectu essentiæ, quia hypostasis dicit respectum ad proprietatem: vnde remota per intellectum proprietate personali est intelligere hypostasim, quia adhuc est intelligere rem subsistentẽ habentẽ respectũ ad proprietatem. Et licet tollatur proprietas per intellectum, non tamen in re potest tolli. Vnde adhuc est intelligere res distinctas actu, sed non per proprietates personales, sed seipsis. Exemplum. Petrus, & Paulus sunt duo homines, vnus pater, alter filius, distinguuntur ergo relatione, & hypostasi, subtrahe per intellectum paternitatem, & filiationem, nihilominus manent duæ hypostases, immo etiam duæ substantiæ indiuiduæ, vnde non tantum dicuntur duæ res subsistentes relationibus, sed etiam duo homines. In diuinis similiter ablatis per intellectum proprietatibus remanent duæ hypostases, siue duæ res subsistentes, non tamen duæ subsistentiæ, sicut in creatura, & in hoc est dissimilitudo.

9. Dictum istorum nullo modo potest stare in diuinis, quoniam quæcunque seipsis sunt distincta, toto eo quod sunt, distincta sunt non aliquo sui, vt prima simplicia, ita quod nihil est commune vtrique eorum. Si enim aliquid esset commune eis, illo non distinguerentur, sed præter illud oportet quærere aliud distinctiuum quod non est commune sed proprium. Quæcũq; autẽ sic sunt distincta, vt nihil sit eis cõmune, necessario oĩno, & secundũ rem, & secundum essentiam sunt distincta. Si ergo hypostases, vel personæ diuinæ seipsis distinguerentur, nec esset de earum constitutione aliquid proprium quo distinguerentur re, essent distinctæ necessario. Cum igitur in diuinis necesse sit ponere aliquid commune in quo nec hypostases, nec personæ distinguuntur omnino, aut est in eis aliquid de essentia, & cõstitutione earum, quo distinguuntur ad hoc, quod plures sint, illud autem non potest esse aliquid absolutum, quia tunc secundum rem absolutam differrent: oportet ergo, quod illud sit aliquid respectiuum, vt aliquis respectus.

10. Et quod diceret Gilbertus, quòd vna persona in seipsa habet respectum ad aliam, & quod dixit Alexander quòd hypostasis dicit rem subsistentem respectu proprietatis, quæ est extra suum intellectum, hoc implicat contradictionem. Si enim persona, aut hypostasis aliquid sit in se, & habet respectum ad aliud siue ad personam, siue ad respectum, alia est ratio eius, quod est secundum se, alia respectus, qua se habet ad alium, ita quod si absoluatur ratio respectus, non est nisi absolutum ab omni respectu, quod non est in diuinis nisi essentia vnica, & indistincta. Si ergo sit aliqua distinctio, & pluralitas personæ, aut hypostasis, oportet, quòd distinctum in se includat respectum, & sic per respectum constituatur, vt sit persona, aut hypostasis distincta ab alia. Ni

hil

hil ergo est dictu, quòd persona seipsa, siue respectu quem includit, respiciat personam, sed quod respectus consequens est, & assistens, vt dixit Gilbertus, aut quòd hypostasis seipsa significat rem respectu proprietatis, quæ est extra suum intellectum, vt dicit Alexander. Immo ille respectus quem ambo ponunt extra intellectum personæ, & hypostasis, necessario intra ponendus est, & ille est quem vocamus proprietatem constitutiuam personæ, vt in diuinis omnino non differant persona, & hypostasis, nisi ratione, vt habitum est supra, vt secundum hoc dicere, quòd subtractis proprietatibus à personis manent hypostases, simile sit ei quod est dicere hominem remanere hominem subtracto rationali.

11. Aliter autem solet dici à quibusdam, quòd constitutio, & distinctio siue pluralitas hypostasum, & personarum nō fit nisi per proprietates, siue relationes, & respectus. Dicunt enim, quòd in diuinis personis consideratur, & ratio originis, qua hæc habet esse à qua alia, & illa quæ ab alia, & ratio relationis, ita quod ratio originis significetur verbaliter, vt generare, & generari, spirare, & spirari, & sic per modum agere egredientis, & transeuntis ab vno in alterum, ratio vero relationis significetur nominaliter, vt paternitas, filiatio, & ita per modum formæ. Attendendo igitur, quòd tales formæ secundum rationem formæ sequūtur actus, dixerunt, quòd hypostases in diuinis constituuntur per seipsas, vt principia, & termini actuum, vt pater, & filius, quia huius est generare illius vero generari. Ad hos autem actus consequuntur proprietates, quæ sunt paternitas, & filiatio, vt hic dicatur pater, quia generat, ille vero filius, quia generatur. Et sunt constitutiuæ personæ sicut proprietates ad dignitatē pertinentes, & manifestantes, non autem causantes distinctiones hypostasum, immo ipsis personis subtractis manent penes intellectum distinctæ hypostases, & hoc quemadmodum in creaturis proprietates indiuiduorum manifestant distinctionem indiuiduorū ex materia, & forma, sed non causant eam, immo ipsis subtractis manet penes intellectum ipsorum distinctio.

12. Sed dictum istorum redit in idem cum dictis præcedentium. Hypostases enim non sunt principia, & termini actuum nisi per aliquem respectum ad illos, qui ipsas constituunt, vt aliquid inter eas, & ipsas distinguūt, quia in essentia omnino conueniunt, nec est differentia realis, siue relatio intelligitur, vt ratio elicitiua actus, siue vt sit ipse actus, siue vt dispositio ex actu, & non est vnius personæ ad vnam
a. 55. q. 3 n. 8. plus quam vna proprietas secundum rem, vt
q. 5. n. 5. dictum est, & infra amplius declarabitur, vt
a. 59. q. 4 n. 10. nihil sit dictu, quòd alio respectu distinguitur hypostasis, alio respectu persona, immo hypostasis etiam secundum eos in diuinis non est, nisi existentia incommunicabilis naturæ intellectualis, & talis non potest esse, nisi persona, ita quòd persona communiter accepta, tam in natura creata, quam in increata, principalius dicitur persona ratione naturæ intellectualis simpliciter, quam ratione proprietatis, siue indiuiduationis simpliciter, non potest enim natura intellectualis existere, nisi in persona, potest tamen esse conditio indiuidualis, vbi non est persona, vt secundum hoc in diuinis omnino non potest absolui ratio personæ à ratione hypostasis, nisi absoluatur omnino natura, vt scilicet hypostasis sit in natura non rationali, siue non intellectuali, quia in diuinis non differt natura, & hæc natura. In creaturis vero potest absolui ratio personæ à ratione hypostasis, absoluendo hanc naturā, secundum quam habetur personalitas, non autem naturam simpliciter, quia in creaturis differt hæc natura, vt humanitas, à natura simpliciter, quia abstrahendo ab aliquo, vt à Sorte hanc humanitatem, licet non maneat Sortes, quia non est Sortes, nisi ab hac humanitate, manet tñ secundū intellectum hęc animalitas, hæc corporeitas, & huiusmodi, in quibus manet ratio hypostasis, licet non personæ. Et sic in creaturis abstractis per intellectum proprietatibus personalibus, & naturis secundum quas dicitur persona, remanent hypostases secundum intellectum.

13. Sic ergo simpliciter dicendum est, q̃d relatio in diuinis constitutiua est, & distinctiua suppositi, sed intelligendum quod non quęlibet, sed aliqua sic, & aliqua non.

14. Ad cuius intellectum sciendum est, q̃d sicut in creaturis inuenimus duplicem rationē formarum, quædam enim forma est in materia, quæ consistit in dando esse supposito, vt est forma substantialis, quædam quæ consistit in adueniendo iam constituto in esse. Similiter dicimus, quòd in re increata duplex est ratio relationum, siue respectuum, aut proprietatum quæ quasi formæ sunt. Quædam enim dat esse supposito, quædam consequitur suppositum constitutum ratione suppositi. Propterea primo modo illa est constitutiua, & distinctiua simul, & sunt tantum tres, quæ dicuntur personales, scilicet paternitas, filiatio, & spiratio passiua, dicente Ricard. 4. de Trinitate cap. 17. *Proprietas personalis est ex qua vnusquisque habet esse is, qui est, per quam quilibet vnus est, & ab omnibus alijs discretus*, & cap. 18. *Et quantum est ad diuina, nihil aliud est persona quam incommunicabilis existentia, habens esse supersubstantiale ex proprietate personali*, & cap. 19. *Significat autem substantiale esse ex aliqua singulari proprietate, quia sunt plures habentes vnum, & indifferēs*

esse

esse ex differenti proprietate, & lib. 5. cap. 1. *Nam etsi plura habet incommunicabilia, sufficit tamen vnum solum ad probandum quod sit persona, nam ex eo constat, quod sit aliquis solus ab alijs omnibus ex illa proprietate discretus.* Proprietas se-
a.60.q.5. n.4. cundo modo est communis spiratio actiua, nec est personæ constitutiua, licet sit duarum à tertia distinctiua.

n.1. 15. Ad primum in oppositum, quòd refertur ad aliud est aliquid præter relationem, secundum Augustinum. Dicendum, quòd verum est, sed hoc in diuinis non est, nisi ipsa essentia deitatis. Persona enim quæ refertur ad aliud præter respectum, est ipsa essentia deitatis, quia ambo cadunt in significatione personæ, vt patebit in sequenti quæstione, & ipsa essentia est aliquid præter respectum, vt habitum est supra, licet ipsa illa relatione non dicatur relatiue, sed persona quam constituit. Secus enim est de istis proprietatibus in diuinis, & alijs relatiuis. Aliæ enim relationes personarum adueniunt supposito quod referunt, vt similitudo, æqualitas in Deo, dominium, & seruitus in creaturis. In Deo autem proprietates personales supposita rese unt, quæ constituunt. Vnde aliæ relationes propriè respectu illarum quodammodo dicuntur assistentes illæ verò propriè dicuntur insistentes.

n.2. 16. Ad secundum quòd personæ non possunt proprietatibus distingui, quia ipsæ proprietates inter se non sunt distinctæ, quia non oriuntur ab inuicem: Dicendum, quòd est duplex distinctio, aliqua enim in seipsis distinguuntur, vt proprietates, & vniuersaliter rationes distinctiuæ aliorum, alia vero aliquo sui. Et de istis verum est, quòd non distinguuntur nisi quia oriuntur ab inuicem, aliter enim non habent suos respectus personales, de illis quæ dicuntur primo modo, nequaquam. Potest tamen aliquo modo concedi, quòd vna proprietas oriatur ab altera, inquantum scilicet proprietas patris est ratio generandi in ipso, & proprietas habetur in filio per generationē. Vnde dicit Præpositiuus. *Concedimus hanc, filiatio est à patre, & per generationem à patre, non tamen sequitur, ergo est genita à patre. Sed tamen (vt dicit) Magistri nostri non concedunt hanc filiatio est à patre: sed hanc filiatio est in filio à patre, sicut in simili hæc ecclesia est isti ab episcopo, non tamen est ab episcopo.*

n.3. 17. Ad tertium, quæ est vna de rationibus
1.p.q.59 Alexandri, relatio nec est terminus, nec prin-
memb.7. cipium motus, ergo in generatione est aliquis
art.1. vnde motus præter respectum relationis, Dicendum ad hoc, quòd relatio non potest esse terminus aut principium motus in creaturis, similiter nec actionis personalis in diuinis, vt per se producens, & per se productum. Tale enim solum est suppositum, aut vt forma qua elicitur actio, quæ est productio, aut quę acquiritur siue communicatur per se producto per productionem; talis enim est forma aliqua absoluta in creaturis, & forma deitatis in Deo. Nihil tamen in Deo potest esse ex parte producentis ratio determinandi ad actum vim actiuam, aut ex parte producti ratio determinandi vim quasi passiuam, vt forma producentis communicetur producto, nisi respectus, & per hoc per se in diuinis tam producens quam productum persona relatiua est, quod nunquam contingit, aut contingere potest in creaturis.

18. Ad quartum, quòd generare, genera- n.4.
ri, spirare, spirari sunt proprietates relatiuæ, & non constitutiuæ, personarum: Dicendum, quod in rei veritate eædem proprietates intelliguntur per istas generare, generari, & per illas pater, filius, secundum rem, differentes sola ratione, vt infra videbitur. Et sic secundum rem omnes constituunt personas, & distinguunt, sed non sub rationibus suorum nominum. Actus enim originales generare, generari, spirare, spirari, non significant aliquid vt in re existens, sed vt a re, vel vt ad rem; generatio enim communiter actiuè, & passiuè dicta est quasi fluxus quidam progrediens à generante inquantum est actio, ad genitum inquantum est passio. Vnde quia in diuinis cōstitutio personę non habet fieri nisi per aliquid intrinsecum ei, neque se habet aliquid, vt constituens nisi significetur, vt intrinsecum, ideo actus notionale, vt actus non possunt dici constitutiui personarum, sed solum proprietates significantes, vt aliqua forma in eis existens, licet in ordine ad aliud mediante actu. Vnde quia rationes illarum proprietatum, paternitas, filiatio quasi præcedunt actus originales generare, & generari eo quod fundantur super ipsos; non enim est pater nisi quia generat, nec filius nisi quia generatur, ideo saltem ex parte patris paternitas non potest dici in patre proprietas constitutiua personæ generantis, vt est principium, sed proprietas innominata, quæ tamen realiter idem est, quod paternitas, vel generare, vt infra videbitur.

19. Ad quintum, quod omnis proprietas, n.5.
& relatio in Deo est constitutiua personæ, quia ponit oppositionem: Dicendum ad hoc, quòd sicut duplex est in diuinis relatio, secundum rem scilicet, & secundum rationem, sic & duplex oppositio relatiuorum, secundum rem, quando est relatio in vtroque extremo: secundum rem, & secundum rationem, quando saltem in altero est secundum rationem: tunc autem non quælibet oppositio est distinctiua, & constitutiua personarum, sed illa tantum, quæ est secundum rem, licet non quælibet, vt patet de spiratione actiua.

20. Ad

u.c. 20. Ad sextum, quòd relatio non refert nisi quod supponit, aut quòd constituit. Dicendum, quòd verum est. Et quod assumitur, quòd quæcunque relatio in diuinis non supponit nisi substantiam, quia immediate fundatur super ipsam, dicendum, quòd non oportet, quoniam relatio potest fundari immediate super substantiam, aut vt substantia est in se considerata, & non ibi exsistens in persona constituta per illam relationem, aut potest fundari immediatè super substantiam, vt tamen iam exsistens in personis constitutis per alias relationes. Relatio fundata in substantia immediate primo modo, vere est personæ constitutiua, & tales non sunt nisi tres. Relatio fundata in substantia immediate secundò modo, nequaquam est constitutiua, vt est spiratio actiua, æqualitas, similitudo, & huiusmodi.

Conclusiones ex Quæstione Tertia, Articuli Quinquagesimi sexti.

1. *Hypostases, seu persona in diuinis non distinguũtur seipsis, neque per aliquid absolutum, sed per aliquid respectiuum.* n. 9.
2. *Dicere, quod vna persona in seipsa habet respectum ad aliam, & quòd hypostasis dicit rem subsistentem respectu proprietatis, quæ est extra suum intellectum, implicat contradictionem.* n. 10.
3. *Persona, & hypostasis in diuinis non differunt nisi ratione.* ibid.
4. *Non est dicendum subtractis proprietatibus à personis manere hypostases.* ibid.
5. *In creaturis abstractis per intellectum proprietatibus personalibus, remanet hypostases secundum intellectum.* n. 12.
6. *Simpliciter dicendum est, quod relatio in diuinis est constitutiua, & distinctiua suppositi.* n. 13.
7. *Proprietates constitutiuæ, & distinctiuæ simul sunt tantum tres, paternitas, filiatio, & spiratio passiua.* n. 14.
8. *Spiratio actiua non est personæ constitutiua, licet sit duarum à tertia distinctiua.* ibidem.

QVAESTIO QVARTA.

Vtrum ambo simul constituant personam, scilicet proprietas cum essentia.

Circa quartum arguitur, quòd relatio cum substantia non constituit personam, ita quòd ambo simul cadant in constitutionem personæ.

1. Primò sic, si persona ex ambobus scilicet ex relatione, & essentia, constitueretur, aut ergo secundum, quòd sunt duo quædam, aut secundum quòd sunt vnum quid. Si secundo modo, cum relatio, & essentia non sunt vnum quid, nisi secundum quòd relatio consideratur, vt comparata ad essentiam, & sic cadit in ipsam, quemadmodum prædicamentum relationis in diuinis cadit, seu resoluitur in prædicamentum substantiæ secundum superius determinata, a.32.q.1 n.28,29. & non est relatio aliud quam ipsa essentia, tūc ergo

gnificationem respectus in nominibus attributorum, quæ sunt sapientia, bonitas, & in nominibus proprietatum, quæ sunt paternitas, filiatio, & in nominibus personarum, quę sunt pater, filius. Quoniam attributorum nomina significant substantiam sub ratione respectus rationalis, & non imponuntur ad significandũ respectum, sed ipsam substantiam sub ratione respectus. Nomina vero proprietatum imponuntur ad significandum respectum fundatum in substantia, & non substantiam sub ratione substantiæ, sed solummodo includunt eam in sua significatione. Nomina vero personarum imponuntur ad significandum substantiam sub ratione respectus, ita quòd etiam significant ipsum realem respectum, & ab illo imponuntur principaliter.

n.6. 25. Ad aliud, diuisum in diuinis consideratur ratione, & cognitiones Dicendum quòd in diuinis diuisum duplicem habet comparationem, vnam ad id quod commune est, aliam ad suum diuisum. Primo quidem modo consideratur ratione, & cognitione, quia differunt sola ratione substantia, & proprietas, non autẽ secundo modo.

ibid. 26. Sed illa responsio est cõtraria dicto Damasc. quia comparat contrario modo commune, & diuisum in creaturis. Dicit enim expresse, quod *diuisum consideratur re*, ita quòd diuisa sub communi inter se differunt re. Ergo secundum mentem eius, in diuinis diuisum consideratur ratione, idest quod distincta sub communi inter se sola ratione differunt.

27 Ideo aliter dicendum, quòd licet in Deo (*vt dictum est*) proprietas significat substantiam, non tamen est distinctiua per omnia, vt est substantia, sed solum vt est respectus, vt sic sit alius modus substantiæ, vt est substantia, & alius vt est sub ratione respectus. Ita quod diuinarum personarum differentia penes huiusmodi modos rationis est respectu differentiæ duarum personarum in diuinis secundum substantias absolutas, & ita quo ad hoc secundum intentionem Damasceni, *diuisum consideratione siue ratione est*. Et hoc modo ad modum respectus aspiciendo dicit Boethius, secũdum quòd iam habitum est, quod *relatio non dicit rem, sed modum solummodo*.

28. Ad vltimum quod relatio personarum n.5. inter se similis est relationi eiusdem ad se, quę non est nisi secundum rationem: Dicendum, quòd verum est quo ad hoc, quòd relatio ex vtraque parte fundatur super idipsum rem. Differt tamen quo ad hoc, quòd ibi duplicatio relationis super idem, & extremorum relatorum distinctio est ex sola ratione, & consideratione intellectus, non sic in proposito, vt visum est supra.

Conclusiones ex Quæstione Sexta, Articuli Quinquagesimi quinti.

1. *Proprietates attributales, relationes siue respectus reales non sunt.* n. 6.
2. *Inter diuinas personas est relatio realis.* n. 11.
3. *Relationes notionales in diuinis sunt reales.* n. 15.
4. *Possunt etiam dici res ratione fundamenti.* n. 16.
5. *Non sunt tamen plures res, sed vna tantum, licet sint tres relationes, vel quatuor, ibidem.*
6. *In diuinis non est simpliciter dicendum, quòd sit res præter rem substantiæ.* n. 21.
7. *Proprietates personales sunt solummodo reales in Deo.* n 22.
8. *Simile, & æquale non sunt relationes reales in Deo.* ibidem.

A R.

ARTICVLVS QVINQVAGESIMVS SEXTVS.

De Notionibus, ſeu proprietatibus diuinarum perſonarum in comparationes ad ipſas perſonas.

In Quatuor Quæſtiones diuiſus.

SEquitur Artic. quiquageſimus ſextus de proprietatibus, ſed ſpecialiter perſonarum realibus, in comparatione ad ipſas perſonas, vbi quæruntur quatuor.

Primum eſt. Vtrum proprietates ſint in perſonis.

Secundum. Vtrum in eadem perſona ſint plures proprietates.

Tertium. Vtrum ſint conſtitutiuæ perſonarum.

Quartum. Vtrum ambo ſimul conſtituant perſonam, ſcilicet proprietatẽs cum eſſentia.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum proprietates ſint in perſonis:

CIrca primum arguitur, qđ proprietates non ſunt in perſonis.

1 Primò ſic. Quod ſolum conuenit alicui ex habitudine eius ad alterum, nihil eſt in illo, ſiue eorum quæ ſunt illius, quia habitudo talis ad ipſum nihil dat ei cum adeſt, & nihil aufert cum abeſt, proprietas relatiua conuenit perſonæ ex ſola habitudine eius ad alterum, quæ cum adeſt, conuenit ei proprietas relatiua, & non conuenit ei cum abeſt, dicente Boethio lib de Trinitate, vbi loquitur de relationibus proprietatum. *Perſpicuè ex alieno aduentu conſtare perſpiciuntur, ſi auferas ſeruum, abſtuliſti, & dominum. An non etiam ſi abſtuliſti albedinem, abſtuliſti quoque album? Sed intereſt, quod albedo accidit ſubiecto, ſed poteſtas, qua ſeruus coercetur, quoniam ſublato deperit ſeruo, conſtat non eam per ſe domino accidere, ſed per ſeruorum quodammodo extrinſecus acceſſum non igitur,* vt concludit, *dici poteſt prædicatione relatiua quicquam rei de qua dicitur,* vt iam ſupra, ergo &c. [post me.] [a.55.q.6. n.13.]

2. Secundò ſic, ita ſimplex eſt perſona in diuinis, vt eſſentia, ſed proprietates eſſentiæ, vt attributa eſſentialia, bonitas, veritas, & huiuſmodi, propter eſſentiæ ſimplicitatem non dicuntur eſſe in eſſentia, ſed ſolum modi quidam intelligendi circa ipſam, ergo ſimiliter, nec proprietates ſunt aliquid in perſona, ſed ſolum modi circa perſonas. [a.55.q.1. n.3. inf.q.4. n.12.]

3. Tertiò ſic. Proprietas relatiua eſt in illo, in quo eſſentialiter fundatur, vt ſimilitudo vnius albedinis ad aliam, quia eſſentialiter fundatur in albedine eſt in albedine, vnde & denominat eam, dicendo, quòd albedo eſt ſimilis albedini, proprietas quælibet relatiua in diuinis eſſentialiter fundatur in diuina eſſentia, vt iam habitum eſt, ergo eſt in illa, non ergo propriè dicenda eſt eſſe in perſona. [a.55 q.10 n.19. a.55. q.6 n.88.]

4. In oppoſitum eſt Gregorius, qui dicit in præfatione Miſſæ. *In eſſentia vnitas, in perſonis proprietas.*

5. In iſta quæſtione antiquitus erat via erroris vna dicentium, quòd proprietates licet ſint aliquid in diuinis id eſt inter ea, quæ circa Deum conſiderantur, non tamen in perſonis, nec in eſſentia, nec ipſæ perſonæ, aut ipſa di-

uina

uina essentia, sed tantum habitudines ab extrinseco personis quasi affixæ, & assistentes. Et erat positio Porretani, quam excepit ex verbis Boethij, vt dictum est. Sed quod dixit Boethius (vt habitum est iam supra) *Ex quo apparet, quod proprietates, & relationes nihil rei dicunt in diuinis, sed circumstantiam, & modum rei extrinsecus assignant.* Hoc non dixit intendendo, quòd non sunt res aliqua, sed omnino aliud ab essentia, & persona, vt putauit Gilbertus, sed hoc dixit, quia non dicunt in diuinis aliquid re diuersum ab essentia, & persona, sicut significāt accidentia absoluta, vt manifestat per sua exempla, sed solum modum se habendi, & circumstantiam, non tamen omnino distinctam, & separatam ab essentia, & persona, sed vt includens in suo significato rem, & essentiam in qua fundatur modus ille, vt dictũ est, quæ propterea conuenit personæ ex natura illius rei, vt sic circumstantiam, & respectũ ad alium habet persona non solum quia alius quodammodo se habet ad ipsam, sed ex seipsa respicit alium, cum alius respicit ipsam. Vnde quod dixit Boethius, *huiusmodi circumstantiam considerari ex aduentu alterius*, non dixit hoc, quia ex solo aduentu alterius, quòd intelligit Gilbertus, sequitur non sine aduentu alterius.

a.56.q.6 n.12. l. de Tri. post me.

ibid.

6. Sic enim est, quòd omnis natura perfecta habet ex se naturam, qua habet ad aliud cōparari, & tanto ad. ura quanto perfectior, & simplicior est natura, vt habitum est supra loquendo de attributis, sed quòd quandoque actu non refertur ad aliud hoc contingit ex defectu alterius extremi, sicut contingit in luce, quòd habet in se perfectam naturam, qua semper habilis est, vt actu illuminet, & quod non semper actu illuminat, hoc est quia non præsens est illuminationem suscipiens, & cum fuerit præsens, statim sine omni sua immutatione illuminat. Similiter album in se habet naturam, qua habile est, vt alteri assimiletur secundum actum, & vt actu assimiletur non requiritur, nisi præsentia alterius extremi. Et ita in talibus id rea'e quo habile est aliquid ad alterum respicere, bene est in ipso ex se, sed non sub ratione respectus, nisi per præsentiam alterius extremi, & vtrumque includitur in significato proprietatis relatiuę, vt habitum est supra.

a.12.q.3. n.5.

7. Ex quo ad hoc secus est de significato relationis, & substantiæ, quantitatis, & qualitatis. Cum enim in quolibet prædicamento est duo considerare, & rem ipsius prædicamenti, & rationem generis prædicamenti, secundum quod est superius expositum, alia tria prædicamenta propriam rem habent sui generis, & ad illam significandam imponuntur, non autem ad significandum modum siue rationem sui generis, quæ conuenit suæ rei. Substantia enim imponitur ad significandum rem cui conuenit esse secundum se. Quantitas vero imponitur ad significandum rem cui... Qualitas vero ad significandum aliam rem, quibus tamen communiter conuenit esse in alio, licet diuersimode. Ratio vero ad significandum præter rationem sui generis imponitur, & non ad aliquam rem propriam sui generis, quia illam non habet ad quam significandam possit imponi, sed solum habet res aliorum prædicamentorum super quas fundatur, vt prius tactum est, sed aliter quam accidens, quantitas scilicet, vel qualitas, fundatur super substantiam, quia illa fundantur super substantiam, vt res super rem cui inhæret, cum in se non possit esse. Relationis vero respectus fundatur super rem vt modus quo alter respicitur, nihil autem in se ex hoc respectu recipit. Et sic propria ratio quantitatis, & qualitatis est secundum comparationem eius ad suum fundamentum, vt ad subiectum cui inhæret, sed propria ratio relationis non est omnino secundum comparationem eius ad fundamentum suum, vt in quo sit, sed potius, vt ab ipso, & secundum comparationem ad id quod respicit. Et quo ad hoc relationes, & respectus earum, nec sunt inhærentes, nec subsistentes, sed assistentes, & quasi extrinsecus affixæ, & quodammodo contingentes rem prout quasi tendit ad alterum. Et illo modo tantum considerauit Gilbertus relationes, & dixit eas non esse substantiam, nec in substantia nec in persona, sed ... & assistentem personæ.

a.12.q.2. n.5.

8. Sed licet propria ratio relationis non est omnino ad subiectum, vt eidem inhærens, est tamen ad subiectum, vt eidem inhærens, non quasi res alia ab ipsa, sed quasi res eadem sub ratione modi, per quem alterum respicit. Et non est differentia nisi quia est alia ratio eius secundum quod est in se aliquid, quæ est ratio substantiæ, & alia secundum quod est sub ratione modi per quem suppositum se habet ad aliud, quæ est ratio relationis. Res enim eadem absolutissimè considerata, absolute est aliquid in se, & sub comparatione quadam habet modum respectus ad alterum, & est vna indifferens sicut fundamentum ad duos modos, substantię, scilicet, & relationis, & sub vno modo est res substantiæ in diuinis, & in creaturis quantitatis, aut qualitatis, sub alio vero modo est res fundamentalis relationis, & sic eadem est res, substantiæ, quantitatis, aut qualitatis, & res relationis modo prædicto, & significatur nomine substantiæ, quantitatis, aut qualitatis, & nomine relationis, secundum diuersos respectus differens solummodo. Et ideo in creaturis relatio fundata super quantitatem, aut qualitatem, accidens est, & idem accidens re sub diuer-

diuerſis rationibus prędicamentorum, vt idem re ſignificent quantitas, & æqualitas, & qualitas, & ſimilitudo. Indiuinis autem vbi non eſt relatio fundata niſi ſupra ſubſtantiam, conſimili modo ſubſtantia eſt, & eadem ſubſtantia re ſub diuerſis rationibus prædicamentorum, ſubſtantiæ ſcilicet, & relationis, & propterea relatio, ſiue proprietas in diuinis nõ eſt affixa, & aſſiſtens, ſed potius inſiſtens eſſentiæ, vt fundamento perſonæ, vt conſtituto per ipsã, vt patebit in ſequenti quæſtione. Propter quod
lit. B; Magiſter primo Sententiarum diſtin. 26. cap. *Iam de proprietatibus*, loquens de proprietatibus dicit. *Notant relationes, quæ non ſunt Deo accidentales, ſed in ipſis perſonis ab æterno ſunt incommutabiliter, vt non modo appellationes ſint relatiuæ, ſed & ipſæ relationes, ſiue notiones in rebus ipſis, ſcilicet in perſonis, ſint.*

n.3. 9. Ad primum in oppoſitum, quòd proprietas relatiua conuenit perſonæ ex ſola habitudine ad alterum. Dicendum ſecundum
§.5. iam dicta quòd hoc poteſt intelligi dupliciter. Vel quia ex ſolo aduentu alterius, ſic non eſt verum, nec ſic eſt proprietas aliquid in perſona propriè loquendo, vt poſuit Gilbertus. Vel quia non ſine aduentu alterius, aut coexiſtentia eiuſdem, ſic eſt verum, & ſic proprietas eſt in perſona ex virtute exiſtentiæ ſuæ alterum reſpicientis, vt dictum, & expoſitum eſt.

n.28 10. Ad aliud, quòd reſpectus attributorum non dicuntur eſſe aliquid in diuina eſſentia propter eius ſimplicitatem, quare neque proprietates in perſona. Dicendum, quòd in propoſito aliquid poteſt intelligi eſſe in, vel vt in ſubiecto, ſic nihil eſt in diuinis, vel ſicut in fundamento, & ſic omnes reſpectus diuini ſunt in eſſentia, nec ſimplicitati eſſentiæ repugnant, quia quaſi ex ipſa pullulant, vel quaſi, vt conſtituens in conſtituto, vel determinans in determinato, & ſic proprietas non habet eſſe in eſſentia, ſed tantum in perſona, nec obſtat eius ſimplicitati, ſecundum quod hoc melius patebit in ſequente quæſtione.

n.30 11. Ad tertium, quod relatio fundata in albedine denominat eam, & ita eſt in ea, &c. Dicendum ad hoc, quòd relatio habet fundari in aliqua re abſoluta dupliciter, vno modo ſecundum id quod eſt, & vt res aliqua eſt, alio modo, vt principium actionis productiuæ alicuius eſt. Primo modo dupliciter, Vno modo, vt in ſe eſt aliquid, alio modo, vt alteri inhærens. Primo modo relatio fundata in re aliqua eſt in illa, ſed non niſi, vt in fundamento, & denominat illam, ſecundum quod vna albedo in abſtractione dicitur eſſe ſimilis alteri albedini. Secundo modo relatio fundata in re eſt in illa non vt in fundamento, ſed vt in ſubiecto in illo cuius accidens eſt res in qua fundatur, & ſecundum hoc albedo in ſubiecto exiſtens, vt in ſubiecto eſt non dicitur ſimilis, ſed album, & eſt prima ſimilitudo ſubſtantialis, ſecunda vero accidentalis. Neutro iſtorum modorum fundatur relatio ſuper diuinam eſſentiam. Non primo modo, quia non habet aliam ſibi ſimilem. Non ſecundo modo, quia præter hoc quòd non habet ſimilem ſibi aliam, non eſt in aliquo, ſicut in ſubiecto. Sed iuxta hunc ſecundum modum inquantum exiſtit eadem in diuerſis ſuppoſitis, in quibus differre poteſt ſecundum rationem acceptionis noſtræ ſuper ipſam fundatur ſimilitudo, qua perſonæ inter ſe ſimiles dicuntur. Tertio autem modo relatio fundata in re non eſt in illa, niſi ſecundum quod ordinatur ad actionem, & paſſionem, & hoc productionis perſonalis in diuinis, in qua reſpectum non habent inter ſe niſi producens actiuè, & productum paſſiuè, quæ oportet perſonaliter diſtingui. Quod cum in diuinis non poteſt eſſe per ſubſtantiã, oportet, quòd illud ſit per proprietates relatiuas conſtituentes perſonas producentem, & productam. *Relatio enim*, vt ait Boethius de Trinit. *ſi dici poteſt quoquo modo id quod vix intelligi potuit, interpretatiuum eſt perſonarum*. Et ſic ſubſtantia, vt in ipſa fundatur talis relatio non exiſtit in ſe, ſed in ſuppoſito. Et ideo ſicut in relatione accidentali, quæ fundatur, ſuper accidens, vt eſt inhærens ſubiecto, non denominat id ſuper quod fundatur, ſed ſubiectum eius, vt dictum eſt, ſic relatio perſonalis fundata ſuper diuinam eſſentiam non denominat eſſentiam, ſed perſonam, nec ſecundum quod dicit Præpoſitiuus eſt proprietas eſſentiæ, ſed perſonæ, & ideo non eſt determinatiua eſſentiæ, ſed perſonæ, & per hoc propriè eſt in perſona non in eſſentia, vt iam dicetur. ad 8ai

Conclusio ex Quæstione Prima, Articuli Quinquagesimi sexti.

1. *Relatio siuè proprietas in diuinis non est affixa, & assistens, sed potius insistens essentiæ, vt fundamento personæ.* n. 8.

QVAESTIO SECVNDA.

Vtrum in eadem persona sint plures proprietates.

CIrca secundum arguitur, quòd in vna persona non possunt esse plures proprietates.

1. Primò sic. Magister dicit primo Sententiarum
lit. G. distinctione 33. cap. *Quorum. In ipsis hypostasibus sic sunt proprietates, quòd eas determinant*, sed personam non determinat proprietas, nisi eã constituat, quia determinando constituit, & persona non constituitur, nisi vna proprietate, ergo &c.

2. Secundò sic, cum proprietas in diuinis
a. 55. q. 6 secundum determinata res sit, si in vna persona essent plures proprietates, cum proprietates denominant personam, vna persona esset plures res.

3. In contrarium est, quoniam persona non
a. 55. q. 1. n. 57. distinguitur à persona, nisi proprietate. Cum ergo vna persona distinguitur à pluribus, oportet ponere, quòd in vna persona sint plures proprietates.

4. Dicendum ad hoc, secundum prædeter-
a. 55. q. 4. n. 8. minata, quòd strictissimè loquendo de proprietate non sunt proprietates plures in vna persona, quia non sunt plures nisi tres personales constitutiuæ trium personarum. Largius autem loquendo, secundum quòd innascibilitas,
ib. n. 6. & communis spiratio dicuntur proprietates, planum est, quod duæ sunt propriè in patre, innascibilitas, & generare, & vna communiter in ipso, & filio, scilicet communis spiratio actiua.

n. 8. 5. Ad primum in oppositum, quòd non est proprietas in persona, nisi eam determinet, & tales non sunt nisi tres constitutiuæ. Dicendum est, quòd illud dictum est solum de tribus proprietatibus personalibus. Veruntamen distinguendum est, quòd determinare potest proprietas personam, vel in se, & respectu alterius personæ simul, vel respectu alterius personæ tantum. Tertium membrum, scilicet in se tantum, est impossibile, quia in diuinis secundum supra determinata non est persona, nisi a. 55. q. 4 n. 5.
relatiua. Primo modo non determinant personam, nisi tres proprietates personales. Secundo modo potest proprietas determinare personam dupliciter, aut positiue, aut negatiue. Primo modo determinat communis spiratio personas patris, & filij distinguendo eas à persona Spiritus Sancti, aliter enim non esset in eis principium emanationis Spiritus Sancti. Nihil enim producitur proprietate aliqua, quod non determinatur per eam. Vnde Magister primo Sententiarum distinctione 33
cap. *Quorum* dicit. *Licet paternitas, & filiatio* lit. G.
sint in essentia diuina, cum eam non determinent, non ideo potest dici, quod diuina essentia generet, & generetur, vel quòd eadem res sit pater, & filius, ita enim proprietas determinat personas, ut hac proprietate hypostasis sit generans, & illa alia hypostasis sit generata. Secundo modo ingenitum
determinat personam patris respectu non genitoris, vt tactum est supra, & interius amplius declarabitur. a. 55. q. 5. n. 2. 11. a. 57. q. 1 ad 6.

6. Ad secundum, quòd plures res essent in n. 2.
eadem persona, dicendum secundum quod dicit Alexander in summa sua, *proprietas non dicit rem propriè, sed rationem rei*. Et huius ratio est, quia res secundum quod sumitur in diuinis, non dicitur a reor reris, sed tantum a ratitudine, & non est nisi duplex ratitudo, scilicet existendi, & subsistendi. Ratitudine existendi non est res in diuinis, nisi essentia in qua existunt personæ, & quæcunque sunt in Deo. Ratitudine vero subsistendi non est res in diuinis, nisi persona in qua subsistit essentia, & quæcunque sunt in diuinis, propter quod proprietas licet in diuinis dicitur relatio realis, vt
supra determinatum est, non tamen propriè a. 55. q. 6
potest dici res, nisi cum determinatione, dicendo res relationis. ib. n. 21.

Con-

Conclusiones ex Quæstione Secunda, Articuli Quinquagesimi sexti.

1. *Strictissimè loquendo non sunt plures proprietates in vna persona.* n. 4.
2. *Largius duæ sunt propriè in Patre innascibilitas, & generare, & vna communiter in ipso, & filio, scilicet communis spiratio actiua.* ibid.

QVAESTIO TERTIA.

Utrum proprietates in diuinis sint constitutiua personarum.

CIrca tertium arguitur, quòd proprietas siue relatio in Deo non sit constitutiua personæ.

1. Primò sic, quod refertur est aliquid præter id quo refertur, dicente Augustino 7. de Trinitate. *Omnis res quæ relatiue dicitur, est aliquid excepto eo quod ad aliud dicitur.* Persona autem in diuinis est quod refertur, proprietas relatiua est quo refertur, ergo &c. Sed quod est aliquid præter ipsam personam, non est constitutiuum eius, ergo &c.

a. 1. to. 3.

2. Secundo sic, quod est constitutiuum personæ, est distinctiuum eius, proprietas vna non est ab alia distincta, quia in diuinis non est distinctio, nisi secundum originem vnius ab altero, & vna proprietas non est ab altera, ergo &c.

3. Tertiò sic, secundum Philosophum 5. Physic. *Relatio nec est terminus, nec principium motus,* immo consequitur relatio ad illud quod est terminus motus, in productione ergo diuina oportet intelligere, qui est principium, & qui est terminus præter relationem, ergo &c.

a. 19. q. 3 n. 10. q. 4. n. 8.

4. Quod non omnis proprietas relatiua sit personæ constitutiua, arguitur sic, actiones notionales in Deo, scilicet generare, & spirare, proprietates relatiuæ sunt personarum, quæ non possunt constituere personas, quia sunt elicitæ à personis, & sic personas supponunt constitutas, ergo &c.

5. Quod omnis proprietas relatiua sit personæ constitutiua arguitur primò sic, omnis proprietas relatiua est distinctiua, quia oppositionem ponit, & non est oppositio nisi distinctorum, non est in diuinis distinctio nisi personarum, ergo &c. Sed non est proprietas distinctiua personarum, nisi quia est personæ constitutiua, quia eodem constituitur res in esse, & distinguitur ab alio, ergo &c.

6. Secundo sic, relatione non refertur ad aliud nisi quod per ipsam cōstituitur, aut quod ipsam præsupponit, præsupponi enim non potest ab eo ad quod ipsa refertur, quia non est relatio nisi quia relata: in diuinis autem relatio quæcunque non præsupponit nisi substantiam, quia omnis relatio in diuinis immediatè super essentiam funda ur, quia non est ibi aliud absolutum, & non fundatur nisi super absolutum, quare cum non potest referre sub istam, quia eam distingueret. refertur go id ad constitutū, illud autem non est nisi persona, ergo &c.

7. Dicendum ad hoc, quòd secundum ponentes proprietates non esse res in diuinis, nec insistentes, sed assistentes, & modos intelligendi solum, proprietas, nec est constitutiua, nec distinctiua personæ, in modo personæ seipsis sunt, & sunt distinctæ, & seipsa vna habet ordinem ad aliam, ita quod respectus, qui consistit in illo ordine, consequens est ad personas. A quorum dicto in modico distant illi, qui ponunt, quòd subtractis proprietatibus per intellectum manent hypostases, quod enim illi dicunt de personis, nullam faciendo differentiā, inter personas, & hypostases, hoc isti dicunt de hypostasibus, differentiam assignando inter hypostases, & personas, secundum quod Alexander pertractat in summa sua positionem illorum sustinendo hanc opinionem, distinguendo in diuinis quatuor, quorum duo dicit esse extrema, & duo media, sic inquiens opponendo. *In diuinis inuenimus aliquid quod nec est distinguibile, nec distinctum, & hoc est essentia;*

q. 1. a. 5.

p. 1. q. 58 memb. 7

Item inuenimus distinguibile, & distinctum, & hoc est persona. Inter hæc autem duo extrema, intercedunt secundum rationem intelligentiæ duo media, scilicet substantia, & hypostasis, sicut inter duo, scilicet quo est, & quis est, intercedunt, quod est, & qui est. Essentia enim dicit quo est, substantia quod est, hypostasis qui est, persona quis est.

in corp. Et etiam dicit in soluendo, *quod verum est, quod hæc duo sunt media inter illa duo secundum rationem intelligentiæ, licet non secundum rem, veruntamen ita se habent, quod vnum magis se habet cum vno extremorum, & reliquum cum reliquo, quia substantia magis se tenet apud nos cum essentia, hypostasis vero cum persona, & dicitur vna substantia sicut vna essentia, similiter sicut dicimus tres personas, ita dicimus tres hypostases. Cum*

arg con. *enim* (vt dicit) *paternitas, & filiatio sint opposita relationes respicientes se inuicem, non possunt simul inesse vni, & eidem rei subsistenti, sed differentibus. Sed res subsistentes proprietatibus illis, vel relationibus sunt hypostases, ergo positis proprietatibus, vel relationibus differentibus in diuinis, necesse est ibi ponere differentes hypostases.* Quia igitur proprietates, vel relationes in Deo sunt distinctæ, & incompossibiles, scilicet paternitas, filiatio, & processio, ideo distinctas habent hypostases. Et intendit tamen quod illa distinctio non sit per proprietates, & ita quod seipsis distinguantur. Vnde assignando quomodo differenter dicuntur in Deo tres hypostases, & tres personæ, subdit dicens.

ad 3. *Differunt tamen in hoc, quòd hypostasis dicit quid distinctũ, sed non habet in suo nomine, vnde distinguitur, sed dicit respectum ad distinguentem. Hypostasis enim dicit rem subsistentem respectu proprietatis, non habet ergo in suo nomine proprietatem distinguentem, sed dicit respectum ad illam. Persona autem est hypostasis proprietate distincta. Vnde in hoc addit quantum ad rationem intelligentiæ nomen persona respectu nominis hypostasis, quia persona dicit distinctum, & iterum habet de suo intellectu, & de suo nomine proprietatem distinguentẽ, nihilominus tamen, distinctum est hypostasis actu, sicut, & persona, sed non habet de suo intellectu proprietatem distinguentem.*

arg. 4. 8 Ex dicto autem Boethij arguit contra se hoc modo. *Substantia continet vnitatem, relatio multiplicat Trinitatem: auferatur ergo relatio per intellectum non remanebit nisi substantia, quæ continet vnitatem,* aufertur ergo multiplicatio.

ad vlt. Et respondet dicens, *quòd verbum Boethij non intelligitur, quòd in Deo non sit distinctio, nisi relationum, immo est ibi distinctio rerum subsistentium, scilicet hoc modo, quod hæc res subsistẽs non est illa. Verũtamen relatio manifestat distinctionem in diuinis, & respectu diuersarum proprietatum sunt plures res subsistentes, non quòd sint plures solum per illas, immo, & seipsis, sed respectu illarum non respectu essentiæ, quia hypostasis dicit respectum ad proprietatem: vnde remota per intellectum proprietate personali est intelligere hypostasim, quia adhuc est intelligere rem subsistentẽ habentẽ respectũ ad proprietatem. Et licet tollatur proprietas per intellectum, non tamen in re potest tolli. Vnde adhuc est intelligere res distinctas actu, sed non per proprietates personales, sed seipsis. Exemplum. Petrus, & Paulus sunt duo homines, vnus pater, alter filius, distinguuntur ergo relatione, & hypostasi, subtrahe per intellectum paternitatem, & filiationem, nihilominus manent duæ hypostases, immo etiam duæ substantiæ indiuiduæ, vnde non tantum dicuntur duæ res subsistentes relationibus, sed etiam duo homines. In diuinis similiter ablatis per intellectum proprietatibus remanent duæ hypostases, siue duæ res subsistentes, non tamen duæ subsistentiæ, sicut in creatura, & in hoc est dissimilitudo.*

9. Dictum istorum nullo modo potest stare in diuinis, quoniam quæcunque seipsis sunt distincta, toto eo quod sunt, distincta sunt non aliquo sui, vt prima simplicia, ita quod nihil est commune vtrique eorum. Si enim aliquid esset commune eis, illo non distinguerentur, sed præter illud oportet quærere aliud distinctiuum quod non est commune sed proprium. Quæcũq; autẽ sic sunt distincta, vt nihil sit eis cõmune, necessario oĩno, & secundũ rem, & secundum essentiam sunt distincta. Si ergo hypostases, vel personæ diuinæ seipsis distinguerentur, nec esset de earum constitutione aliquid proprium quo distinguerentur re, essent distinctæ necessario. Cum igitur in diuinis necesse sit ponere aliquid commune in quo nec hypostases, nec personæ distinguuntur omnino, aut est in eis aliquid de essentia, & cõstitutione earum, quo distinguuntur ad hoc, quod plures sint, illud autem non potest esse aliquid absolutum, quia tunc secundum rem absolutam differrent: oportet ergo, quod illud sit aliquid respectiuum, vt aliquis respectus.

10. Et quod diceret Gilbertus, quòd vna persona in seipsa habet respectum ad aliam, & quod dixit Alexander quòd hypostasis dicit rem subsistentem respectu proprietatis, quæ est extra suum intellectum, hoc implicat contradictionem. Si enim persona, aut hypostasis aliquid sit in se, & habet respectum ad aliud siue ad personam, siue ad respectum, alia est ratio eius, quod est secundum se, alia respectus, qua se habet ad alium, ita quod si absoluatur ratio respectus, non est nisi absolutum ab omni respectu, quod non est in diuinis nisi essentia vnica, & indistincta. Si ergo sit aliqua distinctio, & pluralitas personæ, aut hypostasis, oportet, quòd distinctum in se includat respectum, & sic per respectum constituatur, vt sit persona, aut hypostasis distincta ab alia. Ni-

hil

hil ergo est dictu, quòd persona seipsa, siue respectu quem includit, respiciat personam, sed quod respectus consequens est, & assistens, vt dixit Gilbertus, aut quòd hypostasis seipsa significat rem respectu proprietatis, quæ est extra suum intellectum, vt dicit Alexander. Immo ille respectus quem ambo ponunt extra intellectum personæ, & hypostasis, necessario intra ponendus est, & ille est quem vocamus proprietatem constitutiuam personæ, vt in diuinis omnino non differant persona, & hypostasis, nisi ratione, vt habitum est supra, vt secundum hoc dicere, quòd subtractis proprietatibus à personis manent hypostases, simile sit ei quod est dicere hominem remanere hominem subtracto rationali.

11. Alter autem solet dici à quibusdam, quòd constitutio, & distinctio siue pluralitas hypostasum, & personarum nõ fit nisi per proprietates, siue relationes, & respectus. Dicunt enim, quòd in diuinis personis consideratur, & ratio originis, qua hæc habet esse a qua alia, & illa quæ ab alia, & ratio relationis, ita quod ratio originis significetur verbaliter, vt generare, & generari, spirare, & spirari, & sic per modum agere egredientis, & transeuntis ab vno in alterum, ratio vero relationis significetur nominaliter, vt paternitas, filiatio, & ita per modum formæ. Attendendo igitur, quòd tales formæ secundum rationem formæ sequũtur actus, dixerunt, quòd hypostases in diuinis constituuntur per seipsas, vt principia, & termini actuum, vt pater, & filius, quia huius est generare illius vero generari. Ad hos autem actus consequuntur proprietates, quæ sunt paternitas, & filiatio, vt hic dicatur pater, quia generat, ille vero filius, quia generatur. Et sunt constitutiuæ personæ sicut proprietates ad dignitatẽ pertinentes, & manifestantes, non autem causantes distinctiones hypostasum, immo ipsis personis subtractis manent penes intellectum distinctæ hypostases, & hoc quemadmodum in creaturis proprietates indiuiduorum manifestant distinctionem indiuiduorũ ex materia, & forma, sed non causant eam, immo ipsis subtractis manet penes intellectum ipsorum distinctio.

12. Sed dictum istorum redit in idem cum dictis præcedentium. Hypostases enim non sunt principia, & termini actuum nisi per aliquem respectum ad illos, qui ipsas constituunt, vt aliquid inter eas, & ipsas distinguũt, quia in essentia omnino conueniunt, nec est differentia realis, siue relatio intelligitur, vt ratio elicitiua actus, siue vt sit ipse actus, siue vt dispositio ex actu, & non est vnius personæ ad vnam
a. 55. q. 3 plus quam vna proprietas secundum rem, vt
n. 8. dictum est, & infra amplius declarabitur, vt
q. 5. n. 5. nihil sit dictu, quòd alio respectu distinguitur
a. 59. q. 4
n. 10.

hypostasis, alio respectu persona, immo hypostasis etiam secundum eos in diuinis non est, nisi existentia incommunicabilis naturæ intellectualis, & talis non potest esse, nisi persona, ita quòd persona communiter accepta, tam in natura creata, quam in increata, principalius dicitur persona ratione naturæ intellectualis simpliciter, quam ratione proprietatis, siue indiuiduationis simpliciter, non potest enim natura intellectualis existere, nisi in persona, potest tamen esse conditio indiuidualis, vbi non est persona, vt secundum hoc in diuinis omnino non potest absolui ratio personæ à ratione hypostasis, nisi absoluatur omnino natura, vt scilicet hypostasis sit in natura non rationali, siue non intellectuali, quia in diuinis non differt natura, & hæc natura. In creaturis vero potest absolui ratio personæ à ratione hypostasis, absoluendo hanc naturã, secundum quam habetur personalitas, non autem naturam simpliciter, quia in creaturis differt hæc natura, vt humanitas, à natura simpliciter, quia abstrahendo ab aliquo, vt à Sorte hanc humanitatem, licet non maneat Sortes, quia non est Sortes, nisi ab hac humanitate, manet tñ secundũ intellectum hęc animalitas, hæc corporeitas, & huiusmodi, in quibus manet ratio hypostasis, licet non personæ. Et sic in creaturis abstractis per intellectum proprietatibus personalibus, & naturis secundum quas dicitur persona, remanent hypostases secundum intellectum.

13. Sic ergo simpliciter dicendum est, qđ relatio in diuinis constitutiua est, & distinctiua suppositi, sed intelligendum quod non quęlibet, sed aliqua sic, & aliqua non.

14. Ad cuius intellectum sciendum est, qđ sicut in creaturis inuenimus duplicem rationẽ formarum, quædam enim forma est in materia, quæ consistit in dando esse supposito, vt est forma substantialis, quædam quæ consistit in adueniendo iam constituto in esse. Similiter dicimus, quòd in re increata duplex est ratio relationum, siue respectuum, aut proprietatum quæ quasi formæ sunt. Quædam enim dat esse supposito, quædam consequitur suppositum constitutum ratione suppositi. Proprietas primo modo illa est constitutiua, & distinctiua simul, & sunt tantum tres, quæ dicuntur personales, scilicet paternitas, filiatio, & spiratio passiua, dicente Ricard. 4. de Trinitate cap. 17. *Proprietas personalis est ex qua vnusquisque habet esse is, qui est, per quam quilibet vnus est, & ab omnibus alijs discretus*, & cap. 18. *Et quantum est ad diuina, nihil aliud est persona quam incommunicabilis existentia, habens esse supersubstantiale ex proprietate personali*, & cap. 19. *Significat autem substantiale esse ex aliqua singulari proprietate, quia sunt plures habentes vnum, & indifferẽs*

esse

n.6. 20. **Ad ſextum**, quòd relatio non refert niſi quod ſupponit, aut quòd conſtituit. Dicendum, quòd verum eſt. Et quod aſſumitur, quòd quæcunque relatio in diuinis non ſupponit niſi ſubſtantiam, quia immediate fundatur ſuper ipſam, dicendum, quòd non oportet, quoniam relatio poteſt fundari immediate ſuper ſubſtantiam, aut vt ſubſtantia eſt in ſe conſiderata, & non ibi exiſtens in perſona conſtituta per illam relationem, aut poteſt fundari immediatè ſuper ſubſtantiam, vt tamen iam exiſtens in perſonis conſtitutis per alias relationes. Relatio fundata in ſubſtantia immediate primo modo, vere eſt perſonæ conſtitutiua, & tales non ſunt niſi tres. Relatio fundata in ſubſtantia immediate ſecundò modo, nequaquam eſt conſtitutiua, vt eſt ſpiratio actiua, æqualitas, ſimilitudo, & huiuſmodi.

Concluſiones ex Quæſtione Tertia, Articuli Quinquageſimi ſexti.

1. *Hypoſtaſes, ſeù perſonæ in diuinis non diſtinguũtur ſeipſis, neque per aliquid abſolutum, ſed per aliquid reſpectiuum.* n. 9.
2. *Dicere, quod vna perſona in ſeipſa habet reſpectum ad aliam, & quòd hypoſtaſis dicit rem ſubſiſtentem reſpectu proprietatis, quæ eſt extra ſuum intellectum, implicat contradictionem.* n. 10.
3. *Perſona, & hypoſtaſis in diuinis non differunt niſi ratione.* ibid.
4. *Non eſt dicendum ſubtractis proprietatibus à perſonis manere hypoſtaſes.* ibid.
5. *In creaturis abſtractis per intellectum proprietatibus perſonalibus, remanet hypoſtaſes ſecundum intellectum.* n. 12.
6. *Simpliciter dicendum eſt, quod relatio in diuinis eſt conſtitutiua, & diſtinctiua ſuppoſiti.* n. 13.
7. *Proprietates conſtitutiuæ, & diſtinctiuæ ſimul ſunt tantum tres, paternitas, filiatio, & ſpiratio paſſiua.* n 14.
8. *Spiratio actiua non eſt perſonæ conſtitutiua, licet ſit duarum à tertia diſtinctiua,* ibidem.

QVAESTIO QVARTA.

Vtrum ambo ſimul conſtituant perſonam, ſcilicet proprietas cum eſſentia.

CIrca quartum arguitur, quòd relatio cum ſubſtantia non conſtituit perſonam, ita quòd ambo ſimul cadant in conſtitutionem perſonæ.

1. Primò ſic, ſi perſona ex ambobus ſcilicet ex relatione, & eſſentia, conſtitueretur, aut ergo ſecundum, quòd ſunt duo quædam, aut ſecundum quòd ſunt vnum quid. Si ſecundo modo, cum relatio, & eſſentia non ſunt vnum quid, niſi ſecundum quòd relatio conſideratur, vt comparata ad eſſentiam, & ſic cadit in ipſam, quemadmodum prædicamentum relationis in diuinis cadit, ſeu reſoluitur in prædicamentum ſubſtantiæ ſecundum ſuperius determinata, a.32. q.3 n.28. 29. & non eſt relatio aliud quam ipſa eſſentia, tũc ergo

ergo relatio non esset constitutiua personæ, vt habet respectum ad suum correlatiuum, sed vt est quid absolutum in ipsa essentia, & sic personam absolutam constitueret, non autem [a. 53. q. 6.] respectiuam, cuius contrarium iam determinatum est. Esset etiam essentia ex seipsa persona, quod est contra Augustinum 7. de Tri- [c 6 to. 3.] nitate, vbi vult, quòd persona non dicitur nisi relatiue, essentia autem non nisi ad se, *quia* (vt [cap. 2.] dicit) *si essentia relatiue diceretur essentia, essentia ipsa non esset essentia*. Si primo modo, aut ergo essentia, & relatio constituunt personam, vt duo quæ sunt duæ res, aut quæ non sunt duæ [q. 3. n. 15] res. Si primo modo, cum ergo (vt iam dictum est supra) essentia in persona est aliquid excepta relatione, & similiter relatio est aliquid præter essentiam, & sic neutrum eorum includit alterum, essent ergo in Deo tres res relationum personalium, & quarta præter illam, & esset in Deo rerum quaternitas quòd falsum est. Si secundo modo, aut ergo non sunt duæ res, quia neutrum eorum est res, aut quia alterum est res tantum, alterum vero non res. Non primo modo, quia secundum Augusti- [1 de doct. Chri. c. 5.] num, *deitas est quædam summa res, quæ trinitas est* & quia tunc persona non esset res, cuius [ibid.] contrarium vult Augustinus 1. de Doctrina Christiana, ex non rebus autem non constituitur res, sicut ex non substantijs non constituitur substantia. Non secundo modo, quia illud non esset nisi quia essentia est res, relatio vero non res, sed relatio non res, non est nisi intentio quædam secunda, & sic cum intentio sit ens rationis, persona in Deo esset aliquid naturæ, & aliquid rationis, aliquid rei, & aliquid intentionis, quod absurdum est, nullo modo ergo ex essentia, & relatione persona constituitur in diuinis.

2. Secundò sic, si persona constitueretur ex essentia, & relatione, tunc non generaret de se intellectum simplicem: sed compositum, comprehendendo in persona non hoc tantum, sed [2. Met. c. 3. to. 3.] hoc, & aliquid aliud ab hoc. Quare cum secundum Philosophum vnumquodque sic se habet in esse, & veritate sicut se habet in cognitione: esse ergo verum personæ diuinæ compositum esset, quod falsum est, quia in Deo nulla [a. 28 29.] potest cadere compositio secundum supra determinata.

3. In oppositum est illud Augustini 7. de [c. 2. to. 3.] Trinitate. *Si pater non est aliquid ad seipsum, non est omnino, qui relatiuè dicatur ad aliud*, dicitur ergo pater relatiue, & est aliquid ad seipsum, ad se autem non est nisi continendo in se essentiam, relatiue autem non dicitur nisi includendo in se relationem, vt patet ex dictis, non continet autem hæc nisi, vt constituentia ipsum, & quæ sunt de significato eius, ergo &c.

4. Dicendum ad hoc, quòd in omni persona, & supposito singulari oportet esse duo, quorum vnum est natura, quæ ex se communis est qua aliquid existit, & proprietas secundum quam subsistit, quæ ipsum subsistens determinatur vt modo singulari determinato, & incommunicabili subsistit, quæ necesse est simul includi in significato personæ seu suppositi singularis. Verbi gratia suppositum hoc singulare quod est Petrus, existit ex natura humanitatis, quæ secundum se communis est, & determinatum, atque singularem modum subsistendi habet ex limitatione quadam, & determinatione ipsius naturæ, qua habet esse hæc humanitas, secundum quod habitum est supra, quæ necessario cadunt simul in significatione [a. 17. q. 1 n. 17. a. 28. q. 5 n 7. a. 34. q. 2 n. 20. a. 53 q. 3.] suppositi singularis. Et sicut est in supposito creato cum limitatione, atque determinatione simul naturæ, & suppositi, sic est in supposito increato absque omni limitatione, & etiam absque determinatione naturæ, sed suppositi tantum. Sicut enim in esse naturæ creatæ homo secundum quod homo habet esse homo simpliciter ex corpore, & anima simpliciter, & iste homo ex hoc corpore, & hac anima, secundum Philosophum 8. Metaphysicæ, & sicut in esse quidditatiuo homo simpliciter est animal rationale simpliciter, & iste homo est hoc animal, & hoc rationale, secundum Auic. in Metaphysica sua, ita quod *ly hæc* seu *hoc* dicunt proprietatem determinationis secundum quam suppositum subsistit singulariter, vt de ratione, & natura singularis subsistentis, & similiter nominis significantis ipsum non solum sit res, & natura qua existit, quæ exprimitur nomine hominis, animalis, & rationalis, sed etiam ipsa proprietas, qua determinatur natura in ipso, sic in esse naturæ increatæ. Deus enim secundum quod Deus habet simpliciter esse Deus ex deitate simpliciter: & iste Deus à deitate inquantum ex se est hæc, & singularis secundum modum supra determinatum, non vt *ly hæc*, vel *hic* dicat aliquam proprietatem determinantem, & contrahentem, sed in natura rei ex se existentem, vt non sit aliud dicere Deus, & iste Deus, sumendo ly *iste* non nisi essentialiter, multò enim verius eadem est ratio Dei, & huius Dei, quia non est aliter Deus, quam iste, quam hominis, & huius hominis, quia præter illum est alius. Sed cum *iste* vel *hic* sumitur personaliter secundum quod pater est hic in deitate subsistens, & filius est alius ab eo ly *hic*, & *alius* dicunt proprietatem determinatiuam non essentiæ, sed suppositi, secundum quam singularitate suppositi singulariter subsistit, vt de ratione, & natura talis singularis subsistentis, & similiter de ratione nominis significantis ipsum non solum sit res, & natura communis, quæ exprimitur nomine Dei, sed

etiam

etiam ipsa proprietas, qua determinatur non natura in essendo, sed ipsum suppositum in tali modo singulari, & incommunicabili subsistendo.

5. Quare cum ex illis vnumquodque dicitur constitui quæ de natura eius, & significato sui nominis existunt, simpliciter dicendum, quòd persona in Deo constituitur ex essentia, & proprietate, vel potius essentia, & proprietas ipsam personam constituunt, dicente Da- orth. fid. masceno libro tertio cap. 6. *Quod commune est cum proprietatibus, habet hypostasis*, id est persona, vt talis proprietas, quia sic est persona personæ intranea & non inhærens, vt accidentalis, sed essentialis ei in quo est, dicatur propriè insistens supposito, & non assistens, quasi iam constituto conueniens ex eius comparatione ad aliam personam consimili modo iam constitutam, & quasi extra eius constitutionem, sicut quodammodo assistunt æqualitas, & si- n. 10. militudo, vt in præcedente quæstione dictum est.

6. Ad cuius ampliorem intellectum sciendum est, quòd id quod primo natum est cadere in conceptu intellectus de eis, quæ exprimuntur nomine personę, est ipsa deitas, secũdum quòd est essentia, & summa res quædam, quæ de se simplicem intellectum format, & penitus absolutum. Deitatem ergo secundum talem modum consideremus primò, deinde ordine quodam rationis, & conceptuum nostri intellectus. Intellectu vero sequente naturam rei, & fundato super ipsam, considerare debemus rem istam summam, vt est virtus quædam, & potentia fœcunda, à qua nata est emanatio quasi fluere.

7. Sed ne procedamus in æquiuoco in eo, quod dicimus, a qua nata est quasi fluere emanatio. Sciendum, quòd ab aliquo fluere aliquid potest dupliciter intelligi, vel vt ab agente principali, vel vt ab eo quod est vis, & ratio agendi in illo, quemadmodum dicimus actum volendi procedere a supposito habente in se vim volitiuam, & ab ipsa vi volitiua. Et hoc modo dicimus hic intelligi debere deitatem, vt à qua nata est fluere emanatio alicuius, veluti ab eo, quod est vis ipsa, & ratio in agente, qua procedit actua emanationis, quemadmodum voluntas in volente, & est vis, & ratio, qua ab ipso procedit actus volendi. Sic autem essentia deitatis considerata consideratur, vt in se assumit rationem respectus, non quo ipsa refertur, sed qui in ipsa fundatur. Et sic isto intellectu est considerare quodammodo duo circa eandem rem, & rationem substantiæ, siue essentiæ qua est quid absolutum, & rationem respectua fundati in ipsa quo ordinatur ad actum, velut vis, & potentia ipsius elicitiua ad alicuius productionem. In qua consideratione consideratur deitas non tantum, vt deitas est, sed etiam vt est id, quo habet emanare aliquis actiuè ex parte agentis, & quasi passiue ex parte eius, qui emanat, & hæc est ipsa proprietas relatiua, qua superius diximus constitui ratio- n. 4. nem suppositi singularis in diuinis, & per talea contingit communicari vnam singularem essentiam diuersis suppositis singularibus, non per aliquam eius diminutionem, quemadmodum essentia specifica in creaturis communicatur diuersis suis suppositis per eius aliquam diminutionem, vt habitum est supra.

8. Et est vlterius hic aduertendum, quòd quemadmodum essentia in creaturis habet indiuiduari per hoc, quòd facta est hæc scilicet determinata, limitata, & signata in singularitate, sic essentia increata habet communicari per hoc, quòd ex se habet esse id, quo scilicet nata est emanatio esse, siue actiue, vt quo habet ab aliquo procedere, siue passiue, vt quo habet in alium terminari, vt ipsa communicatio essentiæ singularis in diuinis respondeat indiuiduationi essentiæ specificæ in creaturis. Quia sicut ibi essentia specifica indiuiduatur per hoc, quòd facta est hæc, & illa, sic hic essentia singularis diuina communicatur per hoc, quod ex sua natura habet esse quo, hoc modo & illo, id est quo quis habet generare, & alius generari, & tertius spirari, & sic in diuinis respectibus relatiuis habet diuina essentia communicari pluribus, quemadmodum in creaturis essentia creata determinatione sua absolutis habet in pluribus indiuiduari. Et ita sicut in creaturis dicimus constitui suppositum singulare ex hoc, quod essentia in se recipit rationem determinationis, quia non determinatur nisi in supposito, vt simul natura essentia determinatur, & suppositum subsistens in ea, nec est aliud in ea, quod determinet ipsam, quemadmodum aliud est in specie, quod determinat ipsam, scilicet differentia, quæ determinat formam generis in specie, consimiliter in diuinis dicimus constitui suppositum singulare ex hoc, quòd essentia in se habet rationem respectus, qui non habet esse in ea, nisi vt est in supposito, vt simul omnino fundetur in essentia, & determinet suppositum absque omni alio, vt & ipsum fundari eius in essentia sit ipsum constituere suppositum cum ipsa, quemadmodum quoquo modo differentiam adesse generi, est constituere speciem, & determinationem ad esse speciei, est constituere suppositum indiuiduum. Et sic dicimus, quòd in diuinis suppositum constituitur ex essentia, & relatione, siue magis propriè loquẽdo, & euitando suspitionem compositionis essentia, & relatio siue essentia cum ratione respectus constituunt suppositum diuinum,

vt ambo cadant in natura, & significato eius.

9. Ex quò patet quomodo vlterius eliciendum est, quòd quemadmodum in creaturis essentia, vt humanitas, non est hæc, nisi quia est huius, idest eius qui est hic, signatus, & determinatus in essentia humanitatis, & supposito, sic in diuinis deitas non est quo aliquis habet producere, vel produci, nisi quia est alicuius idest eius, qui est quia determinatus in persona, & supposito, licet non in natura. Quod non dicitur, quia prius natura forma creata sit huius, quam hæc, aut forma deitatis prius natura sit alicuius quam quo, licet hoc quodammodo videntur verba prætendere, sed hoc ideo dicitur, quia forma creata in se considerata absque ratione suppositi, non potest habere quòd sit hęc, nec forma deitatis, quòd sit quo, quia secundum se non habet esse quo, sed secundum quòd habet esse in determinato. Quo enim non dicit nisi rationem emanandi ex parte principij, aut termini emanationis, in diuinis autem essentia, vt essentia est, nec principium per se, nec terminus emanationis diuinæ potest esse, sed solummodo
a. 39. q. 5 n. 5. positum, secundum quòd superius determinatum est loquendo de diuinis actionibus in generali.

10. Per iam dicta patent in parte argumenta in oppositum.

n. 1. 11. Quod ergo arguitur primò, quærendo an essentia & relatio constituunt personam secundum quod vnum, an secundum quòd duo. Dicendum, quod secundum quòd duo, non tamen est per hoc ponere in Deo quaternitatē rerum, quia res relationum reducuntur in vnitatem rei substantiæ, & non differunt ab ipsa, nisi ratione tantum.

12. Ad secundum, quòd persona esset composita, si constitueretur ex relatione, & essentia. Dicendum secundum iam dicta, quod non est verum, quoniam realitas relationis, vt respicit essentiam differens est sola ratione ab illa, & ideo ambo simul stant in æquali rei simplicitate, vt non sit simplicior essentia, quā persona, nec differt persona ab essentia re, sed ratione tantum. Inquantum tamen relatio comparatur ad relationem oppositam, diuer-
a. 55. q. 6 n. 32. sitatem rei relationis ponit, vt dictum est, non tamen rei substantiæ, sic enim vna est distinctiua suppositi sui à supposito alterius, & è conuerso, & per hoc constitutiua, & sunt in persona, vt persona est, idest quid relatum ad oppositū, ambo, scilicet essentia, & relatio, vt duæ res, essentia, vt res absoluta, qua non distinguitur, relatio vero, vt res respectus, qua distinguitur. Et sic licet essentia, & relatio, vt considerantur inter se comparata non differunt, nisi ratione tantum, inquantum tamen considerantur, vt comparata ad oppositum differunt re, non simpliciter, sed re substantiæ, & relationis, quasi cum determinatione, non absolute explicando illam differentiam, vt propter istam differentiam vere possit dici essentiam, & relationem personam constituere, vel personam constitui ex essentia, & relatione absque omni compositione in persona, quia non est ista differentia constituentium personam inter se comparatorum, sed ad aliud solum. Non facit autem differentia aliquorum in aliquo compositionē, nisi sit ipsorū inter se comparatorum in vnum constitutio, quemadmodum differunt forma, & materia in composito naturali, & genus, & differentia in specie, & sic de alijs facientibus inter se compositionem, de quibus habitum est supra loquendo de simplicitate Dei. Nec ta- f. 66. 19.
men propter istam differentiam rei substantię, & relationis est ponere in Deo rerum quaternitatem, sed quodammodo alia ratione ponimus, quòd nō sit rerum quaternitas inter rem, quæ est essentia, & res quæ sunt proprietates, & inter rem, quæ est essentia, & inter res, quæ sunt personæ, quia in istis ratio est, quia res, quæ sunt personæ, in se, & in suo significato includunt rem, quę est essentia in illis vero ratio est, qua res, quæ sunt proprietates, in essentia fundantur, & ab ea realitatem suam habent, vt dictum est.

Concluſiones ex Quæſtione Quarta, Articuli Quinquageſimi ſexti.

1. *Simpliciter dicendum, quòd perſona in Deo conſtituitur ex eſſentia, & proprietate. n. 5.*
2. *Eſſentia, & relatio conſtituunt ſuppoſitum diuinum, vt ambo cadant in natura, & ſignificato eius. n. 8.*

ARTICVLVS QVINQVAGESIMVS SEPTIMVS.

De proprietatibus perſonæ Patris in ſpeciali. In Quatuor Quæſtiones diuiſus.

HAbito iam de proprietatibus perſonarum in generali, ſequitur de eiſdem quo ad ſingulas perſonas in ſpeciali.
Et primò de illis, quæ pertinent ad perſonam patris.
Secundo de illis, quæ pertinent ad perſonam filij.
Tertiò verò de illis, quæ pertinent ad perſonam Spiritus Sancti.
Circa primum duo,
Primum de eis, quæ propria ſunt perſonæ patris.
Secundum de ſpiratione actiua, quæ communiter conuenit patri, & filio.
Et circa primum primò de ingenito.
Secundò de generare.
Et circa primum quatuor.
Quorum primum eſt. Vtrum ingenitum ſit proprietas patris.
Secundum. Vtrum ingenitum ſit alia proprietas, quam paternitas.
Tertium. Vtrum ingenitum prius ſit ratione, quam paternitas.
Quartum. Vtrum ingenitum proprietas ſit conſtitutiua perſonæ patris.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum ingenitum sit proprietas patris.

Circa primum arguitur, quòd ingenitum non possit dici proprietas patris.

1. Primò sic, sicut solus pater est à nullo, & à quo alij, sic solus Spiritus Sanctus est à quo nullus, & ipse est ab alijs, cum ergo hoc non est proprietas Spiritus Sancti, ergo nec illud patris. Illud autem est patrem esse
n.17. ingenitum, vt iam patebit, ergo &c.

2. Secundò sic, sicut pater est à nullo per generationem, propter quod dicitur ingenitus, sic pater, & filius sunt à nullo per spirationem, sed hoc non est proprietas filij, & patris communis, ergo nec illud patris solius.

3. Tertiò sic, quòd est alijs commune non est proprietas patris solius, ingenitum est commune essentiæ, & Spiritui Sancto, & mundo, & materiæ, quia non sunt genita, dicẽte Ambrosio 4. de Trinitate contra hæreticos. *Spiritus*
de Incarn. c.9. to.3. *Sanctus, quia genitus non est, ingenitus secundum vestram sententiam nominandus*, & infra, *Multa possunt, & innumera exempla suppetere de eo, quòd id quod genitum non sit, dicatur ingenitum. Nam & mundum plerique ingenitum esse dixerũt, & materiam rerum omnium. Videant ergo in hoc verbo prærogatiuã quandam potestatis esse nõ posse, nisi forte hoc verbo sibi honorare Deum videantur quo modo Philosophi mundum putauerunt esse donandum*, & infra. *Nihil ergo prætiosum Deo in eo sermone, qui communis possit esse cum cæteris*. De natura vero patris quod sit ingenita, dicit Hil. in principio 3. de Trinitate sic. *Ex his, quæ ingenita in se erant genuit*, & in fine de Trinita-
lib.12. te sic. *Filius tuus ex te vero Deo patre est Deus verus, & a te in natura tuæ ingenitæ genitus potestate.* Et Spiritus Sancto Hieronym. dicit. *Spiritus Sanctus pater non est, sed ingenitus*, quod autem alteri conuenit, non est proprium vni, ergo &c.

4. Quartò sic, Ambrosius de incarnatione verbi, qui est 4. de Trinitate, reprehendit eos, qui ingenitum proprium dicunt patri, dicens
c.8. to.3. sic. *Quidam dicentibus nobis filium Dei, qui generatus sit, patri, qui generauit in æqualem esse non posse*, & infra. *Putant mutationem fieri quæstionis mutatione sermonis, dicentes. quomodo possunt ingenitus, & genitus esse vnius naturæ, & substantiæ? Ergo vt respondeam clementissime Imperator, primum omnium ingenitum in scripturis diuinis nusquam inuenio, non legi, non audio*, sed non reprehenderet eos in hoc, aut male reprehenderet si esset proprium patri. ergo &c.

5. Quintò sic, Augustinus dicit. *Cum pater* lib. 5. de
dicitur ingenitus, ostenditur non quid sit, sed quid Trin c.6.
non sit, sed non esse non est proprietas entis, to.3.
nec notificat ens, neque ad dignitatem eius pertinet, sicut ad personæ dignitatem in diuinis debet pertinere eius proprietas, ergo &c.

6. Si vero dicatur, quòd licet non notificat, neque ad dignitatem pertinet ratione, qua est negatio, pertinet tamen ad dignitatem, & notificat ratione positiui substrati. Si illud, ergo aut est substantia patris, aut relatio ad filium, & Spiritum Sanctum, quia plura positiua non sunt in eo. Non substantia, quia ipsa est communis tribus personis, & ideo quicquid dignitatis ratione eius est in vna persona, & in alijs. Non ratione relationis, quia dicit Augustinus
5. de Trinitate. *Pater si filium non generaret*, ibid.
nihil prohibet ipsum dici ingenitum, quare & multo fortius etsi non spiret.

7. Vnde ad principale ex eodem arguitur, sextò sic, proprietas propria non potest esse,
nec esset, si non esset id cuius est, nec è conuer- inf.n.16.
so, vt homo si non esset risibile, nec e conuerso, 30.32.
ingenitum esset etsi non esset pater, & è con-
uerso, dicente Augustino 5. de Trinitate. *Si* ibid.
filium non genuisset, nihil prohiberet ipsum dicere ingenitum, sed si filium non genuisset non esset pater, ergo &c.

8. Septimò arguitur ad idem sic, quando dignitatis est aliquid de vno affirmare, nullius dignitatis est idem remouere, cum ergo esse genitum ab alio sit proprietas dignitatis in filio, vt infra patebit, ingenitum quod negat esse genitum, in nullo potest esse dignitatis, quare nec in patre.

9. Octauò sic, priuatio, siue negatio non ponit aliquid dignitatis in vno, nisi quia positiuũ, quod negatur, aut priuatur ponit aliquid in dignitatis in alio, vt patet in corruptibili, & in incorruptibili, mortali, & immortali, sed esse sub alio simpliciter, aut per generationem, aut per spirationem in nullo ponit indignitatem, ergo &c.

10. In contrarium est illud quod dicit Hi-
lar. 4. de Trinit. cap. 15. *Est enim vnigenitus* col. 12.
Deus, neque consortem vnigeniti nomen admittit, ad fi.
sicut non recipit innascibilis in eo, quòd innascibilis, participem, est ergo vnus, ab vno. Vterque itaque vnus, & solus est proprietate videlicet in vnoquoque, & innascibilitatis, & originis, idem autem est ingenitum, & innascibile, ergo &c.

11. Quin patri sit proprium ingenitum, si-

ue

ue innascibile, de hoc nemo dubitare debet, cũ nec de hoc dubitent hæretici, dicente Hilar. 4. [col. 5.] de Trinitate cap. 5. *Inter cætera addiderunt solum se patrem innascibilem cognoscere, tanquam hinc quisquam possit ambigere, cum ex quo ille genitus sit per quem omnia sunt id quod ipse est à nemine consecutum. In ipso enim quo pater dicitur, eius quem genuit auctor ostenditur, id habens nomen, quod neque ex alio natum, neque ex alio profectum intelligatur, ex quo is, qui genitus est substitisse doceatur. Igitur id quod Deo Patri proprium est, proprium ei ac secretum relinquamus confitentes in eo æternæ virtutis innascibilem potestatem. Nemini autem dubium esse existimo ob eam causam in confessione Dei patris quædam eius quasi peculiaria, & priuata memorari, ne præter ipsum eorum quisquam particeps relinquatur.* De numero autem talium est ingenitum, dicente Ricard. 5. de Trinitate cap. 25. *Proprium est solius personæ primæ procedere à nulla, proprium est solius alterius procedere ab vna sola, proprium est solius tertiæ procedere à gemina. Sola vna à qua nulla, sola à qua vna sola, sola vna à qua procedit gemina.*

12. Adhuc autem cum ingenitum negationem, siue priuationem importat, & negatio, siue [a. 24. q. 1. n. 9.] priuatio inquantum huiusmodi ex se nihil omnino aut rei, aut modi, aut dignitatis, aut [a. 12. q. 4. n. 5.] notificationis ponit, & proprietas modum aliquem in re, & dignitatis aliquid ponere debet, [a. 44. q. 2. n. 10.] etiam dubium nulli esse debet, quin ingenitum [a. 59. q. 2.] proprietas, nec patris, nec alterius debet dici ratione puræ negationis, licet aliqui hoc posuĕrit dicendo, quòd prima, & principia per negationes notificantur, vt punctus dicitur cuius pars non est. Sed manifestum est, quòd hoc non est verum, nisi quia nos simplicium positiuam rationem non possumus attingere, quæ sub est negationi, & quam per negationem dare intelligi volumus. Propter quod secundum Dionysiũ, quia de deitate vix capimus aliquid [a. 44. q. 2. n. 25.] sicut est, in diuinis veriores sunt negationes, quam affirmationes. Et sic proculdubio dicendum est in proposito, quòd ingenitum proprietas patris est non ratione negationis, aut priuationis puræ, sed potius ratione alicuius positiui substrati, vt ingenitum non importet negationem extra genus, quæ omnino nihil ponit, quam Philosophus quarto Metaphysicæ [a. 4. to. 3.] appellat absolutionem esse, sed potius importet negationem in genere, siue circa aliquod genus entis per quod accedit quoquo modo ad rationem priuationis, iuxta differentiam quam [a. 44. q. 2. n. 10.] ibidem Philosophus assignat inter negationē, & priuationem, Propter quod etiam exprimitur per notam priuatiuam quæ est *in*, licet non sit vera priuatio, vt iam dicetur.

13. Sed tunc de isto positiuo tali negationi substrato quid sit illud, & an ratio dignitatis, & notionis cõsistat in negatione, vt habet esse, circa tale positiuum, an circa ipsum positiuum vt consideratur sub tali negatione, amplior dubitatio est. Et sunt hic quatuor modi ponendi quorum tres ponunt, quòd illud positiuum sit aliquod relatiuum ad principiatum, quartus vero, quòd sit aliquid absolutum. Item primi duo ponunt, quòd ratio dignitatis, & notionis consistit in positiuo, vt habet esse sub negatione. Duo vero vltimi ponunt contrarium.

14. Dicunt ergo aliqui, quod illud positiuũ substratũ negationi est fontana deitas, qua pa- [ar. 54. q. 10. n.] ter omnium aliorum est principium tanquam subiectum circa quod sit negatio, & quod illud sit ratio principij vniuersalis à quo habet esse omne aliud, & omnis alius, vt sit sensus, pater est ingenitus, idest pater est à quo omnia alia, & omnes alij, qui non est omnino ab alio, vt principium hic intelligatur stare generaliter, & ad creaturas, & ad diuinas personas. Et sic manifestum est, quòd soli patri conuenit, vt amplius exponetur inferius. Quod non potest [a. 61. q. 3 ad 1.] stare, quoniam ratio principij, vt est ad creatu- [a. 72. q. 4 ad 2.] ras, non est nisi rationis tantum relatio, vt est in Deo, super quam nihil realiter existens in Deo, sicut existit omnis notio, fundari potest.

15. Propter quòd alij ponunt, quòd illud positiuum sit ratio principij non vniuersaliter, quia non ad creaturas, sed ad personas diuinas tantum, vt sit sensus: pater est ingenitus idest pater est principium omnium personarum diuinarum, quod non est ab alio, & sic manifestum est, quòd propriè patri conuenit. Sed nec hoc potest stare, quia si ingenitum non esset proprietas in patre, nisi quia fundatur super rationem principij quo alij sunt ab ipso, ita quòd ratio quæ est notio existeret in ipso substrato, non in negatione, cum nihil in diuinis sit proprietas nisi ratione relationis quam importat, vt patet ex prædeterminatis, inge- [a. 55 q. 5. n. 6.] nitum ergo non importaret relationem nisi eius in quo fundatur, & sic non esset proprietas distincta ab alijs, quæ importantur in nomine principij personalis communiter accepti.

16. Propter quod dicunt adhuc alij in parte variando a dicto istorum, videlicet, quòd ingenitum dicatur notio ratione talis positiui, non quia in illo positiuo constat ratio notionis quod supponebant primæ duæ opiniones iam dictæ, sed solum, quòd ratio notionis importatur per ingenitum ratione negationis, sed non nisi vt consideratur circa positiuum illud personale communiter acceptum. Quod non potest stare, quia tunc ingenitum non esset notio absque principio personali substrato, quod falsum est, quia secundum Augustinum, *nihil* [5. de Tri. c. 6. to. 3.] *prohiberet patrem dici ingenitum etsi non genuisset filium*, vt infra videbitur. Si autem non [n. 30. 32.]

ge-

genuisset filium, non esset principium personale.

17. Est igitur dicendum aliter, quòd sicut est in relationibus positiuis, quod ideo reales sunt notiones, quia fundantur ex natura rei in ipsa diuina essentia, sic est, & de ista negatiua. Sicut enim ex natura ipsius diuinæ essentiæ est, quòd in aliqua persona est ratio à qua est alia, sic in aliqua est ratio, quod ipsa non sit ab alia. Et sic substratum illud negationi non est nisi ipsa diuina essentia, vt sit sensus, pater est ingenitus idest habens in se diuinam essentiam non ab alio, iuxta illud quod loquendo de patre dicit Hil. 3. de Trinitate in principio. *Ipse est plenus perfectus æternus, non aliunde quid sumens, sed ad id quod ita manet sibi ipse sufficiens. Hic ergo ingenitus.* Ingenitum ergo positiue dicit plenitudinem, & sufficientiam in patre ex se. negatiue autem dicit nihil habere ab alio vt secundum hoc ingenitum sit notio præcise ratione negationis quam importat, aliquid tamen dignitatis importans ex hoe, quòd circa talem affirmationem fundatur, habere enim omnia quæ deitatis sunt essentialia ex se formaliter, toti trinitati conuenit, vt supra declaratū est, sed ea habere sic ex se formaliter quod cum hoc a nullo principiatiue, hoc magnæ dignitatis est, (a. 21. q. 5 n. 8.)

18. Et resoluuntur isti duo modi habendi ea quæ de tatis, quorum vnus est positiuus, scilicet ex se formaliter, & alter negatiuus, scilicet non habere ab alio principiatiue, in vnum modum habendi significatum positiue, scilicet habere ea liberè, quemadmodum Rex non ab alio tenens regnum dicitur libere tenere illud, cum alio modo habere regnum, scilicet ab alio, non sit libere habere. Et iste modus habendi est magnæ dignitatis. Vnde & habere ea quæ sunt deitatis ab alio simpliciter non est dignitatis in persona filij & Spiritus Sancti ratione eius, quod est habere ab alio simpliciter, sed solummodo ratione modi habendi nobilis, qui est per generationem, & spirationem, vt tactum est supra in parte, & inferius amplius declarabitur. Secundum hunc modum Hil. 4. de Trinitate exponit ingenitum sic inquiens. *Nouit ecclesia vnum innascibilem Deū, nouit vnigenitum Dei filium, confitetur patrem æternum ab origine liberum, confitetur, & filij originem ab æterno.* Vnde si ista libertas vno nomine positiuo exprimeretur esset proprietas affirmatiua, secundum modum significandi, & solum daret intelligi respectum negatiuum, ratione tamen cuius notio esset. (a. 15. q. 4. n. 12. n. 14.)

19. Ad primum in oppositum, quòd Spiritum Sanctum esse a quo nullus, non est proprietas. ergo nec proprietas patris, quòd sit à nullo: Dicendum, quòd propritas non est quodcunque quod vni soli personæ conuenit, (n. 1.) sed quod cum hoc ad dignitatem personę pertinet. Quanquam ergo illud conuenit soli Spiritui Sancto, sicut hoc soli patri, hoc tamen est proprietas patris, quia (vt dictum est) ad dignitatem pertinet, non autem illud Spiritus Sancti, quia nullam dignitatem ponit in ipso, sicut neque dignitatem ponit in filio, quod nullus est ab eo per generationem, quia tunc contrarium eius, scilicet, quod aliquis sit ab alio per generationem, nihil esset dignitatis, quod falsum est, immo hoc in patre dignitatis est. (n. 17.)

20. Ad secundum, quòd esse à nullo per spirationem, non est communis proprietas patris, & filij, quare similiter non est proprium solius patris non esse ab alio per generationē, quod ponit ingenitum: Dicendum, quòd in non esse ab alio per spirationem, duo dicuntur, scilicet non esse ab alio, & non esse ab alio per talem modum, quorum primum dignitatis est in significato ingeniti, vt dictum est, & isto modo non conuenit filio, non enim non est ab alio per spirationem, ita quod simpliciter non est ab alio, sed solus pater. Secundum vero non ponit aliquid dignitatis, quia eius oppositum scilicet esse ab alio per spirationem, ratione eius quod est per spirationem, ponit dignitatem, & notionem in Spiritu Sancto, & sic esse non ab alio per spirationem, non potest esse communis proprietas. (n. 2.)

21. Ad tertium, quòd ingenitum conuenit diuinæ essentiæ, mundo, materiæ primæ secundum Philosophos, & Spiritus Sancto secundum Hieronymum: Dicendum, quod distinguendum est de ingenito, quod potest accipi negatiue pro eo quod est non genitus, dicente Augustino 5. de Trinitate. *Nihil intellectui demitur si dicatur non filius, quemadmodum etiam si dicatur non genitus pro eo quod dicitur ingenitus, nihil enim aliud dicitur.* Et infra. *Ingenitus porro quid est nisi non genitum?* Vel potest accipi priuatiue, quod proprium est negationi importatæ per hanc præpositionem in, quando cadit in compositione. Et hoc modo si proprie accipiatur priuatio, nunquam cadit in diuinis, quia priuatio proprie dicta non est nisi sit remotiua circa subiectum eius, quod est dignitatis in alio, ita quòd sit dignius habere illud quam carere eo siue non habere, ita quòd habere sit dignitatis, & non habere sit indignitatis, & habens quoad hoc sit dignius, & non habens minus dignum. (n. 3.) (c. 7. to. 3.)

22. Et hoc patet in tribus modis priuationis propriè dictæ: qua vno modo secundum Philosophum 5. Metaphysicæ dicitur aliquid priuari eo quod non est natum conuenire ei secundum suum proprium genus, sed solum secundum genus supremum, quemadmodum lapis dicitur non viuus quia caret vita, quam (c. 25 t. 27 to 3.)

in

in nulla specie sui generis natus est habere, sed solummodo secundum aliquam speciem generis superioris, quæ in hoc nobilior est omni specie lapidum. Alio modo dicitur aliquid priuari eo, quod non est natum conuenire ei secundum suam speciem, sed secundum suum proprium genus: quemadmodum talpa dicitur non videns, quia caret visu, qui in nullo indiuiduo suæ speciei natus est esse, sed solum secundum aliquam speciem sui generis, quæ in hoc nobilior est specie talpæ. Tertio modo dicitur aliquid priuari eo quod natum est conuenire ei in suo esse indiuiduo, quemadmodum catulus dicitur non videns post nonum diem, quia caret visu, qui ex tunc natus est inesse eidem, qui in hoc nobilior esset si visum haberet, & est ignobilior cæteris catulis suæ speciei visum habentibus. Quia ergo in diuinis non potest ab aliqua persona priuari aliquid per quod dignior simpliciter dicatur is in quo reperitur, & indignior is in quo non reperitur, nullo igitur modo proprie accipiendo priuationem, priuatio neque *in*, priuatiue acceptum potest poni in diuinis,

23. Vnde non bene dicunt aliqui, quòd pater, & Spiritus Sanctus similiter possunt dici ingeniti priuatiue, quemadmodum talpa non videns, quia scilicet non habent esse per generationem, sed tamen in natura sua est, quòd habeant aliquod suppositum, cui conuenit habere esse per generationem. Neque similiter bene dicunt dicentes, quod pater priuatiue dicitur ingenitus, quia dicit priuationem geniti circa principium personale, productiuum, scilicet personæ, quia est aliquod tale quod habet esse genitum.

24. Non igitur dicitur ingenitum in diuinis aliter quam negatiue, nisi extendendo, & communiter accipiendo nomen priuationis. Quæ priuatio ex isto nomine duplex est. Vna quæ priuat id quod indignitatis est in alio, & est vera priuatio siue defectus secundum rem, quales priuationes sunt immortale, & incor-
a.44.q.2. ruptibile, & infinitum in Deo, per quas circũloquũtur veræ affirmationes, & rationes positiuæ nobis incognitæ, & innominatæ. Et ideo tales negationes, siue priuationes dicuntur fundari super oppositum eius quod negãt, aut priuant. Quod non proprie dicitur, immo fundantur super id circa quod intelligitur positiuum quod circumloquuntur, & cuius oppositum priuant. Et ratione illius quod sic dãt intelligere, & circumloquũntur, huiusmodi negationes important rationem dignitatis nó autem ratione negationis, neque ratione eius circa quod sunt.

25. Hoc modo non priuat, aut negat negatio in hoc quod est ingenitum, non enim priuat aliquid ponendo aliquod oppositum positiuum circa substratum illud circumloquendo vel dando intelligi, sed est pura negatio circa id quod est substratum ipsi quod priuatur, vt nullo modo possit dici negatio huiusmodi fundari circa suum oppositum, & ratione illius aliquid dignitatis importare, quia tunc ipsum priuatum necessario esset aliquid indignitatis in alio, quod non est verum. Esse enim ab alio nullius est indignitatis in filio, & Spiritu Sancto, licet non esse ab alio sit dignitatis aliquid in patre, quemadmodum secundum Hilariũ, *pater dicitur esse maior, filius tamen non dicitur es-* 9.de Tri. col 15.
se minor patre, cuius ratio declarabitur infra a.70.q.2. ad 3.
loquendo de personarum æqualitate, & in nomine ingeniti alia est priuatio quam præcedens, scilicet qua aliquid negatur ab vno quod non est indignitatis in alio, absque eo quòd non ponat aliquod contrarium positiuum circa substratum, vt secundum hoc priuatio in nomine ingeniti nullo modo fundatur super suum contrarium, vt ratione illius possit dici importare aliquid dignitatis. Et puto talẽ modũ priuationis in creaturis inueniri non posse.

26. Negatiue vero ingenitum potest poni dupliciter, vno modo absolute, alio modo circa subiectum aliquod positiuum. Negatio primo modo est negatio extra genus, & indifferẽter conuenit enti, & nõ enti quẽadmodũ non homo, vel non iustu dicitur chimæra, & tragelaphus, leo, & asinus. Sic non genitum siue ingenitum non est proprietas in diuinis. Secundo modo dicitur aliquid ingenitum, quia est secundum aliquem modum essendi, sed non per modum generationis habet illum, & est negatio in genere.

27. Sed hoc contingit tripliciter, quia ingenitum dicitur aliquid vno modo, quia non est terminus generationis per se, habitum tamen in generato per generationem. Sic diuina essentia dicitur esse ingenita, & similiter secundum Philosophos materia prima. Alio modo quis non est per se terminus generationis, nec habens esse in alio per generationem, sed per aliam productionem, quæ tamen non est sine generatione. Hoc modo secundum Hieronymum Spiritus Sanctus ingenitus dicitur, quia per processionem habet esse a patre, sed non per natiuitatem, & secundum Philosophos mundus, quia effectus est a Deo nec genitus, non tñ sine generatione, quia processio Spiritus Sancti, & factio mũdi non fuit sine generatione verbi præuia vel quasi præuia. Tertio modo dicitur aliquid ingenitũ, quia à nullo habet esse per generationem, quia scilicet neque secundum se est terminus generationis, neque esse habet in alio per generationem (dico sicut aliquid geniti) neque per aliam productionem omnino ponentem, aut supponentem aliquo modo generationem, & per hoc id

quod

Item inuenimus distinguibile, & distinctum, & hoc est persona. Inter hæc autem duo extrema, intercedunt secundum rationem intelligentiæ duo media, scilicet substantia, & hypostasis, sicut inter duo, scilicet quo est, & quis est, intercedunt, quod est, & qui est. Essentia enim dicit quo est, substantia quod est, hypostasis qui est, persona quis est.
in corp. Et etiam dicit in soluendo, *quod verum est, quod hæc duo sunt media inter illa duo secundum rationem intelligentiæ, licet non secundum rem, veruntamen ita se habent, quod vnum magis se habet cum vno extremorum, & reliquum cum reliquo, quia substantia magis se tenet apud nos cum essentia, hypostasis vero cum persona, & dicitur vna substantia sicut vna essentia, similiter sicut dicimus tres personas, ita dicimus tres hypostases. Cum*
arg con. *enim* (vt dicit) *paternitas, & filiatio sint oppositæ relationes respicientes se inuicem, non possunt simul inesse vni, & eidem rei subsistenti, sed differentibus. Sed res subsistentes proprietatibus illis, vel relationibus sunt hypostases, ergo positis proprietatibus, vel relationibus differentibus in diuinis, necesse est ibi ponere differentes hypostases.* Quia igitur proprietates, vel relationes in Deo sunt distinctæ, & incompossibiles, scilicet paternitas, filiatio, & processio, ideo distinctas habent hypostases. Et intendit tamen quod ista distinctio non sit per proprietates, & ita quod seipsis distinguantur. Vnde assignando quomodo differenter dicuntur in Deo tres hypostases,
ad 3. & tres personæ, subdit dicens. *Differunt tamen in hoc, quòd hypostasis dicit quid distinctũ, sed non habet in suo nomine, vnde distinguitur, sed dicit respectum ad distinguentem. Hypostasis enim dicit rem subsistentem respectu proprietatis, non habet ergo in suo nomine proprietatem distinguentem, sed dicit respectum ad illam. Persona autem est hypostasis proprietate distincta. Vnde in hoc addit quantum ad rationem intelligentiæ nomen personæ respectu nominis hypostasis, quia persona dicit distinctum, & iterum habet de suo intellectu, & de suo nomine proprietatem distinguentẽ, nihilominus tamen, distinctum est hypostasis actu, sicut, & persona, sed non habet de suo intellectu proprietatem distinguentem.*

arg 4. 8 Ex dicto autem Boethij arguit contra se hoc modo. *Substantia continet vnitatem, relatio multiplicat Trinitatem: auferatur ergo relatio per intellectum non remanebit nisi substantia, quæ continet vnitatem,* aufertur ergo multiplicatio.
ad vlt. Et respondet dicens, *quòd verbum Boethij non intelligitur, quòd in Deo non sit distinctio, nisi relationum, immo est ibi distinctio rerum subsistentium, scilicet hoc modo, quod hæc res subsistẽs non est illa. Verũtamen relatio manifestat distinctionem in diuinis, & respectu diuersarum proprietatum sunt plures res subsistentes, non quòd sint plures solum per illas, immo, & seipsis, sed respectu illarum non respectu essentiæ, quia hypostasis dicit respectum ad proprietatem: vnde remota per intellectum proprietate personali est intelligere hypostasim, quia adhuc est intelligere rem subsistentẽ habentẽ respectũ ad proprietatem. Et licet tollatur proprietas per intellectum, non tamen in re potest tolli. Vnde adhuc est intelligere res distinctas actu, sed non per proprietates personales, sed seipsis. Exemplum. Petrus, & Paulus sunt duo homines, vnus pater, alter filius, distinguuntur ergo relationi, & hypostasi, subtrahe per intellectum paternitatem, & filiationem, nihilominus manent duæ hypostases, immo etiam duæ substantiæ indiuiduæ, vnde non tantum dicuntur duæ res subsistentes relationibus, sed etiam duo homines. In diuinis similiter ablatis per intellectum proprietatibus remanent duę hypostases, siue duæ res subsistentes, non tamen duæ subsistentiæ, sicut in creatura, & in hoc est dissimilitudo.*

9. Dictum istorum nullo modo potest stare in diuinis, quoniam quæcunque seipsis sunt distincta, toto eo quod sunt, distincta sunt non aliquo sui, vt prima simplicia, ita quod nihil est commune vtrique eorum. Si enim aliquid esset commune eis, illo non distinguerentur, sed præter illud oportet quærere aliud distinctiuum quod non est commune sed proprium. Quæcũq; autẽ sic sunt distincta, vt nihil sit eis cõmune, necessario oĩno, & secundũ rem, & secundum essentiam sunt distincta. Si ergo hypostases, vel personæ diuinæ seipsis distinguerentur, nec esset de earum constitutione aliquid proprium quo distinguerentur re, essent distinctæ necessario. Cum igitur in diuinis necesse sit ponere aliquid commune in quo nec hypostases, nec personæ distinguuntur omnino, aut est in eis aliquid de essentia, & cõstitutione earum, quo distinguuntur ad hoc, quòd plures sint, illud autem non potest esse aliquid absolutum, quia tunc secundum rem absolutam differrent: oportet ergo, quod illud sit aliquid respectiuum, vt aliquis respectus.

10. Et quod diceret Gilbertus, quòd vna persona in seipsa habet respectum ad aliam, & quod dixit Alexander quòd hypostasis dicit rem subsistentem respectu proprietatis, quæ est extra suum intellectum, hoc implicat contradictionem. Si enim persona, aut hypostasis aliquid sit in se, & habet respectum ad aliud siue ad personam, siue ad respectum, alia est ratio eius, quod est secundum se, alia respectus, qua se habet ad alium, ita quod si absoluatur ratio respectus, non est nisi absolutum ab omni respectu, quod non est in diuinis nisi essentia vnica, & indistincta. Si ergo sit aliqua distinctio, & pluralitas personæ, aut hypostasis, oportet, quòd distinctum in se includat respectum, & sic per respectum constituatur, vt sit persona, aut hypostasis distincta ab alia. Ni-

hil

hil ergo est dictu, quòd persona seipsa, siue respectu quem includit, respiciat personam, sed quod respectus consequens est, & assistens, vt dixit Gilbertus, aut quòd hypostasis seipsa significat rem respectu proprietatis, quæ est extra suum intellectum, vt dicit Alexander. Immo ille respectus quem ambo ponunt extra intellectum personæ, & hypostasis, necessario intra ponendus est, & ille est quem vocamus proprietatem constitutiuam personæ, vt in diuinis omnino non differant persona, & hypostasis, nisi ratione, vt habitum est supra, vt secundum hoc dicere, quòd subtractis proprietatibus à personis manent hypostases, simile fit ei quod est dicere hominem remanere hominem subtracto rationali.

11. Aliter autem solet dicit à quibusdam, quòd constitutio, & distinctio siue pluralitas hypostasum, & personarum nō fit nisi per proprietates, siue relationes, & respectus. Dicunt enim, quod in diuinis personis consideratur, & ratio originis, qua hæc habet esse a qua alia, & illa quæ ab alia, & ratio relationis, ita quod ratio originis significetur verbaliter, vt generare, & generari, spirare, & spirari, & sic per modum agere egredientis, & transeuntis ab vno in alterum, ratio vero relationis significetur nominaliter, vt paternitas, filiatio, & ita per modum formæ. Attendendo igitur, quòd tales formæ secundum rationem formæ sequū tur actus, dixerunt, quòd hypostases in diuinis constituuntur per seipsas, vt principia, & termini actuum, vt pater, & filius, quia huius est generare illius vero generari. Ad hos autem actus consequuntur proprietates, quæ sunt paternitas, & filiatio, vt hic dicatur pater, quia generat, ille vero filius, quia generatur. Et sunt constitutiuæ personæ sicut proprietates ad dignitatē pertinentes, & manifestantes, non autem causantes distinctiones hypostasum, immo ipsis personis subtractis manent penes intellectum distinctæ hypostases, & hoc quemadmodum in creaturis proprietates indiuiduorum manifestant distinctionem indiuiduorū ex materia, & forma, sed non causant eam, immo ipsis subtractis manet penes intellectum ipsorum distinctio.

12. Sed dictum istorum redit in idem cum dictis præcedentium. Hypostases enim non sunt principia, & termini actuum nisi per aliquem respectum ad illos, qui ipsas constituunt, vt aliquid inter eas, & ipsas distinguūt, quia in essentia omnino conueniunt, nec est differentia realis, siue relatio intelligitur, vt ratio elicitiua actus, siue vt fit ipse actus, siue vt disposi-
a.55.q.3 tio ex actu, & non est vnius personæ ad vnam
n.8. plus quam vna proprietas secundum rem, vt
q.5.n.5. dictum est, & infra amplius declarabitur, vt
a.59.q.4 nihil sit dictu, quod alio respectu distinguitur
n.10.
hypostasis, alio respectu persona, immo hypostasis etiam secundum eos in diuinis non est, nisi existentia incommunicabilis naturæ intellectualis, & talis non potest esse, nisi persona, ita quòd persona communiter accepta, tam in natura creata, quam in increata, principalius dicitur persona ratione naturæ intellectualis simpliciter, quam ratione proprietatis, siue indiuiduationis simpliciter, non potest enim natura intellectualis existere, nisi in persona, potest tamen esse conditio indiuidualis, vbi non est persona, vt secundum hoc in diuinis omnino non potest absolui ratio personæ à ratione hypostasis, nisi absoluatur omnino natura, vt scilicet hypostasis sit in natura non rationali, siue non intellectuali, quia in diuinis non differt natura, & hæc natura. In creaturis vero potest absolui ratio personæ à ratione hypostasis, absoluendo hanc naturā, secundum quam habetur personalitas, non autem naturam simpliciter, quia in creaturis differt hæc natura, vt humanitas, à natura simpliciter, quia abstrahendo ab aliquo, vt à Sorte hanc humanitatem, licet non maneat Sortes, quia non est Sortes, nisi ab hac humanitate, manet tñ secundū intellectum hęc animalitas, hæc corporeitas, & huiusmodi, in quibus manet ratio hypostasis, licet non personæ. Et sic in creaturis abstractis per intellectum proprietatibus personalibus, & naturis secundum quas dicitur persona, remanent hypostases secundum intellectum.

13. Sic ergo simpliciter dicendum est, qđ relatio in diuinis constitutiua est, & distinctiua suppositi, sed intelligendum quod non quęlibet, sed aliqua sic, & aliqua non.

14. Ad cuius intellectum sciendum est, qđ sicut in creaturis inuenimus duplicem rationē formarum, quædam enim forma est in materia, quæ consistit in dando esse supposito, vt est forma substantialis, quædam quæ consistit in adueniendo iam constituto in esse. Similiter dicimus, quòd in re increata duplex est ratio relationum, siue respectuum, aut proprietatum quæ quasi formæ sunt. Quædam enim dat esse supposito, quædam consequitur suppositum constitutum ratione suppositi. Proprietas primo modo illa est constitutiua, & distinctiua simul, & sunt tantum tres, quæ dicuntur personales, scilicet paternitas, filiatio, & spiratio passiua, dicente Ricard. 4. de Trinitate cap. 17. *Proprietas personalis est ex qua vnusquisque habet esse id, qui est, per quam quilibet vnus est, & ab omnibus alijs discretus*, & cap. 18. *Et quantum est ad diuina, nihil aliud est persona quam incommunicabilis existentia, habens esse supersubstantiale ex proprietate personali*, & cap. 19. *Significat autem substantiale esse ex aliqua singulari proprietate, quia sunt plures habentes vnum, & indifferēter*

esse

n. 6. 20. Ad sextum, quòd relatio non refert nisi quod supponit, aut quòd constituit. Dicendum, quòd verum est. Et quod assumitur, quòd quæcunque relatio in diuinis non supponit nisi substantiam, quia immediate fundatur super ipsam, dicendum, quòd non oportet, quoniam relatio potest fundari immediate super substantiam, aut vt substantia est in se considerata, & non ibi existens in persona constituta per illam relationem, aut potest fundari immediatè super substantiam, vt tamen iam existens in personis constitutis per alias relationes. Relatio fundata in substantia immediate primo modo, vere est personæ constitutiua, & tales non sunt nisi tres. Relatio fundata in substantia immediate secundò modo, nequaquam est constitutiua, vt est spiratio actiua, æqualitas, similitudo, & huiuimodi.

Conclusiones ex Quæstione Tertia, Articuli Quinquagesimi sexti.

1. *Hypostases, seù personæ in diuinis non distinguũtur seipsis, neque per aliquid absolutum, sed per aliquid respectiuum. n. 9.*
2. *Dicere, quod vna persona in seipsa habet respectum ad aliam, & quòd hypostasis dicit rem subsistentem respectu proprietatis, quæ est extra suum intellectum, implicat contradictionem. n. 10.*
3. *Persona, & hypostasis in diuinis non differunt nisi ratione. ibid.*
4. *Non est dicendum subtractis proprietatibus à personis manere hypostases. ibid.*
5. *In creaturis abstractis per intellectum proprietatibus personalibus, remanet hypostases secundum intellectum. n. 12.*
6. *Simpliciter dicendum est, quod relatio in diuinis est constitutiua, & distinctiua suppositi. n. 13.*
7. *Proprietates constitutiuæ, & distinctiuæ simul sunt tantum tres, paternitas, filiatio, & spiratio passiua. n. 14.*
8. *Spiratio actiua non est personæ constitutiua, licet sit duarum à tertia distinctiua. ibidem.*

QVAESTIO QVARTA.

Vtrum ambo simul constituant personam, scilicet proprietas cum essentia.

Circa quartum arguitur, quòd relatio cum substantia non constituit personam, ita quòd ambo simul cadant in constitutionem personæ.

1. Primò sic, si persona ex ambobus scilicet ex relatione, & essentia, constitueretur, aut ergo secundum, quòd sunt duo quædam, aut secundum quòd sunt vnum quid. Si secundo modo, cum relatio, & essentia non sunt vnum quid, nisi secundum quòd relatio consideratur, vt comparata ad essentiam, & sic cadit in ipsam, quemadmodum prædicamentum relationis in diuinis cadit, seu resoluitur in prædicamentum substantiæ secundum superius determinata, a. 31. q. 5 & non est relatio aliud quam ipsa essentia, tũc n. 28. 29.

ergo

ergo relatio non esset constitutiua personæ, vt habet respectum ad suum correlatiuum, sed vt est quid absolutum in ipsa essentia, & sic personam absolutam constitueret, non autem
a.53.q.6. respectiuam, cuius contrarium iam determinatum est. Esset etiam essentia ex seipsa persona, quod est contra Augustinum 7. de Tri-
c.6.to.3. nitate, vbi vult, quòd persona non dicitur nisi relatiue, essentia autem non nisi ad se, *quia* (vt
cap.1. dicit) *si essentia relatiue diceretur essentia, essentia ipsa non esset essentia*. Si primo modo, aut ergo essentia, & relatio constituunt personam, vt duo quæ sunt duæ res, aut quæ non sunt duæ
q.3.n.13 res. Si primo modo, cum ergo (vt iam dictum est supra) essentia in personis est aliquid excepta relatione, & similiter relatio est aliquid præter essentiam, & sic neutrum eorum includit alterum, essent ergo in Deo tres res relationum personalium, & quarta præter illam, & esset in Deo rerum quaternitas quòd falsum est. Si secundo modo, aut ergo non sunt duæ res, quia neutrum eorum est res, aut quia alterum est res tantum, alterum vero non res. Non primo modo, quia secundum Augusti-
1. de doct. Chri. c.5. num, *deitas est quadam summa res, quæ trinitas est* & quia tunc persona non esset res, cuius
ibid. contrarium vult Augustinus 1. de Doctrina Christiana, ex non rebus autem non constituitur res, sicut ex non substantijs non constituitur substantia. Non secundo modo, quia illud non esset nisi quia essentia est res, relatio vero non res, sed relatio non res, non est nisi intentio quædam secunda, & sic cum intentio sit ens rationis, persona in Deo esset aliquid naturæ, & aliquid rationis, aliquid rei, & aliquid intentionis, quod absurdum est, nullo modo ergo ex essentia, & relatione persona constituitur in diuinis.

2. Secundò sic, si persona constitueretur ex essentia, & relatione, tunc non generaret de se intellectum simplicem: sed compositum, comprehendendo in persona non hoc tantum, sed
2. Met. c. hoc, & aliquid aliud ab hoc. Quare cum se-
3. to. 3. cundum Philosophum vnumquodque sic se habet in esse, & veritate sicut se habet in cognitione: esse ergo verum personæ diuinæ compositum esset, quod falsum est, quia in Deo nulla
a. 28 29. potest cadere compositio secundum supra determinata.

3. In oppositum est illud Augustini 7. de
c.1. to.3. Trinitate. *Si pater non est aliquid ad seipsum, non est omnino, qui relatiuè dicatur ad aliud*, dicitur ergo pater relatiue, & est aliquid ad seipsum, ad se autem non est nisi continendo in se essentiam, relatiue autem non dicitur nisi includendo in se relationem, vt patet ex dictis, non continet autem hæc nisi, vt constituentia ipsum, & quæ sunt de significato eius, ergo &c.

4. Dicendum ad hoc, quòd in omni persona, & supposito singulari oportet esse duo, quorum vnum est natura, quæ ex se communis est qua aliquid existit, & proprietas secundum quam subsistit, quæ ipsum subsistens determinatur vt modo singulari determinato, & incommunicabili subsistit, quæ necesse est simul includi in significato personæ seu suppositi singularis. Verbi gratia suppositum hoc singulare quod est Petrus, existit ex natura humanitatis, quæ secundum se communis est, & determinatum, atque singularem modum subsistendi habet ex limitatione quadam, & determinatione ipsius naturę, qua habet esse hęc hu-
manitas, secundum quod habitum est supra, a.17.q.1 n.17.
quæ necessario cadunt simul in significatione a.18.q.5
suppositi singularis. Et sicut est in supposito n.7.
creato cum limitatione, atque determinatione a.14.q.2
simul naturæ, & suppositi, sic est in supposito n.20.
increato absq; omni limitatione, & etiam absq; de- a.53 q.3.
terminatione naturæ, sed suppositi tantum. Sicut enim in esse naturæ creatæ homo secundum quod homo habet esse homo simpliciter ex corpore, & anima simpliciter, & iste homo ex hoc corpore, & hac anima, secundum Philosophum 8. Metaphysicæ, & sicut in esse quidditatiuo homo simpliciter est animal rationale simpliciter, & iste homo est hoc animal, & hoc rationale, secundum Auic. in Metaphysica sua, ita quod *ly hæc* seu *hoc* dicunt proprietatem determinationis secundum quam suppositum subsistit singulariter, vt de ratione, & natura singularis subsistentis, & similiter nominis significantis ipsum non solum sit res, & natura qua existit, quæ exprimitur nomine hominis, animalis, & rationalis, sed etiam ipsa proprietas, qua determinatur natura in ipso, sic in esse naturæ increatę. Deus enim secundum quod Deus habet simpliciter esse Deus ex deitate simpliciter: & iste Deus à deitate inquantum ex se est hæc, & singularis secundum modum supra determinatum, non vt *ly hæc*, vel *hic* dicat aliquam proprietatem determinantem, & contrahentem, sed in natura rei ex se existentem, vt non sit aliud dicere Deus, & iste Deus, sumendo ly *iste* non nisi essentialiter, multò enim verius eadem est ratio Dei, & huius Dei, quia non est aliter Deus, quam iste, quam hominis, & huius hominis, quia præter istum est alius. Sed cum *iste* vel *hic* sumitur personaliter secundum quòd pater est hic in deitate subsistens, & filius est alius ab eo ly *hic*, & *alius* dicunt proprietatem determinatiuam non essentiæ, sed suppositi, secundum quam singularitate suppositi singulariter subsistit, vt de ratione, & natura talis singularis subsistentis, & similiter de ratione nominis significantis ipsum non solum sit res, & natura cōmunis, quæ exprimitur nomine Dei, sed
etiam

etiam ipsa proprietas, qua determinatur non natura in essendo, sed ipsum suppositum in tali modo singulari, & incommunicabili subsistendo.

5. Quare cum ex illis vnumquodque dicitur constitui quæ de natura eius, & significato sui nominis existunt, simpliciter dicendum, quòd persona in Deo constituitur ex essentia, & proprietate, vel potius essentia, & proprietas ipsam personam constituunt, dicente Da-
orth. fid. masceno libro tertio cap. 6. *Quod commune est cum proprietatibus, habet hypostasis*, id est persona, vt talis proprietas, quia sic est persona personæ intranea & non inhærens, vt accidentalis, sed essentialis ei in quo est, dicatur propriè insistens supposito, & non assistens, quasi iam constituto conueniens ex eius comparatione ad aliam personam consimili modo iam constitutam, & quasi extra eius constitutionem, sicut quodammodo assistunt æqualitas, & si-
n. 10. militudo, vt in præcedente quæstione dictum est.

6. Ad cuius ampliorem intellectum sciendum est, quòd id quod primo natum est cadere in conceptu intellectus de eis, quæ exprimuntur nomine personę, est ipsa deitas, secundum quòd est essentia, & summa res quædam, quæ de se simplicem intellectum format, & penitus absolutum. Deitatem ergo secundum talem modum consideremus primò, deinde ordine quodam rationis, & conceptuum nostri intellectus. Intellectu vero sequente naturam rei, & fundato super ipsam, considerare debemus rem istam summam, vt est virtus quædam, & potentia fœcunda, à qua nata est emanatio quasi fluere.

7. Sed ne procedamus in æquiuoco in eo, quod dicimus, a qua nata est quasi fluere emanatio. Sciendum, quòd ab aliquo fluere aliquid potest dupliciter intelligi, vel vt ab agente principali, vel vt ab eo quod est vis, & ratio agendi in illo, quemadmodum dicimus actum volendi procedere a supposito habente in se vim volitiuam, & ab ipsa vi volitiua. Et hoc modo dicimus hic intelligi debere deitatem, vt à qua nata est fluere emanatiu aliertus, veluti ab eo, quod est vis ipsa, & ratio in agente, qua procedit actus emanationis, quemadmodum voluntas in volente, & est vis, & ratio, qua ab ipso procedit actus volendi. Sic autem essentia deitatis considerata consideratur, vt in se assumit rationem respectus, non quo ipsa refertur, sed qui in ipsa fundatur. Et sic isto intellectu est considerare quodammodo duo circa eandem rem, & rationem substantiæ, siue essentiæ qua est quid absolutum, & rationem respectus fundati in ipsa quo ordinatur ad actum, velut vis, & potentia ipsius elicitiua ad alicuius productionem. In qua consideratione consideratur deitas non tantum, vt deitas est, sed etiam vt est id, quo habet emanare aliquis actiuè ex parte agentis, & quasi passiuè ex parte eius, qui emanat, & hæc est ipsa proprietas relatiua, qua superius diximus constitui ratio- n. 4.
nem suppositi singularis in diuinis, & per tales contingit communicari vnam singularem essentiam diuersis suppositis singularibus, non per aliquam eius diminutionem, quemadmodum essentia specifica in creaturis communicatur diuersis suis suppositis per eius aliquam diminutionem, vt habitum est supra.

8. Et est vlterius hic aduertendum, quòd quemadmodum essentia in creaturis habet indiuiduari per hoc, quòd facta est hæc scilicet determinata, limitata, & signata in singularitate, sic essentia increata habet communicari per hoc, quòd ex se habet esse id, quo scilicet nata est emanatio esse, siue actiue, vt quo habet ab aliquo procedere, siue passiue, vt quo habet in alium terminari, vt ipsa communicatio essentiæ singularis in diuinis respondeat indiuiduationi essentiæ specificæ in creaturis. Quia sicut ibi essentia specifica indiuiduatur per hoc, quòd facta est hæc, & illa, sic hic essentia singularis diuina communicatur per hoc, quod ex sua natura habet esse quo, hoc modo & illo, id est quo quis habet generare, & alius generari, & tertius spirari. Et sic in diuinis respectibus relatiuis habet diuina essentia communicari pluribus, quemadmodum in creaturis essentia creata determinationibus absolutis habet in pluribus indiuiduari. Et ita sicut in creaturis dicimus constitui suppositum singulare ex hoc, quod essentia in se recipit rationem determinationis, quia non determinatur nisi in supposito, vt simul natura essentia determinatur, & suppositum subsistens in ea, nec est aliud in ea, quod determinet ipsam, quemadmodum aliud est in specie, quod determinat ipsam, scilicet differentia, quæ determinat formam generis in specie, consimiliter in diuinis dicimus constitui suppositum singulare ex hoc, quòd essentia in se habet rationem respectus, qui non habet esse in ea, nisi vt est in supposito, vt simul omnino fundetur in essentia, & determinet suppositum absque omni alio, vt & ipsum fundari eius in essentia sit ipsum constituere suppositum cum ipsa, quemadmodum quoquo modo differentiam adesse generi, est constituere speciem, & determinationem ad esse speciei, est constituere suppositum indiuiduum. Et sic dicimus, quòd in diuinis suppositum constituitur ex essentia, & relatione, siue magis propriè loquendo, & euitando suspitionem compositionis essentia, & relatio siue essentia cum ratione respectus constituunt suppositum diuinum,

vt ambo cadant in natura, & significato eius.

9. Ex quo patet quomodo vlterius eliciendum est, quòd quemadmodum in creaturis essentia, vt humanitas, non est hæc, nisi quia est huius, idest eius qui est hic, signatus, & determinatus in essentia humanitatis, & supposito, sic in diuinis deitas non est quo aliquis habet producere, vel produci, nisi quia est alicuius idest eius, qui est quis determinatus in persona, & supposito, licet non in natura. Quod non dicitur, quia prius natura forma creata sit huius, quam hæc, aut forma deitatis prius natura sit alicuius quam quis, licet hoc quodammodo videntur verba prætendere, sed hoc ideo dicitur, quia forma creata in se considerata absque ratione suppositi, non potest habere quòd sit hęc, nec forma deitatis, quòd sit quo, quia secundum se non habet esse quo, sed secundum quòd habet esse in determinato. Quo enim non dicit nisi rationem emanandi ex parte principij, aut termini emanationis, in diuinis autem essentia, vt essentia est, nec principium per se, nec terminus emanationis diuinæ potest esse, sed solummodo
a.39.q.5 n.5. suppositum, secundum quòd superius determinatum est loquendo de diuinis actionibus in generali.

10. Per iam dicta patent in parte argumenta in oppositum.

a.t. 11. Quod ergo arguitur primò, quærendo an essentia & relatio constituunt personam secundum quod vnum, an secundum quòd duo. Dicendum, quod secundum quòd duo, non tamen est per hoc ponere in Deo quaternitatē rerum, quia res relationum reducuntur in vnitatem rei substantiæ, & non differunt ab ipsa, nisi ratione tantum.

12. Ad secundum, quòd persona esset composita, si constitueretur ex relatione, & essentia. Dicendum secundum iam dicta, quòd non est verum, quoniam realitas relationis, vt respicit essentiam differens est sola ratione ab illa, & ideo ambo simul stant in æquali rei simplicitate, vt non sit simplicior essentia quā persona, nec differt persona ab essentia re, sed ratione tantum. Inquantum tamen relatio comparatur ad relationem oppositam, diuer-
a.55.q.6 n.32. sitatem rei relationis ponit, vt dictum est, non tamen rei substantiæ, sic enim vna est distinctiua suppositi sui à supposito alterius, & è conuerso, & per hoc constitutiua, & sunt in persona, vt persona est, idest quid relatum ad oppositū, ambo, scilicet essentia, & relatio, vt duæ res, essentia, vt res absoluta, qua non distinguitur, relatio vero, vt res respectus, qua distinguitur. Et sic licet essentia, & relatio, vt considerantur inter se comparata non differunt, nisi ratione tantum, inquantum tamen considerantur, vt comparata ad oppositum differunt re, non simpliciter, sed re substantiæ, & relationis, quasi cum determinatione, non absolute explicando illam differentiam, vt propter istam differentiam vere possit dici essentiam, & relationem personam constituere, vel personam constitui ex essentia, & relatione absque omni compositione in persona, quia non est talis differentia constituentium personam inter se comparatorum, sed ad aliud solum. Non facit autem differentia aliquorum in aliquo compositionē, nisi sit ipsorū inter se comparatorum in vnum constitutio, quemadmodum differunt forma, & materia in composito naturali, & genus, & differentia in specie, & sic de alijs facientibus inter se compositionem, de quibus habitum est supra loquendo de simplicitate Dei. Nec tamen propter illam differentiam rei substantię, & relationis est ponere in Deo rerum quaternitatem, sed quodammodo alia ratione ponimus, quòd nō sit rerum quaternitas inter rem, a.a. 19.
quæ est essentia, & res quæ sunt proprietates, & inter rem, quæ est essentia, & inter res, quæ sunt personæ, quia in istis ratio est, quia res, quæ sunt personæ, in se, & in suo significato includunt rem, quę est essentia in illis vero ratio est, qua res, quæ sunt proprietates, in essentia fundantur, & ab ea realitatem suam habent, vt dictum est.

Concluſiones ex Quæſtione Quarta, Articuli Quinquageſimi ſexti.

1. *Simpliciter dicendum, quòd perſona in Deo conſtituitur ex eſſentia, & proprietate. n. 5.*
2. *Eſſentia, & relatio conſtituunt ſuppoſitum diuinum, vt ambo cadant in natura, & ſignificato eius. n. 8.*

ARTICVLVS QVINQVAGESIMVS SEPTIMVS.

De proprietatibus perſonæ Patris in ſpeciali. In Quatuor Quæſtiones diuiſus.

HAbito iam de proprietatibus perſonarum in generali, ſequitur de eiſdem quo ad ſingulas perſonas in ſpeciali.
Et primò de illis, quæ pertinent ad perſonam patris.
Secundo de illis, quæ pertinent ad perſonam filij.
Tertiò verò de illis, quæ pertinent ad perſonam Spiritus Sancti.
Circa primum duo,
Primum de eis, quæ propria ſunt perſonæ patris.
Secundum de ſpiratione actiua, quæ communiter conuenit patri, & filio.
Et circa primum primò de ingenito.
Secundò de generare.
Et circa primum quatuor.
Quorum primum eſt. Vtrum ingenitum ſit proprietas patris.
Secundum. Vtrum ingenitum ſit alia proprietas, quam paternitas.
Tertium. Vtrum ingenitum prius ſit ratione, quam paternitas.
Quartum. Vtrum ingenitum proprietas ſit conſtitutiua perſonæ patris.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum ingenitum sit proprietas patris.

CIrca primum arguitur, quod ingenitum non possit dici proprietas patris.

1. Primò sic, sicut solus pater est a nullo, & à quo alij, sic solus Spiritus Sanctus est à quo nullus, & ipse est ab alijs, cum ergo hoc non est proprietas Spiritus Sancti, ergo nec illud patris. Illud autem est patrem esse ingenitum, vt iam patebit, ergo &c. n. 17.

2. Secundò sic, sicut pater est à nullo per generationem, propter quod dicitur ingenitus, sic pater, & filius sunt à nullo per spirationem, sed hoc non est proprietas filij, & patris communis, ergo nec illud patris solius.

3. Tertiò sic, quòd est alijs commune non est proprietas patris solius, ingenitum est commune essentiæ, & Spiritui Sancto, & mundo, & materiæ, quia non sunt genita, dicēte Ambrosio 4. de Trinitate contra hæreticos. *Spiritus Sanctus, quia genitus non est, ingenitus secundum vestram sententiam nominandus*, & infra, *Multa possunt, & innumera exempla suppetere de eo, quòd id quod genitum non sit, dicatur ingenitum. Nam & mundum plerique ingenitum esse dixerūt, & materiam rerum omnium. Videant ergo in hoc verbo prærogatiuā quandam potestatis esse nō posse, nisi forte hoc verbo sibi honorare Deum videantur quo modo Philosophi mundum putauerunt esse donandum*, & infra. *Nihil ergo pretiosum Deo in eo sermone, qui communis possit esse cum cæteris.* De natura vero patris quod sit ingenita, dicit Hil. in principio 3. de Trinitate sic. *Ex his, quæ ingenita in se erant genuit*, & in fine de Trinitate sic. *Filius tuus ex te vero Deo patre est Deus verus, & a te in natura tua ingenitæ genitus potestate.* Et Spiritus Sancto Hieronym. dicit. *Spiritus Sanctus pater non est, sed ingenitus*, quod autem alteri conuenit, non est proprium vni, ergo &c.

de Incar. c. 9. to. 3.

lib. 12.

4. Quarto sic, Ambrosius de incarnatione verbi, qui est 4. de Trinitate, reprehendit eos, qui ingenitum proprium dicunt patri, dicens sic. *Quidam dicentibus nobis filium Dei, qui generatus sit, patri, qui generauit in æqualem esse non posse*, & infra. *Putant mutationem fieri quæstionis mutatione sermonis, dicentes, quomodo possunt ingenitus, & genitus esse vnius naturæ, & substantiæ? Ergo vt respondeam clementissime Imperator, primum omnium ingenitum in scripturis diuinis nusquam inuenio, non legi, non audio*, sed non reprehenderet eos in hoc, aut male reprehenderet si esset proprium patri, ergo &c.

c. 8. to. 3.

5. Quinto sic, Augustinus dicit. *Cum pater dicitur ingenitus, ostenditur non quid sit, sed quid non sit*, sed non esse non est proprietas entis, nec notificat ens, neque ad dignitatem eius pertinet, sicut ad personæ dignitatem in diuinis debet pertinere eius proprietas, ergo &c. lib. 5. de Trin. c. 6. to. 3.

6. Si vero dicatur, quòd licet non notificat, neque ad dignitatem pertinet ratione, qua est negatio, pertinet tamen ad dignitatem, & notificat ratione positiui substrati. Si illud, ergo aut est substantia patris, aut relatio ad filium, & Spiritum Sanctum, quia plura positiua non sunt in eo. Non substantia, quia ipsa est communis tribus personis, & ideo quicquid dignitatis ratione eius est in vna persona, & in alijs. Non ratione relationis, quia dicit Augustinus 5. de Trinitate. *Pater si filium non generaret, nihil prohibet ipsum dici ingenitum*, quare & multo fortius etsi non spiret. ibid.

7. Vnde ad principale ex eodem arguitur, sextò sic, proprietas propria non potest esse, nec esset, si non esset id cuius est, nec è conuerso, vt homo si non esset risibile, nec e conuerso, ingenitum esset etsi non esset pater, & è conuerso, dicente Augustino 5. de Trinitate. *Si filium non genuisset, nihil prohiberet ipsum dicere ingenitum*, sed si filium non genuisset non esset pater, ergo &c. inf. n. 16. 30. 32. ibid.

8. Septimò arguitur ad idem sic, quando dignitatis est aliquid de vno affirmare, nullius dignitatis est idem remouere, cum ergo esse genitum ab alio sit proprietas dignitatis in filio, vt infra patebit, ingenitum quod negat esse genitum, in nullo potest esse dignitatis, quare nec in patre.

9. Octauò sic, priuatio, siue negatio non ponit aliquid dignitatis in vno, nisi quia positiuū quod negatur, aut priuatur ponit aliquid indignitatis in alio, vt patet in corruptibili, & in incorruptibili, mortali, & immortali, sed esse sub alio simpliciter, aut per generationem, aut per spirationem in nullo ponit indignitatem, ergo &c.

10. In contrarium est illud quod dicit Hilar. 4. de Trinit. cap. 15. *Est enim vnigenitus Deus, neque consortem vnigeniti nomen admittit, sicut non recipit innascibilis in eo, quòd innascibilis, participem, est ergo vnus, ab vno. Vterque itaque vnus, & solus est proprietate videlicet in vnoquoque, & innascibilitatis, & originis*, idem autem est ingenitum, & innascibile, ergo &c. col. 38. ad fi.

11. Quia patri sit proprium ingenitum, si-

us

ue innascibile, de hoc nemo dubitare debet, cũ nec de hoc dubitent hæretici, dicente Hilar. 4. ol. 3. de Trinitate cap. 5. *Inter cætera addiderunt solum se patrem innascibilem cognoscere, tanquam hinc quisquam possit ambigere, cum ex quo ille genitus sit per quem omnia sunt id quod ipse est à nemine consecutum. In ipso enim quo pater dicitur, eius quem genuit auctor ostenditur, id habens nomen, quod neque ex alio natum, neque ex alio profectum intelligatur, ex quo is, qui genitus est substitisse doceatur. Igitur id quod Deo Patri proprium est, proprium ei ac secretum relinquamus confitentes in eo æternæ virtutis innascibilem potestatem. Nemini autem dubium esse existimo ob eam causam in confessione Dei patris quædam eius quasi peculiaria, & priuata memorari, ne præter ipsum eorum quisquam particeps relinquatur.* De numero autem talium est ingenitum, dicente Ricard. 5. de Trinitate cap. 25. *Proprium est solius personæ primæ procedere à nulla, proprium est solius alterius procedere ab vna sola, proprium est solius tertiæ procedere à gemina. Sola vna à qua nulla, sola à qua vna sola, sola vna à qua procedit gemina.*

12. Adhuc autem cum ingenitum negationem, siue priuationem importat, & negatio, siue priuatio inquantum huiusmodi ex se nihil omnino aut rei, aut modi, aut dignitatis, aut notificationis ponit, & proprietas modum aliquem in se, & dignitatis aliquid ponere debet, etiam dubium nulli esse debet, quin ingenitum proprietas, nec patris, nec alterius debet dici ratione puræ negationis, licet aliqui hoc posuerint dicendo, quòd prima, & principia per negationes notificantur, vt punctus dicitur cuius pars non est. Sed manifestum est, quòd hoc non est verum, nisi quia nos simplicium positiuam rationem non possumus attingere, quæ sub est negationi, & quam per negationem dare intelligi volumus. Propter quod secundum Dionysiũ, quia de deitate vix capimus aliquid sicut est, in diuinis veriores sunt negationes, quam affirmationes. Et sic proculdubio dicendum est in proposito, quòd ingenitum proprietas patris est non ratione negationis, aut priuationis puræ, sed potius ratione alicuius positiui substracti, vt ingenitum non importet negationem extra genus, quæ omnino nihil ponit, quam Philosophus quarto Metaphysicæ appellat absolutionem esse, sed potius importet negationem in genere, siue circa aliquod genus entis per quod accedit quoquo modo ad rationem priuationis, iuxta differentiam quam ibidem Philosophus assignat inter negationẽ, & priuationem, Propter quod etiam exprimitur per notam priuatiuam quæ est *in*, licet non sit vera priuatio, vt iam dicetur.

a.24.q.1. n.9. a.12.q.4 n.5. a.44.q.2. n.10. a.59.q.2. a.44.q.2. n.35. a.4. to.3. a.44.q.2 n.10.

13. Sed tunc de isto positiuo tali negationi substrato quid sit illud, & an ratio dignitatis, & notionis cõsistat in negatione, vt habet esse, circa tale positiuum, an circa ipsum positiuum vt consideratur sub tali negatione, amplior dubitatio est. Et sunt hic quatuor modi ponendi quorum tres ponunt, quòd illud positiuum sit aliquod relatiuum ad principiatum, quartus vero, quòd sit aliquid absolutum. Item primi duo ponunt, quòd ratio dignitatis, & notionis consistit in positiuo, vt habet esse sub negatione. Duo vero vltimi ponunt contrarium.

14. Dicunt ergo aliqui, quod illud positiuũ substratũ negationi est fontana deitas, qua pater omnium aliorum est principium tanquam subiectum circa quod fit negatio, & quod illud sit ratio principij vniuersalis à quo habet esse omne aliud, & omnis alius, vt sit sensus, pater est ingenitus, idest pater est à quo omnia alia, & omnes alij, qui non est omnino ab alio, vt principium hic intelligatur stare generaliter, & ad creaturas, & ad diuinas personas. Et sic manifestum est, quòd soli patri conuenit, vt amplius exponetur inferius. Quod non potest stare, quoniam ratio principij, vt est ad creaturas, non est nisi rationis tantum relatio, vt est in Deo, super quam nihil realiter existens in Deo, sicut existit omnis notio, fundari potest.

a. 54. q. 30. n. a.61.q.3 ad 1. a.72.q.4 ad 2.

15. Propter quòd alij ponunt, quòd illud positiuum sit ratio principij non vniuersaliter, quia non ad creaturas, sed ad personas diuinas tantum, vt sit sensus: pater est ingenitus idest pater est principium omnium personarum diuinarum, quod non est ab alio, & sic manifestum est, quòd propriè patri conuenit. Sed nec hoc potest stare, quia si ingenitum non esset proprietas in patre, nisi quia fundatur super rationem principij quo alij sunt ab ipso, ita quòd ratio qua est notio existeret in ipso substrato, non in negatione, cum nihil in diuinis sit proprietas nisi ratione relationis quam importat, vt patet ex prædeterminatis, ingenitum ergo non importaret relationem nisi eius in quo fundatur, & sic non esset proprietas distincta ab alijs, quæ importantur in nomine principij personalis communiter accepti.

a.55 q.5. n.6.

16. Propter quod dicunt adhuc alij in parte variando a dicto istorum, videlicet, quòd ingenitum dicatur notio ratione talis positiui, non quia in illo positiuo constat ratio notionis quod supponebant primæ duæ opiniones iam dictæ, sed solum, quòd ratio notionis importatur per ingenitum ratione negationis, sed non nisi vt consideratur circa positiuum illud personale communiter acceptum. Quod non potest stare, quia tunc ingenitum non esset notio absque principio personali substrato, quod falsum est, quia secundum Augustinum, *nihil prohiberet patrem dici ingenitum etsi non genuisset filium*, vt infra videbitur. Si autem non ge-

5. de Tri. c.6. to.3. n.30. 32.

in nulla ſpecie ſui generis natus eſt habere, ſed ſolummodo ſecundum aliquam ſpeciem generis ſuperioris, quæ in hoc nobilior eſt omni ſpecie lapidum. Alio modo dicitur aliquid priuari eo, quod non eſt natum conuenire ei ſecundum ſuam ſpeciem, ſed ſecundum ſuum proprium genus: quemadmodum talpa dicitur non videns, quia caret viſu, qui in nullo indiuiduo ſuæ ſpeciei natus eſt eſſe, ſed ſolum ſecundum aliquam ſpeciem ſui generis, quæ in hoc nobilior eſt ſpecie talpæ. Tertio modo dicitur aliquid priuari eo quod natum eſt conuenire ei in ſuo eſſe indiuiduo, quemadmodum catulus dicitur non videns poſt nonum diem, quia caret viſu, qui ex tunc natus eſt ineſſe eidem, qui in hoc nobilior eſſet ſi viſum haberet, & eſt ignobilior cæteris catulis ſuæ ſpeciei viſum habentibus. Quia ergo in diuinis non poteſt ab aliqua perſona priuari aliquid per quod dignior ſimpliciter dicatur is in quo reperitur, & indignior is in quo non reperitur, nullo igitur modo proprie accipiendo priuationem, priuatio neque *in*, priuatiue acceptum poteſt poni in diuinis.

23. Vnde non bene dicunt aliqui, quòd pater, & Spiritus Sanctus ſimiliter poſſunt dici ingeniti priuatiue, quemadmodum talpa non videns, quia ſcilicet non habent eſſe per generationem, ſed tamen in natura ſua eſt, quòd habeant aliquod ſuppoſitum, cui conuenit habere eſſe per generationem. Neque ſimiliter bene dicunt dicentes, quod pater priuatiue dicitur ingenitus, quia dicit priuationem geniti circa principium perſonale, productiuum, ſcilicet perſonæ, quia eſt aliquod tale quod habet eſſe genitum.

24. Non igitur dicitur ingenitum in diuinis aliter quam negatiue, niſi extendendo, & communiter accipiendo nomen priuationis. Quæ priuatio extenſo nomine duplex eſt. Vna quæ priuat id quod indignitatis eſt in alio, & eſt vera priuatio ſiue defectus ſecundum rem, quales priuationes ſunt immortale, & incor-
a.44.q.2. ruptibile, & infinitum in Deo, per quas circũloquũtur veræ affirmationes, & rationes poſitiuæ nobis incognitæ, & innominatæ. Et ideo tales negationes, ſiue priuationes dicuntur fundari ſuper oppoſitum eius quod negãt, aut priuant. Quod non proprie dicitur, immo fundantur ſuper id circa quod intelligitur poſitiuum quod circumloquuntur, & cuius oppoſitum priuant. Et ratione illius quod ſic dãt intelligere, & circumloquuntur, huiuſmodi negationes important rationem dignitatis nõ autem ratione negationis, neque ratione eius circa quod ſunt.

25. Hoc modo non priuat, aut negat negatio in hoc quod eſt ingenitum, non enim priuat aliquid ponendo aliquod oppoſitum poſitiuum circa ſubſtratum illud circumloquendo vel dando intelligi, ſed eſt pura negatio circa id quod eſt ſubſtratum ipſi quod priuatur, vt nullo modo poſſit dici negatio huiuſmodi fundari circa ſuum oppoſitum, & ratione illius aliquid dignitatis importare, quia tunc ipſum priuatum neceſſario eſſet aliquid indignitatis in alio, quod non eſt verum. Eſſe enim ab alio nullius eſt indignitatis in filio, & Spiritu Sancto, licet non eſſe ab alio ſit dignitatis aliquid in patre, quemadmodum ſecundum Hilariũ,
pater dicitur eſſe maior, filius tamen non dicitur eſſe minor patre, cuius ratio declarabitur infra 9.de Tri. col 15.
loquendo de perſonarum æqualitate, & in nomine ingeniti alia eſt priuatio quam præcedens, ſcilicet qua aliquid negatur ab vno quod non eſt indignitatis in alio, abſque eo quòd non ponat aliquod contrarium poſitiuum circa ſubſtratum, vt ſecundum hoc priuatio in nomine ingeniti nullo modo fundatur ſuper ſuum contrarium, vt ratione illius poſſit dici importare aliquid dignitatis. Et puto talẽ modũ priuationis in creaturis inueniri non poſſe. a.70.q.2. ad 3.

26. Negatiue vero ingenitum poteſt poni dupliciter, vno modo abſolute, alio modo circa ſubiectum aliquod poſitiuum. Negatio primo modo eſt negatio extra genus, & indifferenter conuenit enti, & nõ enti quẽadmodũ non homo, vel non ſuſſu dicitur chimæra, & tragelaphus, leo, & aſinus. Sic non genitum ſiue ingenitum non eſt proprietas in diuinis. Secundo modo dicitur aliquid ingenitum, quia eſt ſecundum aliquem modum eſſendi, ſed non per modum generationis habet illum, & eſt negatio in genere.

27. Sed hoc contingit tripliciter, quia ingenitum dicitur aliquid vno modo, quia non eſt terminus generationis per ſe, habitum tamen in generato per generationem. Sic diuina eſſentia dicitur eſſe ingenita, & ſimiliter ſecundum Philoſophos materia prima. Alio modo quia non eſt per ſe terminus generationis, nec habens eſſe in alio per generationem, ſed per aliam productionem, quæ tamen non eſt ſine generatione. Hoc modo ſecundum Hieronymum Spiritus Sanctus ingenitus dicitur, quia per proceſſionem habet eſſe a patre, ſed non per natiuitatem, & ſecundum Philoſophos mundus, quia effectus eſt a Deo nec genitus, non tñ ſine generatione, quia proceſſio Spiritus Sancti, & factio mũdi non ſunt ſine generatione verbi præuia vel quaſi præuia. Tertio modo dicitur aliquid ingenitũ, quia à nullo habet eſſe per generationem, quia ſcilicet neque ſecundum ſe eſt terminus generationis, neque eſſe habet in alio per generationem (dico ſicut aliquid geniti) neque per aliam productionem omnino ponentem, aut ſupponentem aliquo modo generationem, & per hoc id

quod

quod sic abnegatur esse genitum, quia genera-
tio diuina necessariò est prima omnium pro-
ductionum ipsum dicere ingenitum, idem est
cum eo quòd est nullo modo esse ab alio.
Quod enim sic est ingenitum, quod nullo di-
ctorum modorum habet esse per generationē,
nec habet etiam esse per spirationem, nec per
quemcunque alium modum ab alio. Vnde
cap. 1. dicit Ricardus 6. de Trinitate. *Solus pater à*
nullo est, idcirco nulla ratione genitus dici potest,
merito ergo ingeniti nomen accepit. Spiritus San-
ctus genitus non dicitur, ne qui filius non est, filius
esse putaretur, nec tamen ingenitus dicitur, ne eo
ipso quòd à semetipso non est, aliunde originem
habere negaretur. Et hoc est ingenitum quod
conuenit soli patri, & includit in spiratum,
1. p. q. 46 quia vt dicit Alexander in summa sua, poste-
memb. 7. rior est habitudo spiratio quam natiuitas. Et
quia illa est prior habitudo, illa ablata omnis
posterior remouetur. Sed large vtitur nomi-
ne prioris, & posterioris, qualiter nos non au-
deremus vti. Et ideo sumendo ingenitum
tam largo modo, vt conuenit patri, & genitū
secundum quòd conuenit soli filio, Spiritus
Sanctus nec dicitur genitus, quia non est filius
nec ingenitus, quia non est pater, secundum
In dial q. Augustinum ad Orosium, vt recitat Magister
2. to. 4. 1. sententiarum distinct. 13. cap. *Nunc consi-*
lit. E. *derandum*, & tribus capitulis sequentibus. Nec
facit vlus differentiam inter ingenitum, & non
genitum, licet aliquid cadat Spiritum Sanctum
dici non genitum, licet non ingenitum, vt tā-
lit. B. git Magister distinct. 28 in cap. *Ideo solet*,
n. 21, 22. quia vt dictum est *lyin*, non stat ibi priuatiuè
loquendo propriè de priuatione, scilicet secū-
n. 24. dum tres modos prædictos. Communiter
autem loquendo de priuatione, appellando
priuationem quando circa subiectum existens
negatur aliquid quod in alio, aut est dignitatis,
aut saltem non est alicuius indignitatis, sic in-
genitum priuatiuè accipitur, vt iam dictum
est, nec plus conuenit Spiritui Sancto dici in-
genitum hoc modo priuatiuè, quam non ge-
nitum negatiuè, vt patet ex dictis.
n. 4. 28. Ad quartum, quod Ambrosius rep e-
hendit eos, qui ingenitum patri attribuunt:
Dicendum ad hoc, quòd ibi disputat Ambro-
sius contra hæreticos, qui negabant hoc nomē
Homusion debere recipi in diuinis, quia non
inuenitur scriptum, vtebantur tamen hoc no-
mine ingenitum de patre loquendo, ad pro-
bandum, quòd pater, & filius non sunt eius-
dem substantiæ, quia (vt dixerunt) genitum,
& ingenitum non possunt esse eiusdem substā-
tiæ, cum tamen potius inueniatur scriptum il-
lud, quod significatur hoc nomine homusion,
quod est esse vnius substantiæ, patrem scilicet,
& filium, quam quod pater sit ingenitus. Vn-
de reprehendit eos non propter nomen inge-
nitum, quasi non esset conueniens eo vti in
diuinis, sed propter ipsos vtentes, ad reprimē-
dam scilicet eorum proteruiam, quia scilicet
nolebant vti hoc nomine homusion contra se,
quia scriptum non erat, sed vtebantur hoc no-
mine ingenitum pro se, quod minime scriptū
erat, secundum quòd hæc patent ex disputa-
tione August. in Epistola contra Pascentium ep. 174.
Arrianum in principio, & in libro ad Optatū to. 2.
contra Felicianum Arrianum in principio. to. 6.
Vnde postquam dixit Ambrosius. *Ingenitum* sup. n. 4.
in diuinis scripturis nunquam inuenio, non legi, non
audiui, continuo subdit. *Cuius ergo mutabilita-*
tis sunt homines, vt nos dicant ea vsurpare, quæ
non sunt scripta, cum ea quæ sunt scripta dicamus,
& ipsi obijciant quod scriptum non sit, immo sibi ipp-
si aduersantur, & authoritati calumnia sua dero-
gant.
29. Ad quintum dicendum secundum n. 5.
quod iam expositum est, quod ingenitum n. 12.
non notificat ratione, qua est negatio pura,
sed ratione qua est circa positiuum substra-
tum.
30 Ad sciendum autem distinctè, quid sit
illud positiuum substratum: Sciendum, quod
ingenitum dupliciter potest considerari, vno
modo simpliciter, & secundum se, alio modo,
vt consideratur circa naturam diuinam. Si
primo modo sic substratum non est nisi essen-
tia. Ingenitum enim dicitur suppositum quod-
cunque siue absolutum, siue respectiuum habens
essentiam aliquam ex se formaliter, ita quod à
nullo principiatiue. & secundum hoc persona
patris si per impossibile posset esse persona,
aut hypostasis, absque proprietate paternita-
tis, quæ essentiam deitatis non haberet ab alio
ingenita esset, absque eo quod negatio huius- sup. n. 7.
modi haberet aliquod relatiuum substratum, 30.
vt iam amplius patebit. Si secundo modo, sic n. 38.
substratum est illi negationi aliquid triplici-
ter. Vno modo vt in quo habet fundari, alio
modo, vt quo habet fundari in illo, tertio mo-
do vt cuius est. Primo modo secundum præ-
dicta non est nisi diuina essentia. Secundo
modo est ipsa proprietas paterna siue genera-
re. Eo enim, quòd generatio in diuinis est pri-
ma productio, necessarium est, quod generans
non ab alio principiatiue habet diuinam es-
sentiam. Tertio modo est ipsum suppositum
constitutum ex essentia cum proprietate pa-
ternitatis, siue generationis actiuæ. Et habet
negatio importata nomine ingeniti rationem
notificandi suppositum, vt subiectum cuius est
non ratione illa, qua est circa ipsum, vt circa
subiectum, quia tunc esset seipso ratio no ti-
ficandi, & significandi seipsum, quod est impos-
sibile, neque ratione illa, qua est circa proprie-
tatem generandi, quia non est circa ipsam, vt
qua formaliter habet esse in subiecto, sed solū,
vt

vt qua quasi dispositiue, formaliter enim habet esse circa essētiā, sed præcise vt est in patre sub proprietate paternitatis. Vnde essentia diuina, vt est in patre sub proprietate paternitatis, est ratio formalis, qua pater formaliter est ingenitus, & qua ingenitum habet rationem dignitatis notificantis.

n.6. 31. Quod ergo obijcitur, quòd non notificat rationē substantiæ, quia illa est communis: Dicendum, quòd licet notificet ratione solius substantiæ formaliter, non tamen nisi vt est sub tali proprietate, & hoc specialiter in natura diuina, vt iā infra āplius declarabitur.

n.7. 32. Et quod arguitur contra hoc, & 6 ad principale, quòd ingenitum non est proprietas patris, quia esset ingenitus etsi non esset pater: Dicendum, quòd pater si filium non genuisset non esset persona in diuinis, quia in diuinis pater non est persona nisi paternitate, vt dicetur in 4. quæstione sequente. Si autem non genuisset, non conueniret ei proprietas
q.2.n.5.6 paterna, vt infra declarabitur. Et ideo si non
q 5. genuisset, idem ipse non esset ingenitus, sed
n.7. si aliquis esset ingenitus, ille esset secundum imaginationem infidelium persona vnica
5. de Tr. absoluta in diuinis. Vnde hoc dixit Augu.
c.6. to.3. ponendo, siue supponendo per impossibile, quod ille qui est Pater in diuinis, esset persona, etsi non genuisset, & hoc habendo respectum ad illa a quibus nomina sunt translata ad diuina sub hoc sensu, *pater etiam si filium non genuisset*, & cum hoc esset aliqua persona, *nihil prohiberet eum dicere ingenitum*, quia scilicet non ex eo, quod generauit filium, sed ex eo, quòd est existens ex se formaliter, & a nullo principiatiue, dicitur ingenitum, & hoc siue sit persona absoluta siue relatiua. Vnde ipsemet præmittit dicens. *Non enim ex hoc dicitur ingenitum quod est patrem dicere*, quia ex eo, quod generauit filium, dicitur ad genitum, ex eo vero quod est ingenitus, nequaquam, sed ad non genitorem, vt exponit consequenter. Vnde exemplum quod ibi subditur in creaturis, *etsi gignat quisque filium non ex eo ipse est ingenitus, quia geniti homines ex alijs hominibus, & ipsi alios gignunt*, non valet ad probandum, quod aliquis in diuinis posset generare, aut esse pater, etiam si non esset ingenitus, aut esse ingenitus, etiam si non generaret, sed solum ad ostendendum, quòd non generat ex eo, quòd est ingenitus, & quòd non est ingenitus
1.p q 69 ex hoc quòd generat. Et propter hoc Alexan-
memb 4 der in summa sua exponendo Augustinum di-
Re p. cit, *quod Augustinus non habuit respectum ad naturam essendi, sed ad naturam intelligendi. Concedimus enim, quòd si pater non genuisset non esset, sed intellecto, quod non genuit, bene potest intelligi quod sit ingenitus, quia intellecta innascibilitate non intelligitur paternitas*. Vnde dicit Præpositiuus sic. *Si attendas proprietatem verbi, falsa est loquutio, quia gratia impossibilitatis dicitur hæretico respectu ad ea á quibus hæc nomina translata sunt ad creatorem. Vnde neutrum istorum est verum, si aliquis est pater, est ingenitus, & si est ingenitus est pater, sed in patre æterno bene sequitur gratia termini*. Ex quibus patet clare, quod positum in substratū ingenito non est ratio aliqua principij.

33. Ad formam ergo argumenti quo dici- n.7.
tur, si proprietas patris, non posset esse si non esset pater, & hoc neque per possibile, neque per impossibile, sed solum per incompossibile, sicut si non esset aliquis homo non posset esse risibile, sicut non posset esse rationale: Dicendum, quod quædam est proprietas, quæ secundum suam formam ad vnam speciem siue rationem subiecti determinata est, vt habere tres triangulo. Est vero alia proprietas quæ secundum formam suam non est determinata ad vnam speciem, siue rationem subiecti, vt commutata proportio, quæ secundum Phi-
losophum in libris posteriorum, conuenit nu- 1. r. ca. 5
meris, & magnitudinibus. De prima proprie- to. 1.
tate verum est, quod proprietas non potest esse nisi esset id cuius est. Secunda vero bene potest esse in vno subiecto secundum vnam rationem, etsi non esset in alio, non tamen si in neutro illorum esset. De primo modo proprietatum non est ingenitum ratione significati per terminum cum consideratur in diuinis, quia alibi eo considerari non potest in significatione illa, qua proprietas est secundum modū
præexpositum, quia subiect in sibi determi- n.30.
nat personam siue suppositum, & hoc quantum est de ratione suç formç siue significati indifferenter, siue fuerit absolutum, siue respectiuum, ita tamen quod suppositum absolutum non potest sibi determinare in diuinis nisi per impossibile, supponendo aliquod tale esse in diuinis, sed tamen absque omni positione incompossibilitatis, quia ingenitum ex sua significatione etiam circa diuina nihil includit per quod necesse est poni, quòd ingenitus sit pater. Propter quod ingenitus per impossibile posset esse aliquis etiam in diuinis, etsi non esset pater, nec generaret, & è conuerso, quantum est de ratione formæ paternitatis, & significato termini simpliciter, quod indifferenter habet considerari circa diuina, & circa creaturas, licet non ita proprie circa creatu-
ras (vt infra videbitur) pater potest esse, etsi q.2.n.5.
non sit ingenitus, & hoc per possibile, vt pa- q.3 n.7.
tet in creaturis. Et in diuinis quantum est de significato termini per impossibile, nihil prohibet esse patrem, etsi non esset ingenitus. Ratione tamen materiæ in diuinis nec est ingenitum nisi sit pater, nec pater nisi sit ingenitus, ita tamen quòd paternitas potius sit ratio

ingeniti, quam è conuerso, propter quòd paternitas est proprietas constitutiua patris, & non è conuerso, vt ideo ingenitum sit vere pro
q. 4. prietas patris in diuinis, vt infra amplius patebit.

n. 8. 34. Ad septimum, quòd genitum esse ponit dignitatem in filio, ergo ingenitum esse, quòd est eius priuatio siue negatio, nullam ponit dignitatem in patre; Dicendum, quòd differt dicere positiue ab alio esse simpliciter, & absolute, & ab alio esse modo determinato, scilicet per generationem, aut per spirationē. Esse enim ab alio simpliciter, nihil ponit dignitatis in persona, quæ habet esse ab alia. Esse vero ab alio sic, scilicet per generationē aut per spirationem, rationem dignitatis ponit, vt infra declarabitur. Et propter hoc ingenitum inquantum strictè sumitur secundum quòd etiam conuenit Spiritui Sancto, scilicet inquantum idem est quod non esse ab alio per generationem, nihil dignitatis importat, nec est notio, aut proprietas in aliqua persona diuina, similiter nec inspiratum, & hoc modo loquendo de ingenito, bene procedit obiectio.
n. 17. 27. Sed (vt dictum est) ingenitum quod dicitur de patre, idem est quod nullo modo esse ab alio. Sed quia nomen positiuum non est impositum modo essendi ab alio simpliciter, sicut generari est nomen essendi ab alio modo determinato, similiter, & spirari, ideo proprietas illa sumitur per negationem primi modi procedendi determinati, quia illo negato intelli-
n. 27. gitur negari omnis alius, vt dictum est, & in-
q. 3. n. 6. ferius amplius dicetur. Et sic nomine ingeniti, vt est notio patris, intelligitur non esse ab alio simpliciter, secundum modum prædictum, & priuat siue negat circa ipsum esse ab alio simpliciter, quod in nullo rationem dignitatis habet. Non enim est dignitatis in filio, quod non est ab alio, sed quod est sic ab alio, scilicet per generationem, non tamen sequi-
n. 35. tur ex hoc, quod sit in filio aliquid indignitatis.

n. 9. 35. Dicendum ergo ad octauum, quòd nō est verum illud propositum. Priuatio aut negatio non est aliquid dignitatis in vno, nisi positio sit aliquid indignitatis in alio, hoc enim non est verum nisi vbi positiuum secundum nomen, priuatiuum est secundum rem, quemadmodum secundum quod assumitur corruptibile, & mortale dicunt defectum virtutis permanendi in esse. Propter quod talis priuatio, & habitus necessario sunt circa diuersa secundū substantiam. Et est priuatio siue significatum modo priuatiuo circa substantiam superioris gradus, & significatum modo positiuo circa substantiam inferioris gradus, quæ deficit ab aliquo, quod est in substantia superioris gradus. Ex quo contingit, quòd positio indignitatis est. Priuatio vero dignitatis. Vbi autem quod positiuum est secundum nomen, non est secūdum rem priuatiuum, licet non sit dignitatis, neque indignitatis, & quod priuatiuum est illius est simpliciter dignitatis, vt in proposito, non est verum illud quod proponitur. Et quod in proposito priuatiuum sit dignitatis, positiuum vero non sit indignitatis, contingit quia habent esse circa eandem substantiam numero, dicente Hilar. 9. de Trinitate cap. 27. *Si donantis auctoritate pater maior me est, nunquid* sup. n. 25 col. 33.
per doni concessionem minor filius est? Maior vtique donans est, sed minor iam non est cui vnum esse donatur. Habes, & in donantis auctoritate, quia maior est, & in donati concessione quia vnum sunt, & cap. 28 *Maior itaque pater est dum* col. 35.
pater est, sed filius dum filius est, minor non est. Natiuitas filij patrem constituit maiorem, minorem vero filium naturæ esse natiuitatis natura non patitur. Non habet natiuitas itaque ignobilita- inf.
tem, quia in forma Dei est, qui ex Deo nascitur, & cum differre significatione ipsa æstimetur innascibilitas à natiuitate, natiuitas tamen non est extra innascibilitatis naturam, quia non sumpsit aliunde, quod subsistit.

36. Et sicut est de natiuitate, siue esse ab alio nascendo, quod non ponit minoritatem, aut indignitatem in nato, quia nascendo idem esse, & tantum quantum habet pater accepit, & tamen innascibilitas æstimatur alicuius dignitatis à natiuitate, hoc est respectu natiuitatis, sic est de esse ab alio simpliciter, quod nihil ponit indignitatis in eo qui est ab alio propter idem, & tamen non esse ab alio ponit respectu illius rationem dignitatis multo potius, quam respectu natiuitatis, quia illa ex se rationem dignitatis importat, vt infra patebit. Quare autem huiusmodi dignitas, aut maioritas dignitatis in vna persona respectu alterius, non ponit in illa alia indignitatem, aut aliquam minoritatem, debet declarari inferius loquendo de æqualitate personarum. s. 70. q. 2.

Con-

Conclusiones ex Quæstione Prima, Articuli Quinquagesimi septimi.

1. *Quin patris sit proprium ingenitum, siue innascibile, de hoc nemo dubitare debet. num.* 11.
2. *Ingenitum proprietas, nec patris, nec alterius debet dici ratione pura negationis, aut priuationis, sed potius ratione alicuius positiui substrati. n.* 12.
3. *Hoc positiuum non est ratio principij vniuersalis, vt sit à quo omnia alia, siue creatura, siue diuinæ personæ tantum. n.* 14. 15 32.
4. *Neque ratione negationis, vt consideratur circa positiuum personale communiter acceptum, n.* 16.
5. *Ingenitum est proprietas in patre, vt est habens diuinam essentiam non ab alio. num.* 17.
6. *Essentia diuina, & secundum Philosophos materia prima potest dici ingenita. num.* 27.
7. *Spiritus Sanctus, & secundum Philosophos mundus possunt dici ingeniti. ibidem.*
8. *Propriè solus Pater dicitur ingenitus. Spiritus Sanctus, nec genitus, nec ingenitus, licet possit dici non genitus. ibid.*

QVAESTIO SECVNDA.

Vtrum ingenitum sit alia proprietas, quam paternitas.

CIrca secundum arguitur, quòd ingenitum non sit alia proprietas in patre ab illa, quæ est generare, siue paternitas.

a.56. q.4 n.12. 1. Primo sic, in diuinis non est minus simplex persona quam essentia, sed propter essentiæ simplicitatem omnes proprietates essentiæ sibi inuicem coincidunt, quia veritas est bonitas, & è conuerso, quare, & propter personæ simplicitatem omnes proprietates personæ vnius coincidunt, vt verum sit dicere, quòd ingenitum sit generare, aut paternitas, ergo &c.

2. Secundò sic, ingenitum in patre auctoritatem importat dicente Hil 4. de Trinitate cap. 3. *Nouit ecclesia vnum Deum ex quo omnia, & vnum Deum dominum nostrum Iesum Christũ per quem omnia, ab vno vniuersorum originem, per vnum cunctorum creatorem. In vno ex quo, auctoritatem innascibilitatis intellige.* Et cap. 5. *Ipse enim pater eius, quem genuit auctor ostenditur id habens nomen quod neque natum, neque ex alio profectum intelligatur, ex quo is, qui genitus est subsistere docetur.* sed pater auctoritatem principalem non habet nisi paternitate, & generatione, qua respicit alium; non est enim auctoritas nisi ad alium, qui habet aliquid ab auctore, ergo &c. a.56. q.9 n.10. n.5.

col. 3.

3. Tertiò sic, & est ratio Præpositiui, eo quo pater est, pater est hæc persona, sed eo quo est hæc persona est innascibilis, ergo eo quo pater est pater, pater est innascibilis, innascibilitas ergo est paternitas, ergo &c.

4. Quartò sic, secundum quòd dicit Augustinus, *non est dicendum Spiritum Sanctum ingenitum, ne duos esse patres confiteri compellamur,* ad hoc autem non compelleremur, nisi innascibilitas esset paternitas, vt Spiritus Sanctus ser. 10. de diu. to. 10 col. 6.

esset pater innascibilitate, sicut & ipse pater paternitate, ergo &c.

5. In contrarium est, quoniam vt Augusti-
a.6.10.3. nus dicit 5. de Trinitate, *si filium non genuisset nihil prohiberet eum dicere ingenitum*, non
q.3.n.7. autem diceretur pater, vt infra videbitur, ergo &c.

6. Aliqui dicunt secundum quòd recitat Præpositiuus, quòd id quod pater significat affirmando, significat non genitus, vel ingenitus negando, & propter hoc dicunt, quod ingenitum non significat aliud quam paternitas. Et quod vult Augustinus, quod alia est notio, qua pater est pater, alia vero qua est ingenitus, exponunt sic, idest alio modo notificatur pater per hoc nomen pater, alio modo per hoc nomen ingenitus. Varijs enim modis in Sacra Scriptura notificatur personæ, nec necesse est esse tot proprietates, quot vocabula quibus notificantur. Quod non est verum, quia aliqua ratio dignitatis importatur nomine ingeniti, aliqua nomine patris, quia vna earum ex ratione qua proprietates sunt, non habet habitudinem ad aliam; solummodo enim ratione naturæ diuinæ contingit, quod non est ingenitum nisi generans, nec è conuerso, nec potest esse, vt patet ex prædictis in quæstione præcedente, & amplius dicetur in sequenti quæstione.

7. Dicendum ergo, quod alia est proprietas patris ingenitum, & alia paternitas, quia paternitas est proprietas, qua pater est, & qua habet respectum positiuum ad illum, qui à se est, & ingenitum est proprietas, qua habet respectum negatiuum ad non à quo est, secundum modum prædictum, & est vtrumque dignitatis ratio in patre, vt dictum est.

n.8. 8. Ad primum in oppositum, quòd omnes proprietates essentiæ coincidunt, ergo & personæ: Dicendum, quod non est simile, quia secundum prædicta proprietates essentiæ differunt tantum secundum rationem, & per intellectus considerationem, non autem proprie-
a.35.q.8. a.12.q.2. n.10. a.33.q.2. tates personæ, sed differunt ex natura, & habitudine rei ex se præter intellectus considerationem, secundum prædicta. Propter quod quantum est ex natura rei coincidunt proprietates essentiæ non autem personæ. Nec est illius coincident æ causa simplicitas ex parte proprietatum essentiæ, nec istarum non coincidentia repugnat simplicitati ex parte
a.38.q.5. n.10. a.15.q.2. n.13. personæ, quia non sunt nisi respectus in ea, qui nullam compositionem ponunt, vt dictū est.

n.2. 9. Ad secundum, quòd secundum Hilar. *Ecclesia in vno ex quo auctoritatem innascibilitatis intelligit, &c.* Dicendum, quòd reuera patri conuenit auctoritas ex hoc ipso, quòd alius habet esse ab ipso, non autem ex eo, quòd non est ab alio. Nihil enim est auctoritas nisi quasi quædam maioritas illius cuius est auctoritas respectu alterius, & hoc vel ex eo solum, quod ab hoc ille habet esse, secundum quòd in diuinis pater habet auctoritatem quasi maioritatis super filium, dicente Hilar. 11. de Trinitate cap. 5. *In eo quòd pater maior est, confessionem paternæ auctoritatis intellige.* Dum col. 7.
non à se facit id quod agit secundum natiuitatem, sibi pater est auctor. Et per eundem modum pater, & filius habent auctoritatem respectu Spiritus Sancti, dicente Hilar. 2. de Trinitate cap. 15. *De spiritu nec tacere, nec loqui necesse est, qui à patre, & filio auctoribus confitendus est.* Vel dicitur auctoritas non solum, col. 13.
quia quasi maioritas est huius ad hunc, quia hic ab illo, sed etiam quia in substantia ille a quo aliud est, est supra illud, quod ab ipso est, & secundum hoc dicitur, quod Trinitas auctoritatem habet super creaturas. Vnde vbi dicit Hilar. *In vno ex quo auctoritatem innascibilitatis intelligit*, continuo subdit. *In vno per quem potestatem nihil differentem ab auctore veneratur, cum ex quo, & per quem ad id quod creatur in his, quæ creata sunt communis auctoritas sit.* Vnde sup. n. 2.
quia patri ex eo, quod est ingenitus non conuenit, quòd alius sit ab ipso, sed potius ex eo, quod est pater, idcirco auctoritas non conuenit ei ratione ingeniti, sed ratione paternitatis, sed ratione ingeniti conuenit ei, quòd non habet sibi auctorem. Vnde illud dictum Hil. *auctoritatem innascibilitatis*, debet intelligi resoluendo substantiuum in adiectiuum sub hoc sensu, *auctoritatem innascibilitatis* idest innascibilia. Verum est enim (vt dictum est) quod auctoritas debetur innascibili, sed non innascibilitati, vt innascibilitas sit ipsa auctoritas, vel quod ratione innascibilitatis conueniat ei auctoritas, sed potius ratione paternitatis. Et hoc secundum modum quod illud aliud dictum eius 11. de Trinitate cap. 15. *Deus quidē pater natiuitatis est*, debet exponi, idest illius, col. 8.
qui natus est.

10. Sed contra videtur esse dictum sequēs. *Ipse enim pater eius quem genuit auctor ostenditur.* sup. n.2.
Dicendum, quod in diuinis duplex est ratio, siue modus auctoritatis, vnus principalis, alter non principalis, secundum quod in eis est duplex productio, vna principalis, & alia non principalis secundum supra determinata. Auctoritas principalis est illa, quæ prima est, & illius a.54.q.5. n.13.
qui non habet respectum ad auctoritatem alterius, & ista propria est patri, & ei soli conuenit. Non principalis est illa, quæ est communis patri, & filio respectu Spiritus Sancti, quæ est secunda respectu illius, quæ est propria patri. Est ergo intelligendum, quod auctoritas principalis ab alio habet, quòd sit auctoritas,

ab

ab alio, quòd sit principalis. Quòd sit auctoritas habet ab hoc, quòd alius habet esse a persona cuius est, & hoc modo pater esset auctor filij, etsi non esset innascibilis, sed natus ab alio & sic sola paternitate est auctor. Quod autem sit principalis, habet abhoc, quòd est prima.

11. Cuius duplex ratio est. Vna positiua per quam habet esse, scilicet deitatis natura, cuius est primo pullulare modo naturæ. Alia negatiua per quam ostenditur esse, scilicet quia habens eam non respicit auctoritatem respectu sui in aliquo alio, & quo ad hoc scilicet pater est auctor innascibilitate, idest quòd sit auctor principalis, vt principalitas respiciat dignitatem quam habet ex natura deitatis, & ostenditur eam habere ex hoc, quòd non est ab alio, & absoluta auctoritas respiciat dignitatem, qua alius est ab ipso. Vnde, quia ista principalitas non est proprie aliquid auctoritatis, sed potius conditio quædam ipsius, per quam ostenditur eius differentia ad omnem aliam auctoritatem, quia etiam non habet esse propter negationem innascibilitatis, sed ostendi tantum, ideo Hilar. propriè loquens non dicit. Ipse pater eius quem genuit auctor est, sed *ostenditur auctor*. Secundum tamen aliquos libros litera illa non est in Hilar. sed ista. *Ipso quo pater dicitur eius quem genuit auctor ostenditur*, & clarum est, quòd illud est paternitas, non autem innascibilitas.

n.3. 12. Ad tertium, quòd pater eo quo est hæc persona, est innascibilis. Dicendum, quòd bene verum est, quòd ille qui est hæc persona est innascibilis, quia sese de necessitate concomitantur in eodem pate[r]ni[t]as, & innascibilitas. Primum enim producens necessario est non ab alio productum. Paternitas autem importat primam rationem producendi, & innascibilitas importat rationem non ab alio producti. Alia tamen est ratio huius & illius, propter quod vna harum proprietatum potest esse qua pater est hæc persona vt paternitas, quia ipsa est constitutiua personæ, vt infra videbitur, cum tamen non sit ratio alterius proprietatis, sine qua persona illa habet denominari à proprietate illa, propter quod illa non est vera, pater quo est hæc persona est innascibilis, sed illa est vera, qui est hæc persona, est innascibilis. q.4.

13. Per idem respondendum est ad quartum. Augustinus enim non dicit: Non est dicendum Spiritum Sanctum ingenitum, ne duos esse patres confiteri compellamur, quia pater eo quòd est ingenitum sit pater, secundum quòd procedit obiectio, sed quia necessariò sese concomitantur in eadem persona paternitas, & ingenitum, propter quod si essent plures ingeniti se undum nomen, quo est proprietas patris, necessariò essent plures patres. n.4.

14. Quomodo autem intelligendum sit dictum in ratione ad contrarium, patet ex determinatis in præcedente quæstione. n.4. n.32.

Conclusio ex Quæstione Secunda, Articuli Quinquagesimi septimi.

Ingenitum alia est proprietas patris, & alia paternitas. n. 7.

QVAESTIO TERTIA.

Vtrum ingenitum prius sit ratione, quam paternitas.

Circa tertium arguitur, quòd prior sit secundum rationem innascibilitas in persona patris, quam paternitas.

1. Primò sic. Quandocunque in eodem sunt duo respectus seu comparationes duæ, vna ad aliquid à quo habet esse, alia ad aliquid habens ab eo esse, ordine quodam conueniunt illi, ita quòd secundum rationem nostram prius conueniat ei comparatio ad id à quo habet esse, & prior habet esse in illo proprietas secundum illam comparationem, quam secundum aliam,

Ver-

Verbi gratia, in filio secundum hunc modum sunt duo respectus, vnus ad patrem, alius ad Spiritum Sanctum, & ordine quodam conue- a. 52. q. 2 n. 10, 11. q. 4. n. 6, 7. a. 54. q. 5. n. 12. niunt ei secundum superius determinata & secundum nostram rationem prius conuenit cõparatio ad patrem, qua dicitur filius, quam ad Spiritum Sanctum, qua dicitur spirator, ita quòd propter hoc prior secundum rationem filiatio habet esse in filio, quam actiua spiratio, quare cum affirmatio, & negatio secundum definitionem contradictionis sunt vnius, & eiusdem simul, & eodem modo, sicut ergo comparatio, qua aliquid affirmatiuè comparatur ad aliquid, vt à quo habet esse, prior est secundum rationem illa, qua comparatur affirmatiue ad aliquid, quod ab ipso habet esse, & similiter proprietas, quæ habet esse in eo ex illa comparatione, prior est in illo secundum rationem, quam illa quæ habet esse in eodem secundum aliam comparationem, sic comparatio, qua aliquid negatiue comparatur ad aliquid, vt à quo non habet esse, prior est secundum rationem illa, qua comparatur affirmatiue ad id quod ab ipso habet esse, & similiter proprietas proprietate. Quare cum ingenitum in persona patris est ex comparatione negatiua ad id a quo non habet esse, paternitas autem ex comparatione affirmatiua ad illum, qui habet esse ab ipso, prior ergo est secundum rationem ingenitum in patre, quam paternitas.

2. Secundò sic. Quandocunque duo aliqua habent esse in eodem, quorum vnum natum est illi inesse secundum esse absolutum, aliud autem non nisi secundum esse comparatum ad alterum, illud prius inest ei secundum rationem, quod natum est ei inesse secundum esse absolutum, quam quod non nisi secundum esse comparatum, sicut semper secundum rationem absolutum in eodem prius est comparato. Sic se habent in persona patris ingenitum & paternitas. Ingenitum enim esset in persona, quæ prima omnium rerum est in diuinis, etsi esset omnino absoluta sicut Pagani, & Iudæi vnam personam absolutam in diuinis imaginantur. Paternitas autem in nulla persona habet esse nisi ex comparatione eius ad alterã, ergo &c.

3. Tertiò sic. Prior secundum rationem est comparatio ad principium, quam ad principiatum, vt filij ad patrem, quam ad Spiritum Sanctum: quare cum ingenitum consistit in comparatione ad principium, paternitas vero in comparatione ad principiatum, & prior est proprietas, quæ consistit in priore comparatione, ergo &c.

4. In contrarium est, quandocunque sic se habent circa idem aliqua quorum vnum est per se ratio ponendi alterum, & non è conuerso, illud est prius secundum rationem, quod est ratio alterius, quia quodammodo habet rationem principij respectu illius; esse autem primum à quo aliud vel alius, est ratio ponendi, quod iste a quo est primo alius, sit non ab alio, quia non potest esse a quo primo alius, si sit ab alio, non esse autem ab alio, nullo modo est per se ratio eius quod non existens ab alio sit à quo alius. Hoc enim ex se non includit, esse autem patrem in diuinis saltem ratione materiæ, est esse illum à quo primo alius, vt patet ex dictis in præcedente quæstione, & quòd est pater, conuenit ei paternitate, ergo &c. a. 9.

5. De ordine proprietatum in patre, quo ad spirationem respectu paternitatis, & ingeniti, patet quod eundem habet spiratio ad paternitatem, quem habet generare ad spirare, quia paternitas est ratio generationis, & spiratio est ratio spirandi, aut potius eadem proprietas, vt inferius declarabitur. Quomodo autem generare, & spirare habent ordinem naturalis originis quo generatio naturaliter in diuinis est prima, & principalis productio, & spiratio secunda, patet ex prædetermina- a. 54. q. 6 tis.

6. Propter quòd manet dubitatio de ordine eodem paternitatis, & ingenerationis, quia constat, quod eodem ordine respiciunt spirationem, non enim conuenit ei vis spiratiua nisi habendo filium, ad quem ordinem naturæ habet pater cum suis proprietatibus respectu eius, & proprietatum suarum, vt pater sit prima persona, & filius secunda. Et consimili modo proprietates propriæ patris quodammodo sunt primæ respectu eius, quæ est filij, si sit propria filio, siue communis eidem cũ patre. Vt nullo modo dicendum est, quòd ingenitum supponat communem spirationem actiuam etiam vt patris est, nisi valde in generali, & implicite. In speciali enim, & explicite non supponit nisi paternitatem, secundum modum iam exponendum. Sed quia paternitas ratio est primæ productionis omnium, & cui conuenit prima productio actiuè, eidem necessario conuenit omnis alia, vt in illa notione, quæ est sic vè ratio primæ productionis, quasi virtute, & implicitè contineatur ratio cuiuslibet alterius productionis, ideirco ingenitum in eo, quòd in speciali, & explicite supponit paternitatem, implicite, & in generali quodammodo etiam supponit communem spirationem actiuam, & fortasse etiam potentiam creandi actiue, & hoc vt sunt patris. Vnde ingenitum licet explicite etiam in speciali non negat nisi generari, implicite, & in generali negat, & spirari, & creari.

7. De ordine igitur paternitatis, & ingenerationis inter se sciendum, quod dupliciter possunt considerari. Vno modo secundum se,

&

& quasi ratione formæ. Alio modo secundū quod considerantur in tali natura, scilicet deitatis, & quasi ratione materiæ. Primo modo non se habent per aliquem ordinem rei, aut rationis, neque habitudinem habent inter se, quia neque ab eo quod est non esse ab alio, habetur quòd aliquis est à quo alius, neque è cōuerso. Etenim si aliquis etiam in diuinis non genuisset, nec esset pater, nihil prohibet ipsum esse ingenitum, & è conuerso si non esset ingenitus, nihil prohibet ipsum generare, & esse patrem quantum est ex forma terminorum, sed poni non potest vnum sine alio nisi per impossibile, vt patet ex tactis in præcedentibus
q.1.n.33 q.2.n.5. quæstionibus. Secundo autem modo, & esse non ab alio ponit a quo alius per generationē, & è conuerso, & hoc ideo, quia in natura diuina aliquem esse à quo est alius per generationē, est esse eū a quo primò est alius, qđ necessario ponit ipsum non esse ab alio, vt sit positio ipsa ratio essendi talis negationis. Propter quod solummodo in diuinis vera paternitas est à qua omnis alia paternitas secundum quādam imitationem nominatur. Non enim est vere pater qui patrem habet, sicut non est vere dominus, qui dominum habet. Propter
orth fid. quod dicit Damascenus lib. 1. cap. 9. *Non ex nobis translatum est ad beatam deitatem paternitatis, & filiationis, & processionis nomen, è contrario autem est inde nobis traductum, vt ait diui-*
Ephes.3. n.14. *nus Apostolus. Flecto genua mea ad patrem, à quo omnis paternitas*, vt sicex natura rei huiusmodi nomina prius, verius, & perfectius habent esse in Deo quam in creaturis, licet contrarium sit secundum vsum, & nominis impositionem. E conuerso etiam esse non ab alio ratione talis naturæ ponit necessariò ipsum esse a quo alius, non vt negatio sit ratio essendi ipsius affirmationis, sed consequendi tantum, quia circa idem semper affirmatio est essendi ratio negationi, & non è conuerso, vt quòd homo est animal, est ratio eius, quòd non est lapis, & non è conuerso, & sic negatio illa supponit in subiecto talem affirmationem.

8. Sed est aduertendum, quòd quanquam ingenitum supponit circa id circa quod est, quod non est nisi natura diuina, quod sit a quo aliquid, & hoc ratione materiæ siue naturæ diuinæ circa quam est, non ratione formæ sui significati, vt dictum est, cum similiter (vt di-
n.7. q.8.n.10 ctum est) ratione sui significati indifferenter est suppositi, siue absoluti, siue relatiui, similiter indifferenter supponit, quod ab ipso est aliquid, vt ab absoluto, aut vt à relatiuo, vt si per impossibile ingenitum in diuinis esset persona absoluta, poneret quòd ipsa est à quo omne aliud, & omnis alius, sed hoc non secundum actum, sed secundum habitum, quia a persona absoluta in diuinis nihil est natum procedere nisi creaturæ, quæ nulla necessitate naturæ ab ipsa procederent, licet hoc posuerunt Philosophi. Nunc autem cum secundum veritatem, & naturæ necessitatem (vt supra declaratum est) in a.53.q.6 diuinis non sit persona nisi relatiua, ingenitum in diuinis ponit, quòd id cuius est, sit à quo omne aliud in creaturis, & omnis alius in diuinis, & hoc secundum actum respectu eorum, qui sunt alij in diuinis, & secundum habitum respectu eorum quæ sunt aliud in creaturis. Vnde respiciendo ad alios in diuinis, dicit Ricar. 6. de Trinitate cap. 1. *Sicut innascibilis naturæ est ab alio non procedere, sic ei naturale est de se procedentem habere*. Et ad hoc respiciebant illi qui secundum superius declarata ponebant substratum positiuum negationi in nomine ingeniti significatæ esse rationem principij, aut q.1.n.14 15. vniuersalis secundum primam opinionem, aut personalis secundum secundam, & tertiā, & vere substratum est, sed alio modo quam sit substratum id circa quod habet fundari illa negatio, vt patet ex prædeterminatis. ibid.

9. Ex iam dictis patet, quòd quanquam negatio, quę est nō ab alio esse significata in ingenito, & affirmatio, quæ est ab alio esse significata ibid.n.17. in paternitate, mutuo sese ponunt, tamen illa negatio ponit illam affirmationem, ita quod eā supponit, & non est ratio existendi ipsam in subiecto, affirmatio autem negationem ponit, & supponit, & est ratio existendi eam in subiecto. Quæ autem quæcunque sic se habent, quòd mutuò sese ponunt in eodem subiecto, sed vnum eorum ponit alterum tantum, & nō est ratio essendi ipsum, sed è conuerso alterum est ratio essendi illius, quanquam sint simul natura, & duratione, secundū rationem tamē prius est id qđ est ratio essendi alterius, & non è conuerso. Et si non proprie dicatur prius, saltem secundum rationem dicatur vnum illorum primum, & alterum secundum, vt secūdum hoc paternitas in patre dicatur proprietas prima respectu ingeniti, & ingenitum secunda respectu paternitatis.

10 Et secundum hoc concedenda est vltima ratio, quæ secundum iam dicta procedit.

11. Ad primum in oppositum, quòd secundum rationem nostram eidem prius conuenit n.1. ratio respectus ad illum à quo habet esse positiue, quam ad eum qui ab eo habet esse, ergo similiter ad eum à quo non habet esse, quam ad eum qui ab ipso habet esse: Dicendum, quòd non est simile de negatiua, & affirmatiua, quoniam affirmatiua qua aliquis est ab alio, semper potius est ratio eius, quod ab illo est alius, quam è conuerso, vt quod filius est à patre per generationem, ratio est eius, quod à filio est Spiritus Sanctus per spirationem, & nullo modo è conuerso. Propter quod secundū ratio-

rationem nostram priua, siue quasi prius, aut primum est filium esse à patre, quam a filio esse Spiritum Sanctum, aut hoc est secundum n.7.9. respectu illiua. E conuerso autem est de negatiua, vt dictum est.

ibid. 12. Et quod assumitur, quod affirmatio, & negatio sunt simul, verum est duratione, quia in eodem instanti intelligitur contradictio fieri secundum affirmationem, & negationem. Hoc tamen non repugnat ei, quòd vnũ eorum sit ratio alterius, & non è conuerso, quemadmodum causa secundum actum, & causatum secundum actum simul sunt, vnum tamen est ratio alterius, & non e conuerso, propter quod non obstante illa simultate vnũ n.9. eorum potest secundum rationem esse prius altero, vt dictum est.

n.2. 13. Ad secundum, quòd esse ingenitum habet esse secundum esse absolutum, paternitas autem non nisi secundum esse comparatũ: Dicendum, quod hoc verum est, quo ad hoc, quod ingenitum licet respectum negatiuum importat ad alium, vt à quo non habeat esse, respectum tamen affirmatiuum non importat quantum est ex se ad aliquid, vt ad id quod habet esse ab eo. Vnde etsi in pertter rationem primitatis, hic non est secundum rationem prius à quo alius, sed secundum illam ratio- n.7. nem qua non ab alio, quamuis (vt dictum est) ratione materia, & naturæ diuinæ circa quam est, necessario ponit a quo alius.

14. Sed relatio circa aliquid habet esse dupliciter. Vno modo vt circa fundamentum à quo oritur. Alio modo vt circa subiectum cu- a.56. q.4 ius est, & quod denominat. Primo modo (vt n.12. supra dictum est) omnes proprietates personarum, & relationes in Deo habent esse circa ipsam diuinam essentiam. Secundo vero modo habent omnes esse circa personam, sed quodam ordine rationis circa essentiam, & circa personam. Sed quando absolutum, & comparatum habent esse circa idem, vt circa subiectũ & sic vno modo, vt vtrumque eorum sit extra rationem eius circa quod habent esse, sic semper prior est ratio absoluti, quam comparati, vt si homo humanitate est risibilis, & similis, prior secundum rationem habet esse in eo ratio risibilis, quam similis. Et hoc modo se haberent ingenitum, & paternitas, si essent per se proprietates diuinæ essentiæ, aut alicuius personæ absolutæ, vt subiecti, & esset prius secundum rationem ingenitum quam paternitas, & in hoc membro processit obiectio. Alio autem modo absolutum, & comparatum habent esse circa idem subiectum sic, vt vnum eorum sit de ratione, & constitutione eius circa quod habent esse, & alterum non. Sic semper ratio eius quod est de illius constitutione, prior est, quia alia est quasi consecutiua ipsius constituti iam in esse personali. Sic autem contingit in proposito, quia proprietas constitutiua personæ patris, paternitas est siue generare, & non ingenitum, vt iam dicetur in quæstione sequente. Propter quod, & generare est proprietas personalis non tantum personæ. Ingenitum autem est proprietas, non personalis, sed personæ tantum, & generare necessario est prius secundum rationem.

15. Ad tertium, quòd prior est comparatio n.1. ad principium, quam ad principiatum. Dicendum, quòd verum est, quando vtraque comparatio positiua, siue affirmatiua est, & est vtraque proprietas secundum vtramque comparationem extra rationem subiecti, quemadmodum extra rationem hominis sunt risibile, & simile. Non autem quando altera est negatiua, & altera affirmatiua, & vna proprietatum est de ratione, & constitutione subiecti, aut quasi subiecti, & non altera, quemadmodum ingenitum non est de constitutione personæ patris, vt est paternitas, vt iam dicetur. q. seq.

Conclusiones ex Quæstione Tertia, Articuli Quinquagesimi septimi.

1. *Ingenitum in speciali, & explicite non supponit, nisi paternitatem.* n. 6.
2. *Paternitas in Patre dicitur proprietas prima respectu ingeniti, & ingenitum secunda respectu paternitatis.* n. 9.

QVAE-

QVAESTIO QVARTA.

Vtrum ingenitum proprietas sit constitutiua personæ.

CIrca quattum agitur, quòd ingenitum sit proprietas constitutiua personæ patris.

orth. fid. c. 5. 5. 4. 5. c. 3. 1. Primò sic. Damascenus 1. lib. cap. 10. loquendo de diuinis personis dicit sic. *Omnia quæcunque habent, hoc est, quia pater habet ea præter ingenerationem, generationem, & processionem. In his enim solis hypostaticis proprietatibus abinuicem differunt hæ tres hypostases non substantia. Characteristica vero hypostaseos.* non sunt autem characteristicæ, & distinctiuæ nisi quia sunt personæ constitutiuæ. Constituit ergo ingeneratio personam patris, sicut generatio personam filij, & processio personam Spiritus Sancti.

col. 12. 2. Secundò sic. Hilar. dicit 4. de Trinitate cap. 15. *Neque consortem nomen vnigeniti admittit, sicut non recipit innascibilis, eo quod innascibilis participem. Vterque itaque vnus & solus est, proprietate videlicet in vnoquoque, & innascibilitatis, & originis*, est ergo pater vnus solus proprietate innascibilitas, sicut filius proprietate originis, sed ex eo res habet esse, & esse vna, ergo & proprietate innascibilitatis persona habet esse persona sicut, & vna, hoc autem non est, nisi quia est constitutiua personæ, ergo &c.

3. Tertiò sic. Dignius est habere perfectionem non ab alio, quam ipsam communicare alij, sicut maior est dignitas in rege, quòd ipse à nullo teneat regnum suum, quam quòd faciat alios participes regni sui, dignior est ergo proprietas, quæ est ingenitum, quam illa quæ est generare, dignum autem est, quòd dignam personam dignior proprietas constituat, ergo &c.

4. In contrarium est, quoniam personam non constituit proprietas, nisi quæ eam ab alia distinguit persona, quia relatiua oppositio multiplicat trinitatem, sed personam patris non distinguit ab aliquo innascibilitas, sed paternitas, & processio actiua, quia solum per has proprietates habet respectum ad illas, ergo &c.

5. Præterea proprietatibus pluribus in eadem persona existentibus non est personę constitutiua nisi prima illarum. Aliter enim illa prima non est proprietas personæ, sed essentiæ, quod non est verum, quanquam omnes fundentur in essentia, quare cum secundum determinata in præcedente quæstione paternitas est proprietas prima respectu ingeniti, ergo &c.

6. Dicendum ad hoc, quòd persona in diuinis quia est quid subsistens relatiue, proprietate qua constituitur subsistit, & refertur ad alterum, à quo per hoc distinguitur. Relatiue autem non potest subsistere proprietate negatiua, sed solum positiua. Proprietate enim negatiua non ponit illum ad quem est, sed denegat potius ipsum, & ideo quantum est ex se, posset esse suppositi absoluti, vt prædictum est, qu a non ponit id cuius est fore distinctum ab alio. Non enim ponit alium subsistentem, & non est distinctio nisi inter subsistentes. Ita quòd si non esset alia proprietas constitutiua personæ, cuius proprietas est ingenitum, quæ proprietas constitutiua esset relatiua, & affirmatiua, nullo modo persona illa ex eo quòd persona est, relatiua esset ad principiatum, sed esset persona absoluta, & si paternitate esset relatiua ad personam filij productam à se, paternitas sua non esset proprietas personalis, sed personæ tantum, quemadmodum proprietas spirandi, qua pater refertur ad Spiritum Sanctum, non est personalis, sed personæ tantum, & sic relatio in diuinis non multiplicaret trinitatem, nisi quo ad duas personas constitutas proprietatibus relatiuis, quæ sunt filius, & Spiritus Sanctus. Ingenitum enim quantum est ex se, non ponit respectum nisi ad principium, & nullo modo ad principiatum, nisi ratione naturæ diuinæ in qua est, supponendo, quòd ille cuius est, necessariò est a quo alius est ita quòd ratio illa, qua alius est ab ipso, prior est, quam illa, qua non est ab alio, secundum prædicta. Proprietas autem quæ prima est, necessariò est personæ cōstitutiua; aliter enim illa non esset proprietas personæ, sed essentiæ, quod non est verum, quia essentiæ non assignātur proprietates nisi attributales. q. 1. a. 10. q. 3. a. 1. q. 3. a. 7. 9.

7. Ingenitum ergo nullo modo potest esse proprietas constitutiua personæ. Vnde, & dicit Præpositiuus. *Innascibilitas non propriè ostendit, quòd sit, sed quòd ipse à nullo sit*, & ideo magis paternitas, quam innascibilitas proprietas personalis dicenda est. Propter quod, & Augustinus loquens de proprietatibus personalibus constitutiuis, negat ingenitum, siue nō

quod sic abnegatur esse genitum, quia genera-
tio diuina necessariò est prima omnium pro-
ductionum ipsum dicere ingenitum, idem est
cum eo quòd est nullo modo esse ab alio.
Quod enim sic est ingenitum, quod nullo di-
ctorum modorum habet esse per generationē,
nec habet etiam esse per spirationem, nec per
quemcunque alium modum ab alio. Vnde
cap. 1. dicit Ricardus 6. de Trinitate. *Solus pater à
nullo est, ideirco nulla ratione genitus dici potest,
merito ergo ingeniti nomen accepit. Spiritus San-
ctus genitus non dicitur, ne qui filius non est, filius
esse putaretur, nec tamen ingenitus dicitur, ne eo
ipso quòd semetipso non est, aliunde originem
habere negaretur.* Et hoc est ingenitum quod
conuenit soli patri, & includit inspiratum,
1. p q. 46 memb. 7. quia vt dicit Alexander in summa sua, poste-
rior est habitudo spiratio quam natiuitas. Et
quia illa est prius habitudo, illa ablata omnis
posterior remouetur. Sed large vtitur nomi-
ne prioris, & posterioris, qualiter nos non au-
deremus vti. Et ideo sumendo ingenitum
tam largo modo, vt conuenit patri, & genitū
secundum quòd conuenit soli filio, Spiritus
Sanctus nec dicitur genitus, quia non est filius
nec ingenitus, quia non est pater, secundum
In dial q. 2. to. 4. lit. E. Augustinum ad Orosium, vt recitat Magister
1. sententiarum distinct. 13. cap. *Nunc consi-
derandum*, & tribus capitulis sequentibus. Nec
facit eius differentiam inter ingenitum, & non
genitum, licet aliqui dicant Spiritum Sanctum
dici non genitum, licet non ingenitum, vt tā-
lit. B. git Magister distinct. 28 in cap. *Ideo solet*,
n. 21. 22. quia vt dictum est *lym.* non stat ibi priuatiue
loquendo propriè de priuatione, scilicet secū-
n. 24. dum tres modos prædictos. Communiter
autem loquendo de priuatione, appellando
priuationem quando circa subiectum existens
negatur aliquid quod in alio, aut est dignitatis,
aut saltem non est alicuius indignitatis, sic in-
genitum priuatiue accipitur, vt iam dictum
est, nec plus conuenit Spiritui Sancto dici in-
genitum hoc modo priuatiue, quam non ge-
nitum negatiue, vt patet ex dictis.

n. 4. 28. Ad quartum, quod Ambrosius reprę-
hendit eos, qui ingenitum patri attribuunt:
Dicendum ad hoc, quòd ibi disputat Ambro-
sius contra hæreticos, qui negabant hoc nomē
Homusion debere recipi in diuinis, quia non
inuenitur scriptum, vtebantur tamen hoc no-
mine ingenitum de patre loquendo, ad pro-
bandum, quòd pater, & filius non sunt eius-
dem substantiæ, quia (vt dixerunt) genitum,
& ingenitum non possunt esse eiusdem substā-
tiæ, cum tamen potius inueniatur scriptum il-
lud, quod significatur hoc nomine homusion,
quod est esse vnius substantiæ, patrem scilicet,
& filium, quam quod pater sit ingenitus. Vn-
de reprehendit eos non propter nomen inge-
nitum, quasi non esset conueniens eo vti in
diuinis, sed propter ipsos vtentes, ad reprimē-
dam scilicet eorum proteruiam, quia scilicet
nolebant vti hoc nomine homusion contra se,
quia scriptum non erat, sed vtebantur hoc no-
mine ingenitum pro se, quod minime scriptū
erat, secundum quòd hæc patent ex disputa-
tione August. in Epistola contra Pascentium ep. 174.
Arrianum in principio, & in libro ad Optatū to. 2.
contra Felicianum Arrianum in principio. to. 6.
Vnde postquam dixit Ambrosius. *Ingenitum* sup. n. 4.
*in diuinis scripturis nunquam inuenio, non legi, non
audiui*, continuo subdit. *Cuius ergo mutabilita-
tis sunt homines, vt nos dicant ea vsurpare, quæ
non sunt scripta, cum ea quæ sunt scripta dicamus,
& ipsi obijciant quod scriptum non sit, immo sibi ip-
sis aduersantur, & auctoritati calumniæ suæ dero-
gant.*

29. Ad quintum dicendum secundum n. 5.
quod iam expositum est, quod ingenitum n. 12.
non notificat ratione, qua est negatio pura,
sed ratione qua est circa positiuum substra-
tum.

30 Ad sciendum autem distinctè, quid sit
illud positiuum substratum: Sciendum, quod
ingenitum dupliciter potest considerari, vno
modo simpliciter, & secundum se, alio modo,
vt consideratur circa naturam diuinam. Si
primo modo sic substratum non est nisi essen-
tia. Ingenitum enim dicitur suppositum quod-
cunque siue absolutum, siue respectiuum, habēs
essentiam aliquam ex se formaliter, ita quod à
nullo principiatiue. & secundum hoc persona
patris si per impossibile posset esse persona,
aut hypostasis, absque proprietate paternita-
tis, quæ essentiam deitatis non haberet ab alio
ingenita esset, absque eo quod negatio huius- sup. n. 7. 10.
modi haberet aliquod relatiuum substratum,
vt iam amplius patebit. Si secundo modo, sic n. 31.
substratum est illi negationi aliquid tripliciter.
Vno modo vt in quo habet fundari, alio
modo, vt quo habet fundari in illo, tertio mo-
do vt cuius est. Primo modo secundum præ-
dicta non est nisi diuina essentia. Secundo
modo est ipsa proprietas paterna siue genera-
te. Eo enim, quòd generatio in diuinis est pri-
ma productio, necessarium est, quod generans
non ab alio principiatiue habet diuinam es-
sentiam. Tertio modo est ipsum suppositum
constitutum ex essentia cum proprietate pa-
ternitatis, siue generationis actiuæ. Et habet
negatio imposita nomine ingeniti rationem
notificandi suppositum, vt subiectum cuius est
non ratione illa, qua est circa ipsum, vt circa
subiectum, quia tunc esset ipsius ratio notifi-
candi, & dignificandi ipsum, quod est impos-
sibile, neque ratione illa, qua est circa propie-
tatem generandi, quia non est circa ipsam, vt
qua formaliter habet esse in subiecto, sed solū,

vt

vt qua quasi dispositiue, formaliter enim habet esse circa essentiã, sed præcise vt est in patre sub proprietate paternitatis. Vnde essentia diuina, vt est in patre sub proprietate paternitatis, est ratio formalis, qua pater formaliter est ingenitus, & qua ingenitum habet rationem dignitatis notificantis.

n.6. 31. Quod ergo obijcitur, quòd non notificat ratione substantiæ, quia illa est communis: Dicendum, quòd licet notificet ratione solius substantiæ formaliter, non tamen nisi vt est sub tali proprietate, & hoc specialiter in natura diuina, vt iã infra ãplius declarabitur.

n.7. 32. Et quod arguitur contra hoc, & 6 ad principale, quòd ingenitum non est proprietas patris, quia esset ingenitus etsi non esset pater: Dicendum, quòd pater si filium non genuisset non esset persona in diuinis, quia in diuinis pater non est persona nisi paternitate, vt dicetur in 4. quæstione sequente. Si autem non genuisset, non conueniret ei proprietas
q.2.n.5.6 paterna, vt infra declarabitur. Et ideo si non
q.3. genuisset, idem ipse non esset ingenitus, sed
n.7. si aliquis esset ingenitus, ille esset secundum imaginationem infidelium persona vnica
5. de Tr. absoluta in diuinis. Vnde hoc dixit August.
6.6.10.3. ponendo, siue supponendo per impossibile, quod ille qui est Pater in diuinis, esset persona, etsi non genuisset, & hoc habendo respectum ad illa a quibus nomina sunt translata ad diuina sub hoc sensu, *pater etiam si filium non genuisset*, & cum hoc esset aliqua persona, *nihil prohiberet eum dicere ingenitum*, quia scilicet non ex eo, quod generauit filium, sed ex eo, quòd est existens ex se formaliter, & à nullo principiatiue, dicitur ingenitum, & hoc siue sit persona absoluta siue relatiua. Vnde ipsemet præmittit dicens. *Non enim ex hoc dicitur ingenitum quod est patrem dicere*, quia ex eo, quod generauit filium, dicitur ad genitum, ex eo vero quod est ingenitus, nequaquam, sed ad non genitorem, vt exponit consequenter. Vnde exemplum quod ibi subditur in creaturis, *etsi gignat quisque filium non ex eo ipse est ingenitus, quia geniti homines ex alijs hominibus, & ipsi alios gignunt*, non valet ad probandum, quod aliquis in diuinis posset generare, aut esse pater, etiam si non esset ingenitus, aut esse ingenitus, etiam si non generaret, sed solum ad ostendendum, quòd non generat ex eo, quòd est ingenitus, & quòd non est ingenitus
1.p.q.69 ex hoc quòd generat. Et propter hoc Alexan-
memb.4. der in summa sua exponendo Augustinum di-
Resp. cit, *quod Augustinus non habuit respectum ad naturam essendi, sed ad naturam intelligendi. Concedimus enim, quòd si pater non genuisset non esset, sed intellecto, quod non genuit, bene potest intelligi quod sit ingenitus, quia intellecta innascibilitate non intelligitur paternitas*. Vnde dicit Præpositiuus sic. *Si attendas proprietatem verbi, falsa est loquutio, quia gratia impossibilitatis dicitur hæretico respectu ad ea à quibus hæc nomina translata sunt ad creatorem. Vnde neutrum istorum est verum, si aliquis est pater, est ingenitus, & si est ingenitus est pater, sed in patre æterno bene sequitur gratia termini.* Ex quibus patet clare, quod positiuum substratũ ingenitio non est ratio aliqua principij.

33. Ad formam ergo argumenti quo dici- n.7.
tur, si proprietas patris, non posset esse si non esset pater, & hoc neque per possibile, neque per impossibile, sed solum per incompossibile, sicut si non esset aliquis homo non posset esse risibile, sicut non posset esse rationale: Dicendum, quod quædam est proprietas, quæ secundum suam formam ad vnam speciem siue rationem subiecti determinata est, vt habere tres triangulo. Est vero alia proprietas quæ secundum formam suam non est determinata ad vnam speciem, siue rationem subiecti, vt commutata proportio, quæ secundum Phi-
losophum in libris posteriorum, conuenit nu- l.1.ca.5.
meris, & magnitudinibus. De prima proprie- to.1.
tate verum est, quòd proprietas non potest esse nisi esset id cuius est. Secunda vero bene potest esse in vno subiecto secundum vnam rationem, etsi non esset in alio, non tamen si in neutro illorum esset. De primo modo proprietatum non est ingenitum ratione significati per terminum cum consideratur in diuinis, quia alibi considerari non potest in significatione illa, qua proprietas est secundum modũ
præexpositum, quia subiect in sibi determi- n.30.
nat personam siue suppositum, & hoc quantum est de ratione suæ formæ siue significati indifferenter, siue fuerit absolutum, siue respectiuum, ita tamen quod suppositum absolutum non potest sibi determinare in diuinis nisi per impossibile, supponendo aliquod tale esse in diuinis, sed tamen absque omni positione incompossibilitatis, quia ingenitum ex sua significatione etiam circa diuina nihil includit per quod necesse est poni, quòd ingenitus sit pater. Propter quod ingenitus per impossibile posse esse aliquis etiam in diuinis, etsi non esset pater, nec generaret, & è conuerso, quantum est de ratione formæ paternitatis, & significato termini simpliciter, quod indifferenter habet considerari circa diuina, & circa creaturas, licet non ita propriè circa creatu-
ras (vt infra videbitur) pater potest esse, etsi q.2.n.5.
non sit ingenitus, & hoc per possibile, vt pa- q.3 n.7.
tet in creaturis. Et in diuinis quantum est de significato termini per impossibile, nihil prohibet esse patrem, etsi non esset ingenitus. Ratione tamen materiæ in diuinis nec est ingenitum nisi sit pater, nec pater nisi sit ingenitus, ita tamen quòd paternitas potius sit ratio

ingeniti, quam è conuerso, propter quòd paternitas est proprietas constitutiua patris, & non è conuerso, vt ideo ingenitum sit vere pro
q. 4. prietas patris in diuinis, vt infra amplius patebit.

n. 8. 34. Ad septimum, quòd genitum esse ponit dignitatem in filio, ergo ingenitum esse, quòd est eius priuatio siue negatio, nullam ponit dignitatem in patre: Dicendum, quòd differt dicere positiue ab alio esse simpliciter, & absolute, & ab alio esse modo determinato, scilicet per generationem, aut per spirationẽ. Esse enim ab alio simpliciter, nihil ponit dignitatis in persona, quæ habet esse ab alia. Esse vero ab alio sic, scilicet per generationẽ aut per spirationem, rationem dignitatis ponit, vt infra declarabitur. Et propter hoc ingenitum inquantum strictè sumitur secundum quòd etiam conuenit Spiritui Sancto, scilicet inquantum idem est quod non esse ab alio per generationem, nihil dignitatis importat, nec est notio, aut proprietas in aliqua persona diuina, similiter nec inspiratum, & hoc modo loquendo de ingenito, bene procedit obiectio.
n. 17. 27. Sed (vt dictum est) ingenitum quod dicitur de patre, id est quod nullo modo esse ab alio. Sed quia nomen positiuum non est impositum modo essendi ab alio simpliciter, sicut generari est nomen essendi ab alio modo determinato, similiter, & spirari, ideo proprietas illa sumitur per negationem primi modi procedendi determinati, quia illo negato intelli-
n. 17. gitur negari omnis alius, vt dictum est, & in-
q. 3. n. 6 ferius amplius dicetur. Et sic nomine ingeniti, vt est notio patris, intelligitur non esse ab alio simpliciter, secundum modum prędictum, & priuat siue negat circa totum esse ab alio simpliciter, quod in nullo rationem dignitatis habet. Non enim est dignitatis in filio, quod non est ab alio, sed quod est sic ab alio, scilicet per generationem, non tamen sequi-
n. 25. tur ex hoc, quod sit in filio aliquid indignitatis.

n. 9. 35. Dicendum ergo ad octauum, quòd nõ est verum illud propositum. Priuatio aut negatio non est aliquid dignitatis in vno, nisi positio sit aliquid indignitatis in alio, hoc enim non est verum nisi vbi positiuum secundum nomen, priuatiuum est secundum rem, quemadmodum secundum quod assumitur corruptibile, & mortale dicunt defectum virtutis permanendi in esse. Propter quod talis priuatio, & habitus necessario sunt circa diuersa secundũ substantiam. Et est priuatio siue significatum modo priuatiuo circa substantiam superioris gradus, & significatum modo positiuo circa substantiam inferioris gradus, quæ deficit ab aliquo, quod est in substantia superioris gradus. Ex quo contingit, quòd positio indignitatis est. Priuatio vero dignitatis. Vbi autem quod positiuum est secundum nomen, non est secũdum rem priuatiuum, licet non sit dignitatis, neque indignitatis, & quod priuatiuum est illius est simpliciter dignitatis, vt in proposito, non est verum illud quod proponitur. Et quod in proposito priuatiuum sit dignitatis, positiuum vero non sit indignitatis, contingit quia habent esse circa eandem substantiam numero, dicente Hilar. 9. de Trinitate cap. 27. *Si* sup. n. 15
donantis auctoritate pater maior me est, nunquid col. 33.
per doni concessionem minor filius est? Maior vtique donans est, sed minor iam non est cui vnum esse donatur. Habes, & in donantis auctoritate, quia maior est, & in donati concessione quia vnum sunt, & cap. 28 *Maior itaque pater est dum* col. 35.
pater est, sed filius dum filius est, minor non est. Natiuitas filij patrem constituit maiorem, minorem vero filium naturæ esse natiuitatis natura non
patitur. Non habet natiuitas itaque ignobilitatem, quia in forma Dei est, qui ex Deo nascitur, & inf.
cum differre significatione ipsa æstimetur innascibilitas à natiuitate, natiuitas tamen non est extra innascibilitatis naturam, quia non sumpsit aliunde, quod subsistit.

36. Et sicut est de natiuitate, siue esse ab alio nascendo, quod non ponit minoritatem, aut indignitatem in nato, quia nascendo idem esse, & tantum quantum habet pater accepit, & tamen innascibilitas æstimatur alicuius dignitatis a natiuitate, hoc est respectu natiuitatis, sic est de esse ab alio simpliciter, quod nihil ponit indignitatis in eo qui est ab alio propter idem, & tamen non esse ab alio ponit respectu illius rationem dignitatis multo potius, quam respectu natiuitatis, quia illa ex se rationem dignitatis importat, vt infra patebit. Quare autem huiusmodi dignitas, aut maioritas dignitatis in vna persona respectu alterius, non ponit in illa alia indignitatem, aut aliquam minoritatem, debet declarari inferius loquendo n. 70. q. 2.
de æqualitate personarum.

Con-

Concluſiones ex Quæſtione Prima, Articuli Quinquageſimi ſeptimi.

1. *Quin patris ſit proprium ingenitum, ſiue innaſcibile, de hoc nemo dubitare debet. num.* 11.
2. *Ingenitum proprietas, nec patris, nec alterius debet dici ratione puræ negationis; aut priuationis, ſed potius ratione alicuius poſitiui ſubſtrati. n.* 12.
3. *Hoc poſitiuum non eſt ratio principij uniuerſalis, vt ſit à quo omnia alia, ſiue creatura, ſiue diuinæ perſonæ tantum. n.* 14. 15 32.
4. *Neque ratione negationis, vt conſideratur circa poſitiuum perſonale communiter acceptum, n.* 16.
5. *Ingenitum eſt proprietas in patre, vt eſt habens diuinam eſſentiam non ab alio. num.* 17.
6. *Eſſentia diuina, & ſecundum Philoſophos materia prima poteſt dici ingenita. num.* 27.
7. *Spiritus Sanctus, & ſecundum Philoſophos mundus poſſunt dici ingeniti. ibidem.*
8. *Propriè ſolus Pater dicitur ingenitus. Spiritus Sanctus, nec genitus, nec ingenitus, licet poſſit dici non genitus. ibid.*

QVAESTIO SECVNDA.

Vtrum ingenitum ſit alia proprietas, quam paternitas.

CIrca ſecundum arguitur, quòd ingenitum non ſit alia proprietas in patre ab illa, quæ eſt generare, ſiue paternitas.

a. 56. q. 4 n. 12. 1. Primò ſic, in diuinis non eſt minus ſimplex perſona quam eſsentia, ſed propter eſsentiæ ſimplicitatem omnes proprietates eſsentiæ ſibi inuicem coincidunt, quia veritas eſt bonitas, & è conuerſo, quare, & propter perſonæ ſimplicitatem omnes proprietates perſonæ vnius coincidunt, vt verum ſit dicere, quòd ingenitum ſit generare, aut paternitas, ergo &c.

2. Secundò ſic, ingenitum in patre auctoritatem importat dicente Hil 4. de Trinitate col. 3. cap. 3. *Nouit eccleſia vnum Deum ex quo omnia, & vnum Deum dominum noſtrum Ieſum Chriſtū per quem omnia, ab vno vniuerſorum originem per vnum cunctorum creatorem. In vno ex quo; auctoritatem innaſcibilitatis intelligit.* Et cap. 5. a 56. q. 9 n. 10. n. 5. *Ipſe enim pater eius, quem genuit auctor oſtenditur id habens nomen quod neque natum, neque ex alio profectum intelligatur, ex quo is, qui genitus eſt ſubſiſtere docetur.* ſed pater auctoritatem principalem non habet niſi paternitate, & generatione, qua reſpicit alium; non eſt enim auctoritas niſi ad alium, qui habet aliquid ab auctore, ergo &c.

3. Tertiò ſic, & eſt ratio Præpoſitiui, eo quo pater eſt, pater eſt hæc perſona, ſed eo quo eſt hæc perſona eſt innaſcibilis, ergo eo quo pater eſt pater, pater eſt innaſcibilis, innaſcibilitas ergo eſt paternitas, ergo &c.

4. Quartò ſic, ſecundum quòd dicit Auguſtinus, *non eſt dicendum Spiritum Sanctum ingenitum, ne duos eſſe patres confiteri compellamur,* ſer 10. de dit. to. 10 col. 6. ad hoc autem non compelleremur, niſi innaſcibilitas eſſet paternitas, vt Spiritus Sanctus

esset pater innascibilitate, sicut & ipse pater paternitate, ergo &c.

5. In contrarium est, quoniam vt Augusti-
a.6. to.3. nus dicit 5. de Trinitate, *si filium non genuisset nihil prohiberet eum dicere ingenitum*, non
q.3. n.7. autem diceretur pater, vt infra videbitur, ergo &c.

6. Aliqui dicunt secundum quòd recitat Præpositiuus, quòd id quod pater significat affirmando, significat non genitus, vel ingenitus negando, & propter hoc dicunt, quod ingenitum non significat aliud quam paternitas. Et quod vult Augustinus, quod alia est notio, qua pater est pater, alia vero qua est ingenitus, exponunt sic, idest alio modo notificatur pater per hoc nomen pater, alio modo per hoc nomen ingenitus. Varijs enim modis in Sacra Scriptura notificātur personæ, nec necesse est esse tot proprietates, quot vocabula quibus notificantur. Quod non est verum, quia aliqua ratio dignitatis importatur nomine ingeniti, aliqua nomine patris, quia vna earum ex ratione qua proprietates sunt, non habet habitudinem ad aliam; solummodo enim ratione naturæ diuinæ contingit, quod non est ingenitum nisi generans, nec è conuerso, nec potest esse, vt patet ex prædictis in quæstione præcedente, & amplius dicetur in sequenti quæstione.

7. Dicendum ergo, quod alia est proprietas patris ingenitum, & alia paternitas, quia paternitas est proprietas, qua pater est, & qua habet respectum positiuum ad illum, qui à se est, & ingenitum est proprietas, qua habet respectum negatiuum ad non à quo est, secundum modum prædictum, & est vtrumque dignitatis ratio in patre, vt dictum est.

n.3. 8. Ad primum in oppositum, quòd omnes proprietates essentiæ coincidunt, ergo & personæ: Dicendum, quod non est simile, quia secundum prædicta proprietates essentiæ differunt tantum secundum rationem, & per intellectus considerationem, non autem proprie-
a.35.q.8. tates personæ, sed differunt ex natura, & habi-
a.12.q.2, n.10. tudine rei ex se præter intellectus considera-
a.53.q.2. tionem, secundum prædicta. Propter quod quantum est ex natura rei coincidunt proprietates essentiæ non autem personæ. Nec est illius coincident æ causa simplicitas ex parte proprietatum essentiæ, nec istarum non coincidentia repugnat simplicitati ex parte
a.28.q.5. n.10. personæ, quia non sunt nisi respectus in ea,
a.35.q.2. n.13. qui nullam compositionem ponunt, vt dictū est.

n.2. 9. Ad secundum, quòd secundum Hilar. *Ecclesia in vno ex quo auctoritatem innascibilitatis intelligit, &c.* Dicendum, quòd reuera patri conuenit auctoritas ex hoc ipso, quòd alius habet esse ab ipso, non autem ex eo, quòd non est ab alio. Nihil enim est auctoritas nisi quasi quædam maioritas illius cuius est auctoritas respectu alterius, & hoc vel ex eo solum, quod ab hoc ille habet esse, secundum quòd in diuinis pater habet auctoritatem quasi maioritatis super filium, dicente Hilar. 11.
de Trinitate cap. 5. *In eo quòd pater maior est,* col. 7.
confessionem paternæ auctoritatis intellige. Dum non à se facit id quod agit secundum natiuitatem, sibi pater est auctor. Et per eundem modum pater, & filius habent auctoritatem respectu Spiritus Sancti, dicente Hilar. 2. de
Trinitate cap. 15. *De spiritu nec tacere, nec lo-* col. 13.
qui necesse est, qui à patre, & filio auctoribus confitendus est. Vel dicitur auctoritas non solum, quia quasi maioritas est huius ad hunc, quia hic ab illo, sed etiam quia in substantia ille a quo aliud est, est supra illud, quod ab ipso est, & secundum hoc dicitur, quod Trinitas auctoritatem habet super creaturas. Vnde vbi dicit
Hilar. *In vno ex quo auctoritatem innascibilita-* sup. n.2.
tis intellige, continuo subdit. *In vno per quem potestatem nihil differentem ab auctore veneratur, cum ex quo, & per quem ad id quod creatur in his, quæ creata sunt communis auctoritas sit.* Vnde quia patri ex eo, quod est ingenitus non conuenit, quòd alius sit ab ipso, sed potius ex eo, quod est pater, idcirco auctoritas non conuenit ei ratione ingeniti, sed ratione paternitatis, sed ratione ingeniti conuenit ei, quòd non habet sibi auctorem. Vnde illud dictum Hil. *auctoritatem innascibilitatis*, debet intelligi resoluendo substantiuum in adiectiuum sub hoc sensu, *auctoritatem innascibilitatis* idest innascibilis. Verum est enim (vt dictum est) quod auctoritas debetur innascibili, sed non innascibilitati, vt innascibilitas sit ipsa auctoritas, vel quod ratione innascibilitatis conueniat ei auctoritas, sed potius ratione paternitatis. Et hoc secundum modum quod illud aliud di-
ctum eius 11. de Trinitate cap. 15. *Deus quidē* col. 8.
pater natiuitatis est, debet exponi, idest illius, qui natus est.

10. Sed contra videtur esse dictum sequēs.
Ipse enim pater eius quem genuit auctor ostenditur. sup. n.2.
Dicendum, quod in diuinis duplex est ratio, siue modus auctoritatis, vnus principalis, alter non principalis, secundum quod in eis est duplex productio, vna principalis, & alia non prin-
cipalis secundum supra determinata. Aucto- a.54.q.5 n.13.
ritas principalis est illa, quæ prima est, & illius qui non habet respectum ad auctoritatem alterius, & ista propria est patri, & ei soli conuenit. Non principalis est illa, quæ est communis patri, & filio respectu Spiritus Sancti, quæ est secunda respectu illius, quæ est propria patri. Est ergo intelligendum, quod auctoritas principalis ab alio habet, quòd sit auctoritas,

ab

ab alio, quòd sit principalis. Quòd sit auctoritas habet ab hoc, quòd alius habet esse à persona cuius est, & hoc modo pater esset auctor filij, etsi non esset innascibilis, sed natus ab alio & sic sola paternitate est auctor. Quod autem sit principalis, habet abhoc, quòd est prima.

11. Cuius duplex ratio est. Vna positiua per quam habet esse, scilicet deitatis natura, cuius est primo pullulare modo naturæ. Alia negatiua per quam ostenditur esse, scilicet quia habens eam non respicit auctoritatem respectu sui in aliquo alio, & quo ad hoc scilicet pater est auctor innascibilitate, id est quòd sit auctor principalis, vt principalitas respiciat dignitatem quam habet ex natura deitatis, & ostenditur eam habere ex hoc, quòd non est ab alio, & absoluta auctoritas respiciat dignitatem, qua alius est ab ipso. Vnde, quia ista principalitas non est proprie aliquid auctoritatis, sed potius conditio quædam ipsius, per quam ostenditur eius differentia ad omnem aliam auctoritatem, quia etiam non habet esse propter negationem innascibilitatis, sed ostendi tantum, ideo Hilar. propriè loquens non dicit. Ipse pater eius quem genuit auctor est, sed *ostenditur auctor*. Secundum tamen aliquos libros litera illa non est in Hilar. sed ista. *Ipso quo pater dicitur eius quem genuit auctor ostenditur*, & clarum est, quòd illud est paternitas, non autem innascibilitas.

n.3. 12. Ad tertium, quòd pater eo quo est hæc persona, est innascibilis. Dicendum, quòd bene verum est, quòd ille qui est hæc persona est innascibilis, quia sese de necessitate concomitantur in eodem pate ni as, & innascibilitas. Primum enim producens necessario est non ab alio productum. Paternitas autem importat primam rationem producendi, & innascibilitas importat rationem non ab alio producti. Alia tamen est ratio huius & illius, propter quod vna harum proprietatum potest esse qua pater est hæc persona vt paternitas, quia ipsa est constitutiua personæ, vt infra videbitur, cum tamen non sit ratio alterius proprietatis, sine qua persona illa habet denominari à proprietate illa, propter quod illa non est vera. pater quo est hæc persona est innascibilis, sed illa est vera, qui est hæc persona, est innascibilis. q.4.

13. Per idem respondendum est ad quartum. Augustinus enim non dicit: Non est dicendum Spiritum Sanctum ingenitum, ne duos esse patres confiteri compellamur, quia pater eo quòd est ingenitum sit pater, secundum quòd processit obiectio, sed quia necessario sese concomitantur in eadem persona paternitas, & ingenitum, propter quod si essent plures ingeniti secundum modum, quo est proprietas patris, necessariò essent plures patres. n.4.

14. Quomodo autem intelligendum sit dictum in ratione ad contrarium, patet ex determinatis in præcedente quæstione. n.4. n.31.

Conclusio ex Quæstione Secunda, Articuli Quinquagesimi septimi.

Ingenitum alia est proprietas patris, & alia paternitas. n. 7.

QVAESTIO TERTIA.

Vtrum ingenitum prius sit ratione, quam paternitas.

Circa tertium arguitur, quòd prior sit secundum rationem innascibilitas in persona patris, quam paternitas.

1. Primò sic. Quandocunque in eodem sunt duo respectus seu comparationes duæ, vna ad aliquid à quo habet esse, alia ad aliquid habens ab eo esse, ordine quodam conueniunt illi, ita quòd secundum rationem nostram prius conuenit ei comparatio ad id à quo habet esse, & prior habet esse in illo proprietas secundum illam comparationem, quam secundum aliam; Ver-

Verbi gratia, in filio secundum hunc modum sunt duo respectus, vnus ad patrem, alius ad Spiritum Sanctum, & ordine quodam conue-
a.52.q.2 n.10.11. q.4.n.6.7. a.54.q.5. n.12. niunt ei secundum superius determinata & secundum nostram rationem prius conuenit cōparatio ad patrem, qua dicitur filius, quam ad Spiritum Sanctum, qua dicitur spirator, ita quòd propter hoc prior secundum rationem filiatio habet esse in filio, quam actiua spiratio, quare cum affirmatio, & negatio secundum definitionem contradictionis sunt vnius, & eiusdem simul, & eodem modo, sicut ergo comparatio, qua aliquid affirmatiuè comparatur ad aliquid, vt à quo habet esse, prior est secundum rationem illa, qua comparatur affirmatiue ad aliquid, quod ab ipso habet esse, & similiter proprietas, quæ habet esse in eo ex illa comparatione, prior est in illo secundum rationem, quam illa quæ habet esse in eodem secundum aliam comparationem, sic comparatio, qua aliquid negatiue comparatur ad aliquid, vt à quo non habet esse, prior est secundum rationem illa, qua comparatur affirmatiue ad id quod ab ipso habet esse, & similiter proprietas proprietate. Quare cum ingenitum in persona patris est ex comparatione negatiua ad id a quo non habet esse, paternitas autem ex comparatione affirmatiua ad illum, qui habet esse ab ipso, prior ergo est secundum rationem ingenitum in patre, quam paternitas.

2. Secundò sic. Quandocunque duo aliqua habent esse in eodem, quorum vnum natum est illi inesse secundum esse absolutum, alterū autem non nisi secundum esse comparatum ad alterum, illud prius inest ei secundum rationem, quod natum est ei inesse secundum esse absolutum, quam quod non nisi secundum esse comparatum, sicut semper secundum rationem absolutum in eodem prius est comparato. Sic se habent in persona patris ingenitum & paternitas. Ingenitum enim esset in persona, quæ prima omnium rerum est in diuinis, etsi esset omnino absoluta sicut Pagani, & Iudæi vnam personam absolutam in diuinis imaginantur. Paternitas autem in nulla persona habet esse nisi ex comparatione eius ad alterā, ergo &c.

3. Tertiò sic. Prior secundum rationem est comparatio ad principium, quam ad principiatum, vt filij ad patrem, quam ad Spiritum Sanctum: quare cum ingenitum consistit in comparatione ad principium, paternitas vero in comparatione ad principiatum, & prior est proprietas, quæ consistit in priore comparatione, ergo &c.

4. In cōtrarium est, quandocunque sic se habent circa idem aliqua quorum vnum est per se ratio ponendi alterum, & non è conuerso, illud est prius secundum rationem, quod est ratio alterius, quia quodammodo habet rationem principij respectu illius; esse autem primum à quo aliud vel alius, est ratio ponendi, quòd iste a quo est primo alius, sit non ab alio, quia non potest esse à quo primo alius, si sit ab alio, non esse autem ab alio, nullo modo est per se ratio eius quod non existens ab alio sit à quo alius. Hoc enim ex se non includit, esse autem patrem in diuinis saltem ratione materiæ, est esse illum à quo primo alius, vt patet ex dictis in præcedente quæstio- n.9.
ne, & quòd est pater, conuenit ei paternitate, ergo &c.

5. De ordine proprietatum in patre, quo ad spirationem respectu paternitatis, & ingeniti, patet quod eundem habet spiratio ad paternitatem, quem habet generare ad spirare, quia paternitas est ratio generationis, & spiratio est ratio spirandi, aut potius eadem proprietas, vt inferius declarabitur. Quomodo autem generare, & spirare habent ordinem naturalis originis quo generatio naturaliter in diuinis est prima, & principalis productio, & spiratio secunda, patet ex prædeterminatis. a.54.q.6

6. Propter quòd manet dubitatio de ordine eodem paternitatis, & ingenerationis, quia constat, quod eodem ordine respiciunt spirationem, non enim conuenit ei vis spiratiua nisi habendo filium, ad quem ordinem naturæ habet pater cum suis proprietatibus respectu eius, & proprietatum suarum, vt pater sit prima persona, & filius secunda. Et consimili modo proprietates propriæ patris quodammodo sunt primæ respectu eius, quæ est filij, siue propria filio, siue communis eidem cū patre. Vt nullo modo dicendum est, quòd ingenitum supponat communem spirationem actiuam etiam vt patris est, nisi valde in generali, & implicite. In speciali enim, & explicite non supponit nisi paternitatem, secundum modum iam exponendum. Sed quia paternitas ratio est primæ productionis omnium, & cui conuenit prima productio actiue, eidem necessario conuenit omnis alia, vt in illa notione, quæ est actiuè ratio primæ productionis, quasi virtute, & implicitè contineatur ratio cuiuslibet alterius productionis, idcirco ingenitum in eo, quòd in speciali, & explicite supponit paternitatem, implicite, & in generali quodammodo etiam supponit communem spirationem actiuam, & fortasse etiam potentiam creandi actiue, & hoc vt sunt patris. Vnde ingenitum licet explicite etiam in speciali non negat nisi generari, implicite, & in generali negat, & spirari, & creari.

7. De ordine igitur paternitatis, & ingenerationis inter se sciendum, quod dupliciter possunt considerari. Vno modo secundum se,

&

& quasi ratione formæ. Alio modo secundū quod considerantur in tali natura, scilicet deitatis, & quasi ratione materiæ. Primo modo non se habent per aliquem ordinem rei, aut rationis, neque habitudinem habent inter se, quia neque ab eo quod est non esse ab alio, habetur quòd aliquis est à quo alius, neque ecōuerso. Etenim si aliquis etiam in diuinis non genuisset, nec esset pater, nihil prohibet ipsum esse ingenitum, & è conuerso si non esset ingenitus, nihil prohibet ipsum generare, & esse patrem quantum est ex forma terminorum, sed poni non potest vnum sine alio nisi per impossibile, vt patet ex tactis in præcedentibus

q.1.n.13 q.2.n.5. quæst onibus. Secundo autem modo, & esse non ab alio ponit à quo alius per generationē, & è conuerso, & hoc ideo, quia in natura diuina aliquem esse à quo est alius per generationē, est esse eū a quo primò est alius, qd necessario ponit ipsum non esse ab alio, vt sit positio ipsa ratio essendi talia negationis. Propter quod solummodo in diuinis vera paternitas est à qua omnis alia paternitas secundum quādam imitationem nominatur. Non enim est vere pater qui patrem habet, sicut non est vere dominus, qui dominum habet. Propter

orth. fid. quod dicit Damascenus lib. 1. cap. 9. *Non ex nobis translatum est ad beatam deitatem paternitatis, & filiationis, & processionis nomen, è contrario autem est inde nobis traductum, vt ait diui-*

Ephes. 3. n. 14. *nus Apostolus. Flecto genua mea ad patrem, à quo omnis paternitas*, vt sic ex natura rei huiusmodi nomina priua, veriua, & perfectius habent esse in Deo quam in creaturis, licet contrarium sit secundum vsum, & nomina impositionem. E conuerso etiam eum non esse ab alio ratione talis naturæ ponit necessario ipsum esse à quo alius, non vt negatio sit ratio essendi ipsius affirmationis, sed consequendi tantum, quia circa idem semper affirmatio est essendi ratio negationi, & non è conuerso, vt quòd homo est animal, est ratio eius, quòd non est lapis, & non è conuerso, & sic negatio illa supponit in subiecto talem affirmationem.

8. Sed est aduertendum, quòd quanquam ingenitum supponit circa id circa quod est, quod non est nisi natura diuina, quod sit à quo aliquid, & hoc ratione materiæ siue naturæ diuinæ circa quam est, non ratione formæ sui significati, vt dictum est, eum similiter (vt di-

n.7. q.8.n.10 ctum est) ratione sui significati indifferenter est suppositi, siue absoluti, siue relatiui, similiter indifferenter supponit, quod ab ipso est aliquid, vt ab absoluto, aut vt à relatiuo, vt si per impossibile ingenitum in diuinis esset persona absoluta, ponit quòd ipsa est à quo omne aliud, & omnis alius, sed hoc non secundum actum, sed secundum habitum, quia à persona absoluta in diuinis nihil est natum procedere nisi creaturæ, quæ nulla necessitate naturæ ab ipsa procederent, licet hoc posuerunt Philosophi. Nunc autem cum secundum veritatem, & naturæ necessitatem (vt supra declaratum est) in a.53.q.6 diuinis non sit persona nisi relatiua, ingenitum in diuinis ponit, quòd id cuius est, sit à quo omne aliud in creaturis, & omnis alius in diuinis, & hoc secundum actum respectu eorum, qui sunt alij in diuinis, & secundum habitum respectu eorum quæ sunt aliud in creaturis. Vnde respiciendo ad alios in diuinis, dicit Ricar. 6. de Trinitate cap. 1. *Sicut innascibilis naturæ est ab alio non procedere, sic et naturale est de se procedentem habere*. Et ad hoc respiciebant illi qui secundum superius declarata ponebant substratum positiuum negationi in nomine ingeniti significatæ esse rationem principij, aut q.1.n.14 15. vnius sola secundum primam opinionem, aut personalis secundum secundam, & tertiā, & vere substratum est, sed alio modo quam sit substratum id circa quod habet fundari illa negatio, vt patet ex prædeterminatis. ibid.

9. Ex iam dictis patet, quòd quanquam ne- ibid.n.17. gatio, quę est nō ab alio esse significata in ingenito, & affirmatio, quæ est ab alio esse significata in paternitate, mutuo sese ponunt, tamen illa negatio ponit illam affirmationem, ita quod eā supponit, & non est ratio existendi ipsam in subiecto, affirmatio autem negationem ponit, & supponit, & est ratio existendi eam in subiecto. Quia autem quæcunque sic se habent, quòd mutuò sese ponunt in eodem subiecto, sed vnum eorum ponit alterum tantum, & nō est ratio essendi ipsum, sed è conuerso alterum est ratio essendi illius, quanquam sint simul natura, & duratione, secundū rationem tamē prius est id qđ est ratio essendi alterius, & non è conuerso. Et si non proprie dicatur prius, saltem secundum rationem dicatur vnum illorum primum, & alterum secundum, vt secūdum hoc paternitas in patre dicatur proprietas prima respectu ingeniti, & ingenitum secunda respectu paternitatis.

10. Et secundum hoc concedenda est vltima ratio, quæ secundum iam dicta procedit.

11. Ad primum in oppositum, quòd secun- n.2. dum rationem nostram eidem prius conuenit ratio respectus ad illum à quo habet esse positiue, quam ad eum qui ab eo habet esse, ergo similiter ad eum à quo non habet esse, quam ad eum qui ab ipso habet esse: Dicendum, quòd non est simile de negatiua, & affirmatiua, quoniam affirmatiua qua aliquis est ab alio, semper potius est ratio eius, quod ab illo est alius, quam è conuerso, vt quod filius est à patre per generationem, ratio est eius, quòd à filio est Spiritus Sanctus per spirationem, & nullo modo è conuerso. Propter quod secundū

ratio-

rationem nostram prius, siue quasi prius, aut primum est filium esse à patre, quam a filio esse Spiritum Sanctum, aut hoc est secundum
n. 7. 9. respectu illius. E conuerso autem est de negatiua, vt dictum est.

ibid. 12. Et quod assumitur, quod affirmatio, & negatio sunt simul, verum est duratione, quia in eodem instanti intelligitur contradictio fieri secundum affirmationem, & negationem. Hoc tamen non repugnat ei, quòd vnũ eorum sit ratio alterius, & non è conuerso, quemadmodum causa secundum actum, & causatum secundum actum simul sunt, vnum tamen est ratio alterius, & non e conuerso, propter quod non obstante illa simultate vnũ
n. 9. eorum potest secundum rationem esse prius altero, vt dictum est.

n. 2. 13. Ad secundum, quòd esse ingenitum habet esse secundum esse absolutum, paternitas autem non nisi secundum esse comparatũ: Dicendum, quòd hoc verum est, quo ad hoc, quod ingenitum licet respectum negatiuum importat ad alium, vt à quo non habeat esse, respectum tamen affirmatiuum non importat quantum est ex se ad aliquid, vt ad id quod habet esse ab eo. Vnde est in periet rationem primitatis, hoc non est secundum rationem primitatis à quo alius, sed secundum illam rationem
n. 7. qua non ab alio, quamuis (vt dictum est) ratione materiæ, & naturæ diuinæ circa quam est, necessariò ponitur quo aliud.

14. Sed relatio circa aliquid habet esse dupliciter. Vno modo vt circa fundamentum à quo oritur. Alio modo vt circa subiectum cuius est, & quod denominat. Primo modo (vt
a. 56. q. 4 n. 14. supra dictum est) omnes proprietates personarum, & relationes in Deo habent esse circa ipsam diuinam essentiam. Secundo vero modo habent omnes esse circa personam, sed quodam ordine rationis circa essentiam, & circa personam. Sed quando absolutum, & comparatum habent esse circa idem, vt circa subiectũ & sic vno modo, vt vtrumque eorum sit extra rationem eius circa quod habent esse, sic semper prior est ratio absoluti, quam comparati, vt si homo humanitate est risibilis, & similis, prior secundum rationem habet esse in eo ratio risibilis, quam similis. Et hoc modo se haberent ingenitum, & paternitas, si essent per se proprietates diuinæ essentiæ, aut alicuius personæ absolutæ, vt subiecti, & esset prius secundum rationem ingenitum quam paternitas, & in hoc membro processit obiectio. Alio autem modo absolutum, & comparatum habent esse circa idem subiectum sic, vt vnum eorum sit de ratione, & constitutione eius circa quod habent esse, & alterum non. Sic semper ratio eius quod est de illius constitutione, prior est, quia alia est quasi consecutiua ipsius constituti iam in esse personali. Sic autem contingit in proposito, quia proprietas constitutiua personæ patris, paternitas est siue generare, & non ingenitum, vt iam dicetur in quæstione sequente. Propter quod, & generare est proprietas personalis non tantum personæ. Ingenitum autem est proprietas, non personalis, sed personæ tantum, & generare necessario est prius secundum rationem.

15. Ad tertium, quòd prior est comparatio ad principium, quam ad principiatum. Dicendum, quòd verum est, quando vtraque comparatio positiua, siue affirmatiua est, & est vtraque proprietas secundum vtramque comparationem extra rationem subiecti, quemadmodum extra rationem hominis sunt risibile, & simile. Non autem quando altera est negatiua, & altera affirmatiua, & vna proprietatum est de ratione, & constitutione subiecti, aut quasi subiecti, & non altera, quemadmodum ingenitum non est de constitutione personæ patris, vt est paternitas, vt iam dicetur. q. seq.

n. 1.

Conclusiones ex Quæstione Tertia, Articuli Quinquagesimi septimi.

1. *Ingenitum in speciali, & explicite non supponit, nisi paternitatem.* n. 6.
2. *Paternitas in Patre dicitur proprietas prima respectu ingeniti, & ingenitum secunda respectu paternitatis.* n. 9.

QVAE-

QVAESTIO QVARTA.

Vtrum ingenitum proprietas sit constitutiua persona.

CIrca quartum arguitur, quòd ingenitum sit proprietas constitutiua personæ patris.

art. 6d. a.5 5.q.5. a.3. 1. Primò sic. Damascenus 1. lib. cap. 10. loquendo de diuinis personis dicit sic. *Omnia quæcunque habent, hoc est, quia pater habet ea præter ingenerationem, generationem, & processionem. In his enim solis hypostaticis proprietatibus abinuicem differunt hæ tres hypostases non substantia. Characteristica vero hypostaseos.* non sunt autem characteristicæ, & distinctiuæ nisi quia sunt personæ constitutiuæ. Constituit ergo ingeneratio personam patris, sicut generatio personam filij, & processio personam Spiritus Sancti.

col. 12. 2. Secundò sic. Hilar. dicit 4. de Trinitate cap. 15. *Neque consortem nomen vnigeniti admittit, sicut non recipit innascibilis, eo quod innascibilis participem. Vterque itaque vnus & solus est, proprietate videlicet in vnoquoque, & innascibilitatis, & originis*, est ergo pater vnus solus proprietate innascibilitas, sicut filius proprietate originis, sed ex eo res habet esse, & esse vna, ergo & proprietate innascibilitatis persona habet esse persona sicut, & vna, hoc autem non est, nisi quia est constitutiua personæ, ergo &c.

3. Tertiò sic. Dignius est habere perfectionem non ab alio, quam ipsam communicare alij, sicut maior est dignitas in rege, quòd ipse à nullo teneat regnum suum, quam quòd faciat alios participes regni sui, dignior est ergo proprietas, quæ est ingenitum, quam illa quæ est generare, dignum autem est, quòd dignam personam dignior proprietas constituat, ergo &c.

4. In contrarium est, quoniam personam non constituit proprietas, nisi quæ eam ab alia distinguit persona, quia relatiua oppositio multiplicat trinitatem, sed personam patris non distinguit ab aliquo innascibilitas, sed paternitas, & processio actiua, quia solum per has proprietates habet respectum ad illas, ergo &c.

5. Præterea proprietatibus pluribus in eadem persona existentibus non est personę constitutiua nisi prima illarum. Alioquin enim illa prima non est proprietas personæ, sed essentiæ, quod non est verum, quanquam omnes fundentur in essentia, quare cum secundum determinata in præcedente quæstione paternitas est proprietas prima respectu ingeniti, ergo &c.

6. Dicendum ad hoc, quòd persona in diuinis quia est quid subsistens relatiue, proprietate qua constituitur subsistit, & refertur ad alterum, à quo per hoc distinguitur. Relatiue autem non potest subsistere proprietate negatiua, sed solum positiua. Proprietate enim negatiua non ponit illum ad quem est, sed denegat potius ipsum, & ideo quantum est ex se, posset esse suppositi absoluti, vt prædictum est, qua non ponit id cuius est fore distinctum ab alio. Non enim ponit alium subsistentem, & non est distinctio nisi inter subsistentes. Ita quòd si non esset alia proprietas constitutiua personæ, cuius proprietas est ingenitum, quæ proprietas constitutiua esset relatiua, & affirmatiua, nullo modo persona illa ex eo quòd persona est, relatiua esset ad principiatum, sed esset persona absoluta, & si paternitate esset relatiua ad personam filij productam à se, paternitas sua non esset proprietas personalis, sed personæ tantum, quemadmodum proprietas spirandi, qua pater refertur ad Spiritum Sanctum, non est personalis, sed personæ tantum, & sic relatio in diuinis non multiplicaret trinitatem, nisi quoad duas personas constitutas proprietatibus relatiuis, quæ sunt filius, & Spiritus Sanctus. Ingenitum enim quantum est ex se, non ponit respectum nisi ad principium, & nullo modo ad principiatum, nisi ratione naturæ diuinæ in qua est, supponendo, quòd ille cuius est, necessariò est a quo alius est ita quòd ratio illa, qua alius est ab ipso, prior est, quam illa, qua non est ab alio, secundum prædicta. Proprietas autem quæ prima est, necessariò est personæ cõstitutiua; alioquin enim illa non esset proprietas personæ, sed essentiæ, quod non est verum, quia essentiæ non assignantur proprietates nisi attributales. q.1. a.1. q.3. a.1. q.3. a.7. 9.

7. Ingenitum ergo nullo modo potest esse proprietas constitutiua personæ. Vnde, & dicit Præpositiuus. *Innascibilitas non propriè ostendit, quòd sit, sed quòd ipse à nullo sit*, & ideo magis paternitas, quam innascibilitas proprietas personalis dicenda est. Propter quod, & Augustinus loquens de proprietatibus personalibus constitutiuis, negat ingenitum, siue nõ

Iiiiii natum

natum esse proprium patris sic inquiens. *Neque enim in illa trinitate proprium est solius patris, quia non est natus ipse, sed quòd vnum filium genuit. Neque proprium solius filij, quia non genuit ipse, sed quia de patris essentia natus est. Neque proprium Spiritus Sancti, quia nec natus est nec genuit, sed quia solus de patre filioque procedit.* Præpositiuus tamen dicit in summa sua sic. *Non est ratio quare paternitas est magis personalis proprietas, quam innascibilitas, & vix aut nunquam poteris inuenire rationem.*

n.1. 8. Ad primum in oppositum de dicto Ioannis Damasceni, dicunt aliqui, quòd ibi sumit generationem large ad actiuè, & passiuè dictam, vt comprehendat duas proprietates, quarum vna est constitutiua personæ patris, alia vero personæ filij. Et quòd ibi tangit ingenerationem hoc non facit, quia personam constituat, sed quia propria est vni personæ, quæ per illam differt ab alijs duabus. Sed huic repugnat litera, quæ dicit has tres esse hypostaticas proprietates, & characteristicas hypostaseos, quod non esset verum, nisi quælibet illarum esset talis, secundum quòd processit obiectio.
a.51.q.5. p.10. Ideo dicendum secundum prædicta superius, quòd ibi sub ingenerare comprehendit generare, quia vt dictum est, sese concomitantur in eodem, & per vtrasque pater differt à filio, & Spiritu Sancto, sed aliter, & aliter, quia paternitate differt à filio, vt relatione opposita illi, quæ est in filio, & similiter differt à Spiritu Sancto spiratione actiua, sed ingenito, siue in generabilitate differt ab vtroque, vt relatione disparata, quemadmodum filius quodammodo differret à Spiritu Sancto
a.54.q.6. p.22. si non procederet ab ipso. Sed propriè persona à persona dicitur distingui proprietate illa, quæ est relatiuè opposita. Vnde pater propriè loquendo distinguitur à filio paternitate, non autem innascibilitate. Propter quod etiã si Spiritus Sanctus non procederet à filio, licet propter relationes disparatas esset alia persona à persona filij, non tamen propriè diceretur esse distincta ab ea. Comprehendit autem Damascenus potius generare sub ingeneratione, quam è conuerso, quia per ingenerationem vniformiter differt à filio, & Spiritu Sancto, nõ autem per generare, quia per generare differt à filio, vt relatione opposita, à Spiritu Sancto autem vt relatione disparata tantum. Quod autem sub ingeneratione comprehendit paternitatem, patet ex eo quod dicit lib. 1. cap. 9. comparando patrem, & filium. *Omnia quæcunque habet pater eius sunt præter ingenerationẽ.* Et tamen constat, quòd paternitas patris non est filij, & ibidem paulum ante. *Per omnia similis est patri præter non generationem*, & tamen constat, quòd non est ei similis in paternitate.

9. Ad secundum de dictu Hilarij. Dicendum eodem modo, quòd sub innascibilitate comprehendit generare, & originem sumit ibi pro origine passiuè dicta, qua filius habet originari à patre, licet communiter accipi posset quantum est de se pro origine actiuè, & passiuè dicta sicut accipi potest generatio. n.2.

10. Ad tertium, quòd dignior proprietas est ingenitum, quam generare. Dicendum, quòd non est verum, immo si aliqua illarum habet rationem maioris dignitatis, illa est generare, quia ex hoc, quòd ipsum est prima productio habet persona cuius est, quòd non sit ab alia, & sic quòd ingenitum habet esse, habet ex ratione generationis, vt patet ex dictis in præcedente quæstione. n.3. n.9.

11. Ad formam autem argumenti quo dicitur, dignius est habere perfectionem non ab alio, quam ipsam alij communicare. Dicendum, quòd verum est, supposito tamen, quod sit habens eam, hoc est quod sit suppositum, non eo quo eam alteri communicat de quo est quæstio. Vnde non procedit ratio, nisi petendo, quod patet in exemplo argumenti. Rex enim temporalis non est rex, aut habet regnũ ab eo, quòd alteri communicat ipsum, sed ex se absolutè. Nunc autem in persona diuina ingenita summæ dignitatis est, quod non habet perfectionem nisi in communicando eam, & per hoc non ab alio, quia est primum, & primò communicans eam secundum prædictum modum, vt sit multò dignius habere ipsam in communicando, quia liberalius est, quam non ab alio, & semper est multò dignius alijs eisdẽ retentis bonum communicare alteri, quam nõ habere ab altero. n.5.

Con-

Concluſiones ex Quæſtione Quarta, Articuli Quinquageſimi ſeptimi.

1. *Ingenitum nullo modo poteſt eſſe proprietas conſtitutiua perſonæ.* n. 7.
2. *Paternitas magis quam innaſcibilitas proprietas perſonalis dicenda eſt.* ibid.

ARTICVLVS QVINQVAGESIMVS OCTAVVS.

De proprietate Patris, quæ eſt generare. In quinque Quæſtiones diuiſus.

SEquitur Articulus Quinquageſimus octauus de proprietate patris, quæ eſt generare.
Circa quam quærenda ſunt quinque.
Quorum primum eſt, an generare ſit proprietas patris.
Secundum, an ſit idem quod dicere.
Tertium, an in patre ſit aliqua proprietas alia à generare.
Quartum, an generare ſit proprietas conſtitutiua patris.
Quintum, an generare per ſe ſit opus paterni intellectus.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum generare ſit proprietas Patris.

CIrca primum arguitur, quod generare non ſit proprietas patris, quia non conuenit ei.

1. Primo ſic. Generare non eſt in re, niſi propter ſuam defectibilitatem, ſecundum Philo-
t. 34. 35. phum 2. de anima. *Data eſt vis generatiua rebus, vt quod in vno ſaluari non potuerit*
a. 41. q. 1 *ſaluetur in ſimili*, ſed in patre diuino nulla de-
n. 21. fectibilitas eſt, quia Deus eſt immutabilis, er-
a. 30. q. 4. go &c.

2. Secundò ſic non eſt tranſitus circa ſubiectum aliquod in terminum, vbi nulla eſt diſtantia termini ab ipſo ſubiecto, generatio eſt tranſitus quidam circa ſubſtantiam, quæ eſt in potentia ad eſſe, ad ipſum eſſe in diuinis autem a. 30. q. 1.
non eſt ſubſtantia in potentia ad eſſe diſtans a. 36. q. 2.
ab eſſe ergo &c. n. 6.

3. Deinde arguitur, quòd non conuenit ei, vt propriũ. Primo ſic. Eodẽ modo conueniunt rei ſecundum rationem proprij, & communis potentia & actus, quia non eſt propria potentia, niſi ſit proprius actus, nec è conuerſo. Sed potentia generandi non eſt proprium patris, quia eadem potentia generandi, quæ conuenit patri, & eſt in patre, conuenit filio, & eſt in filio.

Aliter enim aliqua esset potentia patris, quę non est filij, nec esset filius omnipotens, sicut est pater, quod falsum est, ergo &c.

a.28.q.6 n.6. 4. Secundo sic. Actio, & passio non habēt
esse in agente, sed in passo, secundum Philo-
te.18.& sophum 3. Physic. Sed generatio actio est, &
seq.10.2. generare agere, ergo est in patiente non in a-
gente, siue generante, cum ergo pater sit generans, generare non est in patre, sed proprietas est in persona cujus est proprietas, ergo &c.

5. Quod autem generare conueniat patri, habetur in Psalmo, vbi dicit pater ad filium.
ps.2.B 7 *Ego hodie genui te.*

6. Quod autem ita conueniat ei, quòd sit proprium eius, patet, quia ei soli conuenit, quia
a 54.q.2. vt patet ex supra determinatis, in diuinis oportet esse vnicam personam, quæ non habet esse
q 8.n.13 ab alio, & ab illa sola vnica emanatione procedere solum vnicam. Illud autem proprium, siue proprietas est personæ, quod solum vni conuenit. Manifestum est, quòd illa emanatio, qua vnica persona procedit ab illa persona, quæ non est ab alia, proprietas est patris, ipse enim solus est illa persona, quæ non est ab
a 21.q.5 alia, vt habitum est iam supra. Vnde cum ge-
a 55.q.9 n 12. nerati nominat emanationem quādam, quę-
a 57.q 1 stio ista intendit quærere, an illa emanatio,
& 3. qua à solo patre emanat alius, sit generatio quędam, siue dici possit generatio, ita quod nulla alia emanatio possit dici generatio, vt sic sit proprietas patris, & propria, vt nulli alij conueniat.

7. Et quo ad primum articulum expediemus nos hic declarando, quòd illa emanatio debet dici generatio, quo ad secundum articulū reseruamus declarationem, vsque ad quæstio-
a.69.q.1. nem de proprietate spirationis, quomodo est proprietas patris, & vtrum sit in eo alia pro-
inf q. 1. prietas à generatione.
a.54.q.8 8. Supposito igitur ex supra determinatis, quòd in diuinis est emanatio principalis, qua à solo ingenito procedit vnicus, difficile est adhuc videre quomodo illa emanatio possit dici generatio, & tamen conandum est nobis aliquid exinde scire, dicente Hilar. 3. de Trinit.
fol. 12. cap. 9. *Noli nescire, quòd ab ingenito, & perfecto patre vnigenitus perfectus natus Dei filius sit, quia sensum, & sermonem humanæ naturæ virtus*
a.54.q 3. *generationis excedat.* Sed hoc circa diuina co-
n.55. niicere non possumus nisi ex generatione, quā circa creaturam videmus. Propter quod dominus generationem suam circa creaturas nobis suadet Esaię vlt. *Ego qui generationem ce-*
C 9. *teris tribuo sterilis ero?* Quod exponit Glos. de
a 19.q 5 n.9. generatione æterna. Attamen simile omnino circa generationem creaturarum non inuenimus. Vnde comparando generationem diuinam, & humanam, quæ perfectissima est in creaturis, dicit Damasc. lib. 1. cap. 8. *Sicut* orth. fid.
non similiter facit homo, & Deus, ita neque similiter homo generat, & Deus. Et propter hoc ea, quæ scriptura modo humano loquitur de generatione diuina, modo quo naturæ diuinæ sermo competit intelligendus est, dicente Ambrosio 1. de Trinitate in exponendo illud. *A*
Deo exiui. Cum in vsu nostro id sit exire quod iā Io. 16.
sit, & ex interioribus secretis prodire videatur qd D.10.
exire perhibetur, angustis licet sermonibus proprie- de fid.l.1
tatem diuinæ generationis aduertimus, vt non ex c.7.
loco aliquo videatur exisse, sed vt Deus de Deo filius ex patre. Sic & in alijs quæ Deo ex creaturarum generatione attribuimus, vt Deo nata
sunt conuenire attribuere debemus, amouen- a.32.q 2
do quod defectus est, & imperfectionis circa creaturas, & asserendo quod est perfectionis.
Propter quod dicit Damascenus. *Deus sine* l.1. orth.
tempore ens, & sine principio, & impassibilis, & fid.c 8.
influxibilis, & incorporeus, & solus, & infinitus, sine tempore, & sine principio, & non fluxibiliter, & sine commixtione generat. Semper enim secundum naturarum diuersitatem diuersus modus generationis inuenitur, & quanto natura est inferior, tanto generatio exterior, & planior, & quanto superior, tanto intimior, & occultior.

9. Ab infimo igitur modo generationis ascendendo dicimus, quòd ille est accidentium,
propter quod Philosoph. in 1 de generatione. t.38.10.2.
generationem accidentium non appellat simpliciter generationem, sed aliquam generationem. Generationem vero substantiarum appellat simpliciter generationem, & hoc ideo, quia eorum generatio est de subiecto in subiectum, generatio vero substantiarum est de non
subiecto in subiectum, vt dicit quinto physico- t.7. to.2.
rum. Et est generatio diuina in aliquo habens simile cum generatione accidentium, & in aliquo cum generatione substantiarum. Cum generatione accidentium, quia in ipsa generatione diuina est quasi subiectum existens in actu ipsa diuina essentia, & in generatione accidentium subiectum est existens in forma substantiali, differt autem in alijs. Conuenit autem cum generatione substantiarum, quia vtrobique generatum est aliquid subsistens, licet hic relatiue, ibi vero absolute, in alijs autem differt.

10. In substantijs autem est quædam generatio æquiuoca, vt cum à calore solis per putrefactionem generatur vermis, cui minime conuenit ista generatio, quia procedit secundum rationem similitudinis. Vnde maxime assimilatur illi generationi, quæ est similis ex simili, differt tamen à qualibet illarum, quælibet enim illarum est per mutationem mediam inter generans, & genitum circa illud ex quo fit generatio, quia ex quo fit generatio non est,

nisi

niſi ens in potentia, quod per mutationem factam ab agente tranſit ad actum ſecundum aliud in forma realiter à forma generantis. In generatione autem diuina id ex quo eſt generatio eſt aliquid exiſtens in potentia, non quòd per generationem fit in actu aliquid acquirendo in ſeipſo, per quod in actu fiat ex potentia exiſtente, ſed quòd per generationem idipſum numero ſecundum eundem actũ formæ fit geniti, quod eſt generantis, vt cum hæc generatio fit ſine motu, & mutatione, non eſt ipſa plus ex parte generantis, quam reſpectus, ſiue relatio ad genitum, vnde nec ſimiliter in genito pluſquam reſpectus eius ad generantem, qui reſpectus ſunt fundati in ipſa eſſentia ex qua eſt generatio, cum qua ſunt conſtitutiui perſonarum generantis, & geniti. Vnde ſicut generatio in corporalibus intelligitur modo corporali, ſic in Deo modo ſpirituali.

11. Et quia Deus eſt intellectualis natura, modo intellectualis emanationis debet intelligi generatio diuina, & hoc ſecundum aliquos per hunc modum. Dicunt enim ſic. Deus ſeipſum intelligit, omne autem intellectum inquantum intelligitur oportet eſſe in intelligente, vnde etiam intellectus noſter ſeipſum intelligens eſt in ſeipſo, non ſolum, vt idem ſibi per eſſentiam, ſed etiam vt à ſeipſo apprehenſum intelligendo. Oportet igitur, quòd Deus in ſeipſo ſit vt intellectũ in intelligente. Hoc totum verum eſt, ſed quod addunt continuè, intellectum autem in intelligente eſt intentio intellecta, & verbum; eſt igitur in Deo intelligente ſeipſum verbum Dei quaſi Deus intellectus, ſicut verbum lapidis in intellectu eſt lapis intellectus: Hoc non eſt ſufficiens vſquequaque. Deus enim trinitas intelligit ſeipſum, & ſimiliter quælibet perſonarum diuinarum. Per actum autem intelligendi intellectum in intelligente ſemper eſt intentio intellecta, non tamen ſemper eſt verbum, quia in propoſito tale intelligere eſſentiale eſt. Vnde non magis intentio intellecta eſt verbum, cum pater intelligit ſeipſum, quam cum filius intelligit ſeipſum, aut Spiritus Sanctus, aut vna perſonarum intelligit alteram. Propterea cum pater intelligit ſeipſum, ipſe eſt in ſeipſo, ſcilicet pater in patre, vt in intelligente. Si ergo omne intellectum in intelligente eſſet verbũ, & filius, tunc pater eſſet verbum, & filius ſuiipſius, quod falſum eſt. Non ergo omne quod eſt in alio vt intellectum in intelligente verbum eſt, neque in Deo, neque in hominibus, ſed aliquod ſic, & aliquod non.

12. Ad quod diſcernendum ſciendum eſt, quòd cum dicitur, intellectum exiſtens in intelligente eſt verbum eius, aliquid attendendum eſt ex parte intelligentis, aliquid vero ex parte intellecti exiſtentis in intelligente. Ex parte enim intelligentis attendendum, quòd aliquid, vt Deus eſt intelligens ſecundum actu, quia ipſe intelligens eſt ipſum intellectum. Et ideo intelligere quo dicitur intelligens, non eſt intelligere per aliquam actionem alicuius mouentis intellectum eius, niſi ſecundum rationem tantum, ſed eſt intelligere per eſſentiã. Et eſt iſtud intelligere operatio quędam eſſentialis intelligentis, non autem aliquid operatum in intelligente, nec ab aliquo quod eſt intra aut extra eum niſi ſecundum rationem, intelligendo ſcilicet in eo idem ſub ratione intelligibilis mouentis, & intellectus moti, & actus intelligendi formati in intellectu, quemadmodum iſta habent differre, & eſſe ſecundũ a 36. q. 5 n. 5.
rem in actu noſtro ſimplicis intelligentiæ, intelligibili extra agente in noſtrum intelle- a 40. q. 6 n. 6.
ctum, vt formetur in ipſo actus intelligendi, a. 45. q. 2
reſpectu cuius intellectus noſter pure paſſiuus n. 4. 5.
eſt. a. 54. q. 9

13. Ex parte vero intellecti eſt attendendum, quod intellectum contingit eſſe in intellectu dupliciter. Vno modo eſſentialiter, quia intellectum eſt ipſum intelligens, vt ſit eſſem, ſecundum rationem tantum, quia abſque omni actione, ſiue operatione alicuius in intellectum ſecundum rem ad ipſius formationem, vt iam dictum eſt. Et quod ſic eſt in intelligente, non eſt verbum niſi eſſentiale, & ſola ratione differens ab intelligente. Non tamen etiam ſecundum rationem eſt opus intelligentis ſecundum quod eſt intelligens, immo eſt forma, qua intelligens eſt intelligens: nec etiam eſt opus intellectus, vt intellectus ſolum quia vt eſt purus, & nudus ab omni informatione reſpectu actus intelligendi, non eſt niſi paſſiuus, ſed eſt ſolummodo opus rei intellectæ, propter quod, nec verbum intellectus poteſt dici, vt infra amplius declarabitur. Alio q. 2. n. 45 & ſeq.
vero modo contingit intellectum eſſe in intelligente cauſaliter, quia eſt aliquid operatum in intelligente, vt ſit eſſe in ſecundum rem.

14. Sed in intelligente poteſt eſſe intellectum operatum dupliciter. Vno modo ab aliquo obiecto agente in intellectum, vt per actũ intelligendi, quem format in intellectu habeat eſſe intelligens ſecundum actum, & ipſum obiectum intellectum in intelligente. Sed non vt verbum intellectus in huiuſmodi intellectu habeat eſſe actus intelligendi, aut ipſum obiectum, quia non eſt ab ipſo intellectu actus intelligendi in intellectu formatus, ſed ab obiecto, propter quod ſi verbum diceretur, potius diceretur verbum obiecti quam intellectus. Hoc modo intellectum eſſe in intelligente cõtingit in ſolis creaturis, quia non intelligunt ſe, & alia per ſuam eſſentiam, ſicut ſolus Deus. Et ideo per hunc modum nihil eſt in Deo, vt intellectum in intelligente, niſi ſecundum ra-

n. 15. 13 tionem tantum, vt dictum est. Et quo ad hoc verbum essentiale potius dicitur esse intellectũ in intelligente simplicis notitiæ in creaturis, quam in Deo, quia illud est operatum realiter, & vera actione in intellectu creaturæ, licet nõ ibid. ab intellectu, sed ab obiecto, vt dictum est, & differt secundum rem ab ipso intellectu, licet non ab intelligente inquantum intelligens est, quia est forma, qua formaliter intelligit, in ibid. Deo autem (vt dictum est) non est operatum, nec differens ab intellectu nisi sola ratione.

15. Alio autem modo potest aliquid in intellectu esse operatum ab ipso intelligente inquantum est intelligens in actu, & sic ab opere intellectus, secundum quòd est actu intelligens, & informatus intellectione actuali, qua agit in seipsum inquantum est intellectus purus, & quasi materialis, secundum quòd supra a. 54. q. 9 expositum est in quæstione, an actus generandi & spirandi sint quædam intelligere, & velle, de formatione verbi in intellectu creato, & per simile quodammodo in intellectu increato. Vnde quia non est verbum aliquod nisi ab opere intellectus conceptum in ipso intellectu per actum suum, qui est dicere: illud ergo intellectum quod est in intelligente non per actum intellectus, qui est dicere, sed ex sola actione rei intellectæ in intellectum, vt quo ad ipsum actum intellectus sit purè passiuus, & nullo modo actiuus, nullo modo est verbum. Et tale est omne quod dicimus intelligi intellectu simplici, quoniam talem intellectum nõ agit nisi res intellecta, vt secundum se est quoddam intelligibile, cuius actio pure naturalis est, non per cognitionem, quemadmodum calidum agit calefactionem. Propter quod talis actio nullo modo est dicere, quia dicere est actio quæ fit per cognitionem. Vnde illo modo ponere generationem in diuinis, non est ponere ipsam modo intellectualis operationis, sed præcise naturalis, nec est generatio notitiæ de notitia, sed de re cognita, vt dictum est. Licet ergo aliquid sit in seipso, non solum vt idem per essentiam, sed vt comprehensum à se in intelligendo, non ex hoc verbum est ipsum comprehensum, aut intellectio, sed solummodo illud intellectum, quod est in intelligente per actum intellectus qui est dicere, verbum eius est. Et tale est omne quod dicimus intelligi intellectu declaratiuo, siue manifestatiuo, quoniam talem intellectum non agit res intellecta, vt est res secundum se, sed vt iam est intellecta, & forma intellectus per actionem intelligendi simplicis notitiæ qua intellectus sic informatus est intelligere quoddam in actu, ita quòd totus intellectus, vt sic informatus est, & intelligere quoddã in actu, est quoddam intelligibile, quod quemadmodum quoddam obiectum natum est quasi reflecti in ipsum intellectum eundem, vt intellectus est purus mouendo ipsum ad actum intelligendi seipsum iam informatum actu intelligendi simplicis notitiæ. Talem autem actum non agit res intellecta, vt res est secundum se, sed vt iam intellecta est, immo ipse intellectus, vt iam est intellectus, & intelligere quoddam in actu per ipsam rem intellectam, propter quod non est præcise naturalis, sed naturalis per cognitionem, & ab intellectu informato notitia simplicis intelligentiæ, qua intelligit rem intellectã, generatur in eodem notitia declaratiua, qua intelligit se intelligere rem intellectam. Propter quod propriè dicitur esse modo operationis intellectualis, & est generata notitia de notitia, videlicet de notitia simplicis intelligentiæ, notitia manifestatiua, siue declaratiua illius notitiæ, quæ concepta est simplici intelligentia, quæ quia sic generatur, & de tali generante, eius generatio proprie dicere quoddam est, & eius genitum proprie verbum generantis est. De talis igitur verbi emanatione oportet nos videre, quomodo vere, & secundum naturam rei debeat dici generatio, sed modo intellectualis operationis.

16. Dicendum igitur, quòd secundum supra determinata ipsa diuina essentia est fundamentum omnium diuinarum proprietatum, sed quasi primo constitutiua proprietatis personæ primæ, sub qua quidem proprietate inquantum est, vt quoddam intelligere essentiale in intelligente (vt iam dictũ est) est primo fœcunda ad actum primæ emanationis, qua emanat persona prima emanans. Ex cuius modo emanandi clare patet, quòd debet dici vera generatio. Intellectus enim diuinus in persona illa prima, quæ non est ab alia, a qua procedit ista prima emanatio, vt secundum tam dictum modum est intelligere quoddam in actu, est ratio qua habet elicere actum huiusmodi emanationis. Et est illud intelligere in tali persona, sicut actualis memoria, quam oportet esse actualem, quia ex quo perfectissima est ista emanatio, debet esse summe actuale id, quod est ratio eliciendi ipsam. Et est ille actus intelligendi secundum quem est in actu, pure essentialis, in quo sunt idem re, differentia sola ratione, intelligens, intellectum, actus intelligendi, & cætera huiusmodi. Idem vero intellectus in eadem persona existens, vt est quasi in potentia ad actum intelligendi declaratiuum, est id a quo habet produci emanans, quod est ipsa notitia declaratiua, siue intellectio in actu intelligendi declaratiuo existens in persona a qua emanat, vt verbum in intelligentia non inhærens sed subsistens, & declaratiuũ notitiæ illius, à quo formatur, distinctum ab eo in quo est, dicente Damasceno assignando dif-

a. 55. q. 6 n. 15.

n. 15.

differentiam inter verbum nostrum, & verbũ
orth. fid diuinum lib. 1. cap. 6. *Semper habet suipsius verbum, non secundum verbum nostrum non subsistẽs sed subsistens, omnia habens, quæcunque genitor habet; sicut enim verbum nostrum de intellectu nostro procedens, neque per omnia idem est cum intellectu, neque omnifariam aliud; nam ex intellectu ens aliud est præter ipsum, ipsum autem intellectũ in apertum ducens, neque adhuc omnifariam aliud præter intellectum, sed secundum naturam vnum ens aliud est subiecto, ita & Dei verbum in eo quidem, quod subsistit secundum se, distinguitur ab eo à quo habet subsistentiam, in eo vero quòd eadem ostendit in seipso quæ circa Deum inspiciuntur, idem est secundum naturam cum illo. Sicut enim quod in omnibus perfectum, in patre consideratur, ita & in eo quod ex eo genitum est verbum considerabitur.* Cuius reuera emanatio ex modo emanandi ostenditur vera generatio, quia ex hoc emanatio dicitur vera generatio, quòd agens est in actu secundum formam qua agit, & hoc imprimendo formam eius in subiecto passibili materiali, & per hoc producendo sibi simile in natura, & forma, quemadmodum ignis generat ignem ex materia, & homo hominem. Per omnem autem talem modum emanat in diuinis persona à persona, propter quod vera & naturalis debet dici generatio.

17. Quod autem ita sit, patet ex comparatione huius emanationis ad illam, quæ est vera generatio in creaturis, quæ in hoc solo differunt, quòd ibi agens formam suam naturaliter imprimit in exteriorem materiam, aliam secundum numerum ab illa, quæ in se est sub sua forma, propter quod etiam communicat ei aliam formam secundum numerum, & producit aliud re absoluta. Hic autem persona à qua est prima emanatio, suam formam, quę est quędam notitia essentialis, qua secundum actum intelligit se, quasi imprimit in proprium intellectum, vt in quasi subiectum, & in quasi materiam modo intellectuali passibilem ab illa forma, vt à proprio intelligibili. Propter qđ communicat ei eandem formam secundum numerum, qua agit, & idem quasi subiectum in quod agit, & producit re absoluta non nisi idem, distinctum solum penes ab alio habere esse, & penes à quo alius habet esse, & penes esse notitiam simpliciter, & penes esse notitiam declaratiuam, qui sunt modi habendi tantum.

18. Ad ampliorem autem aliqualem declarationem huiusmodi generationis incomprehensibilis: Sciendum, quòd in ipsa est considerare generans, & formam qua generat cõmunicandam generatò, & subiectum de quo generat, cui quasi formam sui imprimit eam, quasi educendo, vt de quodam quasi potentiali. Ipsa enim persona ingenita tota generans est per suam formam, quæ est diuina essentia, inquantum est intelligere quoddam essentiale secundum actum intelligendi seipsum. Per hoc enim generans secundum suam formam est fœcundus actiue ad simile sibi secundum formam producendum, & ad formam suam illi communicandam. Per idem etiam intellectus paternus, qui est ipsa diuina essentia, inquantum est intelligentia quædam, qui est subiectum de quo generat formam suam quasi imprimendo eam secundum prædictum modum, est fœcundus quasi passiuè, modo quo superius potentiam passiuam in Deo posuimus, a.35 q.2.
& est quasi dispositus, vt materia, quæ dicitur necessitas ad formam de ipsa quasi producendam siue ei imprimendam. Secundum hoc enim dicitur habere rationem vteri iuxta illud ps 109.
Psal. *Ex vtero ante Luciferum genuite.* In tali A 3.
enim vtero per actionem formæ suæ dicit Sapientia genita se conceptam esse. Prouerbiorum 8. *Nondum erant abyssi, & ego concepta* C.24.
eram. Dicitur autem conceptio, quia virtute formæ qua agit, formatur in intellectu, absque tamen omni imperfectione, sicut contingit in conceptu materiali. Nec differt illa conceptio à generatione nisi ratione. Dicitur enim generatio, quia perfectum esse secundum formã habet in intellectu paterno, & quia in Deo idẽ est generare, & parere, genitus dicitur partus. Differunt tamen ratione, quià partus dicitur non ex hoc, quod est perfectus secundum formam, sed ex hoc, quod est distinctus à parente. Vnde in corporalibus perfectus secundum formam dicitur generatus generatione in vtero antequam pariatur ex vtero, & separetur ab vtero. Et quia in istis inter generationem in vtero, & partum, medium est parturire, quod est quidam motus ad pariendum, in quo cruciantur matres, licet diuinum concipere, generare, & parere sit totum simul, & ęternum absque successione omni, vti tamẽ voluit scriptura hoc nomine in diuina generatione, cum dixit Prouerbiorum 8. *Ante colles ego parturiebar*, quamuis idem omnino sint in Deo C.26.
parere, & parturire. Hæc enim omnia quæ diuersa sunt in creaturis, quia aliquid perfectionis præter defectum eis annexum important, ideo singula scriptura diuina transferre dignata est ad significandum generationem diuinam, quæ perfectissima est, nec assimilatur ei aliqua alia generatio aut productio.

19. In hoc enim consistit generatio, quòd genitum assimilat generanti, & modo assimilandi procedit, non sic autem productio alia, per quod in diuinis differunt generatio, & spiratio, vt infra videbitur. Vnde & in rebus a 59.q.4
naturalibus generans quantum est in se statim ad 2.
perfecte assimilaret sibi genitum prout esset possi-

possibile, nisi esset indispositio materiæ, & debilitas virtutis actiuę, & hoc non solum in substantialibus, sed in accidentalibus, non solũ ex parte corporis, sed etiam ex parte animę in hominibus, dicẽte Philos. in 1. Polit. (c. 4 10. 5.) *Dignificant quẽadmodũ ex homine hominem, & ex bestijs fieri bestiam, sic & ex bonis fieri bonum. Natura autẽ vult hoc facere, multotiens, non tamen potest.* Quia ergo perfectio generationis in hoc consistit, quòd genitum generanti assimilat, vbi ergo verior, & perfectissima est assimilatio, & verior, & perfectissima generatio, quia omnis similitudo fundatur super identitatem in forma secundum Philosophum 10. Metaphisicæ. (su. a. c. 2. t. 31. 10. 5) Vbi ergo est maior in forma identitas, & maior similitudo, hæc autem est in summo inter generans, & genitum, quia sunt vnum, & idẽ in forma deitatis, ergo &c.

20. Quare igitur emanatio illa, qua à persona ingenita alia emanat, propria est illi personæ, quia nulli alij potest conuenire secundũ supra determinata, (a. 54. q. 8 sup. n. 16) & secundum iam determinata illa est verissima generatio. Generare igitur proprium siue proprietas est illius personæ, quæ est pater. Idcirco absolute dicendum quod generare est proprietas patris.

21. Ad primum in oppositum, quòd generare non est in re nisi propter suam defectibilitatem, & ita propter imperfectionem: Dicendum, quòd generationem, esse in rebus propter imperfectionem, & defectibilitatem, potest dupliciter intelligi. Vno modo, quòd ipsa generatio, siue ipsum generare sit aliquid imperfectionis, aut defectus in generantibus. Alio modo, quod non est nisi in habentibus imperfectionem, & defectibilitatem propter quam est in eis. Primo modo falsa est propositio, & falso intelligitur, generatio enim non dicit in re defectum, & imperfectionem, sed potius perfectionem, quæ data est creaturis imperfectis propter supplendam suam imperfectionem, vt dicit auctoritas Philosophi adducta in argumento. Et sic secundo modo vera est propositio, & verum habet intellectum, sed non nisi in creaturis, intelligendo scilicet generationem non esse rebus datam nisi propter earum imperfectionem. Dictum autem illud vniuersaliter sumptum, non est verum, quia in diuinis est generatio propter perfectionem, vnde non procedit argumentum.

(n. 2.) 22. Ad secundum, quòd generatio est transitus circa subiectum ab eo, quod est in potentia ad id, quòd est in actu &c. Dicendũm, quod hoc verum est in creaturis, in quibus generare, & generari, & vniuersaliter agere, & pati, siue actio, & passio sunt motus, aut mutatio, non autem in Deo, qui immutabiliter generat, dicente Damasceno lib. 1. cap. 8. (orth. fid.) *In filij generatione impium est dicere tempus mediare, vel post patrem filij substantiam genitam esse.* Et infra. *Sed generatio est sine principio, & æterna, naturę opus existens.* Et infra. *Neque similiter Deus generat, & homo. Deus enim sine tempore, quid ens, & sine principio, & impassibilis, & influxibilis impassibiliter, & sine tempore, & non fluxibiliter generat.* Et infra. *Homo autem manifestum, quòd contrarie generat sub generatione existens, & corruptione, & fluxu.*

23. Ad cuius ampliorem intellectum sciẽdum, quod in creaturis, quia non est generatio nisi ex eo quod est in potentia, quantum est ex se, & non in actu nisi per agens generans, propter hoc necessario motu, vel mutatione vadit ad actum de potentia, qui quidem motus, aut mutatio fluxus quidam est ab agente in passum, qui dicitur actio, vt est ab agente, & passio, vt recipitur in passo, ita quod actio, & passio inquantum sunt huiusmodi fluxus, constituunt duo prædicamenta accidentium: vnum, vt est ab agente, quòd dicitur actio, alterum, vt in recipiente, quod dicitur passio, & ambo habent esse in passo recipiente vt in subiecto, sicut determinat Philosophus 3. Physicorum. Et hoc modo generare, & (te 3º & seq. v a.) generari non habent esse, neque actio, aut passio omnino. Alio autem modo considerantur generare, & generari, & vniuersaliter actio & passio non secundum, quod sunt motus, aut mutatio, siue fluxus, sed solum secundum rationes respectuum fundatorum in actiuo, & passiuo, quibus se mutuo respiciunt secundum habitudinem, qua vnum eorum habet esse ab alio, & sic amittunt rationem prædicamenti actionis, aut passionis, & pertinent ad prædicamentum relationis. Habent tamen in diuinis vere, & perfecte quicquid est de perfectione actionis, & passionis. Fluxus enim ille non est nisi propter defectum in agente, & patiente, quia in ipso naturaliter actus distat á potentia. Est etiam defectus huiusmodi in agente, quando est in tali dispositione, quòd non est natum agere. Propter quod necesse est ipsum deduci ad huiusmodi dispositionem per motum, aut mutationem, nec mouet nisi motum. Si autem fuerit agens natum mouere non motum, & passum, in quo non distant naturaliter potentia, & actus, coniunctum agenti, agens natum est ei suam speciem quasi imprimere, seu communicare absque fluxu medio, & passum absque omni fluxu natum est eam recipere, & hoc modo actio, & passio & generare, & generari, habent esse in diuinis, licet magis propriè ea, quæ pertinent ad actionem, quam ad passionem, vt habitum est supra. (a. 12. q. 5. n. 36.)

24. Ad illud quòd arguitur Primò, quod generare non conuenit patri vt proprium, (n. 3.) quia potentia generandi non est propria ei, eo

quòd

quòd etiam est in filio: Dicendum secundum positionem eorum, qui dicunt, quòd potentia significat substantiam absolutam, quòd licet eadē potentia qua pater generat sit in filio, alio tamen & alio modo habet eam pater, & filius, vt generare per illam soli patri conueniat, vt supra expositum est. Secundum autem aliam positionem quam veriorem credimus. Dicendum quòd potentia generandi actiue non est in filio, sed in solo patre, vt supra dictum est:

a. 54. q. 8. n. 20. 25. ib. n. 32. & seq. sup. n. 4.

25. Et quod assumitur ad eius probationē quòd aliter sequeretur, quòd aliqua potentia esset in patre, quæ non est in filio, & quod nō esset filius æque omnipotens vt pater: Dicendum, quòd hoc nomen omnipotens, impositum est potentiæ actiuæ quæ propriè in diuinis est, non autem passiuæ, & componitur ex omni, & potens per apocopen, dicendo pro omnium omni, & est *ly omni* omnis generis, & inquantum est neutri generis, est idem omnipotens, quod potens omnia, hoc est quod habens potentiam agendi quodcunque est aliquid absolutum in rerum natura. Inquantum vero est masculini generis, idem est omnipotens quod potens omnem, hoc est habens potentiam agendi quemcunque, qui est aliquis in supposito siue absoluto, siue respectiuo. Inquantum vero sumitur communiter, vt est omnis generis, idem est omnipotens quod potens omne, & omnem, hoc est habens potentiam agendi siue producendi quemcunque, & quodcunque.

26. Secundum primum modum æque omnipotentes sunt tres personæ diuinæ, iuxta illud Athanas. *Omnipotens pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus Sanctus.* Et ad insinuandum, quòd ista omnipotentia essentialis est, & respectu eorum, quæ Deus potest ratione essentiæ, vt est essentia existens in personis simpliciter, non autem, vt determinatè est sub aliqua proprietate, & ita quod non sit nisi omnipotentia essentialis, ideo continuè subdit. *Et tamen non tres omnipotentes, sed vnus omnipotens*, sumendo *ly vnus* essentialiter, & distribuit, *ly omnipotens* pro omni absoluto.

in symb.

27. Secundum modum secundum potest omnipotens distribuere pro suppositis absolutis qualia sunt in creaturis, & sic adhuc æque omnipotentes sunt, & nō tres omnipotentes, sed vnus omnipotens, vel pro suppositis respectiuis, qualia sunt in diuinis, sic alicui supposito diuino nulla conuenit potentia, quia nullum potest producere, vt Spiritus Sanctus, alicui vero vna tantum, quia tantum vnum pōtest producere, vt filius Spiritum Sanctum tantum; alicui vero omnis, quia omnem productibilem in diuinis potest producere vt pater. Propter quod isto modo solus pater dicitur omnipotens. Vnde dicendo, omne quod potest pater, potest filius, potest & Spiritus Sanctus, verum est, dicendo vero, omnem quem potest pater, potest filius, potest & Spiritus Sanctus, falsum est. Pater enim potest producere filium quem non potest producere filius, nec Spiritus Sanctus, & vterque Spiritum Sanctum, quem non potest producere Spiritus Sanctus. Vnde si arguatur sic: Omne quod potest pater, potest filius, potest & Spiritus Sanctus, filium potest producere pater, filium ergo potest producere filius, potest & Spiritus Sanctus, non sequitur, quia argumētum peccat in forma commutando quid in ad aliquid. Et hoc, quia vt dictum est supra secundum Magistrum Sententiarum, posse generare filium, non est posse aliquid, sed ad aliquid, & *ly omne* distribuit pro eo quod est quid tantum. Si vero arguatur sic, quemcunque potest pater producere, potest producere filius, aut Spiritus Sanctus, filium potest pater producere, ergo filiū potest producere filius, aut Spiritus Sanctus, bene sequitur, sed argumentū peccat in materia, maior enim est falsa.

a. 54. q. 8. n. 27.

28. Secundum vero tertium modum omnipotens simul distribuit pro absolutis, & rebus, & suppositis, & cum hoc etiam pro suppositis relatiuis. Et ideo istis vltimis duobus modis solus pater omnipotens dicitur, & non est nisi vnus omnipotens vno personaliter accepto, quia de patre verum est dicere, quòd potest aut potuit producere omne, & omnem, non autem verum est dicere, quod filius, aut Spiritus Sanctus potuit producere omne, & omnem, quia licet potuit filius producere omne non tamen omnem, & hoc non quia non potuit, sed quia non oportuit, vt supra expositum est. Quemadmodum etiam potest dici de patre, quod non genuit duos filios non quia non potuit, sed quia non oportuit. Et sic est aliquid proprium quod pertinet ad omnipotentiam patris, quod non pertinet ad omnipotentiam filij, aut Spiritus Sancti, quod nullum est inconueniens, quia potentia aut omnipotentia etsi dicat substantiam, non tamen nisi vt tracta est ad relationem secundum superius dicta, quia potentia propria patri significat substantiam sub vno modo existendi determinato, quem quidem modum non significat potentia, sed paterna proprietas, quæ secundum Damascenum lib. 1. cap. 9. *non significat substantiæ differentiam, aut dignitatem, sed modum subsistentiæ*, vt in hoc differat significatio substantiæ, potentiæ, proprietatis, quòd substantia significat rem absolutam simpliciter. Potentia vero significat eandem rem, non autem aliquam differentiam eius, neque ipsum modum existendi, sed ipsam rem so-

ib. n. 18. & seq.

ib. n. 19.

orth. fid.

 lam,

lam, vt sub illo modo existit, siue sub illo modo existentem. Proprietas vero significat nō substantiam, neque differentiam substantiæ, sed præcise modum existentiæ, qui est quasi differentia personæ, cuius est ille modus existendi, & sub quo substantia existit in persona. Qui modus cum est proprius vni personæ, substantia sub illo existit tantum in vna persona, & non in alia. Et propter hoc ipsa substantia est aliqua potentia in illa persona, & illius personæ, quæ non est in alia, & quæ non est alterius personæ.

29. Sed sic ampliando significatum, & distributionem omnipotentiæ, vt soli patri conueniat, non loquuntur sancti de omnipotentia Dei, sed solum secundum quòd dicit posse quid, quod est omne agere, vel operari, vel operatum, quod est absolutum quid, siue sit aliqua actio, siue operatio essentialis in Deo manens intra, siue transiens in creaturam, siue respectu creaturæ extra, siue sit ipsū extra operatū. Posse autem ad aliquid, vt actionem relatiuam, vel suppositum relatiuum productum per actionem relatiuam, non comprehendunt sub omnipotentia, neque etiam potentiam, quæ est ad talem actum dicunt pertinere ad omnipotentiam. Vnde & potentia, quam dicunt sancti communem tribus personis, est potentia pure essentialis, & respectu actus essentialis. Est enim potentia ad actus notionales quasi medium inter pure notionalia, & pure essentialia in eo, quòd est substantiale tractum ad notionale secundum prædicta, (ib. n. 19.) omnipotentia autem inter pure essentialia computatur, (s.3. to.3.) dicente Ambrosio 2. de Trinitate exponendo illud Ioannis 16. (B 15.) *Omnia quę habet pater mea sunt. Quę sunt omnia? Non vtique locutus est de creaturis. Hæc enim omnia facta sunt per filium. Sed ea quæ pater habet idest æternitatem,* (ibid.) *maiestatem, deitatem, quæ nascendo possedit. Ergo cum ea habet, quæ pater habet (Scriptum est enim. Omnia quæ habet pater mea sunt) omnipotentem esse dubitare non possumus.* Vnde & per posse ea, quæ pertinent ad actiones essentiales Dei, probat filium esse æquipotentem patri (Ibf.) subdens. *Certe ostendat aliquis quid sit quod non possit Dei filius. Quis ei adiutor cum cęlum faceret fuit? quis adiutor cum conderet mundum? An qui in constitutione Angelorum, & dominationum adiutorio non eguit, eguit vt hominem liberaret? Scriptum est inquiunt. Pater si possibile est transfer a me calicē hunc.* (Matt. 26. B.39.) *Et ideo si omnipotens est quomodo de possibilitate ambigit? Ergo quia omnipotentē probaui, probaui vtique ambigere non posse eum de possibilitate.* Ecce plane per illas actiones dicit se probasse filij omnipotentiam. Vnde, & per huiusmodi actiones filius probat, quòd sit patri æqualis secundum diuinitatem, dicente Ambrosio ibidem, *Dei filius, vt Dei se filium, & æqualem probaret, quæcunque inquit pater fecerit, eadem, & filius facit similiter.* (l. 2. c. 4. Ioan. 5. C. 19.) Hinc etiam dicit Hilar. l. 9. de Trinitate. (col. 7.) *In eo vero quod dicitur Pater maior, confessionem paternę auctoritatis intellige, sicut, & illud est. Non potest filius a se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem.* (Io. ca. 5. C. 19.) *Quæcunque enim ille facit, eadem, & filius facit similiter. Dum non a se facit ad id, quod agit secundum natiuitatem, sibi pater auctor est, & tamen cum quæcunque facit pater, & filius facit similiter, non in aliud aliquid quam in Deum subsistit ad facienda omnia, quæ Deus pater faciat paternę omnipotentię natura in se subsistente.* Vbi nota, quod non dicit paterna omnipotentia, *sed paternę omnipotentię natura,* quia eadem omnipotentia essentialis eis communiter inest, licet aliquid conueniat patri propter rationem suæ omnipotentiæ, vt dictum est. Posse ergo in aliquam operationem notionalem vnam personam, & non aliam, aut aliquem producere actione notionali, quem in diuinis non potest producere aliqua alia persona, de hoc nihil ad omnipotentiam Dei essentialem, siue ad æqualitatem personarum secundum potentiam, & omnipotentiam, de qua loquuntur sancti, & de qua inferius debet esse sermo. Vnde ad probandum æqualitatem suam cum patre, nequaquam dicit filius. Quemcunque producit pater, eundem & filius similiter producit. Hoc enim solum pertinet ad omnipotentiam patris, vt dictum est. (n. 27.)

Con

Conclusiones ex Quæstione Prima, Articuli Quinquagesimi octaui.

1. *Sicut generatio in corporalibus intelligitur modo corporali, sic in Deo modo spirituali.* *num* 10.
2. *Generatio diuina debet intelligi modo intellectualis emanationis.* *n* 11.
3. *Emanatio, qua emanat Persona prima ex modo emanandi debet dici vera generatio.* *n.* 16.
4. *Generatio diuina, & quæ est in creaturis in aliquo conueniunt, & in aliquo differunt* *n.* 17
5. *Generatio diuina perfectissima est, nec assimilatur ei aliqua alia generatio, aut productio.* *n.* 18.
6. *Absolute dicendum, quod generare est proprietas Patris.* *n.* 20.

QVAESTIO SECVNDA.

Vtrum generare sit idem, quod dicere.

Circa Secundum arguitur, quod generare non sit idem, quod dicere.

1. Primò sic, generare, secundum Damascenum, est opus naturæ, scilicet, vt natura est, dicere vero est opus intellectus, vt intellectus est, siue ratio. Diuersæ autem rationes principiandi sūt
a.54.q.4 n.8. natura, & intellectus, ea ratione, qua diuersæ sunt rationes principiandi natura, & voluntas. Aequaliter enim diuina natura est voluntaria, sicut est intellectualis, & quasi determinatur per vtrumque, sed diuersarum rationum principiandi diuersi sunt actus principiati, ergo &c.

2. Secundò sic, generare proprium est patris, & non terminatur ad aliū nisi ad filium ge-
q.1. nitum, secundum supra determinata. Dicere autem commune est tribus personis, & indifferenter terminatur ad ipsum dicentem, & ad
Monol. cap.60. alios, dicente Anselmo. *Pater, & filius, & eorum Spiritus Sanctus vnusquisque seipsum, & alios ambos dicit sicut se, & alios intelligit*, ergo &c.

3. Tertiò sic, dicere pati quoddam est, tum
n.1. quia idem est quod intelligere, vt dictum est
a.40. q.1 n.1. iam secundum Anselmum, & intelligere pati quoddā est, tum quia respectu formarum intelligibilium intellectus cuius est dicere non est nisi passiuus, se habens quemadmodum materia prima respectu formarum sensibilium particularium, & primarum, & secundarum, quę nullo modo est actiua aliquarum formarum in seipsa, nec etiam secundarum, vt est informata primis. Generare vero non est pati, sed verum agere, & vera actio secundum supra expo- a 31.q.5 n.36.
sita, ergo &c.

4. Quartò sic, si dicere esset idem quod generare, tunc dici esset idem quod generari, consequens falsum est, quia dicit Anselmus in cap. iam dicto. *quid ibi dicitur nisi eorum essen-* n 2.
tia? & loquitur de dicere diuinarum personarum. Essentia autem eorum non generatur, a.16. q.2 n.
secundum superius determinata, ergo &c.

5. Quintò sic. Augustinus super Ioannē. to 9 tr. 22. in fi.
Qui dicit aliquid verbo dicit, & sic dicere supponit verbi productionem. Qui autem generat, non verbo generat, nec generare præsupponit verbi productionem, ergo &c.

6. Sextò sic, si tres personæ generarent essent tres generantes, tres personæ dicunt, & tamen non sunt tres dicentes, sed vnus dicens, ergo &c.

7. In contrarium autem arguitur. Primò sic. Gregorius dicit 23. Moral. cap. 11. *Lo-* to.1.
qui Deum est verbum genuisse. Loqui autem Dei idem est quod dicere Deus, ergo &c.

8. Secundò sic, super illud Genesis 1. *Dixit* A 6.
Deus Glo. 1. *verbum genuit*. ib. to.1.

9. Tertiò sic, si dicere non esset penitus idē quod generare, sed aliquid aliud ab ipso, cum ipsi dicere respondet verbum proprium, esset in Deo aliud verbum, quam sit filius genitus, consequens falsum est secundum Augustinum 10.3. dicentem 7. de Trinitate cap. 2. *Eo filius, quo verbum, & eo verbum quo filius*. Et cap. vltimo. *Verbum non dicitur nisi filius*, ergo &c.

10. Quartò sic, si dicere non esset penitus idem quod generare, cum multo fortius non sit idē qđ generari, nec idē qđ spirare, aut spirari, non esset ergo illud dicere personale, sed essentiale. Tale autem dicere non conuenit ponere in diuinis nisi habeat verbum essentiale sibi respondens, quia, vt dictum est secundum 12.23. in 10.10.9. dum Augustinum, *qui dicit, verbo dicit*. Dicere autem essentialiter non potest aliquis verbo personali, quia verbum quo dicit dicens, necessariò est similitudo eorum, quæ dicuntur ipso verbo. Verbum autem personale non potest esse similitudo eorum, quæ dicuntur dicere essentiali, quia illa sunt omne quod est, siue creatū, siue increatū. Trinitas enim dicit se, & singulę personę se, & singulas, & omnes creaturas, quia vt dicit Anse. in prędicto, *intelligit se & alias personas*, ergo & dicit. Quod autem verbum personale non sit creaturarum similitudo, quod tamen necesse esset, si esset verbum Monol. c.60. earum sic, vt ipso dicerentur, dicit Anselmus Mon 60. cap. *Quomodo (inquit) quod simplex est veritas potest esse verbum, quorum non est similitudo, & omne verbum quo aliqua res dicitur, similitudo sit eiusdem rei?*

11. Quinto sic, si differunt dicere, & generare, aut ergo absoluto, aut relatiuo: non absoluto, quia in diuinis non est absolutum nisi essentia, in qua omnia quæ sunt in Deo conueniunt: non relatiuo, quia tunc relatiuè diceretur vnum ad alterum, & diuersas notiones constituerent, quod falsum est. ergo &c.

12. Dicendum ad hoc, quòd dicere, & generare in diuinis an sint idem, an non idem, hoc non potest intelligi, nisi aliquo horum modorum, videlicet, quòd generare nullo modo sit dicere, aut quòd generare non sit nisi dicere, & è conuerso dicere non sit nisi generare, & hoc siue differant sola ratione, siue etiam nec ratione ponantur differre, aut quòd generare sit quoddam dicere, non tamen omne dicere est generare, sed aliquod sic, & aliqđ non. Conuersus autem modus est impossibilis, quia in diuinis non est generare vnicum. Quid horum tenendum sit, liquescere habet viso modo diuinæ generationis, & modo diuinę dictionis. Ex modo enim generationis diuinæ primò liquescit quo modo generare, & dicere sunt idem re, vt dicere est notionale, & differunt sola ratione. Ex modo autem diuinæ dictionis, siue loquutionis liquescit quomodo dicere aliquod est generare, & aliquod non.

13. Circa primum ergo sciendum, secundum quòd iam expositum est in precedenti n. 8 quæstione, quod secundum diuersitatem naturarum diuersus est modus generationis. Si- n.10. cut ergo in corporalibus generatio habet esse modo emanationis corporalis, sic & in spiritualibus generatio habet esse modo emanationis spiritualis, vtrobique tamen naturalis, & sup n.1. a.54 q.2. n 47. & seq. pure naturalis, quia generatio est opus naturæ, vt natura est secundum Damascenum. Cū igitur natura diuina non sit, nisi intellectualis, & voluntaria, & a voluntario secundum quod voluntarium nihil procedit, nisi liberaliter, & si naturaliter, non tamen principaliter procedit modo naturæ, sed potius modo libertatis. Quod dico propter processionem Spiritus Sancti, qui etsi cum hoc quòd procedit modo voluntatis, etiam procedat modo naturæ, non tamen secundum principaliorem modum naturæ, vt factum est in parte superius, & ibi.a.49. amplius determinabitur inferius. a.59. q.2 n.12.

14. Generatio igitur in diuinis quęrenda est in diuina natura modo emanationis spiritualis, vt ipsa est natura intellectualis. Intel- q.2.n.10 lectualis autem natura, vt nuda est, intellectu scilicet non informata aliquo actu intelligendi, nullo modo actiua est ad alicuius formationem in seipsa, sed solummodo passiua, & rece- n.12.23. a.54 q.2 n.6.7. ptiua, quasi materia informabilis secundum actum intelligendi ab absoluto intelligibilis. Generatio vero non est, nisi a principio actiuo existente in actu secundum formam, secundū quam habet agere, & per hoc secundum illam informare suum proprium possibile ad producendum sibi simile. In actu autem tali non est natura intellectualis, nisi ipso actu intelligendi secundum actum. Generatio igitur non est sup. q.2. n.15. actio diuinæ naturæ, nisi secundum quòd in actu intelligendi actualiter existit ipse diuinus intellectus, & hoc primo actu intelligendi simplicis notitiæ, quia ille primus est. Cum enim informatus est isto actu, adhuc est in potentia naturali actiua ad actum intelligendi notitiæ declaratiuæ, seu manifestatiuæ eius, quod iam cognitum est in simplici notitia, sine quo actu intelligendi declaratiuo non esset perfectus ipse intellectus, aut eius intelligere, secundum sup a 54 q 6 n 31 quodl. 6. q 1. quòd alias declarauimus in quadam quæstione de Quolibet. Ad istum autem actum secūdum ipse intellectus, vt est ex se nudus, & purus, est in potentia passiua naturali, quæ nata est deduci in actu a seipso, vt iam informatus est actu intelligendi simplicis notitiæ, vt habēte per hoc in se potentiam naturalem actiuam respondentem illi potentiæ passiuæ, & coniunctam eidem, secundum quòd superius expo-

a.1.q.1. a.59.q.8. positum est sæpius, & iam infra declarabitur in intellectu nostro. Productio autem alicuius naturaliter de principio naturali passiuo per principium purè naturale actiuum, est vera generatio, & productum est verè genitū quoddam.

q.1.n.16 15. Secundum hoc ergò productio prima in diuinis generatio dicitur, & ipsum productum dicitur genitum. Quia tamen illa generatio non est in quacunque natura, & cuiuscunque producentis de quocunque, sed est in natura intellectuali, & intelligentis secundum actum producentis sua notitia simplici, vt forma qua agit, de suo intellectu puro notitiam declaratiuam: Idcirco productio talis dicitur dicere, & productum dicitur verbum, & sic idem sunt generare in tali natura, & dicere, & genitum, atque verbum. Tale enim generare siue dicere non est nisi ipsum producentem luce suæ simplicis notitiæ fulgere, & ipsum genitum, siue verbum non est nisi fulgor, siue candor de fulgente per actum fulgendi procedens. Propter primum dicit Augustinus super Ioan. tract. 20. (ro 9. in 6.) *Vide Deum quia ipse dicens est, non syllabis dicit, sed fulgore sapientiæ, fulgere, hoc est dicere.* Propter secundum dicitur Sapien. 7. (D. 26.) *Candor est lucis æternæ*. Vnde beatus Gregorius exprimens identitatem realem dicere, & generare, dicit. (31. Mor. c.6. 4.) *Ipse vox est, quia eum pater gignendo dixit*.

16. Sic ergo ex modo diuinæ generationis patet, quòd ipsum generare sit idem secundum rem quòd dicere, & ex eodem statim liquescit, quòd differunt secundum rationem, & hoc primo ex parte principiorum emanandi. Sicut enim ex eo quòd emanatio hæc est à principio naturali actiuo simpliciter, & de principio naturali passiuo simpliciter, ipsa dicitur generatio, & emanans dicitur genitum, sic ex eo quòd est à principio actiuo naturali, quod est notitia, & de principio passiuo naturali, quod est intellectus, ipsa emanatio dicitur dicere, & emanans dicitur verbum.

17. Vlterius etiam ex hoc patet, quòd secundò differunt secundum rationem ex parte ipsarum emanationum, & emanantium. Quemadmodum enim est ratio perfectior, & magis specialis cum dicitur natura, quæ est intellectus, quam cum dicitur natura simpliciter, & cum dicitur agens naturale, quod est intellectus, quam cum dicitur agens naturale simpliciter, sic perfectior ratio emanationis diuinæ exprimitur cum dicitur dicere, quam cum dicitur generare, & perfectior ratio emanantis, cum dicitur verbum, quam cum dicitur genitum, ita etiam quòd ratio eius, quod est dicere, in se includat rationem eius, quod est generare, & non è conuerso, & ratio verbi rationem geniti, & non è conuerso. Propter quod in corporaliter generantibus inueniuntur generare, & genitum esse: Dicere autem, & verbum non nisi in spiritualiter generantibus, in quibus est perfectior generatio, & perfectior modus generandi. Et sic secundum rationem dicere, & verbum modos speciales perfectionis in suo significato includunt, quos addunt super generare, & genitum.

18. Vlterius autem specialiter ex parte eius quod emanat sumitur tertiò differentia, secundum rationem inter prædicta. Quia enim, vt dictum est, verbum non procedit solum, vt notitia, sed etiam cum hoc, vt notitia declaratiua (n.14. a.40.q.7 n.8.15.) de notitia simplici, vt eius est declaratiua, & manifestatiua, & per notitiam diuinam essentialem simplicē cognoscitur ipsa essentia diuina, vt prima, & per se ratio obiecti respectu diuini intellectus in quo relucet cognitio omniū cognitionum, & quæ sunt, & subsistunt in ipsa diuina essentia, & quæ sunt, & subsistunt extra eam, vel nata sunt esse, aut subsistere. Quod autem est declaratiuum alicuius, simul etiam est declaratiuum, & manifestatiuum omnium, quæ relucent in ipso. Idcirco igitur ipsum verbum (a.61. q.5) non solum est declaratiua notitia eius notitiæ de qua emanat, sed etiam omnium, quæ in ipsa relucent, vt propterea non solum importet respectum ad illum à quo emanat, vt manifestatiuum eius, sed etiam ad omnia alia, vt manifestatiuum illorum.

19. Et vlterius, quia ea quæ manifestari habent per verbum dictum, quodammodo dicuntur per ipsum, & in ipso, idcirco etiam ipso dicere quo dicens dicit verbum, quodammodo in dicendo verbum omnia alia dicit. Vt in hoc tertio differant dicere, & verbum à generare, & genitum esse, quòd scilicet generare non respicit nisi genitum esse, & genitum non nisi generantem. Dicere verò mediante verbo, & in verbo respicit omnia alia à verbo, inquantum, scilicet dicens notionaliter dicendo verbum dicit quodammodo omnia alia in verbo, & ipsum verbum non solum respicit dicentem, vt ab eo habet esse, & vt manifestatiuum eius, sed etiam omnia alia, vt manifestatiuum illorum. Ita quòd in hoc super generare, & genitum esse speciales respectus connotant dicere, & verbum, sed præcipuè ipsum verbum, secundum quòd de hoc debet esse amplior sermo inferius loquendo de verbo. Vt propterea sicut (a.59.q.6 ad 5.) verbum in significato suo, & suo nomine non solum importat rationem producti ab alio, & producti, vt notitia simpliciter, sed etiam producti, vt notitia manifestatiua illius à qua productum est, & non solum illius, sed & omnium quæ relucent in ea, sic dicere in significato suo, & nomine suo non solum importat actum producendi, sed producendi intellectualiter, & declaratiue. Et sic in suo significato cum actu

pro-

productionis includit actum manifestationis annexum, vel potius rationem manifestandi, sicut verbum in suo significato cum ratione producti includit rationem manifestatiui. Et inquantum dicere includit actum productionis simpliciter, quæ est generare simpliciter, notionale est, sicut & generare, soli patri conueniens, & similiter dici sicut generari, & conuenit soli verbo. Sed non solum sic, scilicet vt dicere in suo significato includit generare cũ ratione manifestandi, vtuntur ipso dicere Sacra Scriptura, & Sancti in suo modo loquendi, immo etiam vtuntur ipso dicere, vt solum includit in suo significato actum manifestandi, supponendo solum actum generandi, & verbũ productum, & idcirco extenditur secundum hoc dicere vltra generare, vt licet omne generare in diuinis sit dicere, non tamen omne dicere sit generare. Vt ergo liquescat ex modo locutionis Sanctorum, & Sacræ Scripturæ, immo ipsius Dei in Sacra Scriptura, quomodo aliquod dicere sit generare, & aliquod non, oportet videre varios vsus ipsius dicere.

20. Est ergo sciendum, quod sex modis diuersis in vsu sanctorum, & Sacræ Scripturę accipitur hoc verbum dicere. Primo modo vt dicere solum terminatur ad ipsum verbum, dicendo simpliciter dicit verbum, & sic præcise significat idem quod producere, siue generare verbum, & est personale soli patri conueniens, & similiter dici et respondens soli filio conueniens sicut iam dictum est. Hinc dicit Ricardus 6 de Trinitate cap. 12. *In illa supereminente deitate interna locutio agitur auctore patre solo. Solus enim pater dicit.*

21. Secundò modo, vt dicere in dicendo verbum terminatur quoquo modo ad ea quæ in ipso verbo substantialiter sunt eidem a patre in dicendo verbum communicata, dicente Augustino 15. de Trinitate cap. 21. *Omnia* to 3. *quæ substantialiter habet in coæterno sibi verbo suo dixit.* Et significat idem quod communicauit, quod est dicere quoquo modo, quia non simpliciter. Et quod in tali significatione ibi accipiat Augustinus ipsum dicere, vt *ly verbo* sit datiui casus, satis declarat per hoc quod statim subdit loquens de Deo verbo dicens. *Qui nec plus, nec minus aliquid habet etiam ipse substantialiter, quam quod est in illo, qui verbum non mendaciter sed veraciter genuit.* Et est istud dicere personale sicut præcedens. Sicut enim solus pater dicit verbum, sic solus pater dicendo verbum essentialia deitatis ei communicat. Et dici ei respondens similiter est personale, & terminatur ad essentialia, vt sunt solius filij. Vnde & istud dicere idem est quod generare, quia sic essentialia communicare idem est quoquo modo cum generare, dicente Hilario 2. de Trinitate cap. primo. *Pater autem quomodo erit si non quod in se substantiæ atque naturæ est, generat in filio?* Et libr. quarto cap. 5. *Nihil nisi natum habet filius.* Vnde istud dicere propriè idem est quod condicere, quod idem est, quod congenerare, & ipsum dici idem quod condici ei, & connasci. De quo dicit Hilarius quinto de Trinitate cap. sexto. *Nemo ambigit naturam auctoris in filij natiuitate connasci, vt ex vno consistat in vnum.*

22. Tertiò modo vt dicere includit actum generandi verbum, & vt mediante verbo terminatur ad alia, dicente Augustino ad Orosiũ. Dial. q. *Dictio Dei, verbum Dei, vnum enim verbum ge-* 23. to. 4. *nuit, in quo omnia inenarrabiliter dixit*, & super to 9 t. 21 Ioannem. *Nihil dixit Deus quod non dixit in* ante me. *filio. Dicendo enim in filio quod facturus erat per filium, filium ipsum genuit.* Et sic dicere significat idem quod dicendo filium, ipsum filium dictum, & ea quæ dicuntur in filio manifestare. Et est personale soli patri conueniens: Dici autem ei respondens, vt terminatur ad filium, similiter personale, vt vero terminatur ad alia, est essentiale.

13. Quartò modo vtuntur dicere, vt terminatur ad id quod dicitur mediante verbo, sed non mediante actu dicendi notionali. Et sic dicere conuenit omnibus personis diuinis, de quo loquitur Augustinus cum dicit super Ioannem tract. 77. *Deus cum aliquid dicit, &* to. 9. *docet, tota Trinitas dicit, & docet.* Hoc modo omnia diuina essentialia & personalia, & quęcunque sunt in creaturis, dicuntur, sed non nisi verbo diuino personali, dicente Augustino super Ioannem. *Omnis qui aliquid dicit ver-* to. 9. tr. *bo dicit.* In isto dicere, considerantur quatuor, 22. in fi. scilicet dicens, & quod dicitur, & cui dicitur, & quo dicitur, isto enim modo dicendi pater dicit filio, & nobis, dicente Augustino super Ioannem tract. 22. *Quicquid nobis pater dicit,* ib. *verbo suo dicit. Quo alio verbo dicit? Vnus Deus vnum verbum habet, in vno verbo omnia continet.* Sic etiam filius dicit, siue loquitur se nobis, dicente eodem ibidem tract. 14 *Cum ver-* post me. *bum Dei filius sit, filius locutus est nobis non verbum suum, sed verbum patris, se nobis loqui voluit qui verbum patris loquebatur.* Et tract. 42. *Se vi-* post init. *det, se loquitur*, & tract. 43. *Erat verbum patris, quod hominibus loquebatur.* Idem contra quinque hæreses cap. 6. *Quod loquitur pater, loqui-* ante fin. *tur, & filius, quia verbum patris est, & quod fi-* to 6. *lius loquitur pater loquitur, quia pater verbi est.* Et super Genesim ad literam lib. 1. cap. 5. to. 3. *Quod filius loquitur, pater loquitur, quia patre loquente dicitur verbum quod est filius.* Et lib. 1. de Trinitate cap. 12. *Si verbum patris loquitur,* to. 3. *seipsum loquitur, quia verbum patris est.* Et secundu eundem modum dicere etiam conuenit Spiritui Sancto, dicente Anselmo mon. 60. ca. vt habitum est supra opponendo. Per eundem n. 2.

etiam

etiam modum dicit se, & omnia alia omnis creatura intellectualis, quæ videt verbum. Et est in isto modo dicendi dicere idem quod manifestare, siue iudicare. Vt enim dicit Augu- to. 9. post princ. stinus super Ioannem tract. 23. *Per ipsum filium indicat Deus filium suum, indicat se per filium.* Et tract. 54 *Seipsum locutus est, seipso seipsum* to. 1 post med. *annunciauit.* Et 7. de Trinitate cap. 3. *Sicut verbum quod nos proferimus temporale seipsum ostendit, & illud de quo loquimur, quanto magis verbum Dei, quod ita ostendit patrem sicut est, quia & ipsum ita est?* Et quia dicere id conuenit omni naturæ intellectuali, ideo essentiale est. Similiter essentiale est dici ei respondens, quia conuenit generaliter omni naturæ quæcunque sit illa.

24. Quintò modo vtuntur dicere, vt ipsum dicere idem est, quod creare siue aliquid nouiter in creaturis operari. Vnde quia tota trinitas creat verbo, & per verbum, dicere illud ex se essentiale est, quia toti trinitati conuenit. Et similiter dici ei respondens omnino est essentiale, quia sic dicitur creatura, de quo Augustinus super Genesim ad literam lib. to. 3. primo cap. 3. *Dixit Deus idest per filium suum fecit quicquid fecit.* Et Gregorius. *Plerumque verba Dei ad nos non sunt dictionum sonitus, sed effectus operationum, in eo enim solo nobis loquitur, quod erga nos tacitus operatur.*

25. Sextò modo idem est dicere quod ad scientiam illuminare, & sic solis creaturis intellectualibus dicit, & loquitur tota trinitas, vnde est essentiale, & similiter dici ei respondens de quo Augustinus ibidem lib. 8. in fine. *Certissime debemus tenere Deum aut per suam substantiam loqui, aut per sibi subiectam creaturam. Sed per substantiam suam non loquitur nisi ad creandas omnes naturas, ad spirituales vero, atque intellectuales non solum creandas, sed etiam illuminandas, cum iam possint capere locutionem eius qualis est in verbo.* Et Gregorius 28. Moraliu to. 1. cap. 2. *Duobus modis locutio diuina distinguitur, aut per seipsum namque dominus loquitur, aut per angelicam creaturam eius ad nos verba formantur. Sed cum per seipsum loquitur, de verbo eius sine verbis, ac syllabis cor docetur.* Idem ibidem. inf. *Spiritum Dei quasi quædam verba nobis dicere, est occulta, quæ agenda sunt intimare, & cor hominis ignarum non adhibito strepitu, & tarditate sermonis peritum de absconditis reddere.* Et quia ad scientiam illuminare non est nisi abscondita manifestare, modus iste coincidit cum tertio,

26. Est autem aduertendũ, quòd in primo dictorum modorum dicere construitur cum verbo in accusatiuo casu tantum, dicendo dicit verbum, in alijs autem quinque modis construitur cum verbo in ablatiuo casu, sed in secundo modo non nisi mediante præpositione subintellecta, ea enim quæ verbo in dicendo ipsum communicantur, pater quodammodo dicit in verbo, vt in quo sunt quasi toto continente in se ea, quæ dicuntur in ipso cum ipsum dicitur, quemadmodum quodammodo materia, & forma dicuntur generari in composito per hoc, quòd compositum ex ipsis generatur. In alijs vero quatuor modis construitur cum verbo in ablatiuo, vt formali ratione, & sic absque præpositione, communiter accipiendo rationem formalem ad rationem elicitiuam actus, & ad operatiuam potentiam in faciendo aut manifestando aliquid. Sed in tertio, & in quarto, dicens ita dicit verbo, vt formali ratione, quod etiam dicit in verbo, vt in libro, vel sicut in speculo, in quo omnia velut descripta relucent. Et in istis duobus modis construitur, vt formali ratione manifestatiua eorum, quæ dicuntur verbo. Sed pater dicit verbo, quia profert verbum, filius dicit verbo, quia ipse est verbum, Spiritus sanctus dicit verbo, quia in suo intellectu essentiali habet ipsum verbum, creatura vero intellectualis dicit verbo solummodo, quia intuetur verbũ. Quod etiam commune est in dicere Patris, & Filij, & Spiritus Sancti; tale enim dicere, vt terminatur ad id quod verbo dicitur, supponit in dicente actum, qui est intelligere ipsum verbum, quo dicit. Nullus enim dicit verbo, nisi intelligendo ipsum verbum, & in verbo ea quæ dicere, & manifestare intendit ipso verbo; ipso enim verbo propalatur dicentis intentio, quam in offerendo verbum ipso verbo, & in verbo intendit monstrare illi, cui dicit, aut loquitur, & hoc immediate si potest, si non potest, vtitur ad hoc tanquam medio, verbo vocis; aut aliquo huiusmodi. Ad ipsum autẽ actum talem dicendi verbo, sequitur actus intelligendi verbum ex parte ipsius audientis, dicente Ricardo 6. de Trinitate cap. 12. *Ipso verbo propalatur proferentis intentio. Quid est vox nisi verbi vehiculum? vel si magis placet, verbi indumentum? Cum verbum prolatum ab auditore fuerit intellectum, nonne incipit esse in corde suo quod prius erat in corde tuo? Si vero autem haberet ad locutionem cordis, quemadmodum hanc habet ad locutionem oris, non omnino opus haberet, vt ei exterior locutio fieret.* Item Augustinus super Ioannem tract. 1. *Verbum* to. 9. ante med. *in homine est quod manet intus, quod autem significat, sonus, & in cogitante est qui dicit, & in intelligente qui audit.* Et tract. 37. *Verbum quod* ante me. *apud te est, vt transeat ad me sonum quasi vehiculum quærit, per aurem meam descendit in cor meũ cogitatio tua.* In quinto autem modo dicens verbo non dicit ipso, vt ratione formali manifestatiua, sed operatiua.

27. Ad id quod arguitur primò, quòd ge- n. 1. nerare non est idem, quod dicere, quia generare

rare est opus naturæ, dicere intellectus: Di-
cendum quod hoc non arguit, nisi quod non
idem ratione, quia natura, & intellectus sunt
rationes principiandi sola ratione differentes
n.13.14. secundum prætactum modum.
n.1. 28. Et quod assumitur contra hoc, quòd
sunt diuersæ rationes principiandi sicut natu-
a.54.q.2. ra, & voluntas: Dicendum, quod non est ve-
n.22. rum, quia non sunt nisi duo modi principian-
a.52.q.2. di scilicet libere, siue liberaliter, qui est mo-
n.12. dus voluntatis, & impetu quodam, qui est mo-
a.54.q.3 dus naturæ, qui nunquam ambo coincidunt
n.47.48 æquè principaliter in eodem actu, quia con-
a.60.q.1 trarij sunt, licet in eodem actu coincidunt
q.10 ad a.2.61 q. a.10. vnus principaliter, alter secundariò, vt infe-
rius patebit circa productionem Spiritus San-
cti. Intellectus autem ex se non nisi impetum
naturalem, & necessitatem habet in suo actu,
libertatem autem non nisi vt præcedit actus
voluntatis, dirigens suo imperio actum intel-
lectus, vt iam patebit. Propter quod quando
intellectus coniungitur cum principio, quod
est natura, quasi contrahendo naturam sim-
pliciter ad naturam intellectualem, sicut con-
tingit in productione verbi secundum supra
n.15. determinata, tunc totum non est nisi vnum
principium, quod est natura.
19. Et quod assumitur, quòd natura, & in-
n.1. tellectus sunt diuersæ rationes principiandi
sicut natura, & voluntas, quia natura diuina est
æqualiter voluntaria, & intellectualis: Di-
cendum, quòd in diuinis natura dupliciter po-
test accipi. Vno modo vt omnino dicat abso-
lutum quid scilicet pro ipsa essentia absolute.
Alio modo vt dicit rationem principiandi, &
respectus cuiusdam ad actum generationis.
Primo modo natura diuina æqualiter est vo-
luntaria, & intellectualis, & quasi contrahitur
natura simpliciter ad voluntarium, & intelle-
ctuale, sed sicut nullum modum agendi sibi
determinat, sic neque essentia, sed est quasi
principium primum, & remotum omnium
diuinarum actionum. Secundo autem modo
non æqualiter est voluntaria, & intellectualis,
sic enim intellectuale potest quasi contrahere
naturam, & coincidere in idem principium,
quod est natura propter rationem iam dictam.
Voluntarium autem naturam sic dictam nul-
lo modo quasi contrahere potest, quia tunc
contrarium determinaret contrarium, & co-
inciderent principaliter in eodem actu, quem
natura quasi inchoando eliceret impetu, & vo-
luntas libera quasi complendo eliceret libere,
& sic eidem formam daret. quemadmodum
operantur natura, & intellectus in generatio-
ne verbi, sicut dictum est, illud autem omni-
no est impossibile. Libertas enim superueniēs
impetui, vt ratio eliciendi actum, tollit neces-
sariò ipsum impetum, licet impetus immuta-
bilitatis assistens libertati non vt ratio elicien-
di actum, nullo modo eam diminuat, aut im-
pediat, aut eidem repugnet, vt habitum est su-
pra loquendo de voluntate Dei, & amplius ex- a.45.q.5.
ponetur infra de processione Spiritus Sancti n.12.
loquendo. a.60.q.1
30. Ad secundum: quòd generare propriū n.2.
est solius patris, dicere autem commune est si-
bi, & alijs: Dicendum, quòd verum est de
dicere essentiali, quod solummodo importat
actum manifestandi, aut creandi. Est tamen n.23.24.
alius modus dicere, qui proprius est patri, &
idem rerum generare, differens sola ratione,
vt dictum est. Quare autem dicere poterit ex n.19.
ratione sui significati sic extendi, & non gene-
rare, patet ex prædictis assignando differentiā n.17.
secundum rationem inter dicere notionale, &
generare.
31. Ad tertium, quòd generare est agere, n.3.
& dicere est pati, dicendum, quòd falsum est,
quia dicere est agere, siue sit essentiale, siue
personale.
32. Et quod primò arguitur, quòd immo,
quia dicere idem est quod intelligere secundū ibid.
Ansel. quod secundū veritatē pati quoddā est:
Dicendum, quòd falsum est, quia dicere non
significat nisi actum generandi, vel commu-
nicandi, vel creandi, vel manandi, vt patet ex
prædictis, quorum nullum significat intelli- n. 20. &
gere, quod significat solummodo intellectio- seq.
nem, quæ non est nisi perfectio, quasi passio in
intellectu ab intelligibili, & penitus absolu-
tum quid nullum connotans ordinem, aut res-
pectum ad verbum, & ea quæ manifestari ha-
bent ipso verbo, quem respectum connotat di-
cere, vt dictum est. Contingit enim intellige- n.19.
re, & hoc non intelligendo verbum, nec ver-
bo, nec in verbo, nec mediante verbo, dicere
autem non contingit nisi verbum, aut verbo,
aut in verbo, aut mediante verbo, sed ipsum
dicere supponit ex parte dicentis actum intel- a.39.q.7.
ligendi verbum, vnde omnis dicens intelli- a.40.q.7.
git, sed non e conuerso. Omnis enim dicens
verbum, illud quod dicit, aut quo dicit aut in
quo dicit, aut mediante quo dicit intelligit, sed
non è conuerso. Contingit enim intelligere
ipsum verbum, vel diuinam essentiam, vel ali-
quid ipsa diuina essentia, vel in ipsa diuina es-
sentia, absque eo quòd intellectus dicat ali-
quid, proprie loquendo de dicere. Pater etiā n.26.
licet verum sit, quòd dicat verbo, vt formali
ratione secundum prædicta, non tamen ve-
rum est, quòd verbo vt formali ratione intel-
ligat, sicut non sapit verbo, siue sapientia ge-
nita, secundum quòd dicit Augustinus 7 de
Trinitate mouens super hoc quæstionem, &
dicens in principio libri. *An ita sit sapiens quo-* c 1. to 3.
modo dicens? Verbo enim quod genuit, dicens est,
quo semper atque incommutabiliter seipsum dicit,
vt

vt & hoc sit verbum esse quod est esse sapientiam? quasi diceret nequaquam.

33. Et ratio huius diuersitatis est, quòd intelligere penitus est absolutum, nullum connotans ordinem, siue respectum ad verbum, sine ad alia mediante verbo, sicut facit dicere secundum præd cta. Vnde & creare, quia connotat ordinem ad verbum, vt ad operatiuam potentiam, bene dicitur, quòd pater vt operatiua potentia creat verbo, & hoc præter illum modum quo dicitur creare verbo, sicut & intelligere, scilicet per verbum, & mediante verbo. Pro tanto enim creat, & intelligit per verbum, & mediante verbo, quia quòd verbum siue ipse filius creat, aut intelligit, hoc habet à patre. Et congruit iste modus intelligendi patris, naturæ rei, licet sit insuitatus. Vt ratione autem formali pater verbo, nec creat, nec intelligit, sed solummodo essentia deitatis, & hoc ideo, quia quod aliquis agit aliquo, vt ratione formali, eo siue ab eo habet quod agit, quod vero agit aliquo, vt operatiua potentia, vel mediante illo, non eo habet quod agit, sed potius illi dat, quod agat, quæ multum differunt, dicente Hug. in epistola ad Beatum Bernardum. *Quantum mihi videtur multum interest inter facere, & fieri, inter erudire, & erudiri, inter sapientem facere, & sapientem fieri.* Certe si pater ea sapientia, quæ filius est sapere, & sapiens fieret, ab ipso procul dubio esset, cui idem est esse, & sapere, & sapientem esse, quando autem per filium pater aliquem erudit, ea sapientia, quæ filius est aliquid facit. Nec tamen sequitur, vt a filio sit, proculdubio quod hi us agit pater ag t, a quo filius accepit, vt agat. & agere possit. Hinc est illud Beat Hilar. *intellige filium agentem, & per eum patrem agentē, similiter intellige Spiritum Sanctum agentem, & per eum non modo patrem, sed & filium agentem. Filius erudit, Spiritus Sanctus diligit, & vtrobiq; pater agit.* Quod autem pater per filium operari dicitur, non sic intelligitur, quasi filius sit auctor, & origo potentiæ, quæ pater est, & quę vult operatur, sed quòd pater auctor, & origo sit potentiæ, quæ filius est, & quòd pro beneplacito eius agit quod agit. Similiter quod pater Spiritu Sancto diligere dicitur, non sic intelligitur quasi Spiritus Sanctus auctor, & origo existat dilectionis, quæ pater est, & pro arbitrio eius amat, quod amat, sed quòd pater eam dilectionem, quæ Spiritus Sanctus est, ipsius, & illius auctor, & origo existat.

p.19.

9. de Tri. col. 19.

34. Et secundum hoc cum actus attribuitur alicui diuinæ personæ ratione suæ essentiæ, quæ est in ea, tunc attribuitur ei per illud quod inest ei, quasi secundum primum modū dicendi per se. Quod enim conuenit alicui primo modo dicendi per se, est ratio formalis, & essentialis eius, vt rationale hominis. Cum vero actus attribuitur personæ illi à qua procedit alia, ratione illius, quæ ab ea procedit, tunc attribuitur ei per id quod inest ei, quasi iuxta secundum modum dicendi per se. Quod enim inest alicui secundo modo dicendi per se, est aliquid principiatum ab eo, vt risibile ab homine. Specialiter autem modo dicitur, quòd pater dicit verbo, quia non sicut ab agente mediato, quia scilicet id quod verbum dicit ipse dicat, & hoc mediante verbo, quia verbum quod aliquid dicit, hoc habet à patre, nec sicut operatiua potentia, quasi scilicet ipsum verbum sit ars, qua agat actū dicendi, sed pater dicitur dicere verbo sicut ratione formali. Non dico formali in dicente, qua ipse elicit actum dicendi, in hoc enim modo sicut, & in duobus præcedentibus ipsum, quo secundum rationē nostram medium est inter dicentem, & actum dicendi, sed dico ratione formali, qua innotescit id quod dicitur, & qua actus dicendi dirigitur in illud. In isto enim modo id quo dicitur secundum nostram rationem, solum medium est inter actum dicendi, & rem dictam, & secundum hunc modum dictum est supra, quòd non solum pater, vt ratione formali dicit verbo, sed etiam Spiritus Sanctus, & omnis intellectualis natura videns verbum. n.23.

35. Et quod assumitur, quod secundum Anselmum dicere est idem quod intelligere, quia Deus dicit sicut intelligit, Dicendum, quòd *sy sicut* non dicit omnimodam similitudinem, quia non dicit similitudinem rationis actuum, quasi in hoc dicat, quòd intelligere... Hoc enim non est verum, sed solum dicit similitudinem rationis subiectorum, & obiectorum, quia scilicet illi ipsi, qui intelligunt se, & alios, etiam dicunt se, & alios. Et eum intelligere contingit dupliciter quemlibet eorum, & in sua essentia intelligendo suam essentiam, & in verbo intelligendo ipsum verbum, quod ergo dicit quē liber illorum dicere se, & alios, sicut & intelligere se, & alios, hoc intelligit Anselmus de intelligere in verbo intelligendo verbum, & hoc non de intelligere sua essentia, siue de intelligere simpliciter dicto, sed solum de intelligere in quadam directione verbi ad illa, quæ intelliguntur in verbo. Quod bene declarat cum subdit. *Nihil aliud est summo spiritui dicere, quam cogitando intueri.* Cogitando enim, & intelligendo ipsum verbū primò, deinde quasi directione, seu inflexione verbi ad illa, quæ intelliguntur in verbo, intueretur se, & alios in verbo, & ipso verbo, sicut dictum est, vt intueri dicat quandam inflexionem per cogitationē in id quod est intellectum, ad illud quasi amplius, & intensius cognoscendum. Quod adhuc plus declarans per simile subdit. *Sicut nostra mentis locutio non aliud est quam cogitantis inspectio,* quòd scilicet cogitans id quod cogi- n.3. Monol. cap 60. il id.

tat, quasi intensius cogitando inspiciat, sic scire eius, & intelligere nihil aliud est quam dicere, idest tamen per præsens quod scit, & intelligit intueri, secundum quod subdit post modicum. Sed quod scit, & intelligit potest intueri dupliciter. Vno modo, vt quoddam obiectum cognitum in seipso, in quo & cognoscuntur alia. Alio modo, vt rationem cognoscendi se, & alia. Primo modo intueri non dicit, nisi quod intelligere, secundum iam dictum modum. Secundo modo bene dicit rationem manifestandi se, & ea quæ in ipso intelliguntur, & sic ponit actum dicendi, vt semper Anselmus intelligat dicere essentiale aliquid addere super intelligere.

n. 3. 36. Quod vero vlterius assumitur pro ratione, quòd intellectus cuius est dicere non est nisi passiuus sicut materia, quare dicere non est nisi passio in ipso. Hic ad huius rationis dissolutionem, & declarationem quæstionis vltimæ huius articuli, scilicet. Vtrum generare in diuinis sit opus intellectus paterni, vt simul tangamus totam materiam hoc contingentẽ, oportet perquirere quomodo intellectus noster sit passiuus, & quomodo actiuus.

37. Ad cuius intellectum sciendum est, quòd alia est distinctio in anima humana per potentias, alia autem per vires. Per potentias enim fit distinctio secundum rationes formales obiectorum diuersas, secundum quas solummodo in anima, vt propria est homini, est distinctio per intellectum, & voluntatem, vt per duas diuersas potentias secundum rationes obiectorum, quæ sunt verum, & bonum. Per vires autem fit distinctio secundum diuersos modos se habendi ad obiecta, secundum quòd voluntas humana distinguitur per concupiscibile, & irascibile, sicut declarauimus in quadam quæ-
quodl. 8. stione de Quolibet alias, & secundum quod
q. 15. intellectus distinguitur per speculatiuum, & practicum. Speculatiuus enim dicitur, vt respicit verum absolute, practicus vero, vt respicit verum, sub ratione boni operabilis, & extensione ad operandum illud. Similiter distinctione famosa distinguitur speculatiuus in agentem, & passibilem.

38. Circa agentem ergo primò inspiciendum est quomodo sit actiuus, vt videamus an omnis actio intellectus nostri possit illi attribui, & passibili non nisi passio, quod videntur sonare verba Philosophi, vbi dicit tertio de anima.
t 17. 18. *Necesse est. & in anima has esse differentias, & est*
co. 2. *hic quidem intellectus in quo omnia fiunt, ille vero quo omnia est facere.* Declarat autem actionem eius per hoc, quòd dicit *quòd est in possibili habitus quidam, vt lux.* Indiget enim intellectus possibilis agente ad intelligendũ res vniuersales, quemadmodum visus indiget luce ad videndum colores, comparat enim possibilem visui, agentem luci, colorem vniuersali existenti in phantasmate. Comparat autem agentem luci, quo ad duo, se habet enim agens ad phantasmata, sicut lux ad colores, ad possibilem vero, vt lux ad visum. Ad colores sic se habet lux si simile sit omnino, quòd licet in tenebris sint actu colores, non tamen mouent species sua nisi in potentia, sed lux facit eos mouere medium, & visum in actu. Ad medium autem, & visum se habet lux sic, quòd dat eis formam illuminationis, mediante qua recipiunt motum coloris, & etiam informationis ab ipso, ita quod sine luce non possent colores medium, aut visum mouere ad illorum informationem. Consimiliter autem agens se habet ad phantasmata. Ipsa enim, vt particularia, & sub conditionibus materialibus non sunt species vniuersalium, nisi in potentia, nec possunt mouere intellectum possibilem nisi in potentia. Sed lumen agentis splendens spiritualiter super illa sicut lumen materiale materialiter resplendet super colores, separat ea a conditionibus materialibus, & particularibus, & sub ratione speciei vniuersalis proponit ea intellectui possibili, qui & mouetur mediantibus illis a rebus vniuersalibus, & informatur intellectione vniuersalium secundum actum, quemadmodum colores specie sua in luce actu mouent visum ad videndum colores.

39. Quod intelligo in simili maiori sic, videmus enim, quòd noctilucæ de die non mouent visũ nisi sub forma coloris. Et sic lux, quæ est hypostasis coloris, sub particularibus, & materialibus conditionibus habet esse in noctilucis terminata in forma coloris. De nocte vero mouent visum sub forma lucis puræ quasi abstractæ a materia, & conditionibus particularibus corporis in quo est. Colores ergo in corpore non terminato, puta in ligno, & lapide sunt sub esse particulari, & materiali, quemadmodum phantasmata in phantasia, quæ quãtum est de se, & hic & ibi non sunt nata mouere nisi secundum esse materiale, & particulare. Quemadmodum ergo si super colorem ligni, aut lapidis lux aliqua temperata radians faceret colorem visum mouere sub forma lucis quasi abstractæ a materia, & conditionibus particularibus eius ad videndum ipsam lucem specie sua, sic super phantasmata lux agentis radians quasi separat ipsa a materia, & conditionibus materialibus, & proponit ea intellectui possibili, & per ea res vniuersales, & in eis eidem proponit propositum, & sic secundum rationem vniuersalis mouet possibilem ad intelligendum vniuersale, quod secundum hoc est in intellectu, sicut obiectum cognitum in cognoscente. Agens autem se habet ad possibilem sic, quòd nisi esset ipse in possibili, vt lux eius connaturalis, non esset receptibilis alicuius

cuius

cuius informationis ab intelligibili, quemadmodum neque visus à colore, nisi esset informatus luce materiali. Sicut enim non recipit visus species colorum, nisi admixtas lumini, & quasi lumen ipsum determinantes, sic nec intellectus possibilis recipit intellectiones, quæ sunt species phantasmatum vniuersalium, & ipsarum rerum vniuersalium in intellectu, nisi admixtas luci agentis, & quasi ipsam determinantes, vt vniuersalem habitum in illo existen-

3 de an. tex. 36. a.14.q.6. n.12. tem. Vnde ponit Commentat. quòd quando agens fuerit determinatus omnibus speciebus omnium intelligibilium suorum, tunc est intellectus adeptus in actu, & poterit intelligere possibilis agentem, & seipsum, & substantias separatas.

40. Est igitur hic tria considerare circa visum, scilicet lucem materialem, colorem sensibilem, visionem in visu, & tria correspondentia circa possibilem intellectum scilicet lucem agentis, phantasma, intellectionem. Et est agens sicut lux materialis, Phantasma sicut color sensibilis. Intellectio sicut visio. Et sicut lux materialis facit, quòd colores materiales specie sua sine materia immutant visum ad actum visionis, quæ terminatur ad colorem, vt ad rem visam, consimiliter lux agentis facit, quòd phantasmata particularia sub ratione speciei vniuersalis absque conditionibus materialibus immutant intellectum ad actum intentionis, quæ terminatur ad rem vniuersalem, vt ad ipsum quod intelligitur. Et non est differentia nisi in duobus.

41. Primò in hoc, quòd ibi colores particulares sunt extra existentes in rebus, circa quos operatur lux materialis an eis abstrahendo species eorum sine materia ad immutandũ visum actu visionis, quæ sunt obiecta ad quæ terminatur actus visionis. Hic vero phantasmata particularia sunt existentia in phantasia, circa quæ operatur lux agentis, separando ea à conditionibus particularibus, & sequestrando illas ab eis, quod est abstrahere ab eis species, quæ sunt phantasmata vniuersalia. Species, & similitudines dico non tam ipsorum phantasmatum particularium, quæ sunt species rerum particularium extra, quam rerum vniuersalium illarum rerum particularium. Ipsa enim phantasmata particularia circa quæ operatur lux agentis sic ad immutandum intellectum possibilem actu intellectionis, non sunt obiecta ad quæ terminatur actus intellectionis, sed potius ipsa vniuersalia rerum particularium extra existentium, quarum species, & similitudines sunt Phantasmata particularia, sicut vniuersalium illarum rerum particularium species sunt phantasmata vniuersalia.

42. Secundo autem in hoc est differentia, quòd ibi aliud est re color, & species coloris, & quòd ipsa species coloris abstrahitur à colore per quasi quandam separationem realem, & generationem, siue multiplicationem ipsius in totum medium, quod est inter rem visam, & id oculi in quo viget vis animę visiua ipsum informando, siue medium fuerit exterius extra oculum, siue interius in oculo. A quo medio sic informato non vidente sed deferente speciem visibilis, punctus nerui interioris est in quo concurrunt duo nerui duorum oculorum, & in quo vis visiua est recipiens immutationem secundum actum qui est visio. *Non enim in vltimo est anima, sed manifestum, quod interius.* sicut scribitur in de Sensu, & sen- c.2.to.21.
sato. Reuera in illo interiori solo est anima secundum vim visiuam, & ideo illo patiente, vt quo sentimus, ab ipso medio informato specie visibilis fit videre, vt dicitur in secundo de Anima. Et adhuc in amplius interiori c.74.to.1
est anima secundum vim phantasiæ, ita quod medium tam intra, quam extra informatur specie visibili tantum, & non visione, aut phãtasiatione, illud vero interius phantasiatione, aut visione tantum, & non specie per se, nisi pro quanto illud indiuisibile quo immutatur vis visiua, vel phantasiatiua, est aliquid ill us diuisibilis, quod informatur ipsa specie. Species enim cum sit habitus in corpore, & ideo non mouens nisi per contactum, non mouet quod informat, sed quod tangit, siue in contiguo siue in continuo, large sumendo contactum. Hic vero non est aliud re phantasma particulare, & species, quę est phantasma vniuersale, sicut nec res vniuersalis est alia a te particulari, nec ipsa species, quæ est phantasma vniuersale, abstrahitur a phantasmate particulari per modum separationis realis, aut generationis, aut multiplicationis in intellectũ, vt quem informat ad eliciendum in intellectu actum intellectionis, sed solum per quandam separationem virtualem conditionum materialium, & particularium, & illarum sequestrationem ab ipso, qua scilicet habet virtutem immutandi intellectum, non secundum conditiones particulares ad intelligendum primò, & principaliter ipsam particularem rem (vt aliqui dicunt) quod est impossibile, sed secundum rationem phantasmatis simpliciter & quasi abstracti, & separati a materia, & conditionibus particularibus materiæ, & hoc ad eliciendum in intellectu actum intellectionis inhærentem ipsi intellectui, & informantem ipsum absque omni alia specie rei vniuersalis intellectæ illi inhærente ad intelligendum rẽ vniuersalem.

43. Est igitur processus in actu visionis talis. Primò lux materialis super colorem particularem materialem existentem extra irradiat. Secundo coloris speciem abstrahendo

sine materia in medium agit, & ipsum informat illa specie. Tertiò medium specie illa actum visionis elicit. Et similiter in phantasia actum phantasiandi, qui terminatur quasi quodam circulo in colorem prædictum, licet differunt, quoniam visio non terminatur ad illum, nisi cum præsens fuerit sensui, phantasiatio vero terminatur ad illum ad absentiam eius à sensu. Quartò vero supra phantasma particulare quo sic phantasia existit in actu, irradiat lumen intellectus agentis. Et prędicto modo phantasma vniuersale à particulari abstrahit, & intellectui possibili proponit, vt obiectum proprium illius immutatiuum, per quod actu immutatur intellectione, siue actu intelligendi ad cognitionem non sui, sed rei vniuersalis, cuius est species, licet non ab illa abstrahitur, sed à phantasmate particulari abstracto à re extra particulari, in qua potentia existit vniuersale, sicut neque species coloris immutat visum ad cognitionem sui, sed coloris à quo abstrahitur. Et sic intellectus possibilis intelligit primò, & per se ipsam rem vniuersalem abstractam a singularibus, non primò intelligendo singulare vnum vel plura, & deinde intelligendo ex ipsis per abstractionē vniuersale, vt commune quid super singularia, hoc enim est impossibile, quia impossibile est intellectionem singularium præcedere [a.14.q.7. n.5.] intellectionem vniuersalium. Vnde intellectus agens in abstrahendo phantasma vniuersale à particulari, abstraheret vniuersale quod est in intellectu, vt cognitum in cognoscente, etiā si nullum haberet singulare existens extra in re, dum tamen esset phantasma alicuius particularis eius quod aliquando fuit sensatum in ipsa phantasia. Quod si omnino deficeret, & similiter deficeret abstractio phantasmatis vniuersalis ab illo, & per consequens vniuersalis intellectus omnino, sicut deficiente sensu aliquo, omnino necesse est deficere scientiam, [1. post. t. 33. 19. 2.] quæ est secundum illum sensum, vt vult Philosophus.

44. Talis autem intellectus rei vniuersalis sub ratione incomplexi vocatur intellectus [n.14.] simplicis intelligentiæ. Et patet ex iam dicta quomodo intellectus agens actiuus est in tali modo intelligendi, & intellectus possibi- [3. de an. t.18.] lis passiuus, quoniam, vt dicit Comment. super caput de agente, sunt duo per diuersitatē actionis eorum. Actio enim intellectus agentis est generare, istius autem informari, & [ibid.] quomodo hoc, patet ex dictis. Et est ista actio pure naturalis agenti, & ista passio pure naturalis possibili, qua postquam informatus fuerit, vlterius est actiuus, & quo ad simplicium intelligentiam, & quo ad intelligentiam complexionum.

45. Quo ad simplicium intelligentiam, quia propter separationem suam à materia cū est informatus simplici intelligentia, statim conuertit seipsum super se, & super actum in- [a.36.q] telligendi, & super obiectum intellectum, vt ipsum informet notitia declaratiua, quæ dici- [sup. n.25] tur verbum. Et est ista conuersio prima actio sua, sed quia ab eo ad quod conuertitur non statim informatur notitia declaratiua, vlterius agit in negotiando circa intelligibilia intellecta simplici notitia, vt intellecta fiant notitia declaratiua. Licet enim agat in nobis in- [n.39.] tellectus agens circa intelligibilia intelligenda confuse in phantasmatibus secundum prædictum modum, non tamen solus agit circa in- [n.40. & seq.] telligibilia intelligenda distincte in intellectibus confusis. Cum enim intellectus possibilis informatus fuerit simplici notitia cōfusa eius, [a.40.q.7 n.18.] cuius est quod quid est, puta hominis, aut equi albi, aut nigri, voluntas delectata in cognito, sed imperfecte, sicut imperfecte est cognitum flagrat per intellectum nosse quod restat, vt perfecte cognitum perfecte delectet, dicente Augustino 10. de Trinitate cap. 1. *Quo aliquid* [10.1.] *notum est, sed non plene notum est, eo cupit animus de illo nosse quod reliquum est.* Propter quod suo imperio mouet intellectum, vt iam confu- [ar.4.q.1. n.6.] sè cognitum ad amplius cognoscendum intendat. Intellectus autem motus imperio voluntatis, & propria vi actiua eius, aciem suam in rem cognitam fortius, & acrius figit, & penetrare nititur interiora ipsius cogniti confusè, vt in partibus integrantibus eius essentiam ipsum limpide quid sit cognoscat. *Et est illa acies intellectus sic intenta*, iuxta dictum Augustin. 15. de Trinitate cap. 15. *concipiens quid-* [10.5.] *dam quod potest esse verbum, & ideò iam dignum est verbi nomine, formabile de nostra scientia, quæ est in memoria, nondum formatum, quousque intellectus penetrauerit interiora eius quod cognitum est confuse, & illis fuerit informata. Anima enim rationalis*, vt dicit Auicen. 9. Metaphysicæ, *penetrat interiora apprehensi*, & hoc per discursū quendam, quo secundum August. *hac atque hac volubili quadam motione iactatur, cum à nobis nunc hoc nunc illud sicut inuentum fuerit, vel occurrerit cogitatur*, & tunc fit verbum quando per discursum iam dictum possibilis intellectus, & cum hoc illustratione, & irradiatione agentis super confuse cognitum, partes eius essentiales, quæ in illo inquantum huiusmodi erant in potentia intelligibilia, facta sunt actu intelligibilia, & distincte proponitur intellectui possibili, vt acies cognitionis ad illa directa perueniat per hoc ad illud quod scimus, hoc est quo veram, & perfectam habemus de incomplexo notitiam, quasi inueniendo in memoria quod in ea latebat, atque inde formatur eius omnimodam similitudinem capiens. Vt secundum hoc intelligamus dictum Augustin. ibi-

ibidem cap. 16. *Cogitatio nostra perueniens ad id quod scimus, atque inde formata, verbum nostrũ* [l. 40. q. 7. m. 18.] *verum est.* *Quia* vt dicit lib. 9. cap. vltimo, *notitia iam inuentum est quod partum, vel repertũ dicitur, nam inquisitio est appetitus inueniendi qđ idem valet si dicas reperiendi, quæ autem reperiuntur, quasi pariuntur, vnde proli similia sunt. Vbi nisi in notitia? ibi enim quasi expressu formantur. Nam etsi tum erat res quam quærendo inuenimus, notitia tamen ipsa non erat, quam sicut prolem nascentem deputamus. Porro appetitus ille, qui est in quærendo, pendet quodammodo, neque requiescit nisi id quod quæritur inuentum quærenti copuletur,* & infra. *Partum ergo mentis præcedit appetitus, quo id nosse volumus, quærendo, & inueniendo nascitur proles ipsa notitia.*

46. Vnde in generatione talis verbi ipse intellectus possibilis simplicis intelligentię cũ sua notitia simplici cõfusa generata in ipso per speciem vniuersalis phantasmatis, & terminata in obiectum, vt est confuse cognitũ ab ipso, in quo per discursum rationis, & irradiationis, lucis intellectus agentis secundum actum pręsentantur partes illius cogniti, vt quidditatiua eius ratio, tenet rationem memoriæ, & parentis. Idem vero intellectus, vt habet rationem intellectus simpliciter conuersi super seipsum post discursum prædictum agente in ipsum huiusmodi memoria, informatur notitia declaratiua determinata, & terminata ad definitiuam rationem siue quod quid est eius quod confuse cognitum est in memoria, & tenet rationem prolis, & intelligentiæ dicen- [l. 15. de Tri. to. 3.] te August. cap. 21. *Deum patrem, & Deum filium in memoria, & intelligentia mentis nostræ significare curaui memorię tribuens omne quod scimus, etiam si non inde cogitemus, intelligentia vero proprio modo quandam cogitationis informationem. Cogitando enim quod inuenimus hoc maxime intelligere dicimus,* Et per hunc modũ gignitur notitia de notitia, declaratiua de simplici, secundum quod dicit cap. 10. *Necesse est cum verum loquimur, idest quod scimus loquimur, ex ipsa scientia quam memoria tenemus nascatur verbum, quod eiusmodi sit cuiusmodi est illa scientia de qua nascitur. Formata quippe cogitatio ab ea re quam scimus, verbum est quod in corde dicimus.* Et sic ex parte parentis se tenent intellectus possibilis, & ipsa notitia simplex, & ipsum obiectum confuse cognitum, vt in eo patescunt partes definitiuæ rationis, non vt iam cognitæ, sed vt iam factæ in actu per rationis discursum, & irradiationem agentis, vt possint mouere intellectum conuersum ad suã notitiam formandam in ipso. Ex parte vero prolis, & verbi se tenet intellectus idem, vt est informatus notitia illa declaratiua, & ipsum obiectum cognitum in sua definitiua ratione.

47. Vnde quod assumitur in argumento, [n. 3.] quod materia etiam sub aliqua forma nullo modo agit, neque actiua est in seipsam ad generationem alterius formæ, quare neque intellectus possibilis, vt in formatus est forma vnius notitiæ, nullo modo aget in seipsum ad generationem alterius notitiæ: Dicendum, quòd hæc est opinio illorum, qui volunt omnino necessitare intellectum in intelligendo, & per consequens voluntatem in volendo, vt intellectus possibilis nihil omnino agat ad hoc, quòd perfecte intelligat, sed solummodo patiatur, vt motus ab obiecto secundum quod accidit necessariò in se recipiat notitiam quam proponendo voluntati vlterius ad volendum, quod sibi proponit eam necessitet. Sed non est ita, nec est simile de materia, & intellectu. Materia enim omnino ex se aliud est ab omni ratione formę, & nullã rationem conuersiui super se potest habere. Vlterius autem cum patitur formas in se recipiendo, hoc non est nisi vt quantitati corporali subiecta est. Forma autem vel habitus corporalis non agit nisi per contactum, non autem per aliquam conuersionem super se. Secundum enim quòd dicit 15. propositio Procli, *omne quod ad se conuersiuum est, incorporeum est,* quod plane exponit ibidem Comment. & secundũ quòd dicit Propositio 16. *omne ad se conuersum habet substantiam separabilem ab omni corpore,* quod etiam planius exponit Comment. Propter quod nec materia, vt est informata vna forma, & illam potest agere in seipsam ad generationem alterius formæ. Vnde materia subiecta cum forma ratione matris causa est eorum, quæ fiunt in ea, non sicut pater in agendo, sed solummodo sicut mater in recipiendo ab agente extra. Intellectus autem possibilis licet sit materia respectu formarum vniuersalium, & intelligibilium, & passiuus, atque receptiuus, & nullo modo in intelligendo simplicia simplici notitia est actiuus, sed solummodo actiuę sunt species vniuersalis phãtasmatis, aut ipsa res vniuersalis, & ipse intellectus agens, cuius est generare irradiando in vniuersale phantasma, & similiter in ipsum vniuersale confuse intellectum ad explicandum distinctionem definitiuæ rationis secundum prædictum modum. In se tamen ipse intellectus possibilis forma quædam est, propter quod post receptionem formę secundum simplicem intelligentiam, vt intellectus materialis factus est speculatiuus, & in habitu, aliqua actio ei competere potest.

48. Comment. enim Auer. loquendo de [3. de an. c. 18.] vnitate, & incorruptibilitate intellectus, distinguit triplicem intellectum, materialem quem ponit pure passiuum, & agentem quem ponit pure actiuum, quos ponit ingenerabiles

&

& incorruptibiles, & speculatiuum medium inter illos, quem ponit generabilem, & corruptibilem, sicut, & phantasiam qua formatur. Illum autem ponimus quodammodo actiuum per hoc quòd ponimus eum super seipsum, & super actum suum, & super obiectum cognitum conuersiuum. Iam dictæ enim propositiones Procli conuertuntur. Sicut enim omne ad se conuersiuum incorporeum est, sic è conuerso omne incorporeum est ad se conuersiuum, & sicut omne ad se conuersiuum habet substantiam separabilem ab omni corpore, sic è conuerso omne habens substantiam separabilem ab omni corpore, est ad se conuersiuum. vnde de intellectu dicitur in Commento propositionis 20. *Intelligit enim seipsum & operatur circa seipsum*, & hoc quantum ad præsens suo actu intelligēdi tam circa intellectum incomplexorum, quam complexorum. Circa intellectum incomplexorum, in negotiando circa incomplexa confuse intellecta ad explicandū in eis distinctionem partium essentialium, & hoc in quantum habet rationem intellectus, siue intelligentiæ simpliciter. Inquantum vero operatur circa seipsum, vt est intellectus siue intelligentia simpliciter, habet rationem memoriæ, de notitia quæ est in memoria, generando notitiam declaratiuam, vt ipsa fiat

n 65. intelligentia declaratiua secundum iam expositum modum. In ista enim generatione non solum est agens notitia, quæ est in memoria, aut obiectum eius, sed etiam ipse intellectus, vt est in se habens dictam notitiam sub ratio-

c vlt. 10. 1 re memoriæ, dicente Augustino 9. de Trinit. *Liquido tenendum est, quòd omnis res quamcunque cognoscimus congenerat in nobis notitiam sui. Ab vtroque enim notitia paritur scilicet à cognoscente & cognito. Itaque mens, cum* (scilicet per memoriam de præsenti) *seipsam cognoscit*, scilicet confuse, *sola parens est notitiæ suæ*, scilicet discretiuæ, quam generat in intelligentia. *Et cognitum enim, & cognitor ipsa est*. Et intelligitur à contrario, quod cum aliud à se nouit, nō sola parens est suæ notitiæ, sed & ipsa, & cognitum illud. Et consimili modo vtrunque notitia parta est, & scilicet & ipsum cognoscens, & ipsum cognitum, scilicet distinctè, secundum rationem definitiuam. Intelligentia enim cum secundum rationem definitiuā, seipsam cognoscit distinctè, sola proles est notitiæ illius de qua est, & cognitum enim, & cognitor ipsa est. Sed cum mens nouit aliud à se, non sola parens est, sed & ipsa, & illud cognitum, & cognitor ipsa, sed ipsa, & illud cognitum simul non sola est cognitor, & illud aliud est cognitum. Similiter intelligentia cum nouit aliud à se, non sola proles est, sed & ipsa, & illud cognitum simul propter eandem rationem.

49. Est autem aduertendum, quod in cognoscendo aliud à se non dicitur cognitum cum mente esse parens notitiæ, quæ scilicet declaratiua in seipsa, vt est obiectum quoddam, sed tum ipsa notitia simplici, qua ab ipso informata est ipsa memoria. Similiter nec dicitur cognitum cum mente esse proles in seipso, sed in ipsa notitia declaratiua eius, quæ generata est de notitia simplici, vt propriè loquendo obiectum cognitum sub ratione obiecti non est de ratione parentis, neque prolis, nisi in ipsa notitia, quæ de ipso est. In notitia enim simplici est de ratione parentis. In notitia vero declaratiua est de ratione prolis. Et sic in cognoscendo aliud creatum à se, verbum minime simplex est, simplicius vero in cognoscendo seipsum, simplicissimum vero in cognoscēdo Deum, quia ipse intimior animæ est quam ipsa sibi, & maxime inquantum ipse est obiectum cognitum, & ipsa similiter. Et ideo verbum nostrum cum mens nouit seipsam, magis assimilatur simplici verbo diuino, quam quando cognoscit aliud à se creatum, & maxime cum nouit Deum. Et quanquam verbum (vt dictum est) comprehendat actum notitiæ, quæ est actualis intellectio in intelligentia, & ipsum obiectum, propriissime tamen ratio verbi consistit in ipsa notitia discretiua, vt cōprehendit ipsum intellectum, siue cognoscentem cum sua notitia eidem inhærente de ipso intelligente, vt de potentiali educto quod erat notitia, & verbum in potentia, & formabile, non formatum cum volubiliter inquirendo iactabatur. Sed tunc primo erat verbum in actu, cum ab ea notitia, quæ est in memoria informabatur. Informabatur dico non tam ex eo, quod ipsa notitia memoriæ notitiam impressit intelligentiæ, quam ex eo, quòd ipsa notitia intelligentiæ terminatur, & sistit in eodem obiecto, per quod notitia memoriæ illam impressit. Propter quod, & ipsum quod quid est inquantum dat rationem formalem verbo in intellectu inhærenti, & hoc non tam in exprimendo verbum, quod est ipsa notitia in intellectu, quam in terminando ipsam eandem notitiam, vt est quoddam intelligere secundum actum, etiam ipsum quod quid est verbum dicitur, quia scilicet actum cognitiuum obiectum informat, non tam ea ratione qua ipsum terminat, quam ea ratione qua elicit. Principalius tamen, & essentialius dicitur verbum ipsa intellectio intellectus impressa à memoria de eo quod quid est informante ipsam, vt tamen ipsa intellectio comprehendit in se ipsum intellectum.

50. Et consimiliter in non habentibus definitionem discreta cognitio in intelligentia generata à cognitione confusa in memoria, propriè verbum est. Vnde in beatis licet non fit

fit verbum secundum definitiuam rationem de Deo, secundum quòd alias determinauimus in quadam quæstione de Quolibet, quia simplicia illam non habent, est tamen in eis de Deo uerbum discretiuæ cognitionis, natũ de cognitione confusa in memoria præcedente, vel natura, vel duratione. Naturaliter enim etsi non semper duratione, omnis creatura intellectualis prius apprehendit confusè de quocunque quod quid sit quam quod quid sit determinate, licet cognoscendo, quòd aliquid sit confusè, in hoc cognoscitur quid sit confusè. Per quem modum superius determinauimus, nos de Deo intellectu posse percipere quid sit generalissima cognitione. In cõtemplatione enim profunda percipitur quasi transuolando, sed non sistendo in illo, quẽadmodum cum aliquid subito immutando visum corporalem, percipimus nos aliquid vidisse, nescimus tamen determinate quid fuit. Solus autem Deus perfectam notitiam habet sui, & aliorum absque omni cognitione confusa præcedente natura vel duratione. Propter quod in solo Deo est verbum perfectum non formabile prius natura, vel duratione quam formatum. Vnde Augustinus 15. de Trinitate cap. 16. exponens illud primæ Ioã. 4. *Similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est*, dicit sic. *Tunc quidem verbum nostrum non erit falsum, quia non mentiemur neque fallemur, tamen cum hoc fuerit, formata erit creatura, quæ formabilis fuit, vt nihil iam desit eius formæ ad quam peruenire deberet, sed tamen coæquanda non erit illi simplicitati, vbi non formabile aliquid, vel reformatum est, sed forma, neque informis, neque formata*, de qua dicit cap. 15. *Quis non videat quanta hic sit dissimilitudo ab illo Dei verbo, quod in forma Dei sic est, vt non antea fuerit formabile, quam formatum, nec informe esse potest*. Vnde in Deo non dicitur verbum notitia declaratiua, quia clarior, & perfectior est illa, quæ est memoriæ de qua formatur, sicut contingit de verbo creaturæ intellectualis, sed quia tantũ dicendo, & modo declaratiuo, siue manifestatiuo ex hoc procedit, secundum quòd de hoc inferius amplior erit sermo.

qu. 1. 4. q. 8. — a. 24. q. 6 — ca. 3. & 2. — a. 52. q. 5.

51. Præter dictam autem actionem, quam habet intellectus, vt est simplicium intelligentia circa incomplexa, habet actionem, vt est compositiuus, & diuisiuus simplicium, quę magis est euidens, & manifesta. Cum enim intellectus simplicium intelligentia conceperit hominem, equum, album, nigrum, animal, rationale, & huiusmodi alia, concipiendo ista simplicia non solum concipit ista absolutè, sed etiam vnum concipit in ordine ad alterum, ex conceptione simplicium simul cognoscendo simplicem habitudinem vnius ad alterum, vt concipiendo hoc album, & illud, concipit simile, sed hoc non aliud sua actione quam illa qua postquam simplici comprehensione cõcepit vnum, vt indiuisum, deinde naturali intuitione, & discursu volubili iuxta vnum, vel in vno concipit plura diuisa, vt iuxta album in ordine ad aliud album concipit simile, in ordine vero ad nigrum dissimile, in vno vero concipit plura, vt in homine animal, & rationale. De qua actione intellectus dicit Commentat. super 12. Metaphysicæ. *Intellectus natus est diuidere adunata in esse, in ea ex quibus componitur adunatum, quamuis non diuidantur in esse*. Sed in tali diuisione non stat eius operatio, immo sic diuisa habet componere, complectendo ambo in propositione affirmatiua, aut negatiua, dicendo hoc est hoc, vel hoc nõ est hoc, vt dicit idem super 6. Metaphysicæ.

te. 39. vo. 8. — c. vlt. c. vl.

52. Sed dicunt aliqui, quòd ad compositionem, & diuisionem in propositionibus non se habet intellectus, nisi passiuè, sicut neque ad indiuisibilium intelligentiam. Cum enim comprehendit duo seorsum, & habitudinem vnius ad alterum, ex hoc sine omni sua actione comprehendit in illa forma cõplexionis, quemadmodum cum apprehendit vnum album in ordine ad aliud, ex hoc sola passione sua comprehendit simile.

53. Sed hoc non potest stare duplici ratione. Prima, quia si sic intelligendo componeret, & diuideret, tunc non componeret, aut diuideret inter aliqua duo, nisi secundum rationem habitudinis, quam habent inter se, vt si haberent habitudinem conuenientiæ, ea componeret affirmando. Si vero haberent habitudinem disconuenientiæ, ea diuideret negãdo. Quare cum nulla duo secundum eandem habitudinem habẽt rationem conuenientiæ, & disconuenientiæ simul, tunc nunquam libere, quæcunque componeret in propositione affirmatiua, posset diuidere in propositione negatiua, sicut ex ordine vnius albi ad aliud album non potest apprehendere dissimile, sed solum simile, & sic non posset esse in intellectu compositio, & diuisio oppositorum, siue contradictorium simul. Cuius contrarium dicit Philosophus in fine 6. Metaphysicæ, vbi dicit Cõmentat. *Quod est in anima, recipit duo opposita simul, quod est extra animam, non. Et anima intelligit duo simul opposita, quod non potest esse extra animam, quia materia recipit contraria successiue*. Vnde si in hoc esset simile de intellectu, & de materia, sicut materia non recipit contraria, nisi successiuè, similiter neque intellectus, & non intelligeret hanc affirmatiuam homo est album, nisi cum intelligeret hominem album, siue albedinem in homine, nec illam negatiuã, nisi cum intelligeret albedinem seorsum extra hominem, & non esset aliter compositio, & diuisio secundum complexionem in anima

e. vlt. te. vl. to. 1 ib. vol. 8

quam

quam sint in rebus secundum incomplexionē. *Vera enim affirmatio significat compositionem in entibus, & vera negatio diuisionem*, vt dicit Comment. ibidem. ubi sup

54. Secunda ratio ad idem est, cum enim obiecta intellectus non sunt tantum incomplexa, sed etiam complexa, & obiectū sit agens actum intelligendi in intellectum, & hoc non nisi secundum quòd est aliquid secundum actū, igitur oportet saltem natura prius ipsam complexionem esse constitutam in esse, antequam moueat intellectum, vt intelligatur ab ipso. Quare cum constitutio complexionis a natura rei nō habet esse, quia tunc non esset, nisi vno modo, oporteret quod sit opus rationis, quę circa idem contrario modo potest operari.

n.52. 55. Nec valet quod adducitur de albo, & simili, quod simile apprehenditur sola passione intellectus, scilicet non constituendo ipsū. Dicendū .n. quòd verum est, quia à natura rei similitudo constituta est in albo postquam habeat aliud album sibi correspondens. Non sic autem à natura rei est instituta ista complexio. Ista tamen apprehensio similis sine aliquo opere intellectus nostri praecedente non fit, vt

n.51. dictum est. Vnde alia rationem intelligibilis, siue sensibilis habent entia ab utraque naturae, & relationes, & istae complexiones. Quemadmodum enim sunt quaedam sensibilia per se, & primò, vt album, quaedam per se non primò, vt figura quędam omnino per accidens, & hoc vel simpliciter per accidens, vt vmbra qua percipitur iuxta lucem, eadem in qua percipitur

a.17.q.1. n.23. lux, vel accidentaliter per accidens, vt Darij filius, qui non percipitur à sensu in se secundū, quòd filius, sed solummodo à virtute superiore sic sunt quaedam intelligibilia per se, & primò, vt absoluta, quaedam per se, & non primò, vt relationes, quia non intelliguntur, nisi iuxta absoluta, sicut nec sensibilia per se non primo, nisi iuxta illa, quae sunt sensibilia per se, & primo. Mouent tamen seipsis obiectiue relationes intellectum, sicut sensibilia communia sensum. De modo talium intelligibilium sunt complexiones, quae in quadam relatione consistunt, quam secundum compositionem, aut diuisionem instituit intellectus. Vnde, & secundum hoc & complexiones diuersae secundum affirmationem, & negationem, & differētias tēporis diuersas inter eosdem terminos diuersa sunt intelligibilia secūdaria, in quibus cū principali cōpositione tempus cointelligit, & sic componit, secundum quod dicit Philo-

c.21.to.3 sophus 3. de Anima *Si fuerint praeterita aut futura, tunc cum hoc intelligit tempus, & componit*, vt dicit Comment. *Si intellecti fuerint rerum, quae sunt nata esse, aut in praeterito tempore, aut in futuro, tunc intelligit cum illis rebus tempus, & postea componet ipsum cum eis, & iudicabit, quòd illae res fuerunt, & erunt*. Et omnia ista intellecta per se, sed non primò, propriè dicuntur non intelligibilia, vel sic bina, sed cointelligibilia, quemadmodum non sunt propriè res, sed aliquid cum re, quae vera res est, & absoluta. Intelligibilia vero per accidens simpliciter sunt priuationes, quae intelliguntur iuxta habitus. Accidentaliter vero per accidens nullum intelligibile habetur, quia refugit perceptionem intellectus, vt purum nihil.

56. Sed forte dicet aliquis, verum esse, quòd complexio constituitur opere intellectus non materialis, aut illius, qui est secundum habitum, sed agentis. Quod non potest stare.

Cum enim intellectus agens secundum praedicta non agit nisi in radiando sicut lux, naturaliter ergo agit quicquid agit, & secundum dispositionem eorum circa quae agit. Si ergo in ipsis rebus incomplexis non est nisi dispositio ad affirmationem, aut ad negationem tantum, & circa idem nunquam in idem natura nō est nata agere contraria, ergo per intellectum agentem non fieret complexio indifferenter circa idem secundum affirmationem, & negationem. Si ergo ab eodem libere, & per indifferentiam habent fieri circa idem com. lexio affirmatiua, & negatiua, oportet ergo intellectus agens non habet aliqua complexio nisi. Quare cum componere, & diuidere complexiones in propositione, age e sit, & non pati, quale est intelligere, nec sequens ipsum, sed ipsum praecedens secundum dicta, & hoc non habet agere intellectus agens, nec intellectus possibilis vt materialis, necesse est ergo, quod faciat intellectus possibilis, vt est speculatiuus, & formalis secundum actum intellectus; hoc enim est tertium genus in naturalibus, vt vult Philosophus in principio dicti capituli, vbi dicit Comment. *Sicut necesse est in vnoquoque genere naturalium tria esse ex natura illius generis, & eatributa, agens scilicet, & patiens, & factum, ita debet esse in intellectu*. Vnde sicut compositum ex materia, & forma aliquid agit vt est informatum, sic & intellectus formalis. Vnde Comment. aliquātulum post vbi Philosophus assignat differentiam inter agentem formalem, & materialem dicit sic. *Notificauit quòd intellectus agens differt à materiali in eo quod agens est pura actio, materialis autem est vtrunque propter res qua sunt hic*. Vnde licet ex se vt nudus est, est passiuus tantum, vt tamen est informatus formis abstractis a rebus, quae sunt hic, est etiam actiuus quoquo modo, quia diminute, scilicet quia non nisi ex eo quod prius passus est. Vnde subdit Comment. *Et ideo opinandum est secundum Aristot. quòd vltimus intellectorum abstractorum in ordine est iste intellectus materialis. Actio enim* n.38.39 3. de an. c.5. te.17 ibid. ib.t.19. ibid.

eius

eius diminuta est ab actione illorum, cum actio eius magis videtur esse passio, quam actio. Ista enim actio non est nisi quoddam iudicium quo dicimus hoc esse hoc in propositione affirmatiua, vel hoc non esse hoc in propositione negatiua.
ibid. sup. Vnde dicit modicum ante. *Et possumus scire, quòd intellectus materialis est non mixtio ex iudicio, & comprehensione eius, quia iudicamus per ipsum res multas numero in propositione vniuersali. Auenpace autem existimauit hanc virtutem esse intellectum agentem, & non est ita. Iudicium enim, & distinctio non attribuit in nobis nisi intellectui materiali.* Vnde super principium illius cap. *Indiuisibilium intelligentia*, dicit expresse sic. c.4.t.21. *Intellecta in quibus inueniuntur veritas, & falsitas, est in eis aliqua compositio ab intellectu materiali, & in intellectu qui primo intelligit singularia. Si igitur hæc compositio fuerit conueniens, erit vera, sin autem, erit falsa. Et ita actio intellectus ad intellecta, similis est ei quod Empedocles dicit de actione amicitiæ in entia, quod sicut multa capita erant separata à collis, deinde congregauit ea amicitia, & composuit simile cum simili, ita intellecta primò extiterunt diuersa in intellectu materiali. Verbi gratia, dicere diametrum quadratum, & dicere asymmetrum laterum. Intellectus enim primo intelligit singularia, deinde componit ea.* Et post modicum adhuc subdit Comment. ib.t.22. *Et quod hæc intellecta singula facit esse vnum per compositionem postquam erant multa, est intellectus materialis. Iste enim distinguit intellecta singula, & componit similia, & diuidit diuersa.*

57. Et sicut opus intellectus in habitu est compositio, & diuisio in propositione, sic & discursus in argumentatione. Nec tamen ab ista actione excluditur irradiatio agentis. Secundum enim Comment. in longo commento, *intellecta speculatiua sunt existentia in nobis ex his duobus intellectibus scilicet qui est in homine & intellectu agente.* Et sicut componere, & diuidere dicto modo est actio intellectus speculatiui in speculabilibus, sic & intellectus practici in agibilibus, secundum quòd inferius dicit Philosophus. c.5.t.58. *Cum autem lætum aut triste, affirmans, aut negans, imitatur aut fugit.* Sic autem componere aut diuidere, & actione intellectus in se formare obiectum complexum, dicere quoddam est, quo vsi sunt Philosophi. Vnde dicit Philosophus cap. de mouente. ibid. *Extendente se intellectu, & dicente intelligentia fugere aliquid aut imitari*, &c. Et est vnus alius modus à prædictis dicendi, & septimus in vniuerso, & iste modus dicendi extenditur à complexione terminorum in propositione, ad colligationem propositionum in argumentatione. Eiusdem enim virtutis est terminos complectere enunciando, & enunciata colligare argumentando.

58. Ad quartum, quòd essentia non generatur, sed dicitur secundum Anselmum, ergo dicere non est idem quod generare: sup. n. 4 Dicendum, quòd dictum illud Ansel. veritatem habet, & intelligitur de dicere essentialiter accepto. Sed sic non sola essentia dicitur, immo indifferenter personæ, & essentia. Vnde non video quomodo verum sit illud dictum eius. *Quid nanque ibi dicitur nisi eorum essentia?* q.d. ibid. nihil aliud. Vnde subdit. *Si ergo illa vna sola est, vnum solum est quod dicitur*, nisi accipiat dicere secundo modo prædicto, vt sit idem n.21. quod dicendo communicare, sed tunc non valet quod dicit, ad propositum suum, sicut patet inspicienti.

59. Ad quintum, quòd dicere supponit pro n.5. ductionem verbi, quod non facit generare: Dicendum, quòd non est verum de dicere primo, & secundo modo. n.20.51. Dicere etiam tertio modo ponit verbi productionem, quam non supponit nisi ratione actus demonstrandi, quē simul importat, vt patet ex dictis. n.22. In quibus alijs modis verum est, quod supponit verbi productionem, de quibus verificatur dictum August. *Qui aliquid dicit, verbo dicit.* n.25. Sed illud dicere, essentiale est, vnde non est idem cum generare, sed differt ab eo, sicut essentiale à notionali.

60. Ad sextum, si tres generarent, essent n 6. tres generantes, & tamen cum tres dicunt, secundum Anselmum non sunt tres dicentes: ergo &c. Dicendum, quod in rei veritate sicut si tres generarent, verum esset dicere, quòd tres essent generātes, & similiter cū tres dicūt vere dicimus, quòd sunt tres dicentes, quia quæcunque verbaliter, & participialiter significantur, pluraliter dicuntur de tribus, vt infra debet declarari, loquendo de modo loquendi de Deo. Vnde dicimus, quòd tres personæ sunt tres entes eo solo quod per modum actus significat participium ens. Vnde non video quomodo verum dicit Anselmus dicendo, *quòd tres simul non sunt plures scientes aut in-* Monol. cap. 60. *telligentes, sed vnus sciens, & vnus intelligens, ita si singulus quisque sit dicens, non tamen sunt tres dicentes, sed vnus dicens*, nisi forte sumat ibi hæc, scientes, intelligentes, dicentes, nominaliter, & substantiue, & tunc valet quod concludit, quia intendit probare, quòd non est nisi vnicum verbum, licet tres dicant. Si enim tres dicunt verbaliter, tres sunt dicentes participialiter. Et ideo si cuilibet dicēti participialiter respondet suū verbū, proculdubio tria verba erunt in diuinis. Aut si sunt vnus dicens nominaliter, & essentialiter (quod videtur intelligere per hoc quod subdit dicens. Ibid. *Sicut ergo vnum est in ipsis quod dicit, & vnum quod dicitur, vna quippe sapientia est in illis, quæ dicit, & vna substantia, quæ dicitur*) tunc non sequitur

conclusio quam subdit. *Consequitur non ibi esse plura verba, sed vnum verbum.* Quia si cuilibet dicere responderet suum verbum, cum dicere istud essentiale est eo quòd tribus conuenit, quod est aliud a dicere personali, habebit ergo verbũ essentiale sibi respondens aliud à verbo perso- a.40.q.6 nali, cuius contrarium supra determinatum est. Quod etiam est contra intentionem Anselmi, quia intendit concludere, quòd non sit in diuinis, nisi vnum verbum personale, licet tres dicant, quia illi tres sunt vnus dicens. Vn- ibid. de subdit dicens. *Licet igitur vnusquisque seipsum, & omnes inuicem se dicunt, impossibile tamen est esse in summa deitate verbum aliud præter illud de quo sic iam constat, quòd nascitur de eo, cuius est verbum, vt & vera eius possit dici imago, & vere eius filius.* Sed ex hoc nullo modo potest concludere, supposito, quòd cuilibet dicere respondet suum verbum, à quo sumitur ratio quam ponit in cap. 62. & cui intendit respondere in cap. 63. Respondet enim interimendo illam, quæ ponit, quòd in diuinis sunt tres dicentes, & tres qui dicuntur, quam male interimit. Vnde licet huiusmodi falsa suppositione posita bene respondet illi argumentatio- ibid. ni quo arguit. *Tres dicentes, & tres qui dicuntur, ergo tria verba,* non tamen respondet illi argumentationi, duo sunt dicere, ergo duo sunt verba, & tamen vtrobique est consimilis efficacia. Siue enim sit vnus dicens, siue plures, siue vnum dictum verbo, siue plura, si dicere est vnum non potest esse nisi vnum verbum, sicut si spirare est vnum, non potest esse nisi vnus spiratus, licet sint duo spirantes. Et similiter si dicere essent plura, & cuilibet respõderet verbum, necessario plura essent verba. Quare autem pluribus dicere in diuinis non respondet, nisi vnum verbum, in parte tactum n.64. est supra, & iam amplius dicetur. Præterea ibid. quod Anselmus assumit in suo dicto, *vna sapientia est, quæ dicit in tribus,* non est verus sermo, si propriè loquatur, quia nulla actio, neque essentialis, neque personalis elicitur ab essentia, vel ab aliqua essentiali, sed solummodo a persona, licet essentia sit ratio eliciendi omnes actiones a.39.q.3 4. diuinas, secundum quod supra, expositum est.

n.7. 61. Ad primum in oppositum, quòd idem est dicere, & generare, quia loqui Dei secundum Gregoriũ est verbum genuisse, dicendũ, quòd verum est de dicere personali de quo loquitur Gregorius. Nihilominus tamen est aliud dicere essentiale, quod non est penitus n.16. & se 3. idem. Illud etiam dicere personale, secundum rationem differt à generare, vt patet ex prædictis.

n.8. 62. Eodem modo dicendum ad secundum de Glossa Gen. 2. *Dixit, idest verbum genuit.*

n.9. 63. Ad tertium, si dicere esset aliud a generare, cum ipsi dicere respondet verbum, aliud ergo esset verbum in diuinis, quam verbum personale genitum a patre, quod non esset nisi essentiale, quod supra negauimus poni in di- a.40.q.7 uinis. Dicendum, quòd dicere essentiale secundum prædictum modum est aliud a generare, & quod cuilibet dicere respondet verbũ. Sed hoc potest intelligi dupliciter, quia omni dicere respondet verbum, aut quod dicitur, aut quo siue in quo dicitur. Primo modo adhuc dupliciter, aliquid enim dicitur, aut productiuè, aut indicatiue. Primo modo dicitur quod dicendo producitur. Et sic soli dicere personali respondet verbum. Solus enim pa- sup.a.39 ter dicit verbum, quod sufficit in tota trinitate ad perficiendum essentialem intellectum, in singulis personis, vt superius, & in Quoli- a.54.q.8 n.28 36. quodl. 6. q.1. bet quodam declarauimus. Ipse enim solus dicendo verbum producit, cuius productioné supponit dicere essentiale. Secundo modo dicitur id quod dicendo essentialiter ipso verbo dicto indicatur, sic omnis natura intellectualis beata dicit se, & omnes alios, & omnia alia, vt dictum est supra, & tali dicere non respon- n.43. det verbum quod dicitur, nisi appellando verbum largissime id quod indicatur verbo, siue indicando dicitur. Sic enim lapis, qui est in muro, verbum est eius, qui indicat ipsum alteri verbo suo ad indicandum, siue significandũ illam rem imposito. Vnde isti dicere licet respondet verbum, quod dicitur indicatiuè extendendo nomen verbi, ipsi tamen non respõdet verbum, quod dicitur productiuè, quale quærimus, quod propriè est verbum, sed verbum quod dicitur productiuè dicere personali a solo patre respondet etiam isti dicere, vt quo aliquid indicatiue dicitur. Isto enim modo dicendi quod dicitur, verbo dicitur, vt habitum est supra. ibid.

64. Et secundum hoc respondendum est ad interrogationes Anselmi prædicto cap. n.60. 62. Cum enim quæritur primo, *si ita est quod pater, & filius, & eorum spiritus, vnusquisque seipsum, & alios ambos dicit, quomodo non sunt in sũma essentia tot verba quot sunt dicentes, & quot qui dicuntur?* Et est dicendum, quod eo non sunt tot verba, quot dicentes, & quot dicti, quia non omnes dicunt, nec dicuntur productiue, sed indicatiuè tantum. Sed productiuè solum vnus dicit, & vnicus solus dicitur, qui solus verbum est, quo omnes dicunt indicatiue.

65. Nec valet, vt dictum est, responsio qua ibid. respondet cap. 63. negando plures esse dicentes, & plures, qui dicuntur. Hæc enim simpliciter concedenda est.

66. Et quod arguis contra hoc per simile in hominibus, quod si in eis plures sunt dicentes, aut plura quæ dicuntur, plura sunt verba,

sub-

subdens de pluralitate dicentium, & vnitate dicti. *Si enim plures homines vnum aliquid cogitatione dicant tot videntur esse verba, quot cogitantes, quia in singulorum cogitationibus verbū eius est.* Dicendum, quòd verum est, quia idē verbum numero creatum de illa re non potest esse in singulorum cordibus. Sed sicut corda sunt singula, & diuersa, & sic verba singula, & diuersa oportet esse in ipsis. Sed si vnum cor esset singulorum, & tantum vnum omnium eorum, quemadmodum unus intellectus essentialis est singularum diuinarum personarum, & tantum unus omnium, non oporteret, quòd essent tot verba, quot dicentes, immo sufficeret, quòd unus eorum diceret unicum verbum productiuè quod esset productum in corde, quod est essentialiter singulorum, quo omnes simul, & singuli dicunt indicatiuè, sicut modo sufficit. Et ideo in diuinis necessarium est, quòd vnicus dicat vnicum verbum productiue, quòd productum est in intellectu essentiali, qui est singularum personarum diuinarum, quo omnes simul, & singuli dicunt indicatiue.

67. Similiter quòd subdit de vnitate dicētis, & pluralitate dictorum. *Item si vnus homo*
sup. n. *cogitet plura*, &c. Dicendum, quod re vera si vnus homo cogitet plura aliqua, tot verba sunt in mente cogitantis, quot sunt res cogitatæ, quia illarum non est vna res singularis, nec quicquid realitatis est in vna est in alia, & verbum formatur de illis cogitatis secundum quòd diuersæ sunt, & singulæ, & non secundum quòd in vna aliqua realitate singulari cōueniunt, de qua per se cogitata formetur verbum vnicum singularum indicatiuum. Propter quod verbum expressum in mente cogitantis de vna illarum, illius solius est declaratiuum, & nullo modo alterius illarum, & necessariò oportet, quod singulis rebus cogitatis respondeant singula verba in mente. Sed in diuinis si vna persona intelligat, siue cogitet plures, vt se, & alios, large sumendo cogitare (Proprie enim non admittitur in di-
to. 3. uinis secundum Augustinū 15. de Trinitate cap. 16.) non tamen tot sunt verba in mente cogitantis quot sunt personæ cogitatæ. Quia verbum in diuinis non formatur de diuinis personis cogitatis, siue intellectis, secundum quod sunt diuersæ, & singulæ, sed secundum quòd in vna realitate singulari conueniunt, de qua cogitata per se, & intellecta ab eo, qui à se non ab alio habet quod intelligit, formatur verbum non nisi vnicum singularum personarum diuinarum indicatiuum. Et idcirco non oportet quod singulis personis diuinis intellectis, siue ab vna earum, siue à singulis, respondeant singula verba in intellectu intelligentis, sed vnicum prolatum ab vno eorum sufficit. Propter quod necessarium est, quòd à nullo aliorum quantuncunque intelligat se, & alios, verbum aliquid proferatur. Quod autem verbum in diuinis non formatur de personis diuinis intellectis secundum quòd sunt personæ singulæ, sed secundum quòd in vna essentia conueniunt, vt principaliter, & formaliter intellecta informando verbum, patet ex hoc, quòd persona prima in diuinis non profert verbum, nisi actu essentiali intelligendi, qui ascribitur memoriæ, quasi substrato fundamentaliter actui dicendi notionaliter, vt quo eliciat ipsum actum dicendi tanquam notitiam de notitia, & simile de simili, sed hoc præcipue ipso obiecto quod intelligitur tanquam magis formali in illo. Id autem quo quis principaliter, & formaliter producit in producendo simile de simili, est hoc in quo ambo conueniunt producens, & productus, non autem quo vnus ab altero distinguitur. Id autem in quo in diuinis producens, & productum conueniunt, non est nisi ipsa communis essentia. Non ergo in diuinis verbum formatur de pluribus intellectis, nisi sub ratione vnius principaliter intellecti. Propter quod non oportet de pluribus personis intellectis in diuinis, formari plura verba, sicut in hominibus, vbi plura intelliguntur non sub ratione vnius principaliter intellecti. Quod credo Anselmum intellexisse cum dixit. *Quidnam ibi dicitur nisi eorum essentia?* sumendo scilicet sup n.4
dicere pro intelligere. 58.

68. Ad quartum, si in diuinis esset dicere n.10.
aliud a generare, illud esset essentiale. Dicendū, quòd procul dubio verum est; aliter enim non conueniret simul tribus.

69. Quod autem assumitur, ergo haberet ibid.
verbum essentiale in diuinis sibi respondens:
Dicendum secundum iam dicta, quod re ve- n.63.
ra habet verbum sibi respondens, vt quo dicens dicit, non essentiale, sed personale. Similiter habet verbum impropriè dictum respondens sibi, vt quod dicendo indicatur, non autem vt quod dicendo producitur. Tale enim verbum, essentiale scilicet, quod dicitur indicatiue, non respondet nisi dicere essentiali, sicut verbum personale quod dicitur productiuè, respondet dicere personali, siue notionali, & hoc quia tale dicere scilicet essentiale, non significat in diuinis adintra actū producendi, sed manifestandi solum, sicut significat dicere personale, adextra autem bene potest significare actum producendi ipsas,
scilicet creaturas, quia vt dicitur in Psal. *Ipse* ps. 148.
dixit, & facta sunt. Tale enim dicere Dei si- A.5.
mul importat, & manifestare, & producere, quia producendo creaturas manifestat illas, & se in illis. Vnde verba essentialia respondentia dicere essentiali productiuè, non sunt

nisi ipsæ creaturæ, vt secundum hoc quælibet creatura verbum Dei dici possit, dicente Gre-
sup n.14 gorio *Plerumque ad nos verba Dei non sunt dictorum sonitus, sed effectus operationum. In eo enim nobis loquitur quod erga nos tacitus operatur.*

n.10. 70. Et quòd vlterius arguitur, quòd dicere essentiali non potest respondere verbum personale, vt quo dicit, quia verbum personale non est similitudo eorum, quæ dicũtur dicere essentiali, eo quòd non est similitudo creaturarum, & totius trinitatis, quæ dicuntur dicere essentiali. Hanc rationem tractat Ansel. Mon. cap. 32. vbi tangit argumentum, sed incipit eam tractare cap. 29. vbi dicit sic. *Quid tenendum est de verbo, quo dicitur, & perfecta sunt omnia? erit aut non erit similitudo eorum quæ per ipsum facta sunt?* Et determinat plane in illo cap. 29. quod nullo modo debet dici esse similitudo creaturarum. Et in fine cap. 60. determinat, quòd, nec sui ipsius, nec Spiritus Sancti est similitudo, sed solius patris, sed dictum suum assumptum in argumento non exponit, & sic formæ argumenti non satisfacit, vt patet inspicienti.

71. Et est dicendum, quòd differt dicere aliquid esse similitudinem alterius, & aliquid esse simile illi. Similitudo enim, sicut & imago non potest aliquid dici alterius, nisi quod sicut exemplatum secundum imitationem alterius, vt exemplaris productum est. Vnde imago Herculis dicitur esse similitudo Herculis, & non è conuerso, & sic filius solius patris est similitudo, & solus pater seipsum dicit verbo, & similitudine sua. Simile autem alteri potest dici, & exemplar exemplato, & quod fit ad imitationem alterius, & id ad cuius imitationem fit. Vnde quia nihil dicitur simile alteri nisi habendo in se eius similitudinem, de vtroque bene dicitur, quòd hēt in se similitudinem alterius, licet de altero solo bene dicitur, quod est similitudo alterius, & propter vtrumque, scilicet & quia habet in se similitudinem alterius, & quia est illius similitudo, bene verbo dicitur, & id cuius ipsum verbum est similitudo, & cuius habet similitudinem.

Monol. cap. 30. 72. Et secundum hoc respondendum est ad interrogationem Anselmi, qua quærit, *quomodo quod simplex est veritas, potest esse verbum eorum, quorum non est similitudo.* Dicendo, quòd bene, quia etsi non sit similitudo eorum, habet tamen eorum in se similitudinem, licet aliter, quam illa habent in se eius similitudinem, quia scilicet ipsum habet illorum similitudinem, vt exemplar, illa vero huius, vt exemplata, vt secundum hoc habere similitudinem alterius, vt exemplatum siue productum ad illius imitationem, & hoc ratione modi procedendi, vt infra videbitur, facit, quòd habens similitudinem, dicitur alterius similitudo, dum tamen perfectam illius in se habeat similitudinem. Et secundum hoc verbum est similitudo solius patris, sicut est verbum solius patris, & nullum aliorum est propriè similitudo cuiuscunque alterius. Alio tamen modo est verbum aliorum, eo scilicet quo simile eis est, & productum, vt eorum repræsentatiuum, sicut exemplar exemplati. Propter quod dicit Anselmus cap. 29. *Si nullam habet, mutabilium similitudinem, quomodo ad exemplar illius facta sunt?* quasi diceret nullo modo. *Similitudo enim (vt dicit cap. 60.) non est in vno solo sed in pluribus.* Et secundum hoc aliter verbum nostrum habet similitudinem rerum, aliter verbum diuinum. Verbum enim nostrum inquantum est speculatiuum, habet similitudinem rerum vt exemplatum, & imago ab eis menti impressa, & sic est similitudo earum, secundum quod dicit Anselmus cap. 29. *Omnia verba quibus res quaslibet mente dicimus similitudines, & imagines sunt rerum quarum verba sunt.* Verbum vero nostrum inquantum est practicum, & vt ars producendi res artificiales in esse secundum ipsum, habet similitudinem rerum vt exemplar earum. Quicquid enim facimus, verbo nostro præuenimus. Verbum autem diuinum inquantum est speculatiuum, & inquantum est quoquo modo practicum, vtroque modo habet similitudinem rerum vt exemplar, sed vt est speculatiuum, vt est exemplar declaratiuum notitiæ speculatiuæ simplicis de eis in diuina essentia, vt vero est practicum, vt est exemplar productiuum earum in esse, & ita vt est ars. Quomodo aūt verbum Dei simpliciter speculatiuum est, & practicum non nisi quoquo modo, inferius declarabitur. Nec tamen sequitur, quod omnis similitudo sit secundum rationem exempli, & exemplati. Bene enim est eorum similitudo, quæ secundum neutram rationem ad inuicem similitudinem habent inter se, quoniam verbum habet similitudinem ad spiritum, etsi nō propriè secundum rationem exempli, & exemplati, licet Spiritus Sanctus procedat a filio, vt infra declarabitur.

73. Ad quintum, quòd generare, & dicere si differunt, aut absoluto, aut relatiuo: Dicendum, quòd relatiuo non contrarietatis, sed disparationis. Inquantum enim dicere est notionale, & sola ratione differunt, tunc sunt vna relatio, & notio secundum rem, & duæ disparatæ secundum rationem. Inquantum vero dicere est essentiale, tunc generare est notio, quia vni soli conuenit, sed non dicere, quia conuenit pluribus. Et dicunt duas relationes disparatas. Generare enim dicit relationem secundum rem ad generari, sicut ge-
ne-

a.59.q.4. ad 2.
a.59.q.6.
a 59.q.4 n.11.

nerans ad genitum, dicere vero dicit relationem secundum rationem, & ad verbum, & ad ea quæ dicuntur verbo. Omnia enim relatio diuinis attributa rationis est, exceptis illis quę sunt notionales.

Conclusiones ex Quæstione Secunda, Articuli Quinquagesimi octaui.

1. *Generare, & dicere sunt idem re, & differunt sola ratione.* n. 12. 15. 16.
2. *Dicere aliquod est generare, & aliquod non.* ibid. & n. 19.
3. *Dicere, & verbum connotant speciales respectus super generare, & genitum esse,* n. 19.
4. *Dicere est duplex, notionale, & essentiale.* n. 20. & seq.

QVAESTIO TERTIA.

Vtrum in patre sit aliqua proprietas alia à generare, et ingenito.

Circa tertium arguitur, quod in patre sit aliqua proprietas, alia à generare, & ingenito.

1. Primò sic, paternitas est patris proprietas, quæ nec est ingenitum esse eadem ratione, qua ratione generare non est ingenitum esse, nec est ipsum generare, quia nõ ex eo est aliquis pater, quod generat. Homo enim generans nondum est pater, quousque habeat filium secum existentem, ergo &c. inf. q. 4.

2. Secundo sic, ratio eliciendi actum generationis non est nisi diuina essentia, vt determinata ad talem actum ad quem non determinatur nisi aliqua proprietate, secundum quod patet ex supra determinatis, proprietas autem illa necessariò est alia à generare quia nihil determinat aliud respectu sui ipsius, similiter est alia ab ingenito, quia ingenitum supponit principium generandi, vt habitum est supra, ergo &c. a. 39. q. 4 a. 57. q. 3

3. Contra si in patre esset proprietas illi propria alia à generare, & ingenito, cum illa necessariò esset notio, tunc sex essent notiones, tres patris, vna communis patri & filio, vna propria Spiritui Sancto, quod est contra superiua determinata. a. 55. q. 3

4. Dicendum ad hoc, quod proprietatem vnam ab alia esse altam, potest intelligi dupliciter, vel secundum rem vel secundum rationem. Si primo modo, hoc secundum superiua determinata non contingit ex ordine ad eius fundamentum siue subiectum, sed solummodo ex ordine ad obiectum. Cum enim in diuinis non est proprietas nisi relatiua, & relatio comparationem importat, & ad fundamentum siue subiectum, & ad obiectum, & in diuinis fundamentum omnium relationum non tam in eadem persona, quam in diuersis est idem, vt ipsa diuina essentia, eadem est ergo realitas omnium relationum diuinarum, & ideo secundum huiusmodi comparationem non differunt realiter siue secundum rem. Vnde si in diuinis relatio vna secundum rem est alia ab altera, hoc non contingit nisi ex ordine ad obiectum, quia scilicet illud est aliud, & aliud, vt ex alio ordine habeat relatio, quòd sit realis simpliciter, scilicet ex ordine ad subiectum siue fundamentũ, & ex alio ordine, quòd sit relatio vna realis alia ab altera. s. ex ordine ad obiectum. Quare cum pater non potest habere ordinem relationem aliquam nisi ad triplex obiectum ad vnum scilicet propriè negatiuè, scilicet ad non genitorem, quæ importatur per ingenitum, & ad vnum propriè affirmatiuè, scilicet ad genitum, quæ importatur nomine a. 55. q. 6.

mine generare, & ad tertium communiter cũ filio, scilicet ad spiratum, quæ importatur cõmuni spiratione actiua, quæ non est proprietas propria patris, de quali quærit quæstio, in patre ergo non possunt esse nisi duæ proprietates ei propriæ, aliæ abinuicem secundum rem, scilicet ingenitum, & generare.

5. Loquendo autem de alietate secundum rationem, sic necesse est ponere in patre aliam proprietatem ab ingenito, & generare, quæ tamen non sit alia secundum rem ab altera illarum, vt à generare. Proprietas enim importata nomine ingeniti ad non genitorem, quia est negatiua, & negatio negat vniuersaliter, vnico modo respectum dicit non geniti ad non genitorem. Proprietas vero generantis ad genitum, quia est positiua siue affirmatiua necessariò pluribus modis secundum rationem dicit respectum generantis ad genitum. Quia vno modo dicit respectum immediate generantis ad genitum, scilicet vt est habens ipsum secum iam existentem, & iam productum, qui importatur nomine paternitatis;
inf. q. 4. pater enim eo est pater, quia secum habet filium à se genitum. Dicente Augustino 7. de
c. 1. 10. 3. Trinitate in principio. *Ideo pater quia est ei filius.* Hinc etiam dicit Hilarius 8. de Trinit.
col. 21. cap. 19. *Pater non est pater nisi per filium.* Non autem quia generat, aut generauit ipsum, vt
n. 1. tangitur in primo argumento, quia nomen paternitatis quasi consequitur generare, & generari. Dicente Hilario 9. de Trinit. cap.
col. 18. 15. *Exitio à Deo est absoluta natiuitas quam paterni nominis consequuta est confessio.* Vnde pater non dicitur pater, quia generans, nec ẽ conuerso, sed præcise quia secum habet filium à se genitum, & iam fundatur paternitas super ipsum generantem, vt iam generauit, quam super ipsum vt iam generat, aut super actum, aut super potentiam generandi actiue, & similiter filiatio super ipsum genitum. Alio vero modo dicit respectum generantis ad genitum mediante actu generationis, qui tripliciter potest mediare inter generantem, & genitum. Vno modo inquantum generans est aptus generare. Alio modo vt est potens generare. Tertio modo vt est actu generans. Et primo modo significatur nomine generatiui, secundo modo nomine potentiæ generandi, tertio modo ipso actu generandi. Et sic eadem proprietas secundum rem, & ex ordine ad fundamentum, & ex ordine ad obiectum importatur illis quatuor, quæ sunt q. 4.
generatiuum, potens generare, generans, pater, alia autem & alia secundum rationem tantum ex diuerso modo respiciendi obiectum.

6. De alietate ergo secundum rationem bene procedunt duo prima obiecta, probantia quòd in patre sit proprietas aliqua alia ab ingenito, & generare, quæ tamen secundum rem nullo modo potest esse alia ab altera, vt procedit tertia ratio. n. 1. 2. n. 3.

Conclusiones ex Quæstione Tertia, Articuli Quinquagesimi octaui.

1. *In patre non possunt esse nisi duæ proprietates ei propriæ, aliæ ab inuicem secundũ rem, scilicet ingenitum, & generare. n. 4.*
2. *Secundum rationem necesse est ponere in patre aliam proprietatem ab ingenito, & generare. n. 5.*

QVAE-

QVAESTIO QVARTA.

Vtrum generare sit proprietas constitutiua personæ patris.

Circa quartum arguitur, quod generare non sit proprietas constitutiua personæ patris.

1. Primò sic, generare non est proprietas, nisi personæ iam constitutæ, habentis respectum, & ordinem ad genitum, quia est actio notionalis, quæ non elicitur nisi à persona generante in ordine ad genitum ad quem terminatur. Persona autem non constituitur, nisi proprietate, ergo generare est proprietas personæ iam constitutæ proprietate, qua habet respectum ad genitum, ergo &c.

q.2.n.1. 2. Secundò sic. Generare secundum Damascenum est opus naturæ, non vt absoluta est, quia sic est in qualibet diuina persona, ergo est opus naturæ, vt est in determinata persona, persona autem non est determinata, nisi proprietate constituente ipsam, ergo &c.

3. Contra, non est in diuinis proprietas realiter distinguens vnam personam ab alia, nisi sit eius constitutiua, quia tunc esset aduentitia, & superueniens personæ iam constitutæ, & distinctæ, & esset accidentalis, vel secundum rationem tantum distinguens personam à persona, sed generare realiter distinguit generantem à genito, ergo &c.

4. Dicendum, quòd generare in patre dupliciter consideratur. Vno modo communiter, vt distinguitur secundum rem à genito, & comprehendit in se omnem modum, quo generans respicit genitum. Alio modo propriè vt distinguitur secundum rationem à generatiuo potente generare, & habente secum generatum. Loquendo de generare primo modo, bene verum est, quod est proprietas constitutiua personæ patris, vt procedit tertia obie-
n.3. ctio. Secundo autem modo propriè intelligitur quæstio, an paternitas sub ratione paternitatis, an generatiuum sub ratione generatiui, an potens generare sub ratione tali. Et est dicendum, quòd quia generare sub ratione eius quod est generare, dicit actum elicitum ab vna persona producente alteram per illum actum, qui necessariò supponit personam perfectam constitutam actum elicientem, nullo modo generare sub ratione eius quod est generare potest esse proprietas constitutiua per-
n.1.2. sonæ generantis, secundum quòd processerût duo prima obiecta. Immo ordine quodam rationis, ratio secundum quam proprietas est constitutiua personæ illius, debet esse prima respectu eius quam generare, sub ratione eius quod est generare.

5. Ad cuius intellectum sciendum, quòd alietas secundum rationem, de qua habitum est in quæstione præcedente, inter illa quatuor n.5. quæ sunt generatiuum, potens generare, generans, pater, siue habens secum genitum, principaliter intelligenda est ex parte ordinis differentis secundum rationem ad ipsum obiectum, secundum mediatius, & immediatius, & per hoc secundum rationem primi, secundi, tertij, & quarti. Ratio enim illa secundum quam immediatius respicit genitum, semper prima est respectu illius, secundum quam respicit illum mediatius. Et quia non respicit ipsum genitum nisi vt persona constituta proprietate illa qua respicit, ideo proprietas vna est secundum rem qua generans respicit genitum, quomodocunque differenti secundum rationem respiciat illum. Quia vero non constituit personam proprietas aliqua nisi vt est dans esse personale eidem, ideo non est proprietas illa constitutiua personæ patris nisi secundum rationem illam qua dat esse ei. Hæc autem ratio est principium rationum secundũ quas persona alia ab ipsa habent emanare, vel secum esse, cuiusmodi non sunt illæ tres vltimæ, scilicet posse generare, generans, & pater, quia supponunt esse personæ cuius sunt. Secundum rationem ergo illam primam qua pater dicitur esse generatiuus, est proprietas dicta constitutiua personæ patris, dans ei esse personale, & vt sit principium primum emanandi personam aliam ab ipsa, & omnes aliæ rationes sunt quasi superuenientes personæ iam constitutę in esse.

6. Et est in patre ratio proprietatis quæ est generatiuum, quasi remotior ab obiecto, scilicet filio, & sonat in solam aptitudinem producendi illum. Vnde omne potens generare est aptum natum generare, & non è conuerso. Puer enim est aptus natus generare: sed non potens generare. Et potens generare est remotior à filio, quam sit generare, quia omnis generans potest generare, sed non è conuerso. Omnis enim vir perfectus potest generare, sed non omnis generat. Et similiter generans est ratio remotior à filio, quam pater,

quia

quia non est pater qui non generat aut generauit, sed non è conuerso; mortuus enim ante formationem prolis in vtero generauit eum quoquo modo, nunquam tamen fuit pater eius, quia nunquam fuit simul existens cum prole. Idcirco ergo generatiuum est secundum rationem primum, potens generare secundum, generare vero tertium, pater autem quartum. Propter quod proprietas illa realis vnica qua generans respicit genitum, nec sub ratione patris, nec sub ratione generare, nec sub ratione potentis generare, est constitutiua personæ generantis, sed solummodo sub ratione generatiui, & sub illa ratione sola supponit eam proprietas alia, quę est ingenitum, aut sub alia ratione communiori, quæ scilicet est à quo alius primo, inquantum includitur in aliquo determinato, siue fuerit generatiuum, siue spiratiuum, siue creatiuum, siue aliud huiusmodi vt infra declarabitur. *Et sic filius est*
col. 5. *progenies ingeniti*, vt dicit Hilarius 2. de Trinitate cap. 5. vt ordine quodam rationis generatiuum est primum.

7. Et per hoc persona illa habet rationem primitatis omnimodæ, vt sit primus, quia est ille, qui ex se est, & à quo omne quod est consistit. Dicente Hilario 2. de Trinitate cap. 4.
col. 5. *Pater ex quo omne quod est consistit, cæterum in se est, non aliunde quod est sumens, sed illud quod est atque ex se in se continens*. Et ex hoc vlterius habet rationem ingeniti, vt ingenitum ordine quodam rationis sit secundum respectu generatiui. Quemadmodum cum primum secundum duplicem respectum suum vno modo dicitur quia ab ipso alius, alio modo quia ipsum non ab alio, ordine quodam rationis in diuinis prior est ratio ordinis qua dicitur primum eo quòd ab illo est alius, quam eo quod ipsum non est ab alio, quia non conuenit ei omnino ratio primi nisi ratione suppositi, & ratio suppositi nullo modo accipi potest in diuinis nisi ex ordine, & respectu ad aliud suppositum, & hoc respectu positiuo qui est ad illum qui ab ipso, non negatiuo, qui est ad non
a 57. q. 3 4. illum a quo ipse, vt habitum est ex supra determinatis, vt de ordine generatiui, & ingeniti contrarium contingat modo in diuinis, cum non est in eis nisi suppositum relatiuum, ei quòd contingeret si esset in eis suppositum primum absolutum. In illo enim supposito absoluto prior secundum rationem esset ratio ingeniti, quam generatiui; in absoluto enim prior est ratio non essendi ab alio quam à quo alius in relatiuo autem contingit è contrario, quia constituitur in esse personę per hoc, quòd est à quo alius, non autem per hoc, quòd non est ab alio. Sed hoc quod non est ab alio, necessario conuenit ei ex hoc quòd ab eo est omnis alius, & omne aliud, & præcipue ex hoc, quòd ab eo est ille, qui est ab alio primo. Ex hoc enim, quòd est à quo alius, est aliquis simpliciter, & ex hoc quod est à quo alius primò est, est ille qui est is, qui est omne quod est in se ex se obtinens non ab alio, & ex hoc est ingenitus, ita quod licet ratio ingeniti supponit in prima persona rationem qua alius est primo ab ipso, & rationem qua ex se omnia sua in se obtinet, & ab vtraque trahatur ratio ingeniti, dicente Hilario 4. de Trinitate cap. 5. col. 5.
Inter cætera addiderunt se solum patrem innascibilem cognoscere, tanquam quisquam possit ambigere eum esse à quo ille genitus sit per quem omnia sunt, id quod ipse est à nemine consecutum, trahitur tamen ipsa ratio ingeniti vt a ratione prima ab illa, qua alius est à persona prima, trahitur vero vt à ratione proxima ab illa qua persona illa habet in se omnia ex se non ab alio. Vt quo ad secundum intelligamus dictum illud Hilar. 3 de Trinitate cap. 3. *Pa-* col. 1. a. 57. q. 2 n. 17.
ter est extra omnia & in omnibus, non aliunde quid sumens, sed ad id quod ita manet sibi ipse sufficiens, hic ergo ingenitus. Quo ad primum vero intelligamus dictum illud eiusdem 4. de Trinitate. cap. 3. *Nouit ecclesia vnum Deum ex* col. 3.
quo omnia, & vnum per quem, ab vno vniuersorum originem per vnum cunctorum originem, & creationem. In vno ex quo auctoritatem innascibilitatis intelligit. Confitetur patrem æternum, ab origine liberum, confitetur, & filij originem ab æterno non per seipsum sed ab illo qui à nemine semper est.

8. Est igitur in persona prima ratio prima esse generatiuum, secundum quam est constitutiua personę illius principaliter, secunda vero ratio est ingenitum, tertia vero potentia generandi actiua, quarta vero generare, quinta vero, & vltima patrem esse, & secundum nullam illarum quatuor est personæ constitutiua, licet secundum omnes illas rationes est eadem proprietas secundum rem.

9. Rationes autem vtriusque partis patent ex dictis.

✠

Con-

Conclusiones ex Quæstione Quarta, Articuli Quinquagesimi octaui.

1. *Generare, communiter vt distinguitur secundum rem à genito est proprietas constitutiua personæ patris.* n. 4.
2. *Generare propriè sub ratione eius quod est generare non potest esse proprietas constitutiua personæ generantis.* ibid.
3. *Esse generatiuum est proprietas constitutiua personæ patris.* n. 5.

QVAESTIO QVINTA.

Vtrum generare per se sit opus paterni intellectus.

CIrca quintum arguitur, quod generare non sit per se opus paterni intellectus.

1. Primò sic, nihil perfectum est per se generatiuum perfectionis suæ in seipso, quia per hoc esset generatiuum suijpsius, & idem secundum idē respectu sui ipsius esset in actu, & in potentia, & iret seipso de potentia in actum, quæ
a.54.q.4. omnia falsa sunt, & incompossibilia, intelle-
n.11. ctus paternus perfectus est verbo generato in
a.58 q.2 ipso, vt habitum est ex supra determinatis, er-
n.63. go intellectus paternus non est per se generatiuus verbi. Sed generare non est opus, nisi eius quod est generatiuum verbi, quia in diuinis non generatur, nisi verbum, quod est ipse
q.2.n.15 filius, vt patet ex prædeterminatis, ergo &c.

2. Secundò sic, generare est agere, intelle-
ib.n.3. ctus non est virtus actiua, sed passiua, ergo &c.

3. Contra sic. Secundum superius deter-
ibi.n.13. minata generare in diuinis est opus naturæ,
15.18.19 vt intellectualis est, natura autem intellectualis, vt intellectualis est, non est nisi intellectus, ergo &c.

4. In huius quæstionis dissolutione non est opus diu immorari, quia patet ex prædeter-
ib.n.36. minatis. Cum enim natura incorporea quælibet intellectualis est, & voluntaria, intelle-
a.54.q.3. n.47. ctus, & voluntas duæ sunt potentiæ principa-
ib n.48. les in illa, & se tenet intellectus cum princi-
a.58.q.2. pio quod est natura, quod ex opposito distin-
n.47. guitur contra principium quod est voluntas,
a.14.q.4 quæ sunt principia duarum productionum in
n.10. diuinis. Est enim Intellectus principium productionis verbi, siue filij, voluntas vero Spiritus Sancti. Et ideo cum productio verbi sit a.58.q.1 n.16.
generare, principium generationis actiuæ est q.2.n.15
intellectus, non vt qui generat, sed vt quo generans generat. Qui enim generat, non est nisi persona, sed aliquo sui, vt principio generatiuo. Et hoc iuxta illud quod dicit August.
15. de Trinitate cap. 22. *Intellectus, & amor mea sunt non sua, nec sibi, sed mihi agunt quod agunt, immo ego per illa.* to.3. Et secundum hoc dico, quòd propriè loquendo generare in diuinis non est opus paterni intellectus, sed ipsius patris cuius est intellectus.

5. Ascribendo tamen actionem ei quo agēs agit, vt principaliter actiuo, quæstio est, vtrum ascribenda est paterno intellectui actio, quæ est generare. Et est dicendum, quod intellectus, vt distinguitur contra voluntatem dupliciter potest considerari. Vno modo, vt nudus, & purus non informatus ab obiecto aliqua notitia, siue habituali, siue actuali. Alio
modo, vt notitia aliqua informatus. Primo q.2.n.44 & seq.
modo quasi virtus passiua est, & quasi mate- a.14.q.9.
rialis nata informari notitia ab obiecto agen- n.7.
te in ipsam. Secundo modo consideratur dupliciter. Vno modo, vt est informatus notitia quasi simplici, & quasi confusa. Alio modo, vt est informatus notitia declaratiua. Primo modo vocatur memoria, nec generatur aliquid in ipso intellectu ipso agente, aut etiā agente illo ipso cuius est intellectus, sed solū
agente obiecto, nec dicitur talis notitia in crea ibid.
turis, aut in diuinis verbum. Et licet in creaturis differat re ab ipso obiecto cognito, & ab intellectu in quo est, in Deo tamen differt ab eisdem sola ratione. Secundo autem modo vocatur intelligentia, & est in ipsa generatiuo notitiæ declaratiuæ ab illa, quæ est simplex in

memoria, dicente August. 15. de Trin. c. 21.
to.3. *Gignitur intimum verbum quod nullius linguæ est, tanquam scientia de scientia, & visio de visione, & intelligentia, quæ apparet in cogitatione de intelligentia, quæ in memoria iam fuerat*, & cap. 10. *Ex ipsa scientia quam memoria tenemus, &c.*
ibid. vt supra habitum est sæpius.

6. Et fit ista cognitio non à sola notitia memoriæ, sed etiam ab ipsa memoria continente notitiam illam in se, & ab ipso obiecto relucente in ipsa notitia, & sic, & ab ipso cognoscente inquantum cognoscens est, & à cognito
ibid. simul, vt declaratum est supra. Sed hoc non nisi conuersione intellectus, qui sub ratione memoriæ est notitia simplici informatus. Intellectus enim, qui vt est sub tali notitia habet rationem memoriæ, & vt est sub notitia declaratiua habet rationem intelligentiæ, idē secundum se consideratus, vt scilicet non est aliqua notitia informatus, est intellectus tantum, & vt talis conuersiuus est ex se super seipsum, & super notitiam, qua est informatus sub ratione memoriæ, & similiter super eius obiectum. Cumque super illa sic conuersus fuerit spirituali quadam conuersione, & se vt potentiale quoddam atque informabile notitia intellectuali non autem formatum quantum est ex se, illis opposuerit tanquam informatiuo intellectus notitia intellectuali. confestim illa omnia agunt notitiam declaratiuā in ipso intellectu sic conuerso, tanquam vnum per se principium generatiuum intelligentiæ informatæ notitia declaratiua. Propter quod dicit Augustinus cap. 22. *Ad memoriam meam aciem cogitationis aduerto, ac sic in corde meo dico quod scio, verbumque de scientia mea gignitur*. Est tamen in diuinis eadem scientia penitus, & æque perfecta secundum rem, & quæ gignit, & quæ gignitur, sicut idem est intellectus sub vtraque. In creaturis autem bene potest differre sicut completum, & incompletum existens tamen in completo sub complemento, & idem re cum ipso.

7. Et sic ad quæstionem dicendum, quòd generare est opus paterni intellectus, prout opus attribuitur vt aut potentiæ qua elicitur: & hoc non vt est intellectus nudus, neque vt est formata intelligentia, sed vt est memoria existens in actuali notitia intellectiua essentiam, intelligendo diuinam essentiam simpliciter; vt enim talis in intellectu ad illam conuerso sub ratione qua est intellectus purus agit in ipsum, naturaliter informando ipsum sub ratione intelligentiæ notitia simillima declaratiua, & generando de ipso notitiam declaratiuam quæ verbum dicitur. Quam informationem agit in ipsum non solum vt res, & natura aliqua, & obiectum intelligibile, sed vt est natura intellectiua actu intellectus. Aliter enim productum non esset verbum, neque ipsum producere tale esset dicere, sicut neque informatio memoriæ siue simplicis intelligentiæ a solo obiecto intelligibili dicitur esse verbum, aut actio eius huiusmodi dicitur esse dicere.

8. Ad primum in oppositum, quod intelle- n.1.
ctus paternus perfectus est verbo generato in ipso, ergo non est generatiuus ipsius, quia tunc idem respectu suijpsius esset in actu, & in potentia, iret & seipso de potentia in actū, quod est impossibile: Dicendum, quòd verum esset, si secundum eandem rationem vnus, & idem esset modo in potentia, & modo in actu secūdum generationem verbi, hoc enim esset omnino impossibile. Nunc autem quia intellectus in potentia est ad generationem verbi in ipso, & de ipso, vt purus est, & nudus, in actu vero est vt iam informatus est notitia simplici sub ratione memoriæ, vt à quo procedit generandi seu dicendi actio, & sic non secundum eandem rationem est in potentia, & in actu, sed in potentia est vt conuersus, in actu vt actiuus in conuersum, & sic non vt vnus, sed vt duo, immo vt duæ vires eiusdem potentiæ intellectiuæ: idcirco igitur nullum est inconueniens, quòd sic vnum vt duo, & secundum duas rationes respectu suijpsius sit in potentia, & in actu, & seipso vadens de potentia in actum.

9. Est igitur aduertendum, quod intellectus paternus quadrupliciter consideratur. Vno modo vt est purus, & nudus, & sic est in potentia solum ad notitiam in ipso, & de ipso generandam. Sed hoc dupliciter, primo enim modo consideratur vt est in potentia ad notitiam simplicem generatam secundum rationem in ipso à sua essentia, vt sub ratione veri est obiectum cognitum, Secundo autem modo consideratur, vt est in potentia ad notitiam declaratiuam generatam secundū rem in ipso, & de ipso ab eodem, vt est informatus notitia simplici habente rationem memoriæ. Et iste modus considerandi paternū intellectum, scilicet vt est informatus notitia simplici secundum prædictum, est tertius modus principalis considerandi ipsum, qui secūdum quartum modum principalem consideratur, vt perfectus est notitia declaratiua siue verbo generato de se actiue, vt est intellectus informatus notitia simplici, & de se quasi passiue, vt est intellectus nudus & purus. Et per hoc paternus intellectus secundum quòd est perfectus notitia declaratiua, summe perfectus est, non sic autem secundum quod est informatus, & perfectus tantum notitia simplici. Vnde & secundum illam rationem perfectionis, quam habet à notitia declaratiua, non est eius generare, sicut neque creaturis

Quia

perfectis ſimpliciter, cuiuſmodi ſunt Angeli, & corpora cæleſtia, competit generare. Secundum illam vero rationem perfectionis quā habet à notitia ſimplici, competit ei generare, & hoc quia notitia ſimplex non omnimodam rationem perfectionis importat, quod proprium generanti. *Vnde* & in creaturis non competit aliquibus generare niſi propter aliquam rationem imperfectionis eis annexam, ſecundum quòd alibi plenius declaraui. q. 1 n. 11 n. 2.

10. Ad ſecundum, quòd generare eſt agere, intellectus autem eſt virtus paſſiua, &c. Medium hoc tactum eſt in argumento quodam quæſtionis ſecundæ præcedentis, & ad ipſum diffuſius in magno digreſſu reſponſum eſt ibidē. *Vnde* ad diſſolutionem huius argumenti, & neceſſariorum ad eius declarationē, ad dicta illa recurratur. n. 36. & ſeq.

Concluſiones ex Quæſtione Quinta, Articuli Quinquageſimi octaui.

1. *Propriè loquendo generare in diuinis non eſt opus paterni intellectus, ſed ipſius patris. n. 4.*
2. *Generare eſt opus paterni intellectus, prout opus attribuitur vi, aut potentia qua elicitur. n. 7.*

ARTICVLVS QVINQVAGESIMVS NONVS.

De proprietatibus peculiaribus perſonæ filij. In Sex Quæſtiones diuiſus.

SEquitur de proprietatibus, quæ propriè, & ſpecialiter pertinent ad perſonam filij, vbi occurrunt ſex dubitanda.

Quorum primum eſt: *Vtrum generari ſit proprietas filij.*

Secundum: *Vtrum potentia generandi paſſiue ſit proprietas exiſtens in filio.*

Tertium: *Vtrum generari ſit proprietas conſtitutiua perſonæ filij.*

Quartum. *Vtrum in filio ſit aliqua alia proprietas à generari.*

Quintum: *Vtrum filius ex eo quòd eſt verbum habet reſpectum ad ſolum patrem.*

Sextum: *Vtrum filius ſit verbum practicum, an ſpeculatiuum.*

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum generari sit proprietas filij.

CIrca Primum arguitur, quòd generari non sit proprietas filij.

1. Primò sic, si vnum oppositorum est aliquid nobilitatis simpliciter, reliquum nō est aliquid nobilitatis simpliciter, quia in omnibus oppositis semper est alterum eorum nobilius, secun-
c.18 10.3 dum Philosophum 10. Metaphysicæ, cum ergo generari siue genitum esse, & non generari, siue ingenitum esse sint opposita, & non generari siue ingenitum esse est nobilitatis simpliciter, & ideo proprietas patris, vt ha-
a.58 .q.3 bitum est supra: generari siue genitum esse non potest esse aliquid nobilitatis simpliciter. Sed nihil est proprietas siue notio alicuius personæ, nisi sit aliquid quod est nobilitatis sim-
ibid. pliciter, vt habitum est supra, ergo &c.

2. Secundo sic, productio similis in natura est generatio, Spiritus Sācti productio est productio similis in natura. Est enī Spiritus Sāctus similis in natura patri & filio, sicut filius est similis patri, Spiritus Sancti ergo productio est generatio, Spiritus Sanctus ergo generatur, sed quod alteri personæ conuenit non est proprietas vnius, ergo &c.

3. Contra relatiuè oppositorum in diuinis inter duas solas personas si vnum eorum est proprietas vnius personæ, alterum est proprietas alterius, generare, & generari relatiue op-
a 54. q.8 ponuntur inter solum patrem, & filium, quia
a.58. q.1 solus pater generat, & solus filius generatur,
inf. q. 7. vt habitum est supra, & iam infra āplius pate-
n.14. a.72.q.4. bit: quare cum generare sit proprietas patris, consimiliter generari est proprietas filij.

4. Dicendum ad hoc, quòd cum generari dicitur aliquid dupliciter, subiectiuè, & obie-
n.14. ctiuè, vt in sequenti quæstione declarabitur, & generari subiectiuè non est nisi materiæ, vel quasi, vt declarabitur ibidem, quasi autem materia, siue subiectum generationis diuinæ non est nisi essentia diuina licet sub ratione intellectus, de qua quidem essentia sub ratione in-
a.58.q.5. tellectus generans generat, vt habitum est iam supra, generari autem subiectiuè non est propriè, nisi subiecti generationis, vel quasi, & non nisi in illo. Generari ergo hoc modo nō est proprietas nisi essentiæ, & in illa, & non filij, neque in filio, nisi ratione essentiæ existentis in illo per generationem, sed sic nullo modo est notio. An tamen sit eius, vt est in filio, an vt est in patre, de hoc erit sermo in sequenti quæstione.

5. Restat ergo dubitatio de generari obiectiuè, & est dicendum, quòd cum generari obiectiuè dicit ab alio esse sub modo quodam determinato. Est enim generari idem quod procedere accipiendo esse ab alio simile in natura illi à quo accipit, & hoc modo naturæ, secundum hoc de ipso generari in diuinis cōtingit loqui dupliciter. Vno modo ratione ipsius processionis ab alio, qua simpliciter aliquis habet ab alio esse. Alio modo ratione modi determinati, quo ab alio habet esse, siue procedere, scilicet modo naturæ, qui distinguitur ab alio modo procedendi passiuè, qui est spirari, & a quo nomen eius, quod est generari imponitur. Primo modo generari nō distinguitur à spirari, quia ambo dicunt processionem passiuam, qua habetur esse ab alio. Sed secundo modo abinuicem distinguuntur, a.54. q.4
modus enim determinatus in spirari, alius est n.12.
à modo determinato in generari, vt habitum a.58. q.1 n.19.
est supra, & iam amplius habebitur infra. a.60. q.1

6. Et primo modo, nec per generari, nec per spirari importatur notio, siue proprietas aliqua; sic enim ab alio esse esset proprietas, siue notio vna communis filio, & Spiritui Sancto, quia scilicet ambo habent esse ab alio. Et si esse ab alio simpliciter esset proprietas, siue notio, eius oppositum scilicet non esse ab alio simpliciter, nullo modo posset poni proprietas, siue notio primæ personę in diuinis, quia (vt procedit tertia obiectio) si vnum opposi- n.3.
torum est dignitatis simpliciter, tunc non est reliquum dignitatis simpliciter. Vnde esse ab alio simpliciter, & passiuè nullo modo potest esse proprietas, siue notio, sed si esse ab alio passiuè sit notio, hoc non est nisi ratione modi determinati quo habet esse ab alio, sicut nec a.57. q.2
esse à quo alius simpliciter. Sic enim cum à n.34.
patre est filius, & à filio Spiritus Sanctus, ex hoc præter communem spirationem actiuam esset vna notio communis patri, & filio, scilicet quia à patre est filius, & a filio Spiritus Sāctus, etiam si Spiritus Sanctus non à patre, sed à solo filio procederet. Sed si esse a quo alius actiuè sit notio, hoc non est nisi ratione modi determinati quo habet esse à quo alius, & hoc ideo, quia ipsum simpliciter eo quod habet rationem cōmunis, & confusi, non importat id quod est dignitatis simpliciter, sed illam solūmodo importat ratio, quasi determinans ipsū

con-

confusum. Similiter nec est notio esse ab alio simpliciter, sicut nec notio, siue proprietas est esse à quo non est alius, quod conuenit Spiritui Sancto, eo quòd est negatio non fundata in aliquo positiuo, quæ nihil dignitatis omnino importare potest. Negatio enim nihil dignitatis importare potest nisi ratione positiui substrati, vt habitum est supra, sed solummodo in eo quod est non ab alio esse, ipsum simpliciter proprietas est siue notio in prima diuinarum personarum, & hoc non ratione negationis, vt dictum est supra loquendo de ingenito, sed ratione positionis substratæ, quæ est a quo alius.

a. 57. q. 1 n. 52.

ibid.

7. Quæ positio tribus modis potest considerari. Primo modo, vt in genere siue omnino simpliciter, & absolute, secundum quod à quo alius, est commune ad à quo alius per generationem, & per spirationem, & per creationem. Secundo modo vt in specie specialissima siue omnino sub modo determinato, secundum quòd à quo alius determinatè dicit à quo alius per generationem, aut per spirationem, aut per creationem. Tertiò modo vt à quo alius medio modo intelligatur quasi in specie sub alterna, siue sub modo non determinato, secundum quod à quo alius non accipitur omnino indeterminate, nec omnino determinate per generationem, aut spirationem, aut creationem. sed partim indeterminate partim determinate, scilicet secundum quòd dicit a quo alius primo.

8. Est autem ipsum simpliciter non ab alio habere esse, notio siue proprietas ratione positionis substratæ negationi, quæ est à quo alius non primo modo considerando ipsum a quo alius, quia à quo alius illo modo partim conuenit filio. quia ab ipso, & patre sunt Spiritus Sanctus, & creaturæ, & partim toti trinitati, quia à tota trinitate sunt creaturæ, proprium autem vni personæ non conuenit ei nisi ratione eius, quod sibi soli conuenit: nec secundo modo considerando ipsum a quo alius, quia nec ratione illius a quo alius per spirationem, quia illud etiam conuenit filio sicut patri, & proprium patri non potest ei conuenire per id quod est ei commune cum filio: nec similiter ratione illius à quo alius per generationem, quia secundum Augustinum vt habitum est supra prima persona in diuinis etsi nõ generaret nihilominus diceretur ingenita esse. Est igitur non ab alio esse notio siue proprietas ratione positionis substratæ negationi, quæ est à quo alius, tertio modo considerando ipsum à quo alius, scilicet quod dicit à quo alius primò. Ex hoc enim non ab alio esse est notio negatiua personæ alicuius, quia ab illa habet esse alius primò, & hoc simpliciter accipiendo primò, quia si per impossibile persona non habens esse ab alio in diuinis, non primò generaret, sed primò spiraret, aut nec generaret, nec spiraret primò, sed primò crearet, non ab alio habere esse, esset notio in illa inquantum fundatur in eo quod est à quo alius primò. Et hoc modo intelligitur dictum Augustini de prima persona quæ non est ab alia in diuinis, quòd si non generaret, nihilominus esset ingenita, dum tamen primò spiraret, & secundo generaret, & tertiò crearet, aut primò crearet, & nec generaret nec spiraret, secundum quòd Pagani ponunt vnam personã absolutam ingenitam in diuinis, quæ primo creat, & deinde virtute accepta ab ipsa vlterius ipsa creata generant.

a. 57. q. 1 n. 16. 52.

9. Vnde non ab alio esse, quod importatur nomine ingeniti, non propriè supponit generare sicut nec spirare aut creare, nec fundatur in ipso, sed in aliquo communiori, quod præcisè nõ supponit nisi producere primò simpliciter, & in illo fundatur, siue ipsum producere primò esset generare, siue spirare, siue creare. Quod etsi ex natura rei in diuinis primum producere necessariò, & naturaliter non est nisi generare, & ad huc aspiciendo supra loquendo de ingenito, determinauimus, quòd supponit generare, & in quæstione præcedente, quòd supponit generatiuum secundum rationem generatiui, cum tamen ingenitum nõ supponit ipsum producere primò ratione qua ipsum est generare, aut generatiuum, sed solummodo ratione qua ipsum est producere primò simpliciter, quia etsi per impossibile producere primum non esset generare, non esse tamen ab alio, importatum nomine ingenitum, esset notio, vt dictum est: Propter hoc ingenitum dicitur esse notio negatiua ratione primitatis simpliciter, quam supponit, & in qua fundatur, cum tamen ipsa primitas non sit notio nisi inquantum incidit in generationem actiuam, quæ secundum rem, & naturam est prima productio, vt secundum veritatem ordine quodam rationis à quo alius siue producere primò sit primum secundum rationem, secundum vero ingenitum, tertium generatiuum, quartum posse generare, quintum generare, sextum patrem esse. a. 58. q. 4 ibid.

10. Et est aduertendum, quòd notio ista negatiua non propriè exprimitur nomine ingeniti, quia nomine ingeniti magis determinata negatio importatur, quam requirat hæc proprietas, quia ingenitum dicit non ab alio esse per generationem, & fũdatur negatio, vt sic significata in affirmatione magis determinata, quam requirat ista proprietas, quia in eo à quo est alius per generationem. Ista enim proprietas dicit non esse ab alio simpliciter, & fundatur negatio hæc in affirmatione, quæ est à quo est alius primo simpliciter, siue fuerit per generationem siue quocunque alio modo.

Quia

Quia tamen nomen proprium non est impositum productioni simpliciter, qua dicitur aliquis esse a qua alius primò simpliciter, & generare est proprium nomen primę productionis secundum naturam rei, immo in ista proprietate significanda vtimur cum negatione ista productione passiua, quæ est prima secundum rem, & determinata loco productionis passiuæ, quæ est prima indeterminate, dicendo ingenitum quasi vice eius quod est improcedens. Quod enim sic est ingenitum, quòd nec immediatè, nec mediatè habet esse per generationem omnino, non procedit habendo, siue accipiendo esse ab alio. Vnde illud positiuum super quod fundatur non ab alio esse, vt sit notio, non est notio. Non enim a quo alius primò, est notio nisi ratione modi determinati scilicet per generationem, aut per spi-
a.57.q.1 n.17. rationem. Propter quod dictum est supra, quòd ingenitum est notio negatiua, & hoc nō nisi ratione negationis, vt tamen fundatur in affirmatione, non autem ratione ipsius affir-
ib.n.34. mationis. Et sicut à quo alius primò, non est notio nisi ratione modi determinati, quo scilicet est à quo per generationem, quæ secundū rem, & naturam est prima productio actiua ratione sui modi determinati, importās quod est dignitatis simpliciter, quod non importat ipsum indeterminatum, sic qui ab alio primo, non est notio nisi ratione modi determinati, quo scilicet est qui ab alio per generationem, quæ secundum rem, & naturam est prima productio passiua ratione sui modi determinati, qui importat id quod est dignitatis simpliciter quod non importat ipsum indeterminatum, inquantum ratio sua deficit a ratione determinati. Et sic per consimilem modum determinationis in generare, & generari, æqualis dignitatis est in diuinis generare, & generari, & est generari notio filij, sicut & generare est notio patris.

11. Ad illud quod arguitur primò in op- n.1.
positum, quòd non generarr est dignitas, & notio, ergo eius oppositum, quod est generari, nec est dignitas, nec notio. Dicendum quod verum esset si ingenitum, vel non generari esset notio ratione puræ negationis, & maxime vt negat specialiter ipsum generari. Nunc autem quia non est notio, nisi ratione negationis, vt fundatur super affirmationem, quæ
est a quo alius primò sicut dictum est, & gene- n.10.
rari non ponitur notio, nisi ratione affirmationis ipsius esse ab alio per generationem, idcirco vtrunque eorum, scilicet & generari, & non generari, siue non genitum, esse possunt notiones, vnum affirmatiua ratione generationis passiuæ affirmatæ, alterum negatiua ratione esse ab alio, etiam per generationem negati cum positione eius a quo alius primò.

12. Ad secundum, quòd generari conue- n.2.
nit non tantum filio, sed & Spiritui Sancto, quia producitur similis in natura. Dicendū
secundum superius determinata, & inferius a.58.q.2.
amplius declaranda, quòd generari non con- n.13.
uenit Spiritui Sancto. Quamuis enim ipse q.4.n.10 a.60.q.1
productus est similis in natura, non tamen producitur sub ratione similis, & modo principali naturæ, quem requirit productio, quæ est generari.

13. Tertium argumentum concedendum est.

Conclusiones ex Quæstione Prima, Articuli Quinquagesimi noni.

1. *Generari subiectiuè non est proprietas nisi essentiæ, & non filij.* n. 4.
2. *Generari obiectiuè est notio filij, sicut & generare est notio Patris.* n. 10.

QVAE-

QVAESTIO SECVNDA.

Utrum potentia generandi passiuè sit proprietas existens in filio.

CIrca secundum arguitur generalius, quam quæstio est proposita, quod potentia generandi passiuè non sit proprietas in diuinis.

1. Primò sic: generatio passiua siue generari, non est nisi accipere siue habere per generationem esse ab alio, potentia ergo generandi passiuè siue posse generari non est nisi illius quod possibile est esse ab alio, possibile autem esse ab alio non ex se habet esse, quia tunc frustra esset possibile esse, tale autem quid non est in diuinis, in quibus nihil est nisi quod est neces-
a 21. q. 1
se esse, ergo &c.

2. Secundò sic, potentia generandi passiue
q. 1. n. 4.
non conuenit alicui nisi ratione materiæ, vel quasi, de qua est generatio eius, quod est possibile generari, materia autem vel quasi non est in potentia vt aliquid de ea generetur, nisi quia in potentia est ad formam rei generandę, & educendæ de potentia materiæ, vel quasi per generationem: forma autem præter essentiam diuinam non est in diuinis nisi relatio, quæ non est per se terminus generationis, vel qua generatio terminatur ad aliquid, vt cuius ipsa est forma, ergo si in diuinis esset potentia generandi passiuè, in eis esset aliquid vt materia, & in potentia ad diuinam essentiam,
a 54 n 3. n. 56.
consequens falsum est, quia in diuinis nihil est quasi materia aliorum nisi ipsa essentia, ergo &c.

3. Tertiò sic, quod est proprietas in Deo, est in eo secundum veritatem; illa enim quæ sunt in eo secundum similitudinem, vt sedere, vestitum esse, & huiusmodi, nullo modo proprietates sunt in Deo, potentia generandi passiua non est in Deo, secundum veritatẽ, quia nec ipsum generari, cum generari sit pati, sicut generare est agere, pati autem secun-
a. 52. q. 5. n 41. post me.
dum veritatem in Deo non est, dicente Boethio de Trinitate. *Situm, passionemque recipi in Deo non oportet; non enim verè sunt*, ergo &c.

4. Quartò arguitur, quòd sit proprietas essentiæ diuinæ, sic: proprietas illius est, & in illo cui per se conuenit, & cuilibet alteri per ipsum, vt patet de risibili in homine. Potentia autem passiua qualis est potentia generandi, nulli conuenit nisi materiæ, aut ratione materiæ, vel quasi quę est in eo; *agere enim propriè est formæ, pati autem est alterius potentiæ*, c. 13 10 3
vt dicit Philosophus 2. de generatione, qua- a 19. q. 1. n. 3.
re cum in diuinis nihil est quasi materia ad generationem nisi ipsa diuina essentia, potentia a 54 q. 3. n. 56.
ergo generandi erit ipsius essentiæ diuinæ, & in ipsa essentia, quare non per se in filio, non ergo est proprietas filij, neque in eo per se.

5. Quintò arguitur, quòd sit potius proprietas patris, & in patre, sic: vt iam dictum est, potentia generandi quia est passiua, non n. 2.
est in aliquo neque conuenit ei nisi ratione materiæ, vel quasi existentis in illo, quę in di- a. 54. q. 3. n. 56.
uinis non est nisi ipsa diuina essentia, sed diuina essentia, vt est quasi materia de qua generat pater, est in patre, quia pater non generat nisi de sua substantia, vt patet ex supra determinatis, ergo potentia generandi passiua est ibi. n. 57.
in patre, & non nisi in patre, sed non est proprietas nisi eius in quo est, potentia ergo generandi proprietas patris est, & in patre, non ergo filij, nec in filio.

6. Quod etiam pater generat de sua substantia siue inquantum sua est, nec dicatur; quòd generat de substantia, quæ non sua est, sed vt est filij, deducitur quadruplici medio: Primò sic, quia si ignis generet ignẽ de aqua, hoc non est nisi quia generat ignem de substãtia aquæ, vt est aqua, quia non est alterius, quare cum bene dicitur pater generat filium de seipso, hoc non est nisi quia generat de sua substantia, vt sua est.

7. Secundò sic, licet eadem sit substantia trium personarum, non tamen pater generat de illa, vt est filij, quia tunc de illa generaret alium filium, quia filius ille, cuius est ipsa substantia, saltem secundum rationem præcedit generationem eius, qui generatur de sua substantia, vt sua est. Actus enim præcedit secundum rationem semper id quod de eo generatur, nec de substantia eadem, vt est Spiritus Sancti, quia ipsa Spiritui Sancto per spirationem communicatur, quæ supponit gene- a 54. q 6 n. 54.
rationem secundum superius determinata.

8. Tertiò sic, sicut proprietate paterna in patre determinatur essentia ad actum generãdi actiuè, & fœcundatur sub ipsa inquantum est forma, qua habet agere, sic sub eadem proprietate fœcundatur, & determinatur ad actũ generandi passiuè inquantum est quasi materia, in qua habet producere, sub proprietate

enim

enim filiationis, & communis spirationis fœ-
cundari sic non potest, quia tunc aut frustra
esset, aut ex ea filius, aut Spiritus Sanctus pos-
set generare, eo quòd inquantum huiusmodi,
filij est, aut Spiritus Sancti, quod falsum est,
sed potentia illius est proprietas illius in quo
fœcundatur ad actum, ergo &c.

9. Quartò sic, secundum Commentatorem
c.70. vol. 4. super primum Physicorum, & in principio de
substantia orbis, talis est differentia inter ma-
a.35. q.8 n.17. teriam, & eius potentiam passiuam, quod ma-
teria manet cum forma. Potentia autem non
manet, quare cum in filio est forma, aut ipse
potius est forma ad quam est potentia generan-
di passiuè, nullo ergo modo in ipso est poten-
tia talis, ergo &c.

10. In contrarium arguitur primò sic: si-
cut se habet posse generare ad patrem gene-
rantem, sic posse generari ad filium genitum,
a.58. q.1 illud autem est proprietas solius patris, &
in patre secundum supra determinata, ergo
&c.

11. Secundò sic, cuius est potentia eius est
I de som c.1. & actus, secundum Philosophum 10. Meta-
physicæ actus qui est generari est proprius fi-
lio, & in ipso, ergo &c.

12. De potentia generandi actiue clarum
est, quod sit proprietas patris secundum supe-
a.58. q.2 rius determinata, sed tamen cum hoc solebat
esse quæstio, & dubitatio an ipsa etiam sit in
ib n. 24. filio. Videtur enim Magister Sententiarum
a.14. q.8 n.20. sentire, quod eadem est potentia generandi
actiuè, & passiuè, & quòd potentiam generan-
di actiuè clarum sit esse in patre, & potentiam
generandi passiuè clarum sit esse in filio, &
quòd idcirco potentia generandi actiuè, &
passiuè sit in patre, & in filio, secundum quòd
Ibid. de hoc habitus est sermo superius. Sed de po-
tentia generandi passiuè, an sit proprietas filij,
& in solo filio existens, etiam supposito, quod
non sunt eadem potentia, potentia generan-
di actiuè, & passiuè, sed diuersæ, secundum
ibid. n.21 quòd supra determinauimus, adhuc obscura
est propter rationes propositas.

ibid. 13. Supposito igitur ex supra determina-
tis, quòd potentia formaliter relationem si-
gnificat, & quòd secundum nomen ab ipsa
imponatur, & non essentiam, nisi materiali-
ter includendo eam in suo significato, & quòd
alia est potentia generandi actiue, & alia est
potentia generandi passiuè, & quod nullo
modo potentia generandi actiuè est in filio,
sicut nec paterna proprietas, aut potius gene-
ratiuum sub quo ad hoc habet determinari,
adhuc dubitatio est, an potentia generandi pas-
siue sit in filio, & per se proprietas eius, & in
solo filio.

14. Et quia potentiæ cognoscuntur per actus
c.33 to.2 & actus per obiecta, vt habetur in secundo de
Anima. Potentiæ autem generandi passiuè
actus respondens est generari passiuè, cuius o-
biectum est id quod generatur passiuè. Ad dis-
solutionem igitur huius dubitationis, & diffi-
cultatum, quæ eam circumstant, sciendum,
quòd licet in eo quod generat nulla lateat
æquiuocatio, quia quod generat non dicitur
nisi principium actiuum generationis, in eo
tamen quod generatur æquiuocatio est in re-
bus naturalibus. Generari enim siue esse id,
quod generatur in naturalibus, vno modo di-
citur aliquid subiectiue, alio vero modo obie- q.1. n.4.
ctiuè. Primo modo dicitur generari, vel esse
quod generatur subiectum sustinens actum
generationis. Secundo autem modo illud quod
productum est per actum generationis dicitur
generari, vel esse quod generatur. Secundum
quod de primo dicit Philosophus in secundo
Metaphysicæ. *Quemadmodum inter esse, &* t.7. to. 3.
*non esse est generatio, ita semper id quod generatur
est inter illud quod est ens, & non ens. Addiscens
enim est generatum sciens.* Et intendit secun-
dum Commentatorem, quod sicut addiscens
est medius inter omnino ignorantem, & per-
fectè scientem, sic quod generatur, vt mate-
ria, & subiectum, semper medium est inter
purum non ens, & ens in actu, & hoc ideo
quia ipsa est ens in potentia. De secundo aũt
dicit in 7. Metaphysicæ. *Omne quod generatur* c.21 t.22. to 3.
est aliquid, & ab aliquo, & per aliquid, vbi dicit
Commentator. *Est aliquid idest aliquod prædi-* ib. vol 8.
*camentorum, & ab aliquo, vt materia, & per ali-
quid, & est agens.* Et sumit ibi Philosophus
large generationem ad omne fieri alicuius de-
cem prædicamentorum, siue fuerit à natura,
siue à voluntate, vt patet ex textu literæ suæ.
Nos autem eam ad præsens amplius extenda-
mus, scilicet ad generationem diuinam, & ad
creationem. Cum igitur dictis duobus modis
subiectiuè, & obiectiuè dicitur aliquid esse id,
quod generatur, consimiliter ergo, & gene-
rari dicitur aliquid dupliciter, subiectiue sci-
licet, & obiectiuè, & eadem ratione consimi-
liter etiam dupliciter dicitur potentia generan-
di passiuè, siue posse generari, vt ipsa poten-
tia generandi passiue secundum hoc dicatur
esse in aliquo dupliciter, aut scilicet vt in eo
quod generatur subiectiuè. Similiter, & pos-
se generari dicitur eisdem modis. Primo mo-
do certum est, quòd posse generari, & poten-
tia generandi non sunt nisi materiæ vel qua-
si, sed hoc alio, & alio modo in generatio-
ne ex materia præcedente, & in creatione
siue aliquo præcedente, & in generatione di-
uina.

15. Vt ergo primò prosequamur comple-
tè hoc primum membrum in illis tribus pro-
ductionibus, perscrutando cuius proprietas sit
dicta potentia passiua, & in quo ponenda sit
esse,

esse, vt per id quod de hoc videmus in alijs duabus productionibus, pateat nobis quid de hoc sentiendum in productione diuina. Sciẽdum igitur, quòd in prima istarum productionum scilicet generationis naturalis, duplex est potentia generandi subiectiuè, secundum quòd duplex est materia subiecta, quędam scilicet remota, & quædam propinqua. Secundum enim quòd distinguit Philosophus in 9. Metaphysicæ, & suus Commentator ibidẽ, illud quod est in potentia simpliciter, est materia simpliciter, & hoc est materia propinqua. Remota enim tantum, non est materia simpliciter, nec in potentia simpliciter. Non est autem materia in potentia simpliciter illud, cuius est materia, quando indiget in hoc, quòd exeat in actum alio moto ab eo, quod generat illud, quod est in potentia. Verbi gratia, quoniam terra non est idolum in potentia, sed est cuprum, quoniam terra cum transmutatur à corpore cælesti erit cuprum, & cuprum est in potentia idolum, quia est illud quod ab vno motore fit idolum, & materia quæ potest simpliciter, exit in actum non nisi vno motore, materia autem quæ non dicitur passiuè simpliciter, exit in actum per plures motores vno, propter quod, & à materia proxima denominatur res, non autem à remota, non enim dicitur, quod idolum est terra, aut terreum, sed quòd est cuprum, aut cupreum.

16. Si ergo loquamur de potentia passiua generandi subiectiuè remota, illa nullo modo est in generato, sed in suo contrario; sic enim potentia generandi ignem passiuè est in aqua, quando ignis generatur de aqua. Sed talis potentia generandi nullo modo habet esse in diuinis, quia omnis potentia in diuinis habet esse in actu æterno ab vnico agente, vel si à pluribus, vt contingit in communi spiratione, hoc non est nisi secundum rationem vnam: est autem aliquo modo in eis, quæ creantur, vt iam patebit.

a 36. q. 2 n. 6.

n. 18.

17. Si vero loquamur de potentia generãdi propinqua, de illa sciendum est, quòd in naturali generatione duplex est transmutatio simul in eodem instanti temporis, scilicet corruptio vnius formæ, & generatio alterius. Naturaliter tamen prior est corruptio, & posterior generatio, ita quod secundum Philosophum. 8. Physicorum, signum illud siue instans idem secundum rem in quo fiunt, debet distingui in prius, & posterius secundum rationem, & sit corruptio in priori, generatio in posteriori, ita quòd non dicitur propriè materia esse in potentia propinqua ad generationem nisi pro posteriore signo, in quo iam est denudata à forma priori per corruptionem, & sic in potentia propinqua existens, vt non solum non egeat nisi vno motore, sed etiam non nisi vna transmutatione, vt exeat in actum: Quo posito, licet materia existens in potentia propinqua in eodem instante temporis simul transmutatur, & transmutata est existens actu sub forma geniti, tamen hic similiter oportet vnum instans secundum rem, & secundum vnam rationem generalem diuidere in duo secundum rationes speciales, & naturaliter in priori transmutatur, & est in potentia ad formam, & in posteriori transmutata est, & est in actu sub forma. Et est materia in illo priori propriè medium inter ens, & non ens, nec est pro illo signo potentia generandi in corrupto, nec in generato, sed in ipsa materia sola, vt sic media est, & subiectum transmutationis, quæ est via ad generationem, vt sic vnum instans secundum rem distinguamus secundum tria signa differentia sola ratione. Quorum Primum est in quo fit corruptio. Tertium in quo fit generatio: medium in quo est transmutatio ad generationem.

18. Sed talem potentiam generandi passiuam non est reperire in diuinis, quia in eis nihil est prius, nec duratione, nec natura in potentia quam in actu, nec aliquid vadit per trãsmutationem de potentia in actum, tali enim potentia nihil est in potentia ad actum, nisi fit in potentia ad transmutationem qua vadit ad actum, propter quod quando actu est sub trãsmutatione, est id quod generatur subiectiuè, vt nihil possit propriè esse ad quod generatur subiectiuè, nisi possit esse subiectum transmutationis. Et propterea non est propriè in diuinis quod generatur subiectiuè, quia nihil est ibi transmutabile, sed talis potẽtia passiua quodammodo habet esse in eis quæ creantur. Si enim creatio qua creatum de non esse simpliciter procedit in esse sit vera mutatio, licet nõ talis qualis generatio, est ex præcedente materia, quia illa naturalibus non per se respicit idem, vt subiectum, & terminum sicut ista, quæ est creatio, vt iam insinuabitur.

a 35. q. 2 n. 8.

19. Est igitur sciendum, quòd id quod creatur obiectiuè debet habere etiam aliquid, vt subiectum eius, quod creatur subiectiue, & hoc non nisi idem secundum rem, quod inquantum est obiectum, & terminus naturaliter transmutationis, posterius est, & in signo posteriori diuidendo vnum in duo secundum rationem, & prius, & in signo priori inquantum subiectum sustentans ipsam transmutationem. Est enim essentiam creaturæ tripliciter considerare, sicut & materiam primam. Primò enim scilicet ante instans suæ creationis, solum est in intellectu, vt cognitum in cognoscente, & sub non esse actualis existentiæ, & sic est in potentia remota, vt creetur,

nec sic est subiectum creationis, quemadmodum neque materia secondum quod est in actu sub forma abijcienda, est subiectum transmutationis, quæ est generatio, aut in potentia propinqua ad generandum. Secundo modo est considerare ipsam essentiam creaturæ, vt est in instanti suæ creationis amota priuatione non entitatis per eandem transmutationem, qua ei acquiritur esse. Sic non est propriè subiectum huius transmutationis, sed terminus, quemadmodum neque materia, vt est in actu sub forma generati, est subiectum generationis. Tertio modo est ipsam essentiam creatam considerare secundum se scilicet
a.21.q.4 n.6. secundum quod est aliquid præter esse, & non
a.27.q.1 n.20. esse, secundum quod supra exposuimus. Et sic pro primo signo, & medio est subiectum ipsius creationis, quemadmodum iam dictum
n.17. est, quòd materia inquantum media est inter ens, & non ens, est subiectum generationis, & pro vltimo signo est terminus eius. Nec est vllum inconueniens, quod vnum & idem secundum hunc modum habeat se respectu suiipsius in diuerso genere causæ, & sit prius, & posterius seipso secundum rationem. Materia enim vt est pars compositi, & hic terminus generationis, & aliquid compositi, est causa finalis suiipsius, vt est subiectum, & materia transmutationis, & è conuerso, vt secundum hoc materia quoquo modo concedat cum fine.

20. Sic ergo patet, quòd in diuinis non est quod generatur subiectiuè propriè loquendo, nec est in eis aliquid, quod est materia, & subiectum, in quo sit potentia generandi subiectiuè, nec talis potentia passiua est in diuinis, nec aliquid de quo generans generat secundũ talem potentiam passiuam. Sic enim generaretur genitum in diuinis per hoc, quod id de quo generatur esset in potentia, vt de ipso educeretur aliqua forma per trãsmutationem, quod est impossibile, & in generatione diuina, & in creatione.

21. Sed quia in diuinis ponendũ est aliquid necessariò de quo generans generet, quia nõ de
a.54.q.3. nihilo generat, vt supra habitum est, non aũt
n.53. generat de aliquo nisi per potentiam generandi passiuam, quæ est in illo, per quam de ipso potest generari aliquis, potentia autem omnis quæ est eius de quo generatur, inest illi respectu actus ad quem est, in diuinis autem necesse est potentiam esse indistantem secundum rem ab actu, & non posse esse distantem, potentia autem quæ nec distat, nec distare potest ab actu, necessario est idem cum actu, quia si esset alia ab actu esset simul, & non esset, quia cũ res est in potẽtia, quę est alia ab actu, nõ est sub actu, quia contrariatur actui, & nõ manet simul cum eo, & si ponatur esse simul, hoc est per impossibile, & implicantur contradictoria simul in eodem: Potentia vero quæ est idẽ cum actu, si in aliquo differt ab eo, non differt ab eo nisi secundum rationem, quare cum potentia non dicitur potentia nisi ex eo quod respicit actum: quod autem respicit alterum nõ respicit illud, nisi secundum quòd alterum est ab eo, potentia ergo generandi eius de quo quis generat in diuinis, non est nisi potentia secundum rationem, & sic similiter id de quo generans generat est quasi subiectum actus, & materia solum secundum rationem. Non est ergo in diuinis id de quo generatur genitum, nisi secundum rationem tantum, habendo istummodo rationem subiecti siue materiæ, & potentiæ passiuæ. Secundum rem tamen in diuinis reali generatione aliquis generatur de ipso, quia cum potentia generandi de qua, vel quasi vt de qua, est generatio, non est secundum se nisi in materia, & ipsius materiæ, licet in diuinis non sit in aliquo, vel alicuius propriè vt in subiecto, & subiecti, sed vt in fundamento, & fundamenti, & per ipsum fundamentum inquantum est fundamentum in eo in quo est fundamentum potentię. Et ideo non est talis potentia passiua geniti, aut ingenito, vt dictum est supra in generatione natu- n.16.
rali de potentia passiua materiæ naturalis, sed eo modo quo est potentia non per se nisi eius, & in eo de quo generatur, & proprietas eius, sed secundum rationem sicut est potentia secundum rationem. Et quia est secundum rationem solum, quod præcipue ex hoc patet, quòd non est per se vnius personæ respectu alterius personæ, sed tantummodo eius de quo generatur respectu eius, qui generatur, aut respectu actus quo generatur, qui secundum rationem ab huiusmodi differt potentia, vt dictum est, ideo non est proprietas notionalis, nec ad illam reducenda.

22. Quod quomodo sic habeat esse, patet a.58.q.2.
ex modo generationis diuinæ. Cum enim se- n.13.
cundum supra determinata pater generat mo- q.5.n.5
do operationis intellectualis; Ipse enim generat inquãtum est quædam simplex intellectualis notitia, & ita quasi memoria, in qua est cõsiderare tria secundum rationem differentia, intellectum scilicet in quo est illa notitia, vt forma eius, & ipsam notitiam, vt formam intellectus, & ipsam rem intellectam per notitiam informantem intellectum, vt obiectum, quæ sic se habent adinuicem, quòd à re intelligibili inquantum est intelligibile quid vt ab agente, de intellectu vt de possibili quodam formatur notitia, sed actione secundum rationem tantum. Similiter filius siue verbum quod generatur inquantum est quędam intellectualis notitia declaratiua, & ita quasi intelligentia, in ipso similiter est considerare tria

diffe-

differentia secundum rationem solum, consimiliter se habentia inter se, intellectum scilicet, ipsam notitiam, & rem intellectam, & illa tria in patre, istis tribus in filio se sunt eadem, differentia ratione solum, reddendo singula singulis. In istis autem tribus vt sic cõsiderantur in patre, obiectum se habet in ratione agentis quasi potentia actiua, & intellectus in ratione patientis quasi potentia passiua, & notitia simplex in ratione producti, & sic vt ab obiecto agente potens produci obiectiuè de intellectu, vt de quo potest quasi produci subiectiuè.

23. Et ista omnino sunt secundum rationem nostri intellectus, propter quod de potentia actiuè, & passiuè dicta secundum illos modos non loquimur, quia eodem modo habent esse in filio secundum illa tria in ipso, sed sermo noster est de potentia passiua, qua de aliquo potest generari passiue persona distincta secundum rem à generante. Verbum enim siue filius continens dicta tria in se secũdum vnam rationem, natum est generari de patre continente eadem tria in se secundum aliam rationem. Et generatur verbum vt subsistens in illis tribus secundum vnam rationẽ, à patre subsistente in illis tribus secundum aliam rationem, vt ipse filius totus per se generetur, & totum in quo subsistit habitum sit, & communicatum in ipso per generationem, & ipse pater per se totus generat, & toto eo in quo subsistit, vt ratione generandi actiuè, & quadam potentia actiua sed de se generat, vt de eo de quo potest alius generari obiectiuè, vt de potente generari passiuè, & subiectiuè, & sic vt de habente in se potentiam generandi passiue, & subiectiuè, & hoc non de se toto ratione totius in quo subsistit, sed solummodo ratione intellectus. Pater enim per se generat non autem illa tria in quæ subsistit, sed illis generat. Generat autem per se de intellectu in quo subsistit, vt aliquo eius secũdum rationem, & non generat de se, nisi quia de illo, quod est in se, & sic quodammodo nõ per se de se, sed per aliquid sui, vt secundum hoc simpliciter generat per se, non autem simpliciter generat de se per se, sed per aliquid sui de quo generat per se, vt intellectus patria informatus notitia simplici ab obiecto, & circa obiectum secundum vnam rationem intellectus, notitiæ, & obiecti est in potentia, vt formetur de ipso totum verbum siue notitia declaratiua secundum rationem totius idest illorũ triũ, quæ in ipso differunt ratione, non autem solum ratione ipsius notitiæ, quæ est vt aliquid verbi differens ratione ab intellectu, vt est in ipso, & ab obiecto intelligibili, principiatiuè tamen à toto patre secundum rationem omnium quæ in eo sunt, licet de solo intellectu sub ratione intellectus, vt iam patebit.

24. Vt hic considerare possimus duplicem rationem potentiæ, vnam qua ipsum verbum dicitur posse generari obiectiuè de patre, vt de principiante: alteram qua de ipso intellectu patris dicitur posse formari quasi subiectiuè, & quasi de materiali (communiter loquendo de esse in potentia passiua subiectiuè) ipsum verbum. Quæ potentiæ duæ sic se habent secũdum rationem adinuicem, quòd vna est ratio alterius, vt videlicet verbum non dicatur posse generari obiectiue de patre principiante, nisi quia de intellectu paterno quasi subiectiuè potest formari, & hoc quemadmodum in rebus naturalibus compositum non dicitur pos- n.28. se generari obiectiue ab agente, nisi quia de materia potest formari, & de potentia illius subiectiua. Et est illud posse quo de intellectu subiectiue potest generari quasi passiuè, secundum rationem tantum, & istud posse quo verbum potest generari passiuè, & obiectiuè, est posse secundum rem, sed secundum vnum ordinem tantum, vt iam patebit, & secundum n.57. illum etiam pertinet ad proprietatem notionalem, vt iam videbitur. Et quia illud posse n.59. est ratio istius (vt dictum est) & illud habet reduci ad ipsum, sic omne notionale siue personale ad essentiale, non è conuerso.

25. Quanquam autem (vt iam diximus) proprietas illa secundum rationem dicta sit ipsius intellectus subiectiuè nondum tamen satis clarum est, an vt est intellectus generantis, an vt est intellectus geniti, sed hoc statim clarescet perscrutando cuius proprietas sit, & in quo sit potentia generandi passiua obiectiuè dicta, qua dicitur passiuè generari id quod esse habet per generationem. Hoc ergo membrum secundum diuisionem supradictæ in dictis tribus productis perscrutandum, cuius hæc potentia sit proprietas, & in quo sit ponenda, vt per hoc quod de alijs duobus videbimus pateat, quid nobis de hoc sit sentiendum in diuino producto, siue generato. Et est hic primò considerãdum ex parte productorum. Secundò aliquid similiter ex parte potentiæ generandi passiue, quæ ei attribuitur.

26. Circa primum igitur sciendum, quòd secundum prædictas tres productiones triplex est modus eorum quæ producuntur in esse, aliquid enim producitur in esse imperfecte, aliquid vero perfectius, aliquid autem perfectissime. Primò modo producitur in esse productum per generationem naturalem, quia nõ totaliter, & omnino recipit esse à generante, sed solummodo recipit ab illo perfectionem suam in esse, quia generans naturaliter non generat nisi principio materiali præsupposito in esse in quo generatum præhabuit esse in po-

tentia, quod non dedit ei generans generando, seu solum per generationem communicando. De quo dicit Auicenna 7. Metaphysicæ, *quòd eius esse non est post non esse absolutè, sed secundum priuationem eius in materia. Et est inductio esse rei ex re debilis, & breuis.* Secundò modo producitur in esse productum secundum creationem, totaliter, & omnino à producente recipiendo esse absque aliquo eius præcedente quoquo modo in esse, de quo dicit Auicenna ibidem. *Si fuerit esse post non esse absolutè, tunc aduentus eius à causa sua erit causatum, & est dignior omnibus modis dandi esse.* Quod verum est dandi esse post non esse. Tertio enim modo producitur in esse productum in diuinis, & modo perfectissimo atque dignissimo, quòd totaliter à producente recipit esse, non ex aliquo præcedente, nec post non esse natura, aut duratione, quia talis productio præstaret ei esse quod non fuit, sed de aliquo, & ab agente aliquo semper existente, à quo, & æque semper, & simul natura, atque duratione habet esse secundum iam dictum modum, & iam amplius dicendum, & id esse quo ipse producens est, licet secundum alium
1. de Tr. ad fin col. 18. modum habendi illud, dicente Hilario de natiuitate, quæ in diuinis est productio filij. *Semper patrem semper filium prędicantes non post aliqua Deum omnium, sed ante omnia esse edocebimus,* & infra. *Ita semper esse vt, & natum prędicemus, ita vero natum esse vt semper fuisse manifestemus, quia, & natiuitas auctorem habeat,*
col. 3. *neque careat æternitate diuinitas,* & lib. 3. *Ex his quæ in patre, sunt ea in quibus est filius, idest ex toto patre totus filius natus est, non aliunde, quia nihil ante quam filius: neque ex nihilo, quia ex Deo filius. Quod in patre est, hoc in filio est, alter ab*
col. 8. *altero, & vterque vnum,* & lib. 6. *Non quæ non erant tenet, sed quæ Dei manebant, & manent obtinuit [illegible]tate nascendi.* Et est perfectissimus modus dandi esse, de quo dicit Christus
D. 26. Ioan. 5. *Sicut pater vitam habet in semetipso, sic dedit, & filio vitam habere in semetipso.*

27. Circa potentiam vero generandi passiue obiectiue, & circa ipsum productum in tribus dictis productionibus sciendum est, quòd ipsa potentia potest attribui alicui obiectiue, vt ei quod producitur, siue generatur, dupliciter, quia secundum duplicem ordinē, scilicet & secundum ordinem ad id de quo subiectiue generatur, & secundum ordinem ad id à quo principiatiue generatur. Ipsum enim quod obiectiue, generatur, & generatur de aliquo subiectiue & ab aliquo principiatiue, & ideo etiam potest eisdem modis generari, & de aliquo, & ab aliquo, & illi potentiæ qua potest obiectiue generari de aliquo respondet potentia in eo de quo generatur, quia illud subiectiue est in potentia, vt de eo generetur, & eidem potentiæ, qua potest obiectiue generari ab aliquo, respondet potentia actiua in eo à quo potest generari, quæ actiue potest generare illud.

28. Et est in diuinis magna differentia inter potentiam generandi passiuè, & obiectiuè de aliquo, vt de subiecto, & ab aliquo vt à principio. Inquantum enim est potentia passiua, qua obiectiuè productum produci potest de aliquo, est secundum rationem, quia ipsa potentia passiua subiectiuè in eo de quo, est secūdum rationem tantum. Ipsum autem generari de aliquo subiectiuè, & ipsum generari alicuius obiectiuè, sola ratione differunt, quia ab eo quod non habet esse in diuinis nisi secundum solam rationem cuiusmodi est posse generari subiectiuè, nihil potest differre secūdum rem. Et sic sola ratione differunt potentiæ passiuæ qua hoc obiectiuè ab illo subiectiuè potest produci, licet potentia passiua subiectiue in eo *de quo*, sit ratio illius passiuè obiectiue in eo, qui *ab*, non enim habet productū obiectiue potentiam, vt producatur de aliquo nisi quia illud de quo producitur habet potentiam, vt de eo producatur, quemadmodum id de quo producitur non habet potentiam, vt de eo producatur nisi quia producens habet potentiam, vt de illo illud producat. Et sic potentiæ passiuæ obiectiue ratio est potentia passiua subiectiue, & potentiæ passiuæ subiectiue ratio est potētia productiua actiuè. Omnis enim potentia passiua ad potentiam materiæ reducitur, & potentia materiæ ad potentiam agentis. Et sicut est de potentijs, similiter est, & de actibus. Actus enim quo quis generatur obiectiuè ratio, est ille actus, quo aliquis generatur subiectiue, & illius ratio est actus quo quis generat principiatiue, nō enim generatur filius obiectiue nisi quia de diuina essentia generatur subiectiuè, nec de illa generatus subiectiuè est nisi quia pater de ea generat principiatiuè. Et sicut generari, & posse generari obiectiue inter se differunt sola ratione, sic & inter se sola ratione differunt posse generare, & generare principiatiue, & posse generari, & generari subiectiuè. Et posse generare, & generare principiatiuè secundum rem differunt à posse generari, & generari obiectiuè. Vnde potentia passiua qua productum potest produci ab alio principiatiuè, est potentia secundum rem, quia secundum rem differt à potentia generandi actiue, quæ ei respondet in eo a quo producitur. Quemadmodum enim secundum rem differunt generare, & generari, sic & posse generare, & posse generari, quia posse generare reducitur ad generare, & posse generari obiectiue, reducitur ad generari obiectiue, vt supra dictum est, & infra amplius dicetur. n. 30.

29. In diuinis ergo posse generari obiectiue in ordine ad generantem proprietas est, propter distinctionem secundum rem personalem generantis, & geniti, & similiter generare, & generari, non autem in ordine ad id, de quo generatur, propter identitatem secundum rem ipsius posse generari subiectiue, & ipsius posse generari obiectiue, quemadmodũ identitas est secundum rem geniti, & illius de quo generatur, & differentia secundum solam rationem. Vnde quia generari per se proprietas est filij, & solius filij, & in solo filio, ideo dico, quòd ista potentia generandi passiue scilicet obiectiue in ordine ad illum a quo generatur aliquis in filio est, & filij proprietas, & solius filij, & in solo filio. Et similiter est in solo filio secundum ordinem quem habet ad id de quo generatur, sed non est proprietas, quia solum est secundum rationem differens à potentia, qua potest de illo generari. Vnde nulla potentiarum quasi passiuarum in diuina productione proprietas est excepta illa, qua persona produci potest passiuè, & obiectiue, vt genitum à generante. De potentia autem passiua, & quasi subiectiua in eo de quo producitur quis, puta in intellectu, de quo producitur verbum, clarum est, quòd eo modo quo est potentia secundum rationem in ipso intellectu est secundum rationem. Verũ autem in ipso intellectu vt est patris, qui generat, an vt est filij qui generatur de hoc nondum est clarum, sed iam videbitur quid de n.59. hoc sentiendum sit in dissolutione rationis quintæ.

a.13. 30. Quod ergo arguebatur primò, quòd potentia generandi passiuè nõ est in filio, quia ipse est necesse esse sicut pater, & potẽtia generandi ponit posse esse. quia generatio est actus ad esse, posse autem esse contrarium est ad necesse esse. Dicendum, quòd aliquid vel aliquis potest intelligi esse possibile esse ab alio, a.21.q.5. dupliciter, vel formaliter, vel principiatiuè. Quod primo modo est possibile esse ab alio, secundum se est natura, & essentia aliqua, quæ quantum est ex se caret forma essendi, & ideo oportet, quòd ei esse acquiratur ab alio, & tale solum est in creaturis, & in omnibus creaturis, quibus esse acquiritur non nisi per aliquid existens extra earum essentiam, quia quantum est de se, & sua essentia mutabiles sunt de non esse in esse, & è conuerso, & tale posse esse ab alio, est contrarium necesse esse, vnde nec ab alio potest esse necesse esse. Quod vero est possibile esse ab alio secundo modo, secundum se est natura, & essentia aliqua, quę ex se formaliter est ipsa forma essendi, & ipsum esse, cui idcirco nihil potest acquiri ab alio, sed quòd ipsũ possibile esse tale sit esse secundum actum, hoc habet principiatiuè ab alio. Et tale posse esse ab alio non repugnat ei quod est necesse esse, quia ex se formaliter est necesse esse, licet ab alio principiatiue. Quia autem esse formaliter necesse esse nõ potest esse, nisi vnũ secundum substantiam, quia est primum ens, a quo autem quis habet, quòd sit necesse esse ille non potest esse nisi necesse esse, quia possibile esse formaliter cum sit posterius esse, quam sit necesse esse non potest esse principiũ eius, quod necesse esse. Patet igitur, quòd ambo sunt eiusdem substantiæ, scilicet & ille qui habet, quòd sit necesse esse ab alio, & ille à quo habet hoc. Et sic filius siue verbũ est possibi- a.28.q.5 n.8. le esse ab alio principiatiue, à quo habet, quòd sit necesse esse ex se formaliter, sicut est ille à a.54.q.3 n.10. quo illud habet. Et sic ex se habens esse formaliter non frustra est possibile ab alio habere esse principiatiue, quia illud ex se non haberet formaliter nisi posset illud habere ab alio principiatiuè, & hoc per potentiam, quæ est in producto, vt possit produci de alio obiectiue, & quæ est in intellectu producentis, vt de eo possit produci subiectiue secundum prædi- n.29. ctum modum.

31. Ad cuius ampliorem intellectum est aduertendum, quòd secundum prædetermi- n.32. natam, in Deo est tria considerare, scilicet ipsam substantiam diuinam sub ratione intellectus, & ipsam actualem notitiam quasi formam intellectus secundum formam intelligẽtis, & ipsam diuinam essentiam, vt est quoddã intelligibile obiectum quo intellectus habet esse quasi à quodam actiuo informante intellectum secundum actum intelligendi terminatum ad ipsam, vt ad formale cognitum, quę secundum rationem solummodo differunt, & sunt communiter in tribus personis diuinis sub proprietatibus, quibus personæ illæ inter se distinguuntur, & conueniunt singulis formaliter ex seipsis, sed ab alio principiatiue sũt in filio, & Spiritu Sancto, & in patre non ab alio. Et vt sunt in patre, huiusmodi notitia habet secundũ considerationem rationis quasi formari in intellectu, vt est intellectus simpliciter, & pure quasi passiuus, & vt ipsa notitia est simpliciter, siue simplex notitia, & vt ipsum obiectum simpliciter mouens ad actum intelligendi, & simpliciter cognitum.

32. Quibus sic se habentibus in patre, & a.58.q.2 n.44.45. sola ratione inter se differentibus, ipse intellectus, vt patris est non solum stat in simplici notitia ad quam est quasi pure passiuus, sed spiritualiter se conuertit super seipsum, & suum actum, & super obiectum cognitum. Hoc est enim naturæ cuiuslibet substantiæ intellectualis separatæ, quæ intellectus actiuus est, & nõ solum habet rationem intellectus in recipiendo, sed aspectus in considerando, & diligentius intuendo seipsum, suam naturam, & ipsum

cogni-

cognitum ab eo. Et per hoc intellectus patris est in potentia propinqua, vt de eo generetur verbum. Etenim intellectus informatus notitia simplici, qui in patre tenet rationē memoriæ siue notitiæ, quæ dicitur memoria, agit in ipsum intellectum, vt aspectus est, & conuersus, super seipsum & super notitiam qua informatur, & super obiectum cognitum à quo informatur, generando de ipso, & in ipso notitiam sibi simillimam terminatam in adipsum à quo generatur, vt in obiectum vnicum, licet tria in se contineat secundum rationem, vt non solum illa notitia, quæ verbū est sit similitudo obiecti in simplici notitia, sed & illius notitiæ, & intellectus in quo est, vt secundum hoc intellectus, qui est aspectus secundum actum, est aliquid verbi secundum rationē, habens in se notitiam illam quæ terminatur ad illud totum in patre. Et per hoc notitia patris simplex notitia est, terminata ad diuinam essentiam, vt simpliciter cognitum. Notitia vero filij, scilicet illa quæ verbum est, & filius, est declaratiua terminata intuitiue non solum ad cognitum illa simplici notitia, vt scilicet id quod illa notitia cognitum erat simpliciter, illa notitia cognoscatur discretiuè, sed etiam ad ipsam notitiam, & ad intellectum in quo est, & per hoc ad ipsum totum intelligentem, quia intelligens notitia, vt declaratiua est, non solum intelligit rem discretiue quam intellexit simpliciter notitia simplici sed intelligit se, & se intelligere illam, in quo perficitur actus intelligendi, & perfecta ratio verbi, ne solum intelligatur verbum generari ex hoc, quod intellectum simplici notitia agit in intellectum, vt est aspectus generando in se notitiam discretiuam. Non enim verbum solummodo generatur à cognito in simplici notitia secundum modum quē
a.58.q.5 declarauimus in præcedenti quæstione, sed etiam a cognoscente, vt ibidem diximus secundum Augustinum. Vt secundum hoc in generatione verbi intellectus simpliciter informatus simplici notitia circa obiectum simpliciter cognitum totum inquantum hoc, vt intelligibile quoddam agat non tam naturaliter, vt obiectum cognoscibile, quam intellectualiter, vt actualiter intelligens, & intellectualis notitia in ipsum intellectum, hoc est in essentiam diuinam sub illa ratione quæ est aspectus. Et per hoc habet esse notitia de notitia, intelligentia scilicet de memoria, declaratiua de simplici. Et dicitur declaratiua, non quia clarius cognoscitur aliquid a Deo in declaratiua, quam in simplici, sed quia diuina essentia, quæ in simplici notitia cognoscitur solum sub ratione intelligibilis cogniti simpliciter, in declaratiua cognoscitur, & sub ratione intelligibilis cogniti discretiuè, & sub ratione qua est simplex notitia discrete cognita, & sub ratione, qua est intellectus discrete cognitus.

33. Et secundum hoc in creaturis intelligentibus aliud a se, verbum non solum continet notitiam, qua cognoscitur quid est cognitum, vel quod quid est eius discretiuè, sed qua cognoscitur ipse actus cognoscendi illud, qua scilicet cognoscitur simplici notitia. Et quando formatur verbum de notitia, qua cognoscit seipsum, illa non solum continet notitiā, qua cognoscitur quid est, vel quod quid est circa cognitum in simplici notitia, & qua cognoscitur ipsa notitia, sed qua cognoscitur intellectus, quo cognoscit cognoscens illa notitia, & per hoc totus ipse cognoscens. Quod verbum in nobis maxime assimilatur verbo diuino, quod est notitia declaratiua secundū iam dictum modum, in qua secundum rationem (vt dictum est) sunt tria: intellectus vt aspectus, notitia, vt declaratiua, cognitum vt quid est, quemadmodum tria sunt in notitia simplici quæ pater est, scilicet intellectus, vt simpliciter intellectus est, notitia vt simplex, cognitum vt aliquid est. Et sunt penitus eadem secundum rem absolutam singula singulis, & singula omnibus & in patre, & in filio, distinctione solummodo habita in eis per habitudines siue respectus, qui sunt à quo, & qui ab, qui constituunt supposita in quibus illa habent esse. Notitia enim quæ sub vna ratione differt a seipsa sub alia ratione, ratione illa qua est notitia secundum aliam, & aliā rationem non distingueret personas nisi absolutas, & secundum rationem tantum. a.28.

34. Inquantum etiam considerantur vt absoluta, & ratione sola differentia, vna non habet esse de altera, vt terminus, & principium alicuius productionis, quoniam in diuinis nihil absolutum est principiatum, neque secundum se, neque etiam in alio, secundum modum quo forma naturalis dicitur esse principiata, quia scilicet de potentia materiæ alicuius a non esse ad esse in composito est producta. Vnde nihil absolutum debet considerari in diuinis vt *ab* & *a*, quia nihil in illis est quod est *ab*, sicut terminus nec quod est *a quo*, sicut principium actiuum productionis, sed debent illa absoluta differentia ratione considerari sicut fundamentum illorum respectuū, & cum singulis respectibus constituentia singulas personas, quæ per se sunt terminus, & principium productionis, subsistentes in illis absolutis differentibus secundum rationem tantum, quæ differentia secundum rationem tantum, est fundamentalis origo distinctionis suppositorum secundum rem, ita tamen quòd sicut intellectus patris, vt est intellectus simpliciter, semper est informatus notitia simpli-

ci ab ipsa diuina essentia, ipsa essentia quasi secundum rationem agente in intellecto ipsam simplicem notitiam, sic idem intellectus, vt est aspectus semper, & immutabiliter conuersus ad seipsum, vt est notitia simplici informatus, [n.31.] semper est quasi informatus notitia declaratiua ab ipsa notitia simplici, quæ ista secundum rationem continet in patre, vt iam dictum est, [n.32.] ipsa tali secundum rem agente in aspectu ipsam notitiam declaratiuam. Et ideo est imago illius continens in se tantummodo duo secundum rationem differentia, scilicet ipsum aspectum, de quo quasi formata est, & ipsam notitiam formatam. Obiectum autem intelligibile de quo formatur simplex notitia, semper se tenet ex parte notitiæ simplicis, & eius à quo formatur declaratiua notitia, & solummodo ex hoc, quod hæc est de illa secundum rem principiatiuè formata, constituuntur diuersa supposita in ipsis subsistetia distincta secundum rem, & hoc ideo, quia hoc est esse *ab* secundum rem. Vbi enim est conuersio alicuius super aliquid, oportet, quòd sint distincta secundum rem quoquo modo, & quod conuertitur, & supra quod conuertitur, cum tamen ex hoc, quòd de intellectu formatur simplex notitia ab essentia intellecta, est secundum rationem tantum. Et similiter quod est *ab*, & id *à quo* est, habent esse diuersa secundum rationem tantum, quia hoc est esse *ab* secundum rationem tantum, quia absque conuersione.

35. Et secundũ hoc magna est differentia inter hanc generationem, & illam quæ est in creaturis, in qua absolute diuersa sunt secundum rem in generante, & genito, & subiectũ de quo, & quod de ipso educitur, quo constituitur genitum in esse. Sed minor est differẽtia huius generationis verbi in diuinis a generatione verbi in intellectu nostro, & Angelorum. In verbo enim nostro, & Angeli quoquo modo diuersitas est secundum rem inter notitiam genitam, & eam quæ generat, propter quod non sine transmutatione verbum in nobis, & in Angelis formatur, vt iam patebit.

36. Vt ergo modus generandi in diuinis iam tactus magis illucescat iuxta dissimilem modum generandi verbum in nobis, & in Angelis, sciendum est, quod alius est modus generandi verbum in nobis, & in Angelis, & in Deo, secundum quòd alius est modus cognitionis Angelis, & Deo. Similiter in nobis alius, & alius est modus formandi verbum de alia, & alia re cognita. Est enim nobis modus cognoscendi proprius (secundum dictum Philosophi in principio physicorum) incipiẽdo à confusis. [t.3.10.2.] *Sunt enim* (vt dicit) *nobis primum manifesta, & cognita confusa magis*, & hoc in vita præsente prioritate temporis. Vnde cum de compositis in essentia sua complectentibus partes, quæ constituunt eorum definitiuas rationes dixisset. *Primum nobis nota sunt confusa magis*, continuò adiecit. [ibid.] *Posterius autem ex his nota fiunt elementa, & principia diuidentibus hæc.* Propter quod de talibus prius est verbum formabile in nobis, habendo scilicet de eis confusam cognitionem sub ratione definiti, quam sit actu formatum habendo de eis cognitionem determinatam, & distinctam in eorum definitiua ratione, & hoc quemadmodum (vt dicit) [ib.t.5.] *pueri confusa cognitione primum appellant omnes viros patres, & omnes fœminas matres*, postmodum vero vigorato intellectu cognitione discreta *determinant horum vnumquodque*, distincte cognoscendo patrem inter alios viros, & matrem inter alias fœminas, & etiam quemadmodum cum videmus aliquid à longe, primò mediante visu, & phantasia intelligimus illud esse aliquam substantiam corpoream, postmodum appropinquando magis, & magis per motum cognoscimus, quòd sit animal, deinde per staturam corporis cognoscimus, quod sit homo, deinde quis homo sit, si tamen eum alias nouerimus. Sed ista cognitio adhuc confusa est apud intellectum quousque cognoscamus de homine, quid sit in sua ratione definitiua, quæ est eadẽ hominis, & huius hominis secundum Philosophum. [4 Met. t. 3.10.3.] Sic autem non cognoscimus eum iam habita prius de eo notitia confusa, nisi discursu, & intuitione intellectus, & irradiatione agentis, secundum supra expositum modum. [a.58 q.2 n.45.] Per quæ patescunt nobis in definito partes eius essentiales, quemadmodum (vt supra expositum est) [ibid.] patescit etiam irradiatione agentis vniuersale in phantasmate. Sunt autem partes illæ secundum logicam definitionem genus & differentia, sed ex his duobus primò nobis innotescit genus tanquam magis confusum, deinde differentia, vt distinguens genus, & determinans ipsum ad speciem, ita quòd in neutro horum secundum se concipiatur verbum perfectum definiti, sed in vtroque simul.

37 Similiter prioritate temporis, licet forte imperceptibilis nobis, nota sunt cõfusa magis in eis, quæ sunt simplicia, non habentia partes in essentia sua, neque definitiuas rationes, vt sunt vltimæ differentiæ specierum specialissimorum. Talia enim cum primò occurrunt intellectui mouent ipsum ad cognoscendum de eis, quòd sint aliquid in rerum natura, non tamen quid sit determinate, vt scilicet sit differentia talis, vel talis. Semper tamen aut nihil de eis cognoscitur, aut cognoscitur totum quod est in eis cognoscibile, quamuis non totaliter.

38. Et

38. Et hoc contingit in intellectu, quemadmodum contingit in sensu. Cum enim in luce obscura, siue modica videmus librum scriptum, statim videmus, quòd in eo aliquid scriptum sit. Sed quòd non videmus discretiuè, quòd in eo scriptum sit, hoc fit pp duo, quorum primum est lucis intentio, cuius irradiatione clariore patescit visui, quid scriptum sit amotione tenebrę obumbrantis, secundum quem modum irradiat lux agentis super phãtasmata amouendo vmbram particularium circunstantiarum materiæ, secundum quem modum etiam irradiat super confuse intellectum amouendo vmbram confusionis. Secundum vero est visus approximatio secundum quòd visus discernit à propinquo quod non discernit à remotis. Et est aspectus ipsius intellectus, siue intuitio ipsius ad intelligibile appropinquatio spiritualis, qua quasi penetrantur eius interiora, & est in sensu visus illa visio certa, & discreta eadem re cum illa prius confusa, differens solum secundum magis, & minus. Et est illa determinata quasi verbum in sensu, sed non propriè est verbum, eo quod non formatur actione sensus, sed tantummodo obiecti. Magis tamen habet de ratione verbi quam illud, quod quidam dicunt a.40 q.7 esse verbum essentiale in diuinis, quia ibi visio certa præsupponit confusam, in diuinis autem notitia essentialis nullam aliam præsupponit. Et notitia declaratiua, quæ verbum est, semper supponit notitiam simplicem, vt vbicunque sit verbum qualecunque, requiritur duplex notitia, & ex parte intel- a.58.q.2 n. lectus ascribitur illa notitia simplicis intelligentiæ confusa ipsi memoriæ, quia tunc primo mouet intellectum sub ratione intelligentiæ determinata cognitione, quando mouet intellectum ad cognoscendum de cognito, quod determinatè sit in rerum natura. Quicquid enim intellectus noster apprehendit, primò subitò apprehendit, quòd aliquid sit, & ex hoc intellectus factus quasi attonitus statim aspectum suum conuertit vi sua actiua super actum suum, & super obiectum confuse cognitum, & mouetur acrius illud diligentius intuendo, vt discretius ipsum cognoscat, & hoc quemadmodum oculus corporalis cum subito immutatus fuerit à luce, aspectum suũ acrius intuendo in illam extendit, vt perfe- b.n 45. ctius eam videat, & hoc appetitu delectato in eo quod cognoscit intellectus, aut sensus, & per hoc mouente intellectum, aut sensum ad amplius intuendum, vt perfectius delectetur in cognito. Vnde secundum quòd dicit to.3. Augustinus 14. de Trinitate cap. 5. *hinc conijci potest; quod infantis mens lucis hauriendæ sic auida est, vt si quisquam minus cautus, aut nesciẽs quid inde possit accidere, nocturnum lumen posuerit vbi iacet infans in ea parte ad quam iacentis oculi possint retorqueri, nec ceruix possit inflecti, sic eius inde non remouetur aspectus, vt nonnullos ex hoc etiam strabones fieri nouerimus.*

39. Vnde cum obiectum non moratur, sed transuolat, solum confusa, & indeterminata notitia permanet, quemadmodum cum aliquid subito transuolat immutando visum corporalem, percipimus nos aliquid vidisse, nescimus tamen quid fuerit determinate. Secundum hunc enim modum determi- a.1.q.5. nauimus supra, quod Deum intelligimus in a.24.q.6. præsenti, & cognoscimus de eo quid est gene- a.33.q.2. ralissima cognitione, idest quod aliquid sit, quod mentem nostram quasi in ictu oculi trãsuolando immutat, sed quæ, & qualis natura sit determinate non percipimus, dicente beato Gregorio 16. Moralium cap 4. *Sic nobis intelligendum præbet, vt tamen ipsum nobis radium sui intellectus obnubilet, & rursum caligine ignorantiæ sic nos reprimit, vt tamen menti nostrę radijs sua claritatis intermicet, quatenus, & subleuata quippiam videat, & reuerberata contremiscat, & quia eam sicuti est videre non potest, aliquatenus videndo cognoscat.* Quia, vt dicit lib. 5. cap. 20. *etsi plane non intimat, quoddam tamen de se humanæ menti manifestat.* Sed vt dicit lib. 8. cap. 18. *inhærere diu luci non valet, quia raptim videt.* Sic etiam Deus se confusa cognitione, qua scilicet de se quod aliquid sit cognoscitur, intellectui beato in primo instante visionis gloriosæ prius naturaliter manifestat, & subito & in eodem instante forsitan cõuertit se super obiectum acrius intuendo ipsum, vbi de Deo in intellectus aspectu formatur verbum, quo certe cognoscitur de Deo quid sit determinate in rerum natura, quamuis ipsum videndo non concipiamus de eo verbum indicans quid est secundum definitiuam rationem, quia nullam habet propter eius simplicitatem, vt dicit Auicenna. Secundum quem modum alias diximus quæstionibus de quod. 4. Quolibet, quòd intellectualiter videndo Deũ q.8. non concipimus verbum de ipso, sed cogno- quod. 5. scendo quid sit determinate in rerum natura, q.26. verbum de ipso concipiemus, secundum illud primæ Ioannis 3. *Similes ei erimus, quoniam* A.2. *videbimus eum sicuti est.* Super quo dicit Augustinus. 15. de Trinitate cap. 16. *Sed tunc* to.3. *quidem verbum nostrum non erit falsum, quia neque mentiemur neque fallemur, tamen cum hoc fuerit, formata erit creatura, quæ formabilis fuit, vt nihil iam desit eius formę, ad quam peruenire deberet, sed tamen coæquanda non erit illi simplicitati, vbi non formabile formatum, vel reformatum est, sed forma neque informis neque formata ipsa ibi ęterna est immutabilisque substantia.*

40. In quo August. tangit vnam differentiam

tiam inter verbum nostrum, & cuiuslibet intellectus creati etiam de Deo, & inter verbũ Dei, videlicet quod verbum intellectus creati prius tempore, aut natura formabile est quã formatum. Prius tempore, quo ad verbum nostrum in præsenti, quod magis cognitum
n.3. est nobis. Quia vt dicit Augustinus. 14 de Trinitate cap. 7. *facilius dignoscitur quod tempore antecedit, vbi parens prolem per spatia temporis antecedit*. Quomodo autem antecedit tempore, vt formabile quod nondum formatum, exponit Augustinus 15. de Trinitate cap. 15. dicens. *Quid est inquam hoc formabi-*
n.58 q.2. n.55. *le nondum formatum*, &c. vt supra in quæstione de dicere Dei. Prius vero natura in intellectu cuiuslibet beati verbum de quacunque re formabile est, quam formetur. Formabile intelligo in ipsa confusa cognitione, qua primò cognoscitur de re cogitata, quod aliquid est, de qua cognitione confusa formatur verbum sicut completum de incompleto, vt formatur vir de puero, & cognoscitur eadem res prius incompleta, & postea completa cognitione, qua scilicet cognoscitur de ipsa quid est; nulla enim notitia verbum est nisi qua cognoscitur determinate de re quid est, vel quod quid est, primum in simplicibus non habentibus definitiuam rationem, secundum in compositis habentibus eam. Verbum autem diuinum, nec tempore, nec natura prius est formabile, quam formatum, nec informe esse potest. Vnde differentiam quo ad hoc exprimit Augustinus ibidem subdens post iam signata. *Quis non videat quanta hic sit dissimilitudo ab illo Dei verbo, quod in forma Dei sic est, vt non antea fuerit formabile quam formatum, nec aliquando possit esse informe, sed sit forma simplex, & simpliciter æqualis ei de quo est, & cui mirabiliter coæterna est?*

41. In quo etiam tangit differentiam aliã verbi Dei ad verbum intellectus creati, & hoc quo ad duo. Quorum primum est, quòd licet in intellectu creato eadem secundum rem sit notitia simplex, & notitia declaratiua, quę verbum est, & hoc de eadem re, eo quòd simul sunt in eodem (Duo enim actus intelligendi de eadem re cum solo numero differũt, non possunt esse simul in eodem intellectu secundum numerum) differunt tamen sicut magis perfectum, & minus perfectum; semper enim perfectior est in intellectu creato notitia cogitatiua, & declaratiua de eadem re, quam sit simplex notitia. Propter quod dicit Augustinus ibidem cap. 21. *Cogitando quod verum inuenimus, hoc maxime intelligere dicimus.* Secundum vero est, quòd verbum intellectus creati cum de re superiore se concipitur non æquatur rei de qua formatur, dicente Augustino 9. de Trinitate cap. 11. *Cum Deum nouimus, notitia verbum est, fitque aliqua Dei similitudo. Illa tamen notitia inferior est.* In Deo vero notitia quæ verbum est, & notitia simplex, quæ memoriæ ascribitur, æque perfecta est secundum rem, & illi æquata de quo est. qua tantum se nouit Deus quantum est, & æque perfectè cognoscuntur à Deo singularia in notitia simplici, & essentiali, & in notitia declaratiua, quæ verbum est. Dicitur tamen verbum notitia declaratiua, & manifestatiua respectu notitiæ simplicis, & eorum quæ in ipsa cognoscũtur, quia eo quòd dicendo procedit, modo manifestatiuo procedit. Manifestatiuo dico notitiæ eius de qua procedit, quemadmodum verbum vocis procedit modo manifestatiuo verbi, quod est in mente.

42. Est autem aspectus iste de quo iam locuti sumus, in intellectu vis eius ad qua qua n.32.
spirituali conuersione conuertit se super ea, quæ percipit in se, & est in nobis vis cogitatiua intellectualis, dicente Augustino ibidem
cap. 6. *Tanta est cogitationis vis, vt nec ipsa* lib.14.
mens quodammodo in conspectu suo se ponat, nisi quando se cogitat, ac per hoc, ita nihil in conspectu mentis est, nisi vnde cogitatur. Et post aliqua interposita quibus probat, quod aspectus mentis non sit quicquid aliud a mente, subdit dicens. *Proinde restat, vt aliquid pertinens ad eius naturam sit conspectus eius & in eam quando se cogitat, non quasi per loci spatium, sed incorporea conuersione reuocetur. Cum vero non se cogitat, non sit quid in conspectu suo, nec de illa suus formatur obtutus, sed tamen nouit se tanquam sibi sit memoria sui.* Quicquid sit de notitia, quã mens habet de se, de qua loquitur Augustinus certum tamen est, quod quicquid scimus cogitando, prius simplici notitia non cogitatiua apprehendimus, sed nisi cogitando ad illud nos conuertimus, nihil de apprehensio iudicamus. Vnde notitia ista memoriæ deputatur, qua mens vt cogitet excitatur. Quemadmodum intentus aliunde transeuntes oculis apprehendit, sed de illis non iudicat, nisi cum per phantasmata eorum excitatus de illis cogitat, & tunc cum cogitat de notitia præcedente forma a de re intellecta, verbum in cogitatione format, dicente Augustino, ibidẽ. *Nec ita sane gignit istam notitiam suam mens, quando cogitando se conspicit tanquam sibi ante incognita fuerit, sed ita sibi nota erat, quemadmodum notę sunt res, quę memoria continentur.* Non dico memoria qua in habitu tantum cognoscuntur res, sed qua actu simplici notitia intelliguntur, secundum quod dicit cap. 11. in fine. *Sicut in rebus præteritis ea memoria dicitur qua fit, vt valeant recoli, sic in re præsenti quod sibi mens est memoria sine absurditate dicenda est.* Respectu autem talis memoriæ intellectio cogitatiua intelligentia dicitur prædi-

cto cap. 6. *Notitia cuiuscunque rei, quæ inest menti etiam quando non de ipsa cogitat ad solam dicitur memoriam pertinere*, & cap 7. dicit de intelligentia. *Nunc dico intelligentiam qua intelligimus cogitantes, id est quando eis repertis, quæ memoriæ præsto fuerant, sed non cogitabantur, cogitatio nostra formatur.* Sic ergo cum mens aspectu suo se conuertit ad simplicem notitiam quam in se iam cōprehendit acrius intuendo, & quasi intellectualiter penetrando interiora intellectu, irradiatione intellectus agentis superueniente eidem intellectui, amplius patescit idem, & per hoc ipse intellectus fit fœcundus passiuè, vt in se concipiat, & pariat notitiam declaratiuam. Est autem ex se fœcunda actiuè ipsa memoria per simplicem notitiam, quæ est in ea, vt statim aspectū intellectus ad se conuersum moueat generando in ipso intellectionem declaratiuam, qua determinatè, & distinctè discernit de ipso cognito quod quid est si sit cōpositum, vel quid est in rerum natura si fit simplex. Est autem, & in mente diuina quidam eius aspectus, qui ad incommutabilem notitiam essentialem in patre existentem æternaliter, & incommutabiliter conuersus est. Propter quod æternaliter, & incommutabiliter ab illa formatus est habendo in se formam verbi æternaliter, & incommutabiliter in eo, & de eo, non per potentiam passiuam, quam habeat in seipso aspectus aut ipsum verbum ad aliquid formabile, quod esse posset informe prius quam formetur siue natura siue duratione. Tunc enim nō esset formatum sine mutatione, & tale posse esse contrarium est necesse esse, sed per potentiam, quam habet in se aspectus subiectiuè, & ipsum verbum obiectiuè, vt sit aliquid semper ex se formaliter existens forma, quod non habet omnino potentiam ad esse informe. Quod tamen sit, & quòd in forma verbi sit, habet ab alio principiatiuè à quo habet, quòd ex se sit formaliter necesse esse, sicut est, & ille à quo habet hoc. Et tale posse esse nullo modo repugnat ei quod est necesse esse.

43. Ad secundum quod directe videtur
n. 1. huic dicto obuiare, quòd potentia generandi
passiuè non conuenit alicui nisi ratione materiæ, vel quasi, quæ non est nisi in potentia ad formam eius, quod est generandum ex se non habens formam illam. Dicendum, quòd se-
n. 14. cundum prædicta bene verum est, quod posse generari passiue nulli conuenit nisi ratione materiæ vel quasi, & hoc inquantum omnia potentia passiua vel quasi, ad potentiam passiuā materiæ, vel quasi habet reduci, & hoc in
n. 18. a. 14. q. 3. diuinis secundum quod dictum est, quia ipsa
n. 56. materia, vel quasi in diuinis est ipsa diuina essentia inquantum est intelligens respectu verbi in potentia ad formam eius quod est generandum, non quæ est absolutum in illo, & pars eius, sed quæ est verbum, & ipsum totum relatiue generandum, immo semper genitum habens per generationem eandem formam absolutam, qua ipse pater est necesse esse, & ita qua cum patre ipsum verbum æqualiter habet esse necesse esse. Quod non esset verum si potentia generandi respiceret principaliter aliquid absolutum acquisitum producto, vt partem eius aliam ab eo de quo subiectiuè est, & à quo principiatiuè producitur, sicut acquiritur forma composito in naturalibus, & hoc iuxta modum iam supra expositū n. 25. & seq.
immo potentia generandi passiuè, & subiectiuè, quæ non est nisi materiæ, vel quasi, principaliter respicit ipsum suppositum relatiuū cui per generationem acquiritur esse, quod est absolutum in diuinis, vt aliquid eius, licet non vt pars, quod in illo productum est siue habitum per productionem, ex quo respectus conuenit supposito, quod principaliter intelligitur productum, ita quod in diuinis ipsum absolutum potius intelligatur terminus productionis, quam ipse respectus, & sic quod est quasi materia, quam id quod est quasi forma, è conuerso ei quod contingit in naturalibus, licet principaliter nihil in diuinis intelligatur esse terminus productionis, quam ipsum suppositum constitutum quoquomodo ab absoluto, & ipso respectu, vt habitum est su- a. 35. q. 5. n. 5.
pra.

44. Ad tertium, quòd proprietas secundū n. 3.
veritatem est in eo cuius est proprietas, posse autem generari pati est, quod non est in Deo secundum veritatem: Dicendum, quòd generare, & generari tam in diuinis quam in creaturis species sunt actionis, & passionis, quia generare, & generari sunt species productionum alicuius subsistentis; actio autem, & passio bene possunt esse sine subsistentis productione. Aliter tamen, & aliter sunt actio, & passio in creaturis, & in diuinis.

45. In creaturis enim actionum, & similiter passionum quædam est productio, & quędam non est productio, & illa quæ est productio, includit in se illam, quæ non est productio. Actio enim, quæ in creaturis non est productio (vt aliqui ponunt) non includit in suo significato nisi transmutationem, & similiter passio, quæ non est productio, sed sub diuersis respectibus quibus distinguuntur secundum diuersa prædicamenta. Et quòd idem motus, siue transmutatio secundum diuersos respectus dicitur actio, & passio, qui respectus sunt a quo, & in quem. Motus enim vt est ab agente, actio est, vt vero in passum recipitur passio est. Generatio autem actiua, est actio productiua actiuè alicuius de

ali-

aliquo. Generatio vero passiua est passio pro-
ductiua passiuè alicuius de aliquo. Genera-
tio enim actiua, & passiua super actionem, &
passionem, quæ non sunt productio, addunt
productionem actiuam, & passiuam alicuius
de aliquo. Vnde in creaturis actio, & passio,
quæ non sunt productiones, non sunt nisi flu-
xus quidam, qui est motus, aut transmutatio
ab agente in passum. Generatio autem acti-
ua, & passiua sunt actio, & passio productiuè
alicuius de aliquo mediante motu. Nam de
actione primo modo, quæ non est generatio,
c. 2. tx. 1. dicitur in 6. principijs. *Actio non quęrit quid
agat, sed in quid*. Actio vero quæ est generatio
necessario requirit cum eo in quo agit, etiam,
quod agat,

46. In diuinis autem omnis notionalis a-
ctio est productio actiua, & omnis notionalis
passio est productio passiua, sed non includunt
a. 32. q. 5 in suo significato actionem, & passionem, quæ
n. 36. non est productio, neque quoad motum, qui
materialiter cadit in significato actionis, &
passionis circa creaturas, neque quoad respe-
ctus, quibus motus dicitur actio, vt ab agente
& passio vt in passo, sed solummodo actionē,
& passionem quæ est productio. Et sic in di-
uinis in significatione actionis, & passionis no
tionalis, siue generationis actiuæ, & passiuæ nō
cadunt nisi productio de aliquo, quemadmo-
dum non caderent in creaturis, si in creaturis
posset sine trāsmutatione educi forma de ma-
teria, & sic compositum ex materia, & forma
produceretur in esse absque omni transmuta-
tione. Tunc enim solum in hoc esset differen-
tia, quòd ibi producens de alieno produceret,
hic vero producit de suo, & ibi realiter edu-
ceretur forma alia secundum rem differens ab
eo, siue à forma eius de quo produceretur, hic
a. 43. vero non est eductio formæ, vt patet ex supra
dictis. Ista etiam productio in diuinis de ali-
a. 54. q. 3 quo, vt respicit *ly de aliquo* secundum supra
a. 53. determinata & solum secundum rationem,
in creaturis est secundum rem, vt secundum
hoc in diuinis nihil maneat secundum rem de
a. 32. q. 5. ratione actionis, & passionis, quę sunt in crea-
n. 36. turis, nisi ipsa productio, quæ est absque om-
ni transmutatione, & quæ nihil ponit absolu-
tum, sed solummodo respectum indefinitum,
qui secundum duos respectus determinatos ad
diuina transferatur à duobus prædicamentis,
quæ sunt actio, & passio in creaturis, non qui-
bus motus siue transmutatio dicitur esse ab a-
liquo, sed in aliquid, sed quibus ipsum pro-
ductum dicitur esse ab aliquo, & in aliquem
terminari. Productio enim secundum quod
est eius à quo est, est actio, quæ in diuinis di-
citur generatio actiua, secundum vero, quod
est eius qui ab alio producitur, est passio, quæ
est generatio passiua in diuinis. Et pertinent
in diuinis ambo ad prædicamentum relatio-
nis, omisso quod erat materiale in prædica-
mentis actionis, & passionis circa creaturas,
scilicet motu per quem distinguebantur com-
muniter contra alia prædicamenta, sed inter
se distinguebantur penes dictos respectus, vt ibid.
dictum est.

47. Propter quod quia in diuinis formale
manet per quod erat prędicamentum actionis,
& passionis circa creaturas scilicet respectus,
vt erat productionis terminus non vt erat mo-
tus, sicut neque manet materiale per quod
erant prædicamenta simpliciter, scilicet mo-
tus, licet non per illud diuersa prædicamenta,
sed tantum per respectus, vt dictum est, pro- ibid.
pter quod nec ista prædicamenta manent in
diuinis, generatio ergo in diuinis actiua vera
actio debet dici, vt falsum sit dicere, quod nō
sit vera actio, sed relatio, immo vera actio de-
bet dici, sed relatiua. Et eadem ratione ge-
neratio passiua deberet dici vera passio, sed re-
latiua, nisi aliud reformaret pactum.

48. Quod (vt aliqui dicunt) est quoniam
in creaturis agere non ponit aliquem motum
in agente, sed ponit passio in patiente. Licet
enim agens in eo, quòd dicitur agens, & mo-
uens, denominatur a motu, hoc tamen non
est a motu, qui est in ipso agente, & patiente,
aliter enim agens, & mouens pateretur, &
moueretur, quod falsum est, sed denomina-
tur a motu qui in patiente ab ipso procedit.
Est enim motus actus huius in hoc, scilicet
agentis in passum, vt dicit Philosophus 5. t. 3. tx. 2.
Physicorum. Patiens vero denominatur a mo
tu qui est in ipso.

49. Propter quod aliqui posuerunt, quod
motus est de prædicamento passionis, & non
actionis, & quòd de prædicamento actionis
sit solummodo respectus circa motum scilicet
ab hoc, à quo respectu secundum eos deno-
minatur, agens non autem à motu, vt sic præ-
dicamentum actionis omnino transferatur
ad diuina quoad rationem respectus, qui est
ab hoc, licet non quoad rationem characteri-
zationis realitatis, quam à motu trahit,
qua constituit prædicamentum actionis, quæ
si non esset, ad prędicamentum relationis per
tineret.

50. Vnde etiam dicunt aliqui quòd motus
nec est de genere actionis, sed quantitatis, vt
vult philosophus 5. Metaphysicæ, sed respe- t. 18. tō 3
ctus dicti solummodo à motu characterizan- 5. phys.
tur, vt constituant duo prędicamenta, quem- t. 10 to. 2
admodum prædicamentum relationis: & alia
4. quæ solum in respectibus consistunt, ex eo
solummodo, quòd characteres trahunt acci-
dentales à rebus aliorum prædicamentorum
absolutorum, sunt prædicaments acciden-
tium, ita quòd plus realitatis non habeant 7.

prædicamenta super modum, qui respectus est in ipsis, quam habent ex characterizatione, licet secundum diuersas rationes respectuum constituunt diuersa prædicamenta, secundum quod hæc omnia declarauimus in quæ- q.5.to 2. stione quadam de relatione in 9. Quolibet. Qui respectus cum absoluuntur à characterizatione, pertinent ad vnum prædicamentum a 31.q 5 relationis in diuinis, vt dictum est supra in n.13. quæstione de prædicamentis.

51. Non ergo dicendum secundum modū iam supra expositum, quòd motus sit de præ- n 48 & dicamento actionis, aut passionis in creaturis, seq. aut in significato earum includatur, nisi quo ad rationem characterizationis, sed solummodo ipsi duo respectus characterizati à motu. Et debemus ponere, quòd tam in diuinis, quam in creaturis generare, & generari sint species n 46. actionis, & passionis secundum modum prædictum, præter hoc, quòd non ponamus actionem, quæ in creaturis non est productio, neq; similiter passionem, quæ in eisdem non est productio, in suo significato includere motum, aut transmutationem, sed solum prædictos respectus, vt characterizatos à motu. Vnde in diuinis generatio actiua, & passiua non includunt in suo significato actionem, aut passionē, quæ in creaturis non est productio, neque quo ad ipsum motum, neque quo ad illos respectus circa motum, qui sunt ab hoc, & in illud, neq; quo ad eorum characterizationem, sed solummodo includunt in suo significato actionem, & passionem, quæ sunt productiones quo ad illos duos respectus, qui sunt a quo alius, & qui ab alio.

52. Vnde aduertimus in generatione naturali creaturarum duo genera respectuum. Vnum circa motum fluentē ab agente in passum, qui sunt à quo, & in quod. Aliud circa productum mediante motu, qui sunt a quo, & quod ab. Et ab istis duobus respectibus superadditis prædictis duobus, habent in creaturis actio, & passio, quòd contrahuntur ad species, & sunt generatio actiua, & passiua, ita quòd si per impossibile in creaturis esset alicuius compositi generatio absque omni motu, & transmutatione de materia educendo formam, absolueretur ratio speciei, quæ est generatio actiua, & passiua, à ratione generis, quæ est actio, & passio simpliciter, si actio, & passio intelligantur constituere prædicamenta ratione motus, aut ratione respectuum prędictorum in motu, ita quòd actio, & passio secundum rationem generis non essent in illis speciebus, quæ sunt generare, & generari, quia non secundum illos respectus circa motum à quo, & in quod, à quibus habent rationem generum, sed solummodo manerent in illis secundum rationem ipsarum specierum, quoniam secundum illos respectus circa productū à quo, & quod ab differunt omnino illi duo respectus in quod, & quod ab, sicut penitus diuersi modi respectuum, quoniam alia, & alia est ratio respectus sed solummodo circa aliud, & aliud.

53. Ex quo patet, quòd cum actionem, & passionem transferimus ad diuina, hoc est secundum rationem specierum quæ sunt generare, & generari, non autem secundum rationes generum quæ sunt actio, & passio fundata in motu. Et sunt in diuinis puræ productiones sine transmutatione alicuius de aliquo ab alio, nec est ipsa transmutatio etiam in creaturis de ratione productionis, sicut nec genus de ratione differentię, qua constituitur species. Sed tamen non potest esse naturalis generatio in creaturis sine ipsa transmutatione media, sicut nec sola differentia potest constituere speciem sine genere. Si tamen per impossibile absolui posset differentia à ratione generis, se sola constitueret speciem, & similiter si natura posset agere sine motu, produceret ex materia sine motu, & absolueret actum productionis ab actu qui est motus, qui in rei veritate est in generatione naturali creaturarū. Et est in creaturis omnis productio motus, aut transmutatio quædam, aut respectus characterizatus ab illo, sed agens supernaturale actum productionis omnino habet absolutum à motu, & transmutatione, sicut absolutam, & illimitatam habet essentiam. Et sic secundum rationes specierum vera actio, & vera passio sunt generare, & generari, & etiam secundum rationem generum, vt abstrahuntur à talibus speciebus, quæ scilicet non includunt in se rationem motus, licet non secundum rationes generum, vt abstrahuntur à speciebus, quæ circa creaturas in se includunt rationem motus, vt iam amplius declarabitur. n.56.

54. Sed quod aures catholicorum disturbat audire, quòd generari sit vera passio, non autem quòd generare sit vera actio, est quòd secundum quod iam dictum est respectus actionis qui est à quo, idem est omnino in ratione generis, & in ratione speciei, differens solum penes illud circa quod est. Propter quod remoto eo circa quod est secundum rationem generis, scilicet motu à diuinis, actio competenter assumitur ad diuina, & secundum rationem generis, & secundum rationem speciei, quia eadem est. Respectus vero passionis, qui est in quod, secundum primum genus respectuum, qui conuenit ei secundum rationem generis, & qui est *ab*, secundum secundum genus, qui conuenit ei secundum rationem speciei, alius & alius est secundum se præter hoc, quod sunt circa aliud, & aliud. Et respectus ille, qui est in quod, nullo modo

cadit

cadit in diuinis nisi secundum rationem solũ.
In passione autem secundum rationem sui ge-
neris (vt dicunt) est secundum rem, & realis
respectus non rationis tantum. Pater enim
generando non agit in suam essentiam nisi se-
cundum rationem tantum, sicut nec educit de
ea notitiam declaratiuam sub ratione absoluti
nisi secundum rationem tantum. Sed respe-
ctus ille passionis, qui est *ab*, bene cadit in diui-
nis secundum rem, & est realis mutando so-
lum *quod* in *qui*. Filius enim est qui ab alio est
generatus. Propter quod remoto à diuinis
eo circa quod est respectus ille passionis secun-
dum rationem generis qui est *quod in*, non
adhuc passio secundum rationem illius respe-
ctus, qui est *quod in*, aliquo modo recipitur in
diuinis, quia non est talis respectus nisi circa
motum. Solum igitur recipitur in diuinis se-
cundum rationem illius respectus, qui est *quod
ab*, mutato *quod* in *qui*. Propter quod passio
in diuinis nullo modo recipitur secundum ra-
tionem generis, sed solummodo secundum
rationem speciei, cum tamen actio vtroque
modo recipiatur, secundum quod iam dictum
n.53. est. Et ideo nec secundum naturam rei, &
proprietatem nominum, nec secundum vsum
eloquij sanctorum, & doctorum catholicorũ
generari est vera passio, sicut generare actio.
sup. n. 9. Immo eam repellit Boethius cum dicit de
post me. Trinitate. *Situm neque passionem recipi in Deo
non oportet, neque enim vere sunt.* Illam vero
de actione recipit Augustinus sub vocabulo
facere, simul repellens illam de passione, cum
c.8.10.3. dicit 5. de Trinitate. *Quod ad faciendum at-
tinet, fortassis de solo Deo verissimè dicatur, solus
enim Deus facit, & ipso non fit, neque patitur
quantum ad eius substantiam pertinet.*

55. Non ergo propter motum qui magis
pertinet ad passionem, quam ad actionem, est,
quòd generatio actiua diuina vera est genera-
tio, & vera actio. generatio vero passiua licèt
sit vera generatio, non tamen est vera passio,
sed quia respectus, qui importatur nomine a-
ctionis, & ratione generis, & ratione speciei
transferatur ad generationem actiuam in di-
uinis, non autem respectus, qui importatur
nomine passionis, nisi quoad illum, qui conue-
nit ei ratione speciei. Quod totum verum est
intelligendo prædicamenta actionis, & passio
nis constitui, & distingui penes respectus, qui
sunt *à quo*, & *in quod*, circa motum, secundum
quem modum vitantur in creaturis. Si tamẽ
intelligantur distingui penes respectus, qui
sunt *à quo*, & *quod ab*, sic non solum intelligi-
mus in creaturis, *quod ab* est, aliquod productũ
per motum, aut mutationem, sed etiam ipsum
motum, tunc actio, & passio sunt genera ad
omnem productionem, & operationem, quæ
est sine productione tam in creaturis, quam in
diuinis, & æquè propriè prædicamentum
passionis cadit in diuinis penes respectum,
quod, vel *qui ab*, sicut prædicamentum actionis
penes respectum a quo.

56. Ad cuius intellectum sic vtendo no-
mine actionis, & passionis, sciendum est de
actione (& idem intelligendum de passione)
quòd actionum quædam est operatio, vt est
illa à qua non relinquitur aliquod operatum,
quædam vero est productio, vt est illa à qua
relinquitur operatum. Actionis autem quæ
est operatio, quædam est motus, vel non sine
motu, vt est omnis operatio naturalis in crea-
turis, sed quandoque est motus corporalis, vt
est citharizatio, quandoque vero spiritualis, vt
est intellectio, aut volitio, quædam vero non
motus, & omnino est sine motu, vt est omnis
operatio in diuinis manens intra, vt est diui-
na intellectio, aut volitio. Actionis autem,
quæ est productio, quædam est naturalis, quæ
est generatio, & hoc vel simpliciter, vt est illa,
quæ est secundum substantiam, & in Deo, &
in creaturis, vel aliqualis, vt est illa, quæ acci-
dentium in solis creaturis, quæ dicitur altera-
tio in qualitatibus, augumentum, vel diminu-
tio in quantitatibus. Quædam vero est volũ-
taria tam in Deo, quam in creaturis, cuiusmo-
di actio in creaturis est ædificatio, & in Deo
creatio. Et sic sicut in diuinis generare est
propriè agere, quia eius est a quo est alius, sic
& generari propriè est pati, quod est eius, qui
ab alio obiectiuè, licet non eius quod in alio
subiectiuè, quod propriè facit passionem, quæ
est in solis creaturis. Et loquendo de hoc mo-
do passionis intelliguntur auctoritates præ- n.3.
dictæ.

57. Ad quartum, quòd potentia generan- n.4.
di passiuè quia est passiua per se conuenit mate-
riæ, & nulli nisi materiæ, aut per ipsam, &
ideo per se est proprietas eius, quare in diuinis
per se est in diuina essentia, & proprietas essen
tiæ, quæ ibi est quasi materia: Dicendum se-
cundum prædicta, quod posse generari subie- n.14.
ctiue per se conuenit materię, vel quasi, & nul-
li alij, & sic posse generari in diuinis bene ve-
rum est, quod soli essentiæ inest, & proprietas
eius est, sed secundum rationem tantum, secũ-
dum quòd est potentia secundum rationem q.1.n.4.
tantum secundum prædictum modum, qua-
lem non est inconueniens attribuere essentiæ,
quemadmodum ei attribuitur bonitas, aut sa-
pientia, sicut proprietas. Posse vero generari
obiectiue inest ipsi genito, sed secundum du- sup.n.21
plicem ordinem secundum prædicta, quia & ib. n. 29.
secundum ordinem ad id de quo generatur, &
secundum ordinem ad generantem. Et secun-
dum vtrunque ordinem posse generari est in
generato, vt in filio, siue in verbo, sed secundũ
primum ordinem est in ipso secundum ratio-
nem

nem tantum, quia est aliquid differens ab eo
sola ratione, & ideo per hunc ordinem est pro-
prietas secundum rationem solum. Secundũ
ordinem vero secundum est in ipso secundum
rem, quia ad eum qui secundum rem ab illo
distinguitur, & ideo secundum hunc ordinem
solummodo habet rationem proprietatis no-
tionalis, & est solius filij, & in solo filio, si-
cut, & posse generare ipsi oppositum est pro-
q.3.q.10 prietas solius patris, & in patre existens. Et
reducitur posse generari, vt est proprietas filij,
ad generari nõ secundum ordinem quem ha-
bet genitum ad id de quo generatur, sed se-
cundum ordinem ad eum à quo generatur, sic
enim posse generari obiectiue reducitur ad ge
nerari sibi respondens. Vnde magna quasi
æquiuocatio est in generari, & posse generari,
quæ non est in generare, & posse generare,
propter quod multo difficilior est quæstio de
generari, & posse generari, & in quo sit, & cu-
ius proprietas, quam de generare, & posse ge-
nerare, quia difficultas quæ est circa posse ge-
sup. n. 22 nerare, propter quam videtur quibusdam esse
non tantum in patre, sed etiam in filio,
eadem est circa posse generari, quia qua ra-
tione posse generare siue potentia generandi
possit poni esse in filio, eadem ratione, & pos-
se generari potest poni esse in patre, & hoc lo-
quendo de posse siue potentia secundum quod
est proprietas, illud enim non ponitur, nisi
quia creditur, quod eadem sit potentia gene-
randi actiuè. & passiuè sicut eadem est essen-
ib. n. 23. tia. Sed de hoc expeditum est superius. Spe-
cialis autem est difficultas circa posse gene-
rari, siue circa potentiam generandi passiuè,
quæ non est circa potentiam generandi acti-
uè, de quo expeditum est modo.
n.5. 58. Ad quintum, quòd potentia generan-
di passiuè est in patre, vt proprietas eius, quia
non est alicuius nisi ratione materiæ, vel qua-
si, de qua generatur, quæ in diuinis non est
nisi essentia, & hoc vt est in patre, quia gene-
rat de sua substantia, quare potentia generan-
di passiuè est in patre solo, & ita proprietas
solius patris: Dicendum, quòd quamuis po-
tentia generandi passiuè, & obiectiuè non est
nisi ratione materiæ, licet non sit materiæ,
quia nihil generatur obiectiuè, nisi quia de
aliquo potest generari subiectiuè, vt patet ex
n.14. dictis, de hoc tamen modo potentiæ non in-
tendit procedere argumentum, sed de modo
secundum quem potentia generandi passiuè
subiectiuè non est per se nisi materię, vel qua-
si, & in ipsa, & proprietas eius, & per ipsam
eius in quo est ipsa materia, vel quasi, quæ est
n.23. ipsa substantia diuina, secundum quod est in-
tellectus. Et bene verum est, quòd potentia
n.14. generandi, passiuè scilicet, & subiectiuè, non
est nisi ratione materiæ, vel quasi, & in illa est
vt proprietas eius, & etiam in illo, in quo illa n.19.
est, & per ipsam est proprietas illius, secun-
dum modum tamen quo proprietas potest di-
ci. Sed tamen an de illa generatur sub ratio-
ne qua est in patre, an sub ratione, qua est in
filio, nondum est clarum.
59. Vnde cum assumitur in argumento,
quòd pater generat de substantia sua, *ly sua* n.5.
potest suum antecedens quod est pater, refer-
re relatione simplici, vt pure relatiuè con-
struatur cum suo substantiuo, vel relatione
implicatiua. Si primo modo, sic proculdu-
bio est illa vera, pater generat de sua substan-
tia, scilicet de substantia, quæ est sua, quem-
admodum generat de substantia, quæ est to-
tius Trinitatis. Sed illa adhuc triplicem ha-
bet intellectum secundum triplicem causam
veritatis, quoniam aut quia generat de sub-
stantia sua secundum siue inquantum est sua,
vel secundũ siue inquantũ est alterius, puta fi-
lij, siue inquantum est substantia deitatis sim-
pliciter. Et sic restat adhuc dubitatio in quo
est illa potentia per ipsam essentiam in qua
est per se, quod creditum, & reseruatum est n.59.
superius vsque huc, & pertinet hoc ad mem-
brum secundum. Si ergo *ly sua* referat suum
antecedens relatione implicatiua, sic conti-
net vnum tenuium dictorum, & implicat ra-
tionem causalem explicandam per reduplica-
tionem circa suum substantiuum sub hoc sen-
su, pater generat de sua substãtia idest de sub-
stantia deitatis inquantum est sua. vt secun-
dum hoc dicamus, quòd potentia generandi
passiue, & subiectiue, sit in patre, quia id de
quo generat inquantum de ipsa generat est
in patre, & non in alio, neque in filio,
de quo est dubitatio. Et per scrutandum est
hic quid de hoc sit sentiendum.
60. Et est dicendum secundum prædeter- n.28.
minata, quod non est simpliciter potentia su-
biectiue nisi sit propinqua, & cum hoc distans
ab actu, vel secundum rem, vel secundum
rationem, quemadmodum potentia passiua
subiectiuè, quandoque est secundum rem,
quandoque est secundum rationem, quia in
creaturis est secundum rem, in diuinis secun-
dum rationem tantum, vt patet ex supra di- n.21.
ctis. Vnde cum in diuinis potentia solum- n.54. q.3
modo secundum rationem est distans ab actu, n.58.
sicut solummodo secundum rationem differt
ab ipso, igitur quemadmodum non est potẽ-
tia materiæ secundum rem distans ab actu sub
actu suo existens, sic nec potentia secundum
rationem distans est secundum rationem ab
actu sub actu suo existens. Oportet ergo quòd
ipsa potentia si sit potentia, habeat esse, non
secundum quòd est sub actu illo, & ita non vt
est in filio, in quo est actus illi respondens, sed
secundum quòd in se consideratur, aut secun-
dum

est in filio, in quo est actus illi respondens, sed
secundum quod in se consideratur, aut secun-
dum, quòd in patre est, quia non vt est in Spi-
ritu Sancto, quia filius est principium Spiritus
Sācti, non autem secundum quod considera-
tur in patre, quia in patre est sub proprietate
opposita, quam sit illa sub qua est in filio. Et
ideo sicut materia, vt est sub forma aquæ non
est in potentia propinqua ad formam aeris,
sed sub remota tantum, sed solummodo est in
potentia propinqua, vt consideratur secundū
se, vt medium inter vtramque formam, sic
diuina essentia vt est sub proprietate patris,
non est in potentia propinqua ad filium de
ipsa generandum, sed sub remota, immo so-
lummodo est in potentia propinqua subiecti-
ua ad filium, vt consideratur secundum se, vt
medium inter vtramque proprietatem tantū,
vt immediate primò habet esse in patre. Quia
vt secundum se consideratur, & non secundū
ordinem, vt habet esse primò in aliqua diui-
narum personarum, ad nihil determinatur
ipsa essentia, & per illam potentiam determi-
natur ad actum generandi passiuè filium de
patre. Vnde sicut materia non est in natura-
libus per se, & immediate vt materia propin-
qua in potentia quasi subiectiua ad filium, nisi
vt est media inter proprietatem patris, & fi-
lij, & sub neutra earum existens, non tamen
nisi sub ordine quodam, vt primo quodam-
modo sit existens in patre sub eius natura, vn-
de sicut vere dicitur, quòd acetum non ge-
a.54.q.6 n.56. neratur nisi de materia vini, quia oportet vt
immediate in materia præcedat forma vini si
de materia illa debeat generari acetum, licet
propriè materia illa non est subiectum, & ma
teria generationis aceti, nisi vt est media in-
ter formam vini, & formam aceti indiffe-
rens ad vtramque, sic vere dicitur, quòd fi-
lius non generatur nisi de substantia patris,
quia oportet, vt primò ordine naturæ imme-
diate diuina essentia habeat esse in patre sub
proprietate paternitatis, si de essentia illa di-
uina debeat generari filius, licet propriè di-
uina essentia non est quasi subiectum, & ma-
teria generationis filij, nisi vt est quasi media
inter proprietatem paternitatis, & filiationis,
indifferens ad ambas, & hoc ideo, quia ipsa
diuina essentia sub proprietate patris fœcun-
datur inquantum est materia, & id de quo ge-
neratur quasi passiuè, quemadmodum in ipsa
fœcundatur inquantum est forma, qua quis
generat quasi actiuè, & hoc sub proprietate
paternitatis. Et secundum hoc potentia ge-
nerandi passiuè, & quasi subiectiue est in es-
sentia diuina, vt est essentia simpliciter pri-
mò existens in patre sub proprietate opposi-
ta, licet abiicienda. Et sic illa non est pro-
pria, & per se, pater generat de sua substan-
tia, nisi sic exponatur, id est de substantia quæ
est sua scilicet primò. Vnde cum Magister
Sententiarum exponit eam sic idest *de se qui est* 1.d.5.lit. L.
substantia, quæro ab eo an *ly de* significat cir-
cumstantiam quasi materiæ, an principij acti-
ui. Si principij, tunc æquiuoce exponit, quia
ly de sua substantia, non notat ibi nisi cir-
cumstantiam quasi materiæ. Cum enim hæ- a.54.q.3
retici quærebant, si pater generat filium, aut n.57.
ergo de aliquo, aut de nihilo, aut de substan-
tia sua, aut de aliena, non erat eorum inten-
tio quærere, nisi secundum quod *ly de* notat
circumstantiam quasi causæ materialis. Si
vero notet circumstantiam materiæ cum di-
citur generat de se, hoc non est, nisi quia sub-
stantia de qua generat in ipso est scilicet pri-
mò, Propriè tamen, & primò generat de ip-
sa substantia simpliciter, sub ordine tamen,
vt habet esse in patre primò, sicut dictum est.
Et propter hoc illa, pater generat de substan-
tia deitatis simpliciter, magis propria est quā
illa pater generat de sua substantia, quia est
magis per se. Quia tamen pater non gene-
rat de substantia deitatis simpliciter nisi sub
ordine, vt primò habet esse in se, ideo illa
conceditur potius, pater generat de sua sub-
stantia, quam de substantia filij, aut Spiritus
Sācti, nec tamē generat de substātia vt est sua,
nec vt est filij, nec vt est spiritus sācti, sed vt est
substantia simpliciter deitatis, sicut dictum est.

61. Ad primum in oppositum de genera-
tione ignis de aqua, quod ignis non generat n.6.
ignem nisi de substantia aquæ. Dicendum,
quod verum est, vt de eo quod est in poten-
tia remota, vt est aqua, non autem de eo,
quod est in potentia propinqua, vt est sub- n.16.
stantia materiæ simpliciter, prius tamen
existens sub forma aquæ, aut alterius ele-
menti, aut misti, nullum eorum determinan-
do, quēadmodū materia si de ea debet genera- n.60.
ri acetū, prius determinat, vt sit sub forma vini,

62. Ad secundum dicendum, quòd non n.7.
sequitur: pater non generat de substantia
deitatis, vt est filij, neque vt est Spiritus
Sancti, ergo generat de illa vt est sua, quia
medium est, scilicet quod generat de illa, vt
est substantia deitatis simpliciter secundum
dictum modum. n.60.

63. Ad tertium, quòd sub proprietate n.2.
paternitatis fœcundatur passiue, ergo &c.
Dicendum, quòd verum est, & per hoc
est sub illa sola, vt in potentia remota, non
autem vt in potētia propinqua, sicut dictū est, n.60.

64. Ad quartum, quòd potentia non ma- n.9.
net cum forma, bene verum est de potentia
propinqua, quòd non est nec sub forma pri-
ma, nec sub forma secunda, nec est in mate-
ria, vel quasi, vt est sub aliqua forma, sed vt se-
cundum se consideratur, sicut dictum est. n.17.

Con-

Concluſiones ex Quæſtione Secunda, Articuli Quinquageſimi noni.

1. *Potentia paſſiua generandi ſubiectiuè remota nullo modo eſt in generato, ſed in ſuo contrario.* n. 16.
2. *In diuinis nihil eſt quod generatur ſubiectiuè propriè loquendo.* n. 20.
3. *In diuinis poſſe generari obiectiuè in ordine ad generantem proprietas eſt, non autem in ordine ad id de quo generatur.* n. 29.
4. *Potentia generandi paſſiuè obiectiuè in ordine ad generantem in filio eſt, & filij proprietas, & ſolius filij, & in ſolo filio.* ibid.
5. *Generatio in diuinis actiua vera actio debet dici, ſed relatiua.* n. 47.
6. *Nec ſecundum naturam rei, & proprietatem nominum, nec ſecundum vſum eloquij Sanctorum, & Doctorum Catholicorum generari in diuinis eſt vera paſſio, ſicut generare actio.* n. 54.
7. *Generari tamen in diuinis eſt propriè pati, quod eſt eius, qui ab alio obiectiuè, non eius, quod in alio ſubiectiuè.* n. 56.

QVAESTIO TERTIA.

Vtrum Generari ſit proprietas conſtitutiua perſonæ filij.

CIrca tertiũ arguitur, quòd generari ſit proprietas conſtitutiua perſonæ filij.

1. Primò ſic, eſſe ab alio per generationem eſt ratio pertinens ad originem, diſtinctiua filij a patre, quæ eadem eſt conſtitutiua filij: generari autem non eſt niſi eſſe ab alio per generationem, ergo &c.

2. Secundò ſic, quòd eſt proprium perſonæ, & non conſtitutiuum eius, eſt ſuperueniens perſonæ iam conſtitutæ, generari eſt proprium perſonæ filij, vt iam habitum eſt, q. 1. n. 10 q. 2. n. 29 ergo ſi non eſt conſtitutiuum eius, ſuperueniens eſt etiam conſtitutæ, aut non erit proprietas perſonæ, conſequens falſum eſt, quia generari eſt proprietas perſonæ, filius enim non habet eſſe, niſi quia generatur, ergo &c.

3. Contra terminus generationis tam actiuæ quam paſſiuæ eſt per ſuppoſitum, ſed quod eſt conſtitutum generatione, non eſt terminus illius, quia tunc idem eſſet terminus ſuijpſius, quod falſum eſt, ergo &c.

4. Hic dicendum eſt de generari reſpectu filij, ſecundum quòd ſupra in quæſtione præcedente dictum eſt de generare reſpectu patris. a. 58. q. 4 n 4 q. 2. n 4. Generari enim obiectiuè in filio de quo ad præſens eſt ſermo, vt habitum eſt ibidem, dupliciter conſideratur. Vno modo communiter, vt comprehendit ſub ſe omnẽ modum quo genitum reſpicit generantem. n. 5. q. 1. n. 14 n 24. & ſeq. Alio modo propriè, vt ſecundum rationem diſtinguitur à genito eſſe, & potente generari obiectiuè, & habente ſecum ipſum generantem. Loquendo autem de generari primo modo, bene verum eſt, quod eſt proprietas conſtitutiua perſonæ filij, vt procedunt duo prima obiecta. n 1. 2. Sic enim præter generari non eſt alia proprietas propria filij, ſicut præter generare non eſt alia poſitiua propria patri, vt habitum eſt ſupra. a. 58. q. 3 Loquendo autem de generari ſecundo modo, ſic propriè intelligitur proponi quæſtio. An ſcilicet generari ſub ratione eius, quod eſt generari, ſit proprietas conſtitutiua perſonæ filij. an ſub ratione geniti, an ſub aliqua alia ratione.

5. Et est dicendum, quod quia generari sub ratione generari dicit quasi passionem circa subiectum generationis terminatam in personam genitam, quæ necessario includit proprietatem constitutiuam sui sub ratione termini, sub qua non potest includi id quod est ad terminum inquantum huiusmodi, nullo igitur modo generari sub ratione eius quod est generari, potest esse proprietas constituti- n. 3. ua personæ filij, secundum quòd procedit tertia obiectio: immo ordine quodam rationis ratio secundum quam proprietas est constitutius personæ filij, debet esse secundo respectu eius quod est generari, secundum rationem eius, quod est generari considerati.

6. Ad cuius intellectum sciēdum est, quod a 58. q. 3 n. 4. 5. sicut secundum supra determinata in proprietate propria patris, quæ est alia ab ingenito, quæ pertinet ad generationem actiuam, est considerare identitatem secundum rem, & alietatem secundum rationem, sic & in proprietate propria filij, quæ pertinet ad generationem passiuam. Sic tamen licet in patre sit ponere plures proprias proprietates diuersas secundum rem, vnam affirmatiuam, & aliam negatiuam ex ordine ad diuersa obiecta ad vnum affirmatiuè, & ad alterum negatiuè, vt ibid. habitum est supra, in filio tamen non est ponere proprietatem secundum rem nisi vnicā, quia proprie non habet ordinem nisi ad vnicum obiectum, scilicet ad patrem à quo est. Quod enim habet ordinem ad Spiritum Sanctum, hoc est ei commune cum patre.

7. Est autem in proprietate filij, quæ pertinet ad generationem passiuam, considerare diuersitatem secundum rationem penes quaib. q. 4. n. 5. tuor respondentia illis quatuor, quæ superius considerata sunt circa generare, quæ sunt posse generari, generari, genitum esse, filium esse. Et hoc in comparatione ad ipsum patrem eius oppositum secundum mediatius, & immediatius, & per hoc secundum rationem primi, secundi, tertij, & huiusmodi. Quia semper ratio secundum quam mediatius respicit generantem, prima est respectu cuiuslibet alterius, & quia non respicit, nisi vt persona constituta in esse, ideo non est, nisi proprietas vna secundum rem, qua genitum constituitur in esse, & qua secundum plures rationes respicit generantem. Quia vero non constituit personam, nisi vt est dans esse eidem, ideo non est constitutiua personæ filij, nisi secundum rationem illam, qua dat esse eidem. Hæc autem ratio est terminus omnium rationum secundum quas ipsa habet esse a persona alia, vel ab ib. n. 6. illa emanare, è contra ei quod dictum est supra de ratione illa secundum quam proprietas patris in ordine ad filium est constitutiua personæ patris. Et hoc ideo, quia pater se habet ad filium, vt principium. Filius autem ad patrem, vt principiatum. Illa autem proprietas in filio remotior à patre dans esse filio est esse genitum. Secundum rationem ergo illam, quæ est esse genitum, proprietas propria personæ filij est constitutiua personæ ipsius, & terminus in quo stat emanatio filij à patre, & aliæ duæ rationes sunt quasi præuiæ ad illam, scilicet posse generari obiectiuè, & generari obiectiuè, & istum ipsum genitum esse sonat in actu producti esse, ipsum autem quod est filium esse, est ratio quasi superueniens personæ iam constitutæ in esse. Ex eo enim solo genitus dicitur filius, quòd habet secum in esse generantem, qui secundum prædicta vice versa etiam ex hoc solo dicitur pater, quòd habet secum in esse illum quem genuit. Vnde genitus non habens secum in esse illum, qui eum genuit, licet dici possit genitus, non tamē dici potest filius. Vnde è contrario illis, quæ supra dicta sunt de rationibus proprietatis pa- ibid. tris, omnis filius est genitus, sed non è contrario, & omnis genitus generatur obiectiuè, aut generabatur aliquādo, sed non è conuerso. Dico pro diuersis instantibus distinctis sola ratione, vt habitum est in quæstione præcedente. Et similiter omnis, qui generatur obiectiuè potest generari obiectiuè, & non è conuerso. Et sic in proprietate filij posse generari est secundum rationem primum, generari vero est secundum rationem secundum, genitū esse secundum rationem tertium, filium esse secundum rationem quartum.

8. Et est hic aduertendum, quòd comparādo rationes in proprietate filij respectu patris, & similiter rationes existentes in proprietate patris respectu filij, quòd aliæ quæ sunt in patre, & filio a filiatione, & paternitate, habent inter se ordinem naturæ. Primæ enim sunt ordine naturæ rationes proprietatis patris respectu rationum proprietatis filij, cum tamen illæ, quæ sunt proprietatis patris, inter se solū habent ordinem rationis, & similiter illæ inter se, quæ sunt proprietatis filij. Vnde illa quin- ibid. que prædicta, à quo alius primo, in genitum, generatiuum, posse generare, generare, inter se habent ordinem rationis, & habent ordinē naturæ secundum rationem primi, & secundi ad iam dicta tria, quæ sunt posse generari obiectiuè, generari obiectiuè, & genitum esse, quæ inter se non habent, nisi ordinem rationis. Rationes autem importatæ nomine filiationis, se habent ordine rationis ad omnes præcedentes tam patris, quam filij secundæ ibid. respectu illarum. Pater enim non est pater quia generans; nec è conuerso est generans, quia est pater, sed solummodo, quia habet filium à se genitum secum existentem, dicente art. 58. Augustino de Trinitate, vt habitum est supra. q. 3. n. 5.

Similiter filius non est filius, quia genitus, nec è conuerso est genitus, quia filius, sed solummodo, quia habet patrem à quo est genitus secum existentem. Inter se autem paternitas, & filiatio nullum ordinem habent neque naturæ, neque rationis, sed tantummodo simultatem ex eo quòd simul habent esse generans, & genitus. Vnde paternitas sub nomine paternitatis non habet rationem principij respectu filiationis, sicut nec è conuerso, sed cætera, quę sūt in patre, & habent ordinē ad illa, quæ sunt in filio, & secundum suas rationes habent inter se ea, quæ sunt in patre, & similiter ea, quæ sunt in filio, ordinē secundum rationem. Quæ enim sunt in patre, habent ordinem ad ea, quæ sunt in filio secundum rationem principij, & principiati, quia ea quæ sunt in patre habent rationem principij respectu illorum, quæ sunt in filio, vt generatiuum ad genitum, posse generare ad posse generari, generare, ad generari. Et propterea verissima ratio relationis est inter talia, quæ simultatem habent, absque omni ordine, & naturæ, & rationis, qualis est inter patrem, & filium secundum rationes paternitatis, & filiationis, & hoc iuxta illam definitionem relatiuorum, quæ dicitur in prædicamentis, quòd relatiua sunt simul c.3.10.1.
natura, & neutrū eorū est causa alterius, vt sit.

9. Est autem aduertendum, quòd præter omnes prædictas rationes proprietatum tam in patre, quàm in filio, & præcipue præter rationes illas filij, quæ sunt posse generari, & generari obiectiuè, sunt adhuc duæ rationes, quæ secundum determinata in quæstione præcedente propriè sunt rationes proprietatis circa diuinam essentiam, & in diuina essentia, scilicet generari, & posse generari subiectiuè, quæ habent esse secundum rationem solum, quia essentiæ nulla est proprietas realis. Et habent istæ duæ rationes circa diuinā essentiam ordinem rationis inter se, quia omne quod subiectiuè generatur, subiectiuè potest generari, & non è conuerso. Habent et ā ordinem ad alias rationes prædictas, quæ sūt in patre, & filio, sed secundum rationem tantum. Licet enim, vt dictum est in quæstione præcedente, generari, & posse generari subiectiue, & obiectiue differūt secūdū rationē tātū, & similiter posse generare, & generare principiatiue differūt secūdū rōnē tātū a posse generari, & generari subiectiue, tamē posse generari, & generari īquātū sūt subiectiue dicta ī ipsa essētia, sūt quasi pricipia eorū, vt sūt obiectiue dicta ī filio generato. Et similiī posse generare, & generare, vt sūt priципiatiue dicta ī patre, sūt quasi pricipia posse generari, & generari, vt sūt obiectiue in filio. Vt secundum hoc quanquā prædictæ rationes proprietatis, quæ secundū rem est in patre, ordinem naturæ habent ad rationes proprietatis, quæ secundum rem est in filio, præter paternitatem, & filiationem, & præter consimilia duo innominata, quorum vnum communiter est nomen patris, & filij, vt habent secum in esse Spiritum Sanctum ab illis procedentem, aliud vero est proprium Spiritui Sancto inquantum secum habet in esse patrem, & filium à quibus procedit, ad rationes tamen proprietatis, quæ secundum rationem tantum habet esse in essentia, ambæ rationes, & quæ sunt in patre, & quæ sunt in filio, habent ordinem rationis tantum. Vnde colligendo prædicta, series, & ordo proprietatum, quæ sunt in patre, & filio, & rationum earum, & ex abundanti, quæ sunt in Spiritu Sancto, colligendo eas ex dictis circa rationes proprietatum patris, & filij, & consimilea rationes circa proprietates Spiritus Sancti, patet, quòd numerus earū est iste, à quo alius primò, in genitum, generatiuum, posse generare, generare, posse generari subiectiue, generari subiectiue, posse generari obiectiue, generari obiectiue, genitum esse, paternitas, filiatio, posse spirare actiuè, spirare actiuè, & tunc est, quintadecima ratio, posse spirari subiectiue, & sextadecima spirari subiectiue & decimaseptima posse spirari obiectiue, & decimaoctaua spirari obiectiue, & decimanona spiratum esse. Quibus si coniungantur, & vnum innominatum circa patrē, & filiū cōmuniter respectu Spiritus Sancti, & consimiliter vnum īnominatum circa Spiritum Sanctum respectu patris, & filij communiter, & similiter si iuxta illa octo, quæ sunt generatiuum, &c. vsque genitum esse, coniungantur alia octo, quæ sola ratione differunt ab illis, vt iuxta generatiuum, dictiuū, iuxta generari, posse dici, & sic de cæteris, erūt 29. rōnes. Per dicta patet qd dicēdū ad obiectū.

11. Ad primum ergo, quòd generari est n.s.
proprietas constitutiua personæ filij, quia generari est ab alio esse per generationem, quod est proprietas constitutiua personæ filij. Dicendum, quòd propriè loquendo, & distinguēdo rationes proprietatum, sicut generare non est esse à quo est alius per generationem, immo hoc potius est ipsum generatiuum, sed generare propriè est actio qua aliquis alteri dat esse, sic generari non est esse ab alio per generationē, immo hoc potius est ipsum genitū esse, sed generari proprie est quasi passio, qua aliquis ab altero recipit esse. Et iō sicut ex par- a.38.q.4
te patris generare nō est proprietas cōstitutiua personæ patris, sed potius generatiuū esse, sic ex parte filij generari nō est proprietas cōstitutiua personæ filij, sed potius genitū esse.

12. Ad secundum, quòd si generari non n.s.
esset proprietas constitutiua personæ filij, esset superueniens personę filij iam constitutę, aut non esset proprietas personæ, consequens

falsum

falſum eſt : Dicendum eſt, quòd in ordine rationum conſtitutiuarum perſonarum patris, & filij, poſſe generare, & generare ex parte patris reſpectu perſonæ patris, & reſpectu rationis conſtitutiuæ perſonæ ipſius, contrario modo ſe habent ipſi poſſe generari obiectiue, & generari obiectiue ex parte filij reſpectu perſonæ filij, & reſpectu rationis conſtitutiuæ perſonæ filij. Quia ex parte patris ratio conſtitutiua perſonæ habet rationē principij, ſiue primi reſpectu poſſe generare, & generare, eo enim pater quòd eſt generatiuus habendo naturalem fœcunditatem poteſt generare, & eo quòd poteſt generare, potentia, quæ eſt neceſſitas generat. Propter quod ratio eius quòd eſt poſſe generare, & generare, eſt perſonæ patris, vt ſuperueniens in illo rationi conſtitutiuæ ipſius perſonæ. Ex parte vero filij ratio conſtitutiua perſonæ filij habet rationem termini reſpectu poſſe generari obiectiue, & generari obiectiuè, eo enim quòd poteſt generari obiectiuè, potentia quæ eſt neceſſitas generatur obiectiuè, & eo quòd generatur genitum eſt. Propter quod ratio eius, quòd eſt poſſe generari, & generari obiectiue, eſt perſonæ filij, vt præueniens in illa rationem conſtitutiuam ipſius perſonæ.

13. Vt ſecundum hoc aliqualiter alio modo ſunt proprietates perſonarum generare, & generari. Generare enim ſub ratione generare eſt proprietas perſonæ, quia eſt actio elicita à perſona in id de quo generat. Generari vero ſub ratione generari eſt proprietas perſonæ, quia eſt quaſi paſſio terminata ad perſonam ex eo de quo generatur. Et ſic ſicut generare eſt proprietas perſonæ, non quia ſub ratione eius, quod eſt generare eſt per ſe in perſona generante, ſed quia eſt ab ipſo in ſubiecto generationis, ſicut & in naturalibus actio eſt agentis, proprietas, non quia eſt in agente, ſed quia eſt ab agēte in ſubiecto paſſo ſubiectiuè, cōſimiliter generari obiectiuè eſt ſpprietas ſponæ, nō quia ſub rōne eius qđ eſt generari, eſt per ſe in perſona genita, ſed quia eſt ad ipſum in illo exiſtens, ex quo, vt ex ſubiecto generatur. Non enim (vt dictum eſt
q.1.n.18 ſupra) generatur aliquid obiectiue niſi quia generatur aliquid ſubiectiuè. Et ſic quod proprietates dicuntur eſſe in perſonis, hoc non intelligitur propriè niſi ſecundum rationes illas, ſecundum quas ſunt perſonarum conſtitutiuæ. Secundum rationes autem generare, & generari, ſecundum quas non ſunt conſtitutiuæ (vt dictum eſt) nequaquam. Pro- n.5.
priè dico loquendo. Vnde nec omnis proprietas non conſtitutiua perſonæ eſt ſuperueniens perſonæ iam conſtitutæ, vt dicitur in argumento. Hoc enim verum eſſet ſi non eſſet proprietas perſonæ, niſi quia eſſet in perſona proprie loquendo, nunc autem quia dicitur proprietas, non ſolum quia eſt in perſona, ſed etiam quia eſt a perſona, aut ad perſonam, vt dictum eſt, ideo ſe- n.6.
cundum huiuſmodi rationes proprietas perſonæ, quia eſt a perſona, eſt quaſi conſequens, & ſuperueniens perſonalitati. Proprietas vero perſonæ, quia eſt ad perſonā, eſt proprietas perſonæ quaſi præcedens eam. Vnde ſecundum hoc quinque ſunt modi proprietatis perſonalis. Quædam quaſi præcedens perſonā, & ad perſonam, non in perſona proprie, ſed potius in eo ex quo habet generari ſubiectiuè vt generari, & poſſe generari ſubiectiuè. Quædam vero eſt in perſona, & quaſi præcedens, vt poſſe generari, & generari obiectiuè. Quædam vero eſt conſtitutiua perſonæ, & in perſona, vt generatiuum reſpectu patris, & generatum eſſe reſpectu filij. Quædam autem quaſi conſecutiua perſonæ, & a perſona, non in perſona, ſed in eo quod ſubijcitur, vt generare. Quædam vero quaſi conſecutiua perſonæ, & à perſona, vt paternitas in patre, & filiatio in filio, & ſimiliter poſſe generare in patre.

14. Argumentum in oppoſitum bene procedit ſecundum dictam deter- n.1.
minationem. Generari enim ſub ratione generari, quia filium non reſpicit niſi vt terminum, nullo modo poteſt eſſe proprietas conſtitutiua perſonæ filij.

✠

Conclusiones ex Quæstione Tertia, Articuli Quinquagesimi noni.

1. *Generari communiter est proprietas constitutiua personæ filij.* n. 4.
2. *Generari propriè sub ratione eius, quod est generari nullo modo potest esse proprietas constitutiua personæ filij.*
3. *In filio non est ponere proprietatem secundum rem nisi vnicam, secus in Patre* num. 6.

QVAESTIO QVARTA.

Vtrum in filio sit aliqua alia proprietas à generari.

CIrca Quartum arguitur, quod in filio sit aliqua alia proprietas à generari.

1. Primò sic. Filiatio est proprietas filij, & est alia a generari, quia non ex hoc aliquis est filius,
q. 3. n. 6. quòd generatur, vt iam habitum est supra, ergo &c.

2. Secundò sic Augustinus dicit lib. 6. de Trinitate cap. 2. *quod non est in diuinis imago nisi filius*, quod autem soli filio conuenit est eius proprietas. Imago autem alia est generari, quia per generari habetur ratio imaginis, ergo &c.

3. Tertiò sic, dicit Augustinus lib. 15. de Trinitate cap. 17. & lib. 7. cap. vltimo, & lib. 6. cap. 2. quòd *in diuinis non dicitur verbum nisi filius*, sed quod soli filio conuenit proprium est eius, ergo verbum proprium est filio, sed verbum non est idem quod generari, quia filius per generari habet, quod sit verbum, eo quòd generare idem est quod dicere, & generari idem est quod dici, ergo &c.

4. Contra si in filio esset alia proprietas à generari cum omnis proprietas est notio, tunc in filio essent plures notiones propriæ, quam vna, & essent plures notiones, quam quinque, & plures proprietates, quam quatuor, quod est contra superius determinata, ergo &c.

5. Item filius non est imago patris, nisi quia procedit a patre, vt similis à simili, imaginis enim ratio fundatur in ratione similitudinis, sed Spiritus Sanctus procedit à patre, & filio, vt similis illis, ergo eadem ratione diceretur esse imago illorum, consequens falsum est, ergo &c.

6. Præterea in patre non sunt nisi substantia, & proprietas personæ constitutiua, filius autem non potest dici imago patris ratione substantiæ, quia ratione substantiæ est eadem veritas cum patre, non autem est eadem ratione ad aliquid quod imago eius.

7. Adhuc, eadem est substantia Spiritus Sancti cum patre, sicut & filij, & tamen ratione illius Spiritus Sanctus non dicitur imago patris.

8. Nec similiter filius potest dici imago patris ratione proprietatis, quia ratione proprietatis pater habet oppositionem ad filium, & è conuerso, siue distinctionem ad illum, & differentiam ab illo. Imago autem eo, quòd est imago non ponit nisi conuenientiam ad id cuius est imago, quæ repugnat oppositioni, distinctioni, & differentiæ, nullo ergo modo filius est imago patris. Sed præter imaginem non apparet alia proprietas in filio, quam generari, ergo &c.

9. Præterea, verbum est idem quod filius, & est nomen personæ, sicut est filius, & eiusdem personæ, vt habitum est supra, tale autem a. 58. q. 2.
nullo modo potest esse proprietas illius, ergo &c. vt iam supra conclusum est.

10. Dicendum, quòd licet proprietas aliquando extenditur ad commune pluribus personis, secundum quòd communis spiratio actiua dicitur esse communis proprietas, sicut est communis notio patris, & filij, tamen in proposito proprietas appellatur proprium, quod tantum vni personæ conuenit. Sed vni personæ aliquid conuenire potest tripliciter. Primo

mo modo, quia eſt conſtitutiuum perſonæ, & diſtinctiuum illius ab alio. Alio modo, quia habet eſſe in ipſa perſona ratione eius, quod eſt conſtitutiuum illius. Tertio modo, quia eſt ſignificatiuum ipſius perſonæ. Primo modo ſecundum prædeterminata non eſt in vna perſona, niſi vna proprietas ſecundum rem, licet in ea ſit aliqua alia illi propria non con-
a.58.q.4 ſtitutiua perſonæ, vt eſt ingenitum in patre, præter generatiuum quod eſt proprietas conſtitutiua perſonæ patris, & licet illa vna ſecundum rem poſſit plurificari ſecundum rationẽ,
a.56.q.2. vt ſupra expoſitum eſt. Et ſic in filio non eſt alia proprietas a generari, ſiue generatum eſſe, quod idem eſt ſecundum rem, licet differãt ſecundum rationem, quemadmodum gene-
a.58.q.4 rare, & generatiuum eſſe, vt habitum eſt ſupra.

11. Et hoc modo nec imago, nec verbum nec aliquid aliud poteſt dici proprietas filij, etſi ſecundum rem ſint idem cum proprietate conſtitutiua perſonæ filij, & differunt ab illa ſola ratione, quoniam id quod ponunt non eſt aliquid pertinens ad perſonæ conſtitutionem, & diſtinctionem tanquam quo conſtituitur, & diſtinguitur. Vnde ſecundo modo imago eſt proprietas filij, quia licet ratio imaginis non ſit conſtitutiua perſonæ filij, nec cadit in idem re, notionaliter ſumendo rem, cum eo quod eſt conſtitutiuum perſonæ filij, ſicut eum generatiuo in patre inquantum eſt proprietas conſtitutiua perſonæ patris cadunt in idem re notionaliter non ſolum eſſentialiter ſumendo rem, potentia generandi, & ge-
ibid. nerare, & paternitas, vt habitum eſt ſupra, cõuenit tamen ratio imaginis filio ratione eius quod eſt conſtitutiuum perſonæ ipſius, ſcilicet ratione eius quod eſt generari, ſiue generatum eſſe. Ex eo enim, quòd filius procedit modo generationis naturalis, & ſecundum rationem aſſimilandi, & vt ſimile, dicitur ſimili-
inf. a.60. q.1.n.1. tudo, & imago patris à quo procedit. *Natura enim eſt vis inſita rebus ex ſimilibus ſimilia producens.* Dico autem ſecundum rationem aſſimilandi, prout comprehendit aſſimilationẽ ſecundum quãlibet ſpeciem qualitatis, vt ſcilicet ſimilitudo, quæ propriè dicitur ſecundũ tres primas ſpecies qualitatis, etiam comprehendit rationem imaginis, quæ dicitur propriè ſecundum quartam ſpeciem qualitatis. Et ſic imago ſeu ſimilitudo eſt proprietas filij non ratione ſubſtantiæ eius, aut eorum quæ ſunt ſubſtantialia in ipſa. Ratione enim illorum, quælibet perſonarum dicitur ſimilis alteri, de qua ſimilitudine inferius ſermo eſt
a.64.q.5 a.68.q.2 habendus, ſicut & de æqualitate. Sed tali ſimilitudine nulla diuinarum perſonarum dicitur eſſe ſimilitudo alterius, de qua hic ſermo eſt, immo quòd filius ſic dicitur ſimilitudo, aut imago patris, hoc ei conuenit ex ſuo modo procedendi, & ſic ratione eius, quod eſt conſtitutiuum, & diſtinctiuum perſonæ filij à perſona patris, & hoc quodammodo, quemadmodum riſibile, & vniuerſaliter proprium ſuum conuenit cuilibet ſpeciei in creaturis ratione ſuæ differentiæ ſpecificæ, vt ſecundum hoc in diuinis imago, vel ſimilitudo magis habet rationem proprij in diuinis, quam proprietas conſtitutiua perſonæ filij, & illa magis habet rationem differentiæ.

12. Et eſt aduertendum, quòd cum filius procedit, vt filius modo naturæ ſimpliciter, vt verbum autem procedit modo naturæ intellectualis, inquantum procedit modo naturæ ſimpliciter, principaliter ei conuenit, quòd ſit ſimilitudo, aut imago. Quoniam procedens modo naturæ ſimpliciter in corporalibus, & naturalibus, abſque proceſſu modo intellectuali, procedit vt ſimilitudo, & imago. Quæ ratio imaginis in corporalibus, includit in ſe rationem figuræ, & characteris. Generatio .n. naturalis, & proceſſu modo naturæ fit impreſſione quadam formæ in materia in rebus naturalibus ad modum aliqualiter, quo ſigillum ſimilitudinem, & imaginem ſuam imprimit in cæram mollem configurando, & characterizando eam ſibi. A quibus ratio imaginis, figuræ, & characteris, & talium transfertur ad diuina, vt filius ratione proceſſus modo generationis naturalis ſimpliciter propriè dicatur imago, & figura, & character patris, vt quia proceſſus naturalis, modo intellectuali quaſi addit aliquid ſupra modum procedendi modo naturali ſimpliciter, ideirco ſecundum rationem proceſſus ille, qui eſt modo naturę ſimpliciter, & id quod per ſe ratione eius conuenit procedenti, primum ſecundum rationem eſt reſpectu modi procedendi modo intellectuali, & eius quod procedenti ratione illius conuenit. Nunc autem ſicut filio inquantum eſt filius ratione proceſſus modo naturæ ſimpliciter, vt ratione ſuæ proprietatis conſtitutiuę perſonæ inquantum eſt filius ſimpliciter, conuenit quod ſit imago, figura, & character, ſic eidem inquantum eſt verbum ratione proceſſus ſui modo naturæ intellectualis, vt ratione proprietatis eiuſdem conſtitutiuæ perſonæ eiuſdem inquantum eſt verbum, conuenit, ꝙ ſit ſplendor, candor, lux, aut lumen.

13. Primum ergo ſecundum rationem ſũt generatum eſſe, quo conſtituitur perſona filij, vt eſt filius, & imago, figura, ſiue character, quę rationem eandem vnius proprietatis important reſpectu eius, quod eſt dictum eſſe, quo cõſtituitur perſona verbi, vt eſt verbum, & ſplẽdor, candor, lux, ſiue lumen. Sicut enim idem ſunt re differentia ſola ratione generare, & a.58.q.2
dicere, vt actus productiui, ſimiliter filius, &
ver-

verbum secundum superius determinata sic idem sunt re, & sunt eadem notio constitutiua personæ eiusdem secundum rem generatũ esse, & dictum esse. Et similiter eadem proprietas consequens ex eo quod est constitutiuum personæ, sunt imago, figura, character, cũ splendore, candore, & luce, differunt autem sola ratione. Vnde si inter rationes proprietatum personarum cum viginti nouem prędictis, & pręordinatis in quęstione pręcedenti in suo ordine, iuxta generatum esse connumerentur imago, figura, siue character sub vna ratione vnius proprietatis, & deinde iuxta dictum esse connumerentur splendor, lux, & huiusmodi, sub vna ratione vnius proprietatis, erunt rationes proprietatum triginta vna, quibus si connumeretur dictum quod est proprium Spiritus Sancti, quemadmodum imago est proprium filij, erunt in vniuerso rationes triginta duo, vt infra videbitur.

14. Tertio autem modo prædictorum conuenit tantum vni personæ, scilicet quia est significatiuum ipsius personę, quòd sit verbum hoc enim est proprium personę filij, vtrumque enim tam filius, quam verbum est nomen significatiuum personę. Dicitur tamen potius, verbum est proprium personę filij, quam è cõ-
n.13. uerso, quia (vt iam dictum est) filius, & verbum differunt secundum rationem, & ratio, qua persona est filius, prima est respectus illius qua est verbum, sed idcirco hoc modo impropriè dicitur aliquid esse proprium, vel proprietas alterius.

15. Ad quæstionem ergo breuiter dicendum, quòd in filio non est aliqua alia proprietas a generari secundum rem differens ab illa, & secundum eundem modum proprietatis, & quæ vere proprietas debeat dici. Est tamen aliqua alia differens secundum rationem ab illa, & secundum eundem modum proprietatis, quæ vere proprietas constitutiua personæ debet dici, vt est posse generari, & similiter dici, & posse dici, quæ minus secundum rationem differunt, quam generari. Est etiam in filio aliqua alia secundum alium modum proprietatis, scilicet non constitutiuæ personæ, qualis est imago, vt dictum est.
n.11. Et similiter est aliqua alia, quæ non verè proprietas dici potest, cuiusmodi est ipsum verbum.

n.1. 16. Quod ergo arguitur primò, quod alia sit proprietas filij à generari, quia non ex hoc est aliquis filius, quòd generatur, &c. Dicendum, quòd non est aliqua alia secundum rem proprietas qua dicitur filius, quam sit generari, qua filius est, siue quæ est personæ filij constitutiua, licet non sub ratione quæ est generari sit filij constitutiua, quoniam secun-
n.10. dum prædicta, eadem est proprietas filij, quæ est generari, & generatum esse. Tamen non sub ratione generari constitutiua est personę filij, sed sub ratione eius quod est generatum esse, sicut generare sub ratione generare non est constitutiua personę patris, sed solummodo sub ratione eius, quod est generatiuum ibid.
esse. Et similiter non est simpliciter alia proprietas filij, quæ est constitutiua personæ eius a generari, est tamen aliqua proprietas alia consequens principia constitutiua rationem eius quod est personæ filij constitutiuum, vt imago sicut dictum est, & illa est vnica se- n.11.
cundum rem, sicut in creaturis vnicum est propriè proprium ratione formæ, & speciei.

17. Ad secundum probans, quòd imago n.2.
non est proprietas filij: Dicendum, quòd imago est proprietas, & alia a generari, sed secundum alium modum proprietatis. Quia (vt n.11.
dictum est) generari sub ratione eius quod est generatum esse, est proprietas constitutiua filij. Imago autem est proprietas consecutiua personę filij iam constitutę ratione eius quod est consecutiuum illius.

18. Ad tertium, quòd verbum est propriũ n.3.
filio in diuinis, quia ei soli conuenit: Dicendum, quòd aliquid alicui personæ conuenit soli tripliciter. Vno modo quia est constitutiuum, & distinctiuum personæ eius ab alijs. Alio modo, quia est idem ipsi secundum rem etsi secundum rationem differat ab ipso. Tertio modo, quia est consequens ipsum ratione eius, quod est constitutiuum illius. Primo modo proprietas siue proprium dicitur personæ constitutiuum illius, quod tamen verius habet rationem dicere, si sic pateretur ipsum nominari consuetudo, & modus loquendi sanctorum. Secundo modo proprium filio dicitur verbum. Sunt enim secundum supe- n.14.
rius declarata filius, & verbum eandem personam explicantia, sed tamen verbum potius a.58.q.2.
dicitur proprium filio, quia ratio filij prior est respectu rationis verbi, & ratio verbi secunda, vt patet ex dictis. Tertio autem modo a.60.q.1.
imago proprium est filio, vt dictum est, & iam a.16.
amplius declarabitur.

19. Quod autem arguitur primò in con- a.68.q.2.
trarium, quòd si in filio esset alia proprietas, n.1.
quam generari, esset in ipso, & alia propria notio: Dicendum, quòd in diuinis non di-
citur proprietas notio nisi sit pertinens ad ra- a.55.q.4.
tionem originis siue originandi per se, & hoc vel actiuè, vel passiuè, qualis non est aliqua propria in filio nisi generari, per quod non excluditur quin sit aliqua alia proprietas consequens illam, quæ pertinet ad rationem originandi, quæ non sit notio, quemadmodum imago in filio sequitur ipsum generari. Et est secundum hoc alius, & alius modus pro-

prie-

prietatis, nomine imaginis, & eo quòd est ge-
n.11. nerari, vt patet ex dictis.

20. Ad secundum quòd Spiritus Sanctus
n.5. procedit à patre, & filio vt similis, ergo est
imago eorum, nec est ideo imago proprium
filio: Dicendum, quod cum dicitur, Spiritus
Sanctus procedit vt similis, *ly vt* potest notare modum respicientem actum procedendi,
sic est falsa. Spiritus Sanctus enim ex ratione
modi procedendi non procedit vt similis, sed
solus filius. De ratione enim generationis
est, quia est quasi per formæ impressionem,
assimilare productum producenti, non sic aũt
de ratione spirationis, quia non est quasi per
formæ impressionem in aliud, sed potius quasi per excussionem, & exsufflationem alicuius
a.60.q.1 n.57. de aliquo, vt infra videbitur. Vel potest *ly*
a.68.q.2 *vt* notare modum respicientem solummodo
ipsum productum, sic est vera. Spiritus Sanctus enim est persona, quæ vere similis est illis à quibus procedit. Nunc autem ratio imaginis licet fundatur in similitudine, hoc tamẽ
non est nisi vt respicit modum procedendi;
nihil enim simile procedens dicitur imago,
aut similitudo eius à quo procedit nisi procedat actione assimilatiua. Vnde multum differt dicere aliquid esse simile alteri, & esse
a.58 q.2 imaginem, siue similitudinem illius. Vt enim
n.72. dictum est supra in quæstione de dicere, simile dicitur producens producenti, & è conuerso, siue vnum sit ab altero secundum rationẽ
exempli, & exemplati, siue non. Similitudo
autem aut imago alterius nihil dicitur nisi sit
ab alio productum, vt exemplatum ab exemplari, quæ quidem ratio exemplandi includit
productionem secundum rationem assimilandi. Cum ergo aliquid procedit ab alio quantumcunque sit simile illi, si ex modo procedẽdi non procedit secundum rationem assimilandi, & exemplati, non dicitur esse imago,
aut similitudo eius à quo procedit. Quantũcunque ergo Spiritus Sanctus sit similis patri,
& filio, quia tamen non procedit modo assimilandi sicut filius, nullo modo potest dici
imago, aut similitudo eorum sicut dicitur filius.

n.6.7.8. 21. Ad tertium, quòd filius non potest dici imago patris neque ratione substantiæ, neque ratione proprietatis personalis. Dicendum, quòd immo ratione proprietatis personalis, secundum quòd consistit in modo procedendi, siue producendi.

22. Et quod arguitur, quòd proprietate n.8.
personali differt filius a patre, non ergo per
eam est ei similis, neque imago aut similitudo
eius. Dicendum, quod verum est loquendo
de similitudine, quæ fundatur in identitate,
qua tres personæ inter se sunt similes propter
substantiæ identitatem numeralem, vel duo
homines, quorum vnus non est ab alio, sunt
similes propter qualitatis identitatem secundum speciem, propter quam non dicitur vnũ
eorum similitudo, vel imago alterius. Loquendo vero de similitudine, quæ fundatur in
modo procedendi secundum assimilationem,
non est verum. Illa enim similitudine eo q̃d
distinguitur, vt procedens sit alter ab illo à
quo procedit, assimilatur illi non propter idẽtitatem illius quo assimilatur, vt contingit in
dicta similitudine, sed propter correspondentiam vnius eorum ad alterum in ratione exemplati ad exemplar, vt dictum est. Et sic simi- n.20.
litudo in diuinis æquiuoca est. Vno enim
modo nominat tantum vnum extremum relationis, vt similitudo secundum imaginem.
Alia continet duo extrema, vt similitudo quæ
est secundum substantiam.

23. Ad quintum, quod verbum non est n.9.
proprium filio, quia est nomen eius personæ:
Dicendum quòd verum est secundum prædicta loquendo propriè de proprio siue
de proprietate. Propter quod inter rationes proprietatum
non debet connumerari. Habet tamen
quandam rationem
proprij respectu filij, quia illi soli
conuenit, & ratione differt
ab illo, quasi consequente ipsum, vt
dictum n.14.15.22.
est.

Con:

Conclusiones ex Quæstione Quarta, Articuli Quinquagesimi noni.

1\. *In filio non est alia proprietas constitutiua à generari, seu generatum esse.* n. 10.

3\. *Generari, & generatum esse idem est secundum rem, licet differant secundum rationem.* ibidem.

3\. *Imago est proprietas filij ratione eius quod est generari.* n. 11.

4\. *Verbum est proprietas significatiua personæ filij* n. 14.

QVAESTIO QVINTA.

Vtrum filius ex eo quod est verbum habeat respectum ad solum patrem.

CIrca quintum arguitur, quòd verbum ex eo, quòd est verbum, habet respectum ad solum patrem dicentem verbum.

1\. Primò sic. Quod habet respectum ad illud dicitur ad illud, verbum diuinum secundû quòd verbum, non dicitur nisi ad solum dicentem. Non enim dicitur verbum nisi dicentis verbum: non dicitur autem verbum eius, quod dicitur verbo, tunc enim diceretur verbum creaturæ, quia creatura verbo diuino dicitur.
inf.n.27. Illud autem negat Anselmus.

2\. Quod etiam arguitur per rationem: quia etsi creatura nihil esset omnino, sicut nihil aliquando fuit, tamen esset verbum in diuinis, & tunc nullum omnino importaret respectum ad creaturam, quia non est in vno sine respectu sibi respondente in alio, quare neque modo. Si enim verbum inquantum verbum importaret talem respectum, non posset esse verbum, quin eum importaret, & sic etiam non posset esse verbum, nisi simul esset, & creaturæ.

3\. Præterea respectus quo verbum est verbum, realis est, & ordinem essentialem, & naturalem ponit verbi ad id quod respicit, ad creaturam autem non habet Deus respectum realem, aut ordinem essentialem, aut naturalem, vt habet declarari inferius loquendo de Deo in ordine, & comparatione ad creaturas, ergo &c.

4\. Præterea simul sunt natura relatiua, non sic verbum diuinum, & creatura, ergo &c.

5\. Præterea Spiritus Sanctus, quia ad nos refertur, noster dicitur 5. de Trinitate, *Quod datum est, & ad eum qui dedit refertur,* c.14. to.3 *& ad eos quibus dedit: itaque Spiritus Sanctus non tantum patris, & filij, qui dederunt, sed & noster dicitur, qui accepimus.* Verbum autem Dei nô dicitur nostrum, quia verbum dicitur filius patris, & non noster, *& eo verbum, quo filius,* inf.n.8. ergo &c.

6\. Præterea emanationes diuinæ naturæ præcedunt omne quod est in creatura, sed quod habet respectum ad aliquid inquantum huiusmodi, simul est cum eo, ergo &c.

7\. Item verbum inquantum verbum est, verbum est secundum proprietatem constitutiuam verbi, quia reduplicatio est eius, quod est formale, & completiuum in re: proprietate constitutiua verbi à solo patre distinguitur & ea ad illum solum refertur, à quo per eam distinguitur, ergo &c.

8\. Item 7. de Trinitate cap 2. dicit Augustinus. to.3. *Eo filius quo verbum, & eo verbum quo filius.* Sed filius eo quo filius siue inquantum filius non habet respectum nisi ad patrem, ergo &c.

9\. Item ibidem. *Accipiamus cum dicitur verbum, ac si dicatur nata sapientia, & in eo quod nata, & verbum, & imago, & filius intelligatur.* Quod ergo conuenit verbo eo quod verbum, conuenit ei, eo quòd natum, sed eo quod natum non habet respectum nisi ad illum à quo nascitur, quia 5. de Trinitate cap. 14. dicitur. *Quod de patre natum est ad solum patrem refertur*, ergo &c.

10\. Contra. Primò sic 83. q. q. 63. expo- to.4.

nens

Io.1.A.1. nens illud. *In principio erat verbum*, dicit Augustinus. *Quod græce logos dicitur, latine, & verbum, & rationem significat. Sed hoc loco melius verbum nihil interpretatur, vt significetur non solum ad patrem respectus, sed etiam ad illa, quæ per verbum facta sunt. Ratio autem etsi nihil per illam fiat, recte ratio dicitur.*

11. Secundo sic, sicut se habet donum ad Spiritum Sanctum, ita verbum ad filium. Est enim donum proprium Spiritus Sancti,
m.3. sicut & verbum filij 15. de Trinitate cap. 17. *Non dicitur verbum nisi filius, nec donum Dei nisi Spiritus Sanctus*. Sed donum refertur nõ solum ad dantes, sed etiam ad recipientes 5.
a.5. de Trinitate cap. 14. vt dictum est, ergo & verbum non solum ad dicentes refertur, sed etiam ad eos qui verbo dicuntur.

Ps.61. B. 12. 12. Tertiò sic, super illud Psal. *Semel loquutus est Deus*. Glossa. *Verbum æternaliter genuit, in quo omnia disposuit*. Genuit autem verbum inquantum verbum, quia secundum perfectam, & formalem rationem verbi, ergo verbo inquantum verbum omnia disposuit, sed dispositio dicit respectum ad ea quæ disponuntur ergo &c.

13. Quartò sic, nihil dicitur aliquo nisi illud quo dicitur habeat respectum ad illud, omnia dicuntur verbo inquantum est verbum, quia nihil potest dici nisi verbo, ergo &c.

14. Dicendum, quòd notitia huius, an scilicet filius, ex eo, quòd est verbum, habet respectum ad solum patrem, dependet de notitia illius, an scilicet verbum, ex eo quod est verbum, siue inquantum est verbum, habet respectum ad solum patrem. De hoc ergo considerandum. Et est dicendum ad hoc, quòd verbum ad nihil habet respectum nisi mediante actu dicendi. Non enim est verbum, nisi quia ipsum dicitur, vel quia eo aliquid dicitur. Et secundum hunc mediante actu dicendi potest aliquid respicere dupliciter. Vno modo, vt est ipsum dictum, & terminus actus dicendi notionalis. Alio modo, vt est ratio actus dicendi essentialis. Primo modo respicit solum dicentem notionaliter, vt scilicet à quo habet esse, quod etiam, & per verbum est, & hoc respectu realis originis constitutiuo personæ verbi. Et ideo hoc modo loquendo de verbo, verbum ex eo quòd est verbum ad solũ patrem dicentem verbum habet respectum.

15. Secundo autem modo verbum respicit solum ipsum dictum essentialiter, vt quo dictum est manifestatum, & declaratum secun-
a.58.q.2. dum modum supra determinatum in quæstione de dicere essentiali. Et hoc modo loquendo de verbo, verbum ex eo quod est verbum, ad omne dictum verbo habet respectum, de quo nulla est dubitatio stando in respectu simpliciter circa verbum simpliciter. Est enim ipsum verbum per aliquam conformitatem ad dicta se habens, inquantum scilicet est declaratiuum, & manifestatiuum eorum, quæ verbo dicuntur.

16. Quæ quidem conformitas sine respectu non est, sed vnde, & quomodo conueniat verbo iste respectus, & quis sit, de hoc etiam est dubitatio, an scilicet conueniat ei ratione sui proprij, & sic inquantum verbum, an ratione sibi appropriati, & sic non inquantum verbum.

17. Et putant aliqui, quòd conueniat ei ratione sibi appropriati. Dicunt enim, quòd ipsa essentia diuina inquãtum habet rationem veri, est ratio cognoscendi omne verum. Essentia autem diuina licet secundum rationem veri communis est tribus personis, quia tamẽ veritas per se respicit intellectum, & notitiam eius, in qua lucet, & est manifestatiua sui, & aliorum, solum autem verbum in diuinis notitia est manifestatiua, & declaratiua, vt sæpius expositum est supra: idcirco appropriatur verbo. & ratione eius (vt dicunt) verbum habet respectum ad manifestata, & declarata verbo, sed diuersim de secundum diuersitatem eorum, quæ verbo manifestãtur. Ea enim quæ sunt infra diuinam essentiam (vt dicunt) manifestãtur, siue dicuntur verbo, vt ipsa diuina essentia est ei appropriata sub ratione veri simpliciter. Et ideo (vt dicunt) per huiusmodi rationem habet respectum a d illa. Quę vero sunt extra diuinam essentiam, manifestãtur verbo, vt ipsa diuina essentia sub ratione veri est eis rationes ideales d uersæ, secundum quas ipsa est ratio cognoscendi, & manifestãdi ipsas creaturas, & per respectus idealium rationum, sic in verbo existentium appropriate verbum habet respectum ad creaturas secundum rationem, quemadmodum, & ipsæ rationes ideales sunt respectus secundum rationem ad creaturas, secundum quod nuper exposuimus in 9. Quolibet nostro in quæstione 2. de de s.

18. Istud non potest stare, quoniam verbũ respectum de quo loquimur non habet ad manifestata per ipsum, vt manifestata sunt quocunque modo, scilicet simplici notitia. & vt ipsa essentia secundum quòd est veritas, est ratio manifestandi, sed solummodo, vt manifestata sunt notitia declaratiua, & vt ipsum verbum est ratio manifestandi declaratiuè. Nunc autem ratio dicendi, & manifestandi aliqua hoc modo, non potest esse verbum ratione veri appropriati sibi, quia tunc ipsum verum, siue diuina essentia sub ratione veri, potius esset ratio dicendi, & sic manifestandi dicendo, quam ipsum verbum inquantum ei appropriatur, quoniam quandocunque aliquid conuenit alicui per sibi appropriatum,

Rrrrrr aque,

æquè, aut magis propriè conuenit ipsi appropriato, vt si dicatur. Pater disponit de operandis verbo, quia ei appropriatur sapientia, æquè propriè dicitur. Pater disponit de operandis sapientia. Nunc autem diuina essentia per se, siue sub ratione veri simpliciter, siue secundum rationes ideales, non est ratio dicendi, neque manifestandi aliquid dicendo. Non enim propriè dicitur: Pater dicit aliquid essentia, siue veritate, siue idea. Similiter enim, & aliæ personæ diuinæ in quibus sunt essentia diuina, & ideæ, essent rationes dicendi, licet non appropriatæ, vt competenter diceretur. Pater dicit Spiritu Sancto, quod falsum est, quia idea aut essentia, aut Spiritus Sanctus nullo modo dicuntur verbum, & quicquid dicitur non nisi verbo dicitur, vt
a.58.q.2. habitum est supra in quæstione de dicere essentiali. Non ergo est verum, quòd verbum est ratio manifestandi ea, quæ dicuntur verbo ratione essentialis alicuius, vt diuinę essentiæ sub ratione veri, aut idealis rationis.

19. Cum ergo respectum habet verbum ad dicta, & manifestata verbo, ex quod sunt manifestata per ipsum in dicendo, manifestũ est, quod respectus iste non conuenit ei ratione alicuius sibi appropriati, immo quia verbũ non est ratio dicendi aliqua, & manifestandi ea, nisi quia est verbum, respectus igitur iste non conuenit ei, nisi sequantur verbum est, & se ex eo, quod verbum est, respectum habet ad omnia dicta verbo, quæ sunt non pater tantum, sed quæcunque alia à Deo cognoscũtur. Omnia enim a Deo ipso verbo personali dicuntur, quia sic dicuntur verbo, vt solo verbo personali dicuntur, & hoc non ratione communis, & essentialis, sed ratione proprij, & personalis tantum. Cuiuscunque enim actionis in diuinis ratio est verbum, secundũ quòd est verbum, eius non est ratio aliquod essentiale existens in diuinis, nec aliquid ex cæteris ratione essentialis est illius ratio, sicut & è conuerso cuiuscunque actionis in diuinis ratio est aliquod essentiale, ratio illius non potest esse verbum. Quia enim bene dicitur. *Pater sapit aut intelligit sapientia, non bene dicitur, sapit aut intelligit verbo,* secundum Au-
a.1.10.3. gustinum 7. de Trinitate. Vnde etsi aliquando actionis eiusdem ratio est essentiale aliquod, & verbum quemadmodum dicimus, quod Deus creat sua sapientia, & quòd creat verbo suo, hoc non est eodem modo, neque secundum eandem rationem. Pater enim creat sua sapientia, vt notitia, & arte simpliciter, creat autem verbo vt notitia, & arte declaratiua.

20. Sic ergo dico, quòd respectus verbi ad ea quæ dicuntur verbo inquantum huiusmodi, non conuenit verbo ratione sibi appropriati, sed ratione sui proprij. Quod contingit, & bene, & male intelligi. Cum enim proprium sit hoc, quod vni soli conuenit ita quòd non alteri, vt in diuinis dicatur proprium, quod conuenit vni personę, ita quòd nulli alteri, quemadmodum in creaturis hoc dicitur proprium quod sic conuenit vni speciei, quòd non alteri. Est enim singula persona in diuinis quasi vnicum singulare in ratione personalitatis suæ quasi in ratione vnius speciei: Sicut ergo vni soli personæ in diuinis potest aliquid conuenire, ita quod non alij dupliciter, & sic esse proprium vni personæ dupliciter, sic dupliciter potest alicui conuenire respectus aliquis ratione sui proprij. Vno enim modo aliquid in diuinis conuenit vni soli personæ, ita quod non alij principaliter, scilicet quia est id quo vna persona distinguitur ab alia. Alio vero modo conuenit illi consequẽter, scilicet quia consequitur ex illo principali in illa persona cuius est. Primo modo conuenit personæ diuinæ, vt proprium ei, proprietas ad originem pertinens, vt qua principaliter originat alteram, vel qua principaliter originatur ab altera. Et isto modo, scilicet principaliter ratione proprij, vni diuinarum personarum solummodo conuenit respectus ad alteram, immo ale proprium est ipse respectus, sicut modi sunt generatiuum in patre, & genitum esse in filio. Secundo autem modo conuenit personæ diuinæ, vt proprium ei proprietas non pertinens ad originem, vt qua principaliter originat alteram, vel qua ab altera originatur, sed consequens in persona ex ipso modo originandi, & ita ratione illius proprij in eo quod dicto modo pertinet ad originem, quemadmodum imago (vt dictum est in præcedente quæstione) proprium est n.11.
filio. Et isto modo scilicet consequenter ratione proprij, in diuinis non solum vna persona habet respectum ad alteram quam originat, vel à qua originatur, sed etiam ad quæcunque alia vt est ab alia. Huiusmodi respectus est secundum rationem solum in diuinis, qualis est iste quem quærimus, quem sic verbum habet ad ea quæ dicuntur verbo. Et sic ratione proprij consequenter non principaliter conuenit verbo respectus ad ea quæ dicũtur verbo.

21. Quod vt melius intelligatur, sciendũ, quòd secundum Augustinum 7. de Trinitate. c.2.
Verbum siue filius in diuinis non est nisi notitia, siue sapientia genita siue dicta, vt per notitiam intelligamus quod absolutum est, & essentiale in verbo, per genitum vero respectum originalem constitutiuum personæ verbi. Quę quidem notitia licet secundum quod est notitia simpliciter, est essentiale, & commune, & non proprium, inquantum tamen est genita,

nita, siue dicta, non solum est precise notitia, sed etiam est notitia declaratiua, siue manifestatiua notitiæ, scilicet eius de quo est. quod conuenit ei ex eo quod est notitia de notitia, & ita ratione sui proprij originalis, & modi emanandi. Et est notitia declaratiua essentiale quid contractum ad personale, siue ad personam, cui ratione qua declaratiua, siue manifestatiua est, annexus est respectus quidã ad id cuius est declaratiuum, inquantum scilicet est declaratiuum ipsius. Quare cum ratione proprij originalis habet, quod sit notitia declaratiua, cui necessariò est annexus respectus ad id cuius est declaratiuum, ratione ergo proprij originalis ipsius verbi pręter respectum quem habet ipsum verbum ad dicentem, vt habet esse ab ipso, habet etiam respectum alium consequentem ad id quod declaratur verbo, vt habet esse declaratiuum, & manifestatiuum illius. Et quia manifestatio per verbum consequens est ad esse ipsius, idcirco ille respectus consequens dicitur respectu illius, qui dicitur originalis, & est vterque proprius verbo. Sed ille qui est originalis, solus est constitutiuus personæ verbi, & ipso refertur verbum ad solum dicentem verbum inquantum est dicens. Ille vero qui est consequens non est constitutiuus personæ verbi, sed consequens, & quasi adiunctus personæ in sua constitutione à proprietate originali constituente personam, & à modo emanandi eius, quo scilicet notitia, quæ simpliciter notitia est in notionaliter dicente, habet esse declaratiua notitia in notionaliter dicto. Tali autem respectu primò, & principaliter refertur verbum ad dicentem non inquantum dicens est ipsum verbum actu dicendi notionali, sed inquantum dictus, siue declaratus est siue manifestatus ipso verbo, & actu dicendi essentiali, quo pater dicens verbum notionaliter, ipso verbo sic dicto dicit seipsum essentialiter. Ipso enim actu dicendi notionali dicens verbum producendo ipsum, simul verbo dicto notionaliter dicit seipsum actu dicendi essentiali manifestando seipsum sibijpsi. Et licet dicto respectu consequente verbum primò, & principaliter ipsum verbum refertur ad dicentem, vt ad manifestatum sibi ipso suo verbo, vlterius tamen eodem respectu refertur ad diuinam essentiam, & quæcunque sunt essentialia in eo, & ad alias personas diuinas, & etiam ad omnes creaturas, & quæcunque sunt cognoscibilia in eis, vt etiam manifestata sunt ipsi dicenti verbum. Pater enim notionaliter dicens ipsum verbum, etiam essentialiter dicit omnia alia in ipso verbo, vt quo, & in quo cognoscit notitia declaratiua, & manifestatiua quæcunque cognoscit sua essentia, & in sua essentia notitia simplici. Et licet sic primo illo respectu verbum respicit omnia prædicta inquantum sunt dicta, & declarata ipsi patri verbo suo, quòd a se dicitur notionaliter, & quo dicit se, & omnem alium, & omnia alia essentialiter consequenter tamen illo eodem respectu verbum respicit omnia prædicta inquantum declarata sunt omni videnti verbum ipso verbo patris quod ab illo solo dicitur notionaliter, & quo omnis intellectus siue creatus, siue increatus dicit essentialiter se, & omnem alium, & omnia alia, secundum quòd supra determinatum est in quęstione de dicere essentiali. a. 58. q. 2. n.

22. Sic ergo breuiter dico ad quęstionem, quòd verbum inquantum verbum, siue ex eo, quod est verbum, siue quocunque alio modo reduplicetur, si intelligatur reduplicatio fieri ratione solius respectus originalis, sic respectum habet ad ipsum patrem, vt dicentem notionaliter ipsum verbum. S. vero intelligatur reduplicatio fieri ratione respectus consequentis, licet ad solum patrem, vt ad dictũ actu dicendi essentialiter sibijpsi ipso verbo primò, & principaliter, vlterius tamen secundò habet respectum ad omnem alium, & ad omnia alia; vt dicta & manifestata sunt soli patri verbo suo a se dicto notionaliter. Et vlterius tertio habet respectum ad quodcunque manifestatum eodem verbo intellectui cuiuslibet alterius. Et quia non potest aliquid habere respectum ad aliqua, quin viceuersa illa cointelligantur habere respectum ad illud, idcirco etiam omnia dicta verba inquantum dicta habent respectum ad verbum.

23. Sed ipsum verbum suum respectum habet ex se, & ex suo proprio originali, & vt suum proprium consequens ad proprium originale secundum prædicta & ita non quia aliud habet respectum ad ipsum. Cætera vero quæcunque dicta sunt verbo, inquantum dicta respectum habent ad verbum, quia verbum habet respectum ad illa, quemadmodum secundum rationem mensurationis scibile habet respectum ad scientiam, quia scientia habet respectum ad scibile, præter hoc quòd relatio inter scibile, & scientiam ex parte scibilis est secundum rationem, ex parte vero sciẽtiæ est secundum rem. Verbum vero ad dicta verbo, & è conuerso dicta verbo ad verbum, ambo habent relationem mutuo secundum rationem tantum. Cum enim pater verbo dicit Spiritum Sanctum, Spiritus Sanctus ex hoc nullam relationem realem habet ad verbum, quare nec eadem ratione aliquid aliorũ in eo quòd dicitur verbo ad ipsum verbum, nec è conuerso verbum ad aliquod illorum, sed rationis tantum. Inter dicentem quidem verbo, & ipsum verbum similiter est respectus talis, qualis est inter scientiam, & 10. Met. t. 21. co. 3

scientem inquantum est sciens. Sciens enim quia habet esse sciens scientia, vt ipsa est forma intellectus eius, ideo ipse ad scientiam refertur, sed relatione secundum rationem tantum, & è conuerso scientia quia nullo modo habet esse à sciente, sed à scito. *Aliter enim idem diceretur bis, & esset causa, & causatum* c. 11 t. 10 to. 5. Auct. ib. *eiusdem*, vt dicitur 5. Metaphysicæ. Ideo nō refertur ad scientem nisi secundum rationem tantum, quia scilicet sciens refertur ad ipsam. Et sic dicens essentialiter verbo, quia instituitur per verbum, vt sic dicens, non autem instituit verbum inquantum huiusmodi, ideo dicens inquantum dicens refertur secundum rationem ad verbum, non autem verbum ad dicentem, nisi quia dicens refertur ad ipsum.

24. Et patet ex hoc differens respectus inter verbum, & dictum verbo, & inter scientiā, & scitum. Scientia enim in creaturis quia instituitur per scitum, ex se habet relationem dupliciter secundum rem ad scitum, quia vt instituta ab illo, & vt mensuratum ab eodem, & è conuerso scitum inquantum est institutiuum scientiæ habet ex se relationem realem ad scientiam penes secundum modum relationis. Inquantum vero est mensura scientiæ, habet relationem ad illam secundum rationem, quia scientia refertur ad scitum penes tertium modum relationis. Verbum aūt quia non instituitur per dictum, nec mensuratur ab ipso, ideo nullam habent inter se relationem secundum rem, sed solum secundum n. 33. rationem prædicto modo.

25. De isto autem respectu consequenti existente in verbo est aduertendum, quòd ad ea quæ sunt in Deo secundum diuinam essentiam, habet ipsum verbum huiusmodi respectum secundum actum dicendi cognitiuū solum. Ad creaturas autem, & secundum actū dicendi cognitiuum, & secundum actum dicendi effectiuum. Est igitur prædictus respectus in verbo ab æterno secundum actum dicendi cognitiuum ad omnia, quæ sunt in Deo & quæ pertinent ad creaturas, & hoc quo ad earum essentias, & quo ad earum existentias, secundum singulas differentias temporum, vt sunt in diuina notitia. Essentias enim rerum quas Deus cognoscit, & quo ad ipsarum essentias, & quo ad earum existentias, & omnes modos existendi, & hoc simplici notitia per rationes ideales earum secūdum modum q. 2. to. 2. declaratum in 9. Quolibet in quæstione de ideis, ipse cognoscit verbo, & per verbum, & hoc notitia declaratiua. Secundum actum ps. 148. A. 5. vero dicendi factiuum, de quo in Psal. *Dixit & facta sunt*, idem respectus est in verbo ad existentias creaturarum secundum habitum ab æterno, licet secundum actum ex tempore tantum. Iuxta illud Anselmi mon. cap. 33. *Quemadmodum opus quod fit secundum aliquam artem, non solum quando fit, verum, & antequā fiat, & postquā dissoluitur, semper est in ipsa arte,* &c. Et sic patet quod præter modos relationis Dei ad creaturas secundum rationem, quibus ab æterno refertur ad creaturas, non quia creaturæ referuntur ad ipsum, expositos in dicta quæstione de ideis, est ille modus relationis secundum dictum respectum Dei ad creaturas ab æterno secundum rationem, non quia creaturæ referuntur ad ipsum, sed ex seipso potius.

26. Cum ergo quęritur vtrum verbum inquantum verbum habet respectum ad solum patrem dicentem: Dicendum, quòd si intelligatur reduplicari verbum ratione respectus originalis, qui conuenit ei quasi iuxta primū modum dicendi per se, sic (vt dictum est) n. 14. 23. verbum inquantum verbum habet respectum ad solum patrem. Si vero intelligatur reduplicari ratione respectus consequentis, qui cōuenit ei quasi iuxta secundum modum dicendi per se, sic verbum inquantum verbum non solum ad patrem habet relationem, sed etiam ad omnia essentialiter dicta verbo, vt dictum n. 25. 22. est.

27. Ad primum ergo, quòd verbum inquā n. 1. tum verbum habet respectum ad solum patrē dicentem verbum, quia ad solum illum dicitur: Dicendum secundum iam dicta, quod n. 14. respectu principali, & reali qui in verbo pertinet ad originem, non dicitur verbum nisi ad solum dicentem, & hoc inquantum dicens, quia illius solius est similitudo, imago, & fi- q. 4 n. 8. gura, siue character, à quo solo quasi formatur, & imprimitur, & ideo secundum hoc ipsius solius est verbum, & non Spiritus Sancti, nec creaturæ, quamuis pater illo verbo dicat Spiritum Sanctum, & creaturam. Et secundum hoc dicit Anselmus Mon. cap. 32. *Verbum quo pater dicit se non inconuenienter sicut similitudo, ita & imago, & figura, & character eius dici potest. Verbum autem quo creaturam dicit, nequaquam similiter est verbum creaturæ, quia nō est eius similitudo*, & per eundem modum, nec est verbum Spiritus Sancti. Respectu vero sup. n. 20 21. consequenti non principali, quo secundum rationem tantum, dicitur verbum ad omnia quæ dicuntur verbo, & hoc non secundum habitudinem imaginis, aut similitudinis ad id cuius est similitudo aut imago, sed secundum habitudinem declaratiui ad id cuius est declaratiuum, etiam si in veritate sit eius similitudo, & imago. Vnde si pater dicit se verbo, hoc non est per se, eo quòd verbum ima- n. 18. go eius est, & similitudo, sed eo solo quòd est notitia declaratiua. Quantumcunque enim aliquid est similitudo, aut imago alicuius, non

illo

illo dicitur nisi cum hoc sit notitia eius declaratiua. Non enim dicitur illo ille cuius est, ex hoc enim quòd aliquid, est sola imago. Vnde pater non dicit se filio inquantum filius est, licet inquantum est filius sit imago, sed solum dicit se verbo inquantum verbum est, qui a ratione illius quod verbum addit super rationem filij. Vnde quod dicit Anselmus mon. cap. 29. *Omnia huiusmodi verba quibus quaslibet res mente dicimus, similitudines, & imagines sunt rerum, quarum verba sunt:* Verum est, non tamen eo quòd imagines res dicuntur eis, sed eo quòd sunt earum declaratiua notitia. Vnde & cum alia à patre dicantur verbo patris vt creaturæ, non dicuntur ex hoc illo verbo, quòd verbum habet imitabilitates in se ad creaturas, & creaturæ ipsum imitantur quoquo modo, sed quia est notitia
a.21. declaratiua illorum secundum prædicta. Et secundum huiusmodi habitudinem dicitur verbum eorum, quorum non est imago, aut similitudo, quod non contingit de quolibet alio verbo vt dictum est iam secundum Anselmum. Ex quo soluta est quæstio quam quærit Anselmus cap. 30. *Quomodo simplex veritas potest esse verbum eorum, quorum non est similitudo, & omne verbum, quo aliqua res sic mente dicitur similitudo sit rei eiusdem.*

a.2. 28. Ad secundum, quod arguitur specialiter, quòd verbum non habet respectum ad creaturas, quia verbum esset, etsi non esset creatura, &c. hanc dubitationem mouet Anselmus de creatura quo ad eius existentiam, cum dicit prædicto cap. *Denique si nunquam creatura esset, nullum eius esset verbum? Quid ergo? An concludendum, si nullo modo esset creatura, nunquam esset verbum illud?* Immo esset, vt probat continuè, secundum quòd patere potest inspicienti. Et concludit in fine.
ibid. *Siue igitur ille cogitetur nulla alia existente essentia, siue alijs existentibus, necesse est verbum illius coaeternum illi esse cum illo.* Et est dicendū
a.55. sm̄ prædicta, quòd si nulla creata essentia esset, non esset verbum earum factiuum, esset tamen verbum earum cognitiuum, dicente Anselmo cap. 33. *Quomodo tum differentes res (scilicet creans, & creata essentia) dici possunt vno verbo, præsertim cum verbum ipsum sit dicenti coaeternum, creatura autem non sit illi coaeterna? Forsan quia ipse est summa sapientia, & summa ratio in qua sunt omnia, quæ facta sunt* scilicet ab æterno in sua notitia, secundum quòd subdit. *Nam, & antequam fierent, & postquam facta sunt, & cum corrumpuntur siue aliquo modo variantur, semper in ipso sunt, non quòd sunt in seipsis,* scilicet extra notitiam per actualem existentiam, *sed quod est idem ipse. Etenim in seipsis sunt essentiæ mutabiles secundum immutabilem rationem creata. In ipso vero sunt ipsa prima essentia,* & non solum secundum quòd est idem ipse, sed secundum quòd sunt ipsa immutabiliter in eius notitia, vt obiecta cognita, secundum quòd expositum est in 9. Quolibet in quæstione de ideis, & sic vt sunt essentiæ q.2.co.2.
cognitæ in eius notitia habent respectum respondentem respectui verbi ad ipsa.

29. Sed fortificando argumentum arguamus sic, id quod pertinet ad diuinam essentiā prius est omni eo quod pertinet ad essentiam creaturæ etiam consideratæ secundum se, vt est essentia absque omni existentia, quia essentia creaturæ id quod est ad se, à Deo est secundum rationem formæ exemplaris, vt dictum est in dicta quæstione. Prius ergo verbum habet esse à patre in eius intellectu formatum vt patris est intellectus, quam esse creaturę sit id quod est à Deo secundum rationem formæ exemplaris. Et si sic, tunc dicamus iuxta dictum Anselmi. *Denique si non esset creatura* Monol. cap. 30.
aliquid per essentiam in diuina cognitione, nullum esset verbum in Deo? Immo esset, vt conuincitur ex verbis Anselmi ibidem. Vnde iuxta illud quod dicit cap. 31 *si nihil vnquam aliud esset,* neque scilicet per essentiam in diuina cognitione, neque per existentiam extra, *nisi summus ille spiritus, ratio tamen cogit verbum illud quo se dicit ex necessitate esse.* Sic igitur ille cogitetur siue nulla alia existente essentia non tam exterius quam interius in diuina cognitione, siue alijs existentibus. Et siue sic, siue sic, necesse est verbum illius coæternum illi, in rerum natura esse cum illo, & sic inquantum verbum, nullum omnino respectum habet ad creaturas, vt videtur, quia non potest esse respectus ad illas, nisi sint aliquid saltem per essentiam, quemadmodum ad pure non existens, quod non est factibile, non habet verbum respectum, nec ipse Deus per aliquam ideam.

30. Et est dicendum, quòd bene verum est quòd essentiæ creaturarum immutabiliter vt obiecta, & cognita quædam ab æterno, habēt esse in diuina cognitione id quod sunt ad se. Bene etiam verum est, quod id quod sunt per essentiam aliquid ad se, non habent nisi à Deo secundum rationem causæ formalis exemplaris, vt dictum est, quod similiter id quod sunt a.21.q.6 a.22.q.4.
per existentiam aliquid non habent nisi per diuinam operationem secundum rationem causæ efficientis, & similiter quòd vtroque esse naturaliter prior est ipsa diuina essentia, & quæcunque infra illam sunt. Omnes enim diuini respectus personales ad intra naturaliter terminati sunt inter personas, prius quam considerari possit aliquis respectus eius essentialis communis toti Trinitati ad extra, etiam licet simul per totam durationem æternitatis Deus nunquā erat Deus, quin omnium crea-

tura-

turarum essentias in notitia sua haberet, vt obiecta cognita. Hoc enim est de sua perfectione qua Deus est, quòd resplendent in sua notitia alia à se. Vnde, & Philosophi non distinguentes inter rerum essentias, & existentias, posuerunt, quòd de perfectione Dei
a.52.q.3. n.5. a.68.q.5. esset creaturas mundi secum existere, & hoc secundum Auicennam ab ipso principiatiue, vt ipse Deus natura non duratione intelligatur præcessisse creaturam. Et sic Deus natura præcedit rerum essentias in sua notitia, licet
Exod.ca. 15.C.18. non duratione. Idcirco enim dicitur, *quod dominus regnauit in æternum, & vltra. Vltra* dico, inquantum natura prior est Deus existentijs rerum in sua notitia. *In æternum,* inquantum in regno notitiæ suæ æternaliter essentias creaturarum intuitus est, & non solum essentias, sed etiam omnes mutationes, & mutationum modos, quos habuerunt, & iam habituræ sunt in æternum, dicente Augusti-
c.14.to.3 no 12. de Trinitate cap. penult. *Ad sermonem sapientiæ pertinent ea quæ nec fuerunt nec futura sunt, sed sunt.* Quomodo autem sunt, & vbi, subdit continue. *Et propter æternitatem in qua sunt, & fuisse, & esse, & futura esse dicuntur sine vlla mutabilitate temporum. Non enim sic fuerunt vt esse desinerent, aut sic futura sunt, quasi nunc non sint, sed idipsum esse semper habuerunt, semper habitura sunt. Manent autem non tanquam in spatijs locorum fixa velut corpora, sed in natura incorporali.* Et infra. *Non solum autē rerum sensibilium in locis positarum sine spatijs localibus manent intelligibiles, & incorporales rationes, verumetiam motionum, in temporibus transeuntium sine temporali transitu stant etiam vtique ipsæ intelligibiles non sensibiles.*

31. Quod si rationes illæ ab aliquibus intelligantur ipsæ ideales rationes, tunc procul dubio ideæ non sunt nisi respectus essentiales ad ipsas creaturas, non quo ad ipsarum existentias, sed solummodo quo ad ipsarum essentias. Si considerentur essentiæ creaturarum, & ipsæ creaturæ nihil esse omnino, vt non sit ad quod sint illi respectus, ergo nec erunt illi respectus. Et sic non esset omnino ponere huiusmodi respectus siue ideas in Deo, quemadmodum si verbum diuinum non haberet alium respectum, scilicet ad intra, quam illum quem habet ad extra scilicet ad creaturas, amotis creaturis omnino non erit verbum natura præcedens essentiam creaturarum. Si ergo ponantur ideæ in Deo, necesse est ponere creaturas esse per essentiam aliquid in eius notitia, & æque æternaliter, vt ideæ ponuntur esse in ipso, vt quicunque neget essentias esse aliquid etiam in diuina cognitione præter existentias earum, vt si non sint in existentia, quòd sint purum nihil, necesse habent negare ideas, quod aliqui forte nituntur. Nunc autem sic est, quòd sicut se habent ideæ ad rerum existentias, quod eas respiciunt in habitu non autem in actu, sic se habet ipsum verbum ad rerum essentias, quòd, illas vt natura prior est illis solum respicit in habitu, non autem in actu siue secundum actum.

32. Si ergo consideremus verbum Dei inquantum ipsum in diuina essentia præcedit natura rerum essentias, quæ sunt in notitia eius, nullum habet actualem respectum ad aliquid extra diuinam notitiam, & hoc quemadmodum nec Spiritus Sanctus, vt est donum respicit creaturas, quibus donabilis est ab æterno. Cum enim creaturæ sunt, & actualiter eis donatur, datum est, & donum secundum actum. Antequam autem daretur, & antequam essent in actu in respectu ad essentias creaturarum rationalium in diuina notitia, quæ natæ sunt eum recipere postquam fuerint existentes extra secundum actum, dicitur ab æterno donum. Dicente Augustino 5. de tri-
nitate cap. 15. *Spiritus Sanctus ab æterno procedit, sed quia sic procedit, vt esset donabile, iam donum erat, & antequam esset cui daretur.* Alter enim intelligitur cum dicitur donum, alter cum dicitur donatum. Nam donum potest esse, & antequam detur. Donatum vero nisi datum fuerit nullo modo dici potest. Nam vt dicit in principio 16. cap. *sempiterne Spiritus donum, temporaliter autem donatum.* Sempiterne reuera donum, quia aptum donari creaturæ, quod nata est recipere de propinquo vt est in actuali existentia, vel de remotiori, vt est aliquid in diuina notitia absq; actuali existentia. to.3.

31. Est igitur aduertendum, quòd Spiritus Sanctus in triplici habitudine consideratur respectu creaturæ, cui donabilis est. Primò enim Spiritus Sanctus consideratur in diuina essentia secundum quòd naturaliter prior est rerum essentia in diuina notitia. Et sic solummodo remotissima aptitudine donabile est creaturæ, donabile tamen, quia procedit ratione sui modi procedendi, vt donabile. Et secundum hanc enim considerationem Spiritus Sanctus procedit, vt donum datum, extendendo nomē doni, & dat actu inquātū pro- a.61.q.8.
cedit à patre in filiū, & è cōuerso, & sic vt donū motuū ab vno in alterum, & actu datum vtrique ab vtroque, sed procedit vt donum tantummodo aptitudine remotissima donabile, inquantum donabilis est creaturæ. Quæ quidem aptitudo remotissima circa creaturam, non requirit terminum existentem in actu extra, aut in cognitione, sed solummodo in virtute, quemadmodum forma artis existens habitu in artifice, aptitudine habet respectum ad donum, quæ nec est in materia extra, nec in actuali consideratione artificis. Secundo au-

autem Spiritus Sanctus consideratur vt simul duratione est cum creatura existente in beneplacito diuinæ voluntatis. Secundum hanc considerationem Spiritus Sanctus procedit à patre, & filio, vt donum donabile creaturæ aptitudine remota, quæ requirit terminum existentem secundum actum in diuino beneplacito, sed hoc vel ordinante creaturam ad actualem productionem quandoque futuram, vel non ordinante. Tertio quidem Spiritus Sanctus consideratur, vt præcedens duratione creaturam existentem in effectu extra. Secundum hanc considerationem Spiritus Sanctus procedit à patre, & filio, vt donum donabile creaturæ aptitudine propinqua, quæ requirit terminum sic existentem, vt possit ei dari secundum actum, & esse actu datum.

34. Et consimiliter verbum in triplici habitudine consideratur respectu creaturæ simpliciter, cuius est declaratiuum, siue manifestatiuum. Primo enim consideratur secundum quòd in diuina essentia naturaliter prior est omni essentia creaturæ, & sic solummodo remotissima aptitudine procedit, vt declaratiuum essentiæ creaturæ, nec requirit terminum scilicet essentiam creaturæ in existentia actuali extra, nec in actuali notitia, sed so-
n.13. lummodo in virtute exemplaris, vt iam dictū est de forma artis, quæ est exemplum magis proprium circa verbum, quam circa Spiritum Sanctum. Secundo modo consideratur verbum vt simul duratione est cum essentia creaturæ existente in diuina notitia. Tertio autē modo consideratur, vt duratione præcedit essentiam creaturæ aptitudine propinqua, quia vtroque modo secundum actum declarat, siue manifestat ipsam, licet primò, vt est in sola notitia, & deinde vt est in exteriori existentia, & in hoc est distinctio aliqua respectu creaturarum in verbo, & in Spiritu Sancto. Et sic omnibus modis verbum dicit respectum ad creaturas, nec potest esse verbum, quin huiusmodi respectum importet.

n.3. 35. Ad tertium, quòd respectus quo verbum est verbum, realis est. Dicendum, quòd verum est, quia ille non est nisi respectus originalis constitutiuus verbi, qui & ordinem naturalem, & essentialem ponit ad id, quod respicit. Est tamen alius respectus eius qui conuenit verbo inquantum verbum, quia ratione suæ proprietatis constitutiuæ, & con-
n.15.22. sequenter, vt dictum est supra: licet ipso verbum non sit verbum, quia non est realis, nec per ipsum, ordinem naturalem, sed rationis tantum, scilicet per voluntatem, & intellectum, habet ad creaturas. Propter quod verbum inquantum verbum duplicem habet respectum, primum scilicet, & secundum. Primum enim ad patrem, scilicet à quo dicitur habet, quasi iuxta primum modum dicēdi per se. Secundum vero ad ea scilicet quæ dicuntur verbo, habet quasi iuxta secundum modū dicendi per se.

36. Ad quartum, quòd relatiua sunt simul: n.4.
Dicendum, quod verum est de ratione secundum actum, & habitudinem propinquam, nō autem de illa, quæ est secundum habitum, & habitudinem remotam, vt patet ex dictis. n.14.

37. Ad quintum, quod Spiritus Sanctus, n.5.
quia respectum habet ad nos, noster dicitur, non sic filius, quare nec verbum, quia eo verbum quo filius. Dicendum secundum prędicta, quòd verbum Dei secundum modum quo habet respectum ad nos, bene dicitur nostrum, non tamen à nobis dictum notionaliter sed quo nos dicimur, & quo nos dicimus essentialiter.

38. Et quod assumitur, quòd filius non di- ibid.
citur noster. Dicendum, quòd sicut secundum supra determinata idem sunt in diuinis a 58.q.2.
generare, & dicere notionaliter, alia tamen, & alia ratione, quia dicere aliquam rationem addit super generare. Sicut enim in diuinis super naturam simpliciter addit intellectuale rationem aliquam, scilicet intellectualiter, sic super generare quod dicit actum producendi modo naturæ simpliciter, rationem quandam addit ipsam dicere, quod dicit actum producendi modo intellectualis operationis. consimiliter in proposito, licet eo filius, quo verbum, & è conuerso, rationem tamen quādam addit verbum super ly filius, quia filius dicit productum, vt simile secundum naturam præcise, verbum vero dicit vt simile productum secundum naturam intellectualem, quo habetur ratio declaratiui, in quo fundatur respectus, de quo loquimur, & sic consequitur secundum rationem illam quæ proprie conuenit verbo vt verbum est, super rationem filij. Propter quod filius, vt filius nullum omnino habet respectum ad nos, nec dicitur noster: verbum vero, vt verbum, respectum habet ad nos, & secundum hoc non inconuenienter (vt dictum est) potest dici ver- n.28. &
bum nostrum. seq.

39. Ad sextum responsum est supra in res- n.6.
ponsione ad secundum.

40. Ad 7. quod erat scilicet secundū prin- n.7.
cipale, quòd scilicet formale reduplicatum cum dicitur verbum inquantum verbum, non potest esse nisi proprium constitutiuum, quo refertur ad solum patrem. Dicendum secundum prædicta, quòd si intelligatur reduplicari in ratione formæ iuxta primum modum dicendi per se, tunc verbum inquantum verbum ad solum patrem habet respectum. Si vero intelligatur reduplicari in ratione eius, ad quod quasi consequens est proprium aliud,

sic

sic verbum non ad solum dicentem verbum habet respectum, sed etiam ad creaturas vt dictæ sunt verbo, & hoc quasi iuxta secundum
n.35. modum dicendi per se.

n.8. 41. Ad octauum, quod filius inquantum filius non habet respectum nisi ad patrem, ergo nec verbum inquantum verbum, patet ex dictis iam.

n.9. 42. Ad vltimum, quòd verbum est nata sapientia, & eo quòd nata, verbum est, & ad solum patrem habet respectum. Dicendum, quòd natum dupliciter potest considerari. Vno modo simpliciter, alio modo, vt sub modo intellectuali. Primo modo natum proprie conuenit filio, vt est filius. Secundo modo, vt est verbum. Et propter secundum modum verbum non solum est nata sapientia simpliciter, sed declaratiua, vt dictum est, & n.21.
ratione huius habet respectum non solum ad patrem, sed ad omnia alia, licet non habet cum filius, vt dictum est. n.38.

43. Argumenta in oppositum concedenda sunt secundum modum tamen expositum iam. n.10.11.12.13.

Conclusiones ex Quæstione Quinta, Articuli Quinquagesimi noni.

1. *Verbum vt est terminus actus dicendi, ex eo quod est verbum ad solum patrem dicentem verbum habet respectum. n. 14. 22.*
2. *Verbum vt est ratio actus dicendi essentialis ex eo quod est verbum ad omne dictum verbo habet respectum. n. 15. 22.*
3. *Hic respectus conuenit verbo non ratione sibi appropriati, sed ratione sui proprij non principaliter, sed consequenter. n. 20.*
4. *Verbum ad dicta verbo, & è conuerso dicta verbo ad verbum ambo habent relationem mutuo secundum rationem tantum. n. 23.*
5. *Omnibus modis verbum dicit respectum ad creaturas, nec potest esse verbum, quin huiusmodi respectum importet. n. 34.*

QVAESTIO SEXTA.

Vtrum Filius sit Verbum practicum, an speculatiuum.

Circa sextum arguitur, quòd verbum in diuinis sit verbum practicum, non speculatiuum.

6. c. vlt. cap. 3. 1. Primò sic. Augustinus dicit de Trinitate de hoc verbo siue de filio, *quòd est ars plena omnium rationum viuentium.* Ars autem ad praxim pertinet, non ad speculationem, ergo &c.

2. Secundò sic. Id quod est principium factiuum, & operandi potentia, practicum est, & non speculatiuum, vt patet in arte, verbum diuinum principium factiuum est. Ioan. 1. *Omnia per ipsum facta sunt*, & similiter potentia siue virtus operandi. Ad Cor. *Prædicamus Christum Dei virtutem*, &c. A.3. fol. c.1.D.24

3. Contra, quod est dignissimum semper Deo attribuendum est, vt habitum est supra in sermone de attributis, esse speculatiuum a.32.q.2. dignius est, & nobilius, quam esse practicum, secundum Philosophum in 1. Metaph. c.2.20.3. ergo &c. a.36 q.4 n.4.

4. Dicendum ad hoc, quòd verbum diuinum dupliciter potest considerari. Vno modo vt est aliquid in se subsistens, & sic vt est verbum solius patris, & terminus ipsius actus dicendi notionalis. Alio modo vt est perfe-

ctio

ctio intellectus essentialis Dei, & sic vt est perfectio essentialis intellectus totius trinitatis, & ratio actus dicendi essentialis. Et primo quidem modo consideratum pure speculatiuũ est, quia absque omni ordine, & respectu ad creaturas consideratur, vt patet ex dictis iam a. 29. & seq. in præcedente quæstione. Ratio autem praxis nullo modo potest conuenire verbo diuino, nisi ex respectu, & ordine quem habet ad creaturas, & sic si verbum diuinum vllo modo possit practicum dici, oportet, quòd hoc sit ex ipso considerato secundo modo.

5. Sed hoc secundo modo adhuc potest considerari dupliciter. Vno modo, vt est ratio actus dicendi essentialis quo ad manifestationem, & declarationem notitiæ creaturarum. Alio modo vt est ratio eius quo ad actũ producendi ipsas creaturas dispositiue, vt in- a.6.15. fra dicetur. Actus enim dicendi essentialis respectu creaturarum, & actum manifestandi ipsas, & actum dispositiue producendi easdem importat, vt patet ex dictis in proxima a.25. quæstione præcedente, & etiam ex dictis in a.58. q.2 quæstione de dicere. Primo modo, scilicet quo ad actum manifestandi, adhuc clarum est quòd verbum diuinum est pure speculatiuum, quia ratio manifestandi solum notitiam speculatiuam importat, & nullum ordinem ad creaturarũ productionem siue ad aliquam operationem aliam circa ipsas. Ratio autem praxis nullo modo potest conuenire verbo diuino nisi in ordine ad productionem creaturarum, vel ad aliquam aliam operationem siue actionem circa ipsas. Et sic si verbum diuinũ dicendum est aliquo modo fore practicum, oportet, quòd hoc sit inquantum est perfectio intellectus essentialis Dei, & vt est toti trinitati ratio dicendi essentialiter creaturas in producendo illas, vel in agendo aliquid aliud circa ipsas iam productas, quarum inquantum huiusmodi verbum diuinum quoquo modo a.37. q.2 est ratio, & similitudo, vt in præcedentibus a.9. declaratum est.

6. Sed præter modum quo tres communiter dicunt verbo, quia verbum est perfectio a.58. q.2. intellectus essentialis eorum, vt patet ibidem pater specialiter dicit verbo, quia verbum ab ipso procedit, & filius specialiter dicit verbo, quia ipse est verbum, & similiter idem verbũ est sapientia, & ratio qua tres simul operanda disponunt, non solus pater per se, sed simul cum ipso filius, & Spiritus Sanctus. Vt secundum hoc si aliquo modo verbum diuinũ sit practicum, oportet, quòd hoc sit aut inquantum est virtus siue potentia operis circa creaturas elicitiua, si tamen sit talis potentia, quod non puto, aut inquantum est sapientia operandorum dispositiua. Vtroque enim modo dicitur aliquid potentia qua agens agit. Verbi gratia, Aedificator dicitur potens ædificare, vt potentia elicitiua actus virtute naturali, quæ primo est motiua membrorum, & secundo per membra mota est motiua instrumentorum, & tertio per instrumenta est motiua materiæ domus, puta lignorũ, & lapidũ, vt eis forma domus imprimatur. Dicitur autem ædificator potens ædificare, vt potentia dispositiua operandorum ista arte ædificatoria regulatiua motuum membrorum, & instrumentorum in modo mouendi materiam.

7. Primo quidem modo clarum est, quòd verbum diuinum non est potentia operatiua, qua scilicet pater, aut tota trinitas eliciat actũ creandi, siue producendi, aut agendi aliquid circa creaturas, quoniam potentia huiusmodi est id quo pater, & filius, & Spiritus Sanctus sunt vnum principium immediatum creaturarum, quod non potest esse nisi aliquid essentiale, in quo vnum sunt tres personæ sub quadam indistinctione, quale non est verbum diuinum, quod non est nisi personale, siue notionale, sed hoc est solum ipsa diuina essentia indistincta, & hoc vt est essentia simpliciter, non autem vt est patris determinate, neque vt est filij determinate, neque vt est Spiritus Sancti determinatè, sed vt est communis, & indifferens tribus, & vt in ipsa nullam omnino habet distinctionem, propter quam dicũtur vnus creator, vt habitum est in præceden- a.54. q.6. n.61. & seq. tibus. Si ergo verbum diuinum sit iuxta secundum modum operandorum dispositiua potentia, oportet quod hoc sit inquantum est sapientia siue ars, qua operanda disponuntur.

8. Sed cum duplex sit opus: vnum quod operans omnino operatur in seipso, aliud vero quod operatur in alio, & circa aliud extra se, potentia qua quis operatur opus primum, est etiam quicunque habitus pure speculatiuus. Hoc enim modo per artem syllogizandi potentia est, qua quis potest expedite syllogizare & vniuersaliter quilibet habitus cognitiuus potentia est, qua quis potest considerare secũdum illum si velit. Et est illa potentia in tali operatione non practica, sed pure speculatiua, siue fuerit operans in pure speculatiuis, siue fuerit operans in pure practicis, quia non considerat practica siue operanda, vt operanda, scilicet ad ipsorum executionem in opus, sed potius, vt speculanda, scilicet ad ipsorum notitiam inspiciendam, etiam licet sit consideratio circa modos operandi, & exequendi operabilia in opus, licet forte sit virtus speculatiua, vt est in pure speculatiuis, quam vt est in pure practicis, maxime quo ad modos operandi, & exequendi operabilia in opus, circa quos magis est practica, quia respicit particu-

 laria.

laria, quam vt est circa vniuersalia operandorum, vt circa virtutis diuisionem, & definitionem, & cæterorum huiusmodi. Sicut etiam magis est practica, vt est circa particularia cognita per experientiã, quã circa cognita absq; n.9. omni experientia vt iam dicetur & magis patebit in prima quæstione articuli sequentis.

9. Et clarum est etiam, quòd hoc modo verbum diuinum non est practicum, sed speculatiuum, inquantum scilicet Deus trinitas ipso declaratiue seipsum, & essentias creaturarum, & operandorum circa ipsas speculatur absque omni ordine, & respectu ad operis executionem, licet verius fortasse sit speculatiuũ, vt ipso speculatur seipsum, & essentias rerum secundum se, quam vt speculatur circa ipsas creaturas modos operandi, & exequendi operabilia in opus. Absque omni enim ordine ad operis executionem non est aliquis habitus proprie practicus, quæ quidem executio pertinet ad operationem in aliud, & circa aliud. Potentia enim qua quis operatur opus aliquod in aliquid, vel circa aliquid extra se, est solummodo habitus practicus siue moralis, qui est circa operabilia proprie loquendo, cuiusmodi sunt iustitia, fortitudo, temperantia, siue intellectualis, & hoc siue sit tantum circa factibilia, vt est ars, siue indifferenter circa agibilia, & factibilia, vt est prudentia. Iustitia enim est potentia, qua quis potest expedite iusta agere, & sic de alijs. Et est illa potentia in tali operatione, vt iustitia in operãdo iusta, non speculatiua, sed pure practica, quia est circa executionem operandorum particularium, & eo magis est practica, quo magis est circa particularium operandorum executionem cognitorum per experientiam operis, quam quo minus, aut quo est circa particularium operandorum executionem cognitorum absque omni experientia. Licet enim habitus, aut potentia talis quanto magis descẽdit ad particularia, tanto magis accedit ad praxim, nullo tamen modo intantum practica potest dici illa, quę acquisita est absque omni operis experientia, quantum illa, quæ est acquisita ex operis experientia. Quantumcunque enim habet quis artem citharizandi, aut fabricandi ex doctrina absque experiẽtia, per illam tamen citharizare, aut fabricare expedite non potest, quod tamen requiritur ad hoc, quòd potentia simpliciter, & perfectè practica dici possit. Simpliciter ergo nulla potentia talis simpliciter, & perfecte potest dici practica nisi sit acquisita ex operum particularium executione, & experientia, quam cum quis habet simpliciter potens est operari secundum eam cum vult, & simpliciter practicum denominat habentem, vt carpentariũ à tali potentia, siue arte carpentandi, aut fabrum à tali potentia, siue arte fabrili. Propter quod dicit Philosophus in 2. Ethic. quòd *citharizantes citharistę fimus, & fabricantes fabri*, & sic de cæteris. c t. m. 5. Vnde faber non potest proprie dici quis quantumcunque sciat artem fabrilem, si tantum sciat eam ex sola doctrina absque experientia.

10. Vlterius autem est aduertẽdum, quòd talis potentia per operis executionem, atque experientiam acquisita potest dupliciter considerari. Vno modo vt secundum ipsam intellectus informatus proponit voluntati modos operandi particulares possibiles, & conuenientes, atque impossibiles, & inconuenientes, aut magis conuenientes, & minus conuenientes per indifferentiam. Alio modo vt secundum ipsam vnum possibilium, & conuenientium determinat voluntati, & illum pręfert alijs, dicendo sic esse operandum, & non aliter tanquam modo conuenientiori. Primo modo non est adhuc potentia proprie practica, quoniam non est per se principium operandi siue exequendi opus idoneum, & sufficiens, & proximum. Sicut enim ab eo quod se habet, vt principale operans per indifferentiam omnimodam ad plura operabilia, nulla omnino procedit actio nisi sit sui ipsius determinatiuum, sicut est libera voluntas, sic illud quod se habet per indifferentiam ad plura operabilia, vt ratio operandi, non est omnino ratio eliciendi etiam dispositiuè actum operandi aliquod illorum. Et propter idem nec intellectus, inquantum tali potentia siue habitu perficitur, proprie practicus, sed potius speculatiuus dicendus est. Secundo autem modo potentia proprie practica dicitur, quia est per se principium idoneum, & sufficiens, & proximum operandi dispositiuè, operantẽ scilicet, si velit dirigendo in opus. Et propter idem intellectus inquantum perficitur tali potentia, siue habitu, proprie practicus dicitur, secundum quòd hęc alibi clarius exposuimus, a 36. q. 4 & inferius quæstione 1. articuli sequentis adhuc exponemus. n.63.

11. Si ergo verbum diuinum consideretur, vt potentia qua tota trinitas operatur extra se ipsas creaturas, vel aliquid circa illas, hoc solo modo habet rationem praxis si quam habet, & dicitur ars plena rationum viuentiũ, secundum quòd procedit prima obiectio. Sũt n.1. autem illæ rationes ideales, non vt sunt absolute rationes cognoscẽdi declaratiue operanda, & operandi modos, sic enim (vt patet ex n.5. iam dictis) potius sunt rationes speculatiuæ, quam practicæ, sed hoc vt sunt rationes dirigendi operantem in operis executione, & hoc quo ad particularia operandorum, quia vt solum sunt rationes dirigendi circa vniuersalia operandorum potius sunt speculatiuæ quã pra-

n. 9. practicæ, vt patet ex dictis, & quantò magis
descendunt ad particularium cognitionem,
tanto magis habent rationem praxis. Quia
tamen huiusmodi rationes ideales non haben
tur in verbo ex aliqua operis experientia, sed
ibid. ex æterna sapientia, & sine aliqua experientia
(vt dictũ est) nihil potest dici simpliciter pra-
cticum, idcirco verbum diuinum nullo modo
potest propter huiusmodi rationes operan-
dorum dici practicum simpliciter, sicut neque
ipsa diuina scientia essentialiter dicta, quam-
uis sit potentia, qua trinitas potest operari
creaturas, in esse producendo eas, vel aliqua
circa ipsas, & hoc maxime ideo, quòd licet
verbum secundum dictas rationes disponit
modos diuersos operandorum, & proponit
eos voluntati, nullum tamen eorum determi-
nat illi. Ipsa enim diuina voluntas sola seip-
a. 37. q. 2 sam circa operanda determinat, secundum
n. 10. quòd alibi declarauimus. Et sic multo minus
a. 45. q. 2 verbum diuinum habet rationem praxis, quã
n. 5. habitus particularium operandorum acquisi-
5 q 1 n. tus ex doctrina absque experientia. Ille enim
12. q. 4. n quodammodo modos operandorum volunta-
5. 6. ti determinat. Et sic Deus sua scientia, &
verbo simpliciter speculatiuis cognoscit hu-
iusmodi, sicut non operanda, & similiter
de operandis disponit, licet inquantum hu-
iusmodi quandam rationem praxia habent.

12. Ad cuius ampliorem intellectum ad-
uertendum est, quòd aliquid dicitur practi-
cum, quia est circa operanda, & circa operan-
di modos, multipliciter. Vno modo propri-
issime, & strictissime, quod scilicet est acqui-
situm circa particularia, & ex particularium
experientia, & determinat secundum actum
voluntati modum operandi. Propter hoc
enim in talibus finis est non verum & cogni-
tio, sed bonum, & operatio, & hoc tam ip-
sius cognoscentis, quam ipsius habitus cogni-
tiuĩ. Alio autem modo dicitur aliquid pra-
cticum quia est circa operanda, & circa ope-
randi modos communiter, & large, quod sci-
licet est acquisitum circa particularia, & ex
perientia particularium, & determinat vo-
luntati modum operandi non secundum actũ
sed secundum habitum tantum, in qualibus
finis cognoscentis est verum, & cognitio, fi-
nis vero notitiæ est bonum, & operatio. Ter-
tio modo dicitur aliquid practicum, quia est
circa operanda, & circa operandi modos cõ-
munius, & largius, quod scilicet est acquisi-
tum circa particularia absque experientia par-
ticularium, sed ex sola doctrina circa particu-
laria indeterminata, quod modum operandi
non est natum determinare nisi in vniuersali.
Quarto modo dicitur aliquid practicum, quia
est circa operanda, & circa operandi modos
adhuc communius, & largius, quod scilicet
est acquisitum circa vniuersalia ex sola doctri-
na vniuersalium absque omni experientia par
ticularium, & hoc maxime, quando est circa
quidditates eorum, quod similiter non est na-
tum determinare modum operandi nisi in
vniuersali. Quinto modo dicitur aliquid pra-
cticum communissimè, & largissimè, quia
impropriè, quia est circa operanda, & circa
operandi modos, quod scilicet non est omni-
no acquisitum nec doctrina vniuersalium, nec
experientia particularium, quod etiam nullo
modo natum est determinare voluntati ope-
randi modum, licet sit circa particularia signa
torum operandorum. Sic enim scientia Dei
simpliciter essentialis de operandis circa crea-
turas, & similiter verbum quod est notitia de-
claratiua de eisdem practica dicuntur, & non
alio modo. Nascitur enim verbum circa o-
peranda ex operandorum notitia simplici, si-
cut circa speculanda ex notitia speculandorũ
simplici.

13. Et propterea quia scilicet notitia Dei,
siue simplex, siue declaratiua non est operis de-
terminatiua respectu voluntatis diuinæ vt ali-
bi declarauimus, idcirco scientiæ, siue no- n. 18.
titiæ Dei, siue fuerit simplex, siue fuerit decla-
ratiua, cuiusmodi est ipsum verbum diuinum,
nullo modo est finis operatio, siue bonum ali-
quod extra ipsum quod consistit in creaturis,
sed finis eius solummodo est verum, sicut co-
gnitio habita de illis, & hoc non solum ipsius
notitiæ, sed etiam ipsius cognoscentis. Qui
quidem finis, qui est notitia non excludit bo-
num amoris, quòd est intra, quod est annexum
notitiæ, immo huiusmodi est finis intra ipsius
notitiæ diuinæ circa quodcunque fuerit. Om-
nis enim notitia in amore, vt in suo fine intra
perficitur, simplex scilicet notitia, quæ est cõ-
muniter in patre, & filio, & Spiritu Sancto,
perficitur in amore essentiali simplici, qui est
ei essentialiter annexus in eisdem, & notitia
declaratiua, quæ proprie verbum est in amore
inflammatiuo, qui propriè est Spiritus San-
ctus, vt infra videbitur. In quo etiam mediã- a. 60. q. 1
te notitia declaratiua perficitur amor simpli- n. 30.
citer, sicut & notitia simpliciter mediante a-
more simpliciter perficitur in notitia declara-
tiua. Sed perficitur notitia simplex in notitia
declaratiua, & amor simplex in amore inflã-
matiuo, tanquam in eo quod est quasi sui ge-
neris, sed notitia simplex perficitur in amore
simplici, & notitia declaratiua in amore inflã-
matiuo, tanquam in eo quod est quasi non sui
generis. In quo quidem amore inflãmatiuo
est quasi finis intra, & complementum totius
trinitatis, vt secundum hoc finis scientiæ Dei
simplicis, aut declaratiuæ nullo modo potest
esse opus aliquod extra, aut bonum, quemad-
modum illud est finis potentiæ, aut habitus

practici, sicut neque est finis amoris simplicis, aut inflāmatiui, sed potius ipsa Dei scientia simplex, & declaratiua, similiter amor simplex & inflāmatiuus, sicut sunt principiū oīa eius, quę operatur Deus trinitas circa creaturas, sic sunt illorū etiā finis. *Oīa enim propter semetipsum ope-*
c.16.A.4 *ratus est dominus*, ut dicitur in Prouerb., sed finis scientiæ Dei quasi extra est amor, secundum iam dictum modum, in eo scilicet, quòd amor est quasi alterius generis, quam sit scientia, ex eo quod scientia est ex parte intellectus, amor vero ex parte voluntatis, vt secundum hoc proprie scientia Dei simplex, aut declaratiua, quæ verbum est, nullo modo potest dici practica, sed solummodo impropriè vt dictum est, & hoc præter alias dictas caussas secundum quod dictum est, quia finis eius nullo modo bonum siue opus, aut operatio extra est. Potest tamen dici propriè scientia Dei affectiua, & verbum affectiuum, inquantum secundum dictum modum scientiæ Dei finis amor est.

14. Per iam dicta patet, quid dicendum est
n.1. ad argumenta. Quod enim assumitur in primo, quòd verbum est ars, &c. Patet, quòd hoc non dicitur nisi quatenus respicit operanda, & modos operationum extra. Respectu quorum non dicitur practicum nisi communissime, & impropriè, & similiter communissimè, & impropriè attribuitur ei nomen artis. Propriè autem ei attribuitur nomen sapientia, quæ vt propriè accipitur distinguitur cōtra artem propriè acceptam, vt patet ex 6. c.37.n.
Ethicorum. 5.

15. Quod arguitur secundo, quòd verbum n.2.
diuinum est principium operandi, &c. Dicendum, quòd verum est disponendo tantum, non autem opus determinando, aut opus sibi finem statuendo, sine quo nihil propriè dicitur practicum, licet communiter, & impropriè practicum potest dici, vt similiter patet ex dictis.

16. Et secundum hoc tertium, quod erat ad oppositum, concedendum est. n.3.

Conclusiones ex Quæstione Sexta, Articuli Quinquagesimi noni.

1. *Verbum diuinum, vt est aliquid in se subsistens, & terminus actus dicendi notionalis, purè speculatiuum est.* n. 4.
2. *Verbum diuinum, vt est ratio actus dicendi essentialis, & declaratiuus notitia creaturarum, purè speculatiuum est.* n. 5.
3. *Potest tamen habere aliquam rationem praxis, & dici ars plena rationum viuentium cum D. August.* n. 11.
4. *Hoc autem non nisi communissimè, & impropriè.* n. 13. 14.
5. *Potest dici verbum affectiuum.* n. 13.
6. *Verbo diuino propriè attribuitur nomen sapientia.* n. 14.

AR-

ARTICVLVS SEXAGESIMVS.

De ſpiratione actiua, quæ eſt proprietas Patri, & filio communis.

In Decem Quæſtiones diuiſus.

Sequitur de proprietate communi patri, & filio, quæ eſt ſpiratio actiua.

Circa quam decem ſunt dubitanda.

Quorum primum eſt. Vtrum principium elicitiuum eius ſint ambo ſimul, natura, & voluntas in patre, & filio communiter exiſtentes, an alterum eorum tantum.

Secundum. Vtrum realiter diſtincta ſit, & diuerſa à generatione.

Tertium. Vtrum ſit aliquis ordo inter generationem, & ſpirationem.

Quartum. Vtrum generatio ſit principalior productio, quam ſpiratio.

Quintum. Vtrum actiua ſpiratio ſit proprietas conſtitutiua alicuius perſonæ.

Sextum. Vtrum ſpiratio actiua ſit proprietas, ſiue actio vnius ſpiratoris.

Septimum. Vtrum plures ſpirantes ſint vnum principium ſpirandi.

Octauum. Vtrum aliquis ſpirantium habeat rationem ſpiratiuam ab alio.

Nonum. Vtrum vnum ſpiratiuum, ſcilicet pater, principalius ſpiret, quam alter, puta filius.

Decimum. Vtrum ſpirantes habeant aliquam aliam proprietatem communem, quam ſpirationem actiuam.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum principium elicitiuum ſpirationis actiuæ ſint ambo ſimul, natura, et voluntas in Patre, et filio communiter exiſtentes, an alterum eorum tantum.

Circa Primum iſtorum arguitur, quod ratio eliciendi actum ſpirationis actiuæ à patre, & filio non ſit aliquo modo voluntas, ſed tantum natura.

1. Primò ſic, actionis, quæ eſt ad producendum de illo ſimile in forma producenti, principiũ eſt non voluntas, ſed natura, quia ſolius naturæ eſt aſſimilare productum producenti, ſecundum communem deſcriptionem naturæ. *Natura eſt vis inſita rebus ex ſimilibus ſimilia producens*, actio quę eſt ſpiratio eſt ad producendum ſimilem forma producenti, quia per ipſam Spiritus Sanctus producitur in forma deitatis de diuina ſubſtãtia, ſicut & filius, quia Spiritus Sanctus ſimilis eſt patri, & filio, ſicut & filius eſt ſimilis patri, ergo &c. Io Gram in 2 phy t 23. 53

2. Secundò ſic, actio cuius ratio eliciendi eſt voluntas, præſupponit in cognitione terminum ad quem eſt. Nihil enim vult voluntas, aut amat ſecundum Auguſtinum niſi cognitum, quare cum terminus actionis, quę eſt n.24.q.2 n 9 a 45. q.2. n. 5. 2.49.q.4. n.6.a 54. q.6.n 33.

est spiratio, sit Spiritus Sanctus, & illum non præsupponit ipsa in notitia, quia tunc in Spiritu Sancto differrent essentia, qua esset cognitum, & præsuppositum in notitia, & esse existentiæ, quod haberet per actionem spirantis, & agens producendo ipsum ageret per cognitionem, & regimen rationis, sicut contingit in creaturis, quod falsum est, ergo &c.

3. Tertiò sic, Spiritus Sanctus emanat de patre, & filio, vel vt amor de mente, & notitia, secundum quòd determinat Augustinus lib. 9. & lib. 10. de Trinitate per totum, vel vt voluntas de memoria, & intelligentia, secundum quòd determinat à lib. 11. & deinceps, sed ratio eliciendi eius, quod emanat de mente, & notitia non est voluntas, sed potius
a 54. q. 3 n. 48. q. 4 n. 10 natura, quia quod est in Deo ex parte intellectus, connumeratur cum principio quod est natura, vt habitum est supra, & propter eandem rationem nec eius quod emanat de memoria, & intelligentia, quia ambo se tenent ex parte intellectus, & hoc etiam maximè, ideo quia tunc voluntas esset ratio eliciendi actum quo emanat, & sic similiter producendi suiipsius, quòd est impossibile, ergo &c.

4. Quartò sic, sicut se habet intellectus ad productionem filij, sic voluntas si sit ratio eliciendi eius, ad productionem Spiritus sancti, sed intellectus non est ratio eliciēdi actum generationis filij, vt est intellectus simpliciter, sed vt est natura, ergo &c.

5. Quintò sic, quod est commune tribus, non est ratio eliciendi actum productiuum alicuius illorum, quia tunc aliquid esset ratio productiua suiipsius, quòd est impossibile. Voluntas autem in diuinis est essentiale quid, & communiter tribus personis conueniens, ergò &c.

6. Sextò sic, non est productum idem in natura cum producente communicando illi naturam producentis, nisi quia ei communicatur per actum naturæ, quia orta a principio eidem debent attestari, vnde super illud 7.
fu. 2. c. 10 a. 32 10. 3 ib. vol. 3. Metaphysicæ. *Sicut in syllogismis est principium cuiuslibet, ita hic generationes*, dicit Commentator *idest quemadmodū syllogismi ex quibus fiunt artificiata sunt quidditates artificiatorum, ita res generabiles fiunt a suis quidditatibus*. Et intendit, quòd quæcunque producuntur a suis quidditatibus realiter existentibus sic, vt sint eiusdem naturæ cum producentibus, sunt generata naturalia modo naturæ, quemadmodum quæcunque producuntur à suis quidditatibus intellectis sic, vt non sint eiusdem naturę cum producentibus, sunt facta artificiali modo artis, & è conuerso, Spiritui autem Sancto per spirationem communicatur natura patris, & filij, vt sit idem in natura cum producentibus ipsum, ergo producitur modo naturæ, non ergo modo voluntatis, ergo &c.

7. Septimo sic, ratio elicitiua actus quo producitur productum naturale est natura, non voluntas, quia productum voluntatis potius est artificiale aliquid, quam naturale, Spiritus Sanctus est productum quid naturale, quia est spiritus connaturalis patri, & filio, ergo &c.

8. Contrarium arguitur primò sic. Spiratio est actio qua productum executitur siue expellitur a producente, sicut patet in nobis de spiratione spiritus, qui est aer à pulmone expulsus, qui anhelitus dicitur, vnde emanatio inf. n. 37.
ista in diuinis nomen accepit, sed voluntas nō natura propriè est ratio eliciendi actum, quo aliquid ab alio quasi excutitur, quia natura potius est ratio actus quo aliquid alicui imprimitur, vt forma, & sic aliquid de illo producitur, ergo &c.

9. Secundò sic, ratio completa eliciendi actum sibi proprium sic perfectè seu esse in suum actum effundit, & exhaurit, vt secundū illam decætero nullus actus reste. eliciendus, a. 54. q. 8.
vt patet ex supra determinatis, de eo quod so- n. 35. 38.
lum vnicus filius est in diuinis, cum ius ratio elicitiua actus in diuinis summe completa est, & ratio elicitiua actus in diuinis, quæ est natura semel se in suum actum effudit, scilicet in generatione filij, ergo secundum rationem illam, quæ est natura præter generationem vnici filij nullus restat alius actus eliciendus. Ex
hoc enim supra declarauimus, quòd in diui- ib. n. 22.
nis tantum est vnica generatio, & tantum vnici filij: quare cum spiratio sit alia actio à generatione, ratio elicitiua eius nullo modo est natura. Est ergo ratio illius sola voluntas.

10. Tertiò sic, sicut se habet natura ad generationem, sic voluntas ad spirationem; sed voluntas nullo modo est ratio eliciendi in generatione, ergo nec natura in spiratione.

11. Quartò sic, simile productum ratione
naturæ filius est, vt habitum est supra. Spi- a 58. q. 2
ritus Sanctus omnino est similis patri in na- n. 13.
tura, & similiter filio, ergo si esset productus ratione naturæ ipse esset filius. Esset autem productus ratione naturę, si natura esset ratio eliciendi spirationem, consequens est falsum, ergo &c.

12. Quintò sic, semper in eodem natura prior est voluntate, aut si in diuinis non sunt prior, & posterior, primum tamen secundum rationem est natura respectu voluntatis, & voluntas secundum. Quando autem primum, & secundum agens in eadem actione concurrunt, semper primum est principale, & secūdum consequens, & annexum. Natura ergo esset principalis ratio eliciendi actum spirationis, si natura esset ratio spirandi cum volun-

tate,

tate, & voluntas ſecundaria, conſequens eſt falſum, ergo &c.

13. Sextò arguitur, quòd natura non poteſt eſſe ratio ſpirandi coaſſiſtens, & annexa voluntati, vt principaliter ſpiranti tanquam ſpirans ſecundariò, ſic. Sicut ſe habet natura ad productionem filij, ſic & voluntas ad productionem Spiritus Sancti, ergo permutatim ſicut voluntas ad productionem filij, ſic natura ad productionem Spiritus Sancti, ſed voluntas non ſic eſt aſſiſtens productioni filij, vt ſit aliquo modo ratio eliciendi actum, quo producatur, quare neque natura eſt aſſiſtens in productione Spiritus Sancti, vt dicatur ratio producendi ipſum.

14. Septimò arguitur, quòd natura neutrius productionis ſit ratio eliciendi, ſed quòd voluntas ſit ratio vtriuſque. Dicit enim Ricar. 6. de Trinitate cap. 17. *Ingenitum velle habere de ſe conformem, atque condignum, idem mihi videtur, quod giguere filium: tam genitum, quam ingenitum velle habere condilectum, idem mihi videtur quod producere Spiritum Sanctum*, eius autem quod habetur voluntate, habendi ratio eſt voluntas non natura, ergo &c.

15. Deinde arguebatur quòd neutrum eorum eſt ratio eliciendi ſpirationis. Primò ſic, ad id quod in diuinis habetur ex ſolis actibus eſſentialibus non requiritur actus notionalis, neque ratio elicitiua ipſius, Spiritus Sanctus in diuinis habetur ex ſolis actibus eſſentialibus ſpiratio autem eſt actus notionalis, ergo ad hoc quòd Spiritus Sanctus ſit in diuinis non requiritur ratio elicitiua ſpirationis, quæ eſt natura, aut voluntas. Probatio minoris eſt, quia

ca. 3. Auguſtinus dicit 9. de Trinitate cap. 9. *Qui perfectè nouit, perfectèque amat iuſtitiam, iuſtus eſt, etſi iam nulla exiſtat ſecundum eam formſecus per membra corporis operandi neceſſitas, & ſic* (vt dicit) *vniuerſaliter eſt in ſpiritualibus*, quare cum Spiritus Sanctus ſummè ſpiritus eſt, ex hoc quòd ex patre, & filio perfectè noſcitur, & perfectè amatur, iam habetur. Sed illi ſunt actus eſſentiales, ergo &c.

16. Secundò ſic, in productione filij ratio eliciendi actum notionalem, qui eſt generare non eſt niſi notionalis, quia propria eſt ſicut, & actus, ſed natura & voluntas in Deo eſſentialia ſunt, & non notionalia, ergo &c.

17. Tertiò ſic, vnius naturę non eſt modus producendi quo aliquid de ea producitur niſi

a. 54. q. 4 n. 5. 16. vnus, propter quòd dicit Commentator ſuper 8. phyſicorum, quòd mus generatus per propagationem, cum eo qui eſt generatus per putrefactionem non eſt vnus in ſpecie, quare cùm diuina natura ſit vnica, & non eſt niſi vnus modus producendi quo aliquis producitur in ea, ergo nec plures, quam vna ratio eliciens actus, qua de ipſa habet eſſe productio.

18. Deinde arguitur, quòd non poſſunt ambo ſimul eſſe rationes eliciendi eiuſdem actus. Primò ſic, impetus, & libertas in eadem actione concurrere non poſſunt, quia ſunt contraria: natura eſt ratio eliciendi per impetum, voluntas vero per libertatem, ergo &c.

19. Secundò ſic, ſicut ſe habet ratio eliciēdi paſſiuè ad id de quo aliquid elicitur, ſic ratio eliciendi actiuè ad eum qui elicit, ſed reſpectu eiuſdem actus non poſſunt eſſe plures rationes eliciendi paſſiue in eo de quo elicitur, quia plures perſonæ paſſiuæ non poſſunt eſſe in materia eadem ſecundum numerum reſpectu eiuſdem formæ, ergo eiuſdem elicientis non poſſunt eſſe plures rationes eliciendi actiuè vnius actus, ſpiratio eſt vnus actus, natura autem, & voluntas ſunt plures rationes eliciendi, ergo &c.

20. In contrarium arguitur, quòd ambo ſimul neceſſariò concurrunt, & æqualiter, quia ſicut in diuinis intellectus eſt natura, & naturalis potentia, ſic & voluntas, ſed intellectus, & natura ſimul ſunt æque principaliter rationes eliciendi in actu intellectus, ergo & in actu voluntatis.

21. Vltimò arguitur, quòd voluntas nullius vt termini ſuæ actionis eſt productiua, in quocunque fuerit, quia motus ſiue actio voluntatis ſupponit terminum in quem mouetur, vt amatum, in quem terminatur ſuus motus, & ſua actio. Quod autem ſupponit terminum ſuæ actionis, nullo modo producit illum, ergo &c.

22. Dicendum, quòd ſecundum ſuperius determinata in quæſtionibus de diuinis emanationibus, natura, & voluntas ſunt duæ rationes principales emanandi, ſiue producendi tam in diuinis, quam in creaturis, ad quas omnes aliæ quæ ſunt habent reduci, & vbi habent eſſe perfectius, perfectius producunt. Quare cum perfectiſſime habent eſſe in Deo, ſicut & cætera quæ ſunt in ipſo, igitur ſecundum vtrā que in diuinis oportet, quod ſit perfectiſſima emanatio ſiue productio, & diuerſæ ſiue diſtinctæ, ſicut & ipſa inter ſe diuerſa ſunt, & diſtincta, ſic tamen quòd ſicut in radice non ſeparantur, nec in ſuis productionibus, vt ſcilicet neceſſarium ſit quòd in ambobus diuinis emanationibus ambo, ſcilicet natura, & voluntas, quoquo modo concurrant. Sed cum in Deo natura conſideratur vno modo, vt ſimpliciter natura eſt, alio modo vt quaſi ratione aliqua determinata, ſcilicet vt eſt intellectus, ſiue intellectiua: Sciendum quòd dupliciter poteſt intelligi, quòd natura, & voluntas in duabus emanationibus concurrunt. Vno ſcilicet modo conſiderando naturam, vt natura eſt, & ratio eliciendi actum naturalem. Et alio

a. 54. q. 3 n. 47 q. 4 n. 10 & qq. ſeq.

a. 58. q. 2. n. 17. 28. 29.

sio modo considerando naturam, vt intellectus est. Dico vt intellectus, vt scilicet intellectus est ratio agendi modo intellectus simpliciter, non modo intellectus vt est natura. Consimiliter enim distinguitur intellectus, quòd
ar 1.q.4. n.28. vno modo consideratur vt est intellectus simpliciter.
a.40.q.6 n.6. Alio modo vt est natura, & ratio eliciendi actum naturalem. Non sic autem di-
q.7.n.8. stinguo ex parte voluntatis, quia non consideratur, vt natura quæ est ratio eliciendi actum
n.31. q.19.n.17. naturalem, quia illa natura excludit libertatẽ, vt iam patebit.

23. Supposita ergo dicta distinctione ex parte naturæ, & intellectus, dico, quòd quicquid procedit in diuinis à voluntate, intelligitur ab intellectu simpliciter, vt est intellectus, & è conuerso quicquid in diuinis procedit a natura, vt natura est simpliciter, vel vt est natura intellectualis, vel (quod idem est) ab intellectu, vt est natura, amatur à voluntate, & complacet voluntati in eo, quòd sic emanat ab intellectu naturali, vt sic voluntas sit annexa, & assistens emanationi intellectus, & è conuerso: super quo nulla est dubitatio. Hinc dicit
co.3. Augustinus 9. de Trinitate cap. 10. *Cum mens se nouit, & amat, iungitur ei amore verbum eius, & quoniam amat notitiam, & nouit amorem, & verbum in amore est, & amor in verbo, & vtrumque in amante, atque dicente.* Vnde sicut *verbũ amore concipitur*, vt dicit ibidem cap. 7. sic, & Spiritus Sanctus notitia procedit, præter hoc quòd verbum non concipitur nisi amore essentiali annexo siue assistente. Spiritus Sanctus autem procedit notitia assistente siue annexa tam essentiali patri, & filio, quam non essentiali, sed notionali, quæ est ipsum verbum.

24. Dicto autem modo naturæ, vt ipsa est intellectus, & ratio agendi modo intellectus simpliciter, non est difficultas quæstionis propositæ an scilicet natura cum voluntate est ratio eliciendi communem spirationem actiuam. Quoniam natura vt est intellectus iam dicto modo, non concurrit cum voluntate in spiratione actiua, sicut ratio eliciendi, sicut nec è conuerso, voluntas cum natura in generatione, sed ambo hic mutuo concurrunt non vt rationes eliciendi, videlicet voluntas, cum natura in generatione, & natura cum voluntate in spiratione, sed solum vt rationes annexæ in assistendo, & non in coagendo, & sicut ratio siue qua non, elicit eliciens. Vnde quod Ricardus 6. de Trinitate cap. 3. videtur ponere rationem productionis filij in sola voluntate patris cum dicit. *Si in solo volendo non poterit obtinere quod voluerit, quomodo quæso veraciter omnipotens dici poterit? erit itaque ei de se & consubstantialem, & conformem producere ratione exigente idipsum immobiliter velle, hoc procul dubio erit ei prolem producere in eo ipso sibi per omnia complacere,* & cap. 5. *Inuenimus, quod id sit innascibili de se prolem producere exigente ratione, idipsum velle,* in hoc dicto suo Ricardus, absque dubio nimium attribuendo voluntati excedit. Non enim est contra omnipotentiã patris si non ex solo velle poterit generare, quia hoc non est ex voluntatis conditione.

25. Sed difficultas quæstionis est de modo naturæ vt est natura, aut intellectus, vt est intellectus agens modo naturæ, & vt ipse intellectus est natura. An scilicet sit ratio eliciendi spirationem cum voluntate. Etenim licet voluntas necessariò complacet in naturaliter producto per intellectum, & in emanatione ipsius, & etiam intellectus cognoscit productum à voluntate, & emanationem ipsius, vt iam dictum est, hoc nullam rationem eliciendi ponit in voluntate circa productum ab intellectu, nec è conuerso. n.34.

26. Nec est dubitatio talis de voluntate, vtrum concurrat cum natura, & intellectu in actu generationis, vt ratio eliciendi, sicut est de natura vtrum concurrat cum voluntate in actu spirationis, vt est ratio eliciendi. Circa enim productionem generationis, quæ est solius patris actio, clarum est, quod nullo modo voluntas est ratio eliciendi: an, quoniam ratio eliciendi actum notionalem, aut est quid notionale, aut essentiale determinatum ad actum notionalem per proprietatem notionalem, & sic essentiale contractum quodammodo ad notionale, secundum, quod hæc patent es supra determinatis. In voluntate autem, nec est nec esse potest aliquid notionale, aut contractum ad ipsum, quod soli patri conueniat, qui solus generat. Quia quicquid est in diuinis ex parte voluntatis à patre communicatur filio per generationem, eo quòd ipse filius generatur actione intellectus. Et ordine sup a.52. quodam naturali ea quæ sunt ex parte intelle- q.1.n.10 ctus notionalia, prima sunt respectu eorum, a.54.q.10 n.4 quæ sunt ex parte voluntatis, vt inferius de- inf.q.3. clarabitur, præ dicto autem per primum ne- a.72.q.3 cessario communicatur id quod est secundum.

27. Circa productionem autem, quæ est spiratio, non est clarum ex parte intellectus, & naturæ, siue intellectus, vt est natura, an scilicet ex parte eius sit aliqua ratio elicitiua spirationis, quia non est inconueniens ex parte naturæ, & intellectus, quòd notionale, vel contractum ad ipsum sit commune patri, & filio respectu actus spirationis, quia producto per primam productionem, necessario communicatur omnis vis elicitiua secundæ productionis. Dico, quod quo ad hoc non est inconueniens, sed aliud est propter quod est inconueniens, & impossibile scilicet quòd libertas non

con-

concurrit cum natura ſecundo modo dicta, vt iam videbitur.

n. 33. 53. 28. Nec adhuc eſt tanta dubitatio, an intellectus, vt eſt intellectus concurrat, vt ratio eliciens ſpirationem cum voluntate, ſicus eſt de natura, vt eſt natura. Quia licet voluntas inquantum voluntas cum agit actum ſibi proprium ſupponit actum intellectus, vt eſt intellectus, n. 24. a. 54. q. 6 n. 52. quem habet ſibi annexum, vt dictum eſt, non tamen ex ſe proſequitur actum ſuum intellectualiter, hoc enim certum eſt, eo quòd voluntas ex ſe cognitionem non habet. Certum tamen non eſt, an proſequatur aliquem actum ſuum naturaliter, an non: immo volũtas in nobis actum ſuum circa finem proſequitur naturaliter in volendo ipſum, vt ſæpius di- quodl. 5. q. 16 quodl. 4. q. 12. quodl. 10 q. 9. quodl. 12 q. 26. ctum eſt in quæſtionibus de Quolibet. Non reſtat ergo dubitatio niſi vtrum in eliciendo actum ſpirationis à voluntate, etiam ratio eliciendi modo aliquo ſit natura, ſiue ex parte intellectus, ſiue ex parte voluntatis.

29. Quod autem negare non poſſumus, quin quoquo modo natura, vt natura concurrat cum voluntate in eliciendo actum ſpirationis, patet ex eo quòd Ricardus 6. de Trinitate determinat vtramque proceſſionem eſſe modo naturæ, ſed illam, quæ eſt filij principaliter eſſe modo naturę, ſiue ſecundum principalem modum naturæ, quia eſt immediata, & prima ordine naturæ. Dicit enim ibi c. 1. *In diuina natura nihil poteſt eſſe ex operante gratia, ſed totum iuxta proprietatem exigentis naturę*, & cap. 2. *Proceſſio illa perſonæ, quæ eſt inter parentem, & prolem de perſona uſquequaque immediata, & eſt ſecundum principalem procedendi ordinem, & ſecundum naturæ operationem.* Illam a. 54. q. 10 n. 10 vero quæ eſt Spiritus Sancti, quia non eſt vſquequaque immediata, dicit eſſe non ſecundum principalem modum procedendi, tamen ſecundum naturæ operationem, cap. 16. in fi- n. 40. ne vt iam videbitur. Et hoc ideo, quia etſi immediata à patre, tamen vniformis non eſt cum illa quæ eſt filij; Illa enim eſt immediata, & tantum immediata à ſolo patre, & ita prima, illa vero etſi ſit immediata, non tamen à ſolo patre, & ideo ab ipſis mediate, & immediate, & ita ſecunda. *Si enim* (vt dicit c. 17.) *vtraque uniformis eſſet ſecundum ordinem naturę, altera principalior non eſſet.*

30. Idem etiam patet ex dicto Hilarij, quod ſtatim ſequitur annexo dicto Magiſtri l. 1. d. 18, lit. G. Sententiarum, quod etiam elsrum eſt. *Ex hoc dicitur Spiritus Sanctus naturalis ſpiritus patris & filij, ſicut & filius dicitur naturalis filius patris & de natura eadem ſpiratur Spiritus Sanctus de qua generatur filius.* quod non poſſet contingere niſi Spiritus Sanctus naturaliter aliquo modo procederet.

31. Ad quorum intellectum, & ad clariorem ſolutionem argumentorum ſuperinductorum ſciendum eſt, quòd natura in diuinis quadrupliciter dicitur. Vno modo appellatur natura ipſa diuina eſſentia in qua tres perſonæ conſiſtunt, & dicitur pure eſſentialiter. Secundo modo dicitur natura principium actiuum naturale, & ſic natura eſt vis productiua ſimilis, ex ſimili, & ſic potentia generandi actiue ſup. n. 5. eſt natura, & ſic eſt eſſentiale contractum ad notionale, quia eſt ipſa natura dicta primo modo. Natura enim quæ eſt ipſa diuina eſſentia, vt eſt ſub proprietate paterna determinata ad actum generandi, eſt potentia gene- a. 39. q. 4 n. 12. randi actiue in ſolo patre exiſtens, vt patet ex a. 54. q. 6 n. 52. ſupra determinatis. Duos iſtos modos naturæ tangit Hilar. 5. de Trinitate dicens de fi- col. 20. lio. *Ex virtute naturæ in eandem naturam natiuitate ſubſiſtit filius. Ex virtute naturæ*, ecce ſecundus modus. *In eandem naturam natiuitate ſubſiſtit*, ecce primus modus. Tertio modo dicitur natura qualibet vis naturaliter exiſtens in natura primo modo, etiam etſi ſit libera illa vis, & ſic voluntas in Deo dicitur natura, quia ſcilicet eſt naturalis potentia exiſtens naturaliter in diuina natura. Quarto modo dicitur natura incommunicabilis neceſſitas circa aliquem actum. Et iſtos duos modos exprimere poſſumus alludendo verbis Hila. dictis de generatione filij circa proceſſionem Spiritus Sancti ſic dicendo. Spiritus Sanctus ex virtute voluntatis naturalis (ecce tertius modus) in proceſſione ſubſiſtit. Vnde poſt dicta verba Hilar. *Ex virtute naturæ in eandem naturā natiuitate ſubſiſtit filius*, immediate ſubiungit Magiſter Sententiarum de ſuo diſtinctione 18. cap. *Aliquid breuiter. Et ex vir-* lit. G. *tute naturæ in naturam eandem proceſſione ſubſiſtit Spiritus Sanctus*, vt hic dicamus Spiritum Sanctum ſubſiſtere in eandem naturam, in qua ſubſiſtit & filius, & hoc virtute naturæ primo modo dictæ, quæ natura eſt ipſa diuina eſſentia, & cuius virtus eſt eius potentia, licet gemina, qua de ipſa ſubiectiue poteſt generari filius, & ſpirari Spiritus Sanctus. In eandem enim naturam ſubſiſtit filius generatione, & Spiritus Sanctus ſpiratione, & hoc ſubiectiue non eliciiue, & hoc non ex eadem virtute, quia ex alia virtute quaſi paſſiua de diuina natura poteſt generari filius, & ex alia ſpirari Spiritus Sanctus, ſicut ex alia virtute naturæ actiua pater poteſt generare filium, & ex alia pater, & filius poſſunt ſpirare Spiritum Sanctum. Vnde Hilar. nihil ibi declarat, niſi quomodo pater, filius, & Spiritus Sanctus eiuſdẽ naturæ ſunt. Vnde ante dicta verba præmittit. *Perfectum fidei ſacramentum eſt Deum ex Deo, & Deum in Deo confiteri poteſtate naturæ.* Et poſt dicta verba ſubiungit. *Natiuitas igitur Dei non poteſt non eam ex qua profecta eſt tenere*

naturam, neque enim aliud quam Deus subsistit, quod non aliunde quam ex Deo Deus subsistit. Et secundum hunc modum dictum illud exponit Magister Sententiarum quasi vltima clausula fuisset Hilar. & forte inuenit eam in libro quem vidit. Ex quo modo naturæ, scilicet primo modo, consequitur quartus modus naturæ.

32. Loquendo igitur de natura primo modo, dico, quòd concurrit ad actum spirationis cum voluntate, non autem elicitiue sed subiectiue tantum. Sicut enim generatur filius de diuina natura, vt est patris, sic Spiritus Sanctus spiratur de natura diuina, vt est patris, & filij, secundum modum infra exponendum.

33. Loquendo vero de secundo modo naturę, dico simpliciter, quòd natura solummodo est principium elicitendi actus generationis filij, & nullo modo communis spirationis cũ voluntate.

34. Loquendo vero de tertio modo naturæ, sic dico, quòd natura concurrit ad actum spirationis, quia voluntas, quæ est vis elicitiua spirationis, est ipsa natura isto tertio modo dicta. Sed vt natura, solummodo habet ordinem ad subiectum suum, siue fundamentum. Ad actum autem spirandi, ordinem habet non vt est natura naturaliter agens, sed vt est libera liberaliter agens.

35. Loquendo autem de quarto modo naturæ, sic dico quod natura concurrit ad actum spirationis cum voluntate, quia voluntas elicit ipsum incommutabili necessitate, quæ etiam determinatur, & tendit in Spiritum Sãctum.

36. Ad cuius intellectum, & vt clarius videamus differentiam inter generationem, & spirationem, Sciendum est, quod tam intellectus, quam voluntas in quocunque habent esse propter separationem illius à materia, postquam habuerit esse in actu suo primo simplicis intelligentiæ, aut volitionis naturę, sunt conuersiue super se, & super actus suos simplices & eorum obiecta per actus conuersiuos in-

a 14. q. 8. n. 10. a 36. q. 3 n 6. a 58. q. 8 n. 45. telligendi, & volendi. Quia intellectus non solum intelligit verum simplici intelligentia, sed etiam intelligentia conuersiua intelligendo se intelligere, & conuertendo se super obiectum intellectum, & super actum intelligendi simplicem, & super se intelligentem per actum intelligendi conuersiuum. Similiter voluntas non solum vult bonum simplici volitione, sed etiam volitione conuersiua volendo se velle, conuertendo se super obiectum volitum, & super actum volendi simplicem, & super se volentem per actum uolendi conuersiuum.

37. Sed ista conuersio partim uno, & eodẽ modo conuenit intellectui, & voluntati, partim alio, & alio. Quod enim ambo se conuertunt, ut sunt puræ, & nudæ, & solæ potentię, ut iam patebit, hoc est uno, & eodem modo quantum est ex parte ipsorum se conuertentium, ambo enim se solos conuertunt ut sua actiua, quæ æqualiter eis conuenit, sed alio, & alio modo, quantum est ex parte eorum ad quæ se conuertunt. Intellectus enim postquã est conuersus, ad illa ad quæ conuersus est se habet ut potentiale quoddam, & purum possibile, & vt intellectus purus, & nudus natus recipere ab illis tanquam proprium passiuum à suo proprio actiuo naturali, quod est idem intellectus informatus notitia simplici, informationem notitiæ declaratiuæ, secundum quòd supra expositum est tam in emanatione verbi nostri quam diuini. Voluntas vero postquam conuersa est, ad illa ad quę conuersa est, se haber vt actiuum quoddam, & vt voluntas pura, & nuda nata exprimere de illis tanquam proprium actiuum de suo proprio passiuo, cuiusmodi est eadem voluntas informata amore simplici, quendam amorem incentiuum, qui est Spiritus Sanctus in diuinis, qui habet esse à producentibus ipsum, non per informationẽ eius, de quo est subiectiue, siue per aliquam impressionem factam eidem, secundum modum, quo filius siue verbum procedit à patre per quandam quasi impressionem, & informationem in intellectu paterno conuerso, & sic sicut notitia declaratiua de notitia simplici, sed per quasi quãdam excussionem, siue expulsionem, aut progressum, aut (magis propriè loquendo) per quandam expressionem productus de eo subiectiue producitur, & hoc ad modum quo spiritus corporalis, qui est aer, si in nobis non attraheretur ad pulmonem per inspirationem, sed aliqua virtute existente in ipso pulmone, excuteretur per expirationem de pulmone, & per hoc daret ei esse. Et est quodammodo simile, præter hoc, quòd spiritus corporalis, qui est aer spiratus tali spiratione separatur à spirante, & ab eo de quo spiratur, non sic autem Spiritus Sanctus. Vnde Ricardus 6. de Trinitate exponens in quo sit simile, dicit sic cap. 9 *Quod in scripturis diuinis spiritus Dei, uel Spiritus Sanctus dicitur, penitus præter similitudinis rationem non fuit. Dictus est enim spiritus, qui ab homine procedit, & sine quo homo omnino non uiuit, à quo habet nomen spiritus diuinus, sed per similitudinem.*

a 58. q. 2. n. 45. 46. a 61. q. 4 ad 2.

ib n. 8.

38. Forte tamen alicui hæc pronunciatio nimis peregrina videbitur, sed ad aliquam proprietatis suę similitudinem refertur. Nonne magister veritatis Spiritum Sanctum diuinum esse spiramen per similitudinem docuit, quando discipulis, *insufflauit, & dixit: accipite Spiritum Sanctum?* Quod intelligo ac si aperte Io. 20. c. 22.

dice-

diceret, quemadmodum ego insufflando vobis corporaliter Spiritum Sanctum do vobis, qui quidem flatus corporalis spiramine corporali à me procedit, sic Spiritus Sanctus à me spiramine quodam sicut flatus spiritualis spiritualiter procedit. Vnde Augustinus libro tertio contra Maximinum. *Nisi procederet de ipso non diceret discipulis. Accipite Spiritum Sanctum, cumque insufflando daret, vt à se quoque procedere significans aperte ostenderet flando, quod spirando dabat occulte.* Et loquitur ibi Augustinus ad literam de differentia inter generationem, & spirationem. Ante enim verba iam dicta, præmisit dicens. *Quaeris à me, si de substantia patris est filius, de substantia patris est Spiritus Sanctus, cur vnus filius sit. Ecce respondeo siue capias, siue non capias, de patre est filius, & de patre est Spiritus Sanctus sed ille genitus, iste procedens, ideo ille filius patris est de quo est genitus, iste spiritus vtriusque, quoniam de vtroque procedit, nam nisi procederet de ipso, &c.* vt supra, & sequitur post verba dicta. *Quid autem inter nasci, & procedere intersit, explicare quis potest? Distinguere autem inter illam generationem, & hanc processionem nescio, non valeo, non sufficio.* Quanto ergo multo fortius, nec nos valemus, fecimus tamen quod potuimus. Processionem autem Spiritus Sancti per modum flatus prosequitur Ricardus vbi supra dicens cap 10. *Quid enim spiritus ille, qui de corde humano in alijs lenius, in alijs vehementius spirat in his tepidius, in illis ardentius flagrat, nisi intimus animi affectus, & æstuantis amoris impulsus? Hinc est, quod illi dicuntur vnum spiritum habere, qui idem amant, idem affectant, & pari voto desiderant. Ad huius itaque spiritus similitudinem, qui procedit, & spirat de multorum cordibus, dictus est spiritus ille qui in Trinitate personarum procedit ex ambobus.*

39. Intelligo autem hanc similitudinem hoc modo, quod sicut in hominibus qui idem affectant, affectus quidam æstuans, & flagrans tendit ad id quod affectant, & diligunt, & hoc de amore qui in illis est, & ad illud, & agente illorum voluntate concordi, sic & in patre, & in filio à voluntate concordi, quæ est in illis de amore simplici, & essentiali quem habent ad se, procedit Spiritus Sanctus in alterutrum, ita quòd voluntas idem diligens in hominibus comparetur concordi voluntati in patre, & filio, affectus flagrans comparetur Spiritui Sancto, amor de quo flagrat, comparetur amori simplici patris, & filij, id autem quo ille processit, ad quod flagrat, & affectant, & diligunt, comparetur patri inquantum Spiritus Sanctus procedit à filio in ipsum, & è conuerso, vel ab ipsis in creaturam, affectus quo procedit de voluntate principiatiue, & de amore in illo subiectiue comparetur actui spirationis de simplici amore patris, & filij, principiatiue autem tam in hominibus, quam in patre, & filio à voluntate eorum tendente in bonum volitum simplici amore, & inde excutiendo spiritum, vt incentiuum amorem tendentem in alterutrū, & generaliter in omne dilectum ab eis, qui se habet in Deo ex parte voluntatis ad amorem simplicem, quemadmodum ex parte intellectus notitia declaratiua, quæ verbum est, se habet ad simplicem notitiam, in hoc videlicet, quòd sicut secundum superius exposita de verbo quod cognitum simpliciter notitia simplici declaratiue cognoscitur notitia declaratiua procedente, quę verbum est in diuinis, sic amatum simpliciter amore simplici intensiue amatur amore incentiuo procedente, qui est Spiritus Sanctus in diuinis, secundum quòd hæc amplius infra patebunt. Et sicut hic intellectus simplici notitia informatus, vt natura secundo modo dicta, & principium agens elicitiuum, elicit quasi imprimendo in nudo intellectu conuerso, & de ipso notitiam declaratiuam immutabili necessitate, vt natura quarto modo dicta non fit nisi conditio, & modus circa actum elicitum: sic per simile in contrariū ibi voluntas nuda, vt libera, & principium elicitiuum elicit quasi exprimendo de voluntate informata amore simplici ad quam est conuersa, amorem incentiuum, qui Spiritus Sanctus dicitur, & hoc immutabili necessitate, vt natura quarto modo dicta non fit nisi conditio, & modus circa actum elicitum, vt sic sola voluntas, vt voluntas sit ratio elicitiua actus, & natura quarto modo dicta non fit nisi sicut conditio, & modus circa actum elicitum. In quo plane patet, quomodo differenter voluntas se habet ad spirationem, & natura. Est enim voluntas sic ratio elicitendi, quòd sit ratio quasi mouens elicit, natura autem solum est conditio, & modus circa actum elicitum, nullo autem modo ratio elicitiua.

40. Et sic generatio, & spiratio differunt omnino secundum rationem elicitiuas, quia in generatione est ratio elicitendi natura secundo modo, in spiratione autem voluntas. Conueniunt autem secundum conditiones, & modos elicitendi, quia vtrobique modus elicitendi est natura quarto modo, secundum quam ambæ emanationes possunt dici modo naturæ, & hoc in elicitendo ipsum, & in progressu, & in terminatione eius in obiectum. Quia tamen ista necessitas incommutabilis, quę est natura quarto modo, in generatione est annexa principio elicitiuo, quæ est natura secundo modo, ex eo quòd est simpliciter natura secundo modo dicta, in spiratione autem principio elicitiuo, quod est voluntas non est annexa incommutabilis necessitas, ex eo quod est voluntas simpliciter, sed solummodo ex eo quòd actio volun-

a.14.c.6
l.6.c.10.
a.58.q.2 n.45.
a.59.q.6
n.98. & seq.
sup.n.31
ibid.
n.35.

tatis diuinæ in spirando est circa obiectum summe diligibile, à quo, cum cognitum est, nulla voluntas neque creata, neque increata
n. 10. 15. q. 3. n. 26 potest se diuertere, vt infra dicetur. Est enim alia ratione talis necessitas propter naturaliter esse, quam habet voluntas ex hoc, quòd est in
inf. n. 66. natura diuina, vt iam infra dicetur. Idcirco bene dicitur, quòd generatio est productio se-
n. 29. cundum principaliorem modum naturæ, quia principalior naturæ modus, quomodo natura secundo modo dicta, actum elicit, & natura quarto modo actum determinat, quod contingit in generatione, quam quando tantum determinat, & non elicit, quod contingit in spi-
n. 39. ratione secundum prædicta.

41. Est etiam generatio secundum principalem ordinem naturæ, quia ordo primus est inter patrem, & filium, secundus vero ordo naturæ est inter patrem cum filio ad Spiritum Sanctum.

42. Ricardus tamen 6. de Trinitate videtur ponere, quòd Spiritus Sanctus procedit modo naturæ secundo modo dictæ, vocando vtramque productionem generationem, quòd tamen specialiter secundum illam generationem, qua aliquis immediate procedit ab vno tantum, sumuntur illa nomina germanitatis pater, & filius, & quod propterea Spiritus Sanctus licet generetur non tamen possit dici fi-
l. 6. c. 16. lius. In 16. enim cap. dicit sic. *Nomen geniti quandoque strictius quandoque largius accipimus. Non enim omnibus, quæ gignere vel gigni dicimus eadem secundum vsum loquendi germanitatis vocabula attribuimus, cum homo hominem gignit, hunc parentem, illum prolem norma loquendi dicere consueuit, arbor ramum gignere dicitur, nec tamen arbor parens, nec ramus proles illius nomi-*
ib. inf. *natur*, & infra. *Generatio autem quando large accipitur nihil aliud videtur esse quam productio existentis de existente secundum naturæ operationem. Quædam autem naturalis productio prædicta germanitatis nomina suscepit, quædam omnino non suscepit. Quoniam igitur Spiritus Sancti productio talis non est, vt debeat dici filius, merito non dicitur genitus. Sed quia eius processio secundum naturæ productionem est, non debuit dici ingenitus, ne in hoc naturalem originem habuisse negetur. Rationabiliter genitus non dicitur, ne qui*
l. 6. c. 18. *nō est filius filius esse credatur*, Item c. 18. *Generationis significationem modo extendimus, modo restringimus. Quod autem in hoc dictum est de generatione, idem dicimus, & de processione. Quod enim dicimus procedere, non vbique solemus vniformiter accipere, quantum ad generalem autē acceptionem, idem videtur esse gigni, quod existens de existente secundum naturalem operationem produci. Secundum hanc acceptionem solus pater ingenitus dicitur, Spiritus Sanctus ingenitus esse negatur.* Ecce quòd innuit, quod secundum hanc acceptionem Spiritus Sanctus potest dici genitus, sed non dicitur, ne filius esse credatur.

43. Sed si ita esset, non distingueretur spiratio à generatione, nisi sicut vnus modus generandi ab alio, secundum quod videtur dicere cap. 17. *Alius* (inquit) *est modus procedendi filij de patre suo, alius nepotis ab auo suo, alius pronepotis ab atauo suo. Inter quos* (vt continuo subdit) *constat locum primum, & principaliorem esse illum, qui est filij à patre. Ex generatione procedere, idem videtur quod in procedendo principalem procedendi modum habere. Sine generatione procedere, idem videtur esse, quod in procedendo principalem procedendi modum omnino non habere.* Et sic Spiritus Sanctus procederet per generationem à patre sicut nepos ab auo, inquantum procedit à patre mediante filio, & quo ad hoc non secundum principalem modū naturæ, & generationis. Nihilominus tamen inquantum immediate procedit à patre, supponendo tamen generationem filij, procederet vere per generationem sicut filius secundo genitus ab homine, esto tamen quod non posset generari ab illo, nisi altero prius genito. Et esset distinctio diuinarum productionum in solo modo procedendi primo, vel secundo, mediate vel immediate, nullo autem modo ex parte radicis, & virtutis elicitiuæ. In quo mihi videtur Ricar. valde inconuenienter sensisse si sic sensit. Propter quod non mihi videtur in hoc aliquatenus sustinendus nisi exponendo ipsum, quod intelligat operationem na- inf. n. 71
turæ à natura quarto modo dicta, quando operatio est secundum incommutabilem necessitatem. Vt secundum hoc generatio large accepta nihil aliud sit quam productio existentis de existente secundum naturæ operationē, in quo conueniunt generatio, & spiratio, vt n. 40.
dictum est, & præter hoc generatio stricte accepta sit illa, in qua principium elicitiuum est natura secundo modo accepta, quæ omnino differt à spiratione, nec spiratio vllo modo potest dici generatio, talis vt patet ex prædictis. n. 33. 40.
Et secundum hoc Spiritus Sanctus ingenitus non dicitur, non ne negetur naturalem originem habuisse, non ne bene negetur naturalem originem, scilicet ex principio elicitiuo, quod est natura habuisse secundum prædicta, sed igenitus nō dicitur, ne negetur omnino originem habuisse, vt patet ex supra determinatis n. 57. q. 1
de ingenito.

44. Vnde ex iam dictis elicienda est vera differentia inter dictas duas emanationes, super qua Augustinus mouet quæstionem 9. de Trinit. cap. 12. dicens. *Cur mens notitiam suam* to. 3.
gignit cum se nouit, & amorē suum non gignit cum se amat? Nam si propterea notitiæ suæ causa est, quia noscibilis est, amoris etiam sui causa est, quia amabilis est. Cur itaque non vtrumque gignit diffi-
cile

esse est dicere. *Hæc autem quæstio de summa Trinitate solet mouere homines, cur non Spiritus Sanctus quoque à Deo patre genitus credatur, vt filius etiam, & ipse dicatur*, & infra. *Quod ergo cognoscit se, parem sibi notitiam sui gignit. Quid ergo de amore dicendum est? cur non etiam cum se amat, ipsum quodque amorem suum genuisse videatur?* Et respondet ibidem licet non sufficienter, vt arbitror, quia inferius responsionē complet, vt iam videbitur. Respondet ergo
n.45. subdens. *Sed ideo non rectè dicitur genitus ab eo, sicut notitia sua qua se nouit, quia notitia iam inuentum est, quod partum, vel repertum dicitur.*
n.52. q.2 n.45. *Quæ autem reperiuntur quasi pariuntur, vnde proli similia sunt, vbi, nisi in ipsa notitia? ibi enim quasi expressa formantur. Sed cum* (vt dicit lib. 10. cap. 7.) *inuenire est in id quod quæritur venire, propterea quæ quasi vltro in mentem veniunt, non vsitate dicuntur inuenta quamuis cognita dici possint. quia non in ea quærendo tendebamus, vt in ea veniremus. Et* (vt dicit lib. 9 cap. iam dicto scilicet. 12.) *sæpe præcedit inquisitio eo fine quietura. Nam inquisitio est appetitus inueniendi, quod idem valet si dicas reperiendi. Et* (vt di-
n.54. q.6 n.75. citur in eodem, cap. 9.) *inardescit, atque ægrotat animus indigentia, donec ad ea perueniat, & quasi pariat. Vnde eleganter in latina lingua parta dicuntur, & reperta atque comperta, quæ verba quasi à partu dicta resonant.* Clarum est, & manifestum quòd secundum hunc modum in diuinis non potest dici, quòd notitia sit genita potius, quam amor, quia ipsa scilicet notitia in diuinis non habetur per inquisitionem, & appetitum inueniendi quod quæritur, vt in eo appetitus quiescat, sed vltro venit in mentem quia naturaliter secundum prædicta. Vnde secundum illum modum appellare notitiam partum, & prolem non habet locum nisi in verbo nostro, vbi aliquid est cognoscibile, prius quam cognitum. *Nam* (vt dicit in præ-
ibid. dicto cap. duodecimo) *etsi iam erant res quas quærendo inuenimus, notitia tamen ipsa non erat, quam sicut prolem nascentem deputamus, porro appetitus ille qui est in quærendo procedit à quærente, & pendet, nec requiescit, nisi id quod quæritur inuentum quærenti copuletur.* Vnde in talibus (secundum quòd sequitur) *partum mentis antecedit appetitus quidam, quo idem quod nosse volumus quærendo, & inueniendo nascatur proles ipsa notitia.* Et manifestum est quòd tale quid in partu diuinæ notitiæ, quæ verbum est, poni non potest, nec hoc modo cum generatione diuina concurrit cum natura voluntas, siue appetitus, sed solum modo prædetermi-
n.24. nato.

45. Propter quod Augustinus videns, quòd non satisfecit quæstioni per illa quibus respondit ad eam in libro nono resumit eandem, & insinuat eiusdem difficultatem lib. 15. ca. 27. dicens. *In illa Trinitate difficillimum est generationem à processione distinguere.* Et tamen quamuis insinuet veram illarum processionum distinctionem, primo reuertitur ad facta lib. 9 quod Sanctus Spiritus non dicitur filius aut genitus, c.12.
ostendendo inconueniens esse, quod Spiritus Sanctus dicitur genitus, aut filius, subdens. *Vtrumque etiam illud intelligitur, cur non dicatur natus esse, sed potius procedere Spiritus Sanctus, quoniam si & ipse filius diceretur, amborum vtique diceretur quod absurdissimum est.* Et dicit, quòd hoc debet interim sufficere, *& credi potius quod in sacris literis de hoc inuenitur, quam posse liquidissimam rationem reddi, quæ ab humana mente infirma non capitur, nisi in luce æterna.* secundum quod subditur. *Attolle oculos ad istam lucem, & eos in ea fige si potes. Sic enim videbis quid distat natiuitas verbi Dei à processione doni Dei. Propter quod filius vnigenitus non de patre genitum* (*alioquin frater eius esset*) *sed procedere dixit Spiritum Sanctum. Vnde cū sit communio quadam consubstantialis patris & filij, amborum spiritus, non amborum* (*quod absit*) *dictus est filius.* Vnde quia per prædicta non sufficienter distinguit generationem, & spirationem, in fine cap. breuiter innuit veram distinctionem inter illa ex differentia modorum emanandi secundum principia elicitiua diuersa, vt supra determinatum est, dicens. *Quando quod scimus dicimus, ex illo quod nouimus cogi-* n.40. l.15.n.27
tatio nostra formatur, fitque in acie cogitantis imago simillima cogitationi eius quam memoria continebat, ista duo scilicet velut parentem, & prolem tertia voluntate siue dilectione iungente. Quam quidem voluntatem de cogitatione procedere dicimus, nemo enim vult quod omnino quid vel quale sit nescit, non tamen esse cogitationis imaginem, & ideo quandam in hac re intelligibili natiuitatis, & processionis insinuari distantiam. Quæ reuera plane insinuatur in imagine sua, quæ est in mente nostra, licet non explicatur in dicto Augustini. Cum enim dicitur. *Ex eo quod nouimus cogitatio nostra formatur, & fit in acie cogitantis imago cogitationis vnde formatur,* & licet de nostra cogitatione amor procedit, non tamen est imago cogitationis a qua procedit, & similiter cum Deus pater nouit se formaliter intelligentia sua, & fit in acie intelligentiæ paternæ imago simillima notitiæ vnde formatur, quæ verbum est, & notitia declaratiua, de vtraque autem notitia procedit amor, qui Spiritus Sanctus est, & tamen notitiæ de qua procedit imago non est. Per hæc nihil aliud dicitur, quam quod secundum prædeterminata inuestigauimus. Processio enim filij, quia habet esse per informationem, & impressionem formæ eius à quo procedit in id, n.37.
de quo producitur, & per hoc procedit modo actionis naturæ producentis simile, & secun-

dum

tatis diuinæ, in spirando est circa obiectum summe diligibile, à quo, cum cognitum est, nulla voluntas neque creata, neque increata
n. 10. 45. potest se diuertere, vt infra dicetur. Est enim
q. 3. n. 86 alia ratione talis necessitas propter naturaliter esse, quam habet voluntas ex hoc, quòd est in
inf. n. 66. natura diuina, vt iam infra dicetur. Idcirco bene dicitur, quòd generatio est productio se-
n. 29. cundum principaliorem modum naturæ, quia principalior naturæ modus, quomodo natura secundo modo dicta, actum elicit, & natura quarto modo actum determinat, quod contingit in generatione, quam quando tantum determinat, & non elicit, quod contingit in spi-
n. 39. ratione secundum prædicta.

41. Est etiam generatio secundum principalem ordinem naturæ, quia ordo primus est inter patrem, & filium, secundus vero ordo naturæ est inter patrem cum filio ad Spiritum Sanctum.

42. Ricardus tamen 6. de Trinitate videtur ponere, quòd Spiritus Sanctus procedit modo naturæ secundo modo dictæ, vocando vtramque productionem generationem, quòd tamen specialiter secundum illam generationem, qua aliquis immediate procedit ab vno tantum, sumuntur illa nomina germanitatis pater, & filius, & quod propterea Spiritus Sanctus licet generetur non tamen possit dici fi-
l. 6. c. 16. lius. In 16. enim cap. dicit sic. *Nomen geniti quandoque strictius quandoque largius accipimus. Non enim omnibus, quæ gignere vel gigni dicimus eadem secundum vsum loquendi germanitatis vocabula attribuimus, cum homo hominem gignit, hunc parentem, illum prolem norma loquendi dicere consueuit, arbor ramum gignere dicitur, nec tamen arbor parens, nec ramus proles illius nomi-*
ib. inf. *natur*, & infra. *Generatio autem quando large accipitur nihil aliud videtur esse quam productio existentis de existente secundum naturæ operationem. Quædam autem naturalis productio prædicta germanitatis nomina suscepit, quædam omnino non suscepit. Quoniam igitur Spiritus Sancti productio talis non est, vt debeat dici filius, merito non dicitur genitus. Sed quia eius processio secundum naturæ productionem est, non debuit dici ingenitus, ne in hoc naturalem originem habuisse negetur. Rationabiliter genitus non dicitur, ne qui*
l. 6. c. 18. *nō est filius filius esse credatur.* Item c. 18. *Generationis significationem modo extendimus, modo restringimus. Quod autem in hoc dictum est de generatione, idem dicimus, & de processione. Quod enim dicimus procedere, non vbique solemus vniformiter accipere, quantum ad generalem autē acceptionem, idem videtur esse gigni, quod existens de existente secundum naturalem operationem produci. Secundum hanc acceptionem solus pater ingenitus dicitur, Spiritus Sanctus ingenitus esse negatur.* Ecce quòd innuit, quod secundum hác acceptionem Spiritus Sanctus potest dici genitus, sed non dicitur, ne filius esse credatur.

43. Sed si ita esset, non distingueretur spiratio a generatione, nisi sicut vnus modus generandi ab alio, secundum quod videtur dice-
re cap. 17. *Alius* (inquit) *est modus proceden-* ib. c. 17.
di filij de patre suo, alius nepotis ab auo suo, alius pronepotis ab atauo suo. Inter quos (vt continuo subdit) *constat locum primum, & principaliorem esse illum, qui est filij à patre. Ex generatione procedere, idem videtur quod in procedendo principalem procedendi modum habere. Sine generatione procedere, idem videtur esse, quod in procedendo principalem procedendi modum omnino non habere.* Et sic Spiritus Sanctus procederet per generationem à patre sicut nepos ab auo, inquantum procedit à patre mediante filio, & quo ad hoc non secundum principalem modū naturæ, & generationis. Nihilominus tamen inquantum immediate procedit à patre, supponendo tamen generationem filij, procederet vere per generationem sicut filius secundo genitus ab homine, esto tamen quod non posset generari ab illo, nisi altero prius genito. Et esset distinctio diuinarum productionum in solo modo procedendi primo, vel secundo, mediate vel immediate, nullo autem modo ex parte radicis, & virtutis elicitiuæ. In quo mihi videtur Ricar. valde inconuenienter sensisse si sic sensit. Propter quod non mihi videtur in hoc aliquatenus sustinendus nisi expo-
nendo ipsum, quod intelligat operationem na- inf. n. 71
turæ à natura quarto modo dicta, quando operatio est secundum incommutabilem necessitatem. Vt secundum hoc generatio large accepta nihil aliud sit quam productio existentis de existente secundum naturæ operationē,
in quo conueniunt generatio, & spiratio, vt n. 40.
dictum est, & præter hoc generatio stricte accepta sit illa, in qua principium elicitiuum est natura secundo modo accepta, quæ omnino differt à spiratione, nec spiratio vllo modo po-
test dici generatio, talis vt patet ex prædictis. n. 33. 40.
Et secundum hoc Spiritus Sanctus ingenitus non dicitur, non ne negetur naturalem originem habuisse, non ne bene negetur naturalem originem, scilicet ex principio elicitiuo, quod est natura habuisse secundum prædicta, sed igenitus nō dicitur, ne negetur omnino ori-
ginem habuisse, vt patet ex supra determinatis n. 57. q. 1
de ingenito.

44. Vnde ex iam dictis elicienda est vera differentia inter dictas duas emanationes, super qua Augustinus, mouet quæstionem 9. de
Trinit. cap. 12. dicens. *Cur mens notitiam suam* 10. 3.
gignat cum se nouit, & amorē suum non gignat cum se amat? Nam si propterea notitiæ suæ causa est, quia noscibilis est, amoris etiam sui causa est, quia amabilis est. Cur itaque non vtrumque gignat diffi-

cile

eide est dictae. *Hæc autem quæstio de summa Trinitate solet mouere homines, cur non Spiritus Sanctus quoque à Deo patre genitus credatur, vt filius etiam, & ipse dicatur*, & infra. *Quod ergo cognoscit se, parem sibi notitiam sui gignit. Quid ergo de amore dicendum est? cur non et iam cum se amat, ipsum quodque amorem suum genuisse videatur?* Et respondet ibidem licet non sufficienter, vt arbitror, quia inferius responsionē complet, vt iam videbitur. Respondet ergo
n.45. subdens. *Sed ideo non rectè dicitur genitus ab eo, sicut notitia sua quæ se nouit, quia notitia iam inuentum est, quod partum, vel repertum dicitur. Quæ autem reperiuntur quasi pariuntur. unde proli similia sunt, vbi, nisi in ipsa notitia? ibi enim quasi expressa formantur.*
a.52. q.2 n.45. *Sed cum* (vt dicit lib. 10. cap. 7.) *inuenire est in id quod quæritur venire, propterea quæ quasi vltro in mentem veniunt, non vsitate dicuntur inuenta quamuis cognita dici possint. quia non in ea quærendo tendebamus, vt in ea veniremus*. Et (vt dicit lib. 9 cap. iam dicto scilicet. 12.) *sæpe præcedit inquisitio eo fine quietura. Nam inquisitio est appetitus inueniendi, quod idem valet si dicas reperiendi. Et* (vt di-
a.54. q.6 n.75. citur in eodem, cap. 9.) *inardescit, atque ægrotat animus indigentia, donec ad ea perueniat, & quasi pariat. Vnde eleganter in latina lingua parta dicuntur, & reperta atque comperta, quæ verba quasi à partu dicta resonant.* Clarum est, & manifestum quòd secundum hunc modum in diuinis non potest dici, quòd notitia sit genita potius, quam amor, quia ipsa scilicet notitia in diuinis non habetur per inquisitionem, & appetitum inueniendi quod quæritur, vt in eo appetitus quiescat, sed vltro venit in mentem quia naturaliter secundum prædicta. Vnde secundum illum modum appellare notitiam partum, & prolem non habet locum nisi in verbo nostro, vbi aliquid est cognoscibile, prius quam cognitum. *Nam* (vt dicit in præ-
ibid. dicto cap. duodecimo) *etsi iam erant res quas quærendo inuenimus, notitia tamen ipsa non erat, quam sicut prolem nascentem deputamus, porro appetitus ille qui est in quærendo procedit à quærente, & pendet, nec requiescit, nisi id quod quæritur inuentum quærenti copuletur.* Vnde in talibus (secundum quòd sequitur) *partum mentis antecedit appetitus quidam, quo idem quod nosse volumus quærendo, & inueniendo nascatur proles ipsa notitia.* Et manifestum est quòd tale quid in partu diuinæ notitiæ, quæ verbum est, poni non potest, nec hoc modo cum generatione diuina concurrit cum natura voluntas, siue appetitus, sed solum modo prædetermi-
n.24. nato.

45. Propter quod Augustinus videns, quòd non satisfecit quæstioni per illa quibus respondit ad eam in libro nono resumit eandem, & insinuat eiusdem difficultatem lib. 15. ca. 27. dicens. *In illa Trinitate difficillimum est generationem à processione distinguere.* Et antequam insinuet veram illarum processionum distinctionem, primo reuertitur ad tacta lib. 9 quod Sanctus Spiritus non dicitur filius aut genitus, c.12.
ostendendo inconueniens esse, quod Spiritus Sanctus dicitur genitus, aut filius, subdens. *Vtrumque etiam illud intelligitur, cur non dicatur natus esse, sed potius procedere Spiritus Sanctus, quoniam si & ipse filius diceretur, amborum vtique diceretur quod absurdissimum est.* Et dicit, quòd hoc debet interim sufficere, *& credi potius quod in sacris literis de hoc inuenitur, quam posse reliquidissimam rationem reddi, quæ ab humana mente infirma non capitur, nisi in luce æterna*, secundum quod subditur. *Attolle oculos ad istam lucem, & eos in ea fige si potes. Sic enim videbis quid distat natiuitas verbi Dei à processione doni Dei. Propter quod filius vnigenitus non de patre genitum* (*alioquin frater eius esset*) *sed procedere dicit Spiritum Sanctum. Vnde cū sit communio quædam consubstantialis patris & filij, amborum spiritus, non amborum* (*quod absit*) *dictus est filius.* Vnde quia per prædicta non sufficienter distinguit generationem, & spirationem, in fine cap. breuiter innuit veram distinctionem inter illa ex differentia modorum emanandi secundum principia elicitiua diuersa, vt supra determinatum est, dicens. *Quando quod scimus dicimus, ex illo quod nouimus cogi-* n.40. l.15.n.27
tatio nostra formatur, fitque in acie cogitantis imago simillima cogitationi eius quam memoria continebat, ista duo scilicet velut parentem, & prolem tertia voluntate siue dilectione iungente. Quam quidem voluntatem de cogitatione procedere dicimus, nemo enim vult quod omnino quid vel quale sit nescit, non tamen esse cogitationis imaginem, & ideo quandam in hac re intelligibili natiuitatis, & processionis insinuari distantiam. Quæ reuera plane insinuatur in imagine sua, quæ est in mente nostra, licet non explicatur in dicto Augustini. Cum enim dicitur. *Ex eo quod nouimus cogitatio nostra formatur, & fit in acie cogitantis imago cogitationis vnde formatur*, & licet de nostra cogitatione amor procedit, non tamen est imago cogitationis a qua procedit, & similiter cum Deus pater nouit se formaliter intelligentia sua, & fit in acie intelligentiæ paternæ imago simillima notitiæ vnde formatur, quæ verbum est, & notitia declaratiua, de vtraque autem notitia procedit amor, qui Spiritus Sanctus est, & tamen notitiæ de qua procedit imago non est. Per hæc nihil aliud dicitur, quam quod secundum prædeterminata inuestigauimus. Processio enim filij, quia habet esse per informationem, & impressionem formæ eius à quo procedit in id, n.37.
de quo producitur, & per hoc procedit modo actionis naturæ producentis simile, & secun-

dum

a.59.q 4 dum rationem assimilantis, idcirco procedens filius est, & imago, & character, aut figura.
sup.n.37 Processio autem Spiritus Sancti, quia habet esse per expressionem, & expulsionem de illo, de quo producitur, propter quod non procedit modo actionis naturæ elicientis, neque vt simile, neque secundum rationem assimilantis, quanquam ipse procedens sit similis, non est similitudo, imago, aut character.

46. Et per hoc processio vna differt ab alia in quinque, & ex parte rationis elicitiuæ primò, quia hic est natura, ibi vero voluntas: & ex parte elicientis secundò, quia hic est eliciẽs intellectus informatus notitia simplici, super quam fit conuersio, ibi voluntas conuersa super voluntatem informatam amore simplici: & ex parte subiecti de quo tertiò, quia hic de intellectu conuerso nudo, ibi vero de amore simplici, & informata voluntate per illum: & ex parte modi eliciendi quartò, quia hic fit per impressionem, ibi per expulsionem: & ex parte procedentium quintò, quia ille procedit, vt imago, & filius, iste vero nequaquam. Vnde non est distinctio productionum ex parte productorum tantum.

47. Ex hoc patet, quòd vnus procedit immediatè tantum ab vno, & alter non tantum ab illo immediatè, sed etiam ab alio, secundũ quòd declarat Ricardus 6. de Trinitate cap. 6
n.39.40. Hoc enim solum facit, quòd vna est secundum principaliorem modum naturæ, quam alia. Principalior enim & primus ordo naturæ est
n.41. inter patrem, & filium, non principalis autem & secundarius est inter spirantes, & spiratũ. Sed non ex hoc solo vna esset principalior causa quam altera, si vtrobique principium eliciuum esset natura, cum enim ratio naturæ est producere per impressionem, & informationem, & ita per assimilationem, tunc non solum filius diceretur filius, imago, & similitudo, sed etiam Spiritus Sanctus. Non enim ex hoc est filius, quòd procedit ex vno solo immediatè. Dato enim per impossibile, quòd Spiritus procederet ex solo patre immediatè, & æquè primò cum filio, non tamen Spiritus Sanctus esset filius, aut imago, cum tamen ex hoc solo ponit filium esse filium, non autem Spiritum Sãctum esse filium, cap. 16. Et cap. 11. ex hoc so-
n.41. lo ponit filium esse imaginem, non Spiritum Sanctum, quia scilicet plenitudo diuinitatis sicut a patre manat in alium, sic & à filio, de Spiritu Sancto autem in nullum manat. Secundum hęc etiam non esset filius perfecta imago, & similitudo patris. Non enim per omnem modum manat consimiliter plenitudo diuinitatis a patre, & filio. A patre manat in ipsum filium, & etiam in Spiritum Sanctum, a filio autem in Spiritum Sanctum tantum & cum hoc à filio manat in Spiritum Sanctum immediatè tantum, à patre autem & immediatè, & mediatè, & iterum quòd à patre manat, hoc a se habet, & non ab alio, quòd vero manat à filio, hoc non habet filius a se sed ab alio.

48. Ad illud ergo, quod arguitur primò, n.1. quod actionis, quæ est in aliquid ad procedendum de illo simile in forma producenti, principium est natura, non voluntas, &c. Dicendum, quod tam spiratio, quæ est modo voluntatis, quam generatio, quæ est modo naturæ, secundum prædicta est productio alicuius de aliquo, vt de subiecto, & similis producenti, sed aliter in spiratione, aliter vero in generatione. De aliquo enim aliquid simile in forma producitur non solum imprimendo, quod fit in generatione modo naturæ, vbi illud de quo, se habet in ratione subiecti in quod aliquid recipitur, & respectu agentis, & respectu eius, quod habet esse de illo, quia filius est verbum impressum menti paternæ, sed etiam exprimendo, quod fit in spiratione modo voluntatis, vbi illud de quo, se habet in ratione subiecti in quod aliquid recipitur respectu agentis, vt eius actio, siue actio productionis eius, sed non respectu eius, qui de ipso exprimitur. Quia Spiritus Sanctus est amor expressus de amore essentiali existente in voluntate patris, & filij, secundum prædictum modum. n.37. 45.

49 Et potest assignari simile de forma impressa. Si enim pellis tenuis, mollis, & receptibilis impressionis applicetur vndique faciei hominis, & quoad superficiem interiorem, & quoad superficiem exteriorem, & statim remota indurescat, & retineat figuram faciei, & interius, & exterius, sicut dicitur retinuisse Veronica faciei Christi applicata, figura siue forma faciei in interiori superficie, scilicet cõcaua illius pellis, esset impressa in pelle. Illa uero quæ esset in exteriori superficie, scilicet conuexa, esset expressa de pelle. Vnde super psal 67. illud Psal. *Vt excludant eos qui probati sunt ar-* D. 10. *gento*, dicit Augustinus. *Excludantur dictum* 10.8. *est appareant, emineant. Vnde & in arte argentaria exclusores dicuntur, qui de confusione massa nouerunt formam vasis exprimere*, secundum quod hoc patet in scyphis lironis factis. Verum autem in filio fit alia similitudo sibi ratione, qua solus est imago, vt secundum hoc propriũ sit ei produci vt simile, sermo erit inferius. Vn- a.61.q.8. de quod dicit Augustinus 9. de Trinitate cap. n.5. 12. *quod proles in notitia expressa formatur*, vt a.54 q 2. ad 1. habitum est iam supra, ibi sumi expressionem n 44. pro perfecta ratione assimilationis ipsius producti ad producentem. Hic autem accepimus expressionem pro modo producendi de aliquo ipsum productum, quo Spiritus Sanctus producitur non filius.

50. Ad secundum, quod actio cuius ratio n.2. eli-

eliciendi est voluntas terminum præsuppo-
nit in cognitione, &c. Dicendum, quod ali-
quid ante actionem voluntatis potest præsup-
poni in cognitione dupliciter, vel secundum
suum perfectum esse, vel secundum suum im-
perfectum esse, vel quasi. Primo modo præ-
supponit voluntas in cognitione omne quod
per ipsam producitur, vt est libera arbitrio, si-
cut artificialia in nobis, & creaturæ in Deo,
& similiter omne in quod fertur amore absque
eo quòd sit productum ab ipso, & hoc siue fe-
ratur in illud libero arbitrio, quemadmodum
voluntas nostra fertur in aliud bonum à sum-
mo, siue feratur in illud libere, & immutabili
necessitate, & sicut fertur voluntas nostra in
n.40. summum bonum. Secundo modo in diuinis
voluntas, & similiter in nobis præsupponit in
cognitione productum à se. Si enim voluntas
producit in se amorem incentiuum de amore
n.37. simplici habito de aliquo amato, non oportet,
quod secundum suum perfectum esse amor il-
le incentiuus præsupponatur in cognitione,
sed sufficit, quod præsupponatur amor simpli-
inf.n.99. citer, quo voluntas excitata, & conuersa de il-
lo producit amorem incentiuum non cognitū
secundum esse tale prius quam producatur. Et
consimiliter circa productionem voluntatis di
uinæ in cognitione supponitur cognitio amo-
ris simplicis essentialis, & in illo amore essētiali
cognoscūt quodāmodo ipsū amorē procedētē,
a.59.q.6. s. vt principiatū in suo principio de quo prin-
n.15. cipiatur, secundū modum prædictum. Secun-
sup.n.45 dum hoc enim intelligitur dictum August. iā
supra. *Nemo vult quod omnino quid sit, vel qua-
le nescit*, hoc est nullo modo scit, vult tamen
bene quod non perfecte nouit, aliter enim nō
moueret intellectum voluntas ad quærendum
a.61.q.7. illius notitiam. Et loquitur ibi Augustinus
de Spiritu Sancto qui procedit de cognoscen-
te, de quo tamen, vt est amor procedens non
habetur cognitio nisi annexa, & concomitans,
n.53. vt dictum est supra.

51. Ad tertium, quòd Spiritus Sanctus ema
n.3. nat, vt amor de notitia, & ita de eo quod se te-
net ex parte intellectus: Dicendum, quòd
verum est secundum Augustinum 15. de Tri-
n.45. nitate cap. 27. vt iam habitum est supra. Sed
de notitia, siue de mente, aut intelligentia,
aut memoria potest intelligi Spiritus Sanctus
procedere vt mens, intelligentia, aut memo-
ria, est notitia quædam, & sic de intelligente,
vt est intelligens, vel vt cum illis habet esse es-
sentialis voluntas conuersa secundum modū
prædictum, & sic intelligatur procedere de in-
n.37. telligente, vt est volens. Et isto secundo mo-
do procedit Spiritus Sanctus de notitia, &
mente, siue de intelligentia, & memoria, siue
de patre, & filio, vt sunt notitia simpliciter,
& notitia de notitia, sed hoc non inquan-
tum sunt notitia, sed inquantum sunt amor, n.98.99.
secundum quod de hoc amplius erit sermo in- a.61.q.6
ferius. n.4.

52. Ad quartum, quòd intellectus non est
elicitiuus actus dicendi siue generandi, nisi vt
est natura, ergo neque voluntas actus spiran-
di; Dicendum quod neque intellectus neque
voluntas ratione qua sunt simpliciter intelle-
ctus, aut voluntas, sunt principia elicitiua a-
ctuum notionalium per quos producuntur si-
miles in forma naturali ipsi producenti, quia
tunc in quibuscunque essent, essent principia
elicitiua actuum quibus produceretur simile
in forma, quod falsum est in creaturis. Sunt
enim solummodo principia elicitiua actuum
naturalium, vt sunt in natura diuina, & sic vt
per illam habent in se naturalitatem quādam
ad productiones notionales. Secundum hoc
enim diximus in quadam quæstione de diuinis
emanationibus in generali, quòd intellectus, a.54.q.9
& voluntas, vt sunt simpliciter intellectus,
& voluntas, modo scilicet intellectuali, & vo-
luntario agentes, tantum sunt principia actuū
essentialium, quæ sunt intelligere, & velle,
licet hoc sit passiue ex parte intellectus, actiue
vero ex parte, voluntatis. Vt tamen sunt na-
tura, & principia actiua naturaliter actus elici-
entia, sunt principia actiua elicitiua actuum
notionalium quæ sunt generare, & spirare, &
hoc necessitate naturalitatis, qua impossibile
est Deum per principia, quæ sunt natura in ip-
so, huiusmodi actus non elicere.

53. Ad cuius dicti firmul, & ad ampliorem
propositi declarationem sciendum, quòd hu-
iusmodi naturalitatem habent à natura diuina
in qua sunt intellectus, & voluntas, sed aliter,
& aliter, quoniam intellectus diuinus habet ip
sam coincidendo in rationem naturæ, quæ est
ratio principalis elicitiua actus notionalis, &
hoc iuxta secundum modum naturæ prædictū, a.32.
vt omnino naturalitas illa sit præuia, & ratio
intellectus sit concomitans, vel quasi. Pro-
pter quod non nisi modo naturæ, & naturali
impetu actum suum notionalem elicit, vt ma-
gis proprie pater dicatur generare natura in-
tellectuali, quam intellectu naturali, vt intel-
lectus potius intelligatur quasi determinare
naturam, quam è conuerso, & secundum hoc
ratio qua productus natura eliciente dicitur fi-
lius sit prima, & qua dicitur verbum, sit respe-
ctu illius secunda, secundum quod habitum est a.59.q.7
supra. Voluntas autem habet ipsam non vt n.16.
incidendo in rationem naturæ dictæ secundo
modo naturæ, sed habendo sibi annexam vim
quandam naturæ primo modo dictæ ex hoc
quòd fundatur in illo, vt naturalitas ista in vo-
luntate nullo modo sit præueniens eius liberta
tem, nec ratio elicitiua actus eius notionalis
penes secundum modum naturæ, hoc enim es-
set

set omnino contra ipsam libertatem, sed potius, vt sit consecutiua, & annexa libertati, & hoc non, vt aliquid quo voluntas suum actum notionalem elicit principiatiue, sed vt aliquid quo assistente voluntati voluntas ipsa ex vi quã habet eo quod est voluntas, & libera, potest elicere suum actum notionalem, quem sine illo assistente omnino elicere non posset.

54. Ex quo patet, quòd aliter intellectus, & aliter voluntas, vt natura, & vt principium actiuum naturale, est elicitiuum actus notionalis. Quoniam in hoc intellectus est natura, & principium actiuum naturale, & elicitiuum actus generationis, quia incidit in idem cum illo, quod est per se vis elicitiua, & natura secundo modo dicta, & vt quasi determinatio eius. Voluntas autem est natura, & principium actiuum naturale, & elicitiuum actus spirationis, non quia incidit in idem cum illo, quod est vis elicitiua, & natura secundo modo dicta, sed quia habet vim naturæ primo modo dictæ concomitantem, & sibi annexam, non vt quod est principium elicitiuum, sed quo assistente voluntas ipsa vt propria actiua elicit actum suum notionalem, & sine quo assistente ipsum non eliceret. Et sic intellectus vt est natura, licet magis propriè natura vt est intellectualis, est natura elicitiua penes secundum modum naturæ, non sic autem voluntas, licet sit prima elicitiua penes primum modum naturæ, vt iam expositum est. Secundum hoc ergo non similiter voluntas se habet ad spirationem, & intellectus ad generationem, nec valet argumentum.

55. Ad cuius ampliorem declarationem ex parte voluntatis, quia de ipsa est maior dubitatio. Sciendum, quòd triplex est actio voluntatis. Prima, quæ est elicita à voluntate, vt est voluntas simpliciter absque omni naturalitate, & necessitate, vt est illa quæ procedit à libertatis arbitrio siue in Deo siue in creatura intellectuali, & in nobis, & tendit solummodo in bonum amatum, quod est citra summũ bonum. Secunda quæ est elicita à voluntate, vt similiter voluntas est simpliciter, & hoc cũ sola naturalitate necessitatis immutabilis annexa ipsi actioni, vt est illa, quæ procedit a libertatis arbitrio & tendit in summum bonum amatum, & aperte visum. Tertia quæ est elicita à voluntate non vt est voluntas simpliciter, sed vt est natura, naturalitate sibi annexa dicto modo, vt est illa quæ procedit à voluntatis libertate in solo Deo, & tendit non solum in summum bonum amatum, & visum, sed etiam in ipsum amorem procedentem, quo incentiue amatur, licet diuersimode tendat in vtrumque, & hoc secundum aliam, & aliam necessitatem immutabilitatis annexam ipsi actioni. Inquantum enim actio ordinatur in amatum summum, ab ipsa sola voluntate ratione qua est libera, procedit immutabilitas necessitatis, & in actione eius secunda, & in actione eius tertia. Inquantum vero actio ordinatur in amorem productum tendentem in amatum terminatum sic, à dicta naturalitate annexa voluntati procedit necessitas immutabilitatis circa solum actum notionalem elicitum à voluntate, vel potius ab ipsa libertate voluntatis, vt ei talis naturalitas est annexa.

56. Ad quintum, quòd voluntas est communis tribus, ergo non est ratio elicitiua: Dicendum, quòd eadem ratione, nec natura esset ratio elicitiua, quia est communis tribus. Vnde est aduertendum, quòd omne principiũ quod est ratio agenti, vt elicitiua actus, absolutum est, sub ratione tamen respectus determinari, qua determinatur ad actum. Diuina enim essentia sub proprietate paternitatis in patre natura est, & ratio, quæ est potentia generandi actiua, vt uero est sub proprietate communi patri, & filio, voluntas, & ratio quæ est potentia spirandi actiua, & per hoc natura, & voluntas, vt sunt rationes elicitiuæ sunt essentialia tracta ad potentialia, & secundum hoc sunt propria, propter proprios scilicet respectus suos ad proprios actus.

57. Ad sextum, quòd Spiritui Sancto communicatur per spirationem natura patris, & filij. Dicendum, quòd verum est inquantum natura sumitur primo, & tertio modo prædictis. n.6. n.34.

58. Et quod assumitur, quòd natura in qua idem sunt realiter producens, & productum, non communicatur nisi per actum naturæ agentis modo naturæ. Dicendum, quòd hoc verum est in rebus creatis communicantibus naturam suam per actionem suam in materia, quæ est in potentia ad illam. Propter limitationem enim illarum in materia, & per materiam, non potest eis inesse aliud principium communicandi suam naturam, quam ipsa natura. In separatis autem a materia, limitatis tamen in essentia non est omnino principium communicandi naturam, licet ibi sit aliud principium agendi, quam natura, scilicet voluntas. In separato autem a materia, & illimitato in essentia, propter eius illimitationem est principium natura sua secundum omnem rationẽ principiandi, scilicet ratione naturæ, & ratione voluntatis, vt habitum est supra. n.6. n.23.

59. Et quod assumebatur vlterius, quòd orta a principijs attestantur eidem. Dicendum, quod verũ est in proposito, natura enim quæ est essentia diuina, sub ratione amoris, & voluntatis communicatur per spirationem, sicut sub ratione notitiæ communicatur per generationem, & sicut per generationem cõmunicatur natura, quæ est essentia sub ratione n.6.

no-

notitiæ per principium, quod est notitia, & intellectus, sic per spirationem communicatur sub ratione amoris per principium, quod est amor, & voluntas, & sic principiatum attestatur principio. Medium autem procedit, ac si natura sub ratione naturæ secundo modo communicaretur in diuinis, quod non est verum, illa enim soli patri conuenit, nec filio communicatur sub illa ratione, nec Spiritui Sancto. Sed hoc modo communicatur generabilium, & corruptibilium natura in creaturis. Secundum enim vnum modum agendi, quo natura est ei communicata, & nata est eam alteri communicare. Et quia Philosophi alium modum communicationis naturæ non videbãt in alia, scilicet in superiori natura, immo potius negabant, ideo generali sermone dicebant, quòd forma quæ est essentia, & quidditas rei, in qua communicant realiter, & per se producens, & productum, vt contingit in rebus natura-

a.36.q.4. libus non potest communicari nisi modo actionis naturalis, sed forma illa, quæ est essentia, & quidditas rei, in qua non communicant realiter, & per se producens, & productum, vt contingit in rebus artificialibus, bene communicatur modo actionis voluntariæ, ita quòd quæcunque eandem naturam habeant, si vnũ eorum habet eam communicatam ab alio, cõmunicatio illa fit modo actionis naturalis, & è conuerso, vbi est communicatio modo actionis naturalis, eadem est illorum natura. Quæ vero non communicant eandem naturam, si vnum eorum habet aliquid communicatum ab alio, communicatio illa fit modo actionis voluntariæ, & artificialis, & è conuerso. Et procedit prima productio à simili secundum totum. Secunda vero à simili secundum par-

su.2.c.10 a.30.c.o.3 tem, dicente Philosopho 7. Metaphysicæ *Omne quòd fit, fit à conueniente in nomine. sicut illud quod est per naturam aut à parte eius quod est con-*

ib. vol. 2. *ueniens in nomine, vt domus ex domo.* Commen. *Intendit per conueniens in nomine generabilia naturalia. Per hoc autem quod dixit aut à parte, illud quod generatur ab arte. & dixit ex parte, quia artificiatum componitur ex materia, & forma, & non est in anima artificis ex generato nisi forma tantum idest, quod artificium non fit nisi for-*

ib.t. 31. *ma generati,* & infra super illud. *Sicut in similibus est principium cuiuslibet, ita hic generatio-*

Auct. ib. *nes.* Comment *idest quemadmodum principium cuiuslibet rei facta est sua quidditas, quę est similis, ita, & in omnibus generabilibus per naturam est, quod sunt à quidditate pracedente, quoniam quemadmodum similia, ex quibus sunt artificiata, sunt quidditates artificiatorum, ita res generabiles sũt à suis quidditatibus.*

n.6. 60. Ex quo adducebatur aliud medium ad probationem maioris, videlicet quod in communicantibus eandem naturam non communicatur natura nisi modo naturæ. Et est dicendum secundum iam dicta, quod licet hoc n.58. 59. veritatem habet in rebus creatis producentibus simile secundum totum, vt in naturalibus, vel secundum partem, vt in artificialibus, vt videlicet omne productum à simili in natura secundum totum producitur modo naturæ, & è conuerso, & omne productum à simili secundum partem producitur modo artis, & voluntatis, & è conuerso, in re tamen increata prima pars aperte falsa est in proposito, Spiritus enim Sanctus producitur à simili in natura secundũ totum; non minus enim similis est Spiritus Sãctus patri, & filio, quam filius patri, licet ex modo producti filius potius dicitur imago, & similitudo patris, quam Spiritus Sanctus patris & filij, vt dictum est. Et tamen Spiritus San- n.45. ctus non procedit ab eis modo naturæ, & naturalis productionis, sed tantum voluntariè.

61. Et si prima pars aperte falsa est in productione de re increata, multum præsumendum est de falsitate secundæ partis in eadem re, & re vera falsa est, si intelligatur productum à re increata, vt simile secundum partem produci modo artis, & voluntatis, quemadmodũ producitur simile secundum partem modo artis, & voluntatis à re creata, à creato enim artifice, qui est similis domui existenti in materia secundum domum, quam habet in mente, quo ad formam domus non quo ad materiam, producitur domus secundum artem pure practicam, quæ est potentia in ipso quo ad productionem domus in materia a domo in mente, inquantum ipsa ars, siue intellectus, aut ratio per formam artis voluntati artificis determinat modum agendi aliquem particularem, sic quòd non alium, vt si vellet aliter agere delinqueret contra regulas artis, & ei contrariaretur. Non sic autem aliqua ars, quam Deus ha- a.36.q.14 bet de creaturarum productione, determinat n. 8. & voluntati diuinæ increatæ modum aliquem seq. particularem agendi, quòd si vellet aliter agere, contrariaretur regulis rectæ rationis, & artis in ea. Quare cum impossibile est, quòd in Deo voluntas rationi contrarietur, quæ non nisi recta esse potest, & ipsa potest diuersis, & varijs modis producere, vel non producere, quæ producit in creaturis, ergo penitus non determinatur ei à ratione aliquis modus circa producenda, quia aliter posset rectæ rationi cõtrariari, etsi nunquam contrariaretur, quod tamen æquale inconueniens est.

62. Quare etsi Deus habet cognitionem de operandis ab ipso per omnes particulares rationes quibus res possunt fieri, & illa cognitio in ipso est potentia producendi illas, non tamen illa cognitio practica est, nec producit res secundum eam, vt secundum notitiam pra-

a.36.q.4. cticam, sed vt secundum pure speculatiuam. a.39.q.6. Quoniam practica cognitio non dicitur operandorum ex hoc, quòd est circumstantiarum particularium, sed præcipue ex hoc, quòd secundum eam ratio determinat voluntati operandi modum. Et est hoc formale in practica cognitione, per quod habet, quòd sit potentia proxima, vt secundum eam res extra producatur, quod si non fuerit, non est nisi potentia remota, quia non magis se habet vnus modus secundum quasdam circumstantias, vt secundum ipsum res producatur, quam alius secundum alias particulares circumstantias, nisi ratio determinauerit opus faciendum potius secundum has, quam secundum illas, & sic sine huiusmodi determinatione cognitio non respicit opus nisi in potentia remota, & ideo potius est speculatiua quam practica, licet sit de
a.36.q.5. operandis. Et hoc modo propriè ratio est contrariorum, quia scientia contrariorum est, & est propriè potentia rationalis valens ad contraria. Cum enim ratio determinauerit, tunc non est nisi alterius contrariorum, sicut est potentia naturalis, & tunc primo est vere potentia artis habendo formam artificiati, dicente
c.1.te.4.
to.3. Philosopho 9. Metaphysicæ. *Scientia est potentia secundum quòd habet definitionem, quoniam sanans tantum facit sanitatem, & calefaciens calorem. Scientia autem facit vtrumque, sed non eodem modo. quoniam scientia est potentia actiua secundum quod habet definitionem*, idest secundũ quod habet formale illud principium, non agit nisi alterum contrariorum. Verbi gratia, quod potentia sanans solummodo agit sanitatem, & calor calorem. Sciens autem agit duo contraria, quoniam apud ipsum sunt intentiones intellectæ. *Et ideo inuenitur in anima principium motus, aut enim mouet ab intellectu in actu aut a ratione, sed non eodem modo*, & intelligit intellectum in actu quando habet determinationem, rationem vero quando non habet determinationem. Quod explicat subdens
ib.vol.8. continue, & intendit Comment. *Quando mouetur à potentia agit alterum contrariorum tantũ*, & hoc quia ratio vt est ratio habet rationem indeterminatam, potentia vero inquantum potentia habet scientiam determinatam. Vnde sequitur in litera Philosophi. *Agit contraria quando agit possibilia sine definitione, & possibilia per definitionem. Determinat enim principium vnum per definitionem*. Comment. *Sciens enim mouet contrarium quod vult facere per principiũ propriũ, & est definitio propria.* Et quod tale est secundum Philosophum agit ad modum potentiæ naturalis, quæ est sine ratione, illa enim inquantum est determinata propria definitione non est propriè cum ratione, sed sine ratione. Propterea enim Philosophus parum post prædicta distinguens potentiam, quæ est

Arist. ib. Anci. ib.

cum ratione, ab illa quæ est sine ratione, dicit quòd illa est in animato tantum, & non agit necessario præcedente possibili, sic inquiens. *Et est necesse illa esse in animato, illa vero in vtroque. Potentiæ vero tales quandò appropinquantur* Arist. ib. te. 10.
secundum quod est possibile eis de actiuo, & passiuo necesse est, vt quædam agunt, & quædam patiantur, aliæ vero non necesse, ageret ergo contraria insimul, ergo necesse est vt dominus verus sit aliud, Dico appetitus aut voluntas. Comment. *Hoc* ib.
est principium quod magis facit alterum contrariorum.

63. Ecce, quòd quando ratio non determinat, & est propriè potentiæ rationalis, & contrariorum, tunc ipsa voluntas determinat, & absque rationis determinatione agit, quodcunque voluerit, quod reuera non est agere practicè, nec per intellectum practicum, sed speculatiuè tantum. Cum vero ratio determinat alterum contrariorum, tunc vere practica est ratio, & non est propriè potentia rationalis, & secundum Philosophum voluntas Inf.n.93.
necessario exequitur in opus quod determinatum est, si non fuerit impedimentum secundũ eam. Quod dicit de motu animalium, *quandoque intellectus operatur, quandoque non opera-* c.4.to.4.
tur, & mouet quandoque, quandoque autem non mouet, Et videtur similiter accidere de immobilibus intelligibilibus, & syllogizantibus, sed ibi quidem theorema finis. Cum enim duas propositiones intellexerit componit. Hic autem ex duabus propositionibus conclusio, quæ fit operatio est, vt puta cum intellexerit, quod omni homini ambulandum, ipse autem homo, ambulat confestim. Si autem quod nulli nunc ambulandum, ipse autem homo, statim quiescit, & hæc facit si non aliquid prohibeat. Sed in hoc quod sic necessitetur voluntas, non sequimur Philosophum, vt in 9. Quolibet declarauimus. Et est intellectus sic q.5.post med.
determinans vere practicus, etsi voluntas nolit exequi opus, primo modo vere speculatiuus, etiam considerans operanda, dicente Philosopho 3. de anima. *Speculatiuum intelligit* c.5.to.2.
nihil actuale bonum, neque dicit de fugiendo, & imitabili, sed tamen speculatiuus huiusmodi percipit fugere, aut imitari, & multoties intelligit timendum aliquid, aut lætum, non iubet autem timere. Amplius autem extendente intellectu, & dicente fugere aliquid aut etiam imitari, &c. Et sic quia ratio diuina nihil determinat de ope- a.36.q.4.
randis, sed sola voluntas in operando, non pra- a.39.q.6.
cticam sed speculatiuam habet notitiam Deus de operandis, quam habet in nobis operans sine determinatione intellectus. In eo tamen quod diuina cognitio est de operandis, si velit aliquis appellare practicam notitiam, nolo litigare de verbis, neque si secundum hoc Deus dicatur habere de rebus practicam cognitionem, & modo artis eas producere. *Verbum*

enim

6. de Tr. c. vl. to. 3 *enim per quod facta sunt omnia*, secundum Augustinum *ars est plena rationum viuentium*.

64. Est etiam præter dictam differentiam inter artem, quæ est in Deo respectu creaturarum, & quæ est in artifice respectu domus, adhuc magna differentia, quoniam artifex secūdum prædicta, secundum artem non producit simile secundum totum, sed secundum partē, quia non habet similitudinem domus, nisi quo ad formam domus, & ideo non producit nisi secundum formam. Artifex autem Deus producit simile secundum totum, quia habet similitudinem eius in sua notitia secundum totū, vt secundum hoc multo verius sunt quidditates creandorum intellectæ in artifice increato, vt quidditates eorum, quam in artifice creato.

n. 7. 65. Ad septimum, quòd Spiritus Sanctus est naturale productum, ergo ratio producendi ipsum est natura. Dicendum, quòd aliquid dicitur naturale productum, quia est vera res naturalis, alio modo, quia est productum modo naturæ, tertio modo, quia elicitum à principio elicitiuo quod est natura. Quæ quidem distinctio nihil valet in creaturis, & productis ab agente creato, quia membra concurrunt. In illis enim omne quod est res vera naturalis, producitur modo naturæ, & ab elicitiuo principio quod est natura, & è conuerso. Sed in diuinis bona est, quia est aliquis productus, qui est vera res naturalis, vt Spiritus Sanctus productus est modo naturæ, quarto modo naturæ, non tamen à principio elicitiuo quod est natura. Filius autem est res naturalis illis tribus modis. Nihil enim in diuinis potest produci nisi fit res vera naturalis, quia quocunque modo producitur vera natura producētis productio communicatur, licet aliquando modo naturæ, aliquando autem modo voluntatis quantum est ex parte principij elicitiui, semper tamen modo naturæ quarto modo naturæ, vt patet ex prædictis.

n. 2. 66. Ad primum in oppositum, quòd natura nullo modo est ratio eliciendi spirationem, quia Spiritus Sanctus procedit progrediendo, & natura agit imprimendo. Dicendum, quòd verum est, quia illa est natura secundo modo, quæ est ratio elicitiua. Natura tamen quarto modo dicta bene potest esse eliciendi modus, & similiter progressus ipsius actus, & terminationis in obiectum. Hoc enim quod liberè elicitur, & progreditur ab eliciente secundum prædicta, non repugnat incommutabili necessitati, sed simul liberè elicitur, & progreditur à voluntate, & terminatur in productum etiam incommutabili necessitate, & hoc secundum modum naturæ, quarto modo dictæ. Quam quidem necessitatem incommutabilem exigit natura diuina secundum præexpositum modum, quia in ea nihil potest esse aliter quam sit. Propter quod præter talem necessitatem naturæ voluntas non potest spirare Spiritum Sanctum, & tamen liberè spirat ipsum, & hoc aspiciendo ad actum spirationis in ordine ad spirantem, vt ab eo elicitur. Aspiciendo tamen ad actum in ordine ad spiratū, vt actus ipse ad spiratum terminatur, etsi liberè spiratus spiratur quantum est ex parte spirantis, & vt actus ab ipso egreditur, & progreditur, & vt in productum terminatur, & hoc immutabilitate necessitatis, secundum quartum modum naturæ, fortè tamen actus spirandi quantum est ex parte actus spirandi necessitate naturæ, secundo modo dictæ terminatur in ipsum spiratum, sicut & actus calefaciendi in calorem, etsi liberè procederet à calefaciente, non enim in ipso actu quantum est ex se est aliqua libertas. Licet enim aliquis liberè se præcipitat, actus tamen præcipitationis naturaliter secundo modo naturæ, terminatur deorsum.

(margin notes: ibid.; n. 35. 39.; n. 40.; n. 60. 61.; n. 31. 35.; ar. 54. q. 10. n. 10.)

n. 9. 67. Ad secundum, quòd ratio eliciendi, quę est natura, totaliter exhausta est in prima productione. Dicendum, quòd verum est de natura secundo modo, quia non est nisi vnus modus eliciendi actum generationis, non autem de natura quarto modo, quam secundum prædicta ponimus rationem eliciendi in spiratione, non autem naturam secundo modo, vt patet ex dictis, neque similiter de natura primo modo, quia illa in prima communicatione licet tota communicatur, non tamen totaliter, hoc est secundum omnem modum quo communicabilis est.

n. 10. 68. Ad tertium, quòd voluntas non est ratio eliciendi generationem, ergo nec natura spirationem. Dicendum, quòd verum est loquendo de natura secundo modo, sic enim est simile, & valet comparatio. Loquendo autem de natura quarto modo, sic neganda est similitudo, quia non sic natura se habet ad generationem, vt voluntas ad spirationem. Est enim voluntas ratio elicitiua spirationis non autem natura quarto modo generationis, sed solum est conditio, & modus eliciendi tam circa generationem, quam circa spirationem, vt dictū est.

n. 40.

n. 11. 69. Ad quartum, quòd Spiritus Sanctus cū sit similis in natura producentibus, si esset productus ratione naturæ esset filius. Dicendū, quòd Ricardus diceret, quòd non est verum, quia non dicitur germanitas patris, & filij, nisi secundum principaliorem modum, & principaliorem ordinem naturæ, secundum quem non producitur Spiritus Sanctus, vt patet ex prædictis, Sed etsi non propterea diceretur filius secundum vsum nominis, tamen modo naturæ productus diceretur, & genitus, licet n. 41.

non secundum modum, quo genitus dicitur filius, aut proles. Ramus enim dicitur genitus de arbore, & flos de ramo, & vermis de fimo, modo naturæ secundo modo dictæ, licet genitus, aut filius nō dicatur. Et sic vtendo nomine filij sicut, & nomine geniti, ipse Spiritus Sanctus genitus posset dici, quod non est verum. Ideo dicendum aliter, quòd argumentum verum concluderet si Spiritus Sāctus esset productus modo naturæ secundo modo. Quod tamen non est verum ponendo ipsum productū modo naturæ quarto modo.

n. 12. 70. Ad quintum, quòd natura est principiū respectu voluntatis, ergo principalior ratio in spirando. Dicendum, quòd natura secundo modo prima est respectu voluntatis, & ideo est principalior ratio producendi, sed non eiusdē productionis cum voluntate. Natura autem quarto modo, quæ concurrit cum voluntate in spiratione, illa non est prima, sed secunda, & annexa, & ideo non principalis in spiratione,
n. 19. nec principium elicitiuum, vt patet ex dictis.

n. 13. 71. Ad sextum, quod voluntas non est assistens generationi, vt ratio producendi, quare nec natura spirationi. Dicendum, quod verū est de natura secundo modo, de qua vera est similitudo, & proportio. Loquendo autem de natura quarto modo, nequaquam, & de illa nō
n. 68. tenet similitudo, vt patet ex dictis.

n. 14. 72. Ad septimum, de dicto Ricardi, quòd natura neutrius processionis sit elicitiua. Dicendum, quod quantum mihi videtur, Ricardus non distinxit omnino diuinas processiones penes rationes procedendi, modo scilicet naturæ, & voluntatis, secundum quòd iam distinximus supra, sed solummodo penes principalitatem, & non principalitatem in procedendo, & in ordine ad eum a quo est processio, vt
n. 42. patet ex prædictis. Vnde dicit dicto cap. 17.
l. 6. c. 17. allegato. *Ex generatione procedere idem mihi videtur quod in procedendo principalem procedendi modum habere, sine generatione procedere idem mihi videtur quod in procedendo principalem procedendi modum omnino non habere. Ingenerans procul dubio, qui est ipsa omnipotentia, idem est de se alium producere, quod ex ordinatissima causa idipsum velle, ex principaliori autem causa id velle, idem est quod generare.* Et ne dicatur, quod loquitur de voluntate annexa secundum modū prædictum, non autem elicitiua, super hoc expressius explicat suum intentum ibidem dicēs
ib. c. 6. cap. 6. *Quærendum quid sit inter processionem vnius, & alterius generationem. Quamuis enim vterque procedat de voluntate paterna, potest tamen esse in hac gemina processione causa diuersa.* Ecce cum dicit de voluntate, videtur insinua-
sup. n. 43 re rationem elicitiuam. Vnde non videtur mihi in hoc Ricar. esse sustinendus, sed exponendus, si fieri posset. Insinuauit enim aliquantulum vnam distinctionem inter processiones in eo quod subdit dicens in eodem cap.
6. *Condignum habere voluit, vt esset cui communicaret magnitudinis suæ diuitias, condilectum vero habere voluit cui communicaret charitatis delitias. Communio itaque maiestatis fuit (vt sic dicam) causa originalis vnius. Communio amoris videtur velut quædam causa originalis alterius.* ib. in
Ex quo concludit continuo. *Quamuis igitur vtriusque personæ productio procedat (vt dicimus) de voluntate paterna, est tamen in hac productione, vel processione gemina ratio alia, & causa diuersa.* ib. inf.
Reuera communio maiestatis modo naturæ est causa originalis filij. Communio vero amoris modo voluntatis, Spiritus Sancti. Sed quomodo aliter est vtriusque ratio alia, & causa diuersa, non video quomodo intelligi possit, aut poni.

73. Ad primum, quòd neutrum, neque ratio, neque voluntas est ratio eliciendi spirationem, quia Spiritus Sanctus in diuinis habetur ex actibus essentialibus, qui sunt nosse, & amare. Dicendum, quod falsum est, quia non habetur sine actu notionali, sicut nec filius, vt habitum est supra. n. 15. n. 56.

74. Quod autem assumitur ad eius probationem, quod secundum Augustinum id quod in spiritualibus noscitur, & amatur, habetur, dicendum, quod verum est perfecta notitia, & perfecto amore, de quibus ipse loquitur, sed in diuinis perfecta notitia habetur per generationem personalem verbi, & perfectus amor per emanationem Spiritus Sancti, vt habitum est supra. n. 15. lib. 9 de Tr. ca 9. to. 3. a 54. q. 6. n. 46. a 58. q. 2 n. 14.

75 Quod autem assumitur quod nosse, & amare sunt actus essentiales. Dicendum, quòd verum est cum simpliciter considerantur. Cum vero considerantur, vt perfecta, & secundum rationem, & modum noscendi, & amandi perfectè, quia necessariò, vt dictum est, includunt actus notionales, quo ad hoc non sunt essentiales, vnde perfectè noscendo, & amando habetur Spiritus Sanctus. n. 15. n. 56.

76. Similiter vt loquar de exemplo Augustini, perfectè nemo potest nosse iustitiam nisi verbo mentis quod habet de iustitia, dicente Augustino ibidem cap. 7. *Nihil agimus quibus approbantur, vel improbantur mores hominum, quod non verbo intus edito apud nos præuenimus,* & consimiliter nihil perfecte amamus quod non amore incentiuo intus edito præuenimus. Correspondent enim sibi verbum ex parte intellectus, & amor incentiuus, qui est Spiritus Sanctus ex parte voluntatis, vt infra patebit. n. 15. 9 de Tr. a 58. q. 5 n. 8. inf n. 99.

77. Sed quid est dicit Augustinus, *quòd qui perfectè noscit, & perfectè amat iustitiam iustus est?* nunquid habitus practici sine actibus exterioribus haberi possunt sicut speculatiui? Quod sine actu exteriori haberi possit iustitia ib c. 9. a 61. q. 7 n. 20.

no-

noſcendo, & amando interius, non operando exterius, non dicit Auguſtinus, ſed dicit, quòd haberi poteſt etſi nulla exiſtat exterius operandi neceſſitas, quod verum eſt. Habens enim habitum virtutis moralis ex actibus exterioribus iam generatum, & acquiſitum, etſi deſit facultas, ſeu opportunitas operandi exterius, & exercendi ſe in actibus particularibus, non amittit ex hoc habitum ſuum. Si tamen perfecte noſcit, & amat habitum opportunitatem operandi quærit, quem etiam perfecte noſſe, aut amare non poteſt, niſi ipſum perfecte habeat, nec perfecte haberi ſine experientia ſingularium poteſt, niſi miraculoſe a Deo, de quo nobis ſermo non eſt ad præſens. Aliter enim hoc omnino eſt impoſſibile, & contra Philoſophum dicentem 2. Ethicorum. *Operantes in particularibus fiunt vi quoque iuſti, hi autem iniuſti. Sunt enim operationes domine quales fieri habitus, quoniam ex iuſta operari fit iuſtus, & temperata temperatus*, ex non operari autem hoc, nullus vtique erit bonus. Sed multi non operari ad rationem fugientes, æſtimant philoſophari, & ſic fore ſtudioſi, ſimile aliquid facientes laborantibus, qui medicos audiunt ſtudioſe, faciunt autem nihil eorum quæ præcepta ſunt. Quemadmodum enim illi non bene habebunt corpus curati, neque iſti animam ita philoſophantes. Reuera iſti non habebunt bene ſecundum animã, quia nullum ex ſic philoſophando acquirunt habitum moralis virtutis, quantumcunque ſciant definitiue, & diuiſiue, & argumentatiue ea quæ pertinent ad virtutes, & ad virtutum opera. Quare cum ſecundum Philoſophum 6. Ethicorum prudentia acquiri, aut haberi non poteſt niſi ſimul acquiratur, & habeantur morales virtutes, iſti ergo ſic philoſophantes in doctrina moralium ſtudendo, legendo, & diſputando, nec habitũ prudentiæ acquirunt, ſicut nec moralium virtutum. Si ergo ex tali ſtudio habitum aliquẽ ſibi alium acquirunt ſcientialem, aut ergo eſt ſpeculatiuus, aut practicus. Non practicus, quia præter habitum prudentiæ, non eſt habitus practicus, niſi ars. Tali autem ſtudio non acquiritur habitus artis, quia ſtudiũ iſtud eſt de agibilibus, & habitus artis non acquiritur niſi per ſtudium circa factibilia de quibus eſt ars. Acquirunt ergo ſibi ex tali ſtudio habitum pure ſpeculatiuũ. Non enim eſt dicere, quòd nullum omnino ſibi habitum acquirunt ſed tantum verba Empedoc. quia tales ſine experimento rationem habent, & vniuerſale cognoſcunt, & ideo per Philoſophum in princ. Metaphyſicæ. *ſapientores ſunt expertis*, vt iam dicetur, quod non eſſet verum, ſi tantum verba haberent.

c. 1. to. 5. l. 2. Eth. c. 10.

c. 13. & l. 10. c. 8.

l. 1. ca. 1. to. 1.

78. Nec eſt differentia inter hæc circa agibilia, & circa factibilia, quia in ambobus ſunt cognitio vniuerſalis, & particularis, & moralia Ariſt. deſcripta ſunt ſecundum rationem vniuerſalia, non particularis, propter quod artes docentes modos arguendi debent præcedere moralia Ariſt. licet moralia inquantum traduntur inartificialiter per admonitiones, debeant præcedere logicalia, dicente Simplicio in principio ſuper prædicamenta. *Si moralia Ariſt. eſſent ſolum inſtructiones monitoriæ, & ſine demonſtratione, eſſet ab his incipientes mores præſtituere. Si autem, & illa tradidit Ariſtot. cum diuiſionibus, & demonſtrationibus maxime ſcientificis, quo modo ſine demonſtratiuis artibus procedentes ad ipſa poterimus in aliquo proficere? Forte igitur opus eſt pro morali præſtitutione non ea quæ tradita eſt per moralia Ariſt. ſed per aſſuefactionem, & perſuaſiones inartificiales.*

79. Eſt igitur habitus aliquis ſpeculatiuus acquiſitus ex notitia moralium Ariſt. ſine experientia operis, de agibilibus tamen. Vt nõ ſit verum dicere, quòd ex hoc ſolo ſcientia practica eſt, quòd ſit de agibilibus, aut factibilibus, & ſpeculatiua quæ eſt nec de agibilibus, nec de factibilibus à nobis. Immo ex fine debent diſtingui ſpeculatiua, & practica ſcientia ſecundum Philoſophum, vt dicatur quælibet ſcientia ſpeculatiua inquantum ſtat in cognitione veri circa vniuerſales rationes, ſiue agendorum, ſiue faciendorum, ſiue aliorum, practica autem inquantum determinat in particulari rationes operum particularium, alias enim de quocunque ſit ſcientia, non eſt niſi ſpeculationis gratia. Et tali habitu acquiſito in moralibus habentes ipſum vere approbant, & reprobant multa in moribus, licet nullum habitum moralem habeant, & circa ſimiliter artificiata multa approbarent, & reprobarent vere, licet habitum practicum artificiatorum non haberent. Hinc dicit Auguſtinus de vera religione. *Rationalis vtique quia tanto eſt peritior, quanto alicuius artis, vel diſciplinæ, vel ſapientiæ particeps eſt, ipſius artis natura quærenda eſt. Neque nunc artem intelligi volo, quæ notatur experiendo, ſed quæ ratiocinanda indagatur. Itaque reperitur artem vulgarem nihil aliud eſſe, niſi rerum expertarum placitarumque memoriam, vſu quodam corporis, atque operationis adiuncto, quo ſi careas, iudicare de operibus poſſis, quod multo eſt excellentius quamuis operari artificioſa non poſſis*, vtiam infra videbitur. Illud tamen iudicium Auguſt. attribuit regulis æternis ibidẽ, & ſimiliter 14. de Trinitate cap. 15. dicens ſic. *Qui non operatur, & tamen videt quid operandum ſit, ipſe eſt qui ab illa luce auertitur à qua tamen tangitur. Multa reprehendunt, recteque laudant in moribus hominum, quemadmodum quiſque viuere debeat, etſi ipſi eodem modo non viuant, ibi vident, vtu in habitu ſua mentis, mẽtes enim eorum conſtat eſſe iniuſtas.*

2 Met. c. 3 to. 3. ar. 6. q. 2. n 9. a. 7. q. 6. n. 9. ar. 8. q. 1. a. 36. q. 4

c. 30. to. 1

to 1. ar. 1. q 3. n. 9.

80. Vnde

80. Vnde in artibus factiuis Simplicius distinguens theoriam ab operatione, dicit quòd theoria incipit a fine, & procedit vsque ad principium, à quo incipit operatio, sic inquiens. *Theoria quidem à fine incipiens ratione procedit ad principium, operatio autem à principio ad finem progreditur. Sicut in domo theoria quidem à fine incipiēs mox aspicit finem propter quem est domus, quia propter protectionem à ventis, & imbribus, & caumate, & incipiens à fine, & qualiter iste fiat considerans, inuenit quod protectionem fieri sine parietibus impossibile est, parietes autem sine fundamentis non est possibile collocari, sed neque hæc fundari, antequam terra fodiatur, & hic desinit. Vnde operatio inchoans primitus fodit terram, deinde fundamenta iacit, & desuper ædificat parietes, & vltimo tectum imponit.* Et non solum sic est in factibilibus, sed etiam in agibilibus, vnde subdit continuè. *Hoc igitur simile obserua, sicut enim domo indigemus prohibente corruptionem, quæ fit à ventis, & imbribus, & caumate, ita demonstratione indigemus prohibente corruptionem à falso in theoriam, & eam quæ mala operatione, quæ principaliter vocatur corruptio. Etenim sicut in speculatione opponitur vero falsum, ita & in practica opponitur bono malum, & indigemus organo segregante ipsa, vt non falsis pro veris, & malis pro bonis intendamos. Hæc autem est demōstratio. Ecce sicut in domo præcedit theoria operationem, sic & in actione bout.*

81. Sed quid est, si non solum non sit necessitas alicui operandi extra secundum iustitiam, sed etiā si nunquam fuerit operandi facultas? nunquid talis noscendo, & amando iustitiam posset esse iustus? puta qui nunquam habuit quod posset dare, nec se exercere in operibus misericordiæ, quæ est pars iustitiæ, nunquid operibus ex voluntate mentis posset esse pius, & largus? Dico quod nequaquam, quia habitus practici inquantum practici nullo modo haberi possunt nisi ex experientia circa particularia opera.

82. Ad cuius intellectum sciendum, quòd ad notitiam aliquam agibilium, aut factibiliū potest aliquis ad addiscendum se exhibere tripliciter. Vno modo dissentiendo, & discredendo omnino eis, quæ dicuntur, & tractantur circa illa. Alio modo assentiendo illis, quæ dicuntur, & credendo ea esse vera, sed nullo modo in particularibus experiendo veritatem cognitam in ratione vniuersali. Tertio modo quòd cum hoc, quòd dictis assentit, & credit ea esse vera, experitur in particularibus eorum veritatem.

83. In discente primo modo nullus omnino generatur habitus scientialis, sed verbalis tantum, qualem habent experti, & manu-
n. 86. artifices, de quo statim habebitur. Quia ad generationem habitus scientialis non solum in theologicis, sed etiam in omnibus scientijs oportet eum primo credere qui discit, vt dicit Philos. in Elenchis. Vnde talis solummodo lib. 1 c. 1. habet notitiam verborum, quibus potest dis- 10.2. putare, legere, & opponere, & respondere, ad modum habentium habitum scientiæ, & sunt ei omnia sicut verba Emped. nihil intelligendo eorum quæ dicuntur, sicut nec intelligit cæcus, quæ dicit, cum disputat de coloribus.

84. In discente autem secundo modo bene generatur habitus scientialis, qui est purè speculatiuus, de quo dictum est iam, & si fuerit n. 79. moralis, nullum habitum moralem, nec prudentiam habebit ex huiusmodi doctrina, sicut dictum est. Dico priusquam cognita sic dilexerit, vt ea experiri in opere voluerit, puta si ibid. cognouit iustitiam, & si eius diligat notitiam, non ex hoc iustus est, quia non eam diligit, sed notitiam eius, propter quod nec eam sic diligit, vt eam diligendo habeat, & iustus fiat, dicente Augustino sparsim 8. de Trinitate cap. 6. 10.3. *Vbi nouit quid sit iustus, qui non est iustus? Vbi nouimus quid sit iustus, cum iusti non sumus? In nobis nouimus. Cum enim dico, & sciens dico, quia iustus est animus qui scientia atque ratione in vita ac moribus sua cuique distribuit, non aliquam rem absentem cogito, sicut Carthaginem, aut fingo, sed præsens quiddam cerno, & cerno apud me, etsi non sum ipse quod cerno. Iustus autem cum dicit, id quod ipse est cernit, & dicit. Quod vnde esse potuerunt nisi inhærendo illi formæ quam intuentur? vt sint animi non tantum cernentes, aut dicentes iustum esse animum, qui scientia atque ratione in vita ac moribus sua cuique distribuit, sed etiam vt ipsi iuste viuant sua cuique distribuendo. Et vnde inhæretur illi formæ nisi amando? Cur igitur alium diligimus quem credimus iustum & non diligimus ipsam formam? aut nisi istam diligeremus, nullo modo eum diligeremus, quem ex ista diligimus? sed dum iusti non sumus minus eam diligimus quam vt iusti esse valeamus. Est autem dilectio* (vt dicit cap. 7. in principio) *vt inhærentes veritati iuste viuamus*, & hoc insistendo experientiæ particularium, quibus insistit quātum facultas se offert, qui iustitiam quam nouit perfectè diligit. Et sicut de iustitia, sic de temperantia, & fortitudine, & prudentia, & etiam de omnibus artibus prout ad scientiam practicam pertinent.

85. Et sic in discente tertio modo generetur habitus practicus, & hoc duobus modis. Vno modo quando cum experientia singularis simul addiscit vniuersale. Alio modo quādo habitus ille, qui primo absque experientia opera particularia pure speculatiuus est cognoscendo, quod rationis est, & vniuersale, experiēdo vniuersale in particularibus fit practicus, & hoc quemadmodum intellectus, qui in nuda consideratione terribilium ponendo

ea,

ea præ oculis sicut contingit positis in recordatiuis, est pure speculatiuus nihil dicendo de fugiendis extendendo se ad operis determinationem, & dicendo, quia fugendum est, fit
n.65. practicus, vt iam dictum est supra ex tertio de anima.

85. Ad cuius intellectum sciendum, quòd triplex est experientia particularium. Quarum prima est instrumentalis tantum. Secunda sensualis tantum. Tertia mixta, siue composita ex vtraque. Primo modo experientiā habent sine arte, & notitia vniuersali manuartifices circa instrumenta corporalia exercendo ea quæ sunt artis non ex arte, sed ex solo vsu, puta percutientes lyram, citharam, & cætera instrumenta musicalia, cum autem vniuersalem musicæ penitus ignorent, vel cantantes ad modum artis voce propria sine arte. Non enim est quo ad hoc differentia in organis separatis, & coniunctis, quia à solo opere practici dicuntur. Secundo modo experientiam habent etiam sine arte, sensu particulari vno, vel pluribus percipiendo opus particulare exercitum in instrumentis ab expertis primo modo. Dico autem vno sensu, vt audiētes cantus aliorum, & percipientes modulationes in singularibus ex vocum eleuatione, depressione, protractione, & modulatione. Dico autem duobus sensibus, vt videndo citharæ percussiones, & audiendo sonorum modulationes. Ex qua sensuali experientia nouit particulare, & potest operari cum vult, nisi defectum patiatur in instrumento, sed non statim tam expedite sicut exercitatus, experientia instrumentali, quia ex tali exercitio aptantur ipsa membra corporis nostri ad ipsum faciliter exequendum. Et ideo perfectior est experientia instrumentalis, quam sensualis tantum, quia illa includit istam, & non è conuerso. Et tam isti quam illi in operando magis proficiunt, & minus errant, quam habentes artem, & scientes vniuersale absque vtraque experientia, dicente Philosopho in prin-
c.1.to.3. cipio Metaphysicæ. *Ad actum experientia ab arte nihil differre videtur, sed expertos magis proficere videmus sine experientia rationem habentibus. Causa quidem est, quod experimentum singularium est cognitio, ars autem vniuersalium. Si ergo sine experimento aliquis rationem habeat, & vniuersale cognoscat in hac autem singulare ignorat, multoties peccabit. Sed tamen scire magis arte, quam experimento arbitramur, & artifices expertis sapientiores esse opinamur. Hoc autē est, quod hi causam sciunt, illi autem non. Experti quia sciūt, sed propter quid nesciunt, hi autem propter quid, & causam cognoscunt. Vnde architectores circa vnumquodque nobiliores, & magis manuartificibus scire demonstramus, quia factorum causas sciunt. Illi autem sicut inanimatorū quædam faciunt, & quæ faciunt, incognita faciunt, vt ignis comburit, sed inanimata natura faciunt vnumquodque, manu vero artifices per consuetudinem.*

87. Propter quod dixi supra, quòd poten- n.61.63.
tia practica magis circa particularia commu- a.36.q.5.
nicat cum potentia naturali, quam cum rationali, & quod est ad alterum contrariorum, cum potentia rationalis inquantum rationalis est contrariorum. Distinguit tamen Philosoph. in 9. Metaphysicæ secūdum hoc tria genera t.10.to.3
potentiarum, vbi dicit *Cum fuerint omnes potētiæ, quædam habent vnum genus, vt sensus, & quædam per additamentum, & quædam per doctrinam.* Comment. *Cum potentiæ sunt diuersi mo-* ib.vol.8.
di, quædam conueniunt in hoc quod existunt per naturam, verbi gratia, sensus & quædam assistunt per assuetudinem, & quædam per disciplinam, verbi gratia, vt plures artes. Et dixit hoc, quia artes operatiuæ quædam acquiruntur per assuetudinē, & quædam per rationem. Per assuetudinem intelligo quando est experientia sine ratione, in quibus in eodem necessario actus præcedit potentiam. Per rationem intelligo quando est cognitio vniuersalis siue experientia præcedente, in quibus non præcedit actus potentiam in eodem, licet necessario præcedit in
alto. Quia vt dicitur in principio Metaphy- cap.1.
sicæ, *hominibus scientia, & ars per experimentum accidit.* Et in hoc differt dicta potentia artis duplex à potentia naturali, dicente Philoso-
pho vbi supra. *Iam necesse est, vt quædam sint* 9 Met t.
quorum actio præcedit, & sunt omnia quæ sunt per 10. to. 8.
consuetudinem, & loqutionem. Quæ autem non
talia, sunt ista quæ sunt per passionem. Comment. ib. vol.8.
Necesse est vt potentias, & habitus præcedant actiones illarum potentiarum & habituum. Qui enim tangit citharam non acquirit habitum tangendi citharam donec tangat illam. Potentiæ aūt naturales præcedunt suas actiones in esse. Qui enim habet potentiam visibilem non est necessarium in hoc quod acquirat hanc potentiam, hoc scilicet quod ante videat.

88. Et est habitus, qui est in expertis non sciencibus vniuersale, non vere habitus, sed quædam consuetudinalis habilitas in intellectu, qualis etiam in membris corporeis assuetis ad actum, aut qualem ponimus in viribus sensitiuis ab habitib. moralibus impressum, qui sūt in voluntate. Sine experientia autem, & tali habitu consuetudinali nunquam habitus verus quo cognoscitur vniuersale practicus est, qui per experientiam duplicem iam dictam du- n.86.
pliciter habet fieri practicus secundum duos modos iam dictos.

89. Primo quando simul cum experientia singularis addiscitur vniuersale, secundum il-
lud quod dicitur in principio Metaphysicæ. c.1.to.3.
Fit autem ars cum multis experimento intellectis

vna

vna sit vniuersalis de similibus acceptio. Sed ista acceptio vniuersalis quando fit experientia instrumentali perfectius acquiritur habitus vniuersalis, & sub ratione qua est speculatiuus, & vniuersalis, & sub ratione illa qua ex experientia practicus est. Vnde de talis habitus acqui-
c.14.te.3 sitione dicit 9. Metaphysicæ. *Impossibile est, vt sit ædificator, qui non ædificat omnino, & vt sit citharista, qui non citharizat omnino. Qui enim addiscit citharizare, citharizat, & addiscit, & si-*
ib. vol. 8. *militer de alijs*. Et Comment. *Quia actus præcedit potentiam tempore, impossibile est, vt acquirat artem citharizandi, qui nunquam citharizauit, qui enim addiscit citharizare citharizat, & addiscit, & sic acquirit artem citharizandi, & sic etiam in alijs artificijs quæ addiscuntur per exercitium.*

90. Quando vero dicta acceptio vniuersalis fit experientia sensuali, tantum in artibus, quæ natæ sunt acquiri experientia instrumentali, tunc habitus vniuersalis sub ratione, qua practicus est, minus perfectè acquiritur, quam
n.15. vt dictum est, acquiritur experientia instrumentali. Aliquando autem ars ex sola experientia sensuali nata est acquiri, vt medicina, quæ tantò perfectius acquiritur, quanto plurium sensuum experientia acquiritur puta si quis discipulus in medicina ambulans cum perito medico practicante, qui simul docet eum vniuersale, & facit ipsum experiri circa ægrotos in particulari, ipse simul, & speculatiuam, & practicam artem medicinæ acquirit, quæ speculatiua est ex ratione vniuersalis, practica vero ex ratione determinationis ipsius vniuersalis in particulari cognito ex sensu. Et talis licet nunquam fuit operatus secundum artem medicinæ, nec in addiscendo intendebat vnquam operari potens est operari cum vult, & perfecte practicus est, licet nunquam fuerit operatus, quia nullam experientiam instrumentalem requirit propriam, in qua ars experitur. Et secundum hunc modum experientes experientia sensuali visus, & auditus opera iustitiæ, & largitatis, & aliarum virtutum moralium, atque prudentiæ circa opera aliarum cum bona voluntate operandi consimilia si eis adesset facultas acquirunt sibi habitus harum virtutum, non tam in merito apud Deũ, qui talem voluntatem pro facto reputat, quam in substantia habitus, non dico infusi, sed vere acquisiti.

91. Secundo autem modo habitus quo cognoscitur vniuersale, fit practicus quando primo cognito vniuersali speculatiue, ponit se sciens ad experiendum, & per hoc ad cognoscendum vniuersale in particulari, quod prius nouit secundum se. Et semper est idem habitus simpliciter speculatiuus, & practicus, sola ratione distinctus, & perfectione, sicut idẽ est vniuersale, quod secundum se consideratur, & quod consideratur existens in particulari, ita quod parum sit cognoscere vniuersale in particulari tantũ, plus autem cognoscere ipsũ in vniuersali tantũ, perfectũ autẽ cognoscere ipsum vtroque modo. Propter quod Philosophus, c.3.8
non statuit standum in speculatiua moralium, sed progrediendum esse ad operationem, cum dixit 2. Ethic. *Præsens negotium non contempla-* c.2.to.5.
tionis gratia, non vt sciamus quid est virtus, sed a 16.q.4.
vt boni efficiamur, quoniam præsens negotium n.15.
principaliter est gratia operis virtutum. Propter quod auditor huius scientiæ ab initio nõ n.90.
debet esse quoquo modo expers operationum assuefactione, siue arte, vt iam dictum est. Hinc dicit primo Ethic. *Politicę non proprie auditor* c.5.& l.
iuuenis. Inexpertus enim est eorum qui secundum 6.c.8.
vitam sunt actuum. Vnde & in cognoscendo ambo simul est distinguere, & quo consideratio nata est dici speculatiua, & quo est practica. Propter quod Philosophus in principio Metaphysicæ, ponendo architectonicos qui sciunt vniuersale, & particulare, esse sapientiores manuartificibus, qui sciunt particulare tantum, distinguendo ista duo in eodem dicit, quod non secundum quod est practicos esse sapientiores sunt, sed secundum quod rationem habent, & causas cognoscunt. Vnde qualia ista duo est considerare in habitu operatiuo. Quod tamen dicitur potentia operandi, iuxta
illud 9. Metaphysicæ. *Omnia artificia & scien-* c.3.te.3
tię sunt potentię, quia sunt principia transmutan- to.3.
tia in aliud secundum quod aliud, hoc conuenit igitur ab eo quod habet ex experientia in particulari, non autem ab eo quod habet ex ratione in vniuersali. Sæpius enim deficiunt habentes vniuersale, sine experientia, vbi proficiunt habentes experientiã sine ratione vniuersalis.

92. Est autem aduertendum, quod huiusmodi habitus non sunt potentiæ, eo quòd per eos potest aliquis operari simpliciter, sed quod potest sic per eos operari, scilicet sæpius, aut in pluribus absque omni errore. Ars enim est 6.Eth.c.
recta ratio factibilium, & prudentia est recta 4.5 to.5.
ratio operabilium. Vnde etsi id quod habet ex experientia in particulari posset habere homo circa cognitionem vniuersalis per infusionem, aut miraculum absque omni experientia præcedente, aut sequente notitiam vniuersalis, adhuc ratione illius ars esset practica, & potentia quædam, qua artifex potest in opus, & hoc non quia per eam simpliciter artifex potest in opus, sed quia potest determinare particularem modum operandi circa determinatam materiam, & quia non operat circa illa priusquam sic determinet, vt quod ægrotus talis sic debet curari, & non aliter, vel aliter nõ ita commodè, vt sic etiam habitus, vt practicus est, & intellectus, qui practicus est, vt ipso est informatus determinent actionem, & modum

dum agendi ipsi voluntati, dicendo sic esse agendum præcise.

93. Vnde quamnis scientia sit de operabilibus, si non sit nata determinare opus voluntati, sed à sola voluntate dependet operis determinatio, practica scientia non est, nec est alius finis eius inquantum huiusmodi, quam veritatis cognitio, qua præsentat voluntati operanda non autem determinat. Vnde si per impossibile ponatur in nobis scientia operandorum, qua sciamus omnia particularia, & operandi modos particulares, preter hoc ꝙ nata esset determinare opus, & modum operandi, à sola notitia particularium non posset practica dici, sicut nec scientia Dei de creaturis. Licet autem scientia nostra vniuersalis non potest dici practica, quia non est nata determinare practica, nisi vt potentia remota, magis tamen habet rationem practicæ, quia ipsa per experientiam nata est fieri practica, & determinare operanda. Scientia vero Dei, quantumcunque sit rerum secundum earum esse particulare, ne quaquam, quemadmodum scientia nostra vniuersalis est potentia quasi remota operandorū, quæ sicut non meretur vere dici potentia illa, quæ est propinqua, sic nec meretur dici practica, aliquantulum tamen accedit ad naturam ipsius, & est media inter perfecte speculatiuas, & perfecte practicas. Vnde super illud primi
c. 3. to. 1. 2. Meta. t. 3. to. 3. Ethic. *Practica autem finis non cognitio, sed actus*, dicit Commentat. *Hac enim ars non speculatiua est simpliciter, vt cognitione dictorum contenti sint auditores, sed & oportet cognitioni sermonum actus, & operationes apponere, & sic verius practica est, quam speculatiua*. Nec dicit finis scientiæ practicæ operari ab eo, quod habens illam intendit operari secundum eam, vel non, sed quia per ipsam determinantur operanda voluntati, determinat operandum voluntati, & quòd inquantum talis est, secundum eam non contingit operari contraria, sed vnicum tantum, ita etiam quòd secundum Philosophum non solum determinat voluntati quātum est in se quid, & quomodo est agendum dimittendo agere, vel non agere in libertate voluntatis, sed etiam determinat ipsam voluntatem, vt existente ista determinatione si non sit impediens necesse fit illam velle, & agere. Quoniam secundum ipsum in de motu ani-
n. 63. n 35. to. 2 malium, vt habitum est supra, *simile est de operabilibus, & intelligibilibus*. Et vt dicitur in tertio de anima, *quæ sine actione sunt verum, & falsum, in eodem genere sunt cum bono, & malo*, vt sicut intellectus duabus propositionibus propositis in speculatiuis necessariò componit conclusionem, aut diuidit, dicendo verum, vel falsum ibi sistendo, sic intellectus duabus propositionibus propositis in actiuis conclusio secundum intellectum est operandum, vel non operandum, & conclusio apud intellectum est operatio apud voluntatem.

94. Ad secundum, quod voluntas, & natura sunt essentialia in Deo, quare non sunt ratio nes eliciendi actus notionales. Dicendum secundum prædicta, quòd licet secundum se sūt essentialia, nec principia eliciendi actus notionales, tamen vt sunt sub proprietatibus personarum notionalibus, trahuntur ad notionalia, & sic bene possunt esse principia actionum notionalium. n. 16. n. 32.

95. Ad tertium, quòd in vna, & eadem natura non est nisi vnus modus producendi, & eliciendi actum. Dicendum, quòd verum est in natura creata, non autem in natura increata, vt prædictum est. Licet enim voluntas in creaturis, nec potest de materia ipsius producentis, nec de materia aliena producere simile in specie secundum formam substantialem, quia voluntas in vobis ordinata ad producendum aliquid nihil producit ex virtute formæ substantialis, in qua est illa voluntas, sed solum in virtute formæ idealis quæ est in mente. In Deo autem producit ex virtute formæ substantialis in qua est. Virtus enim naturæ deitatis, qua producitur filius elicitiue penes secundum modum naturæ, licet non communicatur in voluntate filij, & patris per generationem ad eliciendum actum spirationis, propter quod Spiritus Sanctus non est filius, aut genitus, communicatur tamen in voluntate vis deitatis, vt est natura primo modo, vt per eam voluntas sit fœcunda actiue ad producendum vt ratio elicitiua, licet modo voluntatis liberæ, qui proprius est ei actus spirationis, & per illum productionis Spiritus Sancti. Propter quod ipse Spiritus Sanctus est idem in natura primo modo dicta cum filio. Communicatur etiam ex supra determinatis, quòd incommunicabili necessitate actum spirandi eliciat voluntas libere, sic quòd non potest ipsum nō elicere, necessitate naturæ quarto modo dictę progred tur, & hoc in ordine ad amatum ex ipsa libertate. In ordine vero ad productum ex vi naturæ primo modo dictæ sibi annexæ. n. 17. n. 58. & seq. n. 33.

96. Primæ duæ rationes in oppositum concedendæ sunt, quia non concludunt de natura, & voluntate, quod non concurrunt simul, nisi inquantum ambo sumuntur, vt rationes elicitiuæ, vt patet inspicienti eas. n 18. 15

97. Ad illud, quod vlterius arguitur, quòd natura, & voluntas simul concurrunt, vt rationes eliciendi actum, quia voluntas est naturalis potentia, sicut & intellectus. Dicendum, quòd potentia habet comparari ad duo, & ad subiectum, & ad actum, atque obiectum. Et secundum primam comparationem voluntas est ita naturalis potentia naturæ intellectua- n. 20. a. 16. q. 5 n. 4 a. 54. q. 10 nu. 6 & seq.

lis, sicut & intellectus, sed de illa comparatio-
ne nihil ad præsens. Secundum vero secun-
dam comparationem, quæ respicit modum eli
ciendi actum cum impetu, vel sine, intellectus,
vt naturalis potentia operatur, & respectu il-
lius actus est pure naturalis, & operatur, vt na-
turalis. Voluntas autem nec respectu illius
actus, nec respectu alterius operatur, vt natu-
ralis potentia secundum modum secundum
naturæ prædictum, sed solum, vt libera.

n. 21. 98. Ad vltimum, quòd voluntas terminum
actionis, & motus sui supponit, nihil autem
terminũ suũ producit. Dicendũ, ꝙ terminus a-
ctionis voluntatis, siue motus volũtatis duplex
a. 19. q. 1. n. 13. est sm̃ ꝙ duplex est finis actionis. Vnus intra,
quẽ consequitur agens sua actione ipsũ produ-
cendo, quemadmodum artifex carpentatione
consequitur formam domus, qui proprie est
finis operis, ad quem ipsum opus carpentatio-
nis per se ordinatur. Alter vero est finis ex-
tra, quem consequitur agens sua operatione
ipsum attingendo secundum quòd inhabitatio
est finis carpentationis, qui tamen propriè est
finis operantis, quia ipsum principaliter inte-
dit. Et sicut hoc contingit in creaturis circa
aliam materiam, sic hoc contingit in diuinis
circa propriam naturam deitatis. Finis enim
& terminus intra in actione voluntatis diuinę
notionali est ipse amor procedens, qui est Spi-
ritus Sanctus. Voluntas enim patris, & filij
conuersa secundum prædictum modum, qua
n. 37. se separat se a seipsa, vt est informata simplici
amore, siue amatione, & ponit se ex opposito
illi, & ideo agit producendo de amore simpli-
ci actu suo flagrationis, quæ est spiratio actiua,
amorem incentiuum de amore simplici quasi
de amore minus feruente per exsufflationem
agendo amorem magis feruentem, quemad-
modum in generatione de notitia simplici,
quasi minus clara agitur notitia declaratiua
quasi magis, & tamen non est nisi vna, & ea-
dem notitia, quia in amore incentiuo est a-
mor simplex, & in notitia declaratiua est no-
titia simplex quasi minus intensum in magis
intenso, licet non sunt ibi plura secundum ve-
a. 61. q. 6 ritatem. Vnde est eadem notitia secundum
rem, quæ est in procedente, & quæ est in illo
à quo procedit, sed in illo à quo procedit per
modum simplicis tantum, in ipso procedente
per modum declaratiuæ. Et quia per conuer-
sionem intellectus in quo generatur notitia
declaratiua se habet, vt oppositus, & separatus
à se, vt est informatus notitia simplici a quo
procedit actio generationis, quæ quidem se-
paratio, & oppositio non importat nisi distin-
ctionem relationis, & modum habendi huius,
vt est actiuũ in illud, vt in proprium passiuum,
ideo necessario est vera distinctio secundum
rationem relationis qua hæc ab illa. Et con-
similiter intelligendum suo modo de amore
duplici iuxta superius declarata. n. 50.

99. Et quia voluntas diuina patris, & filij
per spirationem, quæ est flagratio quædam af-
fectus æstuantis, non producit amorem in-
centiuum, qui est Spiritus Sanctus quasi flatu
æstus illius amplius inflammando amorem es-
sentialem propter se, vt in illo amore incen-
tiuo stetur, sed per illum fertur in amatum
prius amore simplici quasi ardentius se in il-
lud immergendo, & maiore flamma amoris,
secundum quod dictum suo modo simile de n. 39.
notitia simplici, & declaratiua in idem cogno-
scendo. Quod quidem quia est amatum pri-
mo essentialiter, & quasi incomplete, quia
primo cognitum est notitia essentiali quasi in-
complete, voluntas essentialis excitat intelle-
ctum ad conuersionem, & per hoc ad amplio-
rem cognitionem percipiendam de amatore,
qua percipit notitia declaratiua in ipso gene-
rato. Vt secundum hoc etiam in diuinis se-
cundum rationem nostram intelligendi par-
tum mentis scilicet personalem præcedit ap-
petitus essentialis. Cum autem illud primo
amatum essentialiter cognitum est à notitia
declaratiua, statim voluntas in id quod iam
quasi cognitum est amore personali incentiuo
fertur in illud, & respondet amor notitiæ, & a. 61. q. 7.
in illo per talem amorem, vt in finem extra,
volens per huiusmodi amorem, vt ipsius fla-
grationis, & spirationis per se terminus sit a-
mor flagrans, ipsius vero spirantis propriè
sit finis quies in illo, tanquam in illo, in
quo est terminus intentionis agentis, &
propter quem expressit amoris flagrantiam in
illud, vt ille illi intimissime, & ardentissime
vniretur. Et ideo spirans voluntas non stat
in spirato, sed spiratum dirigit in amatum.
Secundum quem modum (prout dicit Da- a. 54. q. 6
masc.) donum Spiritus Sancti spiratur à patre,
& quiescit in filio, vt in amato ipso Spiritu
Sancto, & è cõuerso secundum latinos Spiritus
Sanctus a filio spiratur, & quiescit in patre vt
in amato similiter.

100. Breuiter ergo ad argumentum dicen
dum, quòd licet non producit voluntas termi-
num actionis, sed supponit, qui est vt finis ex-
tra, bene tamen in diuinis producit terminũ,
qui est vt finis intra, ordinatus in finem
extra, & hoc per similitudinem in
creaturis secundum verba
Ricardi superius posita,
& exposi- n. 42. 45.
ta.

✠

Con

Concluſiones ex Quæſtione Prima, Articuli Sexageſimi.

1. *Natura, vt eſt intellectus non concurrit cum voluntate in ſpiratione actiua ſicut ratio eliciendi, ſicut nec è conuerſo voluntas, cum natura in generatione.* n. 24.
2. *Ambo in vtraque concurrunt, vt rationes annexæ in aſſiſtendo, & non in coagendo, & ſicut ratio ſine qua non elicit eliciens. ibid.*
3. *In productione generationis nullo modo voluntas eſt ratio eliciendi illam.* n. 26.
4. *Ex parte intellectus, vt eſt natura non eſt aliqua ratio elicitiua ſpirationis.* num. 27.
5. *Intellectus, vt intellectus non concurrit, vt ratio eliciens ſpirationem cum voluntate.* n. 28.
6. *Natura, vt natura eſt, ideſt diuina eſſentia concurrit ad actum ſpirationis cum voluntate, non autem elicitiuè ſed ſubiectiuè tantum.* n. 32.
7. *Natura, vt eſt vis productiua ſimili ex ſimili eſt ſolummodo principium eliciendi actus generationis filij, & nullo modo communis ſpirationis cum voluntate.* n. 33.
8. *Natura, vt eſt qualibet vis naturaliter exiſtens in diuina eſſentia, etiam libera, concurrit ad actum ſpirationis.* n. 34.
9. *Natura, vt eſt incommutabilis neceſſitas ad aliquem actum concurrit ad actum ſpirationis cum voluntate.* n 35.
10. *Voluntas, vt voluntas eſt ratio elicitiua actus, natura vt eſt incommutabilis neceſſitas non eſt niſi conditio, & modus.* n. 39.
11. *Generatio, & ſpiratio ambæ poſſunt dici modo naturæ, ſed generatio ſecundum principaliorem modum naturæ.* n 40.
12. *Proceſſio filij, & Spiritus Sancti differunt in quinque.* n. 46.

QVAESTIO SECVNDA.

Vtrum ſpiratio actiua realiter diſtincta ſit, & diuerſa à generatione.

Circa ſecundum arguitur, quòd generatio, & ſpiratio non ſunt proceſſiones diſtinctæ, aut diuerſæ inter ſe realiter.

1. Primò ſic. Realis diſtinctio non eſt niſi per ea, quæ realiter ſunt alia, & alia, ſicut non eſt diſtinctio ſecundum rationem niſi eorum, quæ ſecundum rationem ſunt alia, & alia, ſed per alia, & alia ſecundum rem abſolutam nullo modo poſſunt diſtingui, quia ſic alia, & alia non ſunt in diuinis, quia idipſum ſunt omnia ſecundum rem abſolutam, vt habitum eſt ſupra, nec ſecundum rem relatiuam ſiue notionalem, quia relatio non diſtinguit niſi ſecundum oppoſitionem relatiuam originis, ſcilicet eius quod eſt ab, ad illum à quo eſt. Vnde & dicunt aliqui ſecundum quòd habitum eſt ſupra, quòd ſi Spiritus Sanctus non procede- a. 53 q. 9. n. 5 a. 54. q. 3. n. 17 a. 58. q. 3 n 4. a. 54. q. 6. n. 22.

ret à filio, non distingueretur omnino à filio, generatio autem, & spiratio nullam habent relatiuam oppositionem inter se secundum hunc modum, quia neque à generatione habet esse spiratio, nec è conuerso, eo quòd actionis non est actio, sicut neque motus est motus, neque sicut terminus, neque sicut subiectum
te. 10. & seq. 10. 3. secundum Philosophum 5 Physicorum, ergo &c.

2. Secundò sic, vbi non differunt principia propria proxima, & per se agētia nisi secūdū rationē, neq; principiata, q̄a principia sunt vnigenea principiatis. Principia proxima propria, & per se generationis, & spirationis sunt voluntas, & natura, quæ in Deo non differunt nisi secundum rationem, ergo &c.

3. Sed forte dicetur secundum superius de-
q. 8. terminata, quod propter rationes respectiuum quod important diuersimode ad eliciendum actus, qui notionales sunt, & reales re relationis, in diuinis, & voluntas atque natura differunt atque distinguuntur re.

a. de an. t. 33. 10. 2. a. 31. q. 5. n. 3. a. 37. q. 2. n. 3. 4 Contra est, q̄ secundum Philosophum, *potentiæ distinguuntur per actus*, quare nec è conuerso, quia aliter idem distingueretur à seipso, quare cum processiones actus sunt, voluntas autem, & natura sunt potentiæ, nullo modo processiones, quę sunt generatio, & spiratio distinguuntur distinctione voluntatis, & naturæ,

5. Contra, emanationes indifferentes, & indistinctæ non sunt ad terminos differentes, & distinctos, quare cum generatio, & spiratio sunt ad terminos distinctos, qui sunt filius, & Spiritus Sanctus, ipsa necessario inter se sunt distincta.

6. Dicendum ad hoc, quòd generatio, & spiratio sunt processiones distinctæ inter se realiter non re absoluta, sed re relationis, & hoc non nisi penes rationem originis, qua hoc est ab hoc, & vnum eorum ab alio suam trahit originem, vt sit quodammodo hoc ab hoc, Sed hoc contingit dupliciter.

7. Vno modo propriè hoc habet esse ab hoc quia scilicet vnum est principium, & aliud principiatum, & hoc positiue. Alio modo communiter, quia scilicet hoc non habet esse sine illo præuio, vel quasi, & sic ab illo, vt à principio sine quo non est, & quo non posito alterum non habet esse. Primo modo est distinctio re relationis inter relationes reales relatiue oppositas, quæ sunt extrema vnius re-
inf. n. 11. lationis, quæ est interuallum illarum, vt est similitudo, quæ est Sortis fundata super albedinem Sortis ad illam similitudinem, quæ est Platonis fundata super albedinem Platonis, & talis distinctio est inter relationes, quæ sunt patris ad filium, & quæ sunt communiter patris, & filij ad Spiritum Sanctum. Cuncta enim quę sunt propria filio, quodammodo habent esse ab illis, quæ sunt propria patris, & eadem ratione cuncta quę sunt propria Spiritui Sancto ab illis, quæ sunt cōiter propria patri, & filio secundū q̄ hoc patet ex supra de- a. 59. q. 7.
terminatis. Et sic distinguuntur generatio actiua, & passiua, & similiter spiratio actiua, & passiua inter se, & similiter illa quæ cum illis habent identitatem realem, re dico relationis. Differunt autem inter se sola ratione, de quibus sermo habitus est supra. In omnibus a 59. q. 2. n. 18.
enim talibus est distinctio relationum, quia hæc ab illa, sed hoc non nisi in suis suppositis. Quia enim à toto patre in quo est paternitas est totus filius, & filiatio, quæ est in filio quoquo modo est à paternitate, quæ est in patre, & similiter quia à toto patre, & filio, in quibus est vna spiratio actiua, est totus Spiritus Sanctus, in quo est spiratio passiua, & spiratio passiua, quæ est in Spiritu Sancto quoque modo est à spiratione actiua quæ est in patre, Vnde non restat dubitatio nisi de spiratione, & generatione simpliciter.

8 Dico ergo, quòd inter generationem, & spirationem simpliciter acceptas sm̄ modū iam exponendum, duplex differentia debet as- q. 3. n. 18
signari, vna quasi materialis, & alia quasi formalis. Quasi materialis, qualis est illa, quæ iam assignata est in fine dissolutionis ad corpus quæstionis præcedentis, quia (vt ibi ex- n. 46.
positum est) illa accipitur secundum rationem & modum eliciendi dictas emanationes ex suis principijs quasi materialibus ex quibus eliciuntur, de qua distinctione adhuc erit sermo in quæstione præsente. Formalis vero di- a 54. q. 6 n. 21.
stinctio, quæ debet assignari inter dictas duas emanationes, est penes rationes relatiuas originandi vnam illarum ab alia.

9. De quibus dico, quod distinguuntur rea- a. 19. q. 7 n. 12.
liter etiam re relatiua illo primo modo, quia generatio actiua, & spiratio actiua simul habent esse in patre, & generatio passiua, & spiratio actiua simul habent esse in filio. Illorum autem quæ sunt in diuinis, nunquam vnum habet esse ab alio illo primo modo. Spiratio passiua, quæ habet esse in Spiritu Sancto, nō habet esse illo primo modo à generatione actiua, aut passiua, sed potius à spiratione actiua.

10. Secundo autem modo prædicto distinguendi relatiua, & reali distinctione, secundū q̄ .i. hoc habet esse ab hoc, quia hoc est præuiū ad illud, distinguitur generatio simpliciter à spiratione simpliciter, quia spiratio simpliciter originem trahit à generatione simpliciter, in hoc scilicet quòd generatio, tam actiua in a 54. q. 5 n. 12.
patre, quam passiua in filio præuia est, vel quasi ib. q. 6 n.
ad spirationem, & actiuam, & passiuam. Quē- a 6. 33. &
admodum enim actus intellectus simpliciter seq.
præuius est ad actum voluntatis simpliciter, vt fine

fine quo voluntas non poſſet in ſuum actum, ſic actus intellectus quo ſic intelligis declaratiuè, præuius eſt ad actum voluntatis relatiuè, vt ſine quo non poſſet voluntas in actum talem, ſecundum quòd hæc omnia patent ex ſuperius declaratis. Secundum hoc enim etſi Spiritus Sanctus procederet à ſolo patre, ſicut & generatur filius, illo ſecundo modo, ſecundum rationem originandi hoc ab hoc, generatio actiua diſtingueretur à ſpiratione actiua, & ſimiliter filius à Spiritu Sancto, non ſolum autem ſecundum modum diſtinctionis relationum diſparatarum.

Ibid.

ibid.

n.1. 11. Ad primum in oppoſitum, cum dicit, quòd non eſt diſtinctio realis in diuinis, niſi relationis originis eius qui eſt ab alio, ad illum à quo eſt, qualiter non ſe habent inter ſe generatio, & ſpiratio, dicunt aliqui, quòd triplex eſt diſtinctio relationum. Vna ſcilicet ſecundum relatiuam oppoſitionem, qualis eſt inter relationes, quibus illa in quibus ſunt, relatiuè dicuntur inter ſe, vt ſunt paternitas, & filiatio, quæ ſunt relationes ſimpliciter, quibus ſubiecta dicuntur inuicem ad ſe, quando relationes illæ comparantur ad diuerſa ſubiecta in creaturis. Eſt enim pater, filij pater, & è conuerſo, & ſi pater eſt, filius eſt, & è conuerſo. Sunt autem relationes relatiuè oppoſitæ quibus ſubiecta à ſe mutuo remouentur, ſecundù quòd comparantur ad idem ſubiectum. Si enim iſte eſt pater illius, ergo non eſt filius eiuſdem. Alia vero eſt diſtinctio relationum ſecundum oppoſitionem contrarietatis, qualis eſt inter relationes quibus ſubiecta in quibus ſunt dicuntur inter ſe relatiuè illis relationibus, ſed potius inter ſe contrariantur, vt ſunt relationes fundatæ ſuper fundamenta, quæ ſunt contraria abſoluta, qualiter opponitur ſimilitudo fundata ſuper duas albedines in diuerſis, & ſimilitudo fundata ſuper duas albedines in alijs. Et eſt ſemper illa oppoſitio inter duas relationes, quarum vtraque continet duas relationes relatiuè oppoſitas inter ſe, & ipſa ù vtraque eſt quaſi interuallum inter relationes relatiuè oppoſitas. Prima autem oppoſitio nō eſt niſi inter duas relationes, quæ ſunt extrema vnius quaſi interualli. Tertia vero eſt diſtinctio relationum ſecundum oppoſitionem diſparationis, qualis eſt inter relationes, quæ fundantur ſuper fundamenta abſoluta diſparata, qualiter diuerſæ relationes ſunt, & diſparatæ æqualitas fundata in quantitate, & ſimilitudo fundata in qualitate. Et eſt ſuper iſta oppoſitio ſicut præcedens inter duas relationes, quæ ſunt quaſi interualla duarum extremitatum, quæ ſunt relationes relatiuæ oppoſitæ. Vnde dicunt, quòd differunt relationes iſtæ ſeipſis formaliter, ſicut & ſua fundamenta. Et etiam generatio, & ſpiratio ſecundum quòd ſunt interualla, & communiter continent rationem actionis, & paſſionis, illo tertio modo differūt. Quod nullo modo poteſt ſtare in diuinis, quia talis oppoſitio non cauſatur, niſi ex diſparitate fundamentorum, qualis nō eſt in Deo, in quo fundamentum omnium relationum eſt ſimplex eſſentia deitatis, in qua relationes fundatæ ſemper ſunt diuerſæ ſecundum rationem tantum, niſi inter ipſas, ſit aliquo modo ratio originis, qua hoc quoquo modo habet eſſe ab hoe.

n.7.

12. Dico ergo ſecundum iam dicta, quòd licet generatio, & ſpiratio nullam habeant relatiuam oppoſitionem, ſecundum rationem originandi hoc ab ho. primo modo prædictorum, vt procedit obiectio, bene habent inter ſe relatiuam oppoſitionem, ſecundum rationem originandi hoc ab hoc ſecundo modo, vt patet ex iam dictis, & iam an pl us patebit ex dicendis in ſequenti quæſtione. Et ſecundum relationes, quę ſie diſſ. runt, on dicuntur aliqua relatiue inter ſe, & quo a hoc ales relationes quoquo modo ſunt ſeparatæ. Et eſſet etiam talis differentia inter generationem, & ſpirationem etiam ſi Spiritus ſanctus procederet à ſolo patre ſicut, & filius, quia generatio filij adhuc eſſet neceſſario, quaſi præuia ad ſpirationem Spiritus Sancti ea ratione, quæ iam dicta eſt ſupra. Et ſecundum hoc ſi Spiritus Sanctus non procederet à filio, eſſet tamen ratio originandi Spiritum Sanctum à filio ſecundo modo prædicto, & ordo quidam naturalis filij ad ſpiritum Sanctum, vt tangetur in ſequenti quæſtione, & eſſet diſtinctio Spiritus Sancti à filio ſecundum relatiuam oppoſitionem ex ratione originandi ſecundo modo, licet ſecundū illas relationes neuter ad alterum diceretur, ſi eſſent ſecundum hoc relationes diſparatæ tantum, & hoc modo vnus motus in creaturis bene poteſt eſſe ab altero, licet non primo modo. n.10.

13. Ad ſecundum cum dicitur, quòd proxima principia generationis, & ſpirationis, quę ſunt natura, & voluntas non differunt in Deo, niſi ſecundum rationem, ergo nec iſta, dicendum eſt reſpondendo, vt ſupra. n.2.

n.1.

14. Et quod arguitur in contrarium, quod potentiæ diſtinguuntur per actus, ergo non è conuerſo. Dicendum, quòd potentiæ quandoque ordinantur ad actus differentes, ſecundum numerum tantum, quandoque vero ad actus differentes ſpecie, aut genere. Actus ſecundum numerum tantum differunt, vt videre hoc album, vel illud, videre album, & videre nigrum. Actus vero differentes ſpecie ſunt videre, audire, & huiuſmodi. Actus vero differentes genere ſunt audire, intelligere, ſentire, velle. De primis actibus eſt verum ſolummodo, quod potentiæ diſtinguuntur idest determinatæ n.4.

terminantur per actus. Eadem enim potentia numero pota visiua, non determinatur, nisi diuersis visionibus, quibus non propriè distinguitur. De secundis autem nequaquam. Per ea enim potentiæ distinguuntur per quæ determinantur actus. Actus autem solo numero differentes non determinantur, nisi ipsis actibus, quia ad omnes tales actus vna, & eadem potentia naturalis per indifferentiam se habet. Actus autem differentes specie, & genere non determinantur, neque distinguuntur ex actibus, sed potius in seipsis habent suam distinctionem, & differentiam in suis fundamentis à generante, & producente illas in esse, ita quod potentiæ quarum actus sunt separati, habentur perfectè à producente substantias separatas in quibus sunt, exigente hoc natura earum. Potentiæ vero quarum actus sūt in materia, & organo corporali, licet in radice fundamenti habeant distinctionem à producente naturam fundamenti, & sic determinationem ad actus, vlteriorem tamen determinationem recipiunt per organa corporalia, in qua determinatione habent potentiæ organicæ perfectionem suam, ita quòd anima licet separetur cum omnibus potentijs suis, perfectè secum defert non organicas, licet per illas non possit operari opera, puta intelligendi, modo quo intelligit in corpore, quia quoad talem modum agendi dependent ab organo, & hoc propter obiectum, quod accipitur ab illo, quod est, vt patet de actu nostro intelligendi, & per consequens de actu nostro volendi. Potentias vero organicas secum defert sub ratione imperfecta, quia sub imperfecta determinatione, & ita vt in radice tantum. Et in Deo natura, & voluntas potius sunt distinctiua actuum emanationum inter se differentiā quasi speciе, aut genere, vt sunt generatio, & spiratio, quam è conuerso, quod bene ex differentijs emanationum supra assignatis patet, q.1.
vt in sequente quæstione amplius declarabitur.

Conclusio ex Quæstione Secunda, Articuli Sexagesimi.

1. *Generatio, & spiratio sunt processiones distinctæ inter se realiter non re absoluta, sed re relationis.* n. 6. 9.

QVAESTIO TERTIA.

Vtrum sit aliquis ordo inter generationem, & spirationem.

Circa tertium arguitur, quòd in diuinis non sit aliquis ordo naturæ, siue naturalis, inter generationem, & spirationem.

1. Primò sic, secundum Augustinum lib. 3. contra Maximinum, *ordo naturæ in diuinis est non quod alter est prius altero, sed quod alter est ex altero*. Spiratio autem non est ex generatione, nec è conuerso, quia quòd alter sit ex altero hoc solum personis competit, ergo &c.

c.14.10.6 a.11.q.1 n.7.

2. Secundò sic. Non est ordo in principiatis nisi ex ordine in principijs. In hoc enim vnigenea sunt principia principiatis, sed in diuinis inter naturam, & voluntatem, quæ sunt principia emanationum, generationis, scilicet, & spirationis, non est ordo naturæ, sed rationis tantum, quia sunt attributa essentialia æque primo secundum rem fundata in diuina essentia, ergo &c.

3. Tertiò sic, ordo est comparatio illorum, quæ inter se habēt respectus diuersos eum respectu ad aliquod principium determinatum, neutrum autem inuenitur in comparatione generationis ad spirationem, quia non habent inter se respectus diuersos, eo quòd non sunt relatiua inter se, vt habent respectum ad vnū principium determinatum in ordine ad quod comparentur inter se, quia etsi generatio respicit

a.52.q.1 n.5. q.2.n.10.

picit vnum principium, non tamen ſpiratio,
ſed reſpicit duo, ſcilicet patrem,& filium,ergo
&c.

4. Quartò ſic. Ordo naturæ importat na-
turalem diſtinctionem, generatio, & ſpiratio
non diſtinguuntur naturaliter in diuinis, quia
ambo ſunt in eadem natura, & talia inter ſe
non diſtinguuntur, vt ſunt in eodem, quia ſunt
idem re, ergo &c.

5. Quintò ſic. Filio accidit generari in-
quantum ſpirat, quia non genitus generare
poſſet, exemplum in Adam, & ſimiliter patri
accidit generare inquantum ſpirat, quia vo-
luntate artifex producit artificium, abſque
primo generante. Si ergo ordo eſt inter ge-
nerationem, & ſpirationem, ille eſt per ac-
cidens.

6. Contra, inter mediatum, & immediatũ,
ſecundum naturam neceſſario eſt ordo natu-
ræ, quia non ſunt medium, & extremum ſine
ordine, ſed generatio eſt proceſſio à patre im-
mediata, ſpiratio autem non eſt proceſſio niſi
mediante generatione, quia ad actum volun-
tatis cuiuſmodi eſt ſpiratio, neceſſario præ-
q.2.n.10 uius, vel quaſi præuius eſt actus intellectus,
cuiuſmodi eſt generatio in diuinis, ergo &c.

7. Secundò ſic, illa quæ de ſe, & per ſe, &
de ſua ratione ſunt principia originis natura-
lis in alijs, ſunt naturaliter ordinata inter ſe,
n.1. quia non eſt ordo in principiatis niſi ab ordi-
ne in principijs, talia ſunt generatio, & ſpira-
n.2. tio, quia generatione, & ſpiratione ordinãtur
diuinę perſonæ inter ſe, vt principijs quibus
originantur, ergo &c.

8. Tertiò ſic. Sicut ſe habet generatio ad
generatum, ſic ſe habet ſpiratio ad ſpiratum,
ergo permutatim, ſicut ſe habet generatum
ad ſpiratum, ita ſe habet generatio ad ſpi-
rationem, ſed generatum ſic ſe habet ad ſpi-
ratum, quòd inter illos eſt ordo naturæ, ergo
&c.

9. Ante quęſtionis huius determinationem
tria ſunt aduertenda. Primum, vnde oria-
tur. Secundum, quomodo intelligatur. Ter-
tium, qualis difficultas in ea contineatur.

10. Circa primum iſtorum ſciendum eſt,
quòd in præcedentibus duabus quæſtionibus
inueſtigantes diſtinctionem inter generatio-
nem, & ſpirationem coniecimus, quòd diſtin-
ctionem habent diſparationis, quia à diſpara-
tis principijs oriuntur, & eliciuntur, cuiuſ-
modi ſunt natura, & voluntas. Diſtinctionem
enim omnem realem in diuinis ſecundum re-
a.54.q.6 latiuam oppoſitionem oportet reduci ad diſtin
n.26. ctionem realem diſparatam. Oppoſitionem
enim relatiuam inter generare, & generari, ſi-
militer inter ſpirare, & ſpirari, oportet redu-
cere, ad oppoſitionem diſparationis inter ge-
nerare, & ſpirare, & hanc oportet reducere ad
diſtinctionem rationis inter intellectum, &
voluntatem, & ſic per ordinem omnem diſtin a.52.q.1
ctionem maiorem oportet reducere ad mino- n.6.a.54.
rem, quouſque tota reducatur, ſicut & omnis q.4.n.9.
pluralitas in diuinis ad vnitatem ſimpliciſſi- q.5.n.5.
mam re, & ratione ſimul, cuiuſmodi eſt eſſe a.17.q 1
primum diuinorum, ſimpliciſſimum ſcilicet n.1 o.ar.
eſſe, ad quod omnia alia ſe habent quaſi per 36.q.1.n
quandam attributionem, & additionem, ſe- 6.a 52.q.
cundum quòd ſuperius diffuſius expoſitum 1.n.10.
eſt. a.54.q.6.
n.35.

11. Natura autem, & voluntas à quibus ge
neratio, & ſpiratio principiantur in diuinis,
non per vniformitatem, mutuo ſe habent ad-
inuicem, vt videlicet æqualiter ab alterutrũ in
ſuo actu inuicem mutuo quaſi dependeant, vel
non dependeant, quemadmodum contingit in
ſimul trahentibus nauem, quòd ſcilicet mutuo
æqualiter ab inuicem dependent in ſuis acti-
bus, & ſicut contingit in viſu, & auditu, quo-
rum neutrum ab altero in ſuo actu eliciendo
dependet. Sicut enim viſus non requirit om-
nino ad actum ſuum ſiue ſimul ſiue præuium
actum auditus, ſic nec è conuerſo. Sed natu-
ra, & voluntas in Deo difformiter ſe habent
adinuicem, quia voluntas in ſuo actu exercen-
cendo quaſi dependet ab intellectu, & eius q.2.n.10
actu, & non è conuerſo. Voluntas enim vt
eliciat actum volendi neceſſario requirit qua-
ſi præuium actum intellectus, quemadmodum
actus intellectus in omnibus requirit præuium
actum phantaſiæ, quia non intelligimus niſi
ex phantaſmatibus exiſtentibus in actu. Igi-
tur voluntas neceſſario requirit quaſi præuium
actum intellectus, ſed non è conuerſo intelle-
ctus quo ad ſuum actum eliciendum requirit
actum voluntatis præuium. Nunc autem ita
eſt, quòd vbi duo ſe habent ſic, quod vnum ne
ceſſario præuium vel quaſi præuium eſt ad al-
terum, inquantum huiuſmodi neceſſario eſt
ordo aliquis inter illa, prout procedit prima ra
tio ad ſecundam partem quæſtionis inducta. n.6.
Quare cum generatio in diuinis ſit actus intel-
lectus, & ſpiratio ſit actus voluntatis ſecundũ
ſuperius declarata, generatio ergo in diuinis q.1.
præuia eſt ad ſpirationem, quare neceſſario in-
ter generationem, & ſpirationem eſt aliquis
ordo.

12. Propter quod reſtabat videre, quis, &
qualis ordo eſſet inter generationem, & ſpira-
tionem. Et quia doctores non ſignabant in a.19.q 7.
diuinis præter ordinem rationis in attributis n.19.
alium ordinem, niſi ordinem naturæ, & hoc
ſolummodo inter diuinas perſonas, ſecundum
quòd in primo argumento propoſitum eſt ſe- n.1.
cundum Auguſtinum, idcirco, reſtabat dubi-
tatio. Vtrum inter generationem, & ſpira-
tionem, quæ non ſunt perſonæ, ſed emanatio-
nes quibus emanant perſonæ, eſſet ordo na-
turæ.

turæ.

13. Circa secundum prædictorum est aduertendum, quòd ordo naturæ triplciter acquiritur, primò materialiter, secundò eliciti-
a. 39. q. 7 n. 29. a. 52. q. 2 n. 12. uè, tertiò subiectiuè. In diuinis autem non potest esse ordo naturæ materialiter, quia in illis quæ materialiter ordinantur ordine naturæ, ipsa natura eorum in illis ordinatur, & habet esse in illis per ordinem quendam, quemadmodum est ordo naturæ inter duas species sub eodem genere, quia in diuisione generis per differentias nobilius est alterum extremum cõtrarietatis, & nobiliori differentia constituitur nobilior species, quia vt per rationale, quam per irrationale in diuisione animalis, per animatum in diuisione corporis. Et est iste ordo secundum differentias ordinis, quæ sunt superius, & inferius, in gradu dignitatis, & perfectionis naturæ, quales gradus in diuinis inueniri non possunt, in quibus non est nisi vnica natura.

14. Similiter in diuinis non potest proprie esse ordo naturæ elicitiuæ, quia in illis, quę elicitiue ordinantur ordine naturæ ipsa natura eorum in ipsis existens illa ordinat, quemadmodum ordo naturæ est inter florem, & fructum, quia natura naturaliter ex flore fructum producit. Dico autem, quod in diuinis propriè non potest esse ordo iste, & hoc quo ad tres personas. Licet enim natura sit elicitiuè principium ordinis inter patrem, & filium, quia pater simpliciter producit filium modo
q. 2 n. 40 naturæ, & secundum principaliorem modum naturæ, non tamen proprie est principium elicitiue principaliter ordinis inter patrem, & filium ex vna parte, & Spiritum Sanctum ex alia, quia pater, & filius producunt Spiritum Sanctum modo voluntatis, & etiam modo naturæ quoquo modo, non tamen principaliter, neque secundum principaliorem modum na-
ibid. n. 53 turæ, secundum quod superius declarauimus. Quia tamen Spiritus Sanctus aliquo mõ producitur mõ naturę, & principalior modus naturę quo pducitur filius est origo processionis, quę est mõ nõ principaliori, ideo diximus superius, quod ordo in diuinis personis est modo natu-
ibid. n. 54 & seq. ræ elicitiue. Sed quia hoc non est omnino proprie quo ad ordinem Spiritus Sancti ad patrem, & filium, ideo distinctioni bimembri ibi positæ hic adiunximus tertium, sub quo proprie continetur omnis ordo naturæ in diuinis.

15. Sed est in diuinis ordo naturę subiectiue, qui est in illis, quæ in eadem natura eis quasi subiecta, & substrata ordinate subsistunt, aut existunt, sed hoc vel in eadem natura secundum speciem, differente autem secundum numerum, vel in eadem natura singulari omnino indifferente. Primo enim modo est ordo naturę quãdoq; in diuersis indiuiduis sub eadẽ specie, puta in diuersis hominibus, quorum vnus est pater alterius. Secundo modo est in diuinis personis inter patrem, & filium, & Spiritum Sanctum.

16. Et differt ordo in istis tribus modis, quia primus non est secundum superius, & inferius in gradu naturæ. Secundus autem non est natura secundum prius, & posterius in tempore: sed tertius prout inuenitur in creaturis, aliquando non est nisi secundum prius, & posterius in tempore, sicut pater prior est filio, aliquando autem est sine priori, & posteriori in tempore, sed non sine priori, & posteriori natura, quemadmodum ordo naturæ est in illuminatione aeris à sole, quo ad partem eius superiorem, & inferiorem. Pars enim superior natura, idest naturali aptitudine prius illuminatur a sole, quam inferior, quia pars superior immediate illuminatur a sole, pars autem inferior non recipit illuminationem nisi à parte superiori, & mediante illa. Tertius autem modus prout inuenitur in diuinis, est omnino sine superiori, & inferiori gradu naturæ, & sine priori, & posteriori tempore, aut natura, non tamen est sine ratione primi, secundi, & tertij, vt patet ex diu superius declaratis. Et sicut in a. 39. q. 7 n. 14.
primo modo est ordo naturæ, quia neutrum illorum est superius alterum in gradu naturæ, sic a. 52. q. 4. n. 6.
in isto tertio modo est ordo naturę, quia vnum illorum est ab altero, ita quod si esse vnum il-
[illegible] ab altero omnino etiam in creaturis, nullus esset ordo naturæ inter illa omnino quis inter indiuidua, quæ sunt sub eadem specie, non est ante similiter, neque post, & hoc secundum primum modorum dictorum, pro- c. 11. tex. 3
ut vult Philosophus in 5. Metaphysicæ. An a. 52. q. 3.
autem sit secus in omnibus animalibus, de hoc n. 5.
nihil ad præsens.

17. Sed quia clarum est secundum dicta sanctorum, quod in diuinis est ordo naturæ inter diuinas personas, quod vna est ab altera, pro-
ut tactum est supra per Augustinum in 1. ar- n. 1.
gumento, non autem ita clarum est an talis ordo sit inter ipsas diuinas emanationes, quia nequaquam ita potest dici vna earum esse ab altera, eo quod esse ab alio, & esse a quo alius, est proprie personarum, sicut & generare, & generari, spirare, & spirari, eo quòd omnis actio notionalis in diuinis procedit a persona, & ibid.
terminatur in personam, prout procedit primum argumentum, ideo dubium est, an sit or-
do naturæ inter diuinas emanationes, quæ n. 11.
sunt generatio, & spiratio, licet certum sit ex a. 39. q. 5
prædeterminatis, quod ordo aliquis sit inter a. 52. q. 2
illas.

18. Circa tertium est considerandum, quòd quæstio ista multum est inuoluta, & multos sinus habet. Generatio enim simpliciter dicta

compre-

comprehendit, & generationem actiuam existentem in solo patre, & generationem passiuam existentem in solo filio, & similiter spiratio comprehendit, & spirationem actiuam existentem communiter in patre, & filio, & spirationem passiuam existentem in solo Spiritu Sancto, vt quæstio proposita de ordine inter generationem, & spirationem, intelligatur de generatione, & spiratione, vt comprehendunt generationem actiuam, & passiuam, & similiter spirationem actiuam, & passiuam. Vbi oportet considerare ordinem generationis actiuę in patre ad generationem passiuam in filio, & similiter spirationis actiuæ in patre, & filio ex vna parte ad spirationem passiuam in Spiritu Sancto ex altera, & similiter ordinem generationis actiuæ, & passiuæ ad spirationem tam actiuam, quam passiuam, & similiter spirationis actiuæ prout est in patre ad eandem prout est in filio.

19. Descendendo ergo ad quæstionem di-
q.2.a.7. co secundum iam superius in quæstione præcedente inchoata, quòd ratio originis qua hoc habet esse ab hoc siue ex hoc, dupliciter habet esse inter aliquos, aut aliqua. Vno modo proprie, scilicet quia vnum eorum proprie est principiatum alterius, & ab illo habet emanare per suam actionem, vt terminus actionis illius, quod est eius principium. Alio modo cõmuniter, & minus proprie secundum vsitatũ modum loquendi sanctorum, quia scilicet licet vnum eorum non sit principiatum ab altero per eius actionem vt à suo principio, quia sic omne principiatum, & principium solummodo suppositorum est, quorum est elicere actionem, & terminare illam, tamen vnum illorum est quasi præuium, vt alterum sit. Primo quidem modo non est ordo originis seu naturæ, nisi inter tres diuinas personas, per se subsistentes, scilicet inter patrem, & filiũ, quia à patre est filius, & sic inter ipsos est vnus ordo naturæ. Et similiter inter patrem, & filium ad Spiritum Sanctum, quia a patre, & filio est Spiritus Sanctus. Et sic, inter ipsos est secundus
a.52.q.2 ordo, de quo nihil ad præsens, sed aliquantu-
a.60.q.1 lum habitum est supra. Secundo autem modo
a.41. est ordo naturæ inter diuinas emanationes, quæ sunt generatio, & spiratio, de quibus proposita est quæstio. Vna enim non est principiata ab altera, nec habet ab illa emanare per
q.1.a.1. eius actionem, eo quod actionis non est actio, & similirer neque à generatione actiua aut spiratione actiua generatio, aut spiratio passiua, nec è conuerso, tamen vna earum est præuia
a.a.10. ad alteram vt sit, & sic origineтur non vt sub-
a.54.q.6. sistens in se, sed vt existens in alio.
a.26.

20. Sed hoc contingit dupliciter. Vno modo emanatio vna potest esse præuia ad alteram positiue, & propter quam alia quodammodo habet esse. Alio modo negatiue, & solummodo sine qua alia non habet esse omnino. Primo istorum modorum adhuc contingit dupliciter, quia emanatio originata, vt existens in aliquo subsistente, non vt in se subsistens, & hoc ab alia, per hoc quòd præuia est illi, aut est originata in illo alio, vt in subsistente per ipsam, aut in non subsistente per ipsam. Et primo istorum duorum modorum est ratio originis, & ordinis naturæ ad quatuor secundum duplicem ordinem. Vnum inter generationem actiuã in patre, & passiuam in filio, & per quam in subsistentia constituitur filius. Aliũ inter spirationem actiuam in patre, & filio, & spirationem passiuam existentẽ in Spiritu Sancto, per quam in subsistentia constituitur Spiritus Sanctus. Procedit enim illo modo generatio passiua à generatione actiua, & similiter spiratio passiua à spiratione actiua, secundum modum quo à Philosophis, quibus libere loqui licitum fuit, dictum est, quod passio est effectus illius quod actionis. Sed hoc non est procedere ab alio propriè, quemadmodum persona procedit à persona in se subsistendo, sed potius proprie haberi per aliud in eo, quod subsistit tanquam passio quædam in ipsa per actionem illius alterius. Proprie enim generari filij in filio est a patre per generationem patris. Secundo autem modo iam dicto est ratio originis inter generationem, & spirationem actiuam, per quam spirationem actiuam non subsistit persona, nec substituitur in personalitate secundum quod inferius declarabitur. Habet enim esse in patre, & filio spira- q.5.
tio actiua per generationem actiuam patris, quia per hoc, quod pater generat communicatur voluntas patris filio, ex quo etiam existit voluntas duorum, quæ solius patris erat quantum ex se erat, & per hoc voluntas illa est cõcors, & sœcunda ad eliciendum actum productiuum personæ Spiritus Sancti, qui est spirare. Et sic à generatione actiua habet quoquo modo originari positiuè vis spiratiua, & per hoc in sua origine etiam actus spirandi actiuè in illis in quibus est illa concors voluntas, scilicet in patre, & filio. Et per hoc est ordo qui- a.54.q.6
dam naturæ generationis ad spirationem acti- a.26.
uam in patre, & filio, & vlterius mediante spiratione actiua, ad spirationem passiuam in Spiritu Sancto, quæ ab illa procedit secundum dictum modum.

21. Sed dices, quòd diuina essentia habet esse in filio per generare patris, & tamen non dicitur esse aliquis ordo inter generare patris, & essentiam diuinam. Dico quod secus est, quia essentia alias habet esse in patre, quam per generare, & ideo vt existens non per generare communicatur filio, & sine ordine ad generare. Spirare autem non habet alias esse

in diuinis, quam à generare in patre, & filio secundum dictum modum, & sic ipsum spirare quoquo modo habet esse à generare propter quod est ordo inter illa.

22. Loquendo autem de ratione originis negatiue, & sine qua non, penes secundum membrum primæ subdiuisionis, Dico, quòd à
n.39.
generatione passiua, quæ est in filio, qua scilicet filius genitus est, habet esse spiratio actiua communiter in patre, & filio. Et est ordo naturæ secundum hoc inter generationem passiuam, & spirationem actiuam, quia nec per generationem passiuam communicatur voluntas patris filio, nec est concors, & fœcunda in eis, nō
a.54.q.6. n.28.46, & 51. a.57.q.3 n.37.
tamen sine ipsa præuia habet filio communicari, quia ipsa est de constitutione filij, qui vt verbum necessario secundum prædicta præuius est, vt habeant pater, & filius vim spiratiuam actiue.

23. Secundū hos ergo modos partim positiue partim negatiue generatio cōmunis ad actiuā, & passiuā est quasi primum, & principium respectu spirationis communis ad actiuam, & passiuam, & hoc positiuè quo ad generationē actiuam, & negatiuè, quo ad generationem passiuam. Et quia vna, & simplex est spiratio actiua, quæ communis est patri, & filio, in ipsa non cadit aliquis ordo, prout est patris, & prout est filij, quia in spirando actiuè sunt vnum principium, & ideo absque ordine naturæ in spiratione actiua, vt est patris, & vt est filij, generatio actiua, & passiua sunt primum, & principium spirationis actiuæ, vnum positiuè, vt est patris, scilicet generatio actiua, & alterum negatiuè, vt est filij, scilicet generatio passiua, secundum quòd iam dictum est. Ordinem tamen quendam in principiando spirationem actiuam, prout est in patre, & in filio, habent inter se generatio actiua in patre, & generatio passiua in filio. Eo enim ordine qui est inter generare, & generari, procedit spirare ab vtroque, prout est in patre, & in filio, quia non procedit ab eis, nisi prout pertinet ad actum generationis communiter continentis, & generationem actiuam, & passiuam, ad quem pertinent ordine quodā secundum prædicta. In principiando autem ipsum spirare, prout habet esse in filio, nullum ordinem habent omnino generare, & generari.

24. Quod proculdubio verum est ponendo secundum latinos Spiritum Sanctum procede-
a.54.q.6
re communiter à patre, & filio. Sed si secundum græcos Spiritus Sanctus procederet à solo patre in parte idem esset sentiendum de hoc, & in parte aliud. Idem sentiendum esset quo ad hoc videlicet, quòd generatio esset quasi præuium, & principium respectu spirationis, etiam si Spiritus Sanctus procederet à solo patre, & principium spiratiuum in ipso esset voluntas, vt voluntas simpliciter, & filius patris, & non vt concors duorum. Quia voluntas etiam, vt solius patris est, sicut non potest exire in actum volendi simpliciter, & essentialiter, nisi præuia notitia simpliciter, & essentiali in intellectu, sic nec eadē volūtas potest exire in actum volendi, & incentiue, & notionaliter, qui est spirare, nisi præuia notitia declaratiua. In Deo enim actus intellectus, & voluntatis communicantes semper sibi correspondent. Et secundum quod dictū
a.54.q.4. n.11. a.60.q.3 n.30.
est supra, & amplius dicetur adhuc, quòd diligere simpliciter est actio simplex, siue simpliciter dicta voluntatis, vt est libera, spirare vero, siue diligere incentiue est actio eiusdem perfecta, sic & intelligere simpliciter est actio simplex, siue simpliciter dicta intellectus, vt est natura, generare autem siue dicere est actio eiusdem perfecta. Ita quòd sicut tali actione perficitur intellectus per notitiam declaratiuam, quæ est verbum sic dicta actione spirandi, siue diligendi incentiuè perficitur voluntas per amorem incentiuum, qui est Spiritus Sanctus.

25. Secus autem esset, & aliud sentiendum quo ad hoc, videlicet quod si a solo patre procederet Spiritus Sanctus, generatio communis ad actiuam, & passiuam solum modo negatiue esset quasi præuium, & principium ad spirationem nihil operando positiuè ad productionem actus spirationis actiuæ a voluntate circa voluntatem, sicut neque operatur circa ipsam in nobis ad producendum actum volendi, siue simplicem, siue incentiuum, in quibus intellectus suo actu siue intelligendi, siue dicendi non mouet voluntatem, nec quicquam positiuè circa eam facit, vt fiat in actu, sed ipsa
a.45.q.2. n.5. a.60.q.3. n.32.
sola seipsam facit esse in suo actu, licet non nisi præuia actione intellectus, secundum quod in quæstionibus de Quodlibet sæpius exposuimus.

26. Ipsa enim voluntas in nobis actus suos elicit sola libertate sua, & nulla naturalitate, siue quam habet ex se in ordine ad actum suū eliciendum, siue quam nata sit recipere ab alio vt a motu intellectus, secundum quòd dicunt aliqui, nisi quatenus voluntati naturale est, quòd sit libera, sic quod sua libertas sit sua natura, & ita naturale sit ei actum suum elicere libere, & suo vltroneo appetitu proprio, & nullo festino à seipso, nec violento impulsu, neque consentaneo sibi, seu conuenienti motu eius ab alio, puta ab intellectu, vt quidam dicunt. Quæ omnia excludit libertas voluntatis, quia est propria conditio potentiæ purè actiuæ, & nullo modo passiuæ, sicut è conuerso necessitas naturalitatis virtutis purè passiuæ, quæ exclu-
q.1.n.29 31.
dit omnem libertatem. Libertas enim solius virtutis actiuæ conditio est, & nequaquam passiuæ.

finæ. Aliquid enim solummodo libere agit, & non naturaliter, sed nihil libere patitur, sed quicquid patitur, id quod patitur solum naturaliter, siue sola naturalitate patitur. Vt mirum sit quomodo aliqui possunt dicere voluntatem esse vim passiuam, libere tamen. Siue enim voluntas ponatur pati modo congruenti naturæ suæ, qualiter dicunt aliqui ipsam pati ab intellectu, siue modo non congruenti naturæ suæ, vtroque modo patitur id quod patitur absque omni libertate, sed sola recipiendi necessitate illata sibi ab alio, quæ tamen libertas voluntatis ex parte voluntatis elicientis suum actum nullo modo excludit necessitatē immutabilitatis circa ipsum actum in eliciendo ipsum, & in processu eius à voluntate. Talis enim necessitas non est nisi modus quidam circa actum, & quo ad eius processum ab eliciente, & quo ad eius processum in terminum siue obiectum, vt tactum est in præcedenti quæ-
q.5.n.40 stione. Quæ quidem necessitas circa actionē voluntatis est coniuncta eius libertati non ratione voluntatis circa finem vltimum, & summè diligibile, quod sic ad se ligat voluntatem, quòd postquam visum, & cognitum fuerit, nulla voluntas creata, aut mutata ab illo se potest diuertere. Sed hoc non quia obiectum cognitum aliquid agit in voluntate, sed quia ipsa in illo nata est quiescere naturaliter, vt in suo fine, in quo se tenet vi eiusdem libertatis, qua se mouit in illud.

27. Sicut autem voluntas nostra ab actione intellectus, siue intelligendi, siue dicendi præuia nullam vim aut immutationem habet ad eliciendum suum actum, siue amationis simplicis, siue incentiuæ, sed solummodo à se ipsa, sic neque voluntas patris si à solo patre procederet Spiritus Sanctus, suam fœcunditatem, aut quicquam aliud reciperet ab actione intellectus, siue sit actio intelligendi, vel gubernandi, siue dicendi præuia, quamuis non sine ipsa præsupposita quasi remouente prohibens. Vnde si vniformiter se haberent inter se voluntas, & intellectus in eodem, vt sicut intellectus non requirit præuiam actio-
q.2.n.54 nem voluntatis, sic nec è conuerso actio volūtatis requireret præuiam actionem intellectus, sicut se habent in eodem auditus, & visus, quia neuter illorum sensuum ad actum suum requirit actionem alterius præuiam, tunc ęquè primò naturaliter absque omni ordine rerū, si solus pater generaret filium, & spiraret Spiritum Sanctum, non plus ordine naturæ esset præuia spirationi generatio sicut nec è conuerso.

28. Sed quod modo est ordo naturæ inter generationem, & spirationem si solus pater ponatur spirare, hoc non est, nisi quia voluntas ad suam actionem requirit præuiam voluntatem, & sic ordo naturę intercidit propter solam necessitatem voluntatis, nequaquam intellectus, quia si pater non spiraret, sed solum natus esset spirare, generaret tamē, ita quod licet impossibile esset eum ponere generare, & non spirare, quia quicquid est in Deo necessariò est in ipso, & impossibile est non esse in ipso, & quicquid non est in ipso, impossibile est esse in ipso, & hoc propter eius incommutabilitatem, non tamen ponendo, quòd generaret, aut spiraret, in hoc poneretur incompossibilia, eo quod generatio nulla necessitate requireret spirationem subsequentem, sicut neque intelligere in nobis aliqua necessitate requirit, quod subsequatur velle.

29. Et sic si postquam solus pater ponatur generare, & spirare, necessariò est ordo naturæ inter generare, & spirare, hoc est, quia voluntas, ratione sui actus ad intellectum aliquem naturalem respectum habet, sed non è conuerso. Et quòd intellectus habet aliquem respectum ad voluntatem, hoc est quia voluntas habet respectum ad ipsum, sicut contingit in scientia, & scibili. Sine respectu enim mutuo ordinatorum non est ordo quicunque inter aliqua. Qui quidem respectus relatio non est, licet ad prędicamentum relationis habeat reduci, non enim omnis respectus est relatio, puta accidentis ad suum subiectum. Scientia enim respectum quendam habet ad scientem, vt ad subiectum in a.15 q.8.
quo est, sed non habet relationem nisi ad sci- n.9.
bile ad quod est, secundum Philosophum 5. a.54 q.6.
Metaphysicæ. n.33.45.

30. Sed ponendo, quòd non solum pater spirat, sed & filius, sicut secundum veritatem ponunt latini, ordo naturæ est inter generare, & spirare non solum propter necessitatem voluntatis, quæ ad suum actum requirit prę-
uium actum intellectus sicut contingeret si solus pater spiraret, vt dictum est, sed etiam sup n.28
propter necessitatem intellectus. Et hoc non propter necessitatem suam qua requirit actū voluntatis subsequentem, quasi illo indigeat aliquo modo, sicut indiget, & requirit volūtas ad suum actum eliciendum pręuium actū intellectus, sed potius propter necessitatem suam, ratione scilicet perfectionis suæ, qua exigente in generando filium communicat ei suam voluntatem, vt sit concors duorum, & per hoc perfecte fœcunda ad spirandum Spiritum Sanctum, sicut dictum est. Ita quòd a.54.q.6.
non solum impossibile esset ponere patrem n.47.
generare filium, & non spirare Spiritum Sanctum, immo hoc ponendo ponerentur incōpossibilia, quia ex quo voluntas est fœcunda, & in ea est potentia ad spirandum, quæ est necessitas, quòd (vt dictum est) habet ex ge-

neratione, si poneretur quòd generaret, & non spiraret, esset ponere, quod non esset potentia fœcunda, ex eo quòd non spiraret secundum actum, quia in æternis non differût neque distant (secundum Philosophum [3. phys. t. 32. tn. 2. a. 21. q. 3 n. 10. a. 47. q. 1 n. 3.] actus, & potentia, & quòd esset fœcunda, ex eo quòd generaret, & sic quòd esset fœcunda, & nõ fœcûda, & sic contradictoria, quę incôpossibilia sunt. Propter quod cû simul spirant pater, & filius, non solum voluntas patris ratione sui actus respectum naturalem habet ad eius intellectum, & actum eius quasi præuium, sed & natura, siue eius intellectus, vt est natura, ratione perfectionis sui actus habet naturalem ex se respectum ad voluntatem, & actum eius quasi subsequentem, non quia voluntas habet respectum ad illum.

[n. 1.] 31. Quod ergo arguitur. Primò quia secundum Augustinum non est ordo naturæ in diuinis, nisi quia alter est ex altero, quod solum conuenit personis: Dico, quòd verum est propriè loquendo secundum quòd loquitur Augustinus, & hoc solummodo de ordine naturæ inter diuinas personas. De quo licet solummodo expresse loquatur nihil tangendo de ordine emanationum, quia tamen personæ non ordinantur quia altera ex altera, nisi per ipsas emanationes, quibus habent esse altera ab altera, impossibile esset ordinem esse in personis, nisi esset in emanationibus earum, & propterea licet illum non expressit, per illum tamen quem expressit intellexit de alio, & insinuauit nobis illum intelligendum. Spiritus Sanctus enim sic suam ecclesiam ordinauit, ne præcedentes doctores omnia, & singula declararent, & exponerent, quæ declaranda, & exponenda essent in ecclesia, vt aliquid inuenirent declarandum doctores sequentes, in quo proficerent, vt secundû hoc vsque in finem seculi semper magis, & magis declarabitur, & cognosceretur doctrina veritatis, secundum quòd supra versus principiû [a. 3. q. 6.] disputationis nostrę declarauimus. Vnde Gre[D. 27]gorius lib. 27. Moralium super illud Iob. 36. *Aufert stillas pluuiæ, & effundit imbres ad instar* [cap. 5.] *gurgitis*, dicit sic. *An non Moyses astrum pluuiæ extitit? An non Esaias, an non Hieremias, & prophetæ cæteri astra pluuiæ fuerunt? qui in prædicationis culmine erecti, quasi verborum guttis obcæcationis humanæ puluerem rigando presserunt? Cum prophetas abstulit, eorum vice dominus apostolos misit, qui in similitudine gurgitum pluerent, postquam subductis antiquis patribus exteriora prædicamenta tacuissent. Quia dum prædicatores legis ad secreta intima retulit, per dicta sequentium vberior vis prædicationis emanauit. Reductis etiam ad superna Apostolis, per expositorum sequentium linguas fluenta diuinæ scientiæ diu abscondita largiori effusione patefecit, nam quod illi sub breuitate locuti sunt, hoc exponendo multipliciter auxerunt, quia dum multorum præcedentium dicta colligunt, ipsi in eo quod asserunt profundius dilatantur. Nam dum testimonia testimoniis iungunt, quasi ex guttis gurgites faciunt.* Et sicut hic dicit Gregorius de doctoribus, puta Hilario, Augustino, Ambrosio, & cæteris, qui secuti sunt Apostolos, quo ad ea, quæ Apostoli, & præcedentes doctores obscura reliquerunt, sic dici potest de doctoribus qui illos subsecuti, & de cæteris secundû quòd suis temporibus succedent post alios. Nequaquam tamen propter hoc debent se posteriores præferre prioribus, quia nisi ab illis accepissent, nihil amplius protulissent, dicente Gregorio ibidem. *Sed nequaquam se Apostolis expositores in scientia præferant, cum exponendo latius loquuntur. Meminisse quippe incessanter debent, per quos eiusdem scientiæ inuentiones acceperunt. Quasi ex sanctis Apostolis vis intelligentiæ non inciperet, nequaquam per ora doctorum largior manaret.* Et hoc est quod aperte dicit Augustinus in sermone de assumptione bea[c. 1 to. 9. n. 54. q. 6. n. 36.]tæ Mariæ, virginis. *Quædam scriptura sacra veris indagationum studiis quærenda reliquit, quæ non sunt superflua æstimanda, dum vera indagatione fuerint patefacta. Fæcunda est enim veritatis auctoritas, & dum diligenter discutitur, de se gignere quod ipsa est cognoscitur. Sæpe enim discussa veram intelligentiam parat, quam manifestis sermonibus abscondit. Quid ergo dicendum* [cap. 2.] *est vnde diuina scriptura nihil commendat, nisi quærendum ratione quid consentiat veritati, fiatque ipsa veritas auctoritas, sine qua nec est, nec valet auctoritas?* Hæc digrediendo diximus, ne aliquis miretur, si aliqua ex dictis sanctorû declarando inuestigare nitimur, quæ in scriptis præcedentium inuestigata non inueniuntur. Dico ergo reuertendo ad propositum, quòd Augustinus loquutus est de hoc propriè loquendo, & circa personas tantum. Communiter tamen loquendo, & quodammodo improprie, bene est hoc ex hoc inter emanationes, secundum prædictum modum tactum in [n. 19.] prima diuisione præposita.

32. Ad secundum, quòd inter naturam, & [n. 2.] voluntatem in diuinis, quę sunt principia emanationum, non est ordo naturæ, sed rationis tantum, quare neque inter emanationes: Dico, quòd licet hoc verum sit de natura, & voluntate in diuinis, vt sunt pure essentialia, & principia quasi remota emanationum, inquantum tamen sunt contracta ad notionalia, & principia emanationum quasi proxima secundûm modum superius expositum, inter ipsa [q. 1. a. 51] bene est ordo naturæ. Quia (vt iam dictum [n. 24. & seq.] est) voluntas non est fœcunda, & quasi proximum principium eliciendi actum spirationis,

nis, nisi præcedente actu notionali naturæ.

a.3. 33. Ad tertium, quòd ordo est comparatio duorum per respectus inter se cum respectu ad aliquod principium determinatum: Dico, quòd quandoque verum est, quòd ordo aliquorum inter se accipitur in respectu ad aliquod principium, ad quod ambo ordinantur, puta in tempore præterito, & futuro est ordo, inter præterita inter se, & similiter inter futura inter se respectu præsentis. Præteritum enim est prius, quod est remotius à præsenti, & posterius, quod est proximius præsenti. E contrario autem futurum est prius quod est proximius præsenti, posterius autem quod est remotius à præsenti. Illud tamen non semper est necessarium; bene enim, contingit aliqua esse ordinata inter se, non tamen in respectu a.62.q.4. n.1. ad aliquod tertium, puta duo indiuidua sub eadem specie, quorum vnum est ab altero, vt filius à patre, quæ vt comparantur ad tertium, puta ad illam speciem, in respectu illius nullum habent ordinem omnino, sicut dictum est. a.52.q.2. n.3. Et sic est in diuinis absque comparatione ad tertium inter tres personas, & similiter inter earum emanationes.

34. Nisi velimus dicere, quòd emanationes ordinem habent inter se, & hoc respectu patris, qui est principium, & origo ambarum emanationum. Quanquam enim spiratio actiua sit in respectu ad duo, quia procedit à patre, & filio, hoc tamen est per reductionem vnius illorum ad alterum, quia quod filius habet vim spiratiuam illam habet à patre.

n.3. 35. Quod arguitur, quod generatio, & spiratio nullum respectum habent inter se, quia non sunt relatiua: Dicendum secundum prædicta, quod non omnis respectus ponit relationem, qua respectus habentes relatiuè dicuntur inter se.

n.29. 36. Vel possumus dicere, quòd secundum modum quo est ordo generationis ad spirationem, & hoc ad hoc, eodem modo est relatio inter illa, sed innominata sunt extrema eius, sicut & relationis inter patrem, & filium essent extrema innominata, si non essent imposita hæc nomina pater, & filius, generans, & genitus, & reduceretur illa relatio ad tertium gea.61.q.8 n.7.19. nus relationis, quod est in actiuis, & passiuis, ad quod pertinet relatio inter patrem, & filium. Sed relatio illa quantum est ex parte generationis non est alia secundum rem à relatione, quæ est inter patrem, & filium, sicut, nec alia actione fœcundatur voluntas ad actum spirandi quam qua generatur filius, nec alia est actio qua producitur Spiritus Sanctus, quam spiratio actiua, vt non oporteat ponere plures, quã quatuor relationes reales esse notionales. Et secundum hoc generatio, & spiratio, non solũ distinguuntur, vt relationes disparatæ, sed quoquo modo, vt relatiuè oppositæ.

37. Ad quartum, quòd generare, & spirare n.4. non distinguuntur naturaliter, & ideo nec habent ordinem naturæ, quia ambo sunt in eodem, & ita idem re. Dico, quòd argumentum hoc procedit secundum illos, qui ponunt, quod quidditas relationis, & distinctio non est nisi in ordine, & ex ordine ad alterum ad quod relatiuè dicitur. Qui etiam dicunt, quòd non est distinctio inter relationes disparatas, sed solum inter relatiuè oppositas, ita quod si non cõsideretur relatio in ordine ad illud, sed ad aliud nõ distinguitur ab illo secũdũ rem, & proprietatem suam, qualis est consideratio spirationis actiuæ ad generationem, quia sunt in eodem. Sed ponendo, quòd relatio quidditatem habet à fundamento, absque operatione rationis, licet non sine opposito, & respectu ad illud, non procedit argumentum, quia relationes ad diuersa opposita ex hoc solo, quòd in eodem fundantur diuersimode, sicut dominium, & paternitas fundantur in eodem in ordine ad diuersa opposita, bene distinguuntur inter se, vt disparata, quia vna comparatio non aufert aliam. Et sic licet in eodem sint generatio, & spiratio, & ad diuersa opposita inter se, tamen bene possunt esse re distincta naturaliter, & realiter, vt disparata, & per hoc esse ordo naturæ inter illa, sed non ex hoc quia sunt disparata, & ad diuersa opposita, sed quia vnum eorum quoquo modo habet esse ab altero, & per hoc habent quoquo modo relationem licet innominata inter se, quæ tamen non distinguitur ex vna parte à relatione, quæ est inter generare, & generari, & ex alia parte, quæ est inter spirare, & spirari, sicut dictum est. n.38.

38. Ad quintum, quòd accidit generanti, & n.5. generato spirare, ergo ordo per accidens solùmodo est inter prædicta, & non ordo naturæ, qui non est per accidens. Dico, quòd tam patri, quam filio non accidit generare, aut generari, immo est necessarium, & naturale secundum prædicta. Et non est simile de homine q.1.n.40 52. generante, absque eo quod generatus, quia etsi non potest esse generatus, est tamen creatus, aut factus, & ab alio in esse productus, quod generari appellamus quoquo modo. Et sic non solum filio in diuinis necessarium est prius generari, si debeat spirare, sed etiam cuicunque habenti esse ab alio necesse est generari quoquo modo, vt generet. Similiter non est simile de artifice, & Deo patre, quia artifex non habet vim artis ad producendum artificium, ex eo quòd generaret, sicut habet Deus pater, secundum iam dicta.

39. Quod dicitur primo arguendo in op- n.9. positum, quòd inter mediatum, & immediatũ necessarius est ordo &c. Dico ad intellectum non

non ad dissolutionem rationis, quòd in emanationibus in diuinis dupliciter habetur mediatum, & immediatum. Vno modo inter personas producentes, quia Spiritus Sanctus immediatè procedit à patre, & à filio, & etiam mediante filio inquantum vim spiratiuam habet à patre de quo non procedit argumentum. Alio autem modo inter ipsas emanationes in ordine ad personas à quibus procedunt emanationes, de qua mediatione procedit argumentum. Spiratio enim procedit a patre, & filio mediante generatione actiua, & passiua.

40. Alia autem duo argumenta bene, & clare procedunt. n. 7. 8.

Conclusiones ex Quæstione Tertia, Articuli Sexagesimi.

1. *Necessariò inter generationem, & spirationem est aliquis ordo.* n. 11.
2. *Ordo originis, seu naturæ propriè non est nisi inter tres diuinas personas.* n. 19.
3. *Communiter, & minus propriè est inter generationem, & spirationem.* ibid.

QVAESTIO QVARTA.

Vtrum generatio sit principalior productio, quam spiratio.

Circa quartum arguitur, quòd generatio non sit principalior productio, quam sit spiratio, sed potius è contrario.

1. Primo sic, illa est principalior, quæ procedit à potentia siue virtute principaliore, quia sicut se habet potentia ad potentiam in principalitate, & alijs conditionibus, sic actus ad actum; sicut enim visus principalior, siue nobilior sensus est, sic & actus eius, qui est videre, nobilior siue principalior actus sentiendi est, quare cum voluntas est vis siue potentia principalior, quam intellectus, quia dominiū habet in nobis super intellectum, vt alibi sæpius declarauimus, ergo in Deo etiam actus voluntatis cuiusmodi est productio, quę est spiratio, principalior est, quā actus intellectus cuiusmodi est generatio.

2. Met. c. 2. to. 3.
ar. 4. q. 1
ar. 8 q. 7.
n. 9. a. 45.
q. 4. n. 6.
a. 48. q. 2.
n. 10.

2. Secundo sic: illa productio est principalior, per quam adipiscitur maior perfectio, quia actus determinantur per obiecta, sed maior est perfectio, qua voluntas sua productione perficitur in amore procedente, quam qua intellectus perficitur in notitia procedente, quia per amorem amans conuertitur in amatum, per notitiam vero noscens solum cognito informatur, vt alibi declarauimus, ergo &c.

a 48. q. 2.
n. 21.
a. 49. q. 6.

3. In contrarium est Ricar. cum dicit, quòd filius procedit secundum modum principaliorem, vt habitum est supra. Procedit autem secundum generationem, ergo &c. q. 1. n. 29

4. Dico in diuinis de principalitate esse sentiendū, sicut & de auctoritate, & de maioritate, hæc .n. fundantur super rōnem principij siue primitatis in originando, & ob hoc auctoritas attribuitur patri respectu filij & similiter principalitas, atque maioritas. principalitas autem, auctoritas, & maioritas cōueniunt Deo respectu creaturæ ratione respectus, siue relationis secundum rationem, respectu vero personarum diuinarum inter se Deo conueniunt ratione respectus realis. Licet enim in Deo magnitudo non nisi substantiam absolutam, & absolute significet, tamen quòd secundum Hilarium pater dicitur maior esse filio, hoc non dicitur nisi ratione relationis. Dicitur enim secundum Hilarium, & Damascenum maior filio etiam non habendo respectum ad humanitatem filij, & hoc quia pater ipse habet in se vim principiandi filium. Et per hoc etiam habet principalitatem, & auctoritatem respectu filij, dicente Damasceno de maioritate Patris libro primo cap. 9. *Cum audimus maiorem filio patrem, causam intelligimus,* vbi accipit Damascenus nomen causæ pro nomine originis, siue principij, secundum quòd se exponit

a. 57. q. 8.
n 35.
orth. fid.

parum

parum ante dicens sic. *Neque secundum aliud; hoc est quam quoniam filius ex patre genitus est* .
Et secundum hunc modum etiam cum audi-
a.54. q.5 mus auctorem filij patrem , vel principalem
n.13. personam in diuinis esse patrem, causam intel-
q.7. n.10 ligamus, quia scilicet filius est ex patre. Et per
aliqualem consimilem modum in proposito,
quia vis spiratiua quoquo modo ortum habet
q.2. n.10. à vi generatiua, quantum ordine quodam na-
q.3. n.19 turæ generatio quasi præuia est ad spirationē,
& seq. secundum modum iam supra expositum.

5. Dico quòd principalior productio in diuinis est generatio , quam spiratio, quia sci-
licet per actum generationis, quasi præuium
n.23. habet pater, ꝙ possit spirare secundum modum
præexpositum, & etiam ipsi filio vim suam spi-
n.19. q.7. ratiuam generando communicat. Propter
n.26. quod etiam pater dicitur principaliter spirare
a.54. q.7. Spiritum Sanctum, vt habitum est supra. Sed
n.10. hoc non inquantum immediate spirat, & filius
æque immediate cum ipso, quia vna, & eadem
ib. n. 12. vi spirant, sed inquantum pater spirat median-
a.59 q.7 te filio, eo quòd filius habet per sui generatio-
n.13.15. nem à patre etiam vim spiratiuam ab illo.
n.3. 6. Et secundum hoc concedenda est ratio
pro hac parte adducta, quamuis Ricardus non
dicat simpliciter, quòd filius procedit secundū
principaliorem modum, quam Spiritus Sanctus, sed quòd procedat secundum principaliorem modum naturæ. Alia enim ratione dicitur generatio principalior productio simpliciter, quam spiratio, quod iā expositum est hic.
q.1. n.43 Alia vero ratione dicitur filius procedere se-
a.54. q.10 cundum principaliorem modum naturæ, ꝙ
n.19. satis expositum est supra.
n.1. 7. Ad primum in oppositum, quòd voluntas est principalior vis, quam sit intellectus, quare & actus voluntatis, & eius productio, quæ est spiratio, principalior est quā sit actus, siue productio intellectus, quæ est generatio,
a.59 q.2 Dico, quòd duplex est actus, siue actio intelle-
n.56. ctus, & voluntatis. Quædam naturalis, quæ dicitur operatio, vt intelligere, & velle. Quædam vero notionalis, quæ dicitur productio, vt sunt generare, siue dicere ex parte intellectus, & spirare siue flagrare ex parte voluntatis.

8. Et multum differunt inter se ista duo genera actionum, quoniam operatio, quæ est actio essentialis, vt intelligere, & velle, causantur à nuda potentia, & vi intellectus, & voluntatis in ipso intellectu, & voluntate à quibus causantur, licet differenter ab intellectu, & à
sup. q.3. voluntate. Quia ab intellectu in seipso causa-
n. 35. & tur operatio vitalis, quæ est intelligere in vir-
seq. tute obiecti coagentis cum intellectu, & mo-
a.58. q.5. uentis ipsum, vt agens, & mouens primum, eo
n.5. ꝙ intellectus est vis passiua, & nihil agit, nisi
a.54 q.10 passa prius. A voluntate autem in seipsa cau-
n.9.
ar.4. q.1.
n.4.
satur operatio vitalis, quæ est velle, non in virtute obiecti coagentis cum voluntate, & mouentis ipsam, sed solummodo assistente præsentia obiecti in intellectu, eo quòd voluntas non est passiua ab alio, & agit non passa ab alio ad præsentiam solam obiecti.

9. Operatio autem quæ est actio notionalis, vt generare, siue dicere, & spirare, siue flagrare, causantur contrario modo ex parte intellectus, & voluntatis. Ex parte enim intellectus causatur a notitia simplici in intellectu nudo conuerso supra se, & supra notitiam suā simplicem, ita quod intellectus informatus notitia simplici est principium actiuum, & elicitiuum actus notionalis intellectus. Ipse autem intellectus nudus conuersus non est nisi principium quasi passiuum, de quo quasi de materiali producitur verbum quasi per impressionem. Ex parte autem voluntatis causatur actio notionalis ab ipsa voluntate nuda cōuersa supra se, & supra suum amorem simplicem in ipsam voluntatem informatam amore simplici, ita quòd voluntas nuda conuersa est principium actiuum, & elicitiuum actus notionalis voluntatis. Ipsa vero voluntas informata amore simplici non est nisi principium quasi passiuum, de quo quasi de materiali producitur Spiritus Sanctus quasi per quandam
excussionem, secundum quod hæc superius q.1. n.57
amplius sunt exposita.

10. Comparando igitur intellectum, & voluntatem penes principalitatem inter se. Dico, quòd si considerentur in ordine ad actus suos essentiales, semper principalior vis est voluntas, quā intellectus, eo quod nullo modo est passiua respectu sui actus essentialis, sed pure actiua à nullo dependens, neque ab intellectus notitia nisi sicut à causa sine qua non. Vis autem intellectiua respectu sui actus essentialis potius est passiua, quam actiua, quia non acti-
ua, nisi quia prius passiua, vt dictum est. Et n.8.
quo ad exercitium talis actus intellectus, volūtas habet merum imperium super intellectū, licet non quo ad terminationem primi actus intelligendi, qui occurrit, sicut contingit ab
obiecto, secundum quod in 12. Quolibet iam q.26. n.2
declaraui.

11. Si vero considerentur intellectus, & voluntas in ordine ad actus suos notionales, Dico, quòd simpliciter principalior vis est intellectiua, quam voluntas, eo quod intellectus informatus notitia simplici purè actiuus est, & quia vt agat in intellectum conuersum, qui est suum proprium passibile, a nullo dependet, sed à seipso omnino propter perfectam fœcunditatem naturalem impetu elicitendi actum notionalem in intellectum nudum conuersum, & producendum de ipso verbum. Voluntas autem nuda conuersa, licet sit pure actiua, & a

nullo

n. 2. ibid. nullo passiua, vt dictum est, tamen secundum iam dicta, vt agat in voluntatem informatam amore simplici, qui est eius proprium quasi passibile, quasi dependet ab actione notionali intellectus, vt ipsa fœcundetur ad eliciendum suum actum notionalem, vel saltem, vt sine qua præuia non potest voluntas suum actum notionalem elicere.

12. Et sic licet respectu vtriusque generis actionis actio intellectus semper necessario sit præuia, vt causa sine qua non ad actionem voluntatis, respectu tamen actus essentialis principalior potentia est voluntas, quam intellectua, & similiter productus actione voluntatis, quam productus actione intellectus, etiam si vna illarum procederet ab altera, eo quod intellectus plus passiuus est, quam actiuus respectu talis actus, voluntas autem pure actiua, & hoc pura libertate non impetu naturali in eliciendo. Respectu autem actus notionalis principalior potentia est intellectus, quam voluntas, & similiter actio notionalis intellectus, quam actio notionalis voluntatis in diuinis, eo quod respectu talis actus æquè purè actiuus est intellectus informatus notitia simplici in diuinis, vt voluntas nuda. Et in tali actione sua à nullo ibi dependet intellectus, quemadmodũ quasi dependet voluntas ab intellectu, maxime ponendo secundum veritatem catholicam Spiritum Sanctum procedere non nisi à concordi voluntate patris, & filij, sicut patet ex iã dictis. In nobis autem etiam respectu actus quasi notionalis, quo concipimus verbum per intellectum, & flagramus amorem incentiuum per voluntatem, omnino voluntas est etiam principalior, quia quo ad hunc actum etiam in nobis nihil positiue habet voluntas ab intellectu, sicut habet intellectus à voluntate, quia hunc actum intellectus habet voluntas imperare, & ab ipso si vult retrahere. (q. 3. n. 24 & seq.)

n. 2. 13. Ad secundum, quòd per productionem quæ est spiratio, maior adipiscitur perfectio, ergo &c. Dico, quòd in diuinis secundum rẽ, & substantiam non sunt magis, & minus, licet possint esse ratione modi perficiendi, qui in creaturis bene ponit maiorem, & minorem perfectionem secundum rem. Vnde in diuinis secundum rem non est maior perfectio, qua voluntas perficitur in amore, quam qua intellectus perficitur in cognitione, vt procedit obiectio. Quia tamen in creaturis est maior perfectio secundum rem, qua voluntas perficitur in amore, quam qua intellectus perficitur in cognitione, bene potest in diuinis modum maioris perfectionis secundum rationem intelligendi habere voluntas in amore quam intellectus in cognitione.

14. Et est distinguendum de amore, & cognitione, quia possunt considerari in ordine ad terminum, siue obiectum amatum, aut cognitum, & in ordine ad principium elicitiuũ, quod est amans, & intelligens.

15. Est etiam aduertendum, quòd circa adeptionem perfectionis duo considerantur, scilicet ipsa perfectio adeptiua, quæ per se respicit ordinem ad terminum, & modus adipiscẽdi illam, qui per se respicit elicitiuum principium. Licet ergo quantum est de ratione perfectionis adeptæ maior perfectio adipiscatur per productionem amoris, quam cognitionis, eo quòd magis perficitur voluntas per amorẽ productum in ipsa, quam intellectus per cognitionem productam in illo, vt procedit obiectio, quantum tamen est de ratione modi adipiscendi illam perfectionem, perfectiori modo adipisci potest perfectio cognitionis in intellectu, quam amoris in voluntate. Et hoc vbi in eliciendo suam actionem, qua adipiscitur sua perfectio, minus dependet ab alio intellectus, quam voluntas. Nunc autem ita est in proposito, quòd licet voluntas in sua actione essentiali, qua adipiscitur perfectionẽ secundum amorem essentialem, minus depẽdet ab alio, quam intellectus in sua actione essentiali, qua adipiscitur perfectionem secundum cognitionem essentialem, eo quòd intellectus non elicit illam actionem, nisi passus ab obiecto, voluntas autem eam elicit non passa omnino, & sic comparando intellectum, & n. 8.
voluntatem inter se secundum perfectionem respectu essentialis amoris, & cognitionis secundum vtrumque dictorum ordinum ipsius perfectionis adeptæ, & etiam ratione modi adipiscendi illam, principalior est actio voluntatis, qua adipiscitur perfectio eius secundum amorem, quam intellectus qua accipitur perfectio eius secundum cognitionem. Voluntas tamen in sua actione notionali, qua adipiscitur perfectionem secundum amorem notionalem, magis dependet ab alio, quam intellectus in sua actione notionali, qua adipiscitur perfectionem secundum cognitionem notionalem, eo quod intellectus elicit illam actionem purè actiuè absque omni alia actione præuia, Voluntas autem etsi illam elicit purè actiuè, non tamen sine actione notionali intellectus præuia vt dictum est iam. Et ideo com- n. 10. & seq.
parando intellectum, & voluntatem inter se, secundum perfectionem notionalis amoris, & cognitionis, licet ratione modi ipsius perfectionis adeptæ principalior esset actio notionalis voluntatis quã intellectus, Modus enim est maioris perfectionis in Deo diligere se quã cognoscere se cum notionali dilectione, & cognitione, quam essentiali, ratione tamen modi adipiscendi perfectionem, principalior est actio notionalis intellectus, quam voluntatis. Modus enim perfectior est eliciendi actum

ctum notionalem intellectus absque omni dependentia ad actionem alterius, quam sit modus eliciendi actum notionalem voluntatis cũ dependentia, vel quasi ad actionem intellectus. Et hæc est perfectio, quæ per se respicit ipsum actum, quia per se est circa ipsum. Præcedens autem perfectio respicit ipsum per accidens, quis non est per se nisi circa subiectum actionis. Propter quod loquendo de principalitate actuum simpliciter, principalior est actio notionalis intellectus, quam voluntatis in diuinis, secus autem est in nobis, vt dictum est. ibid.

Conclusio ex Quæstione Quarta, Articuli Sexagesimi.

1. *Principalior productio in diuinis est generatio, quam spiratio.* n. 5.

QVAESTIO QVINTA.

Vtrum spiratio actiua sit proprietas constitutiua alicuius personæ.

CIrca quintum arguitur, quod actiua spiratio sit proprietas constitutiua personæ.

1. Primò sic, non est minoris efficaciæ passio, quã actio, quia quicquid in se continet passio procedit ab actione, quare cum spiratio passiua sit proprietas constitutiua personæ, ergo & consimiliter spiratio actiua.

2. Secundò sic, non est minoris efficaciæ in agendo apud Deum voluntas, quam natura, quia ambo sunt per se principia agendi, quare cum natura in agendo actione, quæ est productio, illa constituit personam, vt generatione actiua, consimiliter ergo, & voluntas in agendo actione, quæ est productio, illa constituit personam, vt spiratione actiua.

3. Cõtra est, quod illa persona esset alia à persona patris, & filij, quę tamẽ nec esset à patre, nec à filio, sed à nulla alio, sicut nec pater, & a qua esset spiritus sãctus ex parte volũtatis, sicut & filius à patre ex parte intellectus, & esset quaternitas personarũ in diuinis, & duplex binarius personarum inconnexarum secundum relationes, quarum duæ non essent ab alia, aut alijs omnino, & duæ essent ab alijs à quibus nullæ aliæ, & duæ ex parte voluntatis, sicut sunt, & duę ex parte intellectus, nec esset volũtas in illis, quę sũt ex parte itellectus nec itellectus in illis, quę sũt ex parte volũtatis, nisi diceretur contra August. de Trinit. quod illæ duæ, quæ sunt ex parte intellectus, non tantum sibi, sed alijs duabus intelligerent, & illæ duæ quæ sũt ex parte voluntatis, non tantum sibi, sed alijs duabus vellent, & illæ quæ sunt ex parte intellectus, nihil sibi aut alijs vellent, & similiter illæ, quæ sunt ex parte voluntatis, nihil sibi aut alijs intelligerent, quod est contra fidem catholicam.

4. Dico, quòd differt dicere proprietatem aliquam esse proprietatem personæ, & esse proprietatem constitutiuam personæ. Quia omnis proprietas constitutiua personæ, etiam est proprietas illius personæ quam constituit, sed non è conuerso omnis proprietas personæ est constitutiua personæ illius, cuius est proprietas. Et etiam alio, & alio modo est illa proprietas personæ, & ista. Illa enim quæ est constitutiua personæ est in persona, & aliquid personæ, ad modum quo differentia est in specie aliquid ipsius speciei, & non solum dicitur proprietas personæ, sed etiam dicitur proprietas personalis. Ista vero quæ non est constitutiua personæ est in persona, & aliquid ipsius personæ ad modum quo proprium est in specie aliquid ipsius speciei, scilicet consequens ad ipsam iam constitutam in esse speciei per differentiam. Propter quod secundum Boethium *proprium in creaturis est aduentitia natura, & manat de genere accidentiũ.* Et ideo in diuinis talis proprietas, licet dicatur proprietas personę, non tamẽ dicitur proprietas personalis, & habet magis rationem aduentitij, & accidentis respectu personæ cuius est, quam proprietas illa quæ est personalis, & hoc quia est personæ iam consti-

a.11 q.8. n.8. a.16 q.3. n.14.

a.15. q.8. n.8. a.58. q.4. n.3.

tutæ in esse personæ per aliam proprietatem,
vt inter istas duas proprietates sit ordo quidā
q.3.n.15. naturæ secundum modum supra expositum.
5. Quia igitur spiratio actiua non est nisi
proprietas personæ iam constitutæ in esse per-
sonæ per aliam proprietatem, puta paternita-
a.54.q.6. te secundum Græcos ponentes, quòd solus pa-
ter spirat, vel potius etiam filiatione secundū
latinos ponentes, quòd ambo, scilicet pater,
& filius spirant, idcirco nullo modo spiratio
a.55.q.8. n.8. actiua est, vel potest esse proprietas constituti-
ua personæ: aut oportet ponere, quòd nec pa-
ter nec filius spirarent, sed solum illa persona
constituta in esse personæ per spirationem a-
ctiuam, sicut pater constituitur in esse perso-
næ per generationem actiuam, & sequeren-
tur inconuenientia conclusa in tertia ratio-
n.3. ne.
6. Et quod amplius est, si per spirationem
actiuam esset persona aliqua constituta, hoc nō
esset sub ratione eius quod est spirare, sed po-
tius sub ratione spirari, secundum tacta supe-
rius circa generare.
n.5. 7. Ad rationem primam in oppositum,
quod non est maioris efficaciæ spiratio passio,
quam spiratio actio, ergo &c. Dico, quòd si
spiratio passio est constitutiua personæ, non
sic spiratio actio, hoc non facit efficacia aliqua,
quæ maior sit in passione, quam in actione.
Sed hoc solum facit conditio earum, quòd sci-
licet spiratio actio, quasi aduenit personæ iā cō-
stitutæ in esse personæ, non sic autem spiratio
passio. Spiratus enim nulla alia ratione subsi-
stit, siue vt qui ab alio, siue vt a quo alius, quā
spiratione passiua, spirans autem actiue non est
nisi subsistens, aut vt à quo alius alio modo si-
cut pater, aut vt qui ab alio sicut filius, vt iam
videbitur.
n.2. 8. Ad secundum, quòd in Deo non est mi-
noris efficaciæ voluntas, quam natura, &c.
n.7. Dico iuxta id quod iam dictum est, quod si
actio notionalis voluntatis non constituit sic
personam sicut naturæ, hoc non facit aliqua
maior efficacia in agendo naturæ quam vo-
luntas, sed conditio, eo scilicet, quòd volun-
tas in Deo non est elicitiua actionis notiona-
lis, nisi quasi præuia ordine quodam naturæ
actione notionali naturæ ex parte intellectus,
q.4. sicut patet ex prædictis.
9. Quod etiam amplius declarabitur, siue
actio notionalis voluntatis ponatur secundū
græcos elicita à solo patre, siue communiter à
patre & filio, licet quoquo modo aliter, & ali-
ter, hoc modo. Quia enim (vt sępius dictum
a.14.q.6. n.45. est supra) secundum Augustinum, nihil po-
test voluntas velle nisi cognitum, ordo sem-
per aliquis est inter actum intelligendi, quo
fit aliquid cognitum, & actum volendi, etsi
non secundum prius, & posterius, tamen se-
cundum primum, & secundum, vt semper a-
ctus intellectus sit primus, & actus voluntatis
secundus, & hoc vel secundum rationem, &
ordinem rationis, vel secundum rem, & natu-
ram, atque ordinem naturæ, vt si actus intel-
ligendi essentialis sit in primo signo aliquo,
in *a* actus volendi erit in secundo aliquo signo
alio, puta in *b.* sed hoc ordine quodam ratio-
nis inter actus intellectus, & voluntatis essen-
tiales. Nunc autem ita est, quòd intellectus
vt naturalis est, siue vt est natura, cum est in
suo actu intelligendi essentiali, qui est intelli-
gere in signo *a.* statim conuertit se supra se, &
hoc non in eo signo quod est *a.* sed in alio, sci-
licet in *b.* vt simul in eo signo scilicet *b.* quod
secundum rationem est secundum ab *a.* volū-
tas elicit suum actum volendi essentialem, &
intellectus existens in suo actu intelligendi es-
sentiali conuertit se supra se, & inquantum est
informatus notitia essentiali est fœcundus a-
ctiuè ad eliciendum actum suum notionalem,
qui est generare siue dicere. Inquantum est
intellectus purus conuersus, est fœcundus pas-
siuè, vt de ipso producatur filius, siue verbum
per actum notionalem. Et tunc in tertio si-
gno, puta in *c.* intellectus elicit suum actum
generandi siue dicendi notionalem, & produ-
cit verbum siue filium. In eodem etiam signo
simul voluntas paterna vt solius est, existens
in suo actu volendi essentialiter conuertit se
supra se, & sic conuersa communicatur per
actum generationis filio. In quarto autem
signo puta *d.* voluntate conuersa producitur.
Ita quòd licet hæc omnia sint in eodem instā-
ti æternitatis sunt tamē in diuersis signis eius-
dem per ordinem se habentibus consideratio-
ne intellectus nostri. Et licet ordo rationis
tantum sit inter *a.b.c.* est tamen ordo naturæ
inter *c.d.* eo quòd secundum prædicta actus
intellectus notionalis est quasi præuius ad a- q.4.
ctum voluntatis notionalem quodam modo,
vt causa propter quam fit. Quia sine actu in- sup. q. 1.
tellectus notionali, quo intellectu producitur n.37.
notitia declaratiua, quæ verbum est, non est ib. n. 39.
fœcunda voluntas existens in suo actu volen- a.14.q.6 n.47.
di essentiali, etiam conuersa supra se, non enim
potest elicere amorem incentiuum, nisi cogno
scens declaratiuè, sicut neque amorem simpli-
citer, nisi cognoscens simpliciter. Et hoc ma-
ximè ponendo, quòd actus notionalis volun-
tatis non procedit ab illa vt est voluntas sim-
pliciter, sed solummodo, vt est concors, & q.6.n.6.
duorum, scilicet patris, & filij.
10. Et sic licet voluntas fœcunda æqualis
efficaciæ sit cum intellectu fœcundo ad eli-
ciendum suum actum notionalem, ex condi-
tione tamē voluntatis (scilicet quòd quasi prę-
uius ad actum eius tam essentialem, quam no-
tionalem sit actus tam essentialis quam notio-
nalis

nalis intellectus, & consimiliter quasi præuia q.3.n.19 q.4.n.5. est productio personæ per actionem intellectus ad productionem personæ per actionem notionalem voluntatis, patre actione notionali generandi actiuè constituto in esse personæ, & similiter filio notione generandi passiua; & hoc in eodem signo, quemadmodum relatiua sunt simul natura quasi aduenit in alio signo uoluntas fœcunda qua producitur actio notionalis, & sic notio talis est proprietas quasi aduentitia personæ iam constitutæ in esse per aliam proprietatem quasi priorem, etiam si per impossibile, immo per incompossibile q.54.q.6 secundum Græcos ponatur, quòd actio notionalis voluntatis eliciatur à solo patre, & nullo modo actio notionalis intellectus esset, vt causa propter quam sic respectu actionis notionalis voluntatis, nec quo ad hoc esset principalior actio notionalis intellectus, quam voluntatis, nec vllo modo voluntas conuersa fœcundaretur ad eliciendum actum spirandi per actum dicendi præuium, quæ necesse habent ponere Græci, & negare, quòd ad actum spirandi requiritur voluntas concors duorum, & dicere quòd sola voluntas paterna, & vt solius patris est, per solam conuersionem supra se est fœcunda ad actum spirandi, & actiuè, & passiuè, & si sit præuius quoquo modo actus dicendi hoc solum est, vt causa sine qua non, & nullo modo vt quo fœcundatur voluntas ad actum spirandi. Si enim sic esset præuia fœcundationi voluntatis productio filij, sic voluntas fœcundaretur non solum, vt est patris, sed etiam vt iam filio est communicata à patre vt in signo c. ponantur hæc quatuor esse, videlicet voluntatis paternæ conuersio, filij generatio, & voluntatis conuersæ ipsi filio communicatio, & ipsius voluntatis conuersæ fœcundatio.

11. Siquam autem rationem habent græci ad ponendum solum patrem spirare (vt æstimo) illa est, quòd putant non posse in eodem signo, scilicet c. esse voluntatis conuersionem supra se, & ipsius cōuersæ communicationem, quemadmodum impossibile videtur, quòd graue in aliquo signo generetur sursum, & in eodem factum sit per descensum deorsum, dato, quòd non sit medium resistens. Quare cum nihil communicetur filio nisi in dicto signo c. in quo generatur, & in eodem signo secūdum dicta sit voluntatis paternæ conuersio, impossibile ergo est secundum græcos, quòd voluntas vt conuersa communicetur filio, etsi ei cōmunicetur, vt voluntas informata simpliciter amore essentiali. Quare cum non est vis spiratiua nisi in voluntate conuersa, secundum modum supra expositum, nullo modo (vt videtur) filio communicatur à patre per generationem vis spiratiua, nec Spiritus Sanctus spiratur à filio. sup. q. 5. n.37. Quia cum spiratur voluntate conuersa, vt nuda est de ipsa, vt est essentialis, & informata amore essentiali, sicut expositum est supra, ibid. voluntas vt sic est essentialis, & informata communicata est à patre filio per generationem. In eo autem est per productionem is qui producitur, in quo est id de quo producitur. Et ideo licet secundum græcos Spiritus Sanctus non procedat à filio, secundum eosdem tamen à patre procedit in filio, & requiescit in ipso, sicut dicit Damascenus lib. 1. cap. 10. a.54.q.6 n.1.

12. Sed proculdubio in dicto signo c. sūt & voluntaria conuersio & ipsius cōmunicatio, licet ordine quodā. Nec est simile de graui, quia enim impossibile est illud in eodem signo sursum generari, & deorsum ferri, hoc contingit, quia illi termini sursum, & deorsum sunt extra essentiā grauis, & re differentes ab ipso. In proposito autem non sic est, quia terminus conuersionis voluntatis est ipsa voluntas informata amore simplici, supra quem ipsa nuda se cōuertit. Terminus autem communicationis est ipse filius, cui communicatur ipsa voluntas essentialis informata, & etiam conuersa. Propter quod bene in eodem signo possunt esse, & conuersio voluntatis, & eiusdem communicatio. Quemadmodum in eodem signo temporis potest esse lux generata in aliquo pūcto medij, & ab illa eadem altera lux generata in alio puncto.

13. Secūdū igitur iā dicta supra in corpore solutionis, nullo igitur modo spiratio actiua potest esse proprietas constitutiua personæ, sed solummodo est proprietas personæ. Et sic impossibile est, quòd in diuinis alia notio actiua sit personæ constitutiua, quam illa quæ consistit in prima productione actiua, qua constituitur in esse personæ illa persona, quæ in diuinis est prima omnino. Omnes enim aliæ productiones actiuæ si plures essent, essent notiones siue proprietates personę, aut personarum iam constitutarum in esse personali per alias proprietates, & omnes aliæ personę ab illa, quę est omnino prima non constituuntur in esse personæ, nisi per notiones, siue per proprietates passiuas, nec est aliqua notio, siue proprietas passiua personę iam constitutæ in esse personæ, sed quælibet illarum est constitutiua personę, etiam si productio personarum in diuinis procederet in infinitum.

Conclusiones ex Quæstione Quinta. Articuli Sexagesimi.

1. *Spiratio actiua nullo modo est, vel potest esse proprietas constitutiua personæ. num. 5. 13.*
2. *Sed solummodo est proprietas personæ. n. 13.*

QVAESTIO SEXTA.

Vtrum spiratio actiua, sit proprietas, siuè actio vnius spiratoris.

Circa sextum arguitur, quòd spiratio actiua sit proprietas, siue actio vnius spiratoris.

1. Primò sic, sicut in denominando passio se habet ad passum, sic actio ad agentem, sed spiratione quasi passiua non dicitur spiratus nisi vnus, ergo & spiratione actiua non dicitur spirator nisi vnus.

2. Secundò sic, sicut se habet creatio actiua ad creantem, sic spiratio actiua ad spirantem, sed quanquam plures sint creantes, tamē non dicitur nisi vnus creator, ergo quanquam plures sint spirantes non tamen dicetur esse nisi vnus spirator.

a. 54. q. 6. n. 60. & seq. 3. Contrariū profitē ?r plures doctores, q. dicunt, q pater, & filius sunt duo spiratores.

4. Dico, quòd differt quærere. An spiratio sit actio vnius personæ, & an sit actio vnius spirantis, & an sit actio vnius spiratoris. De primò expeditum est supra, vbi determinando de diuinis proprietatibus in a. 54. q. 6. generali, determinatum est, quòd non solus pater spirat, sed etiam filius, ita quòd in diuinis nulla potest esse actio vnius personæ tantum præter generationem, nec potest procedere à sola prima persona nisi secunda sola. Quod si tertia sit persona in diuinis, oportet quod illa procedat à prima, & secunda simul, & si quarta, oporteret, quòd procederet à tribus primis, & sic deinceps, & hoc quia sic est circa diuinas productiones, quòd vires productiuæ sunt ordinatæ, quemadmodum secundum prædicta ordinatæ sunt vires productiuæ sup. q. 1. a. 5. modo intellectus, & voluntatis, & semper producto per primam vim, à producente communicatur omnis alia vis productiua.

5. De secundo dicetur inferius disputan- a. 75. q. 3 do de modo loquendi de Deo, assignando rationem, quare verba, & participia in diuinis pluraliter prædicantur de pluribus agentibus, non sic autem semper verbalia nomina. Dicimus enim, quod pater, & filius, & Spiritus San- a. 54. q. 6. n. 63. & seq. ctus sunt tres creantes, non sic dicimus quod sunt tres creatores.

6. De tertio enim secus est. Dicimus enim quod pater, & filius sunt spiratores. Et sic ad ibid. propositam quæstionem dico, quòd spiratio actiua non est actio vnius spiratoris, sed plurium. Et hoc ideo, quia ratio spirandi ad hoc, quod ea quis spiret, ex conditione, & natura sua requirit pluralitatem spirantium, ita quod si per impossibile poneretur, quòd productione generationis non communicaretur voluntas paterna, impossibile esset ponere, quod solus pater spiraret, quia vt dictum est supra, non ibid. n. 47. 81. & seq. est voluntas ratio spirandi nisi sit concors plurium, nec aliter esset ad spirandum fœcunda.

7. Per hoc patet ad primum in oppositum n. 1. dicendo, quòd non est simile de spiratione actiua, & passiua, quoniam spirationis passiuæ ratio nullam pluralitatem requirit spiratorum passiuè, sed est per spirationem passiuam con- q. 5. n. 7. stitutiua personæ iam spiratæ, vt iam dictum a. 54. q. 6. est supra, & ideo sicut ipsa est unica, & simili- n. 29. ter spiratio passiua, sic necessario persona spirata est unica. Spirationis autem actiuæ ra- sup. q. 5. tio non est constitutiua personæ, sed secundū prædictum modum requirit quod sit plurium a. 54. q. 6. personarum, eo quod licet sit unica in radice n. 33. 34. uoluntatis, & ut est ratio spirandi quasi remota, est tamen quasi bifurcata per hoc, quòd debet esse concors ad hoc, quòd sit ratio spirandi quasi propinqua. Sic autem non est quasi bifurcata nisi per hoc, quòd non est fœcunda nisi ibi. n. 47. 53. vt est duorum.

8. Ad

n.6. 8. Ad secundum dico, quòd non est simile de creatione actiua, quoniam ratio creandi, qua plures creant, sic vnica est, quòd sub omnimoda ratione vnitatis omnimodæ est ratio creandi plurium. Propter quod etsi plures creant, creant tamen vt vnum, & ideo non sũt nisi vnus creator. Ratio autem spirandi qua plures spirant, licet vnica sit, non tamen sub omnimoda ratione vnitatis, siue sub ratione omnimodæ vnitatis est ratio spirandi plurũ, n.7. sed vt dictum est, sub ratione quodammodo bifurcata scilicet, vt est plurium concors. Propter quod plures spirant, & ideo non sunt vnus n.54.q.6. n. 61. & seq. spirator, sed plures spiratores. Vnde quòd plures creant, vt sunt vnus, spirant tamen, vt sunt plures, patet ex hoc, quod si per impossibile ponatur esse vnica persona in diuinis absoluta, & nulla persona relatiua, illa posset creare ratione diuinæ substantiæ, quæ in illa esset. Si autem per impossibile amoueatur vis spiratiua à filio, vt per generationem non communicetur ei voluntas paterna, pater spirare non posset ratione voluntatis suæ, quia non esset plurium, nec concors, & ideo nec fœcunda. Quod si esset, & solus pater posset spirare, nulla apparet ratio quare plures spirantes dicantur plures spiratores, non sic autem plures creantes dicantur plures creatores. Vnde non credo, quòd græci si per impossibile secundum ipsos poneretur filius spirare cũ patre, dicerent patrem, & filium esse plures spiratores, sicut nec dicunt ipsos esse plures creatores, quia spirarent per voluntatem, vt voluntas est simpliciter, non vt concors duorum, sicut creant per essentiam simpliciter, non vt est duorum, vel trium. Vtrobique autem vniformiter dicuntur plures creantes, & plures spirantes, quia hoc conuenit ratione modi significandi dictionum, vt patebit inferius, qui est vniformis in illis principijs creans, & spirans. a.75.q.8

Conclusio ex Quæstione Sexta Articuli Sexagesimi.

1. *Spiratio actiua non est actio vnius spiratoris, sed plurium.* n. 6.

QVAESTIO SEPTIMA.

Vtrum plures spirantes sint vnum principium spirandi.

Circa septimum arguitur, quòd plures spirantes non sunt vnum principium spirandi, quia ipsis non attribuitur ratio principij spirandi, nisi quia ab ipsis elicitur actus spirandi, & per illum procedit ab eisdem persona spirata, ab ipsis autem nó elicitur actus spirandi, vt sunt vnum, sed potius, vt sunt plu- q.6. res, sicut iam dictum est, ergo &c.

2. Secundò sic, pater est principium spirandi non de principio, quia non habet, quòd spiret ab alio, filius autem est principium spirandi de principio, quia habet, quod spiret ab alio non est autem idem, & vnum principium ab alio, & non ab alio, quia contradictoria non concurrunt in eodem, ergo &c.

3. Contra principium, & principiatum sũt relatiua, quare cum principiatum actu spirandi est vnum, scilicet Spiritus Sanctus, ergo & spirandi principium est vnum.

4. Dico, quòd in omni actione est considerare agentem, siue eum qui agit, & rationem agendi, hoc est vim, siue virtutem, & potentiam, qua agit. Agens autem in omni actione non est nisi suppositum, cuius est aliquid ipsa agendi ratio, vt forma quæ est aliquid in natura simpliciter, non qua iste, vel ille in supposito, vt declaratum est in præcedentibus. Vnde ratio suppositi, qua suppositum est iste, vel a 39. q.3 n.7. a.54 q.6. n 55 ille, etsi non sit ratio agendi, & elicitiua actus, est tamen ratio agentis, & elicientis actum, & secundum hoc proxima actui elicito, & proximior, quam sit ratio illa, quæ est vis elicitiua. a 28. q 5 a 32. q.5 n 55. Quæ quidem ratio agentis, licet sit ratio principij, non tamen est ratio, qua ipsum suppositũ a 19. q.8 n.19. habet, quòd sit aut dicatur principium, sed potius

tius illa, quæ est vis elicitiua. In qua est etiam distinguere rationem propinquam, ac remotã, secundum quòd distinguitur potentia in propinquam, & remotam, non secundum diuersitatem rerum, sed secundum diuersitatem rationum in eadem potentia secundum rem, ita quòd à vi illa secundum rationem propinquã actui habet suppositum eliciens actum rationem principij propinqui, & à vt eadem secun-
ib.n.56. dum rationem remotam habet rationem principij primi, & ita principij simpliciter, quia se-
1.post. c. 2.10.1. cundum Philosophum, *principium, & primum idem sunt*. Quare & ab vnitate illius rationis remotæ habet rationem vnitatis simpliciter,
q.6. n.7 sicut & a biturcatione rationis illius remotæ habet rationem pluralitatis spiratoris duplicis, & vlterius à ratione illarum proprietatum, qua plurificantur personæ, habet rationem duplicis spirantis. Quemadmodum enim à ratione spiratiua remota sumitur vnitas principij, & à ratione illa bifurcata, sumitur ratio duplicis spiratoris, sic etiam, & à ratione duplicis proprietatis personalis sumitur ratio duplicis spirantis, vel potius duorum spirantium, & similiter à ratione triplicis proprietatis personalis sumitur ratio triplicis creantis, vel potius trium creantium, prout infra amplius de-
a.75.q.3. clarabitur. Propter quod dico, quòd simpliciter pater, & filius, qui sunt plures spirantes,
a.54 q.6. n.56. & plures spiratores, sunt vnum principium Spiritus Sancti.

5. Ad primum in oppositum, quòd plures
q.1. spirantes non sunt vnum principium spirandi, &c. Dico quod ratio spirandi non attribuitur spirantibus, quia ab ipsis elicitur actus spirandi, sed potius elicitur actus spirandi, quia ipsis conuenit ratio spirandi. Propter quod licet ab ipsis non eliciatur actus spirandi, nisi vt sunt plures quoad propinquam, & proximam rationem spirandi, procedit tamen ab ipsis vt sũt vnum quoad primam, & remotam rationem spirandi, quæ bene potest esse plurium absque omni inconueniente in diuinis, immo hoc necesse est secundum prædicta.

q.6.n.6. n.1. 6. Ad secundum, quòd pater est principiũ spirandi non de principio, &c. Dico, quòd idem siue vnum principium in Deo possunt sumi vel masculine, vel neutraliter. Si primo modo, dico, quòd nullo modo est idem, siue vnum, ab alio, & non ab alio, sed contra tale vnum omnino repugnant, quia impossibile est vnum, & idem in supposito esse ab alio, & non ab alio. Si secundo modo, dico, quod illud bene est possibile sine omni repugnantia, sic enim in diuinis pater, & filius sunt vnus Deus, & pater est Deus non de Deo, nec ab alio, & filius est Deus de Deo & ab alio.

7. Vel potest distingui de esse ab alio, & non esse ab alio, quia hoc potest esse propriè, vel impropriè. Primo enim mõ non est ab alio nisi ipsa persona, & hoc modo non est idem ab alio, & non ab alio, propter contradictionem circa idem propriè, & per se. Secundo autem modo est ab alio ipsa diuina essentia in filio, & similiter ratio spirandi prima, & remota, & hoc modo non est inconueniens, quòd aliquid vnum, & idem sit ab alio, & non ab alio, absque contradictione. quia non in eodem est ab alio, & non ab alio, quia in patre non est ab alio, licet in filio sit ab alio, & contradictio debet esse circa idem eodem modo se habens.

8. Argumentum in oppositum bene pro- n.3.
cedit ex parte principij de vno in natura specifica in creaturis, & in diuinis, ratione materiæ de natura numerali. Si enim in creaturis principiatum est vnum, necesse est, quod principium sit vnum in specie simplici, quemadmodum in eadem specie est vnum principiatum ex masculo, & fœmina, vel in composito, quemadmodũ ex equo, & asino generatur mulus, commixtum enim ex semine vtriusque est quasi mulus secundum Phi- 1.28.to.3.
losophum 7. Metaphysicæ eo quod coniunctæ sunt in e species. In diuinis autem vbi principiatum est vnum, principium est in singulari natura deitatis, & spirandi ratione, vt q.6. n. 7.
dictum est.

Conclusio ex Quæstione Septima, Articuli Sexagesimi.

1. *Pater, & filius, qui sunt plures spirantes, & plures spiratores sunt vnum principium Spiritus Sancti.* n.4.

QVAE-

QVAESTIO OCTAVA.

Vtrum aliquis spirantium habeat vim spiratiuam ab alio.

Circa octauum arguitur, quòd neuter spirātiū habet rationem spiratiuam ab alio, quod clarum est de patre.

2. Quod etiam ita fit de filio, patet primò sic, si filius haberet rationem, siue vim spiratiuam à patre, tunc pater ex seipso vim spiratiuam haberet, & posset spirare, etiam si filius non haberet vim spiratiuam à patre, nec spiraret, quia nullus potest alteri dare, quod ipse non habet ex se, consequens falsum est, quia aliter non esset voluntas concors, quæ re-
q. 6. n. 6. quiritur ad vim spiratiuam, secundum prædeterminata, ergo &c.

3. Secundo sic, si filius haberet vim spiratiuam à patre, cum à vi spiratiua habeat, quod sit spirator, sicut à generatione passiua, quam habet à patre genitus est, sicut ergo filius habet à patre, quòd sit genitus, & ex hoc relationem realem habet ad patrem, & è conuerso relationem habet pater ad filium, sic filius haberet à patre, quod sit spirator, & ex hoc haberet relationem realem ad patrem, & è conuerso pater ad ipsum, illa autem non est relatio in filio, quæ est filiatio, & generatio passiua, quia spiratio in filio est proprietas actiua, quæ nec illa respondens eidem in patre, vt paternitas siue generatio actiua, sed aliqua alia, hoc aût falsum est, quia tunc in patre essent duæ relationes reales, & differentes positiuæ respectu filij, & è conuerso, cuius contrarium tenet ecclesia, & fides catholica, ergo &c.

4. Contra, qui ab alio habet esse suum, & id quod est, habet ab eodem omne quod habet
a. 54. q. 6 quia esse est prima ratio in diuinis, sicut habitū
a. 13 q. 7 est supra, & a quo habet aliquis primum quod
n. 15. est in ipso, & quodcunque aliud in quo includitur, & supponitur illud. Quare cum filius habeat esse a patre, & quod filius est, vis spiratiuā autem supponit, & includit esse in filio, ergo &c.

5. Dico iuxta processum vltimæ rationis, quòd filius vim spiratiuam habet a patre, intelligendo tamen, quod filius potest intelligi dupliciter habere aliquid à patre. Vno modo tāquam genitum à patre. Alio modo tanquam existens in filio per generationem à patre. Primo modo habet filius a patre, quod sit genitus siue filius, siue pers‹on›a aliqua in diuinis, & nihil aliud. Secundo modo habet filius a patre, quicquid est in persona eius.

6. Sed hoc potest esse dupliciter. Vno modo, vt quid communicatum filio a patre per actum generationis. Alio modo vt quasi derelictum in filio per actum generationis actiuæ patris. Isto autem secundo modo filius habet à patre relationem in se existentem in ordine ad patrem, scilicet filiationem.

7. Primo autem istorum modorum, quo scilicet filius habet aliquid communicatum sibi à patre per generationem, potest esse dupliciter. Vno modo tanquam pertinens ad constitutionem personæ suæ, & sic habet deitatem, & quod sit Deus à patre. Alio autem modo tanquam proprium ipsius personæ constitutæ, & hoc modo habet vim spiratiuam à patre, sic a. 54. q. 7. n. 15. enim est circa diuinas productiones, quòd quicquid est producentis per productionem fit ipsius producti, excepto eo quo producens distinguitur a producto.

8. Distinguendum tamen est circa vim spiratiuam, quia licet sit semper vna, & eadem re, potest tamen considerari, vt est principium spirandi primum, & remotum, similiter vt est principium spirandi proximum, & propinquū modo quo tactum est iam supra. Si primo mo- q. 7. n. 4. do, sic simpliciter tenendum est, quod vis spiratiua filio communicata est a patre, scilicet voluntas, vt est voluntas simpliciter, quam habet pater essentialiter ex se, & filius a patre, & secundum hoc principaliter processit ratio vltima. Si secundo modo, sic non est sentien- sup. n. 4. dum, quod vis spiratiua sit communicata filio à patre, quia talis vis non est voluntas, vt est q. 6. n. 6. voluntas simpliciter, sed vt est voluntas concors patris & filij.

9. Sed solummodo sentiendum est, quòd vis spiratiua est quid derelictum in filio per actum generationis, vt proprium eius cum patre, & quòd filius habet principium spirandi per patrem. Licet enim filius habeat principium spirandi, quod est voluntas, à patre, non tamen ex hoc habet, quod habeat concordem voluntatem a patre, quia non est concors nisi per hoc, quòd eadem voluntas est, & manet in patre. Sic etiam sentiendum est, quòd pater habet principium spirandi per filium, quia nisi filius haberet à patre voluntatem illam, quam habet pater, nec esset voluntas patris con-

concors, nec principium spirandi secundum
n. 12. dicta, & hoc quemadmodum secundum diu su
a. 58 q. 1 perius exposita, pater non habet, quòd sit pater
n. 5. nisi per filium, & hoc vtrobique, vt per causam
a. 59 q. 3 sine qua non.
a. 7.
sup. n. 4. 10. Et secundum hoc simpliciter concedē-
da est vltima ratio.
n. 2. 11. Ad primum in oppositum, quòd si filius haberet rationem spirandi à patre, tunc pater haberet eam ex se vt spiraret, etiam si filius non spiraret. Dico, quòd uim spirandi primam, & remotam, quam filius habet proprie à patre, pater habet ex se, non autem propinquam sic habet ex se, quin eam habeat per filium, quam filius non habet proprie à patre, licet per patrem, sicut dictum
n. 8. 9. est.
n. 2. 12. Quod autem additur, quòd si pater ex se haberet uim spiratiuam, ex se posset spirare sine filio spirante. Dico, quòd hoc uerum est, si ex se haberet uim spiratiuam propinquam, non autem uerum est de remota. Vim autem
n. 9. spiratiuam propinquam non habet pater, nisi
q 6. n. 6. modo supra exposito, eo quòd secundum prędicta, uoluntas non est fœcunda ad spirandū, nisi ex hoc quòd est concors.
sup. n. 3. 13 Ad secundum. Si filius haberet vim spiratiuam à patre, haberet a patre, quòd esset spirator, sicut, & quòd est genitus: Dico, quòd re vera filius a patre habet, quòd est spirationis principium, quia verè, & proprie primam, & remotam rationem spirandi, a qua se-
q. 7. n. 4. cundum prædicta sumitur nomen principij, habet a patre. Quia autem a propinqua ratione spirandi sumitur (vt dictum est) nomen n. 12.
spiratoris, & illam non propriè habet à patre, sed solummodo per patrem, secundum iam sup. n. 9.
dictum modum, idcirco licet filius vim spiratiuam primam, & remotam habeat à patre, non tamen propriè dicendus est habere ab eo, quòd sit spirator, sed potius quod est spirator per eum.

14. Esto etiam, quòd à patre haberet, quòd esset spirator, non tamem esset simile de eo, quod est spirator, & de eo quod est genitus, quia filius in eo quòd genitus, habet esse à patre per generationem, vt per se terminus generationis, non sic autem in eo quod spirator, quia quòd est spirator ratione primi principij spirandi, habet à patre vt communicatum per actum generationis, & quod est spirator ratione propinqui principij spirandi non habet à patre, sed solummodo per patrem, secundum iam expositum modum. ibid.

15. Propter istam diuersitatem non sequitur vlterius conclusum in argumento, videli- n. 3.
cet, quod filius sicut in eo quòd genitus habet relationem realem ad patrem, & è conuerso, consimiliter in eo, quod est spirator, quia in eo quòd est per patrem, vel à patre spirator, nullam relationem realem habet ad patrem, nec è conuerso, quia relationem realem non habent personæ diuinæ inter se, quia per generationem, vel actum alicuius personæ, aliquid sit communicatum alteri, vel derelictum in illa, sed solum quod quæ vna simpliciter habet esse ab altera, vt per se terminus actus illius.

Conclusiones ex Quæstione Octaua, Articuli Sexagesimi.

1. *Filius vim spiratiuam habet à patre. n. 5.*
2. *Et hoc tanquam illi communicatam per actum generationis. n. 6.*
3. *Non tanquam pertinentem ad constitutionem personæ suæ, sed tanquam proprium ipsius personæ constitutæ. n. 7.*
4. *Et hæc vis spiratiua est principium spirandi primum, & remotum non propinquum, & proximum. n. 8.*
5. *Vis spiratiua secundo modo est quid derelictum in filio per actum generationis, vt proprium eius cum patre. n. 9.*
6. *Sic filius habet principium spirandi per patrem, & pater habet principium spirandi per filium. ibidem.*

QVAE.

QVAESTIO NONA.

Vtrum vnus spirantium, scilicet Pater, principalius spiret, quam alter, puta filius.

CIrca nonum arguitur, quòd vnus spirantium videlicet pater non spiret principalius, quam alter, puta, quã filius.

1. Primò sic. in diuinis non sunt gradus aliqui, quia repugnant æqualitati, quæ summa est in diuinis: sed non est comparatio sine gradu penes magis, & minus, ergo secundum principalitatem in diuinis esse non potest, ergo &c.

2. Secundò sic, procedens à pluribus vna, & eadem virtute simplici, non procedit principalius ab vno, quam ab altero, quia virtus agendi determinat modum actionis, actio spirandi procedit a patre, & filio vna simplici virtute q.6. n. 7. secundum prædicta, ergo &c.

3. Contra ille principalius agit, qui ex se habet, quòd agit, quã qui ab alio habet illud, quia hoc non est sine aliqua prærogatiua in agendo ex parte eius, qui ex se habet, quòd agat, pater autem habet ex se, quod spiret, q.9. n. 5. & seq. non sic autem filius; vt patet ex prædictis, ergo &c.

4. Dico hic de principalitate circa actum spirandi patris respectu filij, quemadmodum q.4. n. 4. dictum est supra de principalitate generationis respectu spirationis, quod non accipitur ratione alicuius absoluti, sicut neque auctoritas, aut maioritas, sed solummodo ratione respectus, & ordinis in principiando vnius eorum ad alterum, inter quæ vel quos fit comparatio. Sic enim generatio principalior di- ib. n. 5. citur productio, quia secundum prædicta spiratio quoquo modo habet esse, & originari á n. 34. & 7 n. 10. generatione, sic pater dicendus est principalius spirare, quia quòd filius spirat, habet filius à patre per generationem, vt patet ex præq.8. n. 7. dictis. Vnde nec ratione actus eliciti, nec ratione modi eliciendi, nec ratione virtutis elicitiuæ pater spirat principaliter, sed solummodo, quia vim spirandi habet filius a patre, quã sup. n. 3. habet ex se, secundum quod procedit vltima ratio.

n. 1. 5. Ad primum in oppositum, quòd in diuinis non sunt gradus, quare nec comparatio, quæ importatur per ly principalius, quia non est comparatio sine gradu. Dico, quod secundum Grammaticos triplex est comparatio. Quædam voce tantum, & non significatione, vt nouus, nouior, nouissimus. Quædam significatione tantum, & non voce, vt bonus, melior, optimus. Quædam vtroque, vt albus, albior, albissimus.

6. De illa autem significatione in qua idẽ significant positiuũ, & cõparatiuũ, siue hoc fit voce siue nõ, distinguendũ, quia aut diuersi gradus cõparationis significant eandẽ rem diuersificatam secundum numerum circa diuersos, aut eandem penitus circa eundem. Comparatio primo modo importat eiusdem rei communionem secundum gradus, & secundum magis, & minus. Dicit enim de tali comparatione Remigius super Donatum. *Sic dicitur autem comparatio quasi assimilatio, eo quòd assimilando vnum alteri præfert instar pulpiti, & dicitur positiuus gradus. Comparatiuus autem eo, quod plus significat positiuo. superlatiuum dicitur superexcellens, suum enim excellit comparatiuum.* Et quia in Deo non est aliquid vnum quod conueniat pluribus secundum plus, & secundum superexcellens in vno, ideo talis comparatio non est in Deo aliquo modo, quia talis comparatio requirit, quòd id in quo fit comparatio, sit in aliquo vno simpliciter, & secundum plus in alio, & superexcellenter in tertio, prout de tribus hominibus dicitur ille primus est doctus, iste secundus est doctior, idest magis doctus quam primus, ille tertius est doctissimus, idest excellenter doctus super secundum, & super primum. Et semper in tali cõparatione sicut comparatiuum dicit in vno aliquid magis illius rei in qua fit comparatio sic positiuum dicit minus eiusdem rei in alio, vt si doctor est magis doctus, simpliciter doctus respectu cuius ille dicitur doctor, est minus doctus, & si doctissimus est magis in excellẽtia doctus, doctus sĩpliciter, & similiter magis doctus respectu quorũ ille dicitur doctissimus, vterque illorum respectu illius est minus doctus.

7. De tali autem comparatione verum est, quod non est sine gradu, nec est inter aliqua, quæ sunt in diuinis, & ideo nec talis comparatio, vt dictum est, est inter personas diuinas. Nec idcirco secundum talem comparationem dicitur aliquid principalius alio in diuinis, puta nec generatio principalior emanatio, quam sit spiratio, quia aliter spiratio dicenda esset non solum non principalis spiratio, sed minus principalis quam generatio, & sic eiusdem rationis esset vtraque emanatio differens solum

Aaaaaa secun-

secundum magis, & minus, quod falsum est. Nec similiter dicitur pater principalius spirare quam filius, quia aliter filius dicendus esset non solum non principaliter spirare, sed minus principaliter, quam pater, & esset illa ratio qua ambo spirant, differens secundum magis, & minus, vt vnus, & alter spirant secundum eam, quod totum falsum est. Similiter quia in diuinis spiratio nullo modo dicitur principalis emanatio, siue productio, nec etiam minus principalis, quam sit generatio, sed solummodo dicitur non principalis productio, consimiliter filius nullo modo dicitur principaliter spirare, nec etiam minus principaliter spirare, quam spirarct pater, sed solummodo dicitur non principaliter spirare.

8. Et sic in proposito gradus comparationis inter principaliter, & principalius in diuinis non significant eandem rem diuersificatã circa diuersos secundum dictum modum, sed eandem penitus, & vt circa generationem, & spirationem, quando generatio dicitur esse principalior emanatio respectu spirationis, vel circa spirationem, quando pater dicitur principalius spirare, quam filius. Vnde principalis, & principalior productio in diuinis nõ dicitur nisi generatio, similiter principalis, & principalior spirator siue principaliter, & principalius spirare non dicitur nisi pater. Quare gradus illius comparationis, scilicet positiuus & comparatiuus, idem secundum rem significant, non diuersificatum tamen secundum magis, & minus, sed penitus idem, vt sit diuersificatio secundum vocem tantum.

9. Et secundum hoc est comparatio secundum vocem tantum, sed aliter quam Grammatici quia illi appellant comparationem sm vocem tantum, in qua non est aliqua eadem significatio secundum rem in diuersis gradibus comparationis, sed tantum eadem vox secundum finem variata. Hic vero appellatur comparatio secundum vocem tantum, in qua est penitus eadem significatio secundum rem, nõ variata secundum magis, & minus in diuersis gradibus, sed solummodo vox diuersificatur ex parte finis, propter quod licet sit res eadem non tamen est comparatio secundum rem, sed secundum vocem tantum.

10. Et est aduertendum, quòd principalitas, tam in diuinis, quã in creaturis nihil aliud dicit, quam praerogatiuam quandam in aliquo, sed illa praerogatiua, vel potest fundari in aliquo absoluto, vel in aliquo relatiuo. Praerogatiua quidem in absoluto habet in creaturis comparationem secundum rem eandem penes magis, & minus variata, vt patet cum dicitur doctus, doctior, & ideo talis praerogatiua non inuenitur in diuinis, quia in diuinis non suscipit res eadem magis, aut minus, sed tantummodo illa, quae fundata est in relatiuo, quę simpliciter significatur in positiuo, & sub modo excessus secundum vocem in comparatiuo. Et consistit ista praerogatiua in hoc, quod hoc, siue ille cui conuenit praerogatiua, habet rationem originandi respectu illius super quod, siue super quem est praerogatiua, quemadmodum habet generatio super spirationem secũdum praedicta. Propter quod dicitur generatio processio principalis respectu spirationis & similiter processio principalior, quam sit spiratio. Et quemadmodum habet praerogatiuã pater in spirando super filium, quia quod filius spirat, hoc habet à patre secundum praedicta, propter quod pater dicitur spirare principaliter respectu filij, & similiter principalius quã filius. Nec tamen filius ex hoc dicendus est spirare minus principaliter, aut spiratio esse processio minus principalis quam generatio, quia spiratio nequaquã dicitur processio principalis, nec filius vllo modo dicendus est spirare minus principaliter. Et hoc ideo, quia filio aut ipsi spirationi nullo modo conuenit illa ratio, siue relatio super quam fundatur illa principalitas, quae est ex parte patris, quod à se habet alius quod spiret, & ex parte generationis quod ipsa quodammodo est ratio spirationis secundum dicta. Et contingit hoc in proposito, quemadmodum secundum Hilar. pater dicitur maior filio, & tamen filius nullo modo dicitur esse minor patre, vt patebit inferius, disputando de personarum aequalitate. Vnde quod pater dicitur spirare principaliter, & principalius filio, non est comparatio propria, sed abusiua, quemadmodum est comparatio abusiua cum Angelus bonus dicitur esse melior diabolo, quia diabolus nec simpliciter est bonus, nec minus bonus, quam Angelus, dico bonitate gratiae, quia illam in nullo communicat diabolus. Et similiter etiã est comparatio abusiua, qua dicitur quod generatio est principalis processio, & principalior spiratione.

q. 4. a. 4. 8

ib. & q. 2. n. 5.

a 57. q. 1 n. 11.
a 70. q. 2 ad 3.

11. Ad secundum, quod actio procedens à pluribus vna simplici virtute nõ procedit principalius ab vno, quam ab altero. Dico secundum iam dicta, quod verum est de principalitate fundata in aliquo absoluto, puta quando duo delegati vna, & eadem virtute delegantis sibi commissa exequuntur mandatum delegãtis, neuter illorum dicitur principalius mãdatum illud exequi quam alter, nec etiam vnus illorum dicitur principaliter exequi respectu alterius, eo quod ambo habent illam potestatem aequaliter ab eodem, & neuter ab altero, quemadmodum si Spiritus Sanctus procederet a solo patre, ambo aequaliter haberent potestatem creandi à patre, & neuter ab altero, & ideo neuter illorum principalis diceretur, aut prin-

n. 1.

n. 4.

principalius creare respectu alterius. Quemadmodum modo filius dicitur principaliter creare respectu Spiritus Sancti, eo quod potestatem creandi habet Spiritus Sanctus à filio. De principalitate autem fundata in relatiuo
b 2. illud non est verum secundum quod procedit ratio in oppositum, & bene, quia enim à patre habet filius quod sit, & quòd sit Deus, ideo pater dicitur esse principale nomen deitatis, di-
c 11.10.3 cente Augustino in secundo de Trinitate.
7 de tr *Credimus sanctam Trinitatem, & vnum Deum es-*
cap. 1. *se patrem, & filiũ, & Spiritum Sanctum. Pater*
1 de eccl. *eo est, quod habet filium, filius eo quod habet pa-*
dogm. c. *trem, Spiritus Sanctus eo quod sit ex patre, & filio*
3.10.3. *procedens. Pater ergo principium principale nomen est deitatis.* Sicut autem pater eo quod est principium, & filij, & Spiritus Sancti, est principale nomen deitatis simpliciter, propter quod dicit August. lib. 4. de Trinit. cap. 20.
10 3. ꝙ *pater est principiũ totius diuinitatis*, sic filius eo quod est principium Spiritus Sancti. Et secundum eundem modum pater potest dici principaliter Deus, & similiter principalius Deus, quam filius, aut Spiritus Sanctus, & consimiliter filius potest dici principaliter Deus, respectu Spiritus Sancti, & etiam principalius Deus, quam Spiritus Sanctus. Et consimiliter si filius dicitur principalius Deus respectu Spiritus Sancti, quia quod Spiritus Sanctus est Deus hoc habet à filio, pater etiã põt dici principalissime, quia, & filius habet, & Spiritus Sãctus à patre, ꝙ sũt Deus, vt sm̃ hoc pater dicatur principalissime in superlatiuo, & hoc respectu filij, & Spiritus Sancti, & filius principalius respectu Spiritu Sancti. Non tamen iuxta prædicta Spiritus Sanctus vllo modo dicendus est esse principaliter Deus, neque minus principaliter, quam pater, aut filius, quia nullo modo conuenit ei relatio secundum quam dicitur aliquis principaliter Deus, ita quòd si in diuinis recipiatur comparatio secundum tres gradus, quòd scilicet in diuinis sit Deus principaliter, principalius, & principalissime, positiuus conuenit communiter patri, & filio, comparatiuus filio respectu Spiritus Sancti, & patri respectu vtriusque, superlatiuus autem conuenit soli patri. Et cum dicitur filius esse Deus principaliter respectu Spiritus Sancti, & similiter principalius, & similiter pater Deus esse Deus principaliter, & similiter principalissimè respectu filij, & Spiritus Sancti, eadem est penitus significatio in positiuo, quæ est in comparatiuo, & in superlatiuo, sed cum dicitur filius esse Deus principalius respectu Spiritus Sancti, & pater principalissime respectu vtriusque penitus est alia, & alia significatio in comparatiuo, & superlatiuo, eo quòd principalitas superlatiua in patre, & comparatiua in filio fundantur super relationem aliam, & aliam. Filius enim non dicitur Deus principalius, quam Spiritus Sanctus, nisi quia ab ipso est Spiritus Sanctus. Pater etiam non dicitur esse Deus principalissime, nisi quia ab ipso habet esse filius, & ab ipso habet filius, quòd à filio habet esse Spiritus Sanctus. Ex hoc enim quod præcise à patre habet esse Spiritus Sanctus, solũmodo dicitur esse principalius Deus, quam Spiritus Sanctus, sicut & filius ex hoc, quod similiter ab ipso habet esse Spiritus Sanctus. Et sic pater solummodo dicitur esse Deus principalius respectu filij inquantũ præcise ab ipso habet esse filius. Et sic cũ in diuinis dicitur esse Deus principaliter, principalius, principalissimè, est comparatio voce tantum inter comparatiuum, & superlatiuum secundum modum grammaticum, quo aliud significatur omnino in vno gradu, & in altero. Alia enim relatione omnino dicitur pater principalis siue Deus, alia vero dicitur filius principalius Deus, quam Spiritus Sanctus, propter quod non minus principaliter dicitur Deus filius, quam pater, nec Spiritus Sanctus, quam pater, aut filius. Est autem comparatio voce tantum inter comparatiuum, & positiuum, secundum modum quo secundum prædicta in diuinis penitus idem significant comparatiuum, & positiuum. Eadem enim relatione omnino dicitur filius, aut pater principaliter, aut principalissime Deus, quia singulus eorum dicitur principaliter Deus.

✠

Conclusiones ex Quæstione Nona Articuli Sexagesimi.

1. *Pater dicendus est principalius spirare, quam filius.* n. 4.
2. *Hoc non est comparatione propria, sed abusiua.* n. 10.

QVAESTIO DECIMA.

Vtrum spirantes habeant aliquam aliam proprietatem communem, quam spirationem actiuam.

CIrca decimum arguitur, quod spirantes habent aliquam aliam proprietatem communem, quam spirationẽ actiuam.

1. Primò sic. Sicut se habet generatio ad solum patrem, sic se habet spiratio communiter ad patrem, & filium. Sed nõ solum generatio actiua est positiuè proprietas propria patris, sed etiam generatio passiua negatiuè est proprietas patris, quæ est ingenitum
a.57.q.8
esse, ergo consimiliter non solum spiratio actiua positiuè est proprietas communis patris, & filij, sed etiam spiratio passiua negatiue erit cõmunis proprietas patris, & filij, quæ est inspiratum esse.

2. Secundò sic. Sicut in Deo intellectus est naturalis, & ideo consideratur in Deo intellectus, vt est natura, aut vt est intellectus, & ab eo inquantum est natura simpliciter, consequitur proprietas, quæ est generatio actiua in patre, inquantum vero est intellectus, siue na-
a.40.q.6 n.6.
tura intellectualis, consequitur proprietas quę
q.7 n.8.
est dicere secundum superius determinata.
a.58.q.2.
Sic in Deo est voluntas, naturalis, quę cõsidera-
n.14.15.
tur vt est natura, aut vt est volũtas, ergo & ab ea inquãtũ est natura simpliciter, cõsequi debet vna proprietas, & ab ea inquantũ est voluntas, debet sequi alia proprietas, quarum vna respõdet ei quod est generare in patre, alia vero ei
a.54.q.6.
quod est dicere. Quare cum voluntas secun-
n.47. &
dum supra determinata est principium produ-
seq.
ctiuum in patre, & filio communiter, sicut in-
sup.q.6.
tellectus in patre, & ex parte intellectus in pa-
n.6.
tre non solum est proprietas patris generare, sed etiam dicere, consimiliter in patre, & filio ex parte voluntatis non solum est proprietas ipsorum cõmunis spirare, sed etiam aliqua alia.

3. In contrarium est, quòd tunc essent plures notiones quam quinque secundum supe-
rius determinata, quod est contra omnes Do- a.55.q.3.
ctores Theologos.

4. Dico secundum quòd supra expositum
est in principio quæstionis tertiæ circa pro- a.58.q.3 n.4.
prietates proprias patri, quod vna proprietas potest intelligi esse alia ab altera, vel secundum rem, vel secundum rationem tantum. Secundum rem autem vna non est alia ab altera, vt
ibi tactum est, nisi ex ordine ad obiectũ aliud, ibid.
& aliud. Quare cum pater, & filius non habeant communem ordinem ad obiectum, nisi ad vnicum, scilicet Spiritum Sanctum communiter productum ab ipsis, secundum rem igi-
tur non est nisi vna proprietas communis pa- a.55.q.4.
tri, & filio, quæ cum sit spiratio actiua secundũ n.8.
prædeterminata, præter spirationem ergo a- a.59.q.4
ctiuam spirantes nullam habent aliam pro- n.10 a.60
prietatem realem communem. Secundum q.3.n.12
rationem autem proprietas vna est alia ab alia es diuerso modo se habendi in ordine ad obiectum.

5. Et hoc modo bene verum est, quod spirantes habent aliam immo alias proprietates communes quam spirationem, quæ tamen sũt idem secundum rem cum spiratione actiua, quemadmodũ pater habet proprietates alias,
secundum rationem a generare, quæ secundũ a.58.q.3
rem sunt idem cum ipso generare. n.5.

6. Sed huiusmodi diuersitas in ordine diuerso ad idem obiectum potest accipi tripliciter. Vno modo, vt ipsum obiectum iam habitum est, & simul existens cum producente, qualis proprietas in patre importatur nomine paternitatis,
vt expositum est in dicta quæstione. Alio mo- ibid.
do, vt obiectum habet produci a producente.

7. Et hoc dupliciter. Vno modo accipiendo istam diuersitatem ex parte principij productiui. Alio modo accipiendo ipsam ex parte actus quo producitur. Vno enim modo

quia

quia productio, quæ est generatio in patre, nõ est in quacunque natura, & cuiuscunque producentis de quocunque, sed in natura intellectuali, productio illa qua pater producit filiũ, non solum dicitur generare ratione naturę simpliciter, sed etiam dicitur dicere ratione naturæ intellectualis, & sunt idem re, differentia
ib. q. 2. n. 14. 15. sola ratione, secundum quòd supra declaratũ est de proprietatibus patris in quęstione secunda. Alio autem modo quia actus generandi tripliciter habet mediare inter generantem, & genitum, differunt secundum rationem in patre generatiuum, & potentia generandi, & ipsum generare, vt declaratum est ibidem in
n. 5. quæstione tertia.

8, Secundum primum istorum modorum est modus proprietatis innominatus, quo pater, & filius respiciunt Spiritum Sanctum, vt iam productum, & simul existentem cum eis, qualis importatur in patre respectu filij nomine paternitatis. Vnde sicut pater dicitur pater, quia est ei filius, & non est pater nisi per filium, vt expositum est in dicta quæstione
ibid. tertia, & similiter non est pater nisi quia habet filium, vt tactum est iam in quæstione præcede-
n. 15. te, sic patri, & filio non conuenit iste modus relationis innominatus ad Spiritum Sanctum, nisi quia est eis spiritus, & per Spiritum Sanctum, & quia habent Spiritum Sanctum iam productum ab eis. Et quia iste modus innominatus est, ideo August. in sermone prędicto
ibid. de eccl. dog. c. 1. to. 3. cum dixit. *Pater eo est quod habet filium, filius eo quod habet patrem*, non subiunxit simile quid de Spiritu Sancto dicendo, Spiritus Sanctus eo est, quod habet talem, vel talem à quo habet esse, sed dixit. *Spiritus Sanctus eo est quòd sic ex patre, & filio procedit*. Spiritus Sanctus tantum non circumloquitur relationem talem qualis importatur nomine paternitatis aut filiationis, sed potius qua-
a. 63. q. 8 lis importatur nomine doni, vt infra patebit.

9. Penes secundum dictorum modorum, quo illa productio, quæ est spiratio actiua in
q. 1. n. 34 ar. 63. q. 10. n. 5. & seq. patre, & filio, non est á quacunque voluntate, sed a voluntate summe liberali, productio illa qua pater, & filius producunt Spiritum Sanctum, non solum dicenda est spirare ratione voluntatis simpliciter, sed etiam alio quodam modo, qui se habet ad spirare, sicut se habet
ib id q. 7 dicere ad generare, quem possumus vocare flagrare.

a. 40. q. 6. n. 6. q. 7. n. 8. 10. Ad cuius ampliorem intellectum aduertendum ex supra determinata præcipuè in quæstione de intelligere Dei, quòd sicut supposita informatione intellectus, vt simpliciter est notitia simplici essentiali, ipse intellectus sic informatus consideratur vno modo, vt est natura simpliciter, & principium actiuum naturale in seipsum, vt est conuersus, & nudus secundum modum superius expositum. q. 1. n. 36 Consideratur etiam alio modo, vt est intellectus, & principium actiuum intellectuale. Et vt primo modo consideratur, est principium a. 58. q. 2 n. 14. 15. actus generandi, vt vero consideratur secundo modo, est principium actus dicendi. Differunt enim sola ratione actus generandi, & dicendi, quemadmodum sola ratione differt ib. n. 16. intellectus, vt consideratur primo modo, & secundo modo. Sic supposita informatione a. 65. q. 4 ad 2. voluntatis, vt simpliciter est amore simplici essentiali, ipsa voluntas conuersa consideratur vno modo, vt est voluntas simpliciter nuda, & principium actiuum voluntarium in seipsã, vt est informata amore simplici essentiali. Consideratur etiam alio modo vt est liberalis, & principium actiuum liberale. Et vt primo q. 1. n. 34 modo consideratur, est principium actus spirandi, vt vero secundo modo, est principium actus innominati, quem vocamus actum flagrandi, quemadmodum sola ratione differt a. 65. q. 7 voluntas, vt consideratur primo, & secundo modo.

11. Et actus spirandi ex parte voluntatis respondet actui generandi ex parte intellectus. Actus vero flagrandi respondet ex parte intellectus actui dicendi, & addit ipsum flagrare super spirare, & super actu amandi essentialẽ, respectũ quem ipsũ dicere addit super generare, & super actum intelligendi essentialem, prout supra est expositum de generare, & di- a. 58. q. 2 n. 19. cere, & intelligere. Et per correspondentiã hic consimilia debent intelligi de spirare, & flagrare, & amare. Secundum eundem tamẽ modum quo sunt idem secundum rem generare, & dicere ex parte intellectus, & differũt sola ratione, vt expositum est supra in quęstio- ibid n. 15 ne secunda prædicta de generare, & dicere, consimiliter sunt idem secundum rem spirare & flagrare ex parte voluntatis, & differunt sola ratione.

12. Vnde, & fere eisdem modis quibus Sacra Scriptura. & sancti vtuntur hoc verbo dicere, secundum quod determinatum est supra de dicere in prædicta quæstione secunda, con- ib n. 20. & seq. similiter possent vti hoc verbo flagrare. Sicut enim secundum ibi determinata, dicere ali- ibid n. 23 quando tenetur notionaliter, aliquando vero essentialiter, & tunc supponit intelligere, & includit in suo significato actum manifestandi, siue manifestum faciendi cum relatione ad illa quæ nata sunt manifestari cuicunque intellectui, eo quòd notionaliter dicitur, cuiusmodi est verbum siue declaratiua notitia, quod est idem re quod filius, secundum superius determinata. Consimiliter, & flagrare aliquando teneri potest notionaliter, aliquando vero essentialiter, & tunc supponit amare, & inclu-

dit

dit in suo significato actum placendi siue pla-
citum faciendi cum relatione ad illa, quæ na-
ta sunt placita fieri cuicunque voluntati eo,
quod notionaliter flagratur, cuiusmodi est
quiddam correspondens verbo apud emana-
nationem voluntatis, quod possumus vocare
zelum, siue inflammatum amorem, quod est
idem re quod Spiritus Sanctus, quemadmodū
a.58.q.2. verbum est idem re quod filius, & flagrare est
n.15. idem re quod spirare, quemadmodum dicere
a.61.q.7 est idem re quod generare, prout inferius de-
clarabitur. Vnde qualia superius determina-
a.58.q.2 ta sunt de dicere ex parte intellectualis opera-
tionis, consimilia per quandam correspondē-
tiam intelligi debent hic de flagrare ex parte
voluntariæ operationis.

13. Penes tertium autem dictorum modo-
rum differunt secundum rationem in patre, &
filio spiratiuum, potentia spirandi, & spirare,
sicut in patre generatiuū, potentia generan-
a.58 q.3. di, & generare, vt habitum est supra.

14. Sic ergo non est secundum rem alia
proprietas communis patri, & filio, quam
spirare, licet aliæ sint, quæ differunt ab hac
secundum rationem, sed sunt eædem se-
n.3. cundum rem, secundum quod procedit vltima
ratio.

n.2. 15. Ad primam in oppositum, quòd patris
non solum est proprietas generare, sed etiam
ingenitum esse, ergo & patris, & filij com-
muniter proprietas est non solum spirare, sed
etiam inspiratum esse. Dico, quòd secundum
superius determinata ingenitum non est pro-
a.57.q.1. prietas siue notio patris ratione eius quod per
n.12. se, & principaliter significat. Cum enim di-
gnitatis sit genitum ratione principalis signi-
ficati, nullo modo ratione eiusdem inquantum
præesse priuatur in nomine ingeniti, ingeni-
tum esse potest esse dignitatis, non tamen est
indignitatis, sed potius conditionis alterius di-
gnitatis. Quod autem ingenitum est notio,
hoc est ratione eius, quod consequitur siue in-
telligitur in ingenito ratione eius, quod prin-
cipaliter significatur nomine geniti. Quia
sup q.3. enim generare est prima productio, & genitū
est primum productum, ipsum generare est
ratio omnis vlterioris productionis, & ipse ge-
nitus est ratio producendi omnem vlterius
productum, vt licet aliquis sit immediate pro-
ductus alia productione, productus tamen est
quoquo modo mediante generatione alterius,
& ideo ipse non omnino ita proprie, & perfe-
a.57.q.1. cte potest dici ingenitus sicut non genitus, si-
n.27. cut ille in quo habet esse primo aliud per ge-
nerationem. Propter quod quia generatio
est prima productio, ingenitum sic acceptum
circa generantem, non solum negat genitum,
siue per generationem esse immediate, sed
etiam mediate, & sic negat omne esse ab alio,
& hoc est quod intelligitur nomine ingeniti,
& consequitur principale significatum, ratio-
ne cuius habet rationem dignitatis simplici-
ter, & est notio, vt superius est expositum. ibid.
Nunc autem in proposito non est simile de a.54.q.8.
non spirato, quia non spiratum proprietas siue n.37.
notio non est ratione eius quod per se, & prin-
cipaliter significat, cū neget id quod dignita-
tis est, & notio ratione sui principalis signi-
ficati, similiter neque ratione alicuius, quod
consequitur, siue intelligitur in non spirato ra-
tione eius quod principaliter significatur in
ipso. Quia enim spirare non est prima pro-
ductio, & spiratum non est primum produ-
ctum, neque ipsum spirare est ratio omnis vl-
terioris productionis, neque ipse spiratus est
ratio producendi omnis producti in diuinis,
immo nullius, quia in diuinis non est vlterior
productio, vt habitum est supra, vt propterea ibid.
ipse genitus in diuinis ita perfecte possit dici
non spiratus, siue inspiratus, sicut ipse gene-
rans dicitur ingenitus. Et communiter con-
ueniens generanti, & genito, non negat esse ab
alio, & ideo quando solummodo (vt dictum a.57.q.8
est) ingenitum habet rationem dignitatis, & n.17.
notionis, hoc habet eo quòd includit in suo in-
tellectu non esse omnino ab alio. Nullo igitur
modo inspiratum proprietas poterit dici, aut
notio patris, & filij communis, quia nullo mo-
do in suo intellectu includit esse omnino ab
alio. & sic inspiratum nullo modo potest esse
proprietas communis patris, & filij, licet in-
genitum sit proprietas, & notio solius patris.

16. Ad secundum, quod in Deo considera- sup.n.2.
ratur natura vt est natura, & vt intellectus est,
ergo & voluntas &c. Dico quod verum est cō-
clusium, sed illa diuersitas, quæ procedit a vo-
luntate, vt est natura, & vt est voluntas, est
secundum rationem tantum, & ambo sunt vna
proprietas secundum rem, sicut superius est n.81.
expositum de dicere, & generare.

17. Circa tamen istum medium inductū
est aduertendum, quod defecit in similitudi-
ne, licet enim intelligere, & voluntas in Deo
considerantur vt natura, & vt intellectus siue
voluntas, & natura communiter in eis accipi-
tur pro principio intrinseco notionaliter siue
modo naturæ, hoc tamen fit diuersimode,
quia motum modo naturæ, mouet quodam
modo principaliori, quodam vero non princi-
paliori. Est enim duplex modus mouendi mo- q.1 n.37
do naturæ scilicet & impetu, & necessitate, 40.
quorum primus est principalior, & excludit
modum mouendi ex libera voluntate, secun-
dus vero est non principalior, nec excludit mo-
dum mouendi ex libertate voluntatis, ex so-
lum ex voluntatis libero arbitrio. Primo mo-
do in generatione filij, & verbi distinguitur
productum, & vt est natura, & vt est intelle-
ctus,

ctus, quia non ſolum neceſſitate incommutabili, ſed impetu quodam pater producit filium ſiue verbum, Secundo modo in ſpiratione Spiritus Sancti diſtinguitur productum vt eſt natura, & vt eſt voluntas, quia ſola neceſſitate incommutabilitatis abſque omni impetu pater, & filius producunt Spiritum Sanctum.
ib.n.10. Propter quod dictum eſt ſuperius, quod vtraque productio eſt modo naturæ, ſed principaliori modo naturæ producitur filius.

18. Eſt etiam proceſſio filij principaliori modo naturæ ex parte modi procedendi incommutabili neceſſitate, quia etſi voluntas ſub diuerſis rationibus conſideratur, & vt eſt natura, & vt eſt voluntas, ſicut & intellectus, tamen alius, & alius eſt ordo harum rationum, quia ex parte intellectus ratio intellectus, vt eſt natura, prima eſt reſpectu eiuſdem, vt eſt intellectus. E conuerſo autem eſt ex parte voluntatis; nam ratio voluntatis vt eſt voluntas, prima eſt reſpectu eiuſdem vt eſt natura. Libertas ex parte voluntatis eſt, principalitas autem ex parte intellectus, vt in Deo voluntas dicatur eſſe naturalis reſpectu productionis Spiritus Sancti, natura vero intellectualis reſpectu productionis filij. Nunc autem prima ratio principiandi principalis eſt reſpectu ſecũdę, propter quod ex parte intellectua principalior eſt modus naturę, quia ſecundum primam rationem eſt, quam ex parte voluntatis, quia ſecunda eſt.

19. Propter ergo iſtum duplicem modum principaliorem naturæ in procedendo, filius ſimpliciter dicitur procedere modo naturæ, & Spiritus Sanctus modo voluntatis. Nec tamẽ modus voluntatis remouendus eſt a proceſſione filij, pater enim dicitur generare filium voluntate conſequente ſiue concomitante, & omnino non impertinente ad rationem generatiuam, vt habitum eſt ſupra, & amplius declarabitur in 6 quæſtione articuli ſequentis. q.1.n.14
Pater autem, & filius nequaquam dicitur ſpirare Spiritum Sanctum natura conſequente ſiue concomitante, modo quo voluntas ſequitur generationem filij, & hoc ideo quia modus naturæ ex impetu nullo modo cadit in proceſſione Spiritus Sancti, quia (vt dictum n.17.
eſt modo) iſte modus naturæ libertatem ſiue liberalitatem excludit, modus autem naturæ ex neceſſitate incommutabili non concomitatur rationem voluntatis, qua primo, & principaliter ſpiratur Spiritus Sanctus, ſicut modus voluntatis liberæ concomitatur rationem naturæ, qua primò & principaliter generatur filius, quia modus ille naturæ licet ſit concomitans, pertinet ad rationem ſpirandi cum ratione voluntatis, non ſic autem modus ille concomitans pertinet ad rationem generandi cum ratione naturę, vt propterea ſit diuerſus modus concomitandi hic & ibi.

✠

Concluſiones ex Quæſtione Decima, Articuli Sexageſimi.

1. *Præter ſpirationem actiuam ſpirantes nullam aliam habent proprietatem realem communem. n. 4.*
2. *Secundum rationem ſpirantes habent aliam, immo alias proprietates communes, quam ſpirationem, quæ tamen ſunt idem ſecundum rem cum ſpiratione actiua. n. 5.*
3. *Inſpiratum nullo modo poteſt dici proprietas, aut notio patris, & filij communis. n. 15.*

ARTICVLVS SEXAGESIMVS PRIMVS.

De proprietatibus proprijs Spiritui Sancto. In Decem Quæſtiones diuiſus.

SEquitur Articulus Sexageſimus primus de proprietatibus proprijs Spiritui Sancto.
De quibus decem ſunt inquirenda.
Primum eſt. Vtrum Spiritus Sanctus ſit nomen perſonæ inſtitutum à proprietate perſonali.
Secundum eſt. Vtrum ſpirari ſit proprium Spiritui Sancto.
Tertium. Vtrum Spiritui Sancto ſit aliqua alia proprietas, quam ſpirari.
Quartum. Vtrum Spiritus Sanctus ſpiretur à patre in filium, & è conuerſo.
Quintum. Vtrum Spiritus Sanctus in eo quod ſpiratur procedat, vt amor.
Sextum. Vtrum procedat, vt amor de amore, an ſit amor de notitia.
Septimum. Vtrum Spiritus Sanctus ſit amor, quo pater, & filius diligunt ſe, & alia.
Octauum. Vtrum Spiritus Sanctus procedat, vt donum.
Nonum. Vtrum Spiritus Sanctus ſit donum quo cætera donantur.
Decimum. Vtrum à patre detur filio, & è conuerſo.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum Spiritus Sanctus ſit nomen perſonæ inſtitutum à proprietate perſonali.

CIrca primum arguitur, quod ſpiritus non ſit nomen perſonæ diuinæ.

a.53.q.6 1. Primò ſic, non eſt perſona diuina niſi relatiua, vt habitum eſt ſupra, ſed Spiritus Sanctus non eſt nomen relatiuum, ſed abſolutum, quia abſolutum eſt, quod dicitur ſpiritus, & ſimiliter quod dicitur ſanctus, ergo &c.

2. Secundo ſic, nomen quod communiter conuenit tribus perſonis diuinis, eſſentiale eſt in diuinis, & non perſonale, vt patet ex ſupra determinatis, hoc nomen Spiritus Sanctus conuenit, tribus perſonis; pater enim, & Spiritus eſt, & Sanctus, ſimiliter & filius, & quæcunque alia perſona in diuinis, ergo &c.

3. Contra 1. Ioan. 5. dicitur. *Tres ſunt qui teſtimonium dant in cælo, pater, verbum, & Spiritus Sanctus* hoc autem non eſſet niſi Spiritus Sanctus eſſet nomen perſonæ, ergo &c. B.7.

4. Dicunt aliqui, quòd nomen aliquod dupliciter poteſt conſiderari. Vno modo ratione ſui principalis ſignificati. Alio modo ratione actus ſui. Primo quidem modo dicunt quòd Spiritus Sanctus non eſt proprium nomen perſonæ, ſed commune Trinitati, vt procedunt duo prima obiecta. Secundo modo a.1 s. (vt procedit tertium obiectum) dicunt, quòd a.3. eſt proprium nomen perſonæ in diuinis. Vtitur enim Theologi hoc nomine Spiritus Sanctus pro nomine relatiuo nondum impoſito,

licet

licet de se sit absolutum.

5. Quod non oportet dice e. immo simpliciter potest dici, quòd Spiritus Sanctus est proprium nomen personæ, & relatiuum.

6. Ad cuius intellectum, & ad dissolutionem argumentorum simul, sciẽdum est, quod hoc nomen spiritus vno modo dicitur a spiritualitate, appellando qualemcunque rem pro naturæ suæ subtilitate spiritualem spiritum, secũdum quod etiam ventus spiritus dicitur, & hoc modo spiritus est in diuinis nomen naturæ siue essentiæ, & penitus absolutum, conueniens tribus personis, vt procedunt duo prima obiecta. a. 1. 2. Et hoc modo Deus essentialiter supponens, & communiter pro tribus personis, dicitur spiritus Ioan. 4. C. 24. *Deus spiritus est*. Alio autem modo dicitur spiritus ab actu spirandi, scilicet quia spiratur, & spiratione esse habet, & quasi per expulsionem, siue excussionem à spirante de eo de quo spiratur, secundum quòd supra declaratum est, a. 60. q. 1 n. 37 assignãdo differentiam inter generationem, & spirationem. Hoc autem modo nominando spiritũ, spiritus in diuinis est nomen personæ, nõ essẽtiæ, & penitus relatiuũ, conueniens solũmodo tertiæ personæ in diuinis, & est institutum à proprietate personali relatiua, quæ est spirari, sicut genitum impositum est à proprietate relatiua, quæ est generari, secundum modum a. 59. q. 1 3. superius expositum de genito, & iam exponetur de Spiritu Sancto. inf q. 2. Quia vt dicit Augustinus 5. de Trinitate cap. 11. to. 3. *Spiritus Sanctus in eo quòd proprie dicitur Spiritus Sanctus, relatiue dicitur, sed ipsa relatio non apparet in hoc nomine, sicut in hoc nomine donum*.

7. Quod autem eum nomine Spiritus adiũgitur Sanctus, hoc fit per Antonomasiam, quia huic spiritui sanctitas appropriatur, vt spiritus iste ab alijs spiritibus discernatur, vt sit idem ex parte tertiæ personæ in diuinis spiritum esse. quod est ex parte personæ secundæ genitum esse, & secundum hoc bene procedit tertia obiectio. a. 3.

Conclusio ex Quæstione Prima, Articuli Sexagesimi primi.

1. *Simpliciter potest dici, quod Spiritus Sanctus est proprium nomen personæ, & relatiuum. n. 5.*

QVAESTIO SECVNDA.

Vtrum Spirari sit proprium Spiritui Sancto.

Circa secundum arguitur, quòd spirari non sit proprium Spiritui Sancto.

1. Primò sic. Illi cui conuenit spirare, non est proprium spirari, quia nihil potest esse proprium alicui, cui conuenit contrarium illius, spirare autem conuenit Spiritui Sancto, A. 8. Ioannis 3. *Spiritus vbi vult spirat*, ergo &c.

2. Secundò sic, quod spiratur procedit á termino in terminum, aer enim non spiratur, nisi cum procedit intus ab extra per inspirationem, vel extra ab intus per respirationem. Spiritus Sanctus autem in sua emanationẽ nõ procedit á termino in terminum, quia non recedit ab eo à quo emanat, ergo Spiritus Sanctus non spiratur, si autem non spiratur, spirari non est proprium ei, ergo &c.

3. Contra. Spiritus Sanctus spiritus dicitur quia spiratur, vt iam tactum est, & hoc non q 1 n. 6 nisi quia spirari est ei proprium, sicut generari ibid. & est proprium filio, vt supra expositum est, ergo a. 59 q 1 &c.

4. Dico, quòd sicut secundum superius ibid n 4. & q. 2 n. 14. determinata aliquid dupliciter dicitur generari. Vno modo vt subiectum generationis: alio modo vt terminus generationis. Consimiliter aliquid dicitur spirari vno modo vt subiectum spirationis de quo spirans spirat. Alio modo vt terminus spirationis, vt ille qui spiratur.

ratur. Primo autem modo spirari potius proprium est ei de quo spiratur, quam ei qui spiratur, & non est proprium ei qui spiratur nisi per quandam reductionem eius de quo spiratur ad illum qui spiratur, ad modum quo hoc superius est expositum de generari, quod conuenit vt subiecto ei de quo generatur. Secundo autem modo spirari proprium est ei qui spiratur, vt Spiritui Sancto, sicut secundum prædeterminata generari est proprium ei qui generatur, vt filio, sicut procedit vltima obiectio.

ib. q. 1. n. 4. & q. 2. n. 14. — ibid n 10 — sup n 3

a. 59. q. 3. 5. Illa enim quę superius exposita sunt circa proprietatem filij, quæ est generari, hic intelligenda sunt circa proprietatem Spiritus Sancti, quæ est spirari. Ipsum enim spirari est proprietas constitutiua personæ Spiritus Sancti secundum eundem modum, quo generari est proprietas constitutiua personæ filij. Et similiter potentia spirandi passiue est proprietas Spiritus Sancti, & in Spiritu Sancto, secundum eundem modum quo potentia generandi passiue est proprietas filij, & in filio, & sic de pluribus alijs quæ supra exposita sunt circa personam filij.

ib. q. 1. — it. id.

sup. n. 2. 6. Ad primum in oppositum, quod Spiritui Sancto conuenit spirare, ergo non est proprium ei spirari: Dico, quod spirare æquiuocum est, sicut & generare, & procedere. Est enim quædam generatio æterna, & simpliciter processio, qua in diuinis vna persona ab alia generatur, & procedit. Et similiter est quædam generatio temporalis, qua in creaturis aliquid recipit esse per creationem à persona diuina, & hoc extendendo nomen generationis modo quo extenditur Genesis 2. vbi dicitur *Ista sunt generationes cæli, & terræ*. vbi exponitur, quod non loquitur nisi de generatione creationis, vnde subdit. *In die quo fecit Dominus cælum, & terram*. Quæ quidem generationes etiam possunt dici processiones, & hoc præter illam processionem, qua in missione ad aliquem effectum in creaturis, vna diuinarum personarum temporaliter dicitur procedere ab alia, vel ab alijs, de qua processione habendus est sermo inferius in tractatu de prouidentia Dei, & gubernatione creaturarum. Et consimiliter est quædam spiratio æterna, qua scilicet in diuinis tertia persona procedit à duobus primis, & talis spiratio passiua siue tali spiratione spirari propium est Spiritui Sancto secundum iam dicta. Est autem alia spiratio temporalis, qua in creaturis aliquid spirituale procedit a diuinia persona, quod quia est donum gratiæ, & bonitatis diuinæ, licèt tali spiratione tota Trinitas spirat, ipsa tamen appropriate attribuitur Spiritui Sancto, de qua procedit obiectio. Et de tali spiratione loquitur beatus Petrus quando dicit. *Spiritu Sancto inspirati locuti sunt Sancti Dei homines*. De qua dicit Augustinus super Ioan.

A. 4. — n. 4. — ep. 2. c. 1. — D 21. tr. 1. 10. 9 n. 2.

7. Ad secundum cum dicitur, id quod spiratur procedit à termino in terminum, &c. Dico, quòd aliquid potest intelligi procedere à termino in terminum dupliciter. Vno enim modo, vt aliquid præexistens in vtroque termino tanquam habens esse actu in illis, & sic existens in illo ab illo procedit, vt existat in aliud. Et quòd sic spiratione procedit ab vno termino in alterum, non habet esse per spirationem, sed solummodo per spirationem habet transitum ab vno termino in alterum præsupposito esse eius. Et talis spiratio solum cóuenit rebus corporalibus aliquam spiritualitatem ratione suæ subtilitatis habentibus, propter quod earum transitus talis spiratio quædam dicitur, quemadmodum aer dicitur spirari quando ab extra trahitur in spiratione in pulmonem, & expellitur à pulmone per expirationem, de qua principaliter procedit obiectio. Alio autem modo aliquid intelligitur procedere à termino in terminum, non vt aliquid præexistens in vtroque termino, tanquā habens esse actu in illis, sed solummodo vt existens virtute in termino a quo procedit, inquantum procedit ab illo, & sic existens in illo, ab illo procedit in alterum, in quo à primo habet esse in illum secundum actum. Et quod sic spiratione procedit ab vno termino in alterum, non solum procedit in alterum terminū per spirationem, vt habeat esse suum in illo, sed etiam vt habeat esse in seipso simpliciter, & in seipso sit terminus spirationis. Et ideo quod sic spiratur, per spirationem non habet transitum ab vno termino in alterum supposito esse eius in vno. Immo per ipsam spirationem habet esse non solum in altero, sed etiam in seipso.

a. 60. q. 1 n 37.

8. Et talis spiratio passiua conuenit alicui dupliciter. Vno modo vt producto in esse ab alio, vt à principio producente, non autem vt à subiecto, & materia, & hoc modo dona sapientiæ, & bonitatis spiritualiter spiratione quadam prædicta producuntur in animas sanctas a tota Trinitate principaliter, sed appropriate à spiritu sancto, vt iam dictum est. Alio autem modo, vt cui per productionem communicatur esse ab alio, vt à principio producente, & vt a principio quasi subiecto, & materiali de quo producitur, & hoc modo spiritus sanctus spiratione producitur à patre, & filio per voluntatem eorum concordem, vt est nuda, & conuersa super seipsam informatam amore simplici, & essentiali, & habet esse ab vtroque, & est tertia persona in diuinis, & de substantia ipsorum, vt ipsa est voluntas informata amore simplici, & essentiali secundum quòd hæc determinata sunt superius, Pro-

n. 6. — a 60 q. 4 n. 37. & seq.

Producitur etiam hoc modo spiritus sanctus a patre in filium, vt in terminum, & è conuer-
q. 4. so à filio in patrem, secundum quòd iam declarabitur inferius.

9. Et est hic aduertendum, quòd ista productio Spiritus Sancti inquantum habet esse à producentibus, non differt à modo producendi filium, nisi quòd productio filij est à solo patre, & per principium quod est intellectus. Productio autem Spiritus Sancti est simul à patre, & filio, & per principium quod est volun-
a. 54. q. 6 tas, secundum modum superius expositum. Inquantum vero ista productio Spiritus Sancti habet esse ab illo de quo, vt de quasi subiecto, & principio materiali producitur, differt à modo producendi filium, non solum in hoc, quòd productio filij est de intellectu simplici conuerso super se, vt est informatus notitia simplici, & essentiali, productio vero Spiritus Sancti est de voluntate informata amore simplici, & essentiali secundum modum superius
n. 8. expositum, sed etiam differt ab illo in hoc, quòd productio filij est de intellectu, vt de subiecto, & quasi materia per quasi illius informationē, & impressionem factam in illo ab intellectu informato notitia simplici, à quo in intellectu, quasi formatur notitia declaratiua, quæ verbū est, & filius. Productio autem Spiritus Sancti est de voluntate informata amore essentiali, vt de subiecto, & quasi materia, non per quasi informationem, aut impressionem quācunque sed potius per quasi excussionem, siue exufflationem, siue expressionem, aut expulsionem quandam factam à voluntate nuda, à qua, vt à ratione spiratiua existente in patre, & filio, quasi excutitur de voluntate informata amore
a. 60. q. 1 simplici amor incentiuus, qui est Spiritus San-
n. 47. ctus, secundum quòd supra declaratum est, &
inf. q. 7. iam amplius declarabitur inferius.

10. Talis autem excussio, siue exufflatio spiritualis spiratio dicitur, & est similis spirationi corporali, qua virtute cordis excuteretur, siue exufflaretur aer per expirationem de pulmone, vt de subiecto, & principio materiali, qui prius non fuisset contentus in pulmone per inspirationem in ipsum attractus. Sed est differentia in hoc, quod aer iste excuteretur de pulmone per quendam transitum, & recessum ab illo. Spiritus Sanctus autem excutitur de voluntate informata amore simplici, absque transitu, & recessu ex parte Spiritus Sancti à patre, & filio, aut ab eo de quo producitur. Nihilominus tamen procedit ab illo, modo prædi- n. 6.
cto, & sic vere spiratur, licet aliter quā aliquid a. 60. q. 1
spiretur temporaliter, vt patet ex iam dictis. n. 37. & seq.

11. Et quia secundum modum iam dictum Spiritus Sanctus in sua emanatione non solum procedit à producentibus, sed etiam ab illo de quo emanat, inquantum videlicet ab illo excutitur, filius autem in sua emanatione solummodo procedit à producente, nullo autem modo ab illo de quo emanat, inquantum videlicet in illo, quasi imprimitur, propter hoc licet communiter vtraque emanatio dicatur processio, propriè tamen emanatio Spiritus Sancti, dicitur processio, non autem filij, & hoc non ratione eius, quòd Spiritus Sanctus habet procedere à producentibus, sed solummodo ratione, qua procedit modo iam dicto a principio qua- n. 9.
si materiali, & subiecto. Propter quod etiam talis emanatio propriè dicitur spiratio, sicut emanatio filij propriè dicitur generatio.

12. Vnde ex parte modi producendi personas de aliquo, vt de subiecto, & quasi materia, debet accipi differentia emanationum, non autem ex parte modi producendi ab ipsis producentibus, secundum quod superius eorum differentiam assignauimus. a. 60. q. 1 n. 46.

Conclusiones ex Quæstione Secunda, Articuli Sexagesimi primi.

1. *Spirari vt subiectum non est proprium Spiritui Sancto.* n. 4.
2. *Spirari, vt terminus proprium est Spiritui Sancto.* ibid.
3. *Spirari est proprietas constitutiua personæ Spiritus Sancti, eo modo quo generari est proprietas constitutiua personæ filij.* n. 5.
4. *Potentia spirandi passiue est proprietas Spiritus Sancti, & in Spiritu Sancto eo modo quo potentia generandi passiuè est proprietas filij & in filio.* ibid.
5. *Emanatio Spiritus Sancti propriè dicitur processio, non autem filij.* n. 11.
6. *Emanatio Spiritus Sancti propriè dicitur spiratio, sicut emanatio filij propriè dicitur generatio.* n. 12.

QVAESTIO TERTIA.

Vtrum in Spiritu Sancto sit aliqua alia proprietas, quam spirari.

Circa tertium arguitur, quòd in Spiritu Sancto sit aliqua alia proprietas, quam spirari.

1. Primò sic, sicut conuenit soli patri esse à quo alius per generationem, & communiter patri, & filio esse à quo alius per spirationem, sic conuenit communiter patri, & filio, & Spiritui Sancto esse à quo alius per creationem, sed esse à quo alius per generationem, est propriũ patri, esse à quo alius per spirationem, est proprium filio communiter cum patre, ergo consimiliter esse à quo alius per creationem, est proprium Spiritui Sancto communiter cum patre, & filio.

2. Secundò sic, sicut conuenit propriè patri, quòd non sit ab alio per generationem, sic conuenit Spiritui Sancto communiter cum patre, & filio, quòd non sit ab alio per creationẽ, quare cum propter illud proprietas propria patris est ingenitũ esse, similiter propter istud proprietas communis Spiritui Sancto cum patre, & filio est increatum esse.

3. Tertiò sic, sicut conuenit soli patri esse à quo omnis alius in diuinis, sic conuenit Spiritui Sancto esse à quo nullus alius in diuinis, sed illud est proprium solius patris, ergo istud consimiliter proprium est solius Spiritus Sancti.

4. Quartò sic, sicut commune est patri, & filio, quòd ab ipsis est alius per spirationem, sic commune est patri, & Spiritui Sancto, quòd non habent esse ab alio per generationem, sed illud est communis proprietas patris, & filij, ergo & istud est communis proprietas patris, & Spiritus sancti.

5. Quintò sic, sicut patri conuenit non esse ab alio per generationem, sic & Spiritui sancto, sed propter illud patris proprietas est inge- a.57.q.4 nitum esse, ergo propter idem hæc etiam est proprietas Spiritus sancti communis cum patre.

6. Sextò sic, sicut conuenit patri, quòd ab ipso est alius per generationem, & ipse non est ab alio per generationem, sic è conuerso conuenit Spiritui sancto, quòd ipse est ab alio per spirationem, & ab ipso non sit alius per spirationem. Quare cum propter illa duo duplex proprietas conuenit patri, & propter vnum illorum eius proprietas est generare, propter al- a.58.q.1 terum vero eius proprietas ingenitum esse, er- a.57.q.1 go & propter ista duplex proprietas conueniet Spiritui sancto, vt propter vnum illorum eius proprietas sit spirari, & propter alterum eius proprietas sit non spirantem esse.

7. Septimò sic, sicut commune est patri, & filio, quòd ab ipsis est alius per spirationem, sic commune est filio, & spiritui sancto, quòd nõ est ab ipsis alius per generationem, si ergo illud

lud eſt proprietas communis patris, & filij, &
illud erit proprietas communis filij, & ſpiritus
ſancti.
a.3. 8. Octauò ſic, ſecundum Auguſtin. 15. de
Trinit. cap. 17. eſſe donum proprium eſt ſpiri-
a. 60. q. tui ſancto in diuinis, *quia nec donum dicitur niſi*
10. n. 3. *Spiritus Sanctus*, ſed donum proprium eſt aliud
à ſpirari, ergo &c.
a.60.q.10 9. Contra, tunc eſſent plures notiones, quã
n.3. quinque, ſecundum, quòd ſuperius argutum
eſt, quod falſum eſt.
10. Specialiter autem arguitur contra vlti-
mum, quòd eſſe donum non ſit proprium ſpi-
ritus ſancti, quia quod conuenit alteri perſonę,
non eſt proprium vnius, licet enim proprietas
vna poſſit eſſe pluribus perſonis communis,
non tamen idem poteſt eſſe proprium vni, &
conuenire alteri. Eſſe donum conuenit alte-
ri, quam perſonæ ſpiritus ſancti, quia filius do-
n.6. num eſt, eo quòd datus eſt. Eſaiæ 9. *Puer na-
tus eſt nobis, & filius datus eſt nobis*, quicquid
autem propriè datur, ſcilicet gratuitò, donum
eſt, ergo &c.
11. Dico ſecundũ quod dictum eſt in prin-
a.4. cipio ſolutionis quæſtionis decimæ, articuli
præcedentis, quòd proprietas vna poteſt eſſe
alia ab altera, vel ſecundum rem, vel ſecundũ
rationem tantum. Loquendo ergo de diuer-
ſitate ſecundum rem. Dico, quod in ſpiritu
ſancto non eſt alia proprietas, quam ſpirari.
Loquendo autem de diuerſitate proprietatum
ſecundum rationem, bene verum eſt, quòd in
ſpiritu ſancto ſunt aliæ proprietates, quam ſpi-
rari, quæ tamen ſecundum rem eædem ſunt
cum ipſo ſpirari. Quemadmodum, in patre
a.52.q.3 ſunt proprietates aliæ ſecundum rationem à
a.59 q.4 generare, quæ tamen eædem ſunt ſecundum
rem cum generare, & in filio a generari, & cõ-
muniter in patre, & filio aliæ a ſpirare, quæ ta-
men eædem ſecundum rem ſunt cum ipſo ſpi-
rare, ſecundum quod hæc omnia patent inſpi-
cienti ſuperius determinata, maxime in quæ-
a.60. ſtione decima, iam tacta, & in quæſtione quar-
a.59. ta de proprietatibus filij.
ſup. n.8. 12. Ad primum in oppoſitum dico, quòd
in propoſito non loquimur de proprio, ſiue de
proprietate conueniente Deo quacunque, ſed
n.10. ſolummodo de illa, quæ dicitur notio, vt inſi-
nuat vltima ratio. Eſt autem notio ſecundũ
a.55.q.4. ſuperius determinata proprietas relatiua, ad di-
a.57.q.1 gnitatem pertinens, qua notificatur vna per-
ſona in ordine ad aliam, vel duæ ad vnam, aut
vna ad duas. Quapropter talis proprietas non
poteſt ſimul omnibus conuenire. Quare licet
eſſe à quo aliud per creationem, ſit quædam
proprietas relatiua, quia tamen non eſt per-
ſonæ ad perſonam, ſed communiter con-
uenit omnibus perſonis diuinis, & non niſi in
ordine ad creaturas, nullo igitur modo poteſt
dici talis proprietas, de quali ad præſens eſt ſer-
mo, neque ſpiritus ſancti, neque alicuius alte-
rius perſonæ diuinæ, ſiue communiter, ſiue ſin
gulariter.
13. Ad ſecũdum patet per idem, licet enim n.2.
conueniat ſpiritui ſancto cum patre, & filio,
quòd non ſit ab alio per creationem, non ta-
men ſicut patri conuenit, quòd non ſit ab alio
per generationem, quia patri conuenit non eſ-
ſe ab alio per generationem, quia ipſe eſt ge-
nerans, & ſic a quo alius habet eſſe primò, &
qui non habet eſſe ab alio, ſed ab ipſo omnia
alius, & ſic quia ipſe eſt primus omnino, quod
eſt ſimpliciter dignitatis, & ſecundum ordinẽ
vnius perſonæ diuinæ ad alias, ſuper quod fun
datur illa negatio, qua pater dicitur eſſe inge-
nitus, ſiue non habens eſſe ab alio per genera-
tionem, vt ſuperius expoſitum eſt. Spiritui a.57.q.1
ſancto autem etſi communiter cum patre, & fi-
lio conueniat non eſſe ab alio per creationem,
eſto, quòd hoc ſit, quia ipſe eſt creans, ſiue po-
tens creare, quod eſt dignitatis ſimpliciter, vt
ſuper huiuſmodi affirmationem fundetur illa
negatio, & ſic ſit dignitatis ſimpliciter, quia
tamen illa dignitas non eſt in ordine inter ip-
ſas diuinas perſonas inter ſe, ſed communiter
in ordine ipſarum ad creaturas, ideo non eſſe
ab alio per creationem, non poteſt eſſe proprie
tas, quæ eſt notio alicuius perſonæ diuinæ, de
quali eſt ſermo ad præſens, ſicut eſt non eſſe
ab alio per generationem, quia eſt proprietas
pertinens ad dignitatem ſimpliciter, & con-
uenit vni perſonæ diuinæ in ordine ad aliam.
Vnde & negatio importata nomine ingeniti,
licet fundetur ſuper rationem primitatis, qua
a patre habet eſſe omnis alius, & omne aliud,
non tamen habet rationem dignitatis notio-
nalis, inquantum illa primitas reſpicit aliud in
creaturis, ſed ſolummodo inquantum reſpicit
aliquos in diuinis.
14. Ad tertium, quòd ſicut patri conuenit
eſſe a quo omnis alius in diuinis, ſic ſpiritui
ſancto conuenit eſſe à quo nullus alius in di-
uinis. Dico, quòd verum eſt, hoc excepto, qđ
illud eſt dignitatis in patre ſimpliciter, non ſic
illud in ſpiritu ſancto, & hoc ideo, quia ſi ali-
quid eſt dignitatis ſimpliciter, eius contrarium
non eſt dignitatis ſimpliciter. Et ideo, quia
eſſe à quo alius in diuinis eſt dignitatis ſimpli-
citer, nullo modo eſſe à quo nullus alius in di-
uinis poteſt eſſe dignitatis ſimpliciter, ſicut ne-
que non genitor poteſt eſſe proprietas filij, li-
cet non genitum ſit proprietas patris, vt habi-
tum eſt ſupra in quarta quæſtione de proprie- a.59.
tatibus filij. Propter quod deficit ſimile, &
non ſequitur, licet eſſe a quo omnis alius, ſit
proprium patri, & hoc in duabus notionibus,
quæ ſunt generare, ſpirare, vt tactum eſt ſupra
in tertia quæſtione de proprietatibus patris, a.57.
quòd

quòd similiter esse à quo nullus alius sit notio
omnino.
sup. n. 4. 15. Ad quartum, quòd communis proprie
tas patris, & filij est, quòd ab ipsis habet esse
alius per spirationem, ergo consimiliter pro-
prietas communis patris, & Spiritus Sācti est,
quòd ipsi non habent esse ab alio per genera-
tionem: Dico, quod non sequitur, eo quod
non est simile in hoc, quod illud commune pa
tri, & filio est dignitatis simpliciter, nequaquā
autem illud commune patri, & Spiritui San-
cto. Dico inquantum eis commune est. Quod
dico propterea, quòd non esse ab alio per ge-
nerationem vno modo potest negare genera-
tionem inquantum est vna emanatio simplici-
ter. Alio modo inquantum est emanatio pri-
ma communiter. Primo modo conuenit pa-
tri, & Spiritui Sancto, & negat solummodo es
se immediate per generationem, & hoc mo-
do æqualiter ingenitus, siue non genitus di-
citur esse pater, & Spiritus Sanctus, & non est
alicuius dignitatis, quia est pura negatio eius,
quod est simpliciter dignitatis in filio. Secun-
do autem modo conuenit soli patri, & negat
esse per generationem tam mediate, quam
immediate, & ideo ponit rationem primita-
tis eius à quo est omnis alius, & hoc modo
ingenitus, siue non genitus dicitur solus pa-
a 57. q. 1 ter, & est dignitatis simpliciter, vt habitum est
supra.
sup. n. 5. 16. Ad quintum patet per iam dicta.
n. 6. 17. Ad sextum, quòd proprietas patris est,
quod non est ab alio per generationem, secū-
dum quam dicitur esse ingenitus, ergo proprie
tas Spiritus Sancti est, quod non est ab ipso
alius per spirationem, secundum quam dica
tur non spirans: Dico secundum iam dicta,
quod non est simile, quia non spirare non est
nisi pura negatio, quod non est dignitatis sim-
pliciter, non sic autem non esse ab alio per ge-
nerationem in patre, propter affirmationem
ad dignitatem pertinentē super quam funda-
n. 15. tur, vt patet ex dictis.
n. 7. 18. Ad septimum, quod sicut proprietas
communis patris, & filij est quod ab eis sit
alius per spirationem, sic debet esse commu-
nis proprietas filij, & Spiritus Sancti, quod
non est ab eis alius per generationem: Dico
quod non est simile. Esse enim ab eis alium
per spirationem simpliciter dignitatis est, &
determinate, & in ordine ad diuinam perso-
sup. n. 12 nam, quæ tria constituunt proprietatem no
tionalem. Propter quod esse a quo alius per
spirationem, est proprietas notionalis, non sic
autem esse a quo non est alius per generatio-
nem, quia non solummodo negat id, quod est
simpliciter dignitatis, & ideo non potest esse
simpliciter dignitatis, nec proprietas notiona-
a. 54. q. 8. lis quod tamen non est indignitatis, quia con-
ditionis est non defectus. n. 17.
19. Ad octauum, quod esse donum est pro n. 8.
rium Spiritui Sancto, & est proprietas alia ab
eo, quòd est spirari: Dico, quod sicut circa fi-
lium ista tria, proprietas constitutiua personæ
eius, imago, & verbum, quæ diuersimode di-
cuntur esse proprietates siue propria filio con-
siderantur ordine quodam secundum determi
nata in quæstione 4. de proprietatibus filij, sic a. 59.
circa Spiritum Sanctum ordine quodam con-
siderantur ista tria, proprietas constitutiua
personæ eius, donum, & esse zelum, & sunt
proprietates siue propria Spiritus Sancti diuer
simode eisdem modis quibus illa tria. Vnde
ex declaratione illorum modorum ibi exposi-
ta circa propria personæ filij, quo ad illa tria,
intelligatur declaratio illorum modorum hic
circa propria personæ Spiritus Sancti quo ad
dicta alia tria. Est enim spirari proprietas con q. 2. n. 5.
stitutiua personæ Spiritus Sancti, sicut gene-
rari est proprietas constitutiua personæ filij.
Est similiter donum proprietas Spiritus San-
cti conueniens ei ratione spirari, sicut esse ima
ginem conuenit filio ratione eius, quod est ge-
nerari. Sicut enim filius ex eo, quod procedit
modo generationis naturalis procedit, vt simi-
le, & dicitur imago. Natura enim est vis assi- a. 59. q. 4
milatiua eius quod producit illi quod ab ipso n. 21.
producitur sic esse donum conuenit Spiritui
Sancto ratione eius, quod est spirari. Ex eo
enim quòd procedit modo spirationis volun-
tariæ, procedit vt amor, & dicitur donum.
Voluntas enim est vis tractiua amoris, qui
producitur ab illis in illum in quem tendit,
propter quod dicitur donum illius, quasi illi
liberaliter collatum, secundum quod hæc am-
plius iam inferius declarabuntur in quæstione
octaua. Est etiam zelum proprietas Spiritus n. 5 & seq
Sancti significatiua personæ Spiritus Sancti,
sicut verbum est proprietas filij significatiua
ipsius personæ filij, vt aliquantulum tactum a 60 q. 10
est supra, & iam inferius amplius declarabitur n. 12.
in quæstione quinta, & septima. q. 5. n. 8.
q 7 n. 37
20. Quod arguitur vltimo, quod donum u. 10.
non est proprium Spiritus Sancti, quia conue-
nit etiam filio. Dico, quod datum aliquod
potest dici donum duplici de causa siue ratio-
ne. Vna accepta ex dispositione ipsius dantis
scilicet quia dans ipsum dat liberaliter, quod
dare ratione liberalitatis qua dans dat, proprie
dicitur esse donare, & ipsum datum donum;
Illud enim quod datur ex debito, & non ex li-
beralitate, datum tantum est, & non donum, & q. 2. n. 8.
tale dare est dare simpliciter, & non donare.
Alia autem ratio accepta est ex conditione da-
ti quia ex natura sua habet rationem donabi-
lis, non quia simpliciter potest dari, simplici-
ter enim dari potest ex liberalitate donātis, ex
conditione aūt sua donabile non est, nisi id quod

ex

ex ſe ordinatur, vt alteri detur, quod eſt solummodo perſona Spiritus Sancti, inquantum in ratione, & modo ſuo procedendi habet, quòd ſit donum, & ordinatur ad alterum, vt cui do-
q. 2. netur, ſecundum quod iam patebit inferius. Et talis conditio ſolummodo facit, quòd aliquid dicatur donum, non autem merus actus, quo aliquid ex liberalitate dantis datur, ſecundum quem modum filius datus eſt nobis. Propter quod non obſtante, quod filius datus eſt, Spiritui Sancto proprium eſt, quòd ſit donum.

Concluſiones ex Quæſtione Tertia, Articuli Sexageſimi primi.

1. *Secundum rem in Spiritu Sancto non eſt alia proprietas, quàm ſpirari. n. 11.*
2. *Secundum rationem in Spiritu Sancto ſunt aliæ proprietates, quam ſpirari, quæ tamen ſecundum rem eædem ſunt cum ipſo ſpirari. ibid.*
3. *Eſſe à quo aliud per creationem nullo modo poteſt dici proprietas, quæ eſt notio, neque Spiritus Sancti, neque alicuius alterius perſonæ diuinæ, ſiue communiter, ſiue ſingulariter. n. 12.*
4. *Non eſſe ab alio per creationem, non poteſt eſſe proprietas, quæ eſt notio alicuius perſonæ diuinæ. n. 13.*
5. *Eſſe à quo nullus alius non poteſt eſſe proprietas, quæ eſt notio Spiritus Sancti. num. 14.*
6. *Non eſſe ab alio per generationem, non poteſt eſſe proprietas communis Patris, & Spiritus Sancti. n. 15.*
7. *Spirari eſt proprietas conſtitutiua perſonæ Spiritus Sancti, ſicut generari eſt proprietas conſtitutiua perſonæ filij n. 19.*
8. *Eſſe donum eſt proprietas Spiritus Sancti, ſicut eſſe imaginem filij ibid.*
9. *Zelum eſſe eſt proprietas Spiritus Sancti, ſicut eſſe verbum filij. ibid.*

QVAESTIO QVARTA.

Vtrum Spiritus Sanctus ſpiretur à patre in filium, & è conuerſo.

Circa quartum arguitur, quòd ſpiritus ſanctus non ſpiretur à patre in filium, nec è conuerſo.

1. Primò ſic, ſpiritus ſanctus ſpiratur, vt ſubſiſtens perſona. Perſona autem omnis ſubſiſtens, vt ſubſiſtens ſubſiſtit in ſeipſa, vt pa-
a. 47. q. 4 n. 2. a. 33. q. 3. ter ex natura perſonæ ſuperius expoſita, ergo ſpiritus ſanctus ſpiratur vt in ſeipſo ſubſiſtens, quare inquantum ſpiratur à patre ſpiratur in ſeipſo, & ſic non in alium, vt in filium, & inquantum ſpiratur à filio, ſimiliter ſpiratur in ſeipſo, & non in patrem.

2. Secundò ſic: ſpiritus ſanctus ſpiratur vt amor procedens per expreſſionem, ſiue excuſ-
ſionem, aut exſufflationem à voluntate com- a. 60. q. 1 n. 37.
muni patris, & filij, è contrario generationi filij, qui generatur, vt notitia procedens per impreſſionem, ſiue informationem à notitia ſim-
plici patris in intellectu paterno ſecundum ſu- q. 2. n. 9
perius dicta, & inferius amplius dicenda, ſed q. 8. n. 3.
pro-

procedens ab aliquo, vt expressum, siue excussum ab aliquo, non procedit in illud, quia reciperetur in illud, idem autem non potest esse terminus à quo excussionis, & in quem receptionis, quia sunt termini quasi vnius motus, cuius non potest esse terminus à quo vnius, & ad quem. Quod enim est terminus à quo motus deorsum, nequaquam potest esse terminus ad quem eius, quia contraria essent simul in eodem, ergo voluntas communis patris, & filij, cum sit terminus à quo amoris procedentis, qui est Spiritus Sanctus, nullo modo ergo potest esse terminus in quem spiratur, siue per spirationem procedit Spiritus Sanctus. Sed amor non procedit, aut recipitur in aliquid, nisi in voluntate recipiatur, quare cum à patre procedens spiratur, non potest procedere in voluntatem filij, nec è conuerso, quia eadem est voluntas patris, & filij à qua procedit, nullo ergo modo Spiritus Sanctus cum spiratur à patre, spiratur in filium, nec è conuerso.

a.54.q.6 n.12 orth. fid. 3. Contra, dicit Damascenus lib. 1. c. 11. secundum opinionem græcorum. *Spiritum Sanctum procedere à patre dicimus, procedere autem*
ib.c.10. *ipsum à filio non dicimus, sed procedens à patre quiescit in filio*, sed non quiesceret in filio procedens a patre, nisi procedens à patre procederet in filium, ista autem processio spiratio est, Spiritus Sanctus ergo à patre spiratur in filium secundum sententiam græcorum tantum, in hoc, quod procedens a patre quiescit in filio, non contradicunt latini, ergo eadem ratione procedens à filio secundum latinos procedit in patrem, quare cum secundum latinos, quando spiratur procedit simul a patre, & filio, consimiliter spiratur etiam à patre in filiũ, & è conuerso.

4. Priusquam ad dissolutionem huius quęstionis descendatur, aduertendum est in qua emanatione proponatur, & quomodo proponatur. Proponitur autem quæstio præsens de emanatione secunda in diuinis, quia in ipsa sola, & non in emanatione prima potest habere locum. Prima enim emanatio est secundę personæ à prima vna in qua procedit à sola altera, vt propterea non sit dubitatio, quin sicut vna sola est terminus à quo, sic vna sola sit terminus ad quem, in qua sistat emanatio, vt in se subsistente, & nullo modo in alium tendente. Secunda vero emanatio est tertiæ perso-
a.54.q.6 næ à sola persona prima sm̃ græcos, vel à prima, & secunda simul secundum latinos, vt propterea licet certũ esset de termino à quo, an scilicet essent duæ personæ, an vna sola, dubitatio tamen manet, an vna sola persona sit terminus ad quem, in qua sistat emanatio.

5. Quia talis emanatio sistere potest in aliquo dupliciter. Vno modo vt in producto subsistente. Alio modo vt in recipiente in seipsũ, productum. De primo quidem modo terminandi eam certum est, quod vnica persona est terminus eius in quo sistat ipsa persona Spiritus Sancti producta. De secundo autem modo est dubitatio in vtroque modo producendi Spiritum Sanctum, & secundum græcos, & secundum latinos, siue enim a solo patre procedat, siue non, cum emanatio filij sit prima respectu emanationis Spiritus Sancti, semper dubitatio manet, an cum hoc, quòd procedat à patre, vt persona subsistens, eius productio quasi vlterius tendat in filium, vt ipse productus à patre per suam productionem recipiatur in filium, vt in terminum vlteriorem, & alterius generis. Alia enim est ratio termini, qua aliquis est terminus productionis, vt ipsum productum, & alia qua aliquis est terminus productionis vt receptiuum in se ipsius producti, quemadmodum alius est terminus generationis grauis, scilicet ipsum graue, alius vero est ipse locus grauis deorsum.

6. Proponitur etiam ista quæstio de modo producendi Spiritum Sanctum ex parte termini secundo modo dicti. An scilicet ab vna duarum primarum personarum producatur in alteram, tanquam in illam tendat productio ipsa quasi in terminum ab extra, cum dicitur in casu accusatiuo, an Spiritus Sanctus procedat, vel spiretur a patre in filium. Non autem proponitur an ab vna illarum primarum personarum producatur in altera, tanquam in ea, vel in illa fiat ipsa productio quasi infra ipsam, vt diceretur in casu ablatiuo, an Spiritus Sanctus procedat, vel spiretur a patre in filio. De hoc enim secundo modo nulla est dubitatio. Cum enim tres diuinæ personæ sint vnius substantiæ, & inseparabiliter vna existat, & subsistat in altera secundum modum superius expositum, vna ar.53.q.10.
illarum non potest non produci in altera, quæ prima est respectu illius, vnde pater producit, & generat filium in seipso, & producit siue spirat Spiritum Sanctum in seipso, & in filium, sed clarum est, quod pater non spirat, siue producit Spiritum Sanctum in seipsum propter contrarietatem terminorum circa idem, vt tactum est in secunda ratione. Restat bona du- ar.
bitatio. An pater producat, siue spiret Spiritum Sanctum in filium, & è conuerso secundũ iam tactum modum propter diuersitatem terminorum à quo, & in quem.

7. Dissolutio autem quæstionis est aduertenda ex modo processionis Spiritus Sancti cõtrario processioni filij. Quia enim filius inquantum verbum est procedit, vt notitia, eius processio siue productio est quasi motio in ipsum intellectum paternum terminata, & sistes in illo, vt de quo producitur. Spiritus autem inquantum est amor, eius processio siue productio

ctio est quasi motio in obiectum amatum non terminata, aut sistens in voluntate informata amore simplici de qua producitur, sed ipso producto quasi vlterius procedit in obiectum amatum, & hoc ipso amore incentiuo procedente, qui est Spiritus Sanctus, vt iam inferius declarabitur. Amore autem incentiuo tali, qui procedit à patre, & filio non solum pater Spiritu Sancto amat incentiuè seipsum, sed etiã filiũ, nec similiter filius seipsum solũ, sed etiam patrem. Amor enim incentiuus non est contentus, vt ipso ametur quis à seipso, sed necessariò tendit etiam in alterum, dicente Ricar. lib. 3. de Trinitate cap. 7. *Summa charitas nondum esse conuincitur vbi dilectus summe non diligitur, sed ipsius amoris conuincit proprietas quoniam summe diligenti non sufficit, si summe dilectus summã dilectionẽ non rependit*. Et cap. 11. *Probatio summæ charitatis est votiua communio exhibitæ sibi dilectionis*, & cap. 20. *Cordialis amor numquam singularis inuenitur*. Propter quod pater spirans Spiritum Sanctum non solum spirat ipsum, vt in semetipsum tendentem, & in semetipso manentem, & perficientem voluntatem patris vt patria est, sed etiam spirat ipsum vt tendentem in filium, & manentem in filio, & perficientem voluntatem filij, vt est filij. Consimiliter etiam filius spirans Spiritum Sanctum non solum spirat ipsum, vt in semetipsum tendentem, & manentem in ipso, & perficientem voluntatem filij, vt est filij, sed etiam spirat ipsum, vt tendentem in patrem, & manentem in ipso, & perficientem voluntatem patris, vt patris est. Et secundum hoc Spiritus sanctus procedens, vt amor (secundum quod declarabitur in quæ-

a.38.q.2. n.2. a.54.q.6. n.67. a.71.q.4. ad vlt. stione sequente) non procedit a patre, & filio solummodo, vt amor simpliciter, sed etiam vt amor vnitiuus, & per hoc vlterius, vt amborum nexus.

8. Et sic simpliciter cõcedendum est, quòd Spiritus Sanctus spiratur à patre in filium, & econuerso, & similiter manet, & quiescit in vtroque non solum per hoc, quod alteruter ipsum spirat in alterum, sed etiam per hoc, quod vterque illorum spirat illum manentem in seipso, qualiter etiam quiesceret, & maneret in patre, & spiraretur a semetipso in semetipsum, etsi secundum Græcos procederet sine spiraretur à solo patre.

9. Et secundum hoc concedenda est vltima ratio pro ista parte adducta. n.6.

n.3. 10. Ad primam rationem in oppositum, quòd Spiritus Sanctus procedit, vt persona subsistens in seipsa, ergo nõn spiratur in aliũ: Dico, quòd reuera spiritus sanctus spiratur, vt subsistẽs persona, & in seipso subsistẽs. Quisquis enĩ subsistit in seipso subsistit, per quod excluditur subsistere in alio non vt in cõtinente, sed vt in subiecto. Subsistere enim hoc in alio vt in subiecto, oppositio est in adiecto. Subsistere enim est in seipso existere, cui opponitur existere in alio vt in subiecto. Isti enim sunt duo modi existendi inter se distincti, & oppositi, quibus inter se distinguuntur prędicamentum substantiæ, & prædicamenta accidentium, vt habitum est supra in quæstione quadam de prædicamentis in diuinis. Subsistere autem, & hoc in alio vt in continente, non repugnat, sicut neque ipsum subsistere, & ad aliud subsistere. Sic enim diuinæ personæ habent esse vna in altera, vt habitum est supra. Et sic in altero subsistunt, & tamen in semetipsis subsistunt, sicut & ad alterum subsistunt, sicut Spiritus Sanctus subsistit in semetipso, & spiratur in seipso, per quod etiam nequaquam excluditur, quin spiretur in alium, in quo habet esse, & quiescere sicut in continente, secundum præexpositum modum. a.32.q.5. n.17. a.53.q.10

11. Ad secundum, quòd spiritus sanctus spiratur per excussionem a voluntate communi patris, & filij, ergo non procedit per spirationem in illam: Dico quòd verum est processione directa, & vt voluntas illa est vnius, & eiusdem, quia hic idem haberet rationem contrariorum terminorum, vt procedit argumentum. Processione autem non directa sed quasi reflexa, aut etiam processione directa, sed vt ipsa voluntas est alterius, & alterius, nullam ponit terminorum contrarietatem. Primo modo, scilicet processione quasi reflexa pater voluntate sua conuersa super seipsam vt est informata amore simplici quo diligit seipsum in qua est voluntas illa, vt informata, & & conuersa, de illa voluntate informata excutiendo spirat spiritum sanctum in seipsum, & in ipsam voluntatem conuersam, quo spiratur, in qua est eius perfectio, & amor incentiuus, quemadmodum verbum est perfectio in intellectu paterno de quo generatur, vt notitia declaratiua. Vnde de ista productione spiritus sancti a patre in seipsum, quasi per quandam reflexionem simul, & de productione dicit quędam propositio de maxima Theologiæ. *Monas monadem gignit, & in se suum reflectit amorem*. Et ista reflexio a termino eodem in eundem nullam ponit contrarietatem, sicut nec motus circularis ab eodem termino in eundẽ aliquam contrarietatem ponit. ibid. n.2.

13. Secundo autem modo scilicet processione directa, vt ipsa voluntas est alterius, & alterius, similiter nullam ponit contrarietatẽ, quia licet tũc voluntas sit vna secundum rem, est tamen quasi alia, & alia, vt est alterius, & alterius. Et hoc modo pater voluntate sua, vt patris est conuersa supra se, vt est informata amore simplici quo diligit filium, in quo est eadem voluntas conuersa, de illa voluntate in-

formata, vt est in patre executiendo spirat spiritum sanctum in filium, & in ipsam voluntatem conuersam, in qua similiter existit, vt eius perfectio quasi amor quidam incentiuus.

Conclusio ex Quæstione Quarta, Articuli Sexagesimi primi.

1. *Simpliciter concedendum est, quod Spiritus Sanctus spiratur à patre in filium, & è conuerso.* n. 8.

QVAESTIO QVINTA.

Vtrum Spiritus Sanctus in eo quod spiratur procedat, vt amor.

Circa quintum arguitur, quod spiritus sanctus in eo, quod spiratur non procedit, vt amor.

1. Primo sic. Amor cum sit passio quędam contraria timori, procedit in esse per impressionem à cōmodo, siue bono æstimato, sicut timor procedit in esse per impressionem à nociuo, siue malo æstimato: spiritus sanctus autem non procedit per modum impressionis, sed potius per
q. 4 n. 11 modum expressionis, vt habitum est iam supra, ergo &c.

2. Secundò sic sicut se habet natura ad id, quod procedit modo naturæ, sic se amor habet ad id quod procedit modo amoris, sed eius qui procedit modo naturæ, natura est ratio productiua ex parte producentis, & in producente, non autem in producto, vt patet in productione filij, qui producitur modo naturæ, ergo & eius, qui producitur modo amoris, amor est ratio productiua ex parte producentis, & in producente, nunc autem amor non est ratio pro
q. 2. n. 8. ductiua spiritus sancti in producentibus, sed
a 60. q. 1 voluntas nuda conuersa, secundum modum
n. 37. sæpe tactum superius, ergo &c.

3. Contra, spiritus sanctus procedit à principio, quod est voluntas, nunc quod procedit à principio, quod est voluntas, eo modo procedit ab illo, sicut natum est aliquid procedere à principio, quod est amor, quia quod voluntas agit libere agit, quod est agere modo amoris, ergo & spiritus sanctus dicēdus est procedere modo amoris.

4. Dico, quòd quæstio ista potest habere intellectum triplicem. Tripliciter enim aliquid potest intelligi procedere, vt amor, siue modo amoris. Vno enim modo aliquid dicitur procedere modo alicuius, quia illud est ratio, quod illud procedit, & ideo modo illius procedit, quemadmodum dicimus, quòd filius in diuinis procedit modo naturæ, quia scilicet natura est ratio qua procedit. Secundo autem modo dicitur aliquid procedere modo alicuius, quia procedit a suo principio eo modo, quo aliquid natum est ab illo procedere, quemadmodum dicimus, quòd ea quæ procedunt ex antiqua consuetudine fiunt modo naturæ, quia procedunt ab illa eo modo quo natum est aliquid procedere a principio quod est natura. Tertio vero modo dicitur aliquid procedere modo alicuius, quia ipsum procedit sicut illud natum est procedere, quemadmodum dicimus quod filius in diuinis procedit modo verbi, quia procedit eo modo, quo verbum natum est procedere.

5. Primo istorum modorum dico quòd spiritus sanctus non procedit modo amoris, secūdū quod procedit secunda ratio. Amor enim n. 2.
non est ratio elicitiua actus, quo producitur spiritus sanctus, sicut natura est ratio elicitiua, qua in diuinis producitur filius, sicut expressius iam declarabitur in quæstione sequenti. Secundo modo, & similiter tertio dico, quod spiritus sanctus dicēdus est procedere modo amoris. Secundo quidem modo procedit modo amoris, secundum quod procedit tertia ratio. n. 3.

6. Sicut enim modus naturæ est, quòd agat impetu quodam, sic etiam modus antiquæ consue-

ſuetudinis eſt, quod agat impetu quodam, & ideo dicitur agere modo naturæ, & illud quod procedit à tali conſuetudine, dicitur procedere modo naturæ. Conſimiliter autem ſicut modus amoris eſt, quòd id quod ab amore, vt à ratione elicitiua actus procedit, libere procedit, ita modus voluntatis nudæ eſt, quòd id quod ab ipſa, vt à ratione elicitiua actus procedit, libere procedit. Propter quod Spiritus Sanctus, quia procedit, vt à ratione elicitiua
q. 2. n. 8. actus procedendi eius à voluntate nuda conuerſa ſecundum præexpoſitum modum, ideo ſecundum hoc competenter dicitur procedere modo amoris.

7. Tertio vero modo in quo conſiſtit difficultas quæſtionis, Spiritus Sanctus dicendus eſt procedere modo amoris, quia procedit à voluntate, quemadmodum amor natus eſt ab illa procedere, & hoc ſecundum Gregorium in
C. 25. hom. 10. in euang. Homil. Pentec. ſuper illud Euangelij. *Si quis diligit me ſermonem meum ſeruabit. Spiritus Sanctus amor eſt.*

8. Veruntamen de amore diſtinguendum eſt ex parte voluntatis circa productionem Spiritus Sancti, quemadmodum ſupra diſtin-
a. 40. q. 7. n. 7. & ſeq. a 54 q. 9. n. 6. & ſeq. a 58 q. 1. n. 15. q 2 n. 14. 18. ctum eſt de notitia circa productionem filij, ſiue verbi. Sicut enim eſt quædam notitia ſimplex, & eſſentialis, & quædam declaratiua, ſiue illuſtratiua, & perſonalis, quæ verbum eſt ſecundum ſuperius declarata, ſic eſt quidam amor ſimplex, & eſſentialis, & quidam incentiuus, ſiue gratificatiuus, & perſonalis, qui zelus dici poteſt, & ſe habet ad Spiritum Sanctũ ſicut ſe habet verbum ad filium, & actus quo producitur poteſt dici flagrare, & ſe habet ad ſpirare ſicut ſe habet dicere ad generare, vt
q. 5. n. 19 a 60 q. 10 n. 10. & ſeq. tactum eſt aliquantulum ſupra. Vnde quæ iacunque dicta, & determinata ſunt ex parte intellectus de dicere, & de verbo, talia & conſimilia dici, & determinari debent hic ex parte voluntatis de flagrare & de zelo.

n. 8. 9. Sicut enim verbum eſt notitia declaratiua veri, & illuſtratiua intellectus ad cognoſcendum verum declaratiuè, ſic zelus eſt amor gratificatiuus boni, & incentiuus voluntatis ad amandum bonum incẽtiue. Verbum enim & intellectum illuſtrat, quem perficit, & clarũ facit ei omne verum, zelus autem, & voluntatem inflammat, quam perficit, & gratum facit
a. 58. q. 2. n. 18. a. 59. q. 5 ei omne bonum. Vnde ſicut verbum non ſolum habet reſpectum ad dicentem, ſed ad omnia quæ determinantur, & clarantur verbo, vt cognoſcenda declaratiue per ipſum ab intellectu, qui ipſo verbo illuſtratur, quæ ſimpliciter cognoſcuntur per ſimplicem notitiam, & eſſentialem, ſic zelus non ſolum habet reſpectũ ad flagrantem ipſum, ſed etiam ad omnia alia quæ gratificantur zelo, vt amanda incentiue per ipſum à voluntate, quæ ipſo zelo incenditur, quæ ſimpliciter amantur per ſimplicem amorem, & eſſentialem.

10. Verbum enim non ſolum apud intellectum illuſtratum libere eſt declaratiua notitia perſonæ illius à qua dicitur, & de qua emanat, ſed etiam omnium aliorum, quę in illa declaratiua notitia habent cognoſci, & idcirco non ſolum importat reſpectum ad illum de quo emanat, vt declaratiuum illius apud intellectum ſuum, & apud quemlibet alium videntem ipſum verbum, vt quaſi clarius cognoſcatur ipſa notitia declaratiua, ſeu in ipſa, quam noſceretur ſimplici notitia, vel in ipſa, ſed etiã ad omnia alia, vt manifeſtatiuum, & declaratiuum illorum apud intellectum quemlibet illuſtratum verbo, vt quaſi clarius cognoſcantur ipſa notitia declaratiua ſeu in ipſa, quam noſcerentur notitia ſimplici ſeu in ipſa, quæ quidem alia quodammodo in ipſo verbo dicuntur, vt habitum eſt ſupra in quæſtione de a. 58. q. 2 n. 18.
dicere. Et ſimiliter zelus non ſolum apud voluntatem incenſam zelo eſt amor gratificatiuus illarum perſonarum à quibus flagratur, & emanat, ſed etiam omnium aliorum, quæ illo amore habent amari, & idcirco non ſolum importat reſpectum ad illos à quibus emanat, vt gratificatiuum illorum apud voluntatem illorum, & apud quamlibet aliam voluntatem incenſam ipſo zelo, vt gratioſius, & ardentius amentur ipſo amore gratificatiuo, ſiue in ipſo quam amarentur amore ſimplici vel in ipſo, ſed etiam ad omnia alia, vt gratificatiuum illorum apud voluntatem quamlibet incenſam zelo, vt quaſi ardentius amentur ipſo amore gratificatiuo ſiue in ipſo, quam amarẽtur amore ſimplici, vel in ipſo, quæ quidem alia quodammodo in ipſo zelo flagrantur, modo proportionali quo ſecundum ſuperius determina- ib. n. 19.
ta in ipſo verbo dicuntur.

11. Et ſic ſicut ipſum dicere in ſuo ſignificato ſecũdum ſuperius determinata cum actio ib & ſeq.
ne producendi includit rationem ſiue actionẽ manifeſtandi ſiue declarandi, & aliquando accipitur notionaliter pro ſola actione producẽdi, aliquãdo autem eſſentialiter pro ſola actione manifeſtandi ſecundum ſuperius determi- ibid.
nata, ſic ipſum flagrare quod reſpondet ipſi dicere in ſuo ſignificato cum actione producendi includit actionem ſiue rationem gratificandi, & aliquando accipitur notionaliter pro ſola actione producendi, aliquando etiam eſſentialiter pro ſola actione generandi, vt omnibus conſimilibus modis, quibus dicere accipitur, vt habitum eſt ſupra, ſic accipiatur, & ib n. 20. & ſeq.
flagrare.

12. Sicut etiam ſecundum prædicta non a. 40. q. 7
eſt verbum in diuinis niſi perſonale, ſic nec zelus. Eſt tamen zelare perſonale, & eſſentiale, ſicut & dicere.

13. Non restat igitur nisi respondere ad
n. 1. primam rationem, quòd amor est passio, modo cuius non procedit Spiritus Sanctus. Dico secundum superius exposita in quæstione de
a. 46. q. 3 amore Dei, quòd amor est æquiuocum, quia & est passio vno modo in parte concupiscibili, & bene verum est, quòd modo talis amoris non procedit Spiritus Sanctus, sicut procedit ratio, & bene. Est etiam alio modo operatio in parte rationali voluntatis, & hoc vel essentialis, quæ non est nisi in hoc velle quoddam secundum actum, sicut ex parte intellectus notitia essentialis in Deo non nisi intelligere siue nosse quoddam secundum actum, vel notionalis,
sup. n. 8. quæ procedit naturali actione voluntatis, sicut verbum actione naturali intellectus, licet non sit actio voluntatis principaliori modo naturæ sicut est illa, quæ est intellectus, eo quod illa quæ est ex parte intellectus procedit impetu naturæ, illa vero quæ est ex parte voluntatis, non, sed liberaliter, siue libere, licet necessitate incommutabili, vt habitum est supra. Et sicut a. 60. q. 1
ex parte intellectus dicere, siue generare non a. 54. q. 9
est intelligere, licet non sit sine illo, quod etiam n. 10. q.
non est nisi essentiale, sic ex parte voluntatis 10. n. 4.
flagrare, siue spirare non est velle, licet non sit sine illo, quod similiter nō est nisi essentiale, & mō talis amoris procedit Spiritus Sanctus, quia ipse amor quidam est, vt iam dictum est. n. 7.

Conclusiones ex Quæstione Quinta, Articuli Sexagesimi primi.

1. *Spiritus Sanctus non procedit, vt amor, tanquam amor sit ratio elicitiua actus spirandi* n. 5.
2. *Spiritus Sanctus procedit, vt amor, quatenus libere à voluntate procedit.* num. 6 7.
3. *Non procedit, vt amor simplex, & essentialis, sed vt incentiuus, & personalis, qui propriè zelus dici potest.* n. 8.
4. *Actus quo producitur potest dici flagrare.* ibid.

QVAESTIO SEXTA.

Vtrum Spiritus Sanctus procedat, vt amor de amore, an sicut amor de notitia.

Circa sextum arguitur, quòd Spiritus Sanctus procedit, vt amor de notitia.

1. Primò sic, emanatio in partibus imaginis creatæ correspondens est emanationi in personis trinitatis increatæ, secundum
15. de Tr. c. 17. & seq. Augustinum enim sicut filius procedit à patre, & a patre, & filio Spiritus Sanctus, sic in partibus imaginis, quæ vno modo sunt mens sua notitia amor, alio autem modo memoria, intelligentia, & voluntas, notitia procedit de mente, & de mente, & notitia procedit amor, & similiter intelligentia procedit de memoria, & de memoria, & intelligentia procedit voluntas, sed in partibus imaginis amor non procedit de mente, & notitia, & similiter voluntas de memoria, & intelligentia, nisi vt de notitia, quia mens, notitia, memoria, & intelligentia ad notitiam pertinent, & actiones eorum non sunt nisi actiones notitiæ, ergo & in personis trinitatis Spiritus Sanctus cui in partibus imaginis respondet amor, & voluntas, non procedit à patre, & filio, nisi vt de notitia, & ideo cū sit amor, procedit vt amor de notitia, non autē vt amor de amore.

2. Quod autem non procedit, vt amor de amore arguitur secundò sic, si Spiritus Sanctus procederet, vt amor de amore, procederet vt simi-

similis de simili, non minus, quam filius de patre inquantum procedit de illo, vt notitia de notitia, & sic Spiritus Sanctus non minus procederet, vt filius, & imago, quam filius, & similiter modo naturæ, cuius est de simili simile producere, consequens falsum est secundum a.19.q.4. a.21.n.20. prædicta, ergo &c.

3. Quod autem Spiritus Sanctus procedat, nec vt amor de notitia, nec vt amor de amore, arguitur tertiò sic, si Spiritus Sanctus procederet altero duorum modorum, tunc cum ipsum verbum est notitia procedens, sicut Spiritus Sanctus est amor procedens, diceretur verbū procedere, vt notitia de notitia, potius quam Spiritus Sanctus, vt amor de notitia, eo quod magis conformis est notitia notitiæ, quam notitia amori, aut saltem pari ratione verbum diceretur procedere, vt notitia, quā Spiritus Sanctus, vt amor de notitia procedere dicitur: consequens falsum est, videlicet, quod verbum procedit, vt notitia de notitia, ergo &c.

4. Quod autem verbum non procedat, vt notitia, probatur, quia illa notitia esset essentiale attributum, quasi præcedens ipsam verbi emanationem, quod est impossibile, quia a.51.q.3. attributa non habent esse in Deo, nisi per distinctam apprehensionem, quæ in diuinis non habet esse nisi in verbo, & per verbum iam pro- a.60.q.3 n.24. ductum, eo quod est complementum diuinæ intelligentiæ.

5. Quod autē Spiritus Sanctus non procedat, vt amor de notitia, arguitur quartò sic: si Spiritus Sanctus procedat, vt amor de notitia, cū productio Spiritus Sancti sit ex parte voluntatis, & omnis notitia sit ex parte intellectus, tūc intellectus esset actiuus in ꝓductione Spiritus Sancti, sed omnis actio intellectus est mō principali naturæ, procederet ergo Spiritus Sanctus modo principali naturæ, sicut, & filius, a.60.q.1 consequens est falsum secundum superius determinata, ergo &c.

6. Quod autem procedat, neque vt de notitia, neque vt de amore arguitur, quia procedit, vt amor de nuda voluntate secundum præ- q.5.n.6. dicta, sed voluntas talis non est notitia, vel amor, ergo &c.

7. Dico, quod procedere de aliquo æquiuocum est, quia *ly de*, vel potest dicere circunstantiam principij quasi materialis, & de quo elicitur, vel circunstantiam principij agentis, & elicientis, siue eius quod est ratio eliciendi. Primo modo sumendo de aliquo, Spiritus Sāctus procedit, vt amor, scilicet notionalis, de amore, scilicet essentiali, de quo quasi excutiēdo, siue exufflando producitur. Sed isto modo non procedit filius, vt notitia de notitia, a.58.q.2. n.14.a.60 q.2.n.46 sed vt notitia de intellectu puro, sicut patet ex supra determinatis.

8. Secundo autem modo sumendo de aliquo, Spiritus Sanctus procedit, vt amor notionalis de aliquo dupliciter. Vno modo, vt de ratione producendi, alio modo, vt de ipso pro- a.54.q.6 n.77. ducente. Et de ratione producendi dupliciter, vno modo, de ratione producendi propter quam sic, alio modo, vt de ratione producendi, sine qua non.

9. Primo istorum modorum procedit Spiritus Sanctus, nec vt amor de notitia, nec vt amor de amore, quia ratio elicitiua actus quo producitur, secundum prædicta, est nuda vo- sup.n.6. luntas, quæ nec est notitia, nec amor, quia ipse habet rationem potentiæ, ista autem inquātum sunt rationes elicitiuæ alicuius, rationem habēt actus, siue habitus quasi perficientis potentiam. Sed isto modo filius procedit, vt notitia de notitia, sicut patet ex supra determi- a.54.q.6. a.58.q.2. natis.

10. Secundo autem istorum modorum Spiritus Sanctus procedit, vt amor de notitia, & hoc dupliciter, scilicet essentiali, & notionali, sine qua quasi præuia Spiritus Sanctus, nequaquam produceretur de voluntate, vt de ratione producendi propter quam sic. Est enim ratio producendi Spiritum sanctum propter quam sic ex parte producentium illum, voluntas nuda conuersa super seipsam informata amore simplici, & essentiali, vt patet ex supra determinatis. Voluntas autem nuda nullius n.69. est productiua, neque alicuius actionis principium sine notitia præuia intellectus, vt patet ex ordine voluntatis, & intellectus sæpius de- quodl. 1. q.15. claratō in quæstionibus de Quolibet. Est aūt notitia essentialis, quasi præuia ad productionē spiritus sancti, quia sine hac nec esset amor essentialis in patre per generationem à patre communicandus filio, super quem voluntas concors vtriusque se conuertit, vt de ipso quasi materialiter spiretur spiritus sanctus sm̄ superius determinata. *Incognita enim omnino*, se- n.7. cundum Augustinum, *amari non possunt*. No- 10.de Tr. c.1.20 1- titia vero præcedens siue notionalis est quasi a.24.q.1 præuia ad productionem spiritus sancti, quia n.9. sicut sine notitia essentiali, quasi perficiente a.54.q.6 intellectum paternum non posset voluntas pa- n.76. terna de se volendo elicere actum amoris essentialis communicandum filio per generationē, sic sine notitia præcedēte notionali quasi perficiēte intellectu patris, & filij nō posset volūtas ipsorū cōcors cōuertere se super se quasi informata amore simplici, ad producēdū de amore simplici amorem incentiuū, sicut maiorem flāmam de minori. Sicut enim incognita simpliciter, simpliciter amari non possunt, & ideo ad amorem simplicem necessaria est notitia simplex quasi præuia, sine qua talis amor non a.60.q.1 n.88. habet elici a voluntate, sic incognita declaratiue, incentiue amari non possunt, & ideo ad amorem incentiuum necessaria est notitia de-

cla-

claratiua quasi præuia, sine qua talis amor non habet elici à voluntate de amore simplici, sicut flamma maior de minori, quæ tamen non est nisi vna flamma, quemadmodum ex parte intellectus notitia declaratiua, quasi maior, & clarior est simplici notitia, quæ non sunt tamē nisi vna notitia. Dico quasi maior, quia licet in diuinis notitia, vel amor essentialis non sit maior secundum rem quam notitia, vel amor notionalis siue procedens, tamen ex modo procedendi notitia procedens est declaratiua respectu notitiæ simplicis, & amor procedens est incentiuus respectu amoris simplicis. Nec est differentia in hoc ex parte intellectus, & voluntatis, nisi quod ex parte voluntatis, quasi materialiter procedit amor de amore, principiatiue autem de nuda voluntate. Ex parte autem intellectus è conuerso principiatiue, & productiue procedit notitia de notitia, sed quasi materialiter procedit notitia de intellectu nudo, vt patet ex prædeterminatis.

11. Et est hic aduertendum, quod licet secundum iam dictum modum Spiritus Sanctus dicatur procedere, vt amor de notitia duplici sicut de ratione principiandi sine qua non, nō tamen filius dicitur procedere de amore vt de ratione principiandi sine qua non. Non de amore notionali, quia ille procedit de filio, nec de principalitate, nec etiam de amore essentiali, quo pater amat se, & essentiam suam, quia innexus est notitiæ essentiali, de qua vt de ratione principiandi propter quam sic, pater producit filium, quia licet producens filiū non sit sine illo amore quasi præuio, non tamē de illo producit filium vt de ratione sine qua non, quia ille amor non est necessarius notitię simplici, vt de ipsa quasi principiatiue producatur notitia declaratiua, sicut notitia duplex est necessaria voluntati, vt de ipsa principiatiue producatur amor incentiuus. Plus enim indiget voluntas, vt exeat in actum suum intellectu præuio, quam è conuerso intellectus, vt exeat in actum suum quasi præuia voluntate. Vnde loquendo de notitia quasi antecedēte, & similiter de amore quasi antecedente, Spiritus Sanctus potius dicendus est esse cum notitia amor, quam filius siue verbum cum amore notitia, quia notitia duplex scilicet essentialis, & declaratiua, qua pater & filius noscūt Spiritum Sanctum à se productum, est saltem ratio sine qua non Spiritus Sanctus produceretur, & quasi præuia ad ipsum producendum sicut dictum est. Amor autem qui solus quasi præuius est in productione filij, quo pater amat genitam à se prolem, nec etiam est ratio sine qua non produceretur filius, vt dictum est. Propter quod nequaquam legitur notitia siue intellectus procedere de amore, dicitur tamen amor siue voluntas procedere de notitia. n. 10.

Vnde Augustinus loquens de luce increata dicit 15. de Trinitate cap. 27. *Ipsa tibi ostendit duo velut parentem, & prolem tertia voluntate siue dilectione iūgēte. Quā quidē voluntatē de cognitione procedere necesse est. Nemo enim vult, quod quid vel quale sit nescit.* to. 3.

12. Sumendo autem producere de aliquo, vt de ipso producente, cum producentes Spiritum sanctum sunt pater, & filius quorum neuter dicitur esse amor, sed potius dicuntur esse amantes, aut habentes in se amorem, secundum istum modum nullo modo Spiritus Sanctus dicendus est procedere, vt amor de amore, sed potius de amātibus, vel habentibus amorem, quia amor personaliter non dicitur de patre & filio.

13. Quia autem pater, & filius non solum dicuntur noscentes, vel habentes in se notitiā, accipiendo notitiam pro actu, vel habitu perficiente personam secundum intellectum, sed etiam notitia personaliter dicitur de illis inquantum pater est notitia ingenita, de qua procedit filius vt notitia genita. Ideo secundum istum modum Spiritus Sanctus dicendus est procedere non solum, vt amor de noscentibus, vel habentibus in se notitiam, sed etiam vt amor de notitia duplici, genita scilicet & ingenita. a. 54. q. 6 n. 77.

14. Sed est aduertendum, quòd cum spiritus sanctus dicitur procedere de noscentibus, vel habentibus notitiam, hoc non est per se, sed potius per accidens, quia non procedit de noscentibus, vel habentibus notitiam inquantum tales, sed potius inquantum sunt volentes vel ipsam voluntatem concedem habentes, eo quòd in ipsis secundum iam dicta, voluntas est ratio spirandi spiritum sanctum propter quam sic, non sic notitia. n. 10.

15. Vnde per se loquendo spiritus sanctus non procedit nisi de volentibus, inquantum tales sunt, non autem de noscentibus inquantum noscentes sunt, nec etiam de amantibus inquantum amantes sunt, nisi accipiendo de aliquo, vt de principio quasi materiali, non autē vt de principio elicitiuo, sicut patet ex prædictis. Filius autem è conuerso accipiendo de aliquo, vt de principio elicitiuo procedit per se de cognoscente inquantum cognoscens est, & de intelligente inquantum intelligens (dico notitia essentiali) non autem de amante inquantum amans est, neque de volente inquantum volens est, licet aliquis voluntate, & amore essentiali ipse sit amans, & volens se, & suam essentiam. n. 7.

16. Loquendo autem de aliquo, vt de principio quasi materiali, tunc filius non est dicendus procedere de cognoscente, aut intelligente, aut amante, aut volente, sed solummodo de intellectu, aut habente in se intellectum. Et

secun-

secundum hoc loquendo de voluntate antece-
dente, vt terminatur ad ipsum filium, pater,
neque dicendus est generare filium volens, ne-
que nolens, sed loquendo de voluntate conse-
quente quo ad actum volendi, vt terminatur
ad filium, dicendus est generare volens, quia
& amore essentiali, & amore notionali com-
placet ei in prole genita. Similiter loquendo
de intellectu antecedente, vt terminatur ad
spiritum sanctum, pater & filius non sunt di-
cendi spirare spiritum sanctum intelligentes,
sed loquendo de intellectu consequente quo
ad actum intelligendi, vt terminatur ad Spiri-
tum Sanctum, dicendi sunt spirare Spiritum
Sanctum intelligentes, quia & notitia essen-
tiali, & notitia notionali cognoscunt amorem
procedentem à se.

n.8. 17. Ad primum ergo obiectum, quòd spiri-
tus sanctus procedit de patre, & filio, vt amor
de notitia, quia sic contingit in partibus ima-
n.15. ginis creatæ: Dico secundum iam exposita,
quod loquendo de aliquo quasi materialiter
Spiritus Sanctus non procedit de notitia, nec
similiter in partibus imaginis amor, aut volū-
tas, & similiter neque loquendo de aliquo eli-
citiue, vt de ratione propter quam sic. Dici-
tur tamen procedere de noscentibus, inquan-
tum notitia sumitur pro habitu, vel actu no-
scendi, & similiter de notitia genita, & ingeni-
ta inquantum notitia sumitur personaliter se-
n.14. cundum iam expositum modum. Et ideo cum
in partibus imaginis amor dicitur procedere
de mente, & de notitia, vt de notitia simplici,
genita scilicet, & ingenita, & similiter volun-
tas dicitur procedere de memoria, & intelli-
gentia, vt de duplici notitia, ibi accipitur noti-
tia quasi personaliter, & stat ibi mens pro ha-
bente mentem, siue pro meminente, & notitia
pro cognoscente, qui personaliter est ipsa no-
titia aut habens in se notitiam, sumendo noti-
tiam pro habitu aut actu. Et sic loquitur Au-
gustinus quando de processu amoris qui est
spiritus sanctus dicit 10. de Trinitate cap. 12.
co.3. *Ab ipsa quippe mente procedit*. Et ibi similiter
accipitur memoria pro habente memoriam si-
ue pro memorante, & intelligentia pro intel-
ligente, qui personaliter est ipsa intelligentia,
aut habens in se intelligentiam, sumendo in-
telligentiam pro actu, aut habitu, secundum
quod hæc omnia debent exponi disputando
de creatura intellectuali in generali, quomo-
do creata est ad imaginem, & quomodo est
imago creatoris, & sic ratio illa nullo modo
potest procedere contra determinata.

n.16. 18. Ad secundum, quòd si Spiritus Sanctus
procederet vt amor de amore, procederet vt
imago de simili, sicut filius. Dico quod verum
esset si procederet de amore, vt de ratione qua
productiuè principiaretur propter quam sic,
sicut procedit filius de notitia. Nunc autem
non est ita, quia non procedit de amore nisi vt
de ratione de qua quasi materialiter principia-
tur. Vt de ratione autem qua productiue
principiatur non procedit nisi de voluntate n.10.
nuda, & hoc modo non procedit vt simile,
quia non vt voluntas de voluntate, neque vt
amor de amore, neque modo assimilandi per
speciei similis impressionem, sed quasi per quā-
dam excussionem alterius, secundum speciem,
scilicet amoris de notitia duplici, vel duplici
cognoscente, vel de duobus volentibus. Vnde
processus filij de patre est conformis genera-
tioni vniuocę caloris de calore, processus ve-
ro Spiritus Sancti de patre, & filio est quasi
conformis generationi æquiuocæ caloris de
sole.

19. Ad tertium, si Spiritus Sanctus proce- n.13.
deret vt amor, aut de notitia, aut de amore,
tunc verbum diceretur procede, vt notitia de
notitia, quæ est essentiale attributum, & præ- n.4.
cedens productionem verbi. Dico, quòd ve-
sum est secundum iam declarata, & superius n.14.q.40
exposita de productione verbi, quia licet attri- n.5.
buta quę habent esse per distinctam apprehen-
sionem essentialem tribus personis, non pos-
sunt habere esse distinctum quasi præcedens
productionem verbi per illam apprehensionē,
vt ipsa est verbi actio, aut etiam Spiritus San-
cti, quæ procedit à verbo, habent tamen esse
illud per illam, vt ipsa est actio patris, & circa
diuinam essentiam specialiter, vt ipsa patris
est. Et quòd notitia talis quasi præcedit ema-
nationem verbi, expresse probatur per id quod
Augustinus de verbo producto in nobis, vt
imagine verbi diuini dicit sic 14 de Trinitate co.3.
cap. 6. *Nec sane gignit notitiam suam mens, quā-
do cogitando intellectum se conspicit tanquam sibi
incognita fuerit*. Et lib 15. cap. 15 hoc appli-
cans ad diuina dicit. *Concedamus iam vocandū
esse verbum illud mentis nostræ, quod de nostra
scientia formari potest etiam priusquam formatum
sit*, & sequitur cap. 16. *Cogitatio quippe nostra
perueniens ad id quod scimus verbum nostrum est*.
Et nulla est quo ad hoc differentia alia à for-
matione verbi Dei, & nostri, nisi quòd in Deo
non est prius verbum formabile quam forma-
tum. Vnde ex dictis continue concludit di-
cens. *Et ideo verbum Dei sine cogitatione debet* a.59. q.2
intelligi, vt forma simplex intelligatur non aliquid n.40.
habens formabile quod etiam esse possit informe.
Et sic concedere oportet, quod de scientia siue
notitia Dei patris, vt patris est, formatur ver-
bum ipsius, licet non vt de informi de qua prius
duratione formari possit, sed vt de qua semper
formatum est, & de quasi præcedenti secun-
dum rationem intelligendi. Aliter enim ver-
bum non procederet de patre, vt de sapiente,
& sciente, & intelligente: nec esset pater sa-
piens,

piens, sciens, & intelligens, nisi sapientia, sciētia, & intelligentia qua genuit. Vnde Augustinus in principio 6 de Trinit. reprehendit rationem quorundam fidelium contra hæreticos quosdam inductam cogentem hoc concedere, dicens *quòd ratiocinatio ad hoc cogit, vt dicamus Deum patrem non esse sapientem, nisi habendo sapientiam, quam genuit, non existendo per se patrem ipsa sapientia, Deinde si ita esset, filius quoque ipse sicut dicitur Deus de Deo, lumen de lumine, videndum est vtrum possit dici sapientia de sapientia, si non est Deus pater ipsa sapientia, sed tantum genitor sapientiæ*, quasi diceret, nequaquam. Habet ergo pro inconuenienti, quòd filius non sit sapientia de sapientia, & quòd pater non sit sapiens nisi habendo sapientiam, quam genuit. Quod plane explicat pertractando hanc quæstionem per totum principium 7. libri, ad quam reuertitur lib. 15. cap. 7. dicens. *In illa trinitate quis audeat dicere patrem, nec semetipsum, nec filium, nec Spiritum Sanctum per se intelligere, sed non nisi per filiū, nec diligere nisi per Spiritū Sanctū?* quasi diceret nullus. Dico ergo, quòd Deus pater diuina essentia, vt est sua sapientia, & intelligentia intelligit se, & suam essentiam, & omnia attributa essentialia distincta intelligentia, quasi prius ordine quodam rationis, quam generet verbum, a notitia qua, sicut intelligit, de intellectu quo intelligit generat.

a.4.

20. Quod autem dicitur in argumento, quòd distincta apprehensio in diuinis non habet esse nisi in verbo aut per verbum, eo quod est complementum diuinæ intelligentiæ; Dico, quòd reuera verbum est complementum diuinæ intelligentiæ, & intellectus, prout superius declarauimus. Sed non sequitur ex hoc quòd in diuinis non sit distincta apprehensio nisi in verbo, & per verbum, quia quod verbū dicitur complementum diuinæ intelligentiæ, & intellectus eius, hoc non est quasi perfectior sit actio intelligendi in verbo, aut per verbum quam in notitia essentiali, vel per illam, sicut nec verbū dicitur notitia declaratiua quia clarior est, quam notitia simplex, sed quia ratione modi procedendi procedit, vt notitia formata de notitia simplici, & essentiali. Illud autem non sequeretur nisi verbum secundum rem esset notitia clarior, nec adhuc ex illo amplius sequeretur, nisi quod in verbo & per verbum esset distinctior apprehensio attributorū, clarius scilicet apprehendendo illorum distinctionem, quemadmodum contingit in nobis, quòd clarius intelligimus, & apprehēdimus in definitiua ratione in se. Et sic ex illo nequaquam sequitur, quin distinctio aliqua attributorum præcedat productionem verbi secundū modum iam dictum. Ipsum etiam verbum productum apprehendit patrem prius ordine

a 54.q.4. n.11.q.6 n.13.46. a.55.q.2 n.14.

n.39.

rationis apprehendere, seu apprehendisse ipsam attributorum distinctionem, quam ipse produxerit ipsum verbum, & sic dum ipsum verbum apprehendit distinctionem attributorum, distinctam apprehensionem a patre necesse est præcedere productionem verbi ordine rationis, licet sua apprehensio, vt est verbi sequatur illam, aliter enim verbum non diceretur procedere modo intellectus, & spiritus sanctus modo voluntatis.

21. Dico tamen, quòd ipsa processio verbi non dependet ab ipsa distinctione, nec requirit ipsam quasi præuiam, quo ad id quod rationis, seu a ratione in ipsis distinctis, sed solum quo ad id, quod sunt in ipsa diuina essentia virtute, & quasi inchoatiuè, & in aptitudine ad distinctionē, qua existit in actuali cōsideratione intellectus, & sic sūt origines emanationū.

a 51. q.8 n.16.

a.54.q.10

22. Sed sunt aliqui qui concedunt conclusum in dicto argumento, dicentes quòd non dicitur verbum procedere modo intellectus, & Spiritus Sanctus modo voluntatis, quia intellectus, & voluntas sunt principia productiua personarum, vt sunt intellectus, & voluntas. Non est ita, sed ipsa diuina essentia est principium productiuum personarum, vt est subintrans quendam modum, qui est proprietas relatiua, per hoc enim habet in se vim generatiuam, & spiratiuam.

n.3.

a.11.q.3 n 7 a. 39 q.4. 4 6. a.54. q 6 n. 51 & se.1.a. 10 q.1.n 36

23. Quod autem dicitur, quòd vna productio procedit per modum naturæ, & intellectus, altera vero per modum voluntatis, sic debet intelligi, vt dicunt, scilicet quod vna procedit in essentia diuina per vim aliam, alia vero per vim aliam, quarum processiones nominamus modo intellectus, & voluntatis. Quare in creaturis tales modos reperimus, vbi scilicet vnum procedit ab alio, & est productio naturæ, aliud vero a duobus, & est productio voluntatis, quæ præsupponit intellectum.

24. Quod dicunt, quia tenent pro firmo, quod impossibile est in Deo aliquorum corporalium distinctam apprehensionem esse nisi in verbo, & per verbū, ita quòd impossibile sit intelligi, quod in diuinis sit vna processio modo intellectus, & alia mō volūtatis, quod aut in Deo sint distincta vllo mō natura, aut voluntas, aut aliqua alia attributa inter se nisi in verbo, & per verbum, & nisi cointelligendo consimilia, vel correspondentia in creaturis.

25. Et dicunt, quòd ideo Augustinus vocat filium artem, vbi exponendo dicta Hilar. lib. 6. de Trinitate cap. vltimo dicit sic. *In imagine nominauit speciem tanquam verbum perfectum cui non desit aliquid, & ars quadam omnipotentis, & sapientis Dei plena omnium rationum viuentium incommutabilium, & omnes vnum in ea sicut ipsa vnum de vno cum quo vnum.*

26. Qualiter attributorum distinctio in

diui-

diuinis non eſt accipienda per habitudinem ad creaturas extra, ſed ſolummodo ad intra,
a.52.q.5 a.63.q.5 ſatis declaratum eſt ſupra loquendo de attributis, & amplius declarabitur infra loquendo de relationibus communibus.

27. Quod autem iſta diſtinctio non ſit ſolummodo in verbo, & per verbum, ſed per intellectum eſſentialem patris, vt patris eſt, iam
ſup.n.19 20. (vt arbitror) eſt ſatis declaratum.

28. Ad aliud dictum Auguſtini, quod *verbum eſt ars plena rationum*. Dico, quòd ibi
n.25. Auguſtinus non loquitur de rationibus attributalibus, ſed ſolummodo de rationibus idealibus, quæ ſunt rationes cognitiuæ, & cauſatiuæ eſſentiarum in creaturis. Quod bene declarat Auguſtinus ſubdens poſt verbum prædictum. *Ibi nouit Deus omnia, quæ fecit Deus per ipſam.* non ſolum in eſſe eſſentiæ quoad rerum formas, & ſpecies, ſed etiam in eſſe exiſtentiæ, quo ad rerum ſpecifica indiuidua.
a.19.q.7. n.13 a.26 q.4.n.12 inf.q.5. Vnde ſequitur continue. *Et ideo cum decedunt, & ſuccedunt tempora, non decedit, nec ſuccedit aliquid ſcientiæ Dei. Non enim quæ creata ſunt ideo ſciuntur à Deo quia facta ſunt, & non potius ideo facta ſunt, vel mutabilia, quia immutabiliter ab eo ſciuntur.*

n.22. 29. Quod vero dicunt quod intellectus, & voluntas in Deo non ſunt principia productiua perſonarum, ſed potius diuina eſſentia ſubintrans modum, & rationem proprietatum. Dico quod diuina eſſentia non eſt principiũ diuinarum emanationum ſubintrans rationẽ proprietatum, niſi ipſa ordine quodam rationis primò ſit origo intellectus, & voluntatis immediatè ſubintrans modos illorum originaliter, inquantum quaſi virtute in ipſa ſunt eſſentia, ſic enim ſunt proxima principia ſubintrantia rationes illarum proprietatum relatiuarum, & hoc realiter, ſicut iam expoſuimus. n.10.

30. Quod autem dicunt, quòd filius dicitur procedere modo naturæ, & intellectus, & n.23.
Spiritus Sanctus modo voluntatis, quia in creaturis conſimiles modos procedendi reperimus, hoc nihil arguit, nec aliquam rationem dicti eorum oſtendit, quia conſimili modo poſſumus dicere de ipſis emanationibus, ſcilicet quod filius dicitur procedere generatione, & Spiritus Sanctus proceſſione, quia conſimilia, & correſpõdentia illis inueniuntur in creaturis, quod tamen omnis falſum eſſe pronunciauit, quia ſicut horum diſtinctio eſt ibi actione, & natura rei, ſimiliter eſt ibi illorum diſtinctio virtute, & natura rei, licet non compleatur niſi ab intellectu.

31. Argumenta duo vltima concedenda n.5.6.
ſunt ſecundum modum iam expoſitum.

Concluſiones ex Quæſtione Sexta, Articuli Sexageſimi primi.

1. *Spiritus Sanctus procedit vt amor notionalis de amore eſſentiali, tanquam de principio quaſi materiali, & de quo elicitur.* n. 7.
2. *Spiritus Sanctus nec procedit vt amor de notitia, nec vt amor de amore, tanquam de ratione elicitiua propter quam ſic.* n. 9.
3. *Spiritus Sanctus procedit vt amor de notitia eſſentiali, & notionali, tanquam ratione quaſi præuia ſine qua non.* n. 10.
4. *Spiritus Sanctus non dicitur procedere, vt amor de amore tanquam de producente.* num. 12.
5. *Poteſt dici procedere, vt Amor de notitia genita, & ingenita.* nu. 13.

Dddddd Quæ-

QVAESTIO SEPTIMA.

Vtrum Spiritus Sanctus sit amor, quo pater, & filius diligunt se, et alia.

Circa septimum arguitur, quod Spiritus Sanctus nõ sit amor, quo pater, & filius diligunt se, & alia.

1. Primò sic, sicut se habet filius inquantum est notitia ad actum intelligendi ex parte intellectus, sic se habet Spiritus Sanctus inquantum est amor ad actum diligendi ex parte voluntatis, quia sicut filius inquantũ est notitia est perfe-
q.6.n.10 ctio, vel quasi intellectus sm̃ superius determinata, sic Spiritus sanctus est perfectio, vel quasi voluntatis, sed pater non intelligit se, & alia filio, vt est verbum, siue notitia, quia per quod intelligit sapit. Non autem sapit verbo, sed sapientia, siue genita, siue ingenita, secundum Augustinum 7. de Trinitate cap. 1. ergo &c.

2. Secundò sic, si pater, & filius diligerent se, & alia amore, qui est spiritus sanctus, cum spiritus sanctus sit amor notionalis, tunc diligerent se, & alia amore, siue dilectione notionali, consequens falsum est, quia diligere in diuinis est actus essentialis, cuius ratio non est nisi ipsa diuina essentia, vt est amor essentialis, ergo &c.

3. Tertiò sic. secundum non est ratio primi, sed potius è conuerso: omnia essentialia sunt
ar 54. q. 10. prima, & quasi prævia respectu notionalium, vt patet ex supra determinatis. Quare cum diligere sit actus essentialis, & spiritus sanctus sit amor notionalis, spiritus sanctus non est amor quo pater, & filius diligunt, quia id quo diligunt est ratio eliciendi actum diligendi.

a 48.q.2. n.10. 4. Contra, non est amor nisi sit vis vnitiua amantis cum amato, & si talis vis est amor simplex, multo fortius ergo, & amor incentiuus, quia quantò est ardentior tantò fortius vnit,
q. 5. n.2. quare cum spiritus sanctus secundum iam exposita sit amor incentiuus, ipse ergo est vis vnitiua amantis cum amato, sed hoc non nisi mediante actu diligendi, ergo &c.

5. Dico, quod secundum dicta sanctorum
ib n 7. concedere oportet, quod pater, & filius diligũt Spiritu Sancto. Spiritus Sanctus autem amor est, oportet ergo concedere, quòd spiritus sãctus sit amor quo pater, & filius diligunt. Vnde Augustinus loquens de processione spiritus sancti a patre, dicit. *Manifeste attenditur, hoc amoris esse principium vnde procedit, ab ipsa quippe mente procedit, atque ita principium est amoris sui, quo se amat.* Vnde non proponitur quæstio quasi dubitandum sit, an pater, & filius diligant amore, qui est spiritus sanctus, sed quia dubitatur quomodo hoc vere intelligi possit, & qua ratione ille ablatiuus amore construatur cum actu diligendi, siue amandi. Et est ratio dubitandi super hoc expressa in tribus primis argumentis, quæ concludunt, quòd tantum possit construi cum illo, vt ratio elicitiua illius actus, & non est clarum, quòd alio modo possit cum illo construi, propter quod circa hoc diuersæ sunt exortæ quæstiones. Vnde difficultatem quæstionis propter tactum in primo argumento, tangit Hug. de sancto Victo. in epistola quadam ad B Bernardum sic inquiens *Quæris à me quomodo verum sit quod Augustinus dicit. Dicit enim, quod pater Spiritu Sancto diligit filiũ, & filius eodem spiritu diligit patrem. Quod tamen pater ea sapientia, quæ est filius sapiat, omnino contradicit huiusmodi rationi. Nam si ea sapientia, quæ filius est saperet ipse pater, non tam filius à patre, quã pater à filio esset, quibus idem est esse, quod sapere.* Et eadem ratione si eo amore diligeret, qui est Spiritus Sanctus, non tam a patre, quam pater a Spiritu Sancto esset, quibus idem est esse quod diligere. Hoc autem falsum est. Vnde subdit. *Hinc est, quòd quidam in hunc modum opponunt, & dicunt. Cum idem ibi sit diligere quod esse, quomodo dicitur pater, vel filius non esse ea dilectione, qua alter alterum diligit, cum ideo pater negatur sapere sapientia quam genuit, ne ea esse intelligatur?*

7. Et respondet Hug. ad argumentum, & simul ad quæstionem, vt tactum est supra in a.58.q.2. n.35.
quæstione de differentia inter dicere, & generare, distinguendo, quòd agere aliquo contingit dupliciter, vel vt ratione formali, quæ est in agente, & sic pater non diligit Spiritu sancto, nec filius, vt procedit ratio, vel vt potentia operatiua, quæ est ab alio, & sic bene diligunt Spiritu sancto, & similiter pater intelligit verbo, non tamen sequitur, quod est Spiritu sancto aut verbo, vt ibidem expositum est. Vnde dicit sic. *Quantum mihi videtur multum est inter facere, & fieri, &c.* vsque ibi. *Et secundum hoc cum actus attribuitur, &c.* vt habitum ib. n.34.
est ibidem. *Dicitur ergo,* vt subdit Hug. ibidẽ, *pater Spiritu Sancto diligere, & pater suo amore procedente diligit, non quod per eum amorem habeat, sed exhibeat, non quod per eum amorem accipiat,*

piat, sed impendat. Et sic secundum Hug. quod pater dicitur diligere Spiritu sancto, est, quòd Spiritus sanctus diligit hoc habet à patre, quia ipse est à patre, vnde subdit in eadem epistola.

Io ca. 7. & 16. *Filius de seipso dicebat mea doctrina non est mea. Cur, & Spiritus Sanctus non æqua ratione dicat dilectio mea non est mea, sed patris?* Nota ad intellectum dicti Hug. & hoc ex verbis eius in illo dicto Christi, *Mea doctrina non est mea*, quod dupliciter potest intelligi illud *doctrina mea. Vno modo sic, mea doctrina, idest doctrina qua ego sapio nō est mea, quia nō habeo eā à me, sed à patre*, & secundū hoc pater secundū Hug. dicitur sapere filio, quia sapientiam, & doctrinam, qua filius sapit, & quod filius sapit hoc habet à patre, & sic idem, quod filius agit in eo quod sapit pater agit, sed per filium siue filio. *Et similiter si spiritus Sanctus dicat mea dilectio non est mea, idem est quod dilectio, qua ego diligo non est mea, quia non habeo eam à me, sed à patre.* Et sm̄ hoc am̄ Hug. pater dicitur diligere Spiritu sancto quia quod Spiritus sanctus diligit, & dilectionem qua spiritus diligit habet à patre, *Alio autem modo illud, Mea doctrina, intelligitur sic, idest doctrina qua ego homines erudio, & quam eis impendo non est mea, quia illam non habeo à me, sed à patre*, & secundum hoc secundum Hug. pater dicitur erudire filio, quia doctrinam qua filius erudit ipse habet à patre, & sic quod filius agit in eo, quod erudit pater agit, sed filio, siue per filium. *Et si Spiritus Sanctus dicat mea dilectio non est mea, idem est ac si diceret, dilectio qua ego homines inflammo, & quam eis impendo non est mea, quia illam non habeo à me, sed à patre.* Et secundum hoc pater dicitur inflammare homines igne charitatis, quia charitatem, siue dilectionem, qua spiritus sanctus inflammat, ipse habet à patre, & sic quod Spiritus sanctus agit in eo, quod inflammat, pater agit, sed Spiritu sancto, siue per spiritum sanctum.

8. Sed secundum talem expositionem nullam difficultatem habet omnino quæstio aliā, quam habet quæstio, qua quæreretur, an pater creat filio, siue per filium, an Spiritu Sancto siue per Spiritum Sanctum, nec ad hoc inuestigandum anhelat intellectus in hac quæstione, sed potius an cum dicitur pater diligere Spiritu Sancto, Spiritus Sanctus habeat quasi rationem causalitatis super actum diligendi patris, quam reuera habet, quæ & mentem Hug. tetigit, licet eam non explicauerit. Quod bene insinuat quando post prædicta in dicta epistola ad astruendum quod omnino concedendum est, patrem, & filium diligere Spiritu Sancto, subdit iuxta processum vltimi argumenti

Ibid. dicens. *Si Spiritus Sanctus amor est vtriusque, cur pater non dicatur rectè Spiritu Sancto, hoc est suo diligere amore? Animus humanus amor non est, sed ab ipso amor procedit, & ideo se non diligit, sed amore, qui à seipso pcedit. Pater vero amor est, & ideo pater diligit seipso, diligit, & Spiritu Sancto, diligit seipso amore, diligit, et suo amore. Si Spiritus Sanctus diceretur amor cordis tui, sicut Spiritus sanctus dicitur amor patris, & filij, quaeso quis posset negare te Spiritu Sancto, hoc est amore tuo diligere? Reuera pater amor est, sed essentialis, quo diligit formaliter, hoc est tanquam forma quadam, qua ipse est eliciendo actum diligendi, qui non est nisi essentialis. Animus autem humanus amor ex se non est, & ideo ipse seipso non diligit, sed solummodo amore à se procedente per actum volendi.* Per quod insinuat, quòd pater consimiliter habet amorem à se procedentem, & in animo suo manentem, licet subsistendo non autem inhærendo, sed informando, sicut inhærendo informat animū humanum amor ab ipso procedens. Sicut ergo homo diligit amore procedente, sic & pater. Illud autem non est, nisi, quia amor quo diligit homo habet aliquam rationem causalitatis super actum diligendi.

9. Similiter ergo cum pater diligit amore à se procedente, oportet, quod ille amor habeat aliquam quasi causalitatem super actum diligendi. Et quia istam rationem causalitatis difficile est assignare. Certum enim est, quòd causalitatem principiandi, & eliciendi actum diligendi essentialem in patre non habet amor, qui est Spiritus Sanctus, quia tunc Spiritus Sanctus daret patri, quod diligeret essentialiter, & ita quod esset, quia idem est ei (scilicet patri) diligere, quod esse, sicut & sapere idem est patri quod esse, vt vult August. c. 1. & seq 7. de Trin. Et ideo circa hoc diuersi sunt modi dicendi.

10. Dicunt enim quidam quod ille ablatiuus Spiritu Sancto habet causalitatem super actum diligendi patris non in eliciendo, vt dictum est, sed in appropriando. Dicunt enim, quod pater diligit Spiritu Sancto per appropriationem idest per amorem, qui ei appropriatur. Amor enim essentialis ei appropriatur, vt inferius declarabitur loquendo de appropriatione. Sed eadem ratione bene diceretur, pater sapit filio, quia eodem modo filio appropriatur sapientia, quod non conceditur. a. 72. q. 1. ibid.

11. Ideo alij dicunt, quod ille ablatiuus habet causalitatem super actum diligendi in indicando, quod in patre sit actus diligendi. Vnde dicunt, quòd constituitur cum verbo diligendi in habitudine signi ad signatum, quemadmodum si diceretur isti diligunt se verbis, quando nullum aliud indicium, quòd sese diligant habetur quam quod verbis amabilibus sese alloquuntur. Qualem dilectionem prohibet Io. quando dicit prima Canonica cap. 3. *Non diligamus verbo neque lingua, sed opere, & veritate.* Sed eadem ratione posset concedi illa, pater sapit verbo. Quod enim habet in- D. 18.

Dddddd 3 mea-

mente sua verbum à se procedens, signum est, quod sapiat. Sed tamen ista negatur, & illa cōceditur. Alio ergo modo causalitas huiusmodi intelligenda est.

12. Ideo dicunt alij, quod construitur in ratione formæ, siue causæ formalis, quemadmodum dicitur, quod ille lucet luce, calet calore, viuit vita. Quod non potest stare, quia talis forma denominat ipso actu, & cadit in significatione actus penitus idem significando, cum actu. Differunt autem in solo modo significandi, vt essentia, & esse, vt satis expositum est superius. Nunc autem in proposito amor siue dilectio, quæ est Spiritus Sanctus non est forma illa à qua pater denominatur diligens, nec illa dilectio, quæ significatur actu diligendi est penitus essentialis, & dilectio quæ est Spiritus Sanctus notionalis est. Vnde cum dicitur pater amat amore, id quod denominat patrem significatum est in actu amandi, & est amatio, non autem ipse amor, siue sumatur essentialiter, siue notionaliter. Et bene differunt secundum rem in creaturis amor, & amatio, sicut cum dicitur pater diligit dilectione, quæ est Spiritus Sanctus, quasi æquiuoca est dilectio, quæ significatur actu diligendi, & ipso denominat, & quæ dicitur esse Spiritus Sanctus.

a.12.q.6 n 4.2.32. q.3. a.9.

13. Propterea dicunt alij, quòd construitur dictus ablatiuus in ratione effectus, siue principiati formalis, sicut cum dicitur, quod arbor floret flore. Reuera isti magis propinqui sunt veritati quam præcedentes, quia in ratione causæ formalis denominatiue dicitur, quod arbor floret floritione, & multo magis se habet ad actum diligendi patris amor procedens, qui est Spiritus Sanctus, sicut flos ad florem. Quia per actum diligendi, sicut flos ab arbore per actum florendi quodammodo à patre procedit Spiritus Sanctus, inquantum scilicet pater, & filius potius spirant Spiritum Sanctum, vt diligentes siue amantes, quam vt scientes, vel vt cognoscentes, non sic autem floritio procedit ab arbore per actum florendi, sed est forma signata in actu florendi.

q.6 n.12 & seq.

14. Sed tamē illud non potest stare in proposito, quia cum talis ablatiuus construitur cū verbo, verbum illud per se positum includit in se actum producendi propinquum transeuntem in rem illam signatam per ablatiuum. Florere enim secundum se acceptum idem est quod producere florem. Nunc autem in proposito diligere cum sit purum essentiale, non est idem, quod producere amorem, & ideo licet in ratione causæ formalis bene dicitur arbor florere flore, eo quod florere includit actū propinquum producendi florem, non tamen in ratione effectus formalis dici sic potest pater diligere amore, qui est Spiritus Sāctus, quāuis licet per actum diligendi a patre procedat Spiritus Sanctus, hoc tamen non est nisi vt per actum producendi remotum.

15. Præterea quando actus construitur cū ablatiuo in ratione effectus formalis, verbum illud necessario ex se sic est absolutum, quòd nullo modo potest simul construi cum alio in quod designetur transire. Non enim potest dici quod arbor floret hoc vel illud flore. Sed in proposito verbum diligendi simul potest construi cum dicto ablatiuo, & transire in aliud, dicendo pater diligit filium, vel creaturam amore, qui est Spiritus Sanctus, & hoc quia quando illo modo construitur, ablatiuus ille non dicit nisi rationem quandam circa actum vt absolute habet esse in subiecto, non autem vt transeat in aliquem terminum extra. Quando vero illo modo construitur, iste ablatiuus non dicit rationem circa actum, vt habet esse in subiecto, sed potius vt transit in aliquid extra, & ideo dicit rationem, & circumstantiā transeuntem in illud, & tunc actus ille construitur cum ablatiuo tanquam cum eo, quo actus ordinatur, & dirigitur in illud. Sic in proposito pater diligit amore, qui est Spiritus Sanctus, tanquam eo quo ordinatur actus diligendi in illud quod diligitur, vel natum est diligi à patre. Secundum hunc modum igitur oportet hic assignare aliquam rationē a prædictis, qua talis ablatiuus dicēdus est construi cum tali verbo:

16. Ad cuius inuestigationem aduertendum est, quòd diligere in diuinis tripliciter accipitur. Primo modo vt est purum essentiale, vt quando dicit actum diligendi simplicem. Secundo modo vt habet annexum aliquid notionale, vt quando dicit actum diligendi incertiue ex parte diligentis, & gratificatiue ex parte dilecti. Tertio modo, vt accipitur pro notionali extenso ad essentiale, vt quando accipitur pro actu flagrandi, secundum quòd iam declarabitur. n.10

17. Si ergo accipitur diligere primo modo dico, quòd nullo modo dictus ablatiuus construi debet cum tali verbo, nec vllo modo est hæc recipienda, pater diligit amore, vel diligit filium, vel aliquid aliud Spiritu Sancto. Similiter neque de filio, neque de seipso Spiritu Sancto, quod diligit amore qui est Spiritus Sanctus. Nec est ratio eliciendi talem actum de subiecto, vt habitum est supra, nec etiam ratio dirigendi ipsum in obiectum, sed horum ratio solummodo est amor essentialis, quia talis actus, & directio in obiectum conueniret personæ vniuoce, si esset in diuinis absque amore procedente, & similiter absque verbo procedente, & sic quasi primo conueniret patri, quam generare, aliquid spirare. q.6.n.9.

18. Si vero accipitur diligere secundo modo, videlicet vt habet annexum aliquid notionale,

nale,puta vt cum dicit actum diligendi incentiue: dico, quòd illa bene eſt recipienda, pater diligit Spiritu Sancto, quia licet amor procedens non ſit ratio eliciendi actum diligendi ſimpliciter de ſubiecto, & ordinandi ipſum in ſubiectum, eſt tamen bene ratio incentiui circa actum, & hoc in ordine eius ad ſubiectum à quo elicitur, & etiam in ordine ad obiectum, ſecundum quòd iam inferius declarabitur in (n.25.) ſolutione primi argumenti. Pater enim etſi non diligit nude, & ſimpliciter niſi amore eſſentiali, incentiuè tamen non diligit niſi amore notionali, qui eſt Spiritus Sanctus. Quia ſicut ſe habet diligere ſimpliciter ad amorem ſimpliciter, ſic ſe habet diligere incentiue ad amorem notionalem. Eſt enim ratio incentiui aliquid notionalis circa actum diligendi eſſentialem, licet eum illa determinatione tribus perſonis conueniat.

19. Si vero diligere accipiatur tertio modo, videlicet pro notionali extenſo ad eſſentiale, vt puta pro actu flagrandi: dico, quòd adhuc bene recipitur illa, pater diligit Spiritu Sancto, quia licet amor notionalis non ſit ratio eliciendi actum talem de ſubiecto, eſt tamen ratio ordinandi ipſum in obiectum.

20. Ad cuius intellectum eſt aduertendum (a.53.q.2. n.15. & ſeq.) ſecundum prædicta, quòd ſicut ex parte intellectus circa actum producendi eius eſt vna notio ſm̃ rẽ, diuerſa vero ſm̃ ſolã rõnẽ, qua pater dicitur generare filiũ, & dicere verbũ, & ſimiliter eandem perſonam nominant ſecundum (ar.60. q. 10.n.12.) rem filius, & verbum, licet ſecundum diuerſas rationes, ſic ex parte voluntatis circa actum producendi eius vna notio eſt ſecundum rem, quæ ſecundum rationes diuerſas diuerſis nominibus eſt appellanda, & ſimiliter vna perſona ſecundum diuerſas rationes diuerſis nominibus eſt appellanda. Sed ſecundum vnam rationem nomen eſt ei impoſitum tam actui, quam perſonæ, ſecundum quam pater, & filius dicuntur ſpirare Spiritum Sanctum, & reſpondet actus ſpirandi ex parte voluntatis, actui generandi ex parte intellectus, & nomen ſpiritus reſpondet filio. Secundum aliam autem rationem nomen non eſt impoſitum, nec actui, (ſup. q.5. n.5.) nec perſonæ, ſed actum poſſumus dicere flagrare, & perſonam poſſumus appellare zelum, vt flagrare reſpondeat illi quod eſt dicere, & zelum verbo.

21. (a.53.q.2. n.20. & ſeq.) Et ſicut dicere ex parte intellectus non ſolum accipitur, vt purum notionale, & vt dicit ſolum actum producendi verbum, & conſtruitur cum verbo in accuſatiuo, dicendo pater dicit verbum, ſed etiam vt extenditur ad eſſentiale, & dicit rationem manifeſtationis, ſiue declarationis apud intellectum illorum, quæ intellecta ſunt intelligentia ſimplici formata per ipſum verbum, vt per manifeſtatiuũ cuilibet intellectui illuſtrato vero verbo: ſic etiam flagrare ex parte voluntatis non ſolum accipitur, vt purum notionale, vt dicit ſolum actum producendi zelum, vt conſtruitur cum ipſo in accuſatiuo, dicendo pater, & filius flagrant Spiritum Sanctum, ſed etiam accipitur, prout extenditur ad eſſentiale, & dicit rationẽ gratificationis apud voluntatem illorum, quæ volita ſunt ſimplici voluntate informata per ipſum zelum, vt per gratificatiuum cuilibet voluntati incenſæ per ipſum zelum. Sicut enim in verbo omnia alia dicuntur quodammodo, ſic in ipſo zelo omnia quodammodo flagrantur. Et ideo quemadmodum dicere conſtruitur cum verbo non ſolum in accuſatiuo, quod ſoli patri conuenit, ſed etiam in ablatiuo, quod etiam conuenit alijs ſecundum ſuperius determinata in quæſtione de dicere. Sic (a.58.q.2. n.20.) flagrare conſtruitur cum zelo non ſolum in accuſatiuo, quod ſoli patri conuenit, & filio, ſed etiam in ablatiuo, quod conuenit alijs modis proportionalibus, quibus dicere verbo, vel in verbo conuenit alijs à patre. Et flagrare, vt ſic extẽſũ eſt id quod notionale, & ſupponit actũ amandi, ſeu volendi, quem non ſignificat, ſicut dicere extenſum ſupponit actum intelligendi, quem non ſignificat.

22. Pro dicto autem actu innominato quẽ appellamus flagrare inquantum dicto modo extenditur ſecundum vſum Theologorum, accipitur actus amandi, & ideo eiſdem modis quibus ſecundum ſuperius determinata dicimus (ibid.) omnes illuſtratos verbo dicere ſe, & omnia alia verbo, & in verbo, proportionaliter eiſdẽ modis dicimus omnes accenſos zelo, qui eſt amor procedens, ſiue Spiritus Sanctus, ſe & alia amare Spiritu Sancto. Vnde ſicut ex parte intellectus notitia eſſentialis eſt quoddam manifeſtatiuum quo verum manifeſtatur intelligenti, ſiue intellectui, & habet fieri in intellectu, vt cognitum in cognoſcente, ſic verbum eſt quoddam manifeſtatiuum, quo declaratiuè, & quaſi amplius manifeſtatur intellectui, & quaſi amplius habet fieri in intellectu. Sed ex parte voluntatis amor eſſentialis eſt quædam incenſio, ſiue quoddam incendium, quo bonum gratum fit voluntati, & quo volũtas ſe diffundit in bonum illud, & zelus, ſiue Spiritus Sãctus eſt quoddam incentiuum, quo bonum amplius gratum fit voluntati, & quo voluntas ſe amplius in bonum diffundit.

23. Et ita ſicut omnia quę nata ſunt declarari verbo, in verbo pater immediate dicit quando dicit verbum, & quando alia quæ in verbo dicit verbu, illa verbo dicit non vt medio inter dicentem, & actum dicendi, & vt ratione elicitiua actus dicendi de dicente, inquãtum notat actum producendi, aliter enim ſolummodo diceret verbo dicens verbum, ſed

vt

vt ratione, qua innotescit apud intellectum eius cum dicitur id quod verbo dicitur, & qua actus dicendi inquantum notat actum manifestandi declaratiue dirigitur in illud, vt sit solū ratio media inter actum dicendi ratione manifestationis quam importat, & rem dictam, vnde & verbo dicit non dicens verbum, Spiritus Sanctus enim verbo dicit creaturam, hoc est Spiritus Sanctus creaturam, quam intelligit manifestat verbo intellectui illius cui dicit. Sic omnia quæ nata sunt gratificari Spiritu Sancto, in ipso pater & filius immediate flagrant quando flagrant Spiritum Sanctum, & quando alia quæ in Spiritu Sancto flagrant, flagrat Spiritus Sanctus, illa Spiritu Sancto flagrat siue diligit nō vt medio inter flagrantem, & actum flagrandi inquantum notat actum producendi; aliter enim solummodo flagraret Spiritu sancto flagrans Spiritum Sanctum, sed vt ratione qua flagratest apud voluntatem eius qui flagrat id quod Spiritu Sancto flagratur siue diligitur, iuxta vsum theologorum sumendo diligere, pro flagrare, & qua actus flagrandi, siue diligendi inquantum notat actum gratificandi dirigitur in illud, vt sit solummodo ratio media inter actum diligendi ratione gratificationis, quam importat ly flagrare, & rem dilectam. Vnde & Spiritu sancto diligit non producens siue flagrans Spiritum Sanctū. Creatura enim intellectualis bene Spiritu Sācto diligit Deum patrem, hoc est creatura intellectualis bene Deum patrem, quem diligit Spiritu Sancto gratiose, & complacenter diligit. Sicut enim omne verum intellectus quod amplius innotescit verbo, sic omne bonum voluntatis quod amplius gratescit spiritu sancto. Et sic pater amore qui ipse est sibi essentialis, & similiter filius, & quælibet creatura amore suo naturali aliter diligunt bonum, aliter spiritum sanctum inquantum est amor cordis sui, per hoc quòd procedit in ipsum. Ab æterno enim amor cordis patris, & filij procedit in ipsis, ex tempore autem creaturæ intellectualis. Amore enim sibi essentiali, aut naturali quilibet diligit bonum, vt ratione media inter subiectum à quo elicitur, & actum diligendi, qui illa ratione elicitur. Amore vero qui est spiritus sanctus quilibet diligit bonum, vt ratione media inter actum intelligendi, & ipsum obiectum, quod diligitur tantummodo, secundum iam dictum modum.

24. Quo viso, & intellecto non est alia difficultas in hac quæstione, an pater, & filius diligant se, & alia spiritu, accipiendo diligere prod ꝯ verbo innominato, quam in illa an pater dicit se, & alia verbo. Sed ratione maioris obscuritatis, & dubitationis inducitur, quia non est ex parte voluntatis verbum impositum respondens illi, quod est dicere, quod expresse significaret actum gratificandi, sicut dicere significat actum manifestandi, quem nullo modo significat actus diligendi, quo vtimur loco illius verbi nobis deficientis vt dictum est. Accipiendo autem diligere in sua propria significatione, patet difficultas quæstionis ex dictis supra, & amplius exponetur in dicendis. n.10.

25. Quod ergo arguitur primo in contrarium, quod pater non intelligit se, & alia notitia quæ est verbum, ergo &c. Dicò distinguendo de intelligere modo quo iam distinctum est de diligere in duabus primis significationibus. Intelligere enim, vt est purum essentiale, & dicit actum intelligendi simplicem, nullo modo potest concedi illa, pater intelligit verbo, & sic (vt bene procedit argumentum) nullo modo potest concedi, quòd pater & filius diligant amore qui est Spiritus Sanctus. Intelligere autem vt habet aliquid annexum notionale, vt quando dicit actum intelligendi illustratiue ex parte intelligentis, & declaratiue ea parte intellecti, licet nullo modo posset concedi, quod pater intelligit simpliciter verbo, non tamen omnino negandum est, quin pater intelligat verbo declaratiuè. Quia per hoc quòd secundum prædicta verbū illustrat, siue illuminat intellectum in quo est, & declarat, siue manifestat ipsam rem intellectam, licet non sit ratio eliciendi actum intelligendi de subiecto intelligente, sed solummodo essentiale, est tamen ratio modi intelligendi, tam in ordine intelligentis ad actum intelligendi, quam in ordine actus ad obiectum intellectum, vt propter hoc bene possit concedi, quod pater declaratiuè intelligat verbo, & potius declaratiuè, quam illustratiuè, quia actio intelligendi potius procedit in intellectum ab obiecto declarato, & manifestato, quam ab intellectu illustrato in obiectum intellectum. Et sic consimiliter non obstante argumento, licet nullo modo posset concedi, quòd pater, & filius diligant amore, qui est Spiritus Sanctus simpliciter, non tamen est omnino negandum, quin diligant amore, qui est Spiritus Sanctus incentiuè, quia per hoc quod secundum prædicta amor qui est Spiritus Sanctus incendit voluntatem in qua est, & ipsi gratificat ipsam rem volitam, licet non sit ratio eliciendi actum diligendi de subiecto diligente, sed solummodo essentialis, est tamen ratio modi diligendi tam in ordine diligentis ad actum intelligendi, quam in ordine actus ad obiectum dilecti. Vt propter hoc bene possit concedi, quod pater, & filius incentiue diligant amore, qui est Spiritus Sanctus, & potius incentiuè, quam gratificatiuè, quia actio volendi potius procedit à voluntate in obiectum gratificatū, quam ab obiecto gratificato in voluntatem in-

Margin notes (right column): n.1. (beside "25."); n.16. (beside "guendo de intelligere"); n.17. (beside "mentum"); a 12. q.2 n.15. (beside "Quia per hoc"); n.18. (beside "prædicta amor")

cen-

censam. Intellectus enim mouetur ab obiecto, & voluntas mouet se in obiectum, vt sæpius declarauimus alibi. a. 60. q. 2 n. 37.

26. Est tamen in hoc magna diuersitas aduertenda ex parte illorum, qui dicuntur intelligere verbo, & non sunt ipsum, & ex parte eius, qui est ipsum verbum, & similiter ex parte illorum, qui dicuntur diligere amore, qui est Spiritus Sanctus, & non sunt ipse, & ex parte eius, qui est ipse Spiritus Sanctus. Quia licet illi, qui non sunt ipsum verbum, non dicũtur intelligere verbo, vt ratione elicitiua de intelligente ipsius actus intelligendi, ille tamẽ qui est ipsum verbum, bene intelligere dicitur verbo, vt ratione elicitiua de intelligente ipsius actus intelligendi. Et consimiliter licet illi, qui non sunt ipse amor, qui est Spiritus Sanctus, non dicuntur diligere amore, qui est Spiritus Sanctus, vt ratione elicitiua ipsius actus diligendi, ille tamen qui est ipse amor, vt ipse Spiritus Sanctus, bene dicitur diligere ipso amore, qui est spiritus sanctus vt ratione elicitiua de voluntate ipsius actus diligendi. Vnde filius, quia est verbum intelligit verbo declaratiue, vt ratione formali eliciente actum intelligendi simpliciter, sed hoc non nisi ratione notitiæ essentialis, vt est aliquid verbi. Pater autem quia non est verbum licet intelligat declaratiue verbo secundum expositum
n. 25. modum, non tamen vt ratione formali eliciẽte actum intelligendi simpliciter, quia licet illum eliciat, vt ratione elicitiua notitia essentiali, non tamen, vt ipsa est filij, vel aliquid ipsius verbi, & habita per generationem, sed potius, vt est ipsius patris omnino ingenita. Nec in hoc est aliqua differentia de verbo hominis qui non est suum verbum, & de verbo patris, qui etiam non est suum verbum. Licet enim homo intelligat declaratiuè suo verbo, non tamen, vt ratione formali eliciente actum intelligendi simpliciter, quia licet illum eliciat notitia simplici, quæ includitur in ratione verbi sui, non tamen vt ipsa est aliquid verbi, sed potius, vt se tenet ex parte memoriæ producentia verbum.

27. Consimiliter Spiritus Sanctus, quia ipse amor procedens est, diligit incentiuè amore procedente, vt ratione formaliter eliciente actum diligendi simpliciter, sed hoc non nisi ratione amoris essentialis, vt est aliquid amoris procedentis, siue zeli. Patet autem, quia non est amor procedens, licet diligat incentiue amore procedente, secundum expositum modum, non tamen vt ratione formaliter elicitiua actus diligendi simpliciter, quia licet illum eliciat, vt ratione elicitiua amore suo essentiali, non tamen vt ipse Spiritus Sanctus, vel aliquid ipsius zeli, & habitus per spirationem, sed potius vt est ipsius patris omnino inspiratus. Nec est in hoc differentia aliqua de zelo, siue amore procedente in homine, qui non est suus zelus, sicut neque suum verbum, & de zelo patris, qui etiam non est suus zelus. Licet enim homo diligit incentiue zelo suo, non tamen vt ratione formali eliciente actum diligendi simpliciter, quia licet illum eliciat amore simplici, qui includitur in ratione zeli, non tamen vt ipse est aliquid zeli, sed potius vt se tenet ex parte voluntatis quam informat, vt de quo materialiter elicitur zelus secundum modum supra expositum. q. 6. n. 7.

28. Tertio autem modo proportionali tertio modo eius, qui est diligere, non accipitur ipsum intelligere, quamuis enim diligere sit ita essentiale, vt intelligere, est tamen ratio quare intelligere potius accipitur pro notionali extenso ad essentiale, quam diligere, & hæc duplex, scilicet necessitas, & commoditas. Necessitas, quia ex parte intellectus non deficit verbum notionale extensum ad essentiale, tale enim est ipsum dicere. Tale autem verbum deficit, & deficit ex parte voluntatis, quod nos appellamus per translationem flagrare, propter quod necesse fuit vti nomine essentiali, quod est diligere, pro illo verbo deficiente, & extendere significationem huius verbi quod est diligere. Non sic autem necesse fuit vti hoc verbo intelligere, aut extendere ipsum. Ratio autem talis defectus ex parte voluntatis potius, quam ex parte intellectus, est ex hoc, quod nobis minus nota sunt pertinentia ad emanationem voluntatis quam pertinentia ad emanationem intellectus. Cuius ratio est, quod nos diuina cognoscimus per ea, quæ in creaturis videmus, secundum Ricardum in principio de Trinitate. Nunc autem in creaturis videmus emanationem modo naturæ principaliorem, qualis est illa quæ in diuinis est ex parte intellectus. Emanationem vero modo naturæ non principalem, quæ principaliter est modo voluntatis, non videmus penitus in creaturis. Non enim productio alicuius subsistit in creaturis nisi artificialis, & ex libero arbitrio, nulla autem ex immutabili necessitate naturæ. Et quia clarior propterea nobis est emanatio modo naturæ ex parte intellectus, euidentior ideo est facta translatio verborum interpositorum actibus creaturarum actibus diuinis, & ex parte n. 6. intellectus quam ex parte voluntatis. Aequali tamen proprietate flagrare transferri potest ad significandum in diuinis spirationem amoris a voluntate liberali, qua transfertur dicere ad significandum in diuinis generationem notitiæ a natura intellectuali.

29. Commoditas etiam est ratio, quare diligere potius dicto modo accipitur quam intelligere, quia omnis actus notionalia proce-

dit

vt ratione, qua innotescit apud intellectum eius cum dicitur id quod verbo dicitur, & qua actus dicendi inquantum notat actum manifestandi declaratiue dirigitur in illud, vt sit solũ ratio media inter actum dicendi ratione manifestationis quam importat, & rem dictam, vnde & verbo dicit non dicens verbum, Spiritus Sanctus enim verbo dicit creaturam, hoc est Spiritus Sanctus creaturam, quam intelligit manifestat verbo intellectui illius cui dicit. Sic omnia quæ nata sunt gratificari Spiritu Sancto, in ipso pater & filius immediate flagrant quando flagrant Spiritum Sanctum, & quando alia quæ in Spiritu Sancto flagrant, flagrat Spiritus Sanctus, illa Spiritu Sancto flagrat siue diligit nõ vt medio inter flagrantem, & actum flagrandi inquantum notat actum producendi; aliter enim solummodo flagraret Spiritu sancto flagrans Spiritum Sanctum, sed vt ratione qua flagrascit apud voluntatem eius qui flagrat id quod Spiritu Sancto flagratur siue diligitur, iuxta vsum theologorum sumendo diligere, pro flagrare, & qua actus flagrandi, siue diligendi inquantum notat actum gratificandi dirigitur in illud, vt sit solummodo ratio media inter actum diligendi ratione gratificationis, quam importat ipsi flagrare, & rem dilectam. Vnde & Spiritu sancto diligit non producens siue flagrans Spiritum Sanctũ. Creatura enim intellectualis bene Spiritu Sãcto diligit Deum patrem, hoc est creatura intellectualis bene Deum patrem, quem diligit Spiritu Sancto gratiose, & complacenter diligit. Sicut enim omne verum intellectus quod amplius innotescit verbo, sic omne bonum voluntatis quod amplius gratescit spiritu sancto. Et sic pater amore qui ipse est sibi essentialis, & similiter filius, & quælibet creatura amore suo naturali aliter diligunt bonum, aliter spiritum sanctum inquantum est amor cordis sui, per hoc quòd procedit in ipsum. Ab æterno enim amor cordis patris, & filij procedit in ipsis, ex tempore autem creaturæ intellectualis. Amore enim sibi essentiali, aut naturali quilibet diligit bonum, vt ratione media inter subiectum à quo elicitur, & actum diligendi, qui illa ratione elicitur. Amore vero qui est spiritus sanctus quilibet diligit bonum, vt ratione media inter actum intelligendi, & ipsum obiectum, quod diligitur tantummodo, secundum iam dictum modum.

24. Quo viso, & intellecto non est alia difficultas in hac quæstione, an pater, & filius diligant se, & alia spiritu, accipiendo diligere pro dicto verbo innominato, quam in illa an pater dicit se, & alia verbo. Sed ratione maioris obscuritatis, & dubitationis inducitur, quia non est ex parte voluntatis verbum impositum respondens illi, quod est dicere, quod expresse significaret actum gratificandi, sicut dicere significat actum manifestandi, quem nullo modo significat actus diligendi, quo vtimur loco illius verbi nobis deficientis vt dictum est. Accipiendo autem diligere in sua propria significatione, patet difficultas quæstionis ex dictis supra, & amplius exponetur in dicendis. n.10.

25. Quod ergo arguitur primo in contrarium, quod pater non intelligit se, & alia notitia quæ est verbum, ergo &c. Dicò distinguendo de intelligere modo quo iam distinctum est de diligere in duabus primis significationibus. Intelligere enim, vt est purum essentiale, & dicit actum intelligendi simplicem, nullo modo potest concedi illa, pater intelligit verbo, & sic (vt bene procedit argumentum) nullo modo potest concedi, quòd pater & filius diligant amore qui est Spiritus Sanctus. Intelligere autem vt habet aliquid annexum notionale, vt quando dicit actum intelligendi illustratiue ex parte intelligentis, & declaratiue ex parte intellecti, licet nullo modo posset concedi, quod pater intelligit simpliciter verbo, non tamen omnino negandum est, quin pater intelligat verbo declaratiuè. Quia per hoc quòd secundum prædicta verbũ illustrat, siue illuminat intellectum in quo est, & declarat, siue manifestat ipsam rem intellectam, licet non sit ratio eliciendi actum intelligendi de subiecto intelligente, sed solummodo essentiale, est tamen ratio modi intelligendi, tam in ordine intelligentis ad actum intelligendi, quam in ordine actus ad obiectum intellectum, vt propter hoc bene possit concedi, quod pater declaratiuè intelligat verbo, & potius declaratiuè, quam illustratiuè, quia actio intelligendi potius procedit in intellectum ab obiecto declarato, & manifestato, quam ab intellectu illustrato in obiectum intellectum. Et sic consimiliter non obstante argumento, licet nullo modo posset concedi, quòd pater, & filius diligant amore, qui est Spiritus Sanctus simpliciter, non tamen est omnino negandum, quin diligant amore, qui est Spiritus Sanctus incentiuè, quia per hoc quod secundum prædicta amor qui est Spiritus Sanctus incendit voluntatem in qua est, & ipsi gratificat ipsam rem volitam, licet non sit ratio eliciendi actum diligendi de subiecto diligente, sed solummodo essentialis, est tamen ratio modi diligendi tam in ordine diligentis ad actum intelligendi, quam in ordine actus ad obiectum dilecti. Vt propter hoc bene possit concedi, quod pater, & filius incentiue diligant amore, qui est Spiritus Sanctus, & potius incentiuè, quam gratificatiuè, quia actio volendi potius procedit à voluntate in obiectum gratificatũ, quam ab obiecto gratificato in voluntatem in-

n.12. n.16. n.17. a r3. q.2 n 38. n.18.

cen-

censam. Intellectus enim mouetur ab obie- a.60. q.2 n.37.
cto, & voluntas mouet se in obiectum, vt sæpius declarauimus alibi.

26. Est tamen in hoc magna diuersitas aduertenda ex parte illorum, qui dicuntur intelligere verbo, & non sunt ipsum, & ex parte eius, qui est ipsum verbum, & similiter ex parte illorum, qui dicuntur diligere amore, qui est Spiritus Sanctus, & non sunt ipse, & ex parte eius, qui est ipse Spiritus Sanctus. Quia licet illi, qui non sunt ipsum verbum, non dicũtur intelligere verbo, vt ratione elicitiua de intelligente ipsius actus intelligendi, ille tamẽ qui est ipsum verbum, bene intelligere dicitur verbo, vt ratione elicitiua de intelligente ipsius actus intelligendi. Et consimiliter licet illi, qui non sunt ipse amor, qui est Spiritus Sanctus, non dicuntur diligere amore, qui est Spiritus Sanctus, vt ratione elicitiua ipsius actus diligendi, ille tamen qui est ipse amor, vt ipse Spiritus Sanctus, bene dicitur diligere ipso amore, qui est spiritus sanctus vt ratione elicitiua de voluntate ipsius actus diligendi. Vnde filius, quia est verbum intelligit verbo declaratiue, vt ratione formali eliciente actum intelligendi simpliciter, sed hoc non nisi ratione notitiæ essentialis, vt est aliquid verbi. Pater autem quia non est verbum licet intelligat declaratiue verbo secundum expositum
n.25. modum, non tamen vt ratione formali eliciẽte actum intelligendi simpliciter, quia licet illum eliciat, vt ratione elicitiua notitia essentiali, non tamen, vt ipsa est filij, vel aliquid ipsius verbi, & habita per generationem, sed potius, vt est ipsius patris omnino ingenita. Nec in hoc est aliqua differentia de verbo hominis qui non est suum verbum, & de verbo patris, qui etiam non est suum verbum. Licet enim homo intelligat declaratiuè suo verbo, non tamen, vt ratione formali eliciente actum intelligendi simpliciter, quia licet illum eliciat notitia simplici, quæ includitur in ratione verbi sui, non tamen vt ipsa est aliquid verbi, sed potius, vt se tenet ex parte memoriæ producentis verbum.

27. Consimiliter Spiritus Sanctus, quia ipse amor procedens est, diligit incentiuè amore procedente, vt ratione formaliter eliciente actum diligendi simpliciter, sed hoc non nisi ratione amoris essentialis, vt est aliquid amoris procedentis, siue zeli. Pater autem, quia non est amor procedens, licet diligat incentiue amore procedente, secundum expositum modum, non tamen vt ratione formaliter elicitiua actus diligendi simpliciter, quia licet illum eliciat, vt ratione elicitiua amore suo essentiali, non tamen vt ipse Spiritus Sanctus, vel aliquid ipsius zeli, & habitus per spirationem, sed potius vt est ipsius patris omnino inspiratus. Nec est in hoc differentia aliqua de zelo, siue amore procedente in homine, qui non est suus zelus, sicut neque suum verbum, & de zelo patris, qui etiam non est suus zelus. Licet enim homo diligat incentiue zelo suo, non tamen vt ratione formali eliciente actum diligendi simpliciter, quia licet illum eliciat amore simplici, qui includitur in ratione zeli, non tamen vt ipse est aliquid zeli, sed potius vt se tenet ex parte voluntatis quam informat, vt de quo materialiter elicitur zelus secundum modum su- q.6. n.7.
pra expositum.

28. Tertio autem modo proportionali tertio modo eius, qui est diligere, non accipitur ipsum intelligere, quamuis enim diligere sit ita essentiale, vt intelligere, est tamen ratio quare intelligere potius accipitur pro notionali extensio ad essentiale, quam diligere, & hæc duplex, scilicet necessitas, & commoditas. Necessitas, quia ex parte intellectus non deficit verbum notionale extensum ad essentiale, tale enim est ipsum dicere. Tale autem verbum deficit, & deficit ex parte voluntatis, quod nos appellamus per translationem flagrare, propter quod necesse fuit vti nomine essentiali, quod est diligere, pro illo verbo deficiente, & extendere significationem huius verbi quod est diligere. Non sic autem necesse fuit vti hoc verbo intelligere, aut extendere ipsum. Ratio autem talis defectus ex parte voluntatis potius, quam ex parte intellectus, est ex hoc, quod nobis minus nota sunt pertinentia ad emanationem voluntatis quam pertinentia ad emanationem intellectus. Cuius ratio est, quod nos diuina cognoscimus per ea, quæ in creaturis videmus, secundum Ricardum in principio de Trinitate. Nunc autem in creaturis videmus emanationem modo naturæ principaliorem, qualis est illa quæ in diuinis est ex parte intellectus. Emanationem vero modo naturæ non principalem, quæ principaliter est modo voluntatis, non videmus penitus in creaturis. Non enim productio alicuius subsistit in creaturis nisi artificialis, & ex libero arbitrio, nulla autem ex immutabili necessitate naturæ. Et quia clarior propterea nobis est emanatio modo naturæ ex parte intellectus, euidentior ideo est facta translatio verborum interpositorum actibus creaturarum actibus diuinis, & ex parte n.6.
intellectus quam ex parte voluntatis. Aequali tamen proprietate flagrare transferri potest ad significandum in diuinis spirationem amoris a voluntate liberali, qua transfertur dicere ad significandum in diuinis generationem notitiæ a natura intellectuali.

29. Commoditas etiam est ratio, quare diligere potius dicto modo accipitur quam intelligere, quia omnis actus notionalis proce-

dis

vt ratione, qua innotescit apud intellectum eius cum dicitur id quod verbo dicitur, & qua actus dicendi inquantum notat actum manifestandi declaratiue dirigitur in illud, vt sit solũ ratio media inter actum dicendi ratione manifestationis quam importat, & rem dictam, vnde & verbo dicit non dicens verbum, Spiritus Sanctus enim verbo dicit creaturam, hoc est Spiritus Sanctus creaturam, quam intelligit manifestat verbo intellectui illius cui dicit. Sic omnia quæ nata sunt gratificati Spiritu Sancto, in ipso pater & filius immediate flagrant quando flagrant Spiritum Sanctum, & quando alia quæ in Spiritu Sancto flagrant, flagrat Spiritus Sanctus, illa Spiritu Sancto flagrat siue diligit nõ vt medio inter flagrantem, & actum flagrandi inquantum notat actum producendi; aliter enim solummodo flagraret Spiritu sancto flagrans Spiritum Sanctum, sed vt ratione qua flagrascit apud voluntatem eius qui flagrat id quod Spiritu Sancto flagratur siue diligitur, iuxta vsum theologorum sumendo diligere, pro flagrare, & qua actus flagrandi, siue diligendi inquantum notat actum gratificandi dirigitur in illud, vt sit solummodo ratio media inter actum diligendi ratione gratificationis, quam importat ipsi flagrare, & rem dilectam. Vnde & Spiritu sancto diligit non producens siue flagrans Spiritum Sanctũ. Creatura enim intellectualis bene Spiritu Sãcto diligit Deum patrem, hoc est creatura intellectualis bene Deum patrem, quem diligit Spiritu Sancto gratiose, & complacenter diligit. Sicut enim omne verum intellectus quod amplius innotescit verbo, sic omne bonum voluntatis quod amplius gratescit spiritu sancto. Et sic pater amore qui ipse est sibi essentialis, & similiter filius, & quælibet creatura amore suo naturali aliter diligunt bonum, aliter spiritum sanctum inquantum est amor cordis sui, per hoc quòd procedit in ipsum. Ab æterno enim amor cordis patris, & filij procedit in ipsis, ex tempore autem creaturæ intellectualis. Amore enim sibi essentiali, aut naturali quilibet diligit bonum, vt ratione media inter subiectum à quo elicitur, & actum diligendi, qui illa ratione elicitur. Amore vero qui est spiritus sanctus quilibet diligit bonum, vt ratione media inter actum intelligendi, & ipsum obiectum, quod diligitur tantummodo, secundum iam dictum modum.

24. Quo viso, & intellecto non est alia difficultas in hac quæstione, an pater, & filius diligant se, & alia spiritu, accipiendo diligere prod cto verbo innominato, quam in illa an pater dicit se, & alia verbo. Sed ratione maioris obscuritatis, & dubitationis inducitur, quia non est ex parte voluntatis verbum impositum respondens illi, quod est dicere, quod expresse significaret actum gratificandi, sicut dicere significat actum manifestandi, quem nullo modo significat actus diligendi, quo vtimur loco illius verbi nobis deficientis vt dictum est. Accipiendo autem diligere in sua propria significatione, patet difficultas quæstionis ex dictis supra, & amplius exponetur in dicendis. n.10.

25. Quod ergo arguitur primo in contrarium, quod pater non intelligit se, & alia notitia quæ est verbum, ergo &c. Dicò distinguendo de intelligere modo quo iam distinctum est de diligere in duabus primis significationibus. Intelligere enim, vt est purum essentiale, & dicit actum intelligendi simplicem, nullo modo potest concedi illa, pater intelligit verbo, & sic (vt bene procedit argumentum) nullo modo potest concedi, quòd pater & filius diligant amore qui est Spiritus Sanctus. Intelligere autem vt habet aliquid annexum notionale, vt quando dicit actum intelligendi illustratiue ex parte intelligentis, & declaratiue ex parte intellecti, licet nullo modo posset concedi, quod pater intelligit simpliciter verbo, non tamen omnino negandum est, quin pater intelligat verbo declaratiuè, Quia per hoc quòd secundum prædicta verbũ illustrat, siue illuminat intellectum in quo est, & declarat, siue manifestat ipsam rem intellectam, licet non sit ratio eliciendi actum intelligendi de subiecto intelligente, sed solummodo essentiale, est tamen ratio modi intelligendi, tam in ordine intelligentis ad actum intelligendi, quam in ordine actus ad obiectum intellectum, vt propter hoc bene possit concedi, quod pater declaratiuè intelligat verbo, & potius declaratiuè, quam illustratiuè, quia actio intelligendi potius procedit in intellectum ab obiecto declarato, & manifestato, quam ab intellectu illustrato in obiectum intellectum. Et sic consimiliter non obstante argumento, licet nullo modo posset concedi, quòd pater, & filius diligant amore, qui est Spiritus Sanctus simpliciter, non tamen est omnino negandum, quin diligant amore, qui est Spiritus Sanctus incentiuè, quia per hoc quod secundum prædicta amor qui est Spiritus Sanctus incendit voluntatem in qua est, & ipsi gratificat ipsam rem volitam, licet non sit ratio eliciendi actum diligendi de subiecto diligente, sed solummodo essentialis, est tamen ratio modi diligendi tam in ordine diligentis ad actum intelligendi, quam in ordine actus ad obiectum dilecti. Vt propter hoc bene possit concedi, quod pater, & filius incentiue diligant amore, qui est Spiritus Sanctus, & potius incentiuè, quam gratificatiuè, quia actio volendi potius procedit à voluntate in obiectum gratificatũ, quam ab obiecto gratificato in voluntatem in-

Margin notes, right column, beside the lines shown:
- "25. Quod ergo arguitur…": n.15.
- "…guendo de intelligere…": n.16.
- "…mentum) nullo modo…": n.17.
- "Quia per hoc quòd…": a 58. q.2. n 18.
- "…prædicta amor qui est…": n.18.

cen-

censum. Intellectus enim mouetur ab obie- a. 60. q. 1
cto, & voluntas mouet se in obiectum, vt sæ- n. 37.
pius declarauimus alibi.

26. Est tamen in hoc magna diuersitas aduertenda ex parte illorum, qui dicuntur intelligere verbo, & non sunt ipsum, & ex parte eius, qui est ipsum verbum, & similiter ex parte illorum, qui dicuntur diligere amore, qui est Spiritus Sanctus, & non sunt ipse, & ex parte eius, qui est ipse Spiritus Sanctus. Quia licet illi, qui non sunt ipsum verbum, non dicũtur intelligere verbo, vt ratione elicitiua de intelligente ipsius actus intelligendi, ille tamẽ qui est ipsum verbum, bene intelligere dicitur verbo, vt ratione elicitiua de intelligente ipsius actus intelligendi. Et consimiliter licet illi, qui non sunt ipse amor, qui est Spiritus Sanctus, non dicuntur diligere amore, qui est Spiritus Sanctus, vt ratione elicitiua ipsius actus diligendi, ille tamen qui est ipse amor, vt ipse Spiritus Sanctus, bene dicitur diligere ipso amore, qui est spiritus sanctus vt ratione elicitiua de voluntate ipsius actus diligendi. Vnde filius, quia est verbum intelligit verbo declaratiue, vt ratione formali eliciente actum intelligendi simpliciter, sed hoc non nisi ratione notitiæ essentialis, vt est aliquid verbi. Pater autem quia non est verbum licet intelligat declaratiue verbo secundum expositum
n. 25. modum, non tamen vt ratione formali eliciẽte actum intelligendi simpliciter, quia licet illum eliciat, vt ratione elicitiua notitia essentiali, non tamen, vt ipsa est filij, vel aliquid ipsius verbi, & habita per generationem, sed potius, vt est ipsius patris omnino ingenita. Nec in hoc est aliqua differentia de verbo hominis qui non est suum verbum, & de verbo patris, qui etiam non est suum verbum. Licet enim homo intelligat declaratiuè suo verbo, non tamen, vt ratione formali eliciente actum intelligendi simpliciter, quia licet illum eliciat notitia simplici, quæ includitur in ratione verbi sui, non tamen vt ipsa est aliquid verbi, sed potius, vt se tenet ea parte memoriæ producentis verbum.

27. Consimiliter Spiritus Sanctus, quia ipse amor procedens est, diligit incentiuè amore procedente, vt ratione formaliter eliciente actum diligendi simpliciter, sed hoc non nisi ratione amoris essentialis, vt est aliquid amoris procedentis, siue zeli. Pater autem, quia non est amor procedens, licet diligat incentiue amore procedente, secundum expositum modum, non tamen vt ratione formaliter elicitiua actus diligendi simpliciter, quia licet illum eliciat, vt ratione elicitiua amore suo essentiali, non tamen vt ipse Spiritus Sanctus, vel aliquid ipsius zeli, & habitus per spirationem, sed potius vt est ipsius patris omnino inspiratus. Nec est in hoc differentia aliqua de zelo, siue amore procedente in homine, qui non est suus zelus, sicut neque suum verbum, & de zelo patris, qui etiam non est suus zelus. Licet enim homo diligat incentiue zelo suo, non tamen vt ratione formali eliciente actum diligendi simpliciter, quia licet illum eliciat amore simplici, qui includitur in ratione zeli, non tamen vt ipse est aliquid zeli, sed potius vt se tenet ex parte voluntatis quam informat, vt de quo materialiter elicitur zelus secundum modum su- q. 6. n. 7.
pra expositum.

28. Tertio autem modo proportionali tertio modo eius, qui est diligere, non accipitur ipsum intelligere, quamuis enim diligere sit ita essentiale, vt intelligere, est tamen ratio quare intelligere potius accipitur pro notionali extenso ad essentiale, quam diligere, & hæc duplex, scilicet necessitas, & commoditas. Necessitas, quia ex parte intellectus non deficit verbum notionale extensum ad essentiale, tale enim est ipsum dicere. Tale autem verbum deficit, & deficit ex parte voluntatis, quod nos appellamus per translationem flagrare, propter quod necesse fuit vti nomine essentiali, quod est diligere, pro illo verbo deficiente, & extendere significationem huius verbi quod est diligere. Non sic autem necesse fuit vti hoc verbo intelligere, aut extendere ipsum. Ratio autem talis defectus ex parte voluntatis potius, quam ex parte intellectus, est ex hoc, quod nobis minus nota sunt pertinentia ad emanationem voluntatis quam pertinentia ad emanationem intellectus. Cuius ratio est, quod nos diuina cognoscimus per ea, quæ in creaturis videmus, secundum Ricardum in principio de Trinitate. Nunc autem in creaturis videmus emanationem modo naturæ principaliorem, qualis est illa quæ in diuinis est ea parte intellectus. Emanationem vero modo naturæ non principalem, quæ principaliter est modo voluntatis, non videmus penitus in creaturis. Non enim productio alicuius subsistit in creaturis nisi artificialis, & ex libero arbitrio, nulla autem ex immutabili necessitate naturæ. Et quia clarior propterea nobis est emanatio modo naturæ ex parte intellectus, euidentior ideo est facta translatio verborum interpositorum acti-
bus creaturarum actibus diuinis, & ex parte n. 6.
intellectus quam ex parte voluntatis. Aequali tamen proprietate flagrare transferri potest ad significandum in diuinis spirationem amoris à voluntate liberali, qua transfertur dicere ad significandum in diuinis generationem notitiæ a natura intellectuali.

29. Commoditas etiam est ratio, quare diligere potius dicto modo accipitur quam intelligere, quia omnis actus notionalis proce-

dit

dit à potentia, vt à principio actiuo in productum, vt in terminum. In quo cum illo conuenit actio diligendi, quia procedit à potentia volitiua eliciente actum in amatum vt in terminum, non sic actus intelligẽdi, quia est quid receptum in intelligente ab intellecto.

30. Per dicta patet quomodo oportet respondere argumento quod Beatus Bernardus proposuit Hug. vt recitat Hugo, in principio epistolæ suæ, vbi dicit sic. *Quæris à me quomo-*
n.6. *do verum sit*, &c. vt habitum est supra. Dico
enim quod si loquimur de diligere primo modo, in illo bene procedit argumentum, quia sicut pater non sapit ea sapientia quæ filius est, sic nec diligit secundum istum modum eo amore, qui est Spiritus Sanctus, quia secundum istum modum sapientia, & amor non dicunt nisi rationem formalem eliciendi actum de subiecto, virtute cuius tenet argumentum. Si vero loquamur de secundo modo, etiam bene verum est, quod sicut pater diligit spiritu sancto, sic intelligit verbo, quia & incentiue diligit spiritu sancto, & declaratiue intelligit verbo. Sicut nec simpliciter diligit spiritu sancto, nec simpliciter intelligit verbo, vt patet
n.17. ex prædictis.

31. Et quod arguit Bernardus secundum
n.6. Augustinum, *quod si pater ea sapientia siue noti-*
tia quæ filius est saperet siue intelligeret, non tam filius a patre esset quam pater à filio. Dico, quod verum est de sapere, & intelligere simpliciter primo modo dicto. Quod etiam verum est de diligere simpliciter, quia si eo amore, qui spiritus sanctus est, pater diligeret simpliciter eliciendo actum, non tam spiritus sanctus esset à patre, quam pater à spiritu sancto. De sapere autem, & intelligere declaratiue non est verum, nec etiam diligere incentiue. Non enim idem est patri esse, & sapere declaratiue, quod præsupponit verbum, & dicere notionale in quo habet annexum aliquid notionale, & similiter diligere incentiue quod præsupponit Spiritum Sanctum, & spirare, vt de tali intelligere non sit idem patri esse, & diligere.

n.10. 32. Et multo minus verum est de diligere
tertio modo, quod idem sit diligere illo modo quod esse, quia tale diligere ex parte volũtatis respondet ei, quod est dicere ex parte intellectus. Sicut enim dicere quo pater dicit verbo supponit verbum in quo dicuntur ea quæ dicuntur, & per hoc etiam dicere ipsum verbũ, & addit tanquam de propria significatione actum secundum prædicta. Sic diligere quo pater diligit spiritu sancto secundum istum modum tertium, supponit spiritum sanctum in quo flagrantur ea quæ flagrantur siue diliguntur spiritu sancto, & per hoc etiam supponit ipsum spirare siue flagrare spiritum sanctũ & superaddit de propria significatione actum gratificandi siue acceptandi. Nec est differentia in aliquo inter dicere verbo, & diligere spiritu sancto, similiter inter verbum, & spiritum sanctum, nisi in hoc, quod dicere, & verbum non solum dicunt respectum, & ordinem ad dictum, sed etiam ad illum cui dicitur. Pater enim verbo dicit spiritum sanctum creaturæ, vel creaturam spiritu sancto. Diligere autem, & spiritus sanctus dicunt respectũ, & ordinem ad dictum, & non ad aliquem vlterius.

33. Ad secundum, quod si pater diligeret n.2.
spiritu sancto, diligeret amore notionali. Dico, quod amor, vel dilectio dupliciter consideratur. vno modo, vt significatur per verbũ diligendi, siue amandi, alio modo vt significatur nomine amoris siue dilectionis. Primo modo quicunque diligit, siue amat, diligit siue amat dilectione, siue amore secundum rationem habitudinis formæ denominantis, sicut ignis dicitur calefacere actiua calefactione, & arbor florere floritione, & splendens splendere splendore, & dicens dicere dictione, & talis amor siue dilectio non est nisi essentialis. Aut quicunque diligit aut amat, non diligit, neque amat nisi amore vel dilectione essentiali, sed hoc secundum aliquem trium prædictorum modorum. Secundo autem modo licet amor de se sit essentialis, tamen cadit in circũlocutione notionalis, quando dicitur amor notionalis. Et nullum est inconueniens, quod pater secundum, & tertium modos prędictos diligens vel amans diligat, vel amet amore notionali. Et quoquo modo æquiuoce dilectio significatur verbo diligendi, & nomine dilectionis notionalis, sicut splendor, & dictio æquiuoce, vel quasi significantur hoc verbo splendere, & dicere, & hoc nomine filius, siue verbum. Pater enim dicit filium dilectione significata nomine illius verbi dicere, sicut generat filium generatione, sed non dicit filiũ dilectione significata nomine verbi, sicut nec dicit filium verbo.

34. Ad tertium, quod notionale non est ra- n.3.
tio essentialis, quia est secundum respectum
ipsius. Dico secundum prædicta, quod non n.25.
est ratio elicitiua quasi media inter elicienté, & actum elicitum. Est tamen ratio illius, vt qua ordinatur eliciens ad eliciendum actum sub modo determinato in secundo modo intelligendi prædicto, vel qua ordinatur actus elicitus ad obiectum, vt in secundo, & tertio modo intelligendi prædicto, vel qua ordinatur actus elicitus ad obiectum, vt in secundo, & tertio modo prædictis. Et nullum est inconueniens, quod secundum sit ratio primi illo modo, quia nec ipse actus secundo modo, & tertio prædictis habet rationem primi respectu

pectu

pectu notionalis amoris, ſed potius ſecundi. Incentiue enim diligere penes ſecundum modum diligendi, aut ſummè complacenter penes tertium modum diligendi, non poteſt aliqua diuina perſona diligere niſi producto ſpiritu ſancto quaſi prius, quia non niſi ſpiritu ſancto, ſicut nec declaratiue intelligere penes ſecundum modum intelligendi, nec intelligere manifeſtando (quod eſt idem quod dicere) poteſt pater, niſi quaſi prius producto verbo, vt patet ex prædictis.

35. Ad argumentum in contrarium, quod non eſt amor, niſi eo quis amet. Dico, quod verum eſt, vel elicitiue ſecundum primum modum amandi prædictum, quod non conuenit niſi amori eſſentiali, vel ordinatiue, quod bene conuenit amori notionali penes ſecundum & tertium modum prædictos, quemadmodũ (vt ſupra expoſitum eſt) pater alie amat amore eſſentiali qui ipſe eſt, & aliter amat amore ſuo notionali, qui non eſt ipſe.

Concluſiones ex Quæſtione Septima, Articuli Sexageſimi primi.

1. *Oportet concedere, quòd Spiritus Sanctus ſit amor, quo pater, & filius diligunt. num. 5.*
2. *Non poteſt dici quod pater diligit Spiritu Sancto per appropriationem. n. 10.*
3. *Neque tanquam ſigno indicatiuo dilectionis. n. 11.*
4. *Neque tanquam cauſa formali, vt quod iſte lucet luce, &c. n. 12.*
5. *Neque tanquam effectu formali, vt arbor floret flore. n. 13. & ſeq.*
6. *Nullo modo poteſt dici: pater, vel filius, vel Spiritus Sanctus diligit amore, vel Spiritu Sancto actu ſimplici diligendi purè eſſentiali. n. 17.*
7. *Hæc eſt recipienda pater diligit Spiritu Sancto actu diligendi incentiuè. n. 18.*
8. *Sicut iſta pater diligit Spiritu Sancto actu diligendi, qui eſt flagrare. n. 19.*
9. *Pater, & filius non dicuntur diligere amore, qui eſt Spiritus Sanctus, vt ratione elicitiua ipſius actus diligendi. n. 26.*
10. *Spiritus Sanctus dicitur diligere ipſo amore, qui eſt ſpiritus Sanctus, vt ratione elicitiua de voluntate ipſius actus diligendi. ibid.*

QVAESTIO OCTAVA.

Vtrum Spiritus Sanctus procedat, vt donum.

Circa octauum arguitur, quòd ſpiritus ſanctus non procedit vt donum.

1. Primò ſic, procedẽs vt ratio donandi omnia, non procedit vt donum, quia aliud eſt donum, & aliud ratio donandi illud, ſicut aliud eſt ratio diligendi, & aliud dilectũ, ſpiritus ſanctus procedit, vt ratio donandi ſingula dona, quia eſt ratio donandi omnia dona, ex hoc enim dona gratuita, & liberaliter à Deo donata dicuntur eſſe dona ſpiritus ſancti, quanquam à tota Trinitate communiter donantur, vt patebit in quæſtione ſequente, ergo &c.

2. Secundò ſic, ſi ſpiritus ſanctus procedit, vt donum, donum autem relatiue dicitur non ſolum ad dantem ipſum, ſed etiam ad recipiẽtem, dicente Auguſtino 5. de Trinitate c. 14. *Quod datum eſt, & ad eum, qui dedit refertur, & ad eos quibus dedit. Spiritus Sanctus ergo, & Dei.*

Eeeeeee eſt

est qui dedit, & nostri qui accepimus, ergo spiritus sanctus ex processione sua habet, quod relatiue dicatur non solum ad dantem, sed etiam ad creaturam cui datur. Relatio autem quæ habetur ex processione, realis est, sicut & ipsa processio realis est. Relatio enim rationalis non nisi ex actu rationis, siue rationali circa relatum oritur, haberet ergo spiritus sanctus relationem realem ad creaturam, consequens falsum est, ergo &c.

3. Contrarium habetur ibidem, vbi dicit
l.5.c.14. Augustinus de spiritu sancto. *Ipse exit à patre sicut in euangelio habetur. Exit enim non quomodo natus, sed quomodo datus*, & hoc non nisi quia exiuit, vt donum aptum, & habile dari ab æterno, prius, quam actu detur, ergo &c.

q.5.n.8. & 9.10. 4. Dico, quòd postquam secundum prædicta verum est, quod spiritus sanctus propriè donum est, proprium autem non est aliquid in diuinis alicui personæ, nisi ex suo modo procedendi, quia omnis proprietas notionalis, & proprietas reducta ad ipsam necessario ad originem pertinet secundum prædeterminata: necessariò ergo concedendum est, quòd spiritus sanctus procedat, vt donum.

5. Et non restat hic videre nisi quomodo spiritui sancto ex ratione originis, siue modi procedendi conueniat, quòd sit, & dicatur donum, & tactum est hoc in parte, atque expositum in quæstione tertia præcedente, & dissolutione rationis 8.
ibid. Vt enim dictum est ibi: quemadmodum filius procedit, vt imago, & habet ex suo modo procedendi, quòd sit imago, sic spiritus sanctus procedit, vt donum, & ex modo suo procedendi habet, quòd sit donū. Sicut enim filius quia procedit, vt simile productum de simili producente, & vt notitia de notitia modo operationis naturę quasi per impressionem formæ generantis similis ei de quo
a.59.q.4. n.11. & seq. generatur secundum modum superius expositum, ideo dicitur imago, & procedit vt imago. Imago enim dicitur quasi alterius imitago. sic spiritus sanctus quia procedit, vt amor de voluntate producente modo operationis volun-
a.60.q.1. n.45.60. & n.37. a.58.q.4. n.2. tariæ, & liberalis quasi per excussionem ab eo, de quo producitur, siue excutitur in alium tendens, secundum superius etiam determinata, ideo dicitur esse donum, & procedere vt donum. Donum enim dicitur dabile liberaliter in aliud directum, vt ei conferendum. Non enim spiritus sanctus procedit solummodo, vt amor manens in eo cuius est, sicut perfectio voluntatis illius à quo procedit, sicut solummodo procedit filius, vt notitia manens, & sicut perfectio in intellectu eius à quo procedit,
ib.n.7. vt patet ex supra declaratis, sed etiam vlterius procedit vt tendens in alterum ad perfectionem illius in quem tendit, vt à patre in filium, & è conuerso, & ab ambobus in creaturam intellectualem.

6. Et in hoc partim differt à proprietate filij, quæ est verbum, & partim conuenit cum illa. Differt siquidem in hoc, quod verbum procedit à patre, vt manens in ipso, & non procedens ab ipso in alium, vel in aliud, sicut filius non procedit à patre in aliū, vel in aliud. Propter quod filius siue verbum solius illius est à quo procedit, & non dicitur filius siue verbum nisi patris. Donum autem procedit à donante non solum manens in ipso, sed vt vlterius procedens in alium vel in aliud, propterquod non solum dicitur donum donantis, sed etiam illius cui donatur, secundum quòd de hoc habetur ab August. 5. de Trinit. sup. n. 2. cap. 14. Conuenit autem proprietas doni cum proprietate verbi in hoc, quòd verbum secūdum superius determinata non solum habet a.59.q.5. n.55. & seq. respectum ad dicentem, sed etiam ad dicta & manifestata siue declarata verbo, & consimiliter etiam donum ad id cui datur, licet alio & alio modo relationis. Quia donum refertur ad recipien è secundum relationem æquiparantiæ. Verbum autem refertur ad declarata verbo secundum relationem mensuræ. Et similiter zelus relationem dicit ad ea ad quæ diligens inflammatur zelo, prout expositum est, secundum modum relationis con- q.5.n.9. formem illi quo verbum refertur ad declarata verbo.

7. Ad cuius ampliorem intellectum est aduertendum, quod voluntas liberalis est, vt amans, siue volens, non solum per amorem in bono amato secundum se quiescat, sed etiam vt eundem amorem suum in amatum transfundat, vt qui amatur sibi actum amandi te- a.46.q.4 n.5. a.49. q.6. n.19 pendat, & in se vice versa conquiescat, & non solum hoc, sed vt etiam ambo eundem amorē in tertium transfundant, vt id quod quisque eorum diligit, alter condiligat, & in eodem conquiescat, vt ab eodem vterque eorum diligatur. Amor enim perfectus non solum quærit dilectum, sed rediligentem, & condiligentem, & condilectum, dicente Ricar. 3. de Tri- a.54.q.6 n.53. nitate cap. 11. *In mutuo amore multumque feruente nihil præclarius, quam vt ab eo quem summe diligis, & à quo summe diligeris, alium æque diligi velis. Summa igitur dilectorum vterque oportet vt pari voto condilectum requirat*, & 19. cap. a.58.q.9. n.9. *Quando vnus alteri amorem impendit, & solum diligit, dilectio quidem, sed condilectio non est. Condilectio autem iure dicitur, vt à duobus tertius concorditer diligatur, & duorum affectus tertij amoris incendio in vnum conflatur.* Et secundum hoc pater diligēdo filium spirat in ipsum amorem, qui est spiritus sanctus, & è conuerso, & illo mutuo sese diligunt vt dono suo, & illud etiam diligunt, vt requiescant in illo, atque vice versa rediliguntur ab illo, & illud requie-

requiescit in illis, & ambo etiam spirant ipsũ
temporaliter in dilectum creatum, vt ambo
cum condiligant, & condiligantur ab eodem
n.13. prout hæc aliqualiter tacta sunt in 7. quæstio-
ne præcedente.

8. Est etiam aduertendum quòd differen-
tia est inter donum, & datum. Datum enim
q.3.n.10 dicit actum dandi simpliciter, siue detur quid
liberaliter siue non, & generaliter notat in se
dabilitatem siue potentiam nudam, qua potest
dari. Donum autem dicit actum dandi sicut
datum, non simpliciter sed liberaliter, & notat
in se non nudam dabilitatem siue potentiam,
qua potest dari etiam liberaliter, sed etiam no-
tat in se habilitatem, & aptitudinem, qua quã-
tum est ex se, & ex conditione sua, ordinatur
vt alteri detur. Qualem aptitudinem ex con-
ditione, & ex modo suo procedendi, secundũ
Ibid. iam dicta, habet in se spiritus sanctus, vt non
solum dicatur donum ex actu dandi, quo da-
tur, & quando datur, sed etiam ex habilitate
sua ad donandum passiue, & hoc non solum ex
libertate, siue ex liberalitate dantis, sed etiam
ex habilitate dati, vt detur siue donetur, prius
quam detur, aut donetur. Secundum hoc
enim non omne datum donum potest dici,
nec è conuerso omne donum datum, quia est
aliquid datum quod nec liberaliter datum est,
nec ex se habilitatem naturalem habet, vt de-
tur. Omne etiam datum ex liberalitate, li-
cet communiter loquendo donum dici posset,
propriè tamen donum dici non potest, nisi
ex conditione, & natura sua habeat rationem
donabilem, sicut eam habet Spiritus Sanctus,
& hoc ipse solus, propter quod ipse solus pro-
n.5. priè donum dici potest, prout procedit vlti-
ma ratio.

9. Ad primam rationem in contrarium cũ
n.1. dicitur, quòd procedens, vt ratio donandi, non
procedit, vt donum, quia aliud est donum,
aliud ratio donandi, sicut aliud est dilectum,
aliud ratio diligendi &c. Dico, quòd est quod-
dam donum, & similiter quoddam dilectum
habens per se rationem doni, & diligibilis, &
quoddam habens per accidens rationem doni,
& diligibilis. Primo modo à matre habet pro-
les rationem diligibilis, eo quod id quod est, à
matre est. Secundo modo rationem diligibi-
lis à matre prolis habet nutrix, quia scilicet fo-
uet prolem. De eo autem quod est per se ra-
tio diligendi, id bene est dilectum per se, sed
de eo quod est ratio diligendi secundo modo,
scilicet per accidens, verum est, quod non est
dilectum per accidens, quemadmodum pro-
les, quæ est ratio diligendi per accidens, scili-
cet nutricem, nequaquam diligitur per acci-
dens, est tamen dilectum per se, & similiter.
Et consimiliter omne aliud donum a spiritu
sancto est sicut donabile per accidens, quia
scilicet habet in se rationem aliquam boni à
spiritu sancto, propter quam est donabile, spi-
ritus sanctus qui est ratio donandi alia, nequa-
quam est donabile per accidens, est tamen in
se simpliciter, & per se donabilis.

10. Ad secundum, quòd si spiritus sanctus n.2.
procederet vt donum, ex processione sua rela-
tiue diceretur ad id cui donabile est, & sic rela
tione reali. Dico, quòd ex processione oritur
relatio procedentis ad illum à quo procedit,
& illa semper realis est, & non est spiritus san-
ctus, qui est donum nisi ad patrem, & filium, à
quibus procedit. Oritur etiam relatio proce-
dentis ex sua processione ad aliquem, vel ad
aliquid aliud, quam à quo procedit, quam ne-
quaquam oportet esse realem sicut est realis
ipsa processio. Puta verbum in diuinis ex sua
processione habet, quod sit verbum, & relatio-
nem habens ad omnia dicenda verbo, ad quæ-
dam tamen illorum non habet relationem
nisi rationalem secundum superius determi- a.59.q.5
nata. n.15.20

11. Et quod arguitur, quod actus proces-
sionis in diuinis est realis, & relatio rationalis sup.n.2.
non est nisi ex actione notionali, quare talis
cum sit relatio ad creaturam, rationalis est,
non ergo est ex actione reali. Dicendum, quòd
relatio Dei ad creaturas reuera non est nisi ra-
tionalis, etsi è conuerso relatio creaturæ ad
Deum est realis aliquando, prout in quæstio-
nibus de Quolibet latius, & aliquantulum quodl. 9.
etiam in superius determinatis declarauimus. q.1.
Et sicut relatio Dei ad creaturas non est nisi a.29.q.6
rationalis sic non est nisi ex actione rationali, n.6.
quæ est rationis secundum intellectum, aut vo a.35.q.8.
luntatem sicuti intelligere aut velle. Sed in n.10. &
proposito relatio doni ad creaturam ex actu seq.
voluntatis, & amoris est tendens in id cui da-
tur, & cui donabile est, & hoc ex ratione suæ
processionis qua in se habet esse, non absolute
manens tunc à quo procedit. In quo (vt di- n.6.
ctum est) differt in diuinis verbum ab amore
procedente siue dono. Verbum enim solum-
modo declaratiuum est apud dicentem verbo
illius, quod dicitur verbo. Zelus autem siue
amor procedens non solum est inflammatiuus
eius quod zelat zelo in id quod ipso zelo zela-
tur, sed etiam tendit à zelante à quo procedit,
vt donum in id quod zelatur, & illi datur, &
ita refertur ad illud quod zelatur, non solum
ad id quod zelo zelatur, quemadmodum ver-
bum non solum refertur ad id, quod verbo di-
citur, sed etiam ad id, cui donatur, quod est
propria relatio in spiritum sanctum inquantũ
est donum, qualis nulla correspondens est in
filio, licet relationi qua spiritus sanctus spira-
tur vt ens, & refertur ad spirantem responde-
at in filio relatio ad patrem, qua generatur ab
illo, vt est filius, & relationi qua flagiatur, vt

est zelus, & refertur ad flagrantem, respondeat relatio in filio, qua dicitur à patre, vt est verbum, & relationi qua Spiritus Sanctus, vt est zelus refertur ad zelata zelo, respondeat relatio, qua verbum refertur ad dicta verbo.

12. Et sicut dicere verbo essentiale est, licet præsupponat dicere notionale, & per hoc relatio verbi rationalis ad dicta verbo consequitur actionem notionalem, qua procedit verbum à patre, consimiliter zelare zelo essentiale est, licet præsupponat flagrare, siue zelare notionale, & per hoc etiam relatio zeli rationalis etiam ad zelata zelo consequitur actionem notionalem, qua zelus procedit à zelante, seu flagrante ipsum, & vlterius etiam zeli relatio rationalis ad id cui donatur seu donabile est, consequitur actionem notionalem eàdem, & præsupponit actio essentialis donandi actionem notionalem, qua Spiritus Sanctus seu zelus procedit vt donum. Et est ista processio qua procedit, vt donum à flagrante, æterna. Illa autem qua procedit vlterius in id cui donatur, quandoque est æterna quandoque temporalis. Aeterna autem, quando datur ei qui est æternus, vt filio à patre, & è conuerso, de quo erit sermo in sequenti quæstione. Temporalis vero quando datur et qui est temporalis vt creaturæ. Et differt donatio qua donatur ab æterno, ab illa qua donatur ex tempore, in hoc quod illa donatio qua donatur ab æterno filio à patre, & è conuerso, nihil aliud est quam ipsa processio æterna, qua procedit à patre in filium, & è conuerso. Illa vero qua datur ex tempore creaturæ alia est à processione, qua procedit ab æterno à patre, & filio, sicut alia est processio spiritus sancti temporalis ab æterna. quæ

Conclusiones ex Quæstione Octaua, Articuli Sexagesimi primi.

1. *Necessariò concedendum est, quòd Spiritus Sanctus procedat, vt donum.* n. 4.
2. *Spiritus Sanctus solus propriè donum dici potest.* n. 8.
3. *Omne aliud donum à Spiritu Sancto est sicut donabile per accidens.* n. 9.
4. *Spiritus Sanctus est in se simpliciter, & per se donabilis.* ibid.

QVAESTIO NONA.

Vtrum Spiritus Sanctus sit donum, quo cætera donantur.

Circa donum arguitur, quòd Spiritus Sanctus non sit donum, quo cætera dona donantur.

1. Primò sic, sine dono quo cætera dona donantur nullum aliud donum donatur, & illo dato non est aliquod donum, quod non donetur, quia ipsum est propria causa, & ratio donandi cætera, & posita causa tali necesse est poni effectum, & remota illa necesse est remoueri effectum, sed sine dono, quod est Spiritus Sanctus dato, multa dona donantur, & illo dato multa alia non simul donantur, puta dona gratis data, quæ dantur quandoque illis, quibus datur Spiritus Sanctus, & similiter non dantur illis quibus datur Spiritus Sanctus, ergo &c.

2. Secundò sic. Apostolus dicit. *Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum eo donauit nobis omnia?* filius ergo donum est, quo cætera dona donantur, non ergo hoc est proprium dono, quod est Spiritus Sanctus. Rom. 8. ꝟ. 32.

3. Tertiò sic, illuminatio sapientiæ donum est, quod propriè datur dono, quod est verbum, siue filius, quia vt dicitur Ioannis primo, *erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, non est ergo proprium dono, quod est Spiritus Sanctus, quod ipso donetur A. 9.

ne-

netur donum hoc.

4. Contra, in quolibet genere vno est vnu primum, quod est ratio omnium illorum, quæ sunt in illo genere secundum Philosophum
T.c.4.1.3 10. metaphysicæ, ergo & in genere donorum, hoc autem non est nisi Spiritus Sanctus in diuinis, quia ipse solus est propriè donum, quo cætera dona donantur, sicut lux est primum visibile, quo cætera videntur, ergo &c.

5. Dico secundum processum vltimæ rationis, quòd Spiritus sanctus donum est, in quo consistit perfectissimè ratio doni, siue donabilis, sicut in quolibet primo cuiuslibet generis entium perfectissimè consistit ratio naturæ, & perfectionis illius generis, vt ratio coloris in albedine, & visibilis in luce, & vniuersaliter cuiuslibet mensuræ inquantum mensura est, in sua mensura prima.

6. Et conuenit hoc spiritui sancto ex modo
q.8.n.5. suo procedendi, quia secundum prædicta ab illo habet, quòd sit proprium donum, & per hoc similiter verissime habet rationem doni, ita quòd in quocunque alio sit ratio aliqua doni, vel donabilis, illa est per quandam participationem respectu rationis doni, quæ est in Spiritu Sancto, & est per essentiam, quemadmodū ratio visibilis in alio est per quandam participationem respectu rationis visibilis in luce, & ratio mensuræ in quacunque posteriori mensura est per quandam participationem respectu rationis mensuræ in prima mensura. Nunc autem ita est, quòd illud in quo consistit penitus ratio alicuius generis, non solum est præuia aliorum, quæ sunt sub eodem genere quo ad rationem illam, qua sunt sub illo genere, sed etiam actus illius conuenit illis, qui sunt sub eodem genere ex ratione illa, qua existunt sub illo genere, pura in genere actua actiuè dicti, cuiusmodi est actus mensurandi, quia mensura mensurat mensuratum. Vncia enim, quæ est ratio mensuræ, qua libra dicitur mensura, et à est mensura, & ratio actus quo libra mensurat mensurata. Quare cum actus donandi passiue illis, quæ sicut dona donantur sub genere donabilium conueniat ratione doni, quæ simpliciter est in illis secundum rationem primi doni, in quo consistit prima ratio doni, est ergo in illis actus donandi quo donantur passiuè secundum rationem primi doni. Nulla enim est quo ad hoc differentia in actibus actiuè, & passiuè dictis. Quare cum Spiritus Sanctus sit ratio cuiuslibet doni, quia illud est donum atque donabile, communiter est ratio actus donandi quo illud donatur. Spiritus Sanctus ergo est ratio qua cætera dona donantur.

7. Sed est aduertendum, quòd esse donum, quo cætera dona donantur, contingit intelligi dupliciter. Quia enim actus donandi ordinē habet non solum ad illud quod donatur, sed etiam ad illum à quo donatur, omittendo ad præsens ordinem eius ad illum, cui donatur: dico, quòd donum illud quo cætera dona donantur, contingit intelligi aliquid esse dupliciter. Vno scilicet modo in ordine ad illud, quod donatur. Alio modo in ordine ad illum à quo donatur. Primo modo indubitanter Spiritus Sanctus secūdum iam expositum modum est ratio qua cætera dona donantur, & hoc passiue, ex parte scilicet donati, quia à ratione primi doni in quolibet alio. Sed hoc modo magis proprie dicitur, quòd Spiritus Sanctus est donum, quo cætera dona habent, quòd sint dona, quam quo cętera dona donantur. Secundo consimiliter modo Spiritus Sanctus est donum quo cætera donantur, & hoc actiue, ex parte scilicet donantis, quia ratio primi doni inclinat donantem in cætera dona ad donandum illa. Sed hoc non inquantum est donum, secundum rationem enim qua est donum, solummodo respicit actum donandi passiue iam dicto modo, sed inquantum est amor, siue secundum rationem qua est amor procedens, quo pater, & filius sese mutuo gratuitò, & zelatiue diligunt, est ratio qua diligunt gratuito, & zelatiue creaturam intellectualem, dilectione dico zelatiua, ad modum quo verbum est ratio qua dicunt creaturam intellectualem, dilectione dico zelatiua, ad modum quo verbum est ratio qua dicunt creaturam, & illo amore zelatiuo creaturæ intellectuali, & illi dona conferunt gratuita, & gratis data supernaturalia. Naturalia autem dona conferunt amore zelatiuo omni creaturæ generaliter. Cuius collationis tam in donis naturalibus, quam gratuitis radix, & origo est amor essentialis, sicut & dilectionis zelatiuæ radix, & origo est amor simplex essentialis, & notitiæ declaratiuæ radix, & origo est notitia simplex essentialis.

8. Sed quod amore zelatiuo conferunt dona, hoc aliter contingit in donis gratis datis, & in donis gratuitis, quia in dando dona gratia data non simul datur Spiritus Sanctus, quia illa etiam malis, & peruersis manentibus dantur, non sic autem Spiritus Sanctus. Cum istis aūt scilicet donis gratuitis, simul datur, & Spiritus Sanctus, quia pater, & filius non dant illa nisi illis quibus prius naturali ordine dant amorē à se procedentem non solum ab vno in alterū ab æterno, sed ab ambobus ex tempore in creaturam rationalem, secundum quod inferius declarandum est, disputando de processione Spiritus Sancti temporali.

9. Quod arguitur primò, quòd Spiritus n.1. Sanctus non est donum quo cætera dona donantur, quia sine eo aliqua dona donantur, & cum illo dato aliqua dona donantur. Dico, quòd

quòd ablatiuus ille quo cætera dona donantur, potest construi cum verbo illo donantur associatiuè, vel causaliter. Et primo modo Spiritus Sanctus solummodo est donum quo donātur dona gratuita, quæ non dantur nisi cū Spiritu Sancto, qui etiam non datur sine illis. Non autem isto modo est donum quo dantur naturalia, aut dona gratis data, de quibus bene procedit obiectio. Sed de hoc modo non intelligitur præsens quæstio, sed de secundo modo, illo enim modo nullum donum naturale, aut supernaturale, siue gratuitum, siue gratis datū confertur creaturæ intellectuali non Spiritu Sancto, vt causa siue ratione intellectiua volūtatis ad donandum illis, licet solum ipsemet detur cum donis gratuitis, & dona gratuita nō nisi cum ipso. Alia autem bene dantur, sine Spiritu Sancto, & ipse sine illis, secundum qđ tangit argumentum, & de illo secundo modo intelligitur præsens quæstio solummodo.

10. Ad secundum, quòd filius est, quo cæ-
n.2. tera dona donantur, ergo nón est hoc proprium Spiritui Sancto. Dico, quòd illud verum est primo modo, scilicet per associationem, siue concomitantiam, secundum quod sonat verbum Apostoli. Cum filio enim nobis donato pater omnia nobis donauit, non vt in effectu, sed in virtute, & hoc singulis quo ad dona gratuita necessaria ad salutem, & cætera diuersis, prout opus erat, licet non singu-
B.11. lis. Vt enim dicitur Io. 1. *Quotquot autē receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri his qui credunt in eum.* Et bene hoc exposuit cum
B.14. subdit. *Et verbum caro factum est. Et vidi-*
B.16. *mus eum plenum gratia, & veritatis. Et de plenitudine eius omnes accepimus gratiam pro gratia.* Secundo autem modo, scilicet causalitate, & ratione donandi illud conuenit soli Spiritui Sancto, quia propriè donum est, & amor
procedens non filius, vt habitum est supra, li- q.3.n.10
cet nobis datus sit in incarnatione, secundum
illud Esa. *Puer natus est nobis, & filius datus est* c.9. B.6.
nobis. Vnde scilicet quòd filius datus est nobis, ideo est spiritus.

11. Ad tertium, quòd donum sapientiæ n.3.
propriè datur verbo, quod videtur directè esse contra iam dicta. Dico, quòd præter dictos modos eius quod est quo aliquid donatur, adhuc est vnus quo aliquid donatur effectiuè, & hoc solo modo filio inquantum lux est, & verbum, aut sapientia genita datur creaturæ rationali sapientia, vt procedit obiectio. Sed de isto modo nihil ad præsentem quæstionem. Vt causalis enim ratio donandi istud donum solummodo est donum quod est Spiritus Sanctus, secundum iam dicta, licet causale principium effectiuum, siue donatiuum illius sit solummodo verbum, & hoc non nisi per quandā appropriationem. Quia enim ei appropriatur, quod sit lux, & sapientia essentialis, ideo appropriatiuè dicitur solum verbum dare sapientiam, licet principaliter, & communiter ipsam det tota trinitas, sicut & cætera dona. Et per hunc modum appropriationis solus pater dicitur dare potentiā, quia potentia illi soli appropriatur, & solus Spiritus sanctus bonitatem, quia illa ipsi soli appropriatur.

12. Argumentum in oppositum non pro- n.4.
cedit nisi de ratione donandi passiuè in ordine ad donatum, & bene verum est, quod illo modo Spiritus Sanctus, vt est donum, est ratio donandi cætera dona. & præter hoc etiam est ratio donandi illa actiuè in ordine ad donantē, sed hoc non nisi inquantum est amor procedens, sicut patet ex iam dictis. n.6.

Conclusiones ex Quæstione nona, Articuli Sexagesimi primi.

1. *Spiritus Sanctus donum est, in quo consistit perfectissimè ratio doni, seu donabilis.* n 5.
2. *In quocunque alio est ratio doni, seu donabilis, illa est per quandam participationem respectu rationis doni, quæ est in Spiritu Sancto, & per essentiam.* num. 6.
3. *Spiritus Sanctus est ratio actus donandi, quo donum donatur.* ibid.
4. *Spiritus Sanctus non simul datur cum donis gratis datis, sed benè simul cum gratuitis.* n. 8.

5. Spi-

5. *Spiritus Sanctus est quo omnia dona donantur causatiuè, non autem associatiuè. num. 9.*

6. *Filius etiam est quo cætera dona donantur associatiuè, non causatiuè, vt Spiritus Sanctus. n. 10.*

QVAESTIO DECIMA.

Vtrum Spiritus Sanctus à patre detur filio, & è conuerso.

Circa decimum arguitur, quòd Spiritus Sanctus nõ datur, vt donum à patre, & filio, nec è conuerso.

1. Primò sic, sicut nemo dat aut potest dare, quod non habet apud se, sic nemini datur nec potest dari id quod habet apud se, quare cum filius habeat apud se Spiritum Sanctum, quia procedit ab ipso, & similiter pater, & in diuinis procedens semper est in eo à quo procedit, non recedens ab illo, Spiritus sanctus ergo nequaquam a patre datur, aut potest dari filio, nec è conuerso.

2. Secundò sic, id quod datur alicui, non habetur ab illo, cui datur si non detur eidem, quia de illo quod quis habet ex alterius dono, potest dici illud Apostoli 1. Corint. 4. *Quid habes quod non accepisti?* Si ergo Spiritus Sanctus à patre daretur filio, aut è conuerso, neuter haberet in se Spiritum sanctum, si non ab vtroque vtrique daretur, consequens falsum est, quia filius, & similiter pater habent in se Spiritum sanctum ex actu producendi illius de substantia illorum, sicut pater habet in se filium manentem ex actu generationis eius de sua substantia, non aũt ex alicuius dono, ergo &c.

3. Tertiò sic, si à patre datur, vt donum filio Spiritus sanctus, aut è conuerso, aut ergo datur Spiritus sanctus iam existens, vel non iam existens, non secundo modo, quia sicut nemo potest dare quod non habet, sic nihil potest dari quod non iam existit. Si ergo dicto modo datur spiritus sanctus, oportet, quòd detur iã existens, vt possit dari, quòd si sic, cum Spiritus sanctus processione existit, alia est actio, qua mutuo datur a patre, & filio, & qua procedit ab vtroque. Vtraque autem est æterna, & intranea, quare cum non sit dare istud, actio essentialis, eo quòd non conuenit Spiritui Sancto, quia non dat seipsum patri, aut filio, erit ergo actio personalis, & notionalis, consequẽs falsum est, quia tunc non essent solum duæ actiones notionales generare, & spirare, & duæ quasi passiones notionales, scilicet generari, & spirari, sed etiam dare Spiritum sanctum esset actio notionalis, & similiter dari, esset quasi passio notionalis, & similiter actio notionalis esset recipere Spiritum sanctum tam ex parte patris, quam ex parte filij, consequens falsum est, quia tunc essent plures notiones quam expositæ, quod falsum est secundum Sanctos, & etiam apud Doctores, ergo &c.

4. Contra, illud quod voluntate liberali ab vno in alterum procedit, & per hoc habet esse illius, datur ab illo à quo sic procedit, vt donũ illi in quo procedit. In hoc enim procedit ratio dationis doni, quæ dicitur donatio. Spiritus sanctus autem sic procedit a patre in filium a.60.q.10 n 9.a.61. q 1.n.19 20. etiam secundum græcos, qui non ponunt ipsũ procedere a filio, sicut patet ex supra determinatis, ergo &c.

5. Dico iuxta processum vltimæ rationis, quòd Spiritus sanctus datur, vt donum a patre filio, & è conuerso, in hoc videlicet, quod ab vtroque procedit liberali voluntate, non solũ, vt persona distincta ab illis, a quibus procedit, & in se subsistens, sed etiam cum hoc, vt in alio existens. Ita quod actus procedendi quo Spiritus sanctus procedit, non solum terminatur ad spiritum sanctum, vt ad personam, quæ producitur, sed etiam ad personam in qua producitur, vt ad filium inquantum procedit a patre in filium, & ad patrem inquantum procedit à filio in patrem. Ita quòd licet vnica productione, siue processione æterna spiritus sanctus procedat a patre, & filio secundum superius determinata, est tamen illam processionem a.54.q.6 dupliciter considerare. Vno scilicet modo, vt ipsa est à patre, alio autem modo, vt ipsa est à filio, sicut & vnicam substantiam deitatis est cõsiderare, vt est patris, & similiter, vt ẽ filij, & aliquid aliter attribuitur ei, vt est patris, quã vt est filij, vt patet ex superius determinatis. q.1.a.47

6. Et

6. Et vtroque modo est processionem illam considerare dupliciter. Vno scilicet modo vt est terminata ad personam Spiritus Sancti subsistentem secundum se. Alio modo vt vlterius progreditur, & terminatur ad personam, in qua Spiritus Sanctus producitur. Et hoc ad modum quo gratię creatio in anima consideratur vno modo, vt terminatur ad ipsam gratiam de non esse in esse productam. Alio modo vt mediante gratia per hoc, quòd producitur in anima, terminatur quoquo modo in animam. Et primo modo processio Spiritus Sancti considerata proprie dicitur productio à liberali voluntate naturali, sicut productio gratiæ de non esse in esse dicitur creatio. Secundo autem modo considerata proprie dicitur datio, siue donatio à voluntate liberali, sicut creatio gratiæ in anima proprie dicitur datio siue donatio. Et tam productio Spiritus Sancti quam donatio communiter dicitur processio: sicut tam creatio gratiæ quam eius donatio communiter dicitur processio, qua Spiritus Sanctus procedit in dono suo in creaturam. Sed processio Spiritus Sancti secundum seipsum vtroque illorum modorum æterna est & vna, & eadem actio secundum rem, differens sola ratione. Processio autem eius in dono suo vtroque illorum modorum est temporalis.

7. Differt autem secundum rationem processio Spiritus Sancti secundum seipsum vtroque dictorum modorum tam ex parte terminorum, quam ex parte procedentis. Primo enim modo processionis terminus est ipse Spiritus Sanctus procedens. Secundo autem modo terminus est ille in quem procedit. Item primo modo processionis procedit ipse Spiritus sanctus proprie, vt est spiritus, & persona in se subsistens. Secundo autem modo proprie procedit vt est amor duos inter se connectens. Pater enim spirando Spiritum Sanctum in filium, dat ipsum filio, vt amorem suum, quo illum diligit. & hoc æternaliter eodem actu, quo ipsum spirat, tam in ordine ad illum, qui ipsum dat quam in ordine ad illum, cui datur. Ipsum enim Spiritum Sanctum dari filio non est aliud, quam ipsum spirari in filium, & similiter patrem dare Spiritum Sanctum filio, non est aliud quam ipsum spirare in filium, & differunt sola ratione, & ordine, atque relatione, quia spirare, & spirari simpliciter solummodo dicunt ordinem realem, & relationem inter spirantem, & spiratum, & spirari in filium vel in patrem mediante spirato, dicit ordinem rationis inter spirantem, atque dantem Spiritum Sanctum, & illum in quem spiratur, sine accipientem cui datur, & similiter inter Spiritum Sanctum, vt est donum, & illum, qui illum dat, & similiter cui datur. Et est vndique relatio rationis, in quo differt ista datio à datione, quę datur vt donum à patre, & filio creaturę intellectuali temporaliter. Illa enim datio in ordine ad illum cui datur, vt est actiua in dante, relationem importat solummodo secundum rationem, sed æternam, & nouam determinationem, quando secundum actum dat, vt est eadem secundum rem cum processione ęterna qua procedit, & spiratur ille cui datur. Vt vero est illa datio passiua, & receptio quædam in eo cui datur, in ordine ad dantem temporalis est, & secundum rem alia processio ab illa qua procedit æternaliter à dante, & fundatur in illa relatio realis, quæ est in recipiente in ordine ad dantem, & similiter in ordine ad ipsum. Recipitur enim vera transmutatione reali temporaliter a recipiente, licet detur absque omni transmutatione dantis, & doni. Et per hoc etiam ipsa processio Spiritus Sancti in creaturam licet æterna sit, vt est processio, & in ordine ad illos à quibus procedit, temporalis tamē est, vt est receptio, & in ordine ad illud in quod procedit, & fundatur secundum eam relatio realis in eo, in quem procedit ad illos a quibus procedit, & similiter in ipso dono ad illud in quod procedit. Quę tamen est æterna, licet nouam recipiat denominationem, sicut, & quælibet relatio Dei ad creaturam, ex parte Dei secundum rationem est, & æterna, & solummodo nouam sortitur denominationem, licet tamen è conuerso ex parte creaturæ sit temporalis, & secundum rem, secundum quod hoc alibi latius declarauimus. Illa autem datio quę pertinet ad dationem Spiritus Sancti creaturę, inferius exponenda est, nec de ipsa aliquid ad propositum. q 8.a.r8

8. De ista autem datione, qua datur filio à patre, vel è conuerso quo ad relationes, quæ circa illum considerantur, est aduertendum, quod respectus, & relatio in hoc conueniunt, & differunt, quod non est respectus sine relatione, nec e conuerso. Omnis etiam relatio est respectus quidam, sed non e conuerso: puta dextrum in animali relatio est ad sinistrum in eodem, & respectus ad illud, siue respectum est habens ad illud. Dextrum autem in animali respectum habet ad columnam quæ sita est à dextris ipsius animalis, & per hoc est sinistra animali, & est sinistrum in columna relatio secundum rationem ad dextrum in animali, & respectus ad illud secundum rationem fundatur in relatione secundum rationem, cum è conuerso respectus in animali ad columnam sit respectus secūdum rationem fundatus in relatione secundum rem, quæ est dextrum in animali, quam habet non ad sinistrū columnæ, ad quod non habet relationem neque respectum nisi secundum rationem, sed ad sinistrum animalis, ad quod etiam habet respectum a 35.q.8. n.o &seq a 66 q.2. .n.10. a 62.q.98 n.15.

pectum secundum rem. Et secundum hoc omnis relatio secundum rem est respectus secundum rem in ordine ad illud ad quod refertur secundum rem, & è conuerso. Et similiter omnis relatio secundum rationem sic est respectus secundum ratione ad illud ad quod refertur secundum rationem, & è conuerso. Relatio etiam secundum rem bene habet in se respectum secundum rationem fundatum in illa in ordine ad illud, ad quod refertur secundum rationem, propter scilicet respectum secundum rationem fundatum in illa, vt in dextris animalis fundatur respectus secundum rationem ad sinistrum columnæ propter illum respectum, & per hunc modum quo omnis relatio inter animal, & columnã secundum dextrum & sinistrum ortum habet à dextro, quod secundum rem est in animali, quia scilicet in dextro animalis fundatur respectus secundũ rationem ad columnam, per quod columna secundum rationem est sinistra animali. Dico, quod omnis relatio inter donum quod est Spiritus Sanctus, & donantem, & illum cui donatur, & illorum per consequens inter se, ortum habet à relatione quę secundum se est in dono, quod est Spiritus Sanctus, quia scilicet in illa fundatur respectus, quo Spiritus Sanctus donum est, & respicit donantem, & illum cui donatur, & est respectus secundum rationem, à quo habet ad illos relationem secundum rationem, & illi etiam inter se, & hoc siue consideretur vt donum datum creaturæ à diuinis personis, siue vni personæ diuinæ ab alia. Et per hunc modum respectus verbi ad ea quæ dicuntur verbo, & similiter ad dicentem verbo, & dicentis verbo ad dictum verbo inter se secundum rationem fundatur in relatione reali, qua est verbum dictum à patre.

9. Ex quo patet magna differẽtia inter verbum, & donum. Verbum enim quod est filius, eo quod est verbum respectum realem importat ad dicentem verbum, & respectum rationalem ad dicentes verbo, & similiter ad dicta verbo. Donum enim quod est Spiritus Sanctus, eo quòd donum est nullum respectum realem importat ad dantem ipsum, neque ad illum, vel illud cui datur, sed secundum rationem tantum, quæ tamen propria est Spiritui Sancto, sicut proprium est soli filio non tantum, quod sit verbum quod dicitur, sed etiam, quod sit verbum, quo singula dicuntur.

n.1. 10. Quod arguitur primo contra iam determinata, quòd Spiritus Sanctus non datur, vt donum à patre filio, nec è conuerso, quia tam filius, quam pater habent Spiritum Sanctum apud se in eo quod ab ipsis procedit: Dico, quòd habens aliquid in se, siue apud se, vno modo bene etiam potest illud recipere, & habere ab alio, alio modo, & sic recipit quod habet, sed modo alio, quam quo habet illud, sicut aliquis, qui habet aliquid vno modo, sed non habet illud alio modo, puta, qui habet alicuius rei possessionem, sed non proprietatem, potest illam dare quo ad possessionem, nequaquam autem quo ad proprietatem. Vnde filius licet habeat Spiritum Sanctum eo quod ab ipso procedit non recedendo, vt procedit argumentum, quia tamẽ vt amor etiam procedit a patre in filium secũdum superius determinata, ideo vt procedit à q.4.
patre bene à patre datur filio, & filius eum recipit à patre. Et sic eum habet alio modo à patre, quam à se, quia a se habet ipsum per hoc quòd à se procedit subsistens in eo. A patre autem habet ipsum per hoc, quòd à patre procedit in ipsum vt in amatum ab eodem procedentem. Et sic sicut nemo potest dare, quod nullo modo habet, bene tamen potest dare vno modo, quod non habet alio modo, sic non potest accipere ab alio id quod habet à se secundum omnem modum quo natum est haberi, potest tamen bene accipere ab alio secundum vnum modum, id quod habet à se secundum alium modum. Et sic filius Spiritum Sãctum quem habet in se, vt est persona subsistẽs per hoc quod ab ipso procedit, bene habet etiã à patre, vt ille est amor connectens per hoc, quod procedit à patre secundum determinata, sic etiam è conuerso, contingit habere scilicet à se, & etiam a filio.

11. Per hoc patet responsio ad secundum. n.2.
Quod dicitur, id quod datur alicui non habetur ab illo cui datur si non detur eidem, &c. Dico, quòd verum est si daretur illi omni modo, quo natum est haberi, quia vt procedit argumentum vlterius de eo quod habet quis ex alterius dono, quo ad modum quo habet illud ex dono, potest, dici. *Quid habes quod non accepisti?* Sed quando aliquid datur tantum secundum modum vnum habendi, quod etiam est haberi secundum alium modum habendi, bene potest illud ab aliquo haberi de seipso, & etiam ex alterius dono, vt contingit in voluntate secundum iam dicta de Spiritu Sancto, de quo verum est dicere tam ex parte filij, quã ex parte patris, quòd vterque illorum habet ab illo vno modo illum, quem non accepit, sed ex se habuit alio modo. Sed secus est de diuina substantia habita in filio a patre per generationem, & in Spiritu Sancto ab vtroque per spirationem, quia filius secundum nullum modum habendi, quo diuina substantia nata est haberi, aliunde est quam à patre, similiter nec Spiritus Sanctus aliunde quam à patre, & filio. Propter quod de diuina substantia ex parte filij, & Spiritus Sancti potest dici. *Quid habes quod non accepisti?* quia nullo modo ex se habent diuinã substantiam, sed ab alio, non ex dono, sed ex

naturali processione.

n. 3. 12. Ad tertium, si Spiritus Sanctus detur, vt donum filio à patre, aut ergo datur vt iam existens, aut vt non existens: Dico, quod cum ista interrogatio implicet ordinem quẽdam existentiæ dati ad actum dationis, ordo iste potest intelligi fore durationis, vel naturę. Si primo modo, dico, quòd neutra pars disiunctionis concedenda est, quia spiritus datur à patre filio, aut è conuerso, neque vt iam existens priusquam detur, neque vt prius non existens. Non primo modo, quia & existit procedendo ab æterno à patre, & similiter datur filio, & è conuerso, & sic datur, vt nunquam præexistens. Neque secundo modo, quia (vt procedit argumentum) Spiritus Sanctus nunquam fuit non existens, & sic non datur, vt prius quã detur non existens, & simul cum eo quod datur accipiendo existere. Sed secundo modo dico, quod Spiritus Sanctus datur non vt iam in dando non existens, sed vt in dando non existens, ita quod simul duratione sint existere eius secundũ esse personale, & subsistentiæ à patre, & filio, & datio eius filio à patre, & patri à filio, sed ordine quodam naturæ existentia illius est primum, & dari eiusdem secundum. Et per hunc modum Spiritus Sanctus si debeat dari existit primo, vt possit dari secundo.

ibid. 13. Et quod tunc vlterius arguitur, quòd si ita est, alia ergo est actio, qua Spiritus Sanctus datur mutuo filio à patre, & è conuerso, & qua procedit ab vtroque. Dico, quod secundum iam dicta Spiritum Sanctum procedere à patre, & filio, vt est persona subsistens, reuera ordine quodam naturę primum est, & ipsum procedere in filium à patre, vel è conuerso, vt donum quod est dare ipsum, est secundum. Licet enim eadem processio vtrobique sit secundum rem, differt tamen secundum rationem, sicut differunt secundum rationem productio spiritus sancti secundum se, & productio eius in filio à patre, vel è conuerso. Et est ordine naturæ ratio processionis spiritus sancti prima respectu rationis processionis eiusdem in alterutrum illorum. Spiritus sanctus enim à patre procedit accipiendo esse, licet non post nõ esse neque duratione, neque natura. Ab eodẽ autem procedit quasi vlterius in filium vt iam habens. Reuera ergo vt procedit obiectio, alia est actio qua spiritus sanctus mutuo datur filio à patre, & qua procedit ab vtroque, sed secundum rationem tantum. Propter quod non sequitur vlterius, quòd dare spiritum, & spirare ipsum sint duę actiones notionales, non secundum rationem tantum, & similiter dari, & spirari, quod nullum est inconueniens. Quemadmodum verbum, & filius sunt duæ relationes notionales differentes secundum rationem tantum. ibid.

Conclusio ex Quæstione Decima, Articuli Sexagesimi primi.

1. *Spiritus Sanctus datur, vt donum à patre filio, & è conuerso.*

A R2

ARTICVLVS SEXAGESIMVS SECVNDVS.

De relationibus communibus abſolutè.

In Quatuor Quæſtiones diuiſus.

EXpedito hucuſque à Quinquageſimo tertio Art. de pertinentibus in diuinis ad relationes proprias, & notionales, quibus perſonæ diſtinguuntur, aut etiam conſtituuntur, ſequitur de illis, quæ pertinent in eiſdem ad relationes communes, quæ conſequuntur diuinas perſonas diſtinctas, & in eſſe conſtitutas, cuiuſmodi ſunt identitas, æqualitas, & ſimilitudo. Quarum contraria ſunt diuerſitas, inæqualitas, & diſſimilitudo, quæ nequaquam in diuinis reperiuntur. Et quia plerunque contrarium iuxta contrarium clarius illuceſcit. & vt dicit Ricardus 1. de Trinitate cap. 9. *in natura creata legimus, quod de natura increata penſare, vel æſtimare debemus.* Ideo paulo altius propoſito ordiendo materiã de relationibus communibus, quæ ſunt identitas, & diuerſitas, æqualitas, & inæqualitas, ſimilitudo, & diſſimilitudo, in quibuſcunque inueniantur, intentum noſtrum proſequemur, principaliter tamen quo ad idẽtitatem, æqualitatem, & ſimilitudinem, vt habent eſſe in diuinis, & ad ampliorem intellectũ illorum, vt habent eſſe in diuinis ſpecialiter, generaliter, vt etiã habent eſſe in creaturis. Et primo in generali, prout habent eſſe communiter in Deo, & in creaturis, deinde ſpecialiter, prout habent eſſe in Deo.

Et circa primum.

Primò de ipſis generibus relationum communium ſecundum ſe, & abſolutè.

Secundò de eiſdem in comparatione.

Et circa primum iſtorum, quatuor.

Primum eſt. Vtrum ſint aliquæ relationes communes.

Secundum. Vtrum ſint plures ſecundum genera.

Tertium. Vtrum ſint tantum tres.

Quartum. Vtrum omnes ſint relationes ſecundum rem, an ſecundum rationem.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum ſint aliquæ relationes communes.

CIrca Primum arguitur, quod non ſit aliqua relatio cõmunis.

1. Primò ſic generaliter tam in diuinis, quam in creaturis. Sicut non dicitur relatio propria, niſi quia ſolum vni creatorum conuenit, puta paternitas in diuinis ſoli patri, & filiatio ſoli filio, & vniuerſaliter illæ, quæ ſunt in actiuis, & paſſiuis, ſic non dicitur relatio communis, niſi quia conuenit vtrique extremorum relatorum inter ſe. Sed non eſt aliqua relatio talis, neque in diuinis, neque in creaturis, quia tam in his quam in illis relationis eſſe eſt ad aliud ſe habere, nec eſt inf.n 4. relatio niſi inter relatiue oppoſita. Talia autẽ non ſunt aliquibus communia, contraria enim a. To c g & vniuerſaliter oppoſita non ſunt ſimul in eiſdem, ergo &c. 1. Cæl. t. 138.

2. Secundò ſic, cum oppoſita nata ſint fieri poſt præd circa idem, commune autem opponitur pro- c. 1. to. 1.

prio, si ergo sint relationes communes in Deo, aut in creaturis, opponuntur proprijs relationibus in eisdem, hoc autem falsum est, quia in diuinis relationes propriæ non opponuntur, nisi inter se tantum. Similiter in creaturis non sunt relationes propriæ, sed quæ sunt, a.63.q.1. n.7.& seq non sunt nisi in actiuis, & passiuis, & in mensuris, quæ non opponuntur nisi inter se, ergo &c.

3. Item arguitur tertiò, sed specialiter in a.55.q.1 n.28.q.5 b.3 diuinis. Primò sic, secundum Damasc. lib. 1. Orth. fid. cap. 2. & 11. *Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus secundum omnia sunt vnum præter generationem, ingenerationem, & processionem.* Sed relationes communes, si quæ sunt in diuinis, sunt præter generationem, & ingenerationem, & processionem, quia istæ non sunt communes, sed propriæ secundum rationem principij, aut principiati, suntque præter illa vnũ, tum quia illud est substantia, & substantia non est relatio, tum quia secundum relationem ipsa relata non sunt vnum, sed potius alia, h 2. a.34.q.2. n.21.a.35 q.8.n.10. & alia, quia (vt iam dictum est) relationis esse est ad aliud se habere, ergo &c.

4. Quartò sic, in dicto cap. 11. dicit Dam. *In omnibus creaturis communitas, siue quod commune est, ratione consideratur, in supersubstantiali autem trinitate è contrario est. illic enim commune, & vnum re consideratur.* Sed relationes a.64.q.2. communes re non possunt considerari in diuinis, quia in diuinis nihil potest considerari re nisi substantia, quæ est res vna absoluta, & non a.55.q.6. n.23.& seq. relatio, sicut dictum est, & tres personæ, quæ sunt tres resubsistentes relatiue, & quatuor relationes reales, quarum nulla est communis tribus personis, ergo &c.

5. Quintò sic, quælibet relatio communis habet aliam relationem communem sibi contrariam, & oppositam, puta in creaturis identitas diuersitatem, æqualitas inæqualitatem, similitudo dissimilitudinem. Nunc autem ita post præd. c.1. est de oppositis, & contrarijs, quod nata sunt esse circa idem, quare cum tales contrarietates relationum communium nullo modo natæ sint esse circa Deum, quia in ipso nulla cadit diuersitas, nulla inæqualitas, nulla dissimilitu- q.5.n.9. do, vt infra videbitur, ergo &c.

6. Contrarium arguitur primo communiter tam in Deo, quam in creaturis sic. Rela- inf.n.9. tio quæ eodem nomine, & eadem ratione denominat vtrumque relatorum, & cui secundũ ipsum conuenit esse in illis, est relatio communis. In hoc enim consistit ratio commu- ibid. nis. Talis relatio habet esse tam in diuinis, quam in creaturis, vt infra patebit de iden- q.2.n.7. titate, æqualitate, & similitudine, ergo &c.

7. Secundo arguitur idem specialiter in diuinis sic, secundum Philosophum 1. Ethic. c.2.to.5. *quanto aliquid est communius tanto est diuinius, nobilius, atque dignius,* & ideo tanto etiam magis Deo conuenit, & eidem attribuendum est secundum superius determinata, quare cum a.32.q.2 in diuinis sint relationes propriæ quales inueniuntur in creaturis, multo fortius ergo & in eis sunt aliquæ communes.

8. Hic oportet primo videre, quare relatio dicitur communis, & quæ. Secundo vnde habet, quod sit communis. Tertio concludetur intentum.

9. De primo aduertendum est, quòd relatio dicitur communis, quæ secundum idem nomen, & candẽ rẽ, & eadem rõne relatis per ipsam conuenit, & hæc est ratio quare dicitur communis. Vnde Philosophus 5. Metaphy. t.20.to.3 loquens de relationibus communibus, dicit, *quod æquale, simile, & idem omnia dicuntur, secundum eundem modum, quia referuntur ad vnum.* Quod tanquam causam dictorum exponens Comment. dicit ibidem sic. *Proprium* ib vol. 8. *est istis tribus generibus relatiuis, quòd proportio in eis est eadem in vtroque extremo. Simi-* a.64.q.1 n.6. *lium enim vtrumque simile, & similiter æqualia. Et hoc intendebat cum dixit, quia referuntur ad vnum, idest quia conueniunt in aliquo. Et è contrario in alijs speciebus relationis,* scilicet secundũ potentias, & mensurationes. Et intellige de contrarijs eorum, quod dictum est de eodem, æquali, & simili, quia diuersorum vtrumque diuersum est, & inæqualium vtrumque est inæquale, & dissimilium vtrumque dissimile est, quæ sunt tres contrarietates secundum tria genera relationum communium, vt infra pate- n.12. bit. Et sumit hic Comment. proportionem eandem pro conformi, & mutua habitudine extremorum adinuicem. *Et hoc* (vt dicit) *intendebat Aristotel. cum dixit. Quia referuntur ad vnum,* idest secundum Comment. *quia conueniunt in aliquo. E contra in alijs speciebus relationis.* Conueniunt autem in vno, & hoc vel in speciali, vt vbi sub communi habitudine, & conformi nulla continetur habitudo difformis, vt puta sub identitate, æqualitate, & similitudine cis habitudo cõtenta est conformis. Qualis enim est habitudo vnius extremi ad alterũ, talis est è conuerso. Vel in generali, vt si sub cõmuni habitudine cõformi continentur habitudines difformes, prout sub inæqualitate, quæ sub ratione, & nomine inæqualitatis est relatio communis inæqualium, quod vtrũque est inæquale, continentur habitudines sic difformes, vt scilicet alterius modi sit habitudo vnius extremorum ad alterum, alterius verò è conuerso. Cum enim duo, & quatuor sunt inæqualia, & vtrumque eorum est, & dicitur æquale alteri, tamen quia secundum Philosophum 10. Metaphysicæ, *inæquale continet* t.12.to.3 ma-

maius & minus, vnum eorum, puta quatuor, est inæquale duplum, alterum vero, puta duo, est inæquale sub duplum. Et sic licet sit eadem habitudo inęqualitatis in generali illorum adinuicem, tamen est alia, & alia habitudo in speciali, qua vnum dicitur ad aliud habitudine dupli ad subduplum. Alterum vero è conuerso habitudine subdupli ad duplum. Dicuntur tamen nihilominus omnia hæc relatiua relatione communi, & hoc propter communem habitudinem generalem sub nomine inæqualis, sub quo ambo continentur, & duplu tanquam maius, & subduplum tanquam minus, & sic de cæteris habitudinibus diuersis contentis sub inæquali, & similiter de contentis sub diuerso, & dissimili. Et propter talem conformitatem relationum communium in nomine, relationes communes appellari possunt relationes consimilium nominum. Et hoc ad differentiam relationum in actiuis, & passiuis atque in mensuris, quæ semper sunt consimilium nominum, licet non solum propter nominum communionem dicantur relationes communes, sed potius propter communionem rationis, & rei super quam fundantur,
n.11. vt iam dicetur.

10. Sed ista communio nominũ in genere talium relationum semper inuenitur, non autem semper in speciebus, in quo aliqui errabant dicentes, quod duplum subduplum, multiplex submultiplex, & huiusmodi relationes non continentur sub genere relationum communium, quia non sunt eorundem nominum. Distinguebant enim relationes omnes in relationes nominum dissimilium, & nominum similium, & dicebant, quod secundum
t.20. Philosophum 5. Metaphysicę, relationes dissimilium nominum ad tria genera relationum
c.63.q.1. reducuntur, scilicet ad relationes modo numeri, & secundum potentiam, & secundum mensuram, quia in istis vtrumque relatiuorum nõ simpliciter induit idem nomen. Nam mensura, & mensuratum, agens, & actum, duplum, & subduplum, non penitus idem nomen habent. Et (vt dicunt) similiter ad tria genera reducuntur relatiua similium nominum. Nam (vt dicunt) talia relatiua secundum vnitatem accipiuntur. Vnitas autem tripliciter accipitur scilicet in substantia, in quantitate, & in qualitate. Et secundum hoc tres sunt relationes similium nominum. Quia secun-
ibid. dum Philosophum 5. Metaphysicæ. *Vnum in substantia facit idem, vnum in quantitate facit æquale, vnum in qualitate facit simile.*

11. Sed non est omnino, ita vt dicunt, nec intelligunt mentem Aristotelis distinguentis
ibid. tres modos relationum in 5. Metaphysicæ, & sub vno illorum modorum comprehendit idẽ æquale, & simile. Vnde dicit ibidem expresse. *Æquale, idem, & simile dicuntur secundum vnum modum*. Et quia *contraria sunt sub eodem*
genere, secundum eundem in 10. Metaphysicę c.24.c.4.
modi autem relationum vocantur relationum genera, sub eodem ergo modo relationis cum illis continentur eorum contraria scilicet diuersum, inæquale, & simile. Et sunt omnia hæc relatiua similium nominum, & relationes communes, & sic totum genus relationis est relationum communium, siue similium nominum, & non aliorum, & est omnium talium contentiuum. Et sic relatiua communium nominum non solum accipiuntur secundum vnitatem, siue secundum vnum, vt illi putant, sed etiam secundum multum. Constat autem quod hoc non obstante duplum, & dimidium, & cætera talia, quæ dicuntur modo numeri, continentur sub æquali, quod est nomen vnũ commune eis, quo inuicem referantur in genere, licet sub diuersis nominibus referantur in speciebus. Et sic sub eodem modo relationum communium, & consimilium nominum continentur idem, & diuersum, simile, & dissimile, æquale, & inæquale. Nec faciunt relationes illæ, quæ sunt dissimilium rationum in suis speciebus, vnum modum relationis per se, quia licet sint dissimilium nominum in suis speciebus, sunt tamen similium nominum in suo genere, & in nomine sui generis, sicut duplum, & subduplum sub nomine inæqualis, quod non contingit plus in inæquali, quam in æquali, nisi propter maiorem diuersitatem quantitatum in quibus fundatur inæqualitas, quam sit illarum in quibus fundatur æqualitas, aut etiam qualitatum in quibus fundantur similitudo, & dissimilitudo, & substantiarum in quibus fundantur idem, & diuersum.

12. Hinc super illud Boethij de Trinitate, in fin. *Omne æquale æquali æquale, & simile simili simile est*, dicit Comment. *Quæ videlicet eiusdem nominis sunt relationes, ipsæ quoque quantitates, & qualitates secundum quas ea in quibus sunt æqualia sunt, atque similia, etsi illa proprietate, qua subiectorum suorum altera quidem huius, altera vero illius propriè sunt, diuersa intelliguntur, non tamen ideo diuersæ sicut dupl., & dimidij, & cæterarum inæqualium quantitates*. Et ita licet duplum, & subduplum non sunt eorundem nominum, neque habitudinum in speciali, quia tamen sunt eorundem nominum, & earundẽ habitudinum in generali, & hoc quando reducuntur ad inæquale, ideo omnia illa pertinent ad genus relationum communium, & distinguuntur communiter contra relationes in actiuis, & in mensuris, quæ semper sunt diuersarũ habitudinum, & diuersorum nominum, de quarum distinctione erit sermo inferius. a.63.q.1.

13. De secundo notandum est, quod quæcunque habent communionem in aliquo vno

baso-

absoluto, siue res sint diuersa, siue ratione tantum, secundum rationem communicandi illud necessario habent habitudinem communem, & conformem inter se, puta quicunque habent communionem in eadem mercatura, secundum communionem communicandi illam habent ambo adinuicem habitudinem communem, & conformem mutuam, qua dicuntur socij, & qui habent communionem in eadem voluntate concord, secundum rationẽ communicandi illam ambo habent inuicem mutuo habitudinem communem, & conformem, qua dicuntur amici, & qui habent communionem in cohabitando eundem locum communem de propinquo, secundum rationẽ cõmunicand illũ ãbo habent adinuicem mutuo habitudinem communem, & conformem, qua dicuntur vicini. Talis autem habitudo communis relatio communis est, quæ in hoc quod conformis est nomine & ratione in vtroque extremorum, differt a relationibus in actiuis, & passiuis. Dicente August. 5. de Trinit.
10 5. cap. 6. *Non sic ad se dicuntur pater, & filius, quomodo amici, aut vicini. Relatiue quippe dicitur amicus ad amicum. Et si æqualiter se diligunt, eadem in vtroque idest æqualis amicitia est. Et relatiue vicinus dicitur ad vicinum, & quia æqualiter sibi vicini sunt (quantum enim iste illi tantum, & ille huic vicinatur) eadem in vtroque vicinitas.*

14. Ex dictis duobus concludens tertium, & intentum, dico, quod postquam communicare eodem aliquo absoluto contingit, & in di-
q. 4. n. 7. uinis, & in creaturis, prout inferius declarabitur, ponendum est, quod tam in Deo, quam in creaturis sit relatio communis, scilicet communicantibus illam rem secundum quam habent inter se huiusmodi relationes, secundum quod
n. 6. processit penultima ratio, quæ concedenda est. Quod & multum congruit dignitati diui-
q. 2. n. 6. 7 narum personarum, vt inferius declarabitur, secundum quod processit vltima ratio, quæ id-
n. 7. circo etiam concedenda est.

n. 1. 15. Ad primum in oppositum, quod nulla est relatio communis, quia non est relatio nisi ad aliud, & ad oppositum: Dico, quod nõ dicitur relatio communis, quasi communis, & eadem sit numero, re, & ratione in extremis relatiue oppositis, quoniam in extremis semper
a. 67. q. 4 est alia, & alia re, vel ratione, vt infra declara-
n. 5. bitur sicut est etiam ipsa res absoluta, super quam fundatur relatio communis, quæ est alia,
q. 4. & alia re, vel ratione, vt similiter inferius declarabitur, per quod contingit, quòd relata habent oppositionem inter se, sed nihilominus dicitur relatio communis, quia est diuersorum extremorum relatorum mutuo inuicẽ secundum vnum nomen, & vnam rationem, & vnam rem semper quam fundatur, Vnde etsi sit relatio aliqua diuersorum extremorum a 61. q. 1
secundum vnum nomen, & vnam rationem, & n 7.
vnam rem fundamenti, non tamen ex hoc dicitur relatio communis, nisi sit mutuo adinuicem relatorum secundum illud nomen. Vt cum in creaturis diuersi sint patres, & diuersi filij, & tam in creaturis, quam in diuinis sit idẽ a. 64. q. 6
titas vniuscuiusque ad seipsum, & cum in diui- n 51
nis spiratio actiua sit communis relatio patris, a 59 q. 4.
& filij, & sint diuersa relata secundum vnum n. 10.
nomen, & vnam rationem, & vnam rem fundamenti, quia tamen non est relatio eorum mutua adinuicem secundum illud nomen. Non enim est pater ad patrem, aut filius ad filium in creaturis, neque aliquod eorum, quorũ quodlibet est idem sibi, ipsi reciproce, est ad alterum mutuo re transitiue, & hoc tali modo identitatis, quo singulum eorum est idem sibi, neque etiam communi spiratione dicitur pater ad filium. Idcirco non est paternitas duorum patrum, neque fraternitas duorum fra-
trum, aut identitas duorum reciproca, aut spi- c. 1 n. 15
ratio actiua, relatio communis, qualiter illa est 19.
communis, de qua ad præsens loquimur.

16. Similiter etiam licet oppositorum in quolibet genere oppositionis sub eodem nomine vtrumque alteri dicitur oppositum, quia tamen secundum aliam, & aliã rationem rei singulũ dicitur oppositum, non propter illam identitatem nominis dicitur oppositio relatio communis. Cum enim est oppositio contrariorũ, puta albi, & nigri, vnum est oppositum albedine, alterum vero nigredine. Similiter cum est oppositio priuatorum, vnum est oppositum habitu, alterum vero carentia habitus. Similiter in contradictorijs vnum est oppositum affirmatione, alterum negatione. Et in relatiue oppositis, vt sunt pater, & filius, vnum est oppositum paternitate, alterum filiatione, & oppositio in vno non importat aliam relationem secundum rem quam paternitatem, & in alio non aliam, quam filiationem. Ita quod vniuersaliter in relatione, quæ est oppositio, nihil est commune extremis oppositis in nomine oppositionis nisi vox sola. Propter hoc relatio importata nomine oppositionis non pertinet ad relationes communes.

17. Quod arguitur secundò, quòd commu- n. 2.
ne non opponitur nisi proprio. Dico, quòd verum est quando oppositio alicuius consideratur ad aliquid extra se, sicut semper consideratur in absolutis. Non autem est verum quãdo consideratur ad aliquid intra se, scilicet inter illa, quę sub ipsa continentur, quemadmodum etiam relatio non semper est ad aliquid extra se, vt patet in generalissimo relationis, sed solum ad intra se, scilicet inter illa, quæ sub ipsa continentur. Et secundum hunc modum relatio communis non habet oppositionem ni-

si

fi illorum quæ continet intra se, vt quælibet relatio cōnis identitatis, æqualitatis, & similitudinis, continet plures identitates, æqualitates, & similitudines inter se opposita a sm̃ oppositionem relatiuam. Secundum contrarietatẽ vero ad relationes communes diuersitatis, inæqualitatis, & dissimilitudinis. Et quælibet illarum continet opposita relatiue inter se, sed omnes pertinent ad relationes commu-
n.9.11. nes, vel in specie, vel in genere, sicut dictum est de duplo, & dimidio respectu inæqualia.

n.3. 18. Ad tertium, quòd in diuinis omia sunt vnum præter generationem, & ingenerationem, & spirationem: Dico, quod verum est.
ibid. Et quod assumitur, quod communes relationes sunt præter ista si sunt in diuinis: Dico,
ibid. quod similiter verum est. Sed quod assumitur, quòd sunt prẹter communem substantiam quod est illud vnum in diuinis: Dico, quòd non est verum, quia ibi sumitur substantia large, extendẽdo, scilicet illam ad omne id quod in diuinis conuenit tribus communiter personis ratione substantiæ, siue vt substantia est, siue vt quantitas est, siue vt qualitas. Quamuis igitur communis relatio in diuinis non sit vnũ illud quod est substantia, quia substantia non est relatio, vt procedit argumentum, est tamen in personis in quibus substantia est concomitata, & ratione ipsius per quod reducitur ad vnitatem substantiæ,

n.4. 19. Per idem patet ad quartum, dicendo, quòd commune in diuinis non consideratur nisi re. Dico, quod verum est, sed hoc potest esse vel primò, & principaliter, & sic non consideratur re commune in diuinis nisi substantia absoluta, vel secundario, & per reductionem ad illud vnum re, & sic commune consideratum in diuinis est relatio communis, de qua loquimur, quia ipsa ab illo communi oritur, licet non ratione, qua illud est vnum re, sed potius ratione, qua est vnum, & vnũ, aliud
q.3. n. 9. scilicet, & aliud commune, prout inferius declarabitur.

n.5. q.4.n. 12 a.65.q.1. n. 22 20. Ad quintum, quòd relationes communes oppositæ, & contrariæ non possunt esse circa Deum, quare nec relatio communis simpliciter, eo quod contraria nata sunt fieri circa idem. Dico, quod hoc vltimum solum ve-
a.10.q.1. n.7. inf.q.3. n.10. rum est, nisi alterum contrariorum naturaliter insit. Nunc autem diuinis naturaliter insunt identitas, æqualitas, & similitudo. Propter quod non sequitur, licet opposita istorum non possunt inesse, quod ista non insint.

21. Est tamen aduertendum, quòd aliter naturaliter insunt diuinis illa tria, quam alterum contrariorum naturaliter insit in rebus naturalibus. In istis enim naturalibus, quia sunt composita ex materia, & forma, aliquid potest eis naturaliter inesse ratione, & non ratione materiæ, puta igni calidum, quia formam igneitatis naturaliter consequitur caliditas, nec compatitur secum frigiditatem, quemadmodum compatitur frigiditatem forma aquæ. Materia autem ignis sicut est in potentia ad formam aquæ, vel terræ, sic est in potentia ad frigiditatem. Quæ quidem potentia duo dicit, scilicet carentiam formæ, & aptitudinem ad illam. In hoc enim differt priuatio a negatione secundum Philosophum
4. Metaphysicæ, quod scilicet priuatio ponit aptitudinem, & est negatio non simpliciter, sed circa subiectum determinatum. Negatio vero non dicit aptitudinem, & est simpliciter circa omnia. Propter quod dicitur. *De quolibet affirmatio, vel negatio dicitur*, non sic autẽ priuatio aut habitus. Nunc autem in Deo vbi est forma tantum, qua naturaliter consequitur alterum contrariorum, sic est carentia alterius contrariorum, quod in ipso nec est potentia, nec aptitudo ad illud. Et sic in Deo priuatio alicuius est carentia illius, quæ proprie est negatio, non autem priuatio. Propter quod bene potest esse relatio aliqua communis in diuinis, licet contrarium eius non possit esse in illis. Immo ex hoc verissime inest Deo, puta identitas, æqualitas, aut similitudo, quia contrarium eius puta diuersitas, inæqualitas, aut dissimilitudo, nullo modo potest ei inesse, vt inferius amplius declarabitur.

Marginal references (right column): t.4 to.9. a 14.q.8 n.31. — 1 poster. t 8.10.1. — q 3. n 9 q.4.n. 16

✠

Con-

Concluſio ex Quæſtione Prima, Articuli Sexageſimi ſecundi.

1. *Ponendum eſt, quod tam in Deo, quam in creaturis ſit relatio communis: num. 14.*

QVAESTIO SECVNDA.

Vtrum relationes communes in diuinis ſint plures ſecundum genera.

CIrca ſecundum arguitur, quòd non ſit ponendum plures eſſe relationes cõmunes, nec in diuinis, nec in creaturis, ſic. A cuius vnitate ſecundum numerum in aliquibus aliqua dicuntur idem ſimpliciter, ab eius vnitate ſecundum ſpeciem dicuntur idem ſpecie, & ab eius vnitate ſecundum genus dicuntur idem genere, vt patet in prædicamento ſubſtantiæ, ſed ab vnitate numerali quantitatis, & qualitatis dicuntur habentia illam inter ſe eſſe idem ſimpliciter, ſicut & ab vnitate numerali ſubſtantiæ.

2. Cuius probatio eſt in diuinis, quia enim in illis tanta vnitas numeralis eſt in quantitate, & qualitate, quanta eſt vnitas numeralis in ſubſtantia, ideo non ſecundum rationem maioris vnitatis referri debent inter ſe perſonæ diuinæ ſecundum ſubſtantiam, quam ſecundũ quantitatem, aut ſecundum qualitatem. Nunc autem ſecundum maiorem rationem vnitatis referuntur adinuicem, quę referuntur per idẽtitatem, quam quæ referuntur, per æqualitatem, aut per ſimilitudinem. Maioris enim vnitatis eſt aliqua eſſe eadem, quam æqualia, aut ſimilia, quia æqualia, aut ſimilia bene ne-
9.9. gantur eſſe eadem, prout Ioan. 9. dicebant quidam de cæco nato, *nequaquam eſt hic ſed ſimilis ei*, ſed non è conuerſo. Quare cum diuinę pſonæ dicantur eędem ſimpliciter ſecundũ ſubſtantiam numeralem, ſiue ſingularem, quæ eſt in illis, cõſimiliter ergo debent etiam dici eędem ſecundum quantitatem, & qualitatem ſingularem, quæ eſt in eis.

3. Conſimiliter vlterius etiam in creaturis diuerſis, in quibus eſt eadem quantitas, aut qualitas ſecundum ſpeciem, perſonæ debent dici ſecundum illam eædem ſpecie. Sed identitatea ſpecie, & numero, & genere pertinent ad vnum modum relationis communis, quare cum relatio communis non accipiatur niſi à ſubſtantia, quantitate, & qualitate, non eſt ergo niſi vnus modus relationis communis in diuinis, & in creaturis.

4. Specialiter autem, quòd nõ ſit niſi vnus modus relationis communis in diuinis, arguitur ſic. Non eſt relatio communis in aliquibus, niſi ſecundum vnum commune abſolutũ exiſtens in illis, vt iam tactum eſt ſupra, & q.1 n. 13 14.
amplius declarabitur infra. In diuinis autem inf. n. 9.
non eſt niſi vnum commune abſolutum, ſcilicet ſubſtantia, quæ ſola cum tribus relatiuis proprietatibus conſtituit tres perſonas ſecundum ſuperius determinata. Ab vno autem in a. 56. q. 4
ſubſtantia non ſequitur niſi vna relatio communis, quæ eſt identitas, vt infra declarabitur, n. 9. 10.
ergo &c.

5. Contrarium arguitur primo in creaturis quia ſecundum dictum Philoſoph. 5. Metaph. vt habitum eſt in quæſtione præcedenti, re- n. 9.
lationes communes ſunt idem, æquale, & ſimile, & eorum contraria. Illi autem ſunt plures modi, & diuerſi, ergo &c.

6. Secundo arguitur idem ſpecialiter in diuinis ſic. Quicquid eſt dignitatis ſimpliciter, diuinis perſonis attribuendum eſt ſecundum ſuperius determinata. Sed dignitatis ſimplici- ib. n. 7. 14
ter eſt, quòd perſona quæcunque diuina ſit eadem alteri perſonæ diuinæ non ſolum eadẽ, ſed & ſimilis, & ęqualis, & tãto maioris dignitatis eſt hoc illi, quanto perſona altera eſt dignior. Quare cum quælibet perſona diuina ſit digniſſima, cuilibet ergo perſonæ diuinæ tribuendum eſt, quòd ſit æqualis, & ſimilis, non ſolum eadem cuilibet alteri perſonæ diuinæ.

7. Di-

a.15. 7. Dico iuxta dicta in præcedenti quæstione, quòd cum communicatio plurium in eodem siue in aliquo vno absoluto sit ratio communis habitudinis illorum adinuicem, in qua consistit ratio relationis communis, plura autem sunt absoluta in quibus aliqui, vel aliqua communicare possunt, immo in quibus communicant, tam in diuinis, quam in creaturis, quia in illis sunt relationes plurium perfectionum, quæ omnes in Deo ad dignitatem pertinent, vt patet ex superius determinatis, a.32.q.2. & per consequens communicatio in illis, & similiter habitudines relationum illorum inter se quæ fundantur in illis quæ communicantur. Propterea igitur necesse est ponere plures relationes communes tam in diuinis, quam in creaturis.

a.6. 8. Et secundum hoc processit vltima ratio specialiter in diuinis, & penultima communiter & in diuinis, & in creaturis, quæ secundũ hoc concedendæ sunt. q.5.

9. Ad primum in oppositum, quod ab vnitate numerali quantitatis, & qualitatis dicuntur habentia illas, idem, ergo & similiter ab vnitate earũdem secundum speciem, & secundum genus, & sic non est nisi relatio communis identitatis secundum illa &c. Dico, quod quantitas, & qualitas tam in diuinis, quam in creaturis dupliciter possunt considerari. Vno modo comparando illas sibi ipsis, & eis, quæ sunt sui generis, puta quantitatem quantitati, & qualitatem qualitati. Alio modo comparando illas ad subiecta in quibus sunt, non vt dantia illis esse simpliciter, sed rationem perfectionis in bene esse. Quod dico ad differentiam substantiæ, quæ in nullo est sicut in subiecto, sed si est in aliquo, vt aliquid illius, hoc est solummodo sicut in constituto per illam, & vt recipiente esse simpliciter per illam, sed hoc inquantum includit in se primo, prout infra declarabitur, sicut in creaturis recipit esse cõpositum, & in esse constituitur, & a materia, & à forma. Si primo modo, bene verum est, quod ad illa consequitur identitas, quia scilicet quantitas, aut qualitas vna, dicitur eadem numero, & plures quantitates, aut plures qualitates dicũtur eædem specie, aut genere, prout tãgitur in argumẽto, sed in ista cõparatione nõ considerantur in ordine ad subiecta. Propter quod licet secundum istam comparationem identitate denominãtur quantitates, aut qualitates secundum se, non sequitur tamen, quod secundum talem identitatem denominent subiecta habentia illas in se, de quorum subiectorum habitudine per relationes communes fundatas in illis, siue in eis, quæ habentur in illis, siue vt perficientis in esse, siue in bene esse, est hic sermo. Si ergo secundo modo consideretur comparatio quantitatis, & qualitatis, scilicet in ordine ad sua subiecta, dico, quod ad communionem quantitatis, aut qualitatis, siue secundum numerum, siue secundum speciem, siue secundum genus, nunquam sequitur habitudo identitatis, sed solummodo æqualitatis secundum communionem quãtitatis, quia proprium eius est, secundum eam æquale, vel inæquale dici, & similitudinis secundum cõmunionem qualitatis, quia proprium eius est, secundum eam simile vel dissimile dici, vt vult Philosophus in prædicamentis. Et ideo sicut a.3.4. à communione substantiæ habetur vnus modus relationis communis, quæ dicitur identitas, sic a communione quantitatis habetur alius, qui dicitur æqualitas, & a communione qualitatis tertius, qui dicitur similitudo. Et sunt ad minus tres modi isti relationum communium in illis in quibus habent esse substantia, quantitas, & qualitas, siue in diuinis siue in creaturis. q.3.a.7.

10. Sed quod arguitur, quòd ab vnitate numerali quantitatis, aut qualitatis in diuinis nõ habetur nisi identitas, ergo nec in creaturis ab identitate secundum speciem, aut secundum genus. Dico, quod illud falsum est in diuinis, & etiam falsum est hoc conclusum ex illo in creaturis, quia nec in Deo nec in creaturis sequitur idẽtitas aliqua ex quãtitate, & qualitate inquãtũ habẽt rõ[n]ẽ quantitatis, aut qualitatis. sup.n.8.

11. Quod ergo ad probationem illius in diuinis dicitur, quod tanta est vnitas numeralis quantitatis, aut qualitatis in diuinis personis quanta est substantiæ, dico, quod verum est, & quod cum hoc etiam verum est, quod idcirco etiam non secundum rationem maioris vnitatis debent referri inter se diuinæ personæ secundum substantiam, quam secundum quantitatem, aut secundum qualitatem. n.5.

12. Quod autem assumitur vlterius, quòd secundum rationem maioris vnitatis referantur inter se, quæ referuntur secundum idẽtitatem, quam quæ referuntur secundum æqualitatem, aut similitudinem: dico, quòd non est verum, quando referuntur æqualitas, aut similitudo a tanta vnitate in quantitate, & qualitate, a quanta vnitate sumitur identitas, vt contingit in diuinis, in quibus identitas, æqualitas & similitudo sumuntur ab vnitate numerali substantiæ, quantitatis, & qualitatis, & etiam in creaturis, quoad æqualitatem, & similitudinem substantiales, & identitatem secundo modo identitatis inferius distinguendæ. In diuinis enim in quibus sumuntur identitas, æqualitas, & similitudo ab vnitate numerali substantiæ, quantitatis, & qualitatis, non est maioris vnitatis personas esse easdem quam ipsas esse æquales aut similes. Similiter in creaturis in quibus sumitur identitas secundo modo dicta ab vnitate speciei, aut generis, & si- a.14. a.67.q.2 n.11.& seq.

militer æqualitas, & similitudo substantiales,
a 61. q. 1 n. 18. vt inferius declarabitur, non est maioris vnitatis aliqua esse eadem, puta Petrum, & Paulum in humanitate, quam eos esse in humanitate æquales, aut similes.

13. Sed tunc solummodo verum est, quòd secundum rationem maioris vnitatis referuntur inter se, quæ referuntur secundum identitatem, quam quæ referuntur secundum æqualitatem, aut similitudinem quando æqualitas, & similitudo non sumuntur a tanta vnitate in quantitate, & qualitate, à quanta vnitate sumitur identitas, vt contingit in creaturis, quo ad
a 64. q. 4. n. 9. a 61. q. 1. n. 8. a 67. q. 6. æqualitatem, & similitudinem siue substantiales, siue accidentales, & identitatem primo modo dictam, in quibus æqualitas, aut similitudo nunquam accipiuntur ab vnitate numerali quantitatis, aut qualitatis. Immo sicut æqualia, & similia necessario sunt diuersa secundum rem, quia nihil sibiipsi est æquale, aut simile, sicut infra patebit: sic alia, & alia quantitas est secundum quas dicuntur æquales, & alia, & alia qualitas secundum quas di-
a 67. q. 2. n. 6. a 71. q. 3. cuntur similes, prout similiter infra declarabitur.

14. Identitate autem primo modo identitatis, qua scilicet aliquid dicitur idem sibiipsi, bene accidit ab vnitate substantiæ numerali in creaturis esse maioris vnitatis personas aliquas esse easdem, quam æquales, aut similes sicut
n. 1. in exemplo de Io. 9. illi enim qui demonstrato cæco prius dicebant de illuminato, *nequaquā est hic sed similis illi*, intendebant per similitudinem illam escludere identitatem, quasi dicerent, similis est illi, sed non idem. Sed postquam secundum veritatem vna persona erat prius cæca, & postea illuminata non erat similis, sed eadem, non solum in substantia, sed etiam in personalitate, quo ad hoc enim nulla est differentia in creaturis. Quæcunque enim persona creata est eadem alteri in substantia, est eadem alteri in personalitate, quia in creaturis idem numero non diuersificatur, nisi nomine, & definitione, proprio, & acciden-
li. 1. c. 6. to. 1. te, vt dicitur in Topicis, & in proposito diuersa erat solo accidente persona prius cæca, & postea illuminata, licet quo ad illud magna sit differentia in diuinis, quia in diuinis vna persona bene est eadem alteri in substantia, & hoc secundo modo identitatis, quo non est aliquis vel aliquid idem sibiipsi sed alteri tantum, licet nulla sit eadem alteri in personalitate. Sic enim non est persona eadem nisi sibiipsi, & hoc primo modo identitatis. Propter quod similitudo in diuinis excludit identitatem in persona, sed non in substantia.

15. Et iuxta assuetudinem nostram circa creaturas in intelligendo eadem, æqualia, & similia secundum rationem maioris, & minoris vnitatis, non tanta occurrit prima fronte animo nostro vnitatis perceptio inter personas etiam diuinas quando dicuntur æquales, aut similes, sicut quando dicuntur esse eædem. Et sic non solum in creaturis, sed etiam in diuinis sicut ab vnitate substãtię habetur idẽtitas, & nõ nisi idẽtitas sic ab vnitate quãtitatis habetur æqualitas, & nõ nisi ęqualitas, & ab vnitate qualitatis similitudo, & nõ nisi similitudo, nõ obstãte, quòd tãta est vnitas numeralis in Deo quãtitatis, & qualitatis quanta est substãtię, licet propter hoc alio modo habeant esse, & differenter identitas, æqualitas, & similitudo in Deo, & in creaturis, sicut infra patebit.

16. Veruntamen quia propter vniformem vnitatem in Deo numeralem substantiæ, quãtitatis, & qualitatis tres personæ sicut sunt vnũ in substantia, & vna substantia, sic sunt vnum in quantitate, & vna quantitas, puta magnitudo, & vnum in qualitate, & vna qualitas, puta sapientia. Et etiam quia vna res singularis sunt in Deo substantia, quantitas, & qualitas, ideo aliqui putauerunt, quòd in Deo idem penitus, & eadem relatio essent identitas, ęqualitas, & similitudo, aut omnino conformes, ita quod illud quod de vna illarum dicitur, de alijs intelligatur. Propter quod (vt putatur) Magist. in sẽtẽtijs, & Magistri in scriptis suis, disputãtes aliqua de ęqualitate, modicã, aut nullã mẽtionem faciunt de identitate aut similitudine, dantes intelligi de identitate, & similitudine illa, quæ determinant de æqualitate, licet magna diuersitas sit inter hoc, tam in diuinis, quã in creaturis, maxime identitatis ad æqualitatem, & similitudinem, quæ magis inter se cõueniunt tam in diuinis, quam in creaturis, quã identitas conueniat cum illis ambabus, vel cũ altera illarum, secundum quod hæc omnia patebunt inferius. n. 18.

17. Et quod tres personæ (vt dictum est) n. 16. sicut sunt vna substantia, & vnum in substantia, sic sunt vnum in quantitate, & qualitate, & vnã quantitas atque vna qualitas, hoc pertinet ad primam comparationem quantitatis, & qualitatis prædictam. Vnde & propter hoc tres personæ bene dicuntur esse idem in quantitate, & eadem quantitas, & idem in qualitate sicut, & eadem qualitas, quemadmodum dicuntur esse idem in substantia, & eadem substantia. Sed de hoc nihil ad æqualitatem, & similitudinem, quod scilicet in diuinis debeãt esse eadem relatio communis cum identitate, & hoc ideo, quia sequuntur quãtitatem, & qualitatem secundum aliam earum comparationem, vt dictum est. n. 9.

18. De hoc etiam nihil ad propositum, quod scilicet idem re sint, & vnum in diuinis substantia quantitas, & qualitas. Hoc enim non facit nisi ad hoc, quod identitas, & æqua-

litas, atque ſimilitudo differant in diuinis ſecundum rationem, cum tamen in creaturis differant ſecundum rem, vt infra patebit. (a.65. q.2 n.23.) Sed nihil facit hoc ad differentiam ſecundum formam, & ſpeciem rationis, (a.64 q.2 n.10.) inquantum ſunt relationes ſecundum rationem, ſicut in creaturis differunt ſecundum formam, & ſpeciem rei, inquãtum ſunt relationes ſecundum rem, ſecundum quod etiam infra patebit. (a.64. q.1 n.16. & 4.)

19. Per hoc patet ad ſecundum. Cum arguitur, non eſt commune abſolutum in Deo ſuper quod fundetur communis relatio niſi ſubſtantia: dico, quòd verum eſt ſecundum rem differens à ſubſtantia. Sunt tamen in ipſo quantitas, & qualitas abſoluta quædam differentia à ſubſtantia ſecundum rationem, ſecundum ſuperius determinata. Et ideo relationes communes fundatæ ſuper illas ſunt diuerſæ ſecundum rationem, (n.18.) ab illa quæ fundatur ſuper ſubſtantiam, licet non ſecundum rē ab illa differant, & licet ſolummodo differant per rationem, nihil minus tamen differunt ſecundum formam, & ſpeciem, vt iam dictum eſt. (ibid.)

Concluſiones ex Quæſtione Secunda, Articuli Sexageſimi ſecundi.

1. *Neceſſe eſt ponere plures relationes communes, tam in diuinis, quam in creaturis. n. 7.*
2. *Sunt ad minus tres modi relationum communium, ſiue in diuinis, ſiue in creaturis. 9.*

QVAESTIO TERTIA.

Vtrum relationes communes ſint tantùm tres.

Circa tertium arguitur, quòd non ſunt neque in diuinis, neque in creaturis tātum tria genera relationū communium, ſed aut plura, aut pauciora.

1. Primò ſic. Relationes communes ſequuntur vnum, & multa, quæ ſunt prima oppoſita diuidentia ens, (a.51.q 1. n.57. 10. Met. c.13.) & principia prima relationum communium, vt infra declarabitur. (a.65. q.1) Vnum autem inquantum vnum, non eſt principium niſi vnius, quare ad vnum non ſequitur niſi vnum genus relationis communis. Quare cum relatio, quæ ſequitur multum opponitur relationi, quæ ſequitur vnum, & tantum vnum vni opponitur, (3. cæl. c. 10. to. 2.) tantum ergo vnum genus relationis ſequitur vnum, & tantum vnū ſequitur multum. Non ergo ſunt amplius, quam duo genera relationum communium, tam in diuinis, quam in creaturis, aut ſi duo, vel tria aut plura talium relationum ſequuntur multum, quia ad pluraficationem vnius oppoſitorum ſequitur plurificatio alterius, & ſic aut erunt tantum duo genera relationum communium, aut erunt plura tribus.

2. Secundò ſic. Cum relationes communes ſequantur vnum, & multum, & vnum, & multum, quia diuidunt totum ens, inueniuntur in quolibet prædicamento, quare cum in creaturis ſint decem prædicamenta, in diuinis autem duo ſecundum ſuperius determinata, (a.32.q.2. n.29.) in creaturis ergo erunt decem genera relationum communium ſequentium vnum, & multum in decem prædicamentis, & in diuinis duo tantum ſequentium vnum in duobus prędicamentis, quare erunt plures numero modi, ſiue genera relationum communium, quam tres in creaturis, & in diuinis, aut tantum duo quorum vnum ſequitur vnum in ſubſtantia, & aliud multum in relatione, aut plura duobus, quia cum vnum ſint in relatione, ſicut & in ſubſtantia, ſi tria genera relationum communium ſequuntur vnum in ſubſtantia, ad minus vnum genus relationum communium ſequetur vnum in relatione, & aliud multum in relatione, cum multæ, & diuerſæ re-

lationes ſint in diuinis, licet tantum vna ſubſtantia.

3. Tertiò arguitur idem ſpecialiter in diuinis, ſic. Si eſſent in diuinis plures patres, aut plures filij, patres illi paternitate eſſent æquales, aut ſimiles, & ſimiliter filij illi filiatione. Sed qua ratione vnus pater eſſet tunc æqualis, aut ſimilis alteri, aut filius filio, eadem ratione nunc, cum non eſt niſi vnus pater, & vnus filius in diuinis, filius eſt inæqualis, aut diſſimilis patri, & ſic in diuinis ſi ex parte ſubſtantiæ eſt tantum vnus modus relationis communis, cum ſimiliter vnus ſit ex parte relationis, tantum duo erunt, aut ſi præter vnum, ſcilicet modum identitatis, qui fundatur in ſubſtantia, ſint alij duo, ſcilicet æqualitatis, & ſimilitudinis fundati in quantitate, & qualitate, erunt plures, quam tres. Quod autem patres plures, aut filij ſi eſſent in diuinis eſſent æqua-
c.6.10.3. les, probatur per Auguſtinum 5. de Trinitate in reſponſione ad quæſtionem, qua quæritur ſecundum quid ſit æqualis filius patri, an ſcilicet ſecundum id, quod ad ſe dicitur, an ſecundum id, quod ad patrem dicitur. Sic enim dicit. *Non ſecundum id quod ad patrem dicitur, quantam ad patrem filius dicitur. Ille autem non eſt filius, ſed pater eſt, quia ergo filius non relatiuè ad filium dicitur, ſed ad patrem, non ſecundum hoc quod ad patrem dicitur, æqualis eſt filius patri,* per quod (vt videtur) innuit, quod ſi duo eſſent in deitate filij, æqualis poſſet dici vnus alteri ſecundum quod ambo ſunt filij, & eadem ratione ſimiles, tum quia in diuinis non eſt æqualitas ſine ſimilitudine, tum quia conſimilis quæſtio illi quam format de æqualitate, poſſet formari de ſimilitudine.

4. Quartò ſic. Vis ſpiratiua eadem, & æqualis, & ſimilis eſt in patre, & filio, quare ipſa eſt relatio communis, aut ſecundum illam pater, & filius referentur inuicem relatione aliqua communi, ſicut ſecundum ſubſtantiam, quantitatem, aut qualitatem referuntur relatione identitatis, æqualitatis, aut ſimilitudinis, vt ſuper illam fundetur relatio identitatis, quia communis eſt duabus perſonis, ſicut ſuper ſubſtantiam, quantitatem, aut qualitatem quia communis eſt tribus perſonis. Ille autem modus eſt præter illos tres, qui in diuinis fundantur ſuper ſubſtantiam, quantitatem, & qualitatem, ergo &c.

5. Quintò ſic, quod eſt dignitatis ſimpliciter in creaturis, ſentiendum eſt eſſe in diuinis, licet modo eminentiori ſecundum ſuperius de-
a.32.q.2. terminata, amicitia ſocietatis, & aliæ relationes conſimiles ſunt relationes communes in creaturis præter dictas tres conſuetas poni in illis, & ſunt dignitatis ſimpliciter, ergo ſentire debemus, quod inueniantur in diuinis, & ſic ſunt plures, quam tres, tam in diuinis, quam in creaturis, vt prius.

6. In contrarium eſt, quod relatio communis non fundatur niſi ſuper prædicamenta abſoluta communiter communicata à relatis, quæ non ſunt niſi tria, ſubſtantia, quantitas, & qualitas, ſecundum iam dicta, ſuper relationē n.4. enim non fundatur relatio, vt iam dicetur, ſe- n.9. 1.. cundum fundamenta autem diſtinguuntur relationes communes, vt infra dicetur, ergo &c. q.4. n. 8. Hinc Philoſophus loquens de relationibus cōmunibus dicit in 5. Metaphyſicæ. *Eadem ſunt* c.20. *quorum ſubſtantia eſt vna, & ſimilia, quorum qualitas eſt vna, & æqualia quorum quantitas eſt vna.*

7. Dico ſecundum iam tacta in duabus quę- q.1. n.13 ſtionibus præcedentibus, quod cum communio q.2. n. 7. plurium in aliquo vno abſoluto ſit per ſe prima ratio communis habitudinis, ſiue relationis illorum ad inuicem, plura autem abſoluta nec in diuinis ſecundum rationem, nec in creaturis ſecundum rem poſſunt inueniri, quā tria, ſcilicet ſubſtantia, quantitas, & qualitas. Idcirco ſimpliciter, & breuiter dico, quod nec in diuinis, nec in creaturis poſſunt eſſe plures relationes communes, quam tres, & quod tot ſunt in eis, & ſic tantum tres, ſcilicet identitas, æqualitas, & ſimilitudo. Quæ dico comprehendendo cum illis contraria eorum, quæ ſūt diuerſitas, inæqualitas, & diſſimilitudo. Qualiter autem habent fundari relationes communes in ſolis illis tribus prædicamentis, & cauſari ab vno, & multo, de hoc erit ſermo infe- a.63. q.1 rius. n.21. 22. a 65. q.1

8. Et ſecundum hoc ergo concedenda eſt vltima ratio ad illam partem adducta. n.6.

9. Ad primum in oppoſitum, quod ad vnū n.1. quod eſt principium relationum communiū, non ſequitur niſi vnum, neq; ſimiliter ad eius oppoſitum quod eſt multum, & ſic tantum duę erunt relationes communes. Dico, quod cū dicitur, ad vnum non ſequitur niſi vnum, verum eſt inquantum eſt vnum. Vnde ſi res abſoluta in diuinis eſſet vna ratione ſicut eſt vna re, ſi ab illa procederet relatio aliqua, non procederet ab illa niſi vna relatio, & hoc in vno extremo relatorum, ita quod nulla eſſet in alio, quod tamen eſſet impoſſibile, tum quia relationis eſſe eſt ad aliud ſe habere, tum quia q.1. n.5 non ſequitur communis relatio ad vnum, niſi ſecundum quod illud vnum eſt plurium re, vel ratione, ſecundum quod infra declarabi- n.13. tur. Nunc autem quia res ipſa abſoluta ſuper q.4. n. 12 quam fundatur relatio communis in diuinis, a.61. q.1. non eſt vnica ratione licet ſit vna re, ſed plures n.32. q.3 eſt ratione, ſcilicet ſecundum rationem poten- n.6. tiæ actiuæ, & paſſiuæ, & ſimiliter ſecundū rationē ſubſtantiæ, quantitatis, & qualitatis, ideo inquantum plures eſt ratione ſecundum rationem potentiæ actiuæ, & paſſiuæ, eſt origo plu-

rium

riũ relationum notionalium perſonalium, quæ ſunt generare, & generari, ſpirare, & ſpirari, & inquantum eſt plures ratione ſecundum rationem ſubſtantiæ, quantitatis, & qualitatis, eſt origo plurium relationum communium perſonarum, quæ ſunt identitas, æqualitas, & ſimilitudo. In diuinis autem, quia in abſolu-
ſup. n. 6. to ſupra quod ſolum nata eſt fundari relatio
inf. n. 12. communis, nec eſt multum, nec multa ſecundum rem, ideo nulla relationum, quæ natæ ſunt ſequi ex multo, inuenitur in diuinis, quia non ſequitur niſi ad multum ſecundum rem. In creaturis autem vbi diuerſa ſunt re in diuerſis, ſcilicet ſubſtantia, quantitas, & qualitas, non eſt mirum ſi ad illa ſequuntur ſecundum rationem vnius relationes communes diuerſæ, ſcilicet identitas, æqualitas, & ſimilitudo, & contraria illorum ſecundum rationem mul-
q. 4. n. 51 ti, ſcilicet diuerſitas, inæqualitas, & diſſimili-
a. 63. q. 1 tudo, ſecundum modum inferius exponen-
a. 65. q. 1 dum.
n. 1.

10. Quod vero implicatur in argumento, quòd ad plurificationem vnius oppoſitorum ſequitur plurificatio alterius, patet reſponſio
q. 1. n. 20 ex dictis in præcedenti quæſtione, quia hoc nõ tenet in diuinis, quia in illis alterum oppoſitorum naturaliter ineſt.

q. 2. 11. Ad ſecundum, quod relationes cõmunes ſequuntur vnum, & multum, quæ reperiuntur in quolibet prædicamento, quorum nouem inueniuntur in creaturis, & duo tantum
a. 65. q. 1 in diuinis. Dico, quòd hoc verum eſt ſecun-
a. 67. q. 1 dum modum inferius exponendum.
a.

ſup. n. 2. 12. Et quod ex hoc concludendo ſubiungitur, quare in creaturis erunt relationes communes ſequentes vnum, & multum in quolibet prædicamento. Dico, quòd verum eſt, non tamen ex hoc ſequitur, quòd ſint plures relationes communes ſecundum genus quam
a. 12. q. 5 tres in creaturis, quia ſuper ſeptem prædica-
n. 25.
a. 66. q. 5 menta accidentium reſpectus importantia nõ
3. fundatur relatio, prout illa comparantur ad
a. 68. q. 4 ſubiectum, qua quidem relatione ipſum ſubie-
a. 70. q. 2 ctum relatum habeat referri, ſicut fundatur relatio ſuper quantitatem, & qualitatem prout comparantur ad ſubiectum, qua quidem relatione ipſa ſubiecta qualia, & quanta referuntur inter ſe, ſed ſuper illa ſeptem prædicamenta ſolummodo fundatur relatio, ſecundum quòd ea quæ in illis prædicamentis ſunt comparantur inter ſe. Et ſecundum talem comparationem omnia prædicamenta accidentium habent rationem ſubſtantiæ, & ad vnum, & multa in illis non ſequuntur niſi idem, & diuerſũ, ſicut non niſi illa ſequuntur ad ea, quæ ſunt in prædicamento ſubſtantiæ. Et ſic nequaquã ſecundum illa ſeptem prædicamenta diſtinguuntur relationes communes, ſed ſolummodo ſecundum tria prædicamenta abſoluta, ſe-
cundum quòd omnia hæc declarabuntur in- a. 63. q. 1
ferius. a. 66. q. 3

13. Quod vero ſubditur concludendo in n. 2.
diuinis, quod cum in diuinis ſint tantum duo prædicamenta, ergo erunt tantum duæ relationes communes, quarum vna ſequitur vnũ in ſubſtantia, & alia ſequitur vnum in relatione, & hoc ſi in diuinis relatio communis ſequitur tantum ad vnum. Dico quod quamuis in diuinis ſit vnum ſubſtantiæ, & vnum relationis, ad ſolum tamen vnum ſubſtantiæ, inquantum rationem quantitatis, & qualitatis in ſe
continet, vt dictum eſt, & amplius declarabi- q. 1. n. 19
tur in ſequentibus, ſequuntur relationes com- a. 64. q. 2
munes, non autem ad vnum relationis inquã- n. 10.
tum relatio eſt, quia, vt dictum eſt, ad vnum n. 9.
non ſequitur relatio communis, niſi vt illud eſt plurium, nulla autem relatio perſonæ conſtitutiua, eſt plurium. Idcirco ergo patet, quòd ſecundum vnum in illa nulla ſequitur relatio communis. Si ergo ſecundum aliquam relationem vnam notionalem ſequatur relatio communis, hoc non eſt niſi ſecundum communem ſpirationem actiuam, quæ eſt relatio pa- n. 4.
tris, & filij, quod tangit quartum argumentũ ſuper quam tamen nulla fundari poteſt relatio communis, quia illa communis ſpiratio, nec eſt, nec relatio eſt, nec vna eſt, niſi ex eo,
quod duorum eſt, vt ſupra declaratum eſt, & q. 1. n. 15
per hoc alio modo in illa eſt communio, quam a. 54. q. 6
in illo ſuper quo debet fundari, aut ad quod a. 60. q. 6.
debet ſequi cõmunis relatio. Id enim ſuper quod 7.
fundatur communis relatio, ſic debet eſſe vnũ plurium, vt in ſingulo illorum, vt ſingulum eſt habeat eſſe, & eſſe vnum, quemadmodum ſubſtantia, quantitas, & qualitas habent eſſe in diuinis perſonis idem numero, & in diuerſis perſonis creatis eadem ſpecie. Non ſic autem habet eſſe relatio ſpirationis actiuæ in patre, & filio, ſed ſolummodo in ambobus, & ambò ſunt vnum ſpirandi principium, & vt in pari voluntate concordes ſunt, & ſunt duo ſpirato-
res, ſecundum quod ſupra eſt expoſitum, & am- ibid.
plius exponetur inferius. Propter quod licet a. 75. q. 7
ad vnum ſecundum ſubſtantiam, quantitatem aut qualitatem in tribus perſonis ſequatur relatio communis, nequaquam tamen ad vnum in ſpiratione actiua communi, & hoc etiam ſi ipſa vis ſpirandi actiua eſt quid abſolutum, ſicut eſt ipſa voluntas concors. Super tale enim abſolutum poteſt fundari relatio illorum cuius eſt ſimul ad alterum ab ambobus, nequaquam tamen ipſorum adinuicem. Quapropter cum huiuſmodi ſpiratio actiua ſit relatio quædam, multo minus poteſt ſuper ipſam fundari relatio communis, quia ſuper relationem inquantum relatio eſt, non poteſt fundari alterius generis, quam ſit illa, ſecundum quod in-
ferius declarabitur. a. 63. q. 3

14. Quod

14. Quod vero in argumento tangitur vltimo de multo in diuinis, quod videlicet ad ipsum debet sequi aliqua relatio communis: sup. n. 2.
Dico, quod ex hoc nihil argui potest, nisi quòd sicut in diuinis ex vnitate substantiæ in tribus personis sequitur identitas, & ex vnitate quantitatis in eisdem sequitur æqualitas, atque ex vnitate qualitatis in eisdem sequitur similitudo, sic à multo, quod est in personis, sequatur vna relatio communis, puta qua vna persona saltem dicatur altera ab altera. Sicut enim quælibet illarum dicitur eadem, æqualis, & similis alteri propter vnitatem substantiæ, quantitatis, & qualitatis in eisdem: sic (vt videtur) quælibet illarum dicitur altera ab altera propter diuersitatem seu alietatem personalium proprietatum, iuxta illud quod dicitur in symbolo Athanasij. *Alia est persona patris, alia est filij persona, alia est persona Spiritus Sancti.* Aliud autem relatiuum diuersitatis est, quæ relatio communis est.

15. Et dico ad hoc, quod diuersitas, siue alietas, quæ est, vel potest esse in diuinis personis ex relationibus proprijs constitutiuis illarum personarum, non est relatio alia secundum speciem, aut genus rei, vel rationis ab illis relationibus quibus constituuntur ipsæ personæ. Alietas enim in diuinis qua pater est alius à filio, non est relatio alia, quam ipsa paternitas eius, & è conuerso alietas, qua filius est alius à patre, non est aliud, siue alia relatio, quam ipsa filiatio eius. Et similiter relatio secundum quam ambo sunt aliæ personæ a Spiritu Sancto, non est alia, quam spiratio eorum actiua, & relatio qua Spiritus Sanctus est alius ab ambobus, non est alia quam eius spiratio passiua. Vt secundum hoc alteritas diuinarũ personarum inter se, non sit aliud, quam distinctio earum suis proprietatibus personalibus, qua contra Sabellianos tollitur personarum confusio secundum personalem identitatem, sicut è contra identitas diuinarum personarum inter se non est aliud, quam communio earum in substantiæ vnitate, qua contra Arrianos tollitur personarum diuisio ab inuicem secundum substantialem diuersitatem. Et hoc contingit vniuersaliter in relationibus fundatis super relationes, quod scilicet non differunt secundum genus, & speciem relationis ab illis super quas fundantur, puta cum in diuinis inter patrem, & filium sit relatio oppositionis, quæ fundatur super paternitatẽ, & filiationem, licet oppositio sit relationis cõmunis secundum nomen, non tamen secundum rem, aut nomen relationis differens ab illis super quas fundatur, quia vt est patris ad filium non differt a paternitate, & vt est filij ad patrem, non differt a filiatione. Nunc autem relatio communis à suo fundamento debet differre in forma relationis, aut vt relatio vna ab alia relatione, aut vt relatio à non relatione.

16. Ad tertium, quod si in diuinis essent plures patres, aut plures filij, essẽt æquales, aut similes per relationes huiusmodi communes, & conformes, quare pater, & filius inter se propter relationes difformes secundum illas sunt inæquales, aut dissimiles. Dico secundum quod dicit Magister primo sententiarũ distinct. 31 *Non secundum quod filius est genitus à patre, æqualis vel inæqualis est patri, nec similis vel dissimilis*, & hoc quia secundum illam relationem non est natus dici talis vel talis, sicut lapis nec est videns, nec cæcus, quia neutrum natus est esse. Sed si per impossibile ponantur esse plures patres, aut plures filij in diuinis, sicut sunt in creaturis, puto esse distinguendum. Quia si huiusmodi relationes cõsiderentur in ordine ad subiectum, vel subiecta in quibus sunt, & quæ referunt, sic dico, quod omnis relatio communis, quæ possit poni fundari super illas relationes, siue fuerit cõformis, qualis esset duorum patrum inter se, aut duorum filiorum, siue difformis, qualis esset filij ad patrem, necessario esset in vtroque extremo eiusdem generis cum illis super quas fundatur, differens ab illis sola ratione, vt iam dictum est de alietate inter personas diuinas. n. 15.
Si vero considerentur in ordine quem habent inter se sub genere relationis, tunc si identitas, æqualitas, & similitudo, aut contraria horum intelligantur fundari super huiusmodi relationes, hoc non esset nisi secundum modum, quo singula in suis generibus habent rationem substantiæ. Et sic se habent in creaturis inter se duæ paternitates, & similiter duæ filiationes fundatæ super potentias actiuas, & passiuas in eadem specie specialissima, sicut differentia numero sub eadem specie. Quælibet enim paternitas super potẽtiã actiuam fundatur, & quælibet filiatio super potẽtiã passiuã, quæ potentiæ sub eadem specie specialissima substantiæ, puta hominis, videntur plus differre quam diuersæ potentiæ secundum species specialissimas in genere potentiæ, licet forte diuersæ sint secundum speciem potentiæ actiuæ, & similiter passiuæ, quæ sunt in diuersis speciebus specialissimis substantiæ, puta in homine, equo, & asino. Et secundum hoc diuersæ species etiam paternitatum, & filiationum in illis, & in eadem secundum speciem specialissimam sunt diuersæ paternitates prædictæ speciei inter se, & similiter diuersæ filiationes. Et sic quemadmodum duo homines sunt ijdẽ, & æquales, & similes secundum speciem humanam, sic & duæ paternitates, & duæ filiationes in hominibus, & ita sicut homo, & equus diuersi, inæquales, aut dissimiles secundum spe-

speciem, sic & paternitas in homine, & equo, & similiter filiatio. Quod bene possibile est in creaturis, eo quod in illis est ratio vniuersalis, & particularis, & sub vno specie plurificato per indiuidua est accipere vnum numero, sed nequaquam potest poni in diuinis, a.43. q.2. quia in illis non inuenitur ratio particularis, nec vniuersalis. Propter quod si duæ essent filiationes in diuinis, non essent eædem specie & per consequens, nec genere, nec numero, nec etiam essent æquales, nec similes identitate, æqualitate, & similitudine, quæ nata est esse in eadem specie scilicet substantiali. Et similiter cum modo sunt in diuinis paternitas, & filiatio, nec sunt eædem numero, nec specie, nec genere, nec diuersæ, igitur, nec aliquid secundum ista diuersum est ab altero numero, specie, aut genere, licet sint quasi indi- a.54. q.3. n.15. uidua diuersarum specierum, vt alias dixi. Et a.59 q.5. n.20. contingit illud, quia non sunt nata esse talia, nec aliqui vel aliqua nata sunt talia, scilicet eadem, æqualia, vel similia dici secundum illa, quia cum inter se opponuntur, necessariò est alietas inter patrem, & filium, similiter inter paternitatem, & filiationem, & si essent in diuinis duo patres, aut duo filij, esset inter illos alietas disparationis tantum.

n.3. 17. Quod arguitur ex dictis August. *non secundum id quod ad patrem dicitur, filius est æqualis patri, quoniam ad patrem filius dicitur, ille autem non filius est sed pater*, ergo si pater esset filius, & essent duo filij in deitate, æquales dicerentur in eo, quod ambo essent filij, & eadẽ ratione similes: Dico, quod conclusio bene sequeretur ex dicto Augustini, si tota causa, quare filius non est æqualis patri, secundum id quod filius dicitur ad patrem, esset quod pater non est filius, sed pater tantum. Si enim ita esset, tunc bene sequeretur, quod si pater esset filius, & essent duo filij in deitate, & vnus illorum esset simul pater, & filius, quod filius esset æqualis patri ex hoc, quod esset filius, sicut est pater, quia in eis, quæ sunt per se, quorum vnum est tota causa alterius, si oppositum est causa oppositi, & propositum propositi. Et sic bene verum est, quod filius secũdum quod dicitur ad patrem, esset æqualis pater, inquantum pater est filius, & è conuerso esset inæqualis illi secundum quod est pater. Sed illud non est tota causa illius, sed pars causæ tantum. Ad hoc enim quod secundum aliquid fundamentaliter sit communis relatio æqualitatis, aut similitudinis, aut identitatis diuersorum re, aut supposito, causa est vna in omnibus, & complexa ex duabus partibus. Quarum vna q.1. n.9. 33. est, quod sit aliquid idem, & vnum in ambobus. Altera quòd illud sit aliquid absolutum. Ergo quod filius non dicatur æqualis patri secundum quòd ad patrem dicitur, quia pater non est filius, verum est, quia deficit vna pars causæ, quæ requiritur ad æqualitatem, & vniuersaliter ad relationem communem, scilicet quod non est aliquid idem, & vnum in ambobus. Sed si pater esset filius, tunc impleta esset ista pars causæ, esset enim filiatio vnum in illis, deficeret tamen alia, quia scilicet illæ filiationes non possent esse fundamenta relationum communium, eo quod relationes sunt & non absoluta, vt dictum est. Et ideo Au- n.15. gust. per hoc quod dicit in suo argumento, bene innuit, quod si pater esset filius, & duo essent in deitate filij, magis accederent duo filij ad æqualitatem, quam pater, & filius, vt videlicet potius filius posset dici æqualis patri secundum id quod ad patrem dicitur, si pater esset filius, quam si alter illorum tantum esset filius, & hoc quia tunc saltem esset aliquid cõmune ambobus inquantum essent filij, non sic autem si pater non esset filius, quia æqualitas requirit fundamentum commune. Et sic pater, & filius potius deberent dici æquales secundum quod sunt duo filij, quam secundum quod sunt pater, & filius. Nequaquam autem insinuat per illud, quod sint æquales nisi minus perfectè intelligentibus naturam æqualitatis. Et idcirco simpliciter tenendum est, quod pater & filius fundamentaliter secundũ paternitatem, & filiationem nequaquam sunt ijdem, nec æquales, nec similes, similiter nec duo filij, aut duo patres tam in diuinis, quam in creaturis, & hoc quia relationes communes non fundantur, nisi super vnum absolutũ existens in diuersis. Etiam secundum duas filiationes aut duas paternitates (si essent in illis) non ijdem dicerentur, aut similes, aut æquales, quia illis non referuntur inter se, vt dictũ n.16. est supra.

18. Et tamen aduertendum est, quod in diuinis relatio, quæ est inter patrem, & filium, magis conformis est relationi diuersitatis, quam identitatis, & etiam plus relationi diuersitatis, & identitatis, quam inæqualitatis, aut dissimilitudinis, & plus relationi identitatis, quam æqualitatis, aut similitudinis, & quod conformitas inter duos patres, aut duos filios magis conformis est identitati, aut diuersitati, quam inæqualitati, aut æqualitati, aut similitudini, aut dissimilitudini, & hoc pro- n.9. pter eandem causam. Quia enim relationes istæ fundantur super potentias actiuas, & passiuas, vt super proxima sua principia fundamentalia, potentia autem actiua, & passiua in diuinis potius nominant sub ratione respectus cuiusdam naturam diuinam, vt est substantia, quam vt quantitas, aut qualitas, vt ideo substantia sit potius fundamentum remotum dictarum relationum, quam quantitas, aut

aut qualitas, propter quod licet ratione fundamenti remoti, quod est substantia vna singularis, relationes paternitatis, & filiationis comparatæ inter se potius conformantur relationi identitatis, & est inter patrem, & filium, quasi eiusdem ad seipsum relatio, vt dicit Boethius sicut exposuimus in 14. Quolibet, in quæstione de relatione actiui ad passiuum in voluntate: Tamen ratione fundamentorum proximorum, quæ sunt potentiæ diuinæ, secundum rationem actiui, & passiui potius conformantur relationi diuersitatis. Et est inter patrem, & filium quasi relatio diuersi ad diuersū, quæ diuersitas explicatur nomine alteritatis, cū dicitur: alius pater, alius filius, eo quod nō est ꝓprie diuersitas sicut nec ꝓprie identitas secundum illas relationes. Quia vero duæ paternitates super potentias actiuas fundantur, & duæ filiationes super potentias passiuas & potentia actiua plus differt à potentia passiua, quam vna potentia passiua ab alia potentia passiua, aut vna potentia actiua ab alia actiua, ideo maior est identitas, in eadem substantia inter duos patres, aut duos filios, habendo aspectum ad fundamenta proxima, quam inter patrem, & filium. Et habendo respectum ad illa inter duos patres aut duos filios est quasi identitas secundum speciem, & diuersitas secundum numerum, licet in diuinis ratione fundamenti remoti quod est substantia, esset identitas secundum numerum, & ideo esset inter illos si essent in diuinis, plus relatio identitatis, quam diuersitatis, & plus quam æqualitatis, aut similitudinis, vt secundum hoc pater, & filius in diuinis potius dici deberent secundum paternitatem, & filiationem diuersæ personæ, quam æquales, aut similes, & similiter duo patres, aut duo filij secundū paternitates, aut filiationes eędem personæ, quasi sub eadem specie, quam æquales, aut similes in forma alicuius speciei.

n.4. 19. Ad quartum, quod vis spiratiua vna est in patre, & filio, quare est relatio communis, aut secundum illam referuntur pater, & filius relatione communi: Dico, quod re vera spiratio actiua communis est patri, & filio secundum superius determinata, & infra amplius declaranda: Sed ad præsens non dicitur relatio communis solummodo, quia communiter conuenit pluribus, sed quia conuenit pluribus, & cum hoc relatis inter se per illam, vt tactum est supra in solutione primi argumenti primæ quæstionis: neque super spirationem communem potest fundari communis relatio, vt iam declaratum est in solutione secundi argumenti.

(a.55.q.4. n.8 a.59 q.4 n.30 a.60.q.6 n.25. — n.15. — sup n.13)

n.5. 20. Ad quintum de amicitia, & societate, & cæteris huiusmodi. Dico, quod cum omnia talia fundantur in amore, qui qualitas est in creaturis, & hoc vel secundum primam, vel secundum tertiam speciem qualitatis, qui etiam non nisi rationem qualitatis habet in diuinis, idcirco omnis talis relatio refertur ad genus relationis communis, quæ est similitudo. Amici enim inquantum amici, similes sunt, & similiter socij, & non æquales, nisi prout in eis considerantur gradus conformes, quemadmodum qui æqualiter se diligunt, æqualiter amici sunt, sicut qui æqualiter calorem participant, æqualiter calidi sunt.

✠

Conclusiones ex Quæstione Tertia, Articuli Sexagesimi secundi.

1. *Nec in diuinis, nec in creaturis possunt esse plures relationes communes, quam tres.* n. 7.
2. *Tot sunt tantum in eis, scilicet identitas, æqualitas, & similitudo.* ibid.
3. *Eorum contraria sunt, diuersitas, inæqualitas, & dissimilitudo.* ibid.

QVAE-

QVAESTIO QVARTA.

Vtrum omnes relationes communes sint relationes secundum rem, an secundum rationem.

CIrca quartum arguitur, quod relationes communes in creaturis sunt relationes secundum rationem, & non secundum rem, sic. Super illa quæ non habẽt inter se habitudinem, siue ordinem nisi attributalẽ, non fundantur relationes reales, quia relationes reales non sunt nisi habitudines essentiales relatorum, aut non sunt sine illis, vt patet in actiuis, quæ patenter adinuicem se habent per potentiam actiuam, & passiuam essentialiter, & in mensurato, de quo patet, quod essentialiter se habet ad mensuram. (inf. n. 9.) Vnde quia mensuræ nullus est ordo essentialis, siue habitudo ad mensuratũ, sicut est è conuerso, nec (a. 29. q. 6 n. 6.) vniuersaliter Dei ad creaturas, sicut est è conuerso. (a. 15 q. 3 n. 10) idcirco nulla est relatio realis mensuræ ad mensuratum, nec vniuersaliter Dei ad creaturas, (a. 63. q. 1. n. 10.) sed indiuidua sub eadem specie specialissima, substantiæ scilicet quantitatis, aut qualitatis, in quibus fundantur relationes communes, puta hæc substantia, & illa, in quibus fundatur identitas, aut diuersitas, hoc quantum, & illud, in quibus fundatur æqualitas, aut inæqualitas, hoc album & illud, in quibus fundatur similitudo, & dissimilitudo, nullum ordinem neque habitudinem habent inter se, (a. 60. q. 3 n. 33.) nisi accidentalem, quia inter illa quæ sunt sub eadem specie, nulla est habitudo siue ordo essentialis, secundum Comment. 3. Metaphys. (c. 13. to. 3) & secundum ipsum Philosophum 5. eiusdem, ergo &c.

2. Quod autem relationes communes in diuinis sint relationes secundum rem, & non secundum rationem, arguitur sic. Vnum quodque verius habet esse vbi est secundum rem, quam vbi est secundum rationem tantũ. (a. 21 q. 3. n. 5. a. 27. q. 1 n. 24 t. 8. to. 3.) Ens enim secundum rationem quod est ens secundum animam, est ens diminutum secundum Philosophum 6. Metaphysicæ. Ens vero secundum rem, est ens perfectum: sed relationes communes prædictæ verissimè habent esse in diuinis, & perfectissimè, quia in diuinis est verissima, & perfectissima identitas, similiter æqualitas, & similitudo, (n. 16.) vt infra videbitur ergo &c.

3. Item Gregorius dicit in præfatione de Trinitate. *In essentia vnitas, in personis proprietas, & in maiestate adoretur æqualitas*, nihil est autem adorandum nisi sit res, aut reale, ergo &c.

4. Item relationes secundum rationem, conueniunt Deo de nouo, & ex tempore, sicut patet cum dicitur Dominus, & creator, sed relationes communes conueniunt Deo, & diuinis personis ab æterno, & non de nouo, & ex tempore, quia pater, & filius sicut ab æterno sunt, & fuerunt pater, & filius, sic ab æterno sunt, & fuerunt ijdem, æquales, & similes, ergo &c.

5. Item relatio secundum rationem potest abesse illi, cui inest absque sui mutatione, sicut potest adesse, puta sicut Deus de non Domino potest fieri non Dominus absque sui mutatione, sic de Domino potest fieri Dominus sine sui mutatione, sed Deus sine sui mutatione non potest secundum relationem communem de eodem, æquali, aut simili fieri non idem, non æqualis, aut non similis, ergo &c.

6. In contrarium est Philosophus de creaturis 5. Metaphysicæ vbi dicit. *Omnia quæ dicuntur modo numeri, & potentiæ, sunt relatiua*, (t. 20. to. 3) *quia eorum essentia dicitur ad aliquid* idest secundum Comment. (ib. vol. 8.) *quia relatio est in substantia siue in essentia vtriusque*. Talia autem sunt relationes secundum rem, & non secundum rationem tantum, & intelligit per relationes modo numeri, relationes communes, quia omnes sequuntur vnũ, & multum, vt infra videbitur, (a. 65. q. 1.) ergo &c.

7. In contrarium est etiam de Deo, quod in diuinis non sunt relationes reales, nisi notiones sint, & distinctiuæ personarum, quales non sunt relationes communes, quia sunt personarum iam distinctarum, ergo &c.

8. Dico, quòd relationes duplicem ordinẽ habent. Vnũ ad sua opposita relatiuè, puta paternitas ad filiationem, & è conuerso. Alium ad sua subiecta siue ad relata per ipsas, in quib⁹ habent principia sua causatiua, & fundamentalia, de quibus est sermo inferius. (a. 65. 66. 67.) Secundum primum ordinem relatio omnis habitudo quędam est relatorum alterius ad alterum, (a. 55. q. 6 n. 6.) quam dupliciter contingit esse inter illa. Vno modo quia vtralibet earum est alterius simpliciter. Alio modo quia est alterius sub modo determinato. (a. 65. q. 2 n. 5.) Et isto secundo modo sunt relatiua aliqua secundum dici tantum, quæ secun-

dum rem sunt in alijs prædicamentis, sic enim caput dicitur capitati caput, quia scilicet est pars illius, & capitatum capite capitatum, quia est totum illius. Primo autem modo sunt relatiua secundũ esse, & isto modo relationis esse non est nisi ratio quædam, qua (vt alias declarauimus) distinguitur prædicamentum relationis contra prædicamenta absoluta. Et est ista ratio eadem, & vniuoca omnibus contentis sub prædicamento relationis, seu pertinentibus ad illud, & in Deo, & in creaturis, nec ex parte illius cadit aliqua distinctio relationum aut secundum rem, aut secundum rationem, neque secundum genus, aut speciem, aut aliquo alio modo.

q. 1. n. 4. a. 32. q. 5. n. 22. & seq. a. 63. q. 1. n. 7. q. 3. n. 4.

9. Secũdũ ordinẽ quidẽ sm̃, relationis esse est realitas quędã naturę, aut rõnis qua habet ab alio esse, & sm̃ illud habet vlterius ad aliud esse, & hoc modo per se vel per accidens, secundum enim quod dicit Com. super 10. Met. *relatiuũ est duobus modis, quorũ vnus est illud qđ est relatiuũ per se, & alius per aliud, scilicet quia aliud cõparatur ad ipsũ. Sensatũ enim, & intellectũ sũt relatiua quia intellectus, & sẽsus qua sunt relatiua. nõ p se cõparãtur ad ipsũ, & p se nõ sũt relatiua.* Sed realitas illa non est propria prędicamẽto relationis, nec habet eam relatio à ratione sui prędicamenti, sed solummodo ab alijs prędicamentis, super quæ fundatur totum prædicamentum relationis, & a quibus oritur, & causatur, & per quæ etiam distinguitur secundum genus, & speciem, & numerum in contenta sub se, vt similiter alias declarauimus, & amplius declarabitur inferius. Ad quam distinctionem pertinet differentia inter relationes secundum rem, & secundum rationem, quæ sunt relationes per se. Appellantur enim relationes secundum rem illæ quæ totaliter, & completiue habent esse, & causari ab aliquo quod naturaliter, & realiter habet esse in subiecto, siue relato super quod fundatur in illo, vt paternitas in patre super potentiam actiuã eius, quod est formale in illo, & filiatio in filio super potentiam passiuam, quod est materiale in illo, vel quasi materiale. Propter quod talis relatio dicitur realis realitate naturæ. Appellantur autem relationes secundum rationem illæ quæ totaliter, aut saltem completiue habent esse, & causari à consideratione rationis secundum modum iam exponendum non autem ab eo quod naturaliter, & realiter habet esse in subiecto relato. Propter quod talis relatio dicitur rationalis, & non realis simpliciter, sed re rationis tantum. Et sumitur differentia illa ex dicto illo Philosophi 5. Metaphysicæ. *Omnia quæ dicuntur modo numeri, & potentiæ, sunt relatiua, quia essentia eorum dicitur ad aliquid, & non quia aliud dicitur ad illa.* Et (vt dicit Comment.) *intendebat, quod relatio duobus modis est, aut in substantia vtriusque relatiuorum, aut in substantia alterius tantum, & in altero propter istud,* scilicet in cuius substantia est per se. Est autẽ relatio in substantia vtriusque relatiuorum quando relatiua habent in se realiter super quod fundatur relatio, & ex hoc essentia illorum dicitur ad aliquid dici. Propter quod relatiua etiam dicuntur realiter referri adinuicem, & relationes eorum esse reales, vt contingit in actiuis, & passiuis, & illis quæ sunt modo numeri, aut in altero tantum, vt in mensurato quod realiter, & relatione reali refertur ad mensuram, & non mensura ad illud, nisi quia illud refertur ad mensuram. Non enim in mensura est quo referatur ad mensuratum, sed solummodo in consideratione intellectus, qua mensura refertur ad ipsum sub ratione mensurati consideratum, & cõuerso id quod est mensura referri ad mensuratum sub ratione mensurantis.

a. 15. vo. 8 a. 16. q. 3. n. 9. a. 41. q. 3 n 8 a 54 q 6 n 11 a. 31. q. 6 n 19. a. 64. q. 3. n 1. a 56. q 1. n 5. a 67. q 3. a 71. q 1. a 51. q 6 n 6 a. 64. q. 1. n. 11 a. 63. q. 2. n. 6. t. 20. to. 3 ib. vol. 8.

10. Ad quæstionem igitur descendendo, dico, quod relationes communes quando fundantur ex natura rei in subiectis, & fundamẽtis suis, tunc sunt reales, vt contingit vniuersaliter in creaturis quo ad æqualitatem, & similitudinem, & quo ad identitatem specie, aut genere. Quando autem non sunt in subiectis completiue nisi ex consideratione rationis, vt contingit vniuersaliter in diuinis, quo ad omne genus relationis communis, & etiam in creaturis, quo ad identitatem numeralem, secundum quod hæc omnia declarabũtur inferius in sequentibus tunc sunt relationes rationales. a. 34. q. 2. n. 2. a. 64. q. 3 n. 15.

11. Et secundum hoc concedendæ sunt duæ vltimæ rationes. n. 6. 7.

12. Ad primum in oppositum, quod indiuidua sub eadem specie in quibus fundatur identitas, æqualitas, & similitudo non habent habitudinem, neque ordinem essentialem inter se, quare nec illæ relationes. Dico, quod indiuidua sub eadem specie dupliciter comparantur adinuicem. Vno modo, vt simpliciter considerantur secundum se. Alio modo vt continentur sub communi specie, & in se illam partitam continent. Et primo modo nullum inter se habent ordinem, & habitudinem secundum Philosophos, nec fundantur super illa communes reales relationes dictæ, vt procedit obiectio. Secundo autem modo habent inter se habitudinem essentialem scilicet per habitudinem essentialem conueniẽtiæ, quam habent ambo ad communem speciem, in qua sunt vnum specie, quod habent in se plurificatum secundum numerum, & hoc modo bene in creaturis fundantur super indiuidua eiusdem speciei tales habitudines prædictæ, & hoc quia omnes causantur ab vno, non vt vnicum, siue genere, siue specie, siue nu-

n. 11. a. 60. q 3. n. 33. q. 1. n. 19 q 3. n. 9.

numero, sed vt vnum genere plurificatum est per vnum, & vnum secundum speciem, vel vt vnum specie plurificatum est per vnum, & vnum secundum numerum, vel vt vnum numero secundum rem plurificatum est per vnū & vnum secundum rationem, vt inferius ex-
a.65. q.1 n.10 q.3. n.6.
ponetur. Et per hunc modum relationes cōmunes fundatæ in creaturis super vnum genere, vel specie, bene possunt esse reales, licet fundatæ super vnum numero, semper sint rationales in creaturis, sicut & in diuinis. Relationes autem dictæ contrariæ, scilicet diuersitatis, inæqualitatis, & dissimilitudinis, quæ in solis creaturis inueniuntur, fundatæ super multum, quia ex natura ipsarum rerum sem-
a.65. q.1 n.19 q.3. n.5.
per fundantur in illis, semper sunt relationes secundum rem, secundum quod hæc inferius declarabuntur.

13. Sed contra hoc arguitur ex eo quod
pręd. c.3. to.1.
dicit Porph. *Genus ad species habitudinem habet. Species autem ad indiuidua nullam.* Dico, quod verum est loquendo de habitudine ar-
Ibid.
tificiali, quia *descendentes à genere vsque ad indiuidua, iubet Plato quiescere*, ea videlicet de causa, quia de indiuiduis non est ars, neque scientia. Non autem verum est de habitudine naturali, naturalem enim habitudinem habent indiuidua ad speciem, & sunt vera subiecta naturæ, licet non artis, aut scientiæ.

n.2.
14. Ad secundum, quod dictæ relationes in diuinis sunt reales, quia verissimè habent esse in illis: Dico, quod relationum secundum rationem quędam sunt omnino secundum rationem, & originaliter, & completiue, quædam etiam originaliter habent esse a rebus, & in rebus, sed completiue a ratione, & in ratione. Eorum autem quæ omnino sunt secundum rationem, quædam sunt secundum rationem, & quo ad ipsa respectus relationum, & quo ad relata atque fundamenta relationum in relatis. Quædam autem non quo ad relata, aut fundamenta in illis, sed solum quo ad respectus relationum oppositarum, & hoc vel quo ad respectus vtriusque relationum oppositarum, seu in diuersis, seu in eodem, vel alterius tantum.

15. Primo modo secundum rationem sunt relationes non entium inter se, vel non entia ad ens. Quæ naturam habent entitatis secundo modo, sunt relationes secundum rationem quo ad respectus vtriusque relationum op-
a.55. q.6 n.7. a.63. q.2. n.7. a.64. q.1 n.7.
positarum, vel quo ad alterum tantum. Primo modo relationes oppositæ habent esse in diuersis, vt si aliquis habeat vnam columnam à dextris suis, & aliam a sinistris, comparando illas columnas inter se secundum ordinem, quem habent ad dextrum, & ad sinistrum in animali, vna dicetur dextra alteri respectu alterius, & altera è conuerso sinistra. In eodem autem habent esse huiusmodi relationes dupliciter, vel in ordine ad eundem, quemadmodum imago hominis habet in se dextrum, & sinistrum in ordine, & consideratione ad dextrum, & sinistrum in homine cuius est imago, vel in ordine ad diuersos, quemadmodum columna existens inter duos homines dextra est in ordine ad vnum, & sinistra ad alium, & sic in se habet secundum rationem, & dextrum & sinistrum.

16. Quoad respectum alterius relationum oppositarum tantum, sunt relationes omnino secundum rationem dupliciter. Quia quędā sunt secundum rationem, quia alterum est ad ipsum secundum rem, quemadmodum mensura dicitur relatiue ad mensuratum quia mensuratum dicitur ad illam secundum rem, & sicut scibile ad scientiam, quia scientia dicitur ad scibile secundum rem. Quædam vero sunt secundum rationem non quia alterum dicatur ad ipsum secundum rem, sed quia cōsideratur in ordine ad illud, quod est secundū rem, quemadmodum columna, quæ est a dextris animalis, dicitur animali sinistra, & dicitur relatiue ad dextrum animalis, & è conuerso animal dextro suo dicitur secundum rationem relatiue ad sinistrum columnæ, quia illud secundum rationem dicitur ad animalis dextrum, quod relatiue dicitur ad sinistrum in eodem secundum rem. Et sunt omnes istæ relationes secundum rationem totaliter, & verum est de omnibus istis quòd non habent nisi diminutam rationem esse, siue entis, sed de numero talium non sunt relationes communes in Deo, quia omnes originaliter habent esse in re quæ est natura diuina, & ab ipsa, sed completiue à ratione. Hoc enim modo idem in Deo originaliter fundatur super naturam diuinam inquantum substantia habilis est, & apta naturaliter, vt circa ipsam consideretur personarum identitas, & similiter fundatur in ipso æquale super quātitatem, simile super qualitatem, siue super diuinam naturā inquantum est quantitas, & qualitas. Propter quod tales relationes in Deo licet habeant esse diminutum quo ad suum esse completum, quia habent illud à ratione, & in ratione tantum, tamen inquantum originaliter habent esse suū a natura rei, verissime habent esse in Deo, & verius, licet in eo sint tantum rationales, quā habeant esse in creaturis, in quibus sunt omnino reales, quanto verius in Deo, quam in creaturis habet esse natura, & vnitas ipsius naturę habens rationem substantiæ quantitatis, & qualitatis, in qua originaliter fundantur, & per hoc quoquo modo originaliter habent esse à natura rei, & quodammodo sunt relationes secundum rem, aut eis multum vicinantur, & mediæ sunt inter illas, quæ omnino

q.2. n.10 23. a.64. q.2 n.1.

ſunt reales, & illas quæ omnino ſunt rationales, & quo ad hoc relationes communes veriſſime habent eſſe in Deo, & eſſet hæreticus cenſendus, qui negaret identitatem, æqualitatem, aut ſimilitudinem diuinarum perſonarum, ſicut qui negaret eius ſubſtantiam, magnitudinem, aut bonitatem, licet completiue ſint rationales, & quo ad hoc verius habent eſſe in creaturis, in quibus ſunt reales, quam in Deo.

a.7o q.1 ad 5.

n.3. 17. Per idem patet reſponſio ad tertium, quòd æqualitas eſt adoranda, & eadem ratione ſimilitudo, & identitas, quæ ſunt res, aut reale quid. Dicendum, quòd verum eſt inquantum ortum habent originaliter à re. Aliter autem non, quia completiue ſunt rationales, per quod diſtinguuntur contra omnino reales. Relationes enim ſecundum rem, & ſecundum rationem diſtinguimus ſecundum eſſe ſuum completiuum. Propter quod relationes communes in diuinis non dicimus reales, quia completiue ſunt à ratione.

n.4. 18. Ad quartum, quòd relationes ſecundũ rationem non conueniunt Deo niſi ex nouo, & ex tempore, iſtæ autem conueniunt ei ab æterno. Dico, quòd omnes relationes, quæ Deo conueniunt per ſe ſiue ſecundum rem, ſiue ſecundum rationem, ab æterno ei conuenerunt. Sed in illis, quæ ſunt in eo ſecundum rationem, bene contingit noua nominatio ex tempore iuxta realem nouitatem in creatura, ſecundum quòd hoc alias latis declarauimus. Et sic non eſt verum, quòd per iſtam diſtinctionem ab æterno, & ex tempore ſiue de nouo diſtinguantur ſecundum rem, & ſecundum rationem. a 3o.q.4. n.22.

19. Per idem patet ad quintum, quòd dictæ relationes non poſſunt Deo adeſſe, & abeſſe, ſicut poſſunt relationes, ſecundum rationem. Dicendum, quòd nulla relationum adintra vnquam in Deo potuit ei abeſſe, nec vnquam ei abfuit aliqua quam haberet adextra, aut abeſſe potuit, ſed verum eſt, quòd nominatio quam habet, aut habuit, poteſt, & potuit ei abeſſe, & ſic neque etiam penes talem diſtinctionem diſtinguuntur in Deo relationes ſecundum rem, & ſecundum rationem. n.5.

Concluſiones ex Quæſtione Quarta, Articuli Sexageſimi ſecundi.

1. *Relationes communes, quando fundantur ex natura rei in ſubiectis, & fundamentis ſuis ſunt relationes reales.* n. 10.
2. *Quando non ſunt in ſubiectis completiuè niſi ex conſideratione rationis ſunt relationes rationales.* ibid.

A R

ARTICVLVS SEXAGESIMVS TERTIVS.

De tribus generibus relationum communium in comparatione. In Tres Quæſtiones diuiſus.

SEquitur de tribus generibus relationum communium in comparatione.

Et primò in comparatione ad alia genera relationum, quæ ſunt in potentijs, & in menſuris.

Secundo in comparatione ipſarum inter ſe.

Tertiò in comparatione ipſarum ad ſua principia.

Circa primum tria. Quorum.

Primum eſt. Vtrum habitudo relationum communium differat ab alijs in alijs duobus generibus relationum.

Secundum. Vtrum relationes communes differant ab illis ſecundum rem, aut ſecundum rationem.

Tertium. Vtrum ab illis diſtinguantur ſecundum genus, aut ſpeciem.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum habitudo relationum communium differat ab alijs in alijs duobus generibus relationum.

CIrca primum arguitur primò, quòd relationes communes non differant ab illis, quæ ſunt in potentijs, ſic: in actiuis, & paſſiuis ſecundum potentiam actiuam, & paſſiuam non referuntur aliqua inter ſe, niſi quia forma, & diſpoſitio agentis communicata eſt paſſo per actionem vnius, & paſſionem alterius, puta calefaciens non refertur ad calefactum per potentiam actiuam, & paſſiuã, niſi quia paſſo communicata ſit forma caloris, quæ fuit in agente, ſicut generans non refertur ad generatum, niſi quia generato communicata eſt forma generantis, ſed ex hoc quod calefacto communicata eſt forma caloris, non referuntur calefaciens, & calefactum niſi ſecundum ſimilitudinem, ex hoc vero, quòd genito communicata eſt forma ſubſtantialis generantis, non refertur generans ad generatum niſi ſecundum identitatem, aut ſimilitudinem eſſentialem, non eſt ergo aliud referri per potentias actiuas, & paſſiuas, quam per identitatẽ, & ſimilitudinem, ergo &c.

2. Similiter, quòd communes relationes etiam non differant ab illis, quæ ſunt in menſuris, arguitur ſic, relatio per actum menſurandi non eſt niſi inter menſuram, & menſuratũ, ſicut relatio potentialis non eſt niſi inter calefaciens, & calefactum per actum calefaciendi, ſed inter eadem, æqualia, & ſimilia non eſt relatio niſi per actum menſurandi, quia non dicuntur aliqua eadem, niſi quia menſurantur vno in ſubſtantia, nec æqualia, niſi quia menſurantur vno in quantitate, nec ſimilia, niſi quia menſurantur vno in qualitate, & è contrario non dicuntur aliqua diuerſa inæqualia, a.65.q.3

aut

aut dissimilia nisi quia mensurantur multo, vt infra videbitur, ergo &c.

a.62. q.1 n.11. n.7. 3. In contrarium est Philosoph. in 5. Metaphysicæ, vt tactum est supra, & consequenter amplius exponetur, ergo &c.

a.63. q.1 4. Supposito ex iam declaratis, quod sint aliquæ relationes communes, & cum hoc etiã supposito, quod sint aliæ relationes non communes, dico, quod ex his duobus sequitur, quod sunt diuersæ inter se. Sunt enim diuersę in eo quod sunt plures, quia ex quo sunt plures, non sunt eædem, quia idem sequitur ad
n.22. a.63. q.1 vnum, vt infra dicetur. *Diuersum autem sine aliud, & idem dicuntur secundum opposita in situ,*
t.11.to.3 vt dicit Philosophus 10. Metaphysicæ, & hoc
ib. vol. 8. ideo vt dicit Comment. ibidem, quia *cum alterum ponitur, aufertur reliquum*. Sed quamuis sunt diuersæ, quod satis patet ex pluribus prędicamentis, nec de hoc debet hic fieri quæstio per se, quia tamen omnes conueniunt in genere relationis, ideo sequitur articulus ille ad inuestigandum quibus, & quo modo sub communi genere relationis sunt diuersæ, quod importat nomen differentiæ. Vt enim dicit
c.5. te. 22 Philosophus 10. Metaphysicæ, *quod differt ab aliquo per aliquid differt*, & necesse est, vt sit aliquid idem per quod non differant. Diuersum autem non oportet, quòd in aliquo conueniat, quia vt dicit ibidem exponendo textum Philosophi. *Omne*. Comment. *Idest omnia aut entia, aut est diuersum aut idem*. Boethius tamẽ extendit differentias ad diuersum, vbi dicit
ad med. de Trinitate. *Vbi nulla est differentia, nulla est omnino pluralitas*.

6. Ad videndum autem differentiam esse aliquam inter se trium generum relationum continentium omnes relationes, & per hoc relationum communium ab alijs esse differentiam aliquam, & quam vel qualem, oportet primo videre ortum, & originem generum talium trium relationum a suis principijs causatiuis, & fundamentis, & ordinem illorum inter se.

q.1 n.4. & seq. 7. Dico ergo, quòd cum (vt inferius declarabitur) relatio non sit nisi respectus quidã cũ habitudine, vel habitudo cum respectu diuersorum relatorum inter se, *quia esse relatiuorum*
a.54. q.4 n.9. *est ad aliud se habere* & sic habitudo siue respectus relationis non est nisi plurium inter se
q.5. n.5. relatorum omnis autem pluralitas, siue multitudo procedit ab vno, & omnis processio ab vno siue vnius, siue plurium est illius vnius, vt à quo, & alterius seu aliorum, vt qui ab alio. Talis autem processio necessariò est secundum rationem producentis, & producti, siue pro-
q.3 n.12 & seq. ductiui, & productibilis. Primum ergo genus relationis necessario est secundum rationem producentis, & producti, siue secundum rationem productiui, & productibilis. Quod quidem genus relationis est existens in potentijs actiuis, & passiuis, de quibus Philosophus distinguens tria genera relationum in exemplis
dicit sic in 5. Metaphysicæ. *Quoddam dicitur sicut calefaciens ad calefactum, & abscindens ad abscissum, & omne agens ad patiens*, & post pauca. *Passiua autem, & actiua per potentiam actiuam, & passiuam, & actiones potentiarum, sicut calefactiuum, quod calefacit, quia potest, & etiam calefaciens ad illud, quod calefacit, & abscindens ad illud quod abscindit*. Commentator. *Idest* t.10.to.8
quoddam genus relatiuorum est in potentijs actiuis & passiuis, non enim acquirit calefaciens hanc dispositionem, nisi respectu illius, quod calefacit, & ib. vol. 8.
infra. *Relatiua autem collocata in genere actionis, & passionis, sunt relatiua per potentias existẽtes in eis*. Et sumit ib. Philosoph. actiuum, & passiuum large, vt iam dicetur, & quia modus n.13.
ille relationis consistit in ordine principij ad principiatum, ad ipsum pertinet omnis relatio notionalis in diuinis.

8. In eis autem quæ se habent adinuicem sicut principium ad principiatum, cum contingit, quod principiatum in creaturis vniuersaliter deficiat naturaliter à perfectione formę quæ est in ipso principio, nec possit illam attingere, sed ipsa est in principiato respectu esse illius, quod habet in principio per modum cuiusdam imitationis, & gradus inferioris, ex hoc a primo genere relationis, quod scilicet est in actiuis, & passiuis, oritur genus relationis q.3.n.12
secundum, quod consistit in mensurantibus, de quo dicit Philosophus ibidem. *Et quod-* ib.
dam dicitur sicut mensuratum ad mensuram, & scitum ad scientiam, & sensatum ad sensum.

9. Et fundatur hoc genus relationis realiter in forma producti non ratione, quæ est forma simpliciter, & conformis formæ sui principij, sed ratione gradus determinati in quo est producta non secundum æqualem, sed secundum inferiorem perfectionem, quam sit in suo principio.

10. Et secundum istum modum in producto ponentem gradum, nulla est realis relatio in diuinis ab intra, quia in illis nulla est productio nisi per omnimodam ęqualitatem producti ad producentem, licet aliqua sit in illis relatio secundum rationem mensuræ, & mensurati, vt infra declarabitur. Et quia creatura q.2. n.14
talem relationem secundum rem habet ad q.3. n.21
Deum sicut mensuratum ad mensuram, & conuerso Deus habet relationem correspondentem ad creaturam secundum rationem sicut mensura ad mensuratum. Deus enim est mensura omnium creaturarum, excedẽs, & hoc inquantum immensa perfectio diuinæ formæ a.67. q.2
non est in creaturis nisi per quandam partici- n.21.
pationem eius in gradu determinato. a.68. q.5.

11. Et ad instar talis relationis inter Deũ, n.7.

&

& creaturam eſt relatio talis inter diuerſas creaturas ſecundum diuerſos gradus, in quibus vna alteri ſupereminet, & ſupereminens ſemper rationem menſuræ naturalis habet reſpectu illius, cui ſupereminet, & hoc abſque omni productione menſurati a menſura. Et in creaturis rationem talis menſuræ primo & principaliter habet vnum reſpectu numeri, quia vt dicit Philoſophus in 10. Metaphyſicę,
te.3. *ex hoc dicitur menſura in alijs rebus*. Commen.
co. 12. *Ideſt ex hoc vno numerali fuit tranſumptum hoc nomen menſura ad quodlibet eorum quæ dicuntur menſura*, ſed diuerſimode. Vt enim dicit in 5. eiuſdem, *non vnum in omnibus generibus eſt idem. In quibuſdam enim tonus eſt vnum, & in quibuſdam vocale eſt vnum, &c.* Commentator. *Ideſt vnum in omnibus generibus non eſt eiuſdem naturæ, ſed in quolibet genere differt à ſe in alio*.
c.4. Et vt dicit ſuper 10. *non eſt ſuper vna menſura in quolibet genere, ſed inuenitur in vno genere plus quam vna menſura, ſed maior menſuratur per minorem*. Et præter huiuſmodi menſuram naturalem eſt quædam alia menſura artificialis per hominum inſtitutionem, de qua dicit
c.13. Comment. prius in eodem 10. *Cum homines voluerunt menſurare in iſtis rebus, poſuerunt vnū per inſtitutionem, & inſpexerunt, quod eſſet valde ſimile vni numerali, & acceperunt illud, quod non recipit magis, & minus in ſenſu, ſicut fecerunt in ponderibus, quæ fundantur ſuper grana hordei, & in omnibus accipiunt vnam menſuram indiuiſibilem ſecundum ſenſum, ſimilem menſuræ naturali, ſcilicet vni numerali*. Vnde patet, quod omnis menſura rationem vnitatis, & ſimplicitatis habet reſpectu menſurati, & menſuratum in ſe ſemper habet rationem alicuius compoſitionis, & numeri reſpectu menſuræ, ſicut, & omnis creatura reſpectu Dei. Et ſic vniuerſaliter iſte ſecundus modus eſt inter menſurā & menſuratum, ſicut inter vnitatem, & numerum. Omnis enim menſura vnitatem, & ſimplicitatem habet reſpectu menſurati, & omne menſuratum reſpectu menſurę compoſitionem, & numerum habet in ſe.

12. Ab iſto autem modo ſecundo relationis qui conſiſtit generaliter inter vnitatem, & numerum, & hoc quo ad ſubſtantiam numeri, procedit tertium genus ſiue modus relationum, qui conſiſtit in comparationibus, & accidentibus numerorum, quemadmodum accidens procedit à ſubſtantia. Et continet hoc tertium genus relationum omnes relationes communes, de quibus dicit Philoſoph. 5. Me-
te.20. taphyſicæ. *Quædam dicuntur relatiua, ſicut duplum ad dimidium, &c.* Et diſtinguendo iſtos duos modos ſcilicet ſecundum, & tertium,
ibid. ſubdit. *Omnia iſta dicuntur relatiua per numerum, & per accidentia numeri*. Comment. *Ideſt omnia relatiua numeri, & vnius ſunt relatiua, aut quia ſunt in ſubſtantia ipſius numeri, aut quia ſunt in accidentibus numeri. Et accidentia numeri ſunt minus, plus, addens, & diminuens, æquale, & inæquale, & ſimilia*. Numeri autem ſecundum ſubſtantiam ſunt vnum, duo, tria, quatuor, quinque, & deinceps, ſub quibus comprehenditur vnitas. Propter quod enumeratis iſtis relationibus, quę ſunt in accidentibus numeri, ſubdit. *Et vnum eſt principium numerorum, & menſura eorum*. Commentator. *Ideſt* ibid.
& vnum ſecundum quod eſt principium numerorum, & menſura eorum, concluditur etiam in relatiuis quæ ſunt in numero, licet alio, & alio modo numerus, & vniuerſaliter menſuratum refertur ad vnitatem, & menſuram, & è conuerſo vnitas & vniuerſaliter menſura ad menſuratum, quia ſcilicet vnum, & vniuerſaliter menſura dicitur relatiue ſecundum rationem ad menſuratum, quia menſuratum ſiue numerus dicitur relatiue ſecundum rem ad illam. Vnde aſſignando quo ad hoc differentiam aliarum relationum ad illam quæ eſt menſuræ ad menſuratum, dicit. *Omnia quæ dicuntur modo numeri*, &c. vt ſupra in præcedenti quæſtione. n.9.

13. Eſt autem hic aduertēdum, quod modus relationum communium, quem nos iam poſuimus tertium, Philoſophus 5. Metaphyſ. t.20.
ponit primum, ſed ipſe reſpicit ad facilitatem doctrinæ, quia enim nobis notior eſt relatio communis, quam illa, quæ eſt in actiuis, aut in menſuris, ideo illam præpoſuit. Nos autem aſpicientes ad naturam rei ſecundum ordinē prædictum, præponimus relationem, quæ eſt in actiuis, & paſſiuis, & ſic relatio in menſuris ordine doctrinæ vltima eſt, quia difficilior, & ordine naturæ media. Quod dixerim ne aliqui æſtiment me contraria dixiſſe in eo, quod in quæſtionibus de Quolibet ſequendo ordinem doctrinæ ſecundum proceſſum Philoſophi, dixi, quod primus modus relationis eſt ille, qui eſt modo numeri ſcilicet relationum communium. Nunc autem dico ſequendo naturam rei, quod ille vltimus eſt, ſeu tertius. quodl. 3. q.4.

14. Ad videndum autem clarius quomodo a dicto genere ſecundo relationis deriuatur iſtud tertium, aduertenda ſunt primo quędam de oppoſitione vnius, & multi. Secundo qualiter ab vno, & multo, quæ ſunt ſecundo genere relationis oppoſita relatiuè, deriuantur illa quæ ſunt relatiua tertio genere.

15. Circa oppoſitionem igitur vnius, & multi, ſciendum eſt, quod vt dicit Philoſophus in 10. Metaphyſicæ, *vnum, & multum opponuntur multis modis*, vbi dicit Comment. te.9.
Intendit quod opponuntur magis quam ſecundum vnum modum. ibid.

16. Ad ſciendum autem diuerſos modos oppo-

oppositionis vnius,& multi,attendendum est, a.11.q.1 n.17. quod vnum siue vnitas secundum rationem sui nominis à negatione imponitur, quia significat rē sub rōne indiuisionis. Multū aūt è cōtrario significat rem sub rōnē diuisionis, dicente Philos. in eodem. *Quod diuiditur dicitur multum. Illud autem quod non diuiditur, dicitur* ibid. *vnū secundū* ꝙ *non diuiditur.* Commet. *Vnum indiuisibile, multum autem est diuisibile.* Et secūdum rationem huius diuisionis, & indiuisionis vnum,& multum opponuntur, & hoc duplici oppositione. Vna scilicet qua quæque res in se vna existens diuiditur ab alia re. Alia vero qua res aliqua ab alia diuisa diuiditur infra semetipsam.

17. Prima quidem diuisio est multorum inquantum multa sunt siue plura,quæ ad nullam vnitatem redacta sunt inquantum huiusmodi,& hoc siue illa plura nata sint in aliquā vnitatem numeralem naturalem redigi, aut per se,vt materia,& forma in composito, & plures vnitates in numero eodem naturali, aut per accidens,vt scientia,& accidens in cōposito ex vtroque,aut plura accidentia in eodem subiecto, siue illa plura non sint nata reduci in vnitatem numeralem naturalem, vt Deus,& creatura,quæ nullo in vnitatem reducuntur,aut duo Angeli,qui tamen reducūtur in vnitatem numeri essentialis,qui numerus formalis dicitur, licet non reducantur in vnitatem numeri naturalis, qui numerus materialis dicitur.

18 Quæ secundum istam primam diuisionem sunt multa, nequaquam sunt vnum, aut ens indiuisum,sed est multum continens in se, multa abinuicem diuisa, quæ sunt multa vna, & multa siue plura entia abinuicem diuisa,nequaquam sub aliqua indiuisione contenta. Et multitudo inquantum continet sic multa, nō opponitur vni,neque enti alicui singulari, sicut diuisio indiuisioni, quia omne vnum tale toto eo quod est, est pars alicuius, quod taliter est multum,siue multitudo, pars autem id quod pars toti non opponitur. Sed tale multum siue multitudo,opponitur priuatiue vni, quod conuertitur cum ente, quod singula entia cōtinet sub ratione illa qua quodlibet eorū est in se indiuisum,licet adinuicem sub nulla indiuisione sunt redacta,sicut non sunt Deus, & creatura. Et vtrumque eorum vt vnum, scilicet & multa sic opposita,circuit omne genus, & non est aliquo genere determinato. Sic enim in substantia materia secundum se est vnum,& similiter materia, & compositum ex ambobus,& materia, & forma secundum se sunt multa, & compositum est vnum. Et isto 5.9.10.3 modo oppositionis loquitur Philosophus vbi dicit 10. Metaphysicæ. *Vnum & multum opponuntur multis modis,& vnus eorum est vnum, & plura vt diuisio,& indiuisio*, vbi dicit Com- a.51.q.1 n.17. ment. *Manifestum est, quòd vnum opponitur pluri secundum habitum, & priuationem. Indiuisibilitas enim est priuatio diuisibilitatis.* Vnde Philosophus 4. Metaphysicæ, loquens de vno c.5.t.4. quod conuertitur cum ente, dicit sic. *Prima genera sunt vnum, & ens, & oppositum vni est multitudo. & vnum, aut erit negatio, aut priuatio.* Commentator. *Idest vnum & multum,* ibid. *aut opponuntur secundum affirmationem, aut secundum habitum,& priuationem,* & intendit, quòd secundum habitū, & priuationem, sicut ibid. determinat in 10. vt iam dictum est.

19. Secunda diuisio prætacta est non inquantum sunt multa, sed potius vt sunt ad aliquam vnitatem redacta in eo scilicet quod est vnum, vel per accidens, & propter hoc illa diuisio non est proprie multorum, sed multi, quod quidem multum est aliquod vnum contentum sub vno, quod conuertitur cum ente, & sic diuisiuum illius, sicut ens diuiditur in vnum, & multum, sic, & vnum conuertitur cum ente. Et est multum commune illud omniū in quo est aliquis numerus, & vnum quod cōdiuidit ens, & vnum quod conuertitur cum ente contra multum,est vnum in quo nullus, aut non talium cada numerus. Et tale vnum respectu numeri cuiuscunque est vnum,quod est principium numeri materiale. Et tale multum est omnis numerus,quia in omni numero est vnitatum talium pluralitas sub vnitate aliqua formali contenta, sed deficiente à puritate,& simplicitate formæ vnius est principium ipsius numeri cum per se considera ur. Propter quod vnum tale, quod est principium q.3.n.1 numeri,vt secundum se est consideratum, ratione suæ formæ est mensura omnium numerorum sequentium ipsum quo ad rationem formæ vnitatis defectiue existentis in quolibet numero,& opponitur multo, quod est in numero tale,sicut mensura mensuratum. De qua oppositione loquitur Philos. cū dicit 10. Met. te.10. *Et opponitur vnum multitudini,sicut cum aliquis dicit vnum,& vnum,albū, & aliū,& mensurata in respectu mensuræ & mensura est vnum. & omne vnum est mensuratum ab vno.* Cōmentator, ibid. *Idest modus quo vnum opponitur multitudini est modus, quo vnum opponitur multo, quod est de specie illius vnius, vt vnum album opponitur pluribus albis,& ista oppositio non est alia nisi mensurantis ad mensuratum, & numerantis ad numeratum, omnis enim multitudo mensuratur per vnum.*

20. De isto vno & multo sibi opposito dupliciter; Sciendum est, quòd licet cum inter q.2.n.55 q.n.18 a.64.q.1 n.2. se comparantur vnum illorum formaliter est mensura, & alterum mensuratum,tamen quādo comparantur ad alia prædicamenta, & etiā ad alias quantitates, ambo se habent, vt mensura

ſura reſpectu illorum, quia vnitas menſura eſt vnius ſubſtantiæ, vnius magnitudinis, vnius quantitatis, & ſimiliter denarius decem ex ſingulis talibus, puta decem ſubſtantiarum, decẽ magnitudinum, & decem qualitatum. Et eſt ille modus menſurandi alias res per vnitatem, & numerum, alius à modo menſurandi numerum per vnitatem. Menſura enim iſta numeri per vnitatem ſemper excedit menſuratum, quia perfectio quam menſura habet p eſſentiam, & ſecundum quod eſt menſura, participatur in menſurato, vt forma vnitatis in binario, ternario, & cæteris, ſecundum quam menſuratum eſt menſuratum. Non enim ſub tanta indiuiſione, qua vnitas eſt vna, eſt numerus vnus, quia ſemper ſub minori indiuiſione eſt vnus quilibet numerus, quam ſit vnitas, quæ eſt principium eius, & ſemper numerus eſt ſub tanto minori indiuiſione, quanto magis elongatus eſt ab vnitate prima. Illa vero menſura quæ eſt aliarum rerum per vnum & multum, ſemper æquatur menſurato. Et ſe habent vnum, & multum ad ſua menſurata non relatiue ſecundo genere relationis, ſed ſolummodo ſicut accidens ad ſubiectum. Et eſt menſura primo modo menſura eſſentialis rei menſuratæ in ſuo participato. Secunda vero eſt omnino accidentalis.

21. De vno autem, & multo ſecundum iſtum modum intentum menſurandi alia, ad ſciendum quomodo à ſecundo modo relationis procedat tertius, oportet aduertere, quòd vnum, & multum, ſiue numerus principaliter deſcendunt in tria prædicamenta abſoluta, ſub quibus continentur alia inquantum menſurantur vno, & multo, quæ ſunt ſubſtantia, quantitas, & qualitas. Quantitas enim tam continua quam diſcreta non ſolum deſcendit ſub ratione menſurantis accidentis in ſubſtantiam, & in qualitatem, ſed etiam in ſe ipſam, & maxime diſcreta, quę deſcendit in continuã inquantum *magnitudines numeri ſunt*, vt dicitur primo libro poſter. Primo enim vnitas, & numerus deſcendunt in ſeipſos, vt menſura accidentalis menſuram per adæquationem, dicendo vna vnitas, duæ vnitates, & ſic deinceps: vnus binarius, duo binarij, & deinceps, & ſic de ternario, & quaternario, & deinceps. Et ſecundo in quantitatem continuam, & hoc vel ſub ratione qua eſt continua, vt pedale, bipedale, & deinceps, vel ſub ratione qua eſt diſcreta, vt vnum pedale duo pedalia, vnum bipedale duo bipedalia, & deinceps & ſic de tripedali, & quadripedali, &c. Et tertio in ſubſtantiam, & qualitatem, vt vna, duæ, tres ſubſtantiæ, aut qualitates, & ſic deinceps. Quod intelligit Philoſophus cum dixit in 10. Met. *Prima menſura cuiuslibet generis, quantitates diſcreta, & ex hac in rebus alijs. Menſura enim eſt per quod cognoſcitur quantitas, & quantitas cognoſcitur ſecundum hoc, quod eſt quantitas, aut per vnum, aut per numerum, & omnes numeri cognoſcuntur per vnum, & omnis quantitas ſecundum quod eſt quantitas cognoſcitur per vnum, & ideo vnum eſt principium numeri, & ex hoc dicitur mẽſura in alijs rebus, per quam ſcitur quælibet earum, & actio cuiuslibet, quæ eſt vna.* Comment. *ideſt neceſſe eſt in vnoquoque genere, vt vnum ſecundũ quod eſt indiuiſibile ſit prima menſura illorum, quæ ſunt in illo genere, ſcilicet, quod natura vnius eſt natura menſuræ, & præcipue in generibus habentibus menſuram primo, & eſſentialiter ſcilicet in quantitate diſcreta, hoc enim in eis eſt prius alijs rebus quibus accidit menſura.*

t.10.m.1 · t.2. te.2. · tex.3. · ib.c.2.

22. Per hoc autem, quod vnum, & multũ, quæ ſe habent adinuicem ſecundo modo relationis, comparantur ad alia menſurata accidentaliter, ſcilicet tria prædicamenta abſoluta, ad quæ omnia alia reducuntur inquantum habent menſuras ab vno, & multo, ſecundum quod infra videbitur, cauſantur in ſubſtantia ab vno, & multo idem, & diuerſum, in quantitate æquale, & inæquale, in qualitate ſimile, & diſſimile, dicente Philoſopho in 5. Met. *Sunt eadem quorum ſubſtantia eſt vna & ſimilia quorum qualitas eſt vna, & æqualia quorum quantitas eſt vna.* Quæ cum ſuis cont[...]js conſideratæ, quæ ſunt diuerſum, inæqualitas, & diſſimile, continent omnes relationes communes ſecundum tres cõtrarietates ad quas omnia contraria habent reduci, dicente eodem 4. Metaphyſicæ. *Principia contrariorum ſunt vnũ & multum*, & Comment. ibidem. *Prima contrariorum, & eorum genera ſunt vnum, & multum.*

a.61.q.1. · a.67.q.1. · t.20.to 3 · a.62.q.3 n.6.7. · te.6.to.8 ib.vol.8.

23. Et quia relationes communes ſecundum hunc modum cauſantur ab vno, & multo ſcilicet, vt vnum, & multum accidunt rebus, ideo relationes communes dicuntur eſſe in accidentibus numerorum, ſicut relatio ſecundum menſuram, & menſuratum dicitur eſſe in ſubſtãtia numerorum, & dicuntur etiam omnes relationes eſſe relationes modo numeri, quia accidens tenet quendam modum ſubiecti ſui. Et per hunc modum ab vno, & multo quæ ſe habent adinuicem ſecundo modo relationis, inquantum applicata ſunt ad alia, vt menſurantia illa, cauſantur relationes communes ſecundo modo relationis communis.

n.10.

24 Ex quo patet quid dicendum ſit ad quæſtionem, videlicet, quod relationes communes quã plurimum differunt ab alijs duobus generibus relationum, ſecundum quod hoc eſſe patet ex ortu, & origine adinuicem ipſorum prædictis. Quod enim oritur ab alio inquantum huiuſmodi, differentiam, aut diſtinctionem neceſſario habet ab illo. Cæte-

rum de eorum vlteriori differentia, quo scilicet & quomodo differunt inter se, patebit in quæstionibus duabus sequentibus.

n.5. 25. Et sic concedenda est vltima ratio.

n.1. 26. Ad primam in oppositum, quòd genus relationum communium non differt à genere relationum in actiuis, & passiuis, quia non referuntur inter se actiuum, & passiuum nisi, quia forma vnius alteri communicatur, secundum quam etiam dicuntur iidem, æquales, & similes, ergo &c. Dico, quòd licet in actiuis, & passiuis, quæ referuntur adinuicem, per eorum actionem, & passionem forma vnius alteri communicetur, non tamen propter huiusmodi communitatem adinuicem referuntur. Etenim huiusmodi forma sicut, & ipse motus per quem inducitur ab actiuo in passiuum, nõ est id per quod, vt tanquam per fundamentum vnum eorum referatur ad alterum, sed illud potius sunt potentia actiua, & passiua, quæ sunt principia ipsius motus, & communicationis formæ actiui in passiuum. Illa autem forma inquantum communis est, est id per quod fundamentaliter referantur adinuicem secundum relationes communes, quia propter illius communitatem sunt relationes illæ communes, secundum quod infra videbitur disputando de relationibus communibus in comparatione ad earum fundamenta. a.66. q.1

n.2. 27. Ad secundum, quòd relationes communes non differunt à relationibus in mensuris, quia non dicuntur aliqua eadem, æqualia, aut similia nisi per actum mensurandi. Dico, quòd aliqua dicuntur relatiua per actum mensurandi dupliciter, & hoc tam ex parte mensuræ, quã ex parte mensurati, & ipsius relationis consequentis actum mensurandi. Ex parte mensuræ, quia (vt iam dictum est) mensura, quę mensurat in secundo genere relationis, qua scilicet in creaturis vnum mensurat numerum, siue multum, est mensura excedens mensuratũ essentialia mensuræ veræ in substantia sua. n.10. Mensura vero, quæ mensurat in tertio genere relationis, qua scilicet vnum, & multum mensurant substantiam, quantitatem, aut qualitatem, est mensura æquata mensurato accidentibus mensuris rei exterius, & est omnino extra mensuratum. Illa vero, quæ est in secundo genere relationis, est in suo mensurato sicut veritas in sua effigie, sed illa de tertio genere est in mensurato sicut accidens in subiecto. Item mensurato in secundo genere mensuratur ratione gradus perfectionis, qui est in sua essentia. ibid. Mensuratum vero in tertio genere mensuratur ratione suæ essentiæ simpliciter. Item relatio in primo modo mensurandi est inter mensuram, & mensuratum. In secundo vero est inter duo mensurata. Licet ergo relationes in secundo genere, & tertio sint secundum actum mensurandi, quia tamen hoc est multũ diuersimode, non oportet, quòd propter illud non distinguantur inter se, & sic multum differenter per actum mensurandi dicuntur relatiua secundo, & tertio modo, propter quod multum inter se differunt illi duo modi.

Conclusiones ex Quæstione Prima, Articuli Sexagesimi tertij.

1. *Relationes communes sunt diuersæ inter se.* n. 4.
2. *Primum genus relationis est in potentijs actiuis, & passiuis.* n. 7.
3. *Ad hoc pertinet omnis relatio notionalis in diuinis.* ibid.
4. *Secundum genus relationis est secundum mensuram, & mensuratum.* n. 8.
5. *In diuinis nulla est realis relatio producentis, & producti nisi per omnimodam æqualitatem.* n. 10.
6. *In diuinis aliqua est relatio secundum rationem mensuræ, & mensurati.* ibid.
7. *Tertiũ genus relationũ cõsistit in cõparationibus, & accidẽtibus numerorũ.* n. 12.
8. *Relationes omnes communes sub hoc tertio genere continentur.* ibid. & 23.
9. *Causantur ab vno, & multo in tribus prædicamentis absolutis, scilicet sub stantia, quantitate, & qualitate.* n. 22.
10. *Relationes cõmunes quãplurimũ differũt ab alijs, duob⁹ generib⁹ relationũ* n. 24

QVAE-

QVAESTIO SECVNDA

Vtrum relationes communes differant ab alijs, secundum rem, aut secundum rationem.

Circa secundum arguitur, quod genus relationis cõmunis non differat ab alijs duobus generibus relationum secundum rem, sed secundum rationem tantum, & hoc primo à relationibus in actiuia, sic, quęcunque relationes diuersæ in eodem respectu eiusdem secundum rem differre non possunt, quia alitèr filius in diuinis vt est filius, alia relatione reali referretur ad patrem, & alia vt est

a.59. q.4 n.11 12. a.60. q 1 n.49. imago, quod falsum est secundum superius determinata, quare cum relationibus communibus quæ sunt identitas, æqualitas, & similitudo referuntur eædem personæ inter se, quæ inuicem referuntur secundum relationem actiui, & passiui, ergo &c.

2. Secundò, quòd nec à relationibus in mensuris sic. Relatio quæ sequitur mensuratum inquantum mensuratum, est de secundo genere relationis, quia mensuratum inquantum mensuratum, non refertur nisi ad mensuram, relationes communes sunt huiusmodi, quia identitas est relatio, quæ sequitur vnum in substãtia, vt ab ipso est mensurata substãtia,

a.20. 21. vt iam dictum est in quæstione præcedente, & similiter ęqualitas, vt ab vno est mensurata quãtitas, & similitudo vt ab vno est mẽsurata qualitas, ergo &c.

3. In contrarium est, quod tunc non essent relationes vnius modi distinctæ ab alijs, quia relationes sola ratione distinctæ non constituunt diuersos modos relationis, sed sub vno modo omnes continentur, vt puta omnes relationes, quæ sunt in filio in ordine ad patrem, se-

a.59. q.4 cundum superius determinata, cõsequens falsum est, quoniam relationes communes constituunt vnum modum relationis alium ab illis, quæ sunt in potentijs, & quæ sunt in mensuris, secundum Philosophum 5. Metaphysi-

t.20.20.3 cæ vbi Comment. postquam Philosophus omnes illas relationes exposuit, dicit esse illa-

q.1. rum modos tres, vt iam habitum est supra, ergo &c.

4. Dico, quod supposito, quod sit differen-

ibid. tia relationum communium ad alias, quę non sunt communes, quæstio ista quærit, quo, & quomodo differant. Quæstio enim quomodo aliqua differunt, præsupponit quæstionem an differant, & quia relationes dictæ formæ quędam sunt eorum, quæ illis referuntur, id ergo quo differunt principaliter, debet sumi per rationem causæ formalis in illis, non materialis scilicet neque penes relata, neque penes fundamenta. Quo autem aliquid differt ab alio secundum rationem causæ formalis, aut est ipsa forma, qua vt principio intra differunt formaliter, aut est agens, quo effectiuè, vt principio extra habent illa ea quibus formaliter differunt.

5. Primo mõ. s. à forma qua differt relatio à relatione, sumitur prima diuisio relationũ, qua relatio diuiditur in relationẽ sm̃ esse, & in relationẽ sm̃ dici. Et dicũtur relatiua secundũ dici quæcunque sic se habent adinuicem, quod vnum est aliquid alterius, & per hoc vnum eorum respectum habet ad alterum, sicut se habent inter se pars, & totum, accidens & subiectum, inter quæ forma relationis in sola dictione vnius ad alterum consistit, licet nunquã sit sine secundo, cum hoc quod esse vtriusque a 62. q.4. n.8. illorum est absolutum. Et respectus ille nequaquam est relatio, propter quod talis relatio non pertinet ad prædicamentum relationis, licet secundum eam dicatur quod caput est capitati caput, & quod capitatum est capite capitatum. Similiter dicitur quod color est colorati color, & coloratum colore coloratũ. Dicuntur autem relatiua secundum esse, illa quæ non solum secundum dictionem, sed etiã secundum hoc ipsum quod sunt, ad aliud dicuntur, & non solum dicuntur ad aliud, sed ad aliud sunt, & hoc quia esse eorum non est solum cum respectu, sed est relatio quædam, & respectus, non quo aliquid dicitur tantum ad aliud, sed quo ad hoc habet ad aliud esse, vnde & dicuntur relatiua secundum esse, & hoc largo modo sumendo esse ad esse quo ali- a.62. q.4 n.2. quid habet esse perfectum extra animam, & quo aliquid habet esse diminutum in anima.

6. Et secundum hoc subdistinguuntur relatiua secundum esse, & hoc vel penes ipsam formam essendi, vel præsens agens, quia relatiuorum secundum esse quædam sunt secundum rem, quædam vero secundum rationem. Et ib. n.9. dicuntur secundum rem illa, quæ vere, & perfecte relatiua secundum esse dicuntur, eo quod esse suum relatiuum habent à natura rerum in a 64. q.1 n.11. quibus sunt extra animam. Dicuntur autem q.2. n.6. secundum rationem illa, quæ non habent nisi esse relatiuũ diminutum in anima, & non nisi

rum de eorum vlteriori differentia, quo scilicet & quomodo differunt inter se, patebit in quæstionibus duabus sequentibus.

n.5. 25. Et sic concedenda est vltima ratio.

n.1. 26. Ad primam in oppositum, quòd genua relationum communium non differt à genese relationum in actiuis, & passiuis, quia non referuntur inter se actiuum, & passiuum nisi, quia forma vnius alteri communicatur, secundum quam etiam dicuntur iidem, æquales, & similes, ergo &c. Dico, quòd licet in actiuis, & passiuis, quæ referuntur adinuicem, per eorum actionem, & passionem forma vnius alteri communicetur, non tamen propter huiusmodi communitatem adinuicem referuntur. Etenim huiusmodi forma sicut, & ipse motus per quem inducitur ab actiuo in passiuum, nõ est id per quod, vt tanquam per fundamentum vnum eorum referatur ad alterum, sed illud potius sunt potentia actiua, & passiua, quæ sunt principia ipsius motus, & communicationis formæ actiui in passiuum. Illa autem forma inquantum communis est, est id per quod fundamentaliter referantur adinuicem secundum relationes communes, quia propter illius communitatem sunt relationes illæ communes, secundum quòd inferius videbitur disputando de

a.66.q.5 relationibus communibus in comparatione ad earum fundamenta.

n.2. 27. Ad secundum, quòd relationes communes non differunt à relationibus in mensuria, quia non dicuntur aliqua eadem, æqualia, aut similia nisi per actum mensurandi. Dico, quòd aliqua dicuntur relatiua per actum mensurandi dupliciter, & hoc tam ex parte mensuræ, quã ex parte mensurati, & ipsius relationis consequentis actum mensurandi. Ex parte mensuræ, quia (vt iam dictum est) mensura, quę mensurat in secundo genere relationis, qua scilicet in creaturis vnum mensurat numerum, siue multum, est mensura excedens mensuratũ essentialis mensuræ veræ in substantia sua. n.10. Mensura vero, quæ mensurat in tertio genere relationis, qua scilicet vnum, & multum mensurant substantiam, quantitatem, aut qualitatem, est mensura æquata mensurato accidentibus mensuris rei exterius, & est omnino extra mensuratum. Illa vero, quæ est in secundo genere relationis, est in suo mensurato sicut veritas in sua effigie, sed illa de tertio genere est in mensurato sicut accidens in subiecto. Item ibid. mensurato in secundo genere mensuratur ratione gradus perfectionis, qui est in sua essentia. Mensuratum vero in tertio genere mensuratur ratione suæ essentiæ simpliciter. Item relatio in primo modo mensurandi est inter mensuram, & mensuratum. In secundo vero est inter duo mensurata. Licet ergo relationes in secundo genere, & tertio sint secundum actum mensurandi, quia tamen hoc est multũ diuersimode, non oportet, quòd propter illud non distinguantur inter se, & sic multum differenter per actum mensurandi dicuntur relatiua secundo, & tertio modo, propter quod multum inter se differunt illi duo modi.

Conclusiones ex Quæstione Prima, Articuli Sexagesimi tertij.

1. *Relationes communes sunt diuersæ inter se.* n. 4.
2. *Primum genus relationis est in potentijs actiuis, & passiuis.* n. 7.
3. *Ad hoc pertinet omnis relatio notionalis in diuinis.* ibid.
4. *Secundum genus relationis est secundum mensuram, & mensuratum.* n. 8.
5. *In diuinis nulla est realis relatio producentis, & producti nisi per omnimodam æqualitatem.* n. 10.
6. *In diuinis aliqua est relatio secundum rationem mensuræ, & mensurati.* ibid.
7. *Tertiũ genus relationũ cõsistit in cõparationibus, & accidẽtibus numerorũ.* n. 12.
8. *Relationes omnes communes sub hoc tertio genere continentur.* ibid. & 23.
9. *Causantur ab vno, & multo in tribus prædicamentis absolutis, scilicet sub substantia, quantitate, & qualitate.* n. 22.
10. *Relationes cõmunes quãplurimũ differũt ab alijs, duob⁹ generib⁹ relationũ* n 24

QVAE-

QVAESTIO SECVNDA

Vtrum relationes communes differant ab alijs, secundum rem, aut secundum rationem.

CIrca secundum arguitur, quod genus relationis cõmunis non differat ab alijs duobus generibus relationum secundum rem, sed secundum rationem tantum, & hoc primo à relationibus in actiuis, sic, quęcunque relationes diuersæ in eodem respectu eiusdem secundum rem differre non possunt, quia alitèr filius in diuinis vt est filius, alia relatione reali referretur ad patrem, & alia vt est
a.59. q.4 n.11 12. a.60. q.1 n.49. imago, quod falsum est secundum superius determinata, quare cum relationibus communibus quæ sunt identitas, æqualitas, & similitudo referuntur eædem personæ inter se, quæ inuicem referuntur secundum relationem actiui, & passiui, ergo &c.

2. Secundò, quòd nec à relationibus in mensuris sic. Relatio quæ sequitur mensuratum inquantum mensuratum, est de secundo genere relationis, quia mensuratum inquantum mensuratum, non refertur nisi ad mensuram, relationes communes sunt huiusmodi, quia identitas est relatio, quæ sequitur vnum in substãtia, vt ab ipso est mensurata substãtia,
a.30. 31. vt iam dictum est in quæstione præcedente, & similiter ęqualitas, vt ab vno est mensurata quãtitas, & similitudo vt ab vno est mẽsurata qualitas, ergo &c.

3. In contrarium est, quod tunc non essent relationes vnius modi distinctæ ab alijs, quia relationes sola ratione distinctæ non constituunt diuersos modos relationis, sed sub vno modo omnes continentur, vt puta omnes relationes, quæ sunt in filio in ordine ad patrem, se-
a.59. q.4 cundum superius determinata, cõsequens falsum est, quoniam relationes communes constituunt vnum modum relationis alium ab illis, quæ sunt in potentijs, & quæ sunt in mensuris, secundum Philosophum 5. Metaphysi-
t.c.20. 3 cæ vbi Comment. postquam Philosophus omnes illas relationes exposuit, dicit esse illa-
q.1. rum modos tres, vt iam habitum est supra, ergo &c.

4. Dico, quod supposito, quod sit differen-
ibid. tia relationum communium ad alias, quę non sunt communes, quæstio ista quærit, quo, & quomodo differant. Quæstio enim quomodo aliqua differunt, præsupponit quæstionem an differant, & quia relationes dictæ formæ quædam sunt eorum, quæ illis referuntur, id ergo quo differunt principaliter, debet sumi per rationem causæ formalis in illis, non materialis scilicet neque penes relata, neque penes fundamenta. Quo autem aliquid differt ab alio secundum rationem causæ formalis, aut est ipsa forma, qua vt principio intra differunt formaliter, aut est agens, quo effectiuè, vt principio extra habent illa ea quibus formaliter differunt.

5. Primo mõ .s. à forma qua differt relatio à relatione, sumitur prima diuisio relationũ, qua relatio diuiditur in relationẽ sm̃ esse, & in relationẽ sm̃ dici. Et dicũtur relatiua secundũ dici quæcunque sic se habent ad inuicem, quod vnum est aliquid alterius, & per hoc vnum eorum respectum habet ad alterum, sicut se habent inter se pars, & totum, accidens & subiectum, inter quæ forma relationis in sola dictione vnius ad alterum consistit, licet nunquã sit sine secundo, cum hoc quod esse vtriusque a.62. q.4.
illorum est absolutum. Et respectus ille ne- n.8.
quaquam est relatio, propter quod talis relatio non pertinet ad prædicamentum relationis, licet secundum eam dicatur quod caput est capitati caput, & quod capitatum est capite capitatum. Similiter dicitur quod color est colorati color, & coloratum colore coloratũ. Dicuntur autem relatiua secundum esse, illa quæ non solum secundum dictionem, sed etiã secundum hoc ipsum quod sunt, ad aliud dicuntur, & non solum dicuntur ad aliud, sed ad aliud sunt, & hoc quia esse eorum non est solum cum respectu, sed est relatio quædam, & respectus, non quo aliquid dicitur tantum ad aliud, sed quo ad hoc habet ad aliud esse, vnde & dicuntur relatiua secundum esse, &
hoc ergo modo sumendo esse ad esse quo ali- a.62. q.4
quid habet esse perfectum extra animam, & n.2.
quo aliquid habet esse diminutum in anima.

6. Et secundum hoc subdistinguuntur relatiua secundum esse, & hoc vel penes ipsam formam essendi, & præsens agens, quia relatiuorum secundum esse quædam sunt secundum
rem, quædam vero secundum rationem. Et ib. n.9.
dicuntur secundum rem illa, quæ vere, & perfecte relatiua secundum esse dicuntur, eo quod
esse suum relatiuum habent à natura rerum in a.64. q.1
quibus sunt extra animam. Dicuntur autem n.11.
secundum rationem illa, quæ non habent nisi q.2. n.6.
esse relatiuũ diminutum in anima, & non nisi

ab animæ conſideratione, ſecundum modum
a.61.q.4. n.9. ſuperius expoſitum.

7. In quo differunt relationes ſecundum dici ab illis quæ ſunt ſecundum rationem, quia licet relationes ſecundum dici cauſari habeant à conſideratione rationis, & ſimiliter illæ quæ ſunt ſecundum rationem, vt propterea ambæ poſſint dici relationes ſecundum rationem, ſcilicet quantum eſt ex parte agentis: illarum tamen ratio conſiſtit in rationis conſideratione
ib. n. 14. 15. quo ad dictionem in voce exteriori tantum: iſtarum autem ratio conſiſtit in conceptu aliquo interiori conformi rebus, quæ ſunt extra, ſecundum quod conforme eſt dextrum in columna intellectui dextro exiſtenti in animali
a.64. q.1 n 11. extra, & hoc ſiue dextrum aut ſiniſtrum conſideretur in vna columna reſpectu dextri, aut ſiniſtri in vno animali tantum, ſiue dextrum, & ſiniſtrum ſimul conſiderentur in vna columna poſita inter duo animalia, ſcilicet reſpectu dextri in vno conſiderando ſiniſtrum columnæ, & reſpectu ſiniſtri in alio conſiderando dextrũ columnæ, ſiue dextrum, & ſiniſtrum conſiderentur in diuerſis columnis reſpectu dextri, & ſiniſtri vnius animalis poſiti in medio illorum, ſiue conſiderentur dextrum, & ſiniſtrum in eadem columna non niſi reſpectu dextri, & ſiniſtri in animali ſimpliciter, aut propter notã dextri, & ſiniſtri, aut in imagine animalis, quia habet figuram animalis, aut in cælo propter principium, & terminum motus conformes principio, & termino motus in animali, vt ſecundum hoc relationes notionales quandoq; conſiderãtur in habitudine ad ſibi correſpondens in relationibus naturalibus, quandoque in habitudine ad ſuum contrarium. Propter quod illæ, quæ conſiderantur ad ſuum contrarium, vere dicuntur ſecundum rationem, quia, & à ratione, & à conceptu rationis exiſtunt, in quo aliquod eſſe habent, ſecundum quod illa ad quæ nata ſunt dicuntur relata adinuicem ſecundum rem, quale eſſe non habẽt illæ, quæ ſunt ſecundum dici tantum, ſcilicet, quod dicuntur relata non ſecundum eſſe, ſed ſecundum dici tantum.

8. Ex quo patet, quo, & quomodo relationes exiſtentes in illis tribus modis principalibus, quæ ſunt ſecundum rem, generaliter differunt ab illis quæ ſunt proprie, & hoc ſiue in eodem modo, ſeu in eodem genere, ſiue in diuerſis generibus, ſeu modis relationis communis. Illi enim tres modi relationis communis continent ſimpliciter ſolum relationes ſecundum eſſe, quia illæ ſolæ pertinent ad prædicamentum relationis, ſed illæ quæ ſunt ſecundũ rem, continentur ſub illis principaliter, illæ vero quæ ſunt ſecundum rationem, per reductionem quandam ad illas, quæ ſunt ſecundum rem, continentur ſub eiſdem modis.

9. *Vnde*, & per differentiam illarum, quæ ſunt ſecundum rem ſub diuerſis generibus inter ſe, patebit etiam differentia illarum, quę ſecundum rationem ſunt ſub eiſdem inter ſe. Et ſemper illæ, quæ ſunt ſub vno illorum triũ generum, ſiue ſint ſecundum rem, ſiue ſecundum rationem, differunt ab illis, quæ ſunt in alijs duobus differentia diſparationis, ſicut differunt inter ſe ſpecies quę ſunt ſub diuerſis generibus ſubalternis, ſecundum quod patebit n.18.
in ſequenti quæſtione. Et illarum quæ ſecũdum rem veram relationes ſub vno illorum trium modorum ab illis, quæ ſunt ſecundum rem relationes ſub alijs duobus modis, intellectus, ſiue ratio diſtinctionem, ſeu differentiã non operatur nec cauſat, ſed eam ſic factam à rerum natura inuenit, quæ eas operata eſt tales, & ſecundum eam, conſiderationem ſiue conceptum ſuum format, & ſic illa differentia eſt cauſa conſiderationis in ratione non è conuerſo, & ita differentia illarum dicenda eſt eſſe ſecundum rem veram.

10. Sed illarum, quæ ſunt ſecundum rem diminutam, & rationis relationes, ſolus intellectus ſiue ratio differentiam inter ſe, & ab illis, quæ ſunt ſecundum rem veram, cauſat, & operatur, vt omnino, aut completiue ſecundũ prædeterminata. Quæ poſtquam eas tales ope- n.6.
rata eſt in diuerſis generibus comparando illas adinuicem, conſiderationem ſiue conceptum ſuum format ſecundum illarum differentiam, quam prius in illis operata eſt. Et ſic iſta differentia, quæ prius operata eſt ab intellectu in ratione, eſt cauſa conſiderationis ſui a ratione conuerſa ſuper illas quaſi quodam circulo.

11. Illarum vero quæ ſunt relationes ſecũdum rem veram ſub vno illorum generum, & illarum quæ ſecundum rationem, & rem diminutam ſunt ſub alijs generibus, intellectus conſiderando illas inter ſe, conceptum differentię illarum format, ſecundum illa, quę prius operata eſt partim natura rerum, partim intellectus ipſe, & ſic differentia illarum eſt cauſa conſiderationis ſiue conceptus differentię partim directe, partim circulo. De differentia autem relationum communium inter ſe, patebit in ſequenti articulo.

12. Quia ergo relationes in ſingulis generibus quandoque ſunt ſecundum rem, quandoque ſecundum rationem, vt ſpecialiter patebit inferius de relationibus communibus, a.64.q.1
ſed ſpecialiter in diuinis, de quibus ad præſens ſolummodo intendimus, ideo relationes communes ab alijs differunt quandoque ſecundum rem, quandoque ſecundum rationem tantum, quandoque vero mixtim.

13. Idcirco ergo rationibus ad vtramque partem reſpondendum eſt.

4. Quod

n.1 14. Quod ergo arguitur primò, quod relationes communes non differunt secundum rē, sed solum secundum rationem ab illis, quę sunt in potentijs, quia sunt inter eadem respectu eiusdem: Dico, quod ratio ista non arguit nisi in casu, quo relationes communes inter eadē relata concurrunt cum alijs. Et dicunt aliqui, quod in isto casu non distinguuntur nisi secundum rationem tantum. Dicunt enim generaliter, quod quandocunque inter eadem relata concurrunt diuersa genera relationum, omnes coincidunt in vnam, puta in relationibus secundum potentiam actiuam, & passiuam, & secundum mensurans, & mensuratum, quæ in esse coincidunt, cum est relatio inter Deum, & creaturam, quia Deus est agens, & mensura, & creatura est actum, & mensuratum, vt vna sit relatio Dei ad creaturam inquantum ipse est agens, & mensura, scilicet secundum rationem, vna creaturæ ad Deum inquantum ipsa est actum, & mensuratum, scilicet secundum rem.

sup. q.1. 15. Et similiter in relationibus communibus, puta identitatis, æqualitatis, aut similitudinis inter diuinas personas, vt illa etia vna sint relatio inter illas etiam secundum rationem scilicet identitas, & transeunt æqualitas, & similitudo in identitatem, quia quantitas, & qualitas in diuinis super quæ fundatur æqualitas, & similitudo, transeunt in substantiam, super quam fundatur identitas. Vt ideo etiam in diuinis personæ dicantur esse similes, & æquales secundum substantiam ab Augustin. 5 de

to.3. Trinitate cap. 6. & Magister Sententiarum distinctio. 31. dicit æqualitatē esse identitatē.

l.1. d.A. 16. Vnde & hanc coincidentiam relationū ponunt causam, quare in diuinis relatio secundum potentiam actiuam ad creaturas non est secundum rem, sicut est in creaturis, sed secundum rationem tantum, quia scilicet idem est iudicium in Deo de mensura, & de actione, & relatio mensuræ in illo est secundum rationem tantum, cum tamen in creaturis relatio actionis sit secundum rem.

17. Et similiter dicunt, quòd idem est causa quare in diuinis relationes æqualitatis, & similitudinis sint relationes secundum rationem tantum, quia scilicet idem est iudicium de æqualitate, & similitudine, quod de identitate, quæ in diuinis est secundum rationem tantum, licet sint in creaturis relationes secundum rem.

18. Reuertendo ergo vnde prius, dico, qđ dicta ratio non arguit, quod relationes communes non distinguuntur ab alijs nisi in casu, quo scilicet sunt inter eadem, & in hoc coincidunt. Nunc autem quæstio nostra generalis est de illis relationibus, siue sint inter eadem, & quo ad hoc coincidunt, siue inter diuersa, & nullo modo coincidunt. Et ita licet in diuinis procederet argumentum in quibus coincidunt inter easdem personas relationes communes cum alijs, & ideo nō distinguetētur relationes cōes ab alijs, in creaturis tamē in quibus frequenter non coincidunt, bene distingui possunt secundum rem.

19. Sed tamen nec in diuinis, nec in creaturis verum est, quòd relationes communes coincidunt in alias, nec è conuerso, quia cum relationes secundum potentias inter diuinas personas sint secundum rem, vt visum est supra, & communes sint secundum rationem tantum, vt videbitur infra, aut ergo communes incidèrent in illas, & ita ipsæ essent relationes secundum rem, aut illæ in illas, & ita illę essent secūdum rationem, quorum vtrumque falsum est. Manent enim differentes illæ, quæ sunt in potentijs, & illæ quæ sunt communes. Manent ergo etiam differentes in diuinis communes ab alijs, & inter se, & similiter illa, quæ est in potentia actiua, ab illa quæ est in mensura inter se, & ab alijs. Et sic secundum modum iam dictum relationes communes inter easdem personas ab alijs, & inter se differunt quamtuncūque coincidant. o.64.q.2. n.8.

20. Et similiter in creaturis quando calefaciens refertur ad calefactum secundum relationem actiui, & passiui, & etiam secundum relationem similitudinis, inquantum vtrumque illorum est calidum, quæ est relatio communia, neutra illarum incidit in aliam, licet per hoc calefaciens generat calorem in calefacto, facit illud calidum, ad quod sequitur, quod sit simile calefacienti. Quod si etiam contingeret, quòd ordinæ naturæ calefactum non posset recipere calorem à calefaciente, nisi secundū gradum inferiorem, & sic calefactum ratione gradus illius referretur, vt mensuratum ad calefacientem sicut ad mensurā, vt esset inter calefaciens, & calefactum relatio triplicis generis, sed licet communis, & in potentijs, & in mensuris, numquam tamen sic coinciderent in eisdem, quin manerent secundum rem diuersæ, vt alia relatio realis fundaretur super potentiam passiuam calefacti contrariam potentiæ actiuæ calefacientis, super quam in illo fundatur relatio realis opposita, & alia super calorem eiusdem in specie cum calore calefacientis, cum illa, quæ fundatur super illius calorem, & sic super vtrâque in vtroque fundetur relatio realis, & tertia super gradum in calore calefacti respectu caloris calefacientis, & super calorem in calefacto fundetur relatio secundum rem, & super calorem in calefaciente fundetur relatio secundum rationem.

21. Consimili ergo modo, licet inter Deū, & creaturam cum relationibus in potentijs actiuis coincidant relationes in mensura, nihilominus diuersæ sunt secundum rem in creaturis,

ris, & similiter diuersæ in Deo secundum rationem, & hoc quia cum creatura se habeat ad Deum, vt mensuratum, se habet essentia creaturæ, vt effigies quædam naturaliter ad diuinã essentiam, inquantum ipsa diuina essentia supereminenter continet vnice in se omnes rationes perfectibiles, & præcipue illam, quæ est essentiæ humanæ. Et illa eadem essentia humana inquantum est exemplatum secundum rationem ideæ ipsius diuinæ essentiæ, se habet ad Deum sicut actum, & institutum in esse essentiæ, & postmodum ab ipso Deo in esse existentiæ est productum, non naturaliter à diui- a.30. q.4 na essentia, secundum quod posuerunt Philosophi, sed liberaliter à diuina voluntate determinante semet ad creaturæ productionem in esse existentiæ. Propter quod quia hæc productio ex determinatione ipsius diuinæ voluntatis de- sup n.14 q.4. n.10 pendet, & illa institutio est secundum rationẽ ideæ in diuino intellectu, ideo vtroque modo dicitur relatio actiui in Deo ad creaturam, relatio secundum rationem, non quia coincidat in relationem secundum mensuram.

22. Et consimiliter licet æqualitas, & similitudo coincidant cum identitate in eisdem, non ex hoc oportet, quòd sit eadem relatio, a.68. q.4 n.15. secundum quod inferius latius declarabitur exponendo dicta Augustini, & Magistri tacta iam, & hoc non obstante, quod potius æqualitas, & similitudo debent dici transire in identitatem quam è conuerso, quia alia prædicamenta in diuinis transeunt in substantiam, & a.32. q.5 trahuntur per hoc ad naturam illius, non autẽ è conuerso. Et etiam non obstante, quod proprius modus identitatis veræ est, quod fundetur tam in diuinis, quam in creaturis super vnitatem substantiæ numeralis, cum in creatura æqualitas, & similitudo non fundentur nisi super diuersitatem quantitatis, & qualitatis, & in diuinis æqualitas fundetur in personis super vnitatem quantitatis eãdem numero, & similiter similitudo super eandem qualitatem numero, sicut identitas super eandem substantiam numero.

23. Tales enim congruentiæ valent in diuinis modicum ad ostendendum, quod relationes communes, quę sunt secundum rationem, in illas coincidunt, quæ sunt in eis ex natura rei, aut inter se, sicut modicum valent ad probandum, quod in ordine Dei ad creaturam relatio actiui reducitur ad illam, quæ est mensuræ, & quòd ideo est secundum rationem. Propter talem enim reductionem non debet relatio actiui in Deo ad creaturas dici secundũ rationem, sed solum quia inest ex determinatione rationalis voluntatis, aut idealis intellectus. Nec similiter Aequalitas, & similitudo, quæ in creaturis sunt relationes secundum rẽ, debent dici relationes secundum rationem in Deo, quia reducuntur in illo ad identitatem, sed alia de causis inferius assignanda. Ex tali a.67. q.3 n.18. enim dicto insinuatur, quod si non esset in di- q.4. n.5. uinis relatio actiui ad illam relationem mensuræ reducta, quod relatio actiui in Deo ad creaturam esset secundum rem, & similiter æqualitas, & similitudo personarum inter se, nisi reducerentur ad identitatem, quod falsum est, vt aliquantulum tactum est supra in solutione primi argumẽti secundæ quæstionis prę- n.12. cedentis articuli.

24. Quod autem arguitur, quod in eodem ad n.1. idem relationes diuersæ non possunt differre plus, quam secundum rationem, vt patet in filio cum respectu patris dicitur filius, & imago. Dico, quod verum est, quando nec secundum esse formale, nec secundum agens distinguuntur, sicut in filio non distinguuntur posse ge- a.59. q.4 nerari, generatum esse, filius, imago, verbum, quia hæc natura ponit in filio, & habent idem esse formale scilicet esse ab alio generatione numerali. Non sic autem est de relationibus communibus respectu aliarum, vt patet ex iam n.12. dictis. Et hoc dico omissa ad præsens alia differentia ex parte fundamenti, quod est potentia passiua in filio, in quo illa omnia eodem modo fundantur. Non sic autem relationes communes eodem modo fundantur in eodem cum alijs relationibus, vt patebit infe- a.66 q.1 rius.

25. Ad secundum, quod relationes com- n.1. munes non differant nisi secundum rationem ab illis, quæ sunt in mensuris, quia causantur ab vno, vt est mensura, & sequuntur mensuratum, vt mensuratum est. Dico, quod verum est, sed diuersimode, & diuerso modo mensurandi. Diuersimode, quia in secundo modo relationis relatio sequitur mensuratum in habitudine ad mensuram, in relatione vero communi relatio sequitur mensuratum vnum in habitudine ad aliud mensuratum, sicut dictum est iam supra. Et sic in secundo modo q.1. n.27 sequitur mensuratum, vt est simpliciter mensuratum, in relatione autem communi non sequitur vnum mensuratum, nisi vt est conforme, vel difforme alteri mẽsurato. Sequitur etiã ibi & hic diuerso mõ mẽsurãdi, quia iuxta hoc, quod etiã iam dictũ est supra. Vnitas siue vnũ ib. n.22. dupliciter habet considerari vno modo secundum se, abstractione mathematica ratione suę perfectionis, & indiuisionis, alio modo vt habet esse in alijs rebus, & ea ratione perfectionis, & suæ indiuisibilitatis determinat. Primo modo consideratur vt ab eo procedit materialiter per eius replicationem omnis numerus, & à perfectione formali, quæ consistit in sua indiuisibilitate deficit omnis numerus, & per hoc comparatur vt mensura ad numerum penes secundum genus relationis. Secundo

autem

autem modo comparatur, vt deſcendit in om- [n.23.] nia alia ſecundum modum tactum ante finem præcedentis quæſtionis, & hoc non ſolum vt ipſum vnum ſecundum rationem ſuæ perfe-ctionis completæ in ſeipſo deſcendit in alia, denominans vnitate quodcunque aliorum, ſed etiam vt ipſum ſecundum rationem ſuæ perfectionis deficientis in numero ſiue multo deſcendit in eadem ſecundum modum tactum; denominando alia dualitate, ternario, & ſic de cæteris, & hoc vt menſura, qua res alterius ge- [i. n.21.] neris habet quantitatem. Et ſic ad hoc argumentum reſpondendum eſt ad modum quo reſponſum eſt ad ſecundum argumentum quę- [n.27.] ſtionis præcedentis.

Concluſio ex Quæſtione Secunda, Articuli Sexageſimi tertij.

1. *Relationes communes ab alijs differunt quandoque ſecundum rem, quandoque ſecundum rationem tantum. quandoque vero mixtim.* n. 12.

QVAESTIO TERTIA.

Vtrum relationes communes diſtinguantur ab alijs, ſecundum genus, aut ſpeciem.

CIrca tertium arguitur, quod relationes communes ab alijs non diſtinguuntur ſecundum genus, aut ſpeciem, ſic. Diſtinctio rerū vnius generis per res alterius generis non eſt ſecundum genus, aut ſpeciem, [a.62.q.4. n.1.] quia eſt per accidens. Sic enim diſtinguuntur inter ſe indiuidua ſub vna ſpecie ſubſtantiæ, ſcilicet per album, & nigrum, longum, breue, & huiuſmodi. Hoc autem modo ſolummodo diſtinguuntur relationes communes ab alijs, quia ſi ſubtractis fundamentis quæ ſunt res aliorum generum, conſiderentur, nihil manet in illis niſi pura ratio, quæ eſt ad aliud eſſe, ſub qua non diſtinguuntur, immo ipſa vnitatem quantum eſt de ſe habet in omnibus, vt ta- [q.5. n.7.] ctum eſt ſupra, ergo &c.

2. Secundò ſic, ea quæ circumeunt omne genus, à nullo diſtinguuntur ſecundum genus aut ſpeciem, vt patet de ente, & vno, quod cum illo conuertitur, relationes communes circumeunt omne genus, quoniam ſequuntur vnum, & multum, quæ diuidunt totum ens, ergo &c.

3. In contrarium eſt, quod relationes cõmunes differunt ab alijs ſecundum dicta, & iā [q.1 & 2.] declarata, & conueniunt in generaliſſimo relationis, & conſtat, quod non differunt ſolo numero, talia autem neceſſario differunt genere, aut ſpecie, ergo &c.

4. Hic ad videndum diſtinctionem relationum communium ab alijs ſecundum genus, aut ſpeciem, oportet videre diſtinctionē prædicamenti relationis per dicta tria genera relationum. Dico, ergo ſecundum alias, & [q.1. & 2. a.62.q.4. n.8.] iam ſupra declarata, quod id quod relatio proprium habet de ratione ſui prædicamenti, vt ipſum diſtinctum eſt omnino à quolibet alio prædicamento, & nihil communitatis eſt alicuius, quod eſt alterus prædicamenti, non eſt niſi ratio quædam, quæ eſt ad aliud eſſe, quemadmodum ratio prædicamentorum abſolutorum communis differens à ratione propria prædicamenti relationis, quæ eſt ad aliud eſſe, eſt ad ſe ſiue ſecundum ſe eſſe. Secundum [a.66. q.1. n.6.] quem modum in illa omnino nõ cadit diſtinctio in prædicamento relationis, neque ſecundum genera ſubalterna, neque ſecundum ſpecies, neque ſecundum indiuidua, ſicut neque in prædicamento ſubſtantiæ cadit aliqua diſtinctio ſecundum proprium modum illius, qui eſt ad ſe. Quia ad ſe, & in ſe eſſe quidem eſt à prædicamentis abſolutis, quibus vnus modus communis eſt, ſcilicet in alio eſſe, ſub [a.32.q.5. n.22.] quo diſtinguuntur prædicamenta quantitatis, [a.66.q.1 n.5.] & qualitatis ſecundum duos proprios, & diuer-

uersos modos essendi in alio, sed si aliqua distinctio cadit in illo prædicamento relationis illa necessario sumitur secundum res aliorum prædicamentorum.

5 Vnde sicut hoc est de ratione modorum prædicamentorum absolutorum, quod vniformiter concomitantur singula, quę sunt in alijs prædicamentis, nec secundum illos distinguũtur aliqua contenta in alijs prædicamentis, sed solummodo per res absolutas illorum, sic idem est de ratione propria prædicamento relationis quæ est ad aliud esse, scilicet quod vniformiter descendit in singula contenta in prędicamento relationis, & ea comitatur. Et sic penes illum modum in illa potest omnino haberi distinctio contentorum in prædicamento relationis. Immo si relatio, vt est nomen prædicamenti, & vt dicit solummodo rationẽ, quæ est ad aliud esse, debeat distingui, & diuidi per differentias quibus ad species contrahitur, oportet, quod illas ab alijs prædicamentis contrahat, & per illarum distinctionem distinguatur, inquantum scilicet super res illorum fundatur, & hoc quemadmodum passiones rerum mathematicarum contrahuntur, vt sint passiones rerum naturalium, per ipsa subiecta naturalia in quibus sunt, puta curuum, quod est passio lineæ contraria recto, contrahitur ad simitatem, & ipsum quod est curuum fit simũ per subiectum naturale in quo est, scilicet per nasum. Est enim simitas curuitas nasi siue in naso. Sicut enim curuitas simpliciter in definitione nasi est genus, siue rationem generis habet, & rationem differentię importat ipsum subiectum naturale vt ex illis duobus constituatur simitas, tanquam species passionis naturalis, & diffiniatur per illa, vt per genus, & differentiam. Sic relatio simpliciter ratione modi, qui est ad aliud esse, vt indistincte considerata circa indistinctas res prędicamentorum absolutorum, aut prædicamenta relationum, quę sunt ad aliud, siue relatiua, est genus, & rationem generis habens. ibid.

6. Et circa ipsam huiusmodi rationem, vt differentiæ apponuntur illi ipsa fundamenta relata distincta, quæ sunt aliorum prædicamẽtorum, super quę relatio, siue respectus ad aliud fundatur: siue potius apponuntur illi relata rea contractę ab illis prędicamentis, vt sic per realitatem fundamenti, aut quam a suo fundamẽto contrahit relatio, contrahatur ipsa relatio ad speciem, & per diuersa fundamenta à quibus diuersas realitates contrahit etiam ad diuersas species contrahitur, & per illas realitates tanquam per differentias diuidatur: & ex singulis cum genere constituantur singulę species, vt secundum hoc quemadmodum passio naturalis definiri dicitur per additamentum rei alterius generis, consimiliter prædicamentum relationis dicatur diuidi per additamentum alterius generis rei.

7. Et per hoc relatio, vt est ratio & modus prædicamenti, licet in genere nullam realitatem propriam generis inquantum est genus importet, sed præcisum modum essendi ad aliud, tamen cum huiusmodi modo, & ratione realitatem importat in speciebus suis, & in omnibus contentis in prædicamento relationis propriam illis, inquantum species sunt, & contenta sub genere relationis. Et est solus ille modus propria quidditas relationi secundum genus, & secundum quod relatio est, & per consequens toti prædicamento illius inquantum distinguitur a prædicamentis absolutis, nec aliam habet esse quam quidditatis rationem, licet etiam non habeat relatio rationem generis, nisi vt ipsum abstractum à speciebus indefinite realitatem fundamenti in se includat. Propter quod bene, & conuenienter dicitur, quòd à prædicamentis absolutis distinguitur ratione suæ quidditatis, cum tamen non distinguatur ab illis nisi illo modo siue etiam illa ratione.

8. Ex quo etiam patet quomodo quidditas relatiua solummodo accipitur in comparatione ad aliud, & etiam quod distinguere relationes ratione suæ quidditatis, est eas distinguere in comparatione ad aliud, & hoc nõ nisi a prædicamentis absolutis, quorum esse consistit in absoluto. Quia quod distinguuntur relationes inter se, hoc non est nisi penes diuersimode se habere ad aliud, quod non conuenit eis nisi per sua fundamenta diuersa realia, & per realitates diuersas quas ab illis trahunt, quæ eis non competunt ex seipsis: vnde sunt relationes simpliciter, & sic non ratione suæ quidditatis propriæ, sed solum secundum quod habent fundari in alio, & sic ratione sui esse, quod habent in suo fundamento, vt in subiecto, quod per ipsam formaliter refertur, inquantum ipsa disponitur.

9. Et ideo distinctio quæ relationi secundũ hoc competit, cuiusmodi non est distinctio ab alijs generibus, sed infra se in suas species vsque ad indiuidua propria inclusiue, est distinctio eius non secundum rationem suæ quidditatis, sed potius secundum rationem sui esse, & sic nulla distinctio ratione quidditatis suæ competit relationi vnde est relatio simpliciter, sed quod aliqua, hoc non est nisi ab alijs prædicamentis, & contentis in illis, quia vnde est hæc, vel illa secundum speciem, aut secundum numerum infra suum prædicamentum, & sic solum ei competit ratione esse, & realitatis, quod contrahit à suo fundamento, & sic ratione quidditatis suæ solum distinguitur prædicamentum relationis secundum rationem generalissimi à generalissimis prædi-

camen-

camentorum absolutorum, sed quodlibet contentum in prędicamento relationis etiam indiuidua illius adinuicem distinguuntur secundum esse, quod contrahunt a suis fundamentis.

10. Et quia ista ratio relationis qua genus generalissimum est, contrahitur per aliquas differentias proprias, quę sunt de natura illius, sicut in alijs prædicamentis absolutis res, quæ est genus generalissimum contrahitur per proprias differentias, quæ sunt de natura illius, multò igitur differenter est ratio generis in prædicamento relationis, & in prædicamentis absolutis, quia in illo ratio generis nullam propriam realitatem habet, sed incontracta est ad id quod est ei proprium, nec contrahitur nisi per additamentum alterius generis. In prędicamentis autem absolutis res generi propria sub sua propria ratione significando contrahitur per sibi propria, & sic alio modo in relatione genus est in potentia ad differentias, & ad species, & in prædicamentis absolutis.

11. Modus igitur siue ratio relationis secundum quod diuersimode realitatem contrahit ab illis super quæ fundatur, & in ordine quodam, secundum hoc descendit in species, vsque ad indiuidua sub specie specialissima, quę non nisi secundum vnum modum realitatem contrahunt a suis fundamentis, eo quod secundum vnum, & eundem modum fundantur in illis, sicut inferius declarabitur. n. 34. Dico autem non quod eandem realitatem contrahunt eo quòd super idem fundantur, sed quod secundum vnum modum, & etiam quia distinctio in prædicamento relationis non est tam propter diuersitatem illorum super quæ fundatur relatio, quam propter diuersum modũ fundandi in illis. Super eadem enim secundum diuersos modos fundandi bene fundãtur diuersæ relationes reales secundum genus q. 1. n. 7. & seq. subalternum, vt tactum est supra, & amplius inf. n. 53. & seq. tangetur infra.

12. Non enim fundantur relationes super prædicamenta absoluta secundum quòd res sunt simpliciter, & absolutè, puta substantia, quantitas, aut qualitas, sed secundum quòd in se habent modos reales generales, quibus distinguuntur singula prædicamenta, quæ sunt potentia, actus, vnum, multum, quibus primò diuiditur ens, & quodlibet prædicamentum entis inquantum ens est. Res enim quæque quia eo quod est, incompleta est, & actus est perfectionis susceptibilis, puta aqua caloris, ab eo quòd secundum illam perfectionem est in actu, & hoc vel virtute tantum, vt Sol calidus, vel virtute, & forma simul, vt ignis calidus. Idcirco potentia, quæ in diuisione entis cadit cum actu, est potentia passiua, & actus ille includit potentiam actiuam, quibus (scilicet potentia passiua, & actiua) naturaliter sese respiciunt in quolibet genere entis, in quo nata sũt esse actiui, & passiui, siue ens in potentia, & ens secundum actum. Vnum etiam in vtroque genere est primum in quo consistit ratio illius generis perfectissime. Multum autem est illud in quo perfectio illa aliquantulum deficit, secundum prædicta per quod naturaliter q. 1. n. 19 multum respicit vnum. Quia igitur omne quod ex se deficitá perfectione aliqua nihil habendo de illa, necessario vadit primò per actionem perfecti de potentia in actum imperfectum, & tunc demum per actum imperfectũ quem habet, ordinatur in ipsum perfectum, idcirco naturaliter (sicut tactum est supra) re- ib. n. 7. 13 lationis habitudo primò fundatur in rebus absolutis secundum rationem potentiæ passiuæ, & actus idest potentiæ actiuæ, qua existens perfectum in actu, natum est imperfecto conferre perfectionem, quam tamen imperfectum ib. n. 8. non est natum recipere, idest defectiue habet illam secundũ rationẽ mẽsurati, & mẽsuræ, quę se habẽt iter se sc̃dũ rõnẽ pfecti, & imperfecti.

13. Et secundum hoc distinctione prima, & naturali relatio quæ est generalissimum, & nomen habitudinis non secundum se ad aliud existentis, sed solummodo in suis contentis, diuiditur in duas primas habitudines duo pri- ib. n. 7. & seq. ma genera subalterna constituentes, scilicet in relationem potentialem, idest quæ consistit in potentijs, scilicet in actiuis, & passiuis, & in relationem mensuralem, idest quæ consistit in mẽsurationibus, scilicet in mensuris, & mensuratis, communiter sumendo mensuram secundum duos modos mensurandi supra exposi- ib. n. 20. tos.

14. Relatio autem illa, quæ fundata est in potentijs actiuis, & passiuis, diuiditur per diuersas habitudines secundum diuersitatem potentiarum actiuarum correspondentium sibi mutuò in actiuis, & passiuis diuersorum generum, & diuersarum specierum illorum prædicamentorum, in quibus mensurantur potentia actiua, & passiua sibi correspondentium, & hoc vsque ad indiuiduales habitudines, inter agentia, & patientia, puta quæ est huius hominis generantis ad hunc hominem generatum, & huius equi generantis ad hunc equum generatum, & huius calefacientis ad hoc calefactum, & sic de cæteris, ita quòd quodlibet genus, & quælibet species, & quodlibet indiuiduum in prædicamento relationis est habitudo continens duas relationes sibi inuicem oppositas, vel secundum genus, vel secundum species, vel secundum numerum, & hoc non solum in actiuis, & passiuis, sed etiam in alijs.

15. Relatio autem fundata in mensurationibus, siue in vno, & multo, siue perfecto, &

KKKKKkk im-

imperfecto, distinguitur secundum quod vnū, ib. & seq. & multum ordinantur dupliciter. Vno enim modo ordinantur inter se, vnum scilicet ad multum, & è contrario, & hoc vt vnum eorum mensuratur ab altero. Alio autem modo, vt ambo ordinantur ad prædicamenta alia, & hoc vt illis ambobus, scilicet vno, & multo mē- n. 25. surantur, sicut tactum est in fine præcedentis quæstionis. Et secundum hoc distinguitur genus subalternum relationis quod consistit in mensurationibus generaliter dictis, in duas habitudines relationis, scilicet in relationem q. 1. n. 11 21. mensuralem, quæ scilicet est in substantia numerorum inter vnitatem mensurantem numerum siue multum mensuratum, & continet tantum secundum genus relationis, & in relationem commensurabilem, quæ est in accidentibus numerorum consequentibus vnū, & multum, quæ est inter mensurata vno, & multo, & continet tantum relationes communes.

16 Et relatio mensurationis subdiuiditur per diuersas habitudines secundum diuersitatem vnitatum mensurantium diuersa multa, & specierum contentarum sub illis in singulis prædicamentis in quibus inueniuntur ratio mensuræ secundum vnum mensurans, & multum mensuratum, & hoc vsque ad indiuiduales habitudines inter vnitates, & multitudines indiuiduales mensurantes, & mensuratas.

17. De distinctione autem relationum cō- n. 64. q. 1 munium erit sermo inferius.

18. Breuiter ergo dico ad quæstionem, quòd relationes communes sub generalissimo relationis distinguuntur secundum genus subalternum ab alijs, in hoc videlicet, quod primum genus relationis subalternum est, quod est in actiuis, & passiuis, & secundum condiuidens idem genus generalissimum contra illud primum diuiditur in duas species subalternas, quarum prima est in substantia numerorū inter vnū & multum, secunda inter accidentia numerorum causata ab vno, & multo, quæ ibid. vlterius in species distinguuntur, vt infra videbitur. Et secundum hoc concedenda est tertia ratio pro ista parte adducta.

n. 3. 19. Sunt autem ex dictis hic aduertenda duo: quorum primum est, quod magis differunt secundum genus relationum, & tertium à primo, quam ipsa scilicet secundum genus relationum, & tertium inter se, & hoc eo quod hęc duo sub vna differētia cadūt. Secūdū ꝙ ēt magis differunt inter se relatiua primo genere relationis, quam secundo, aut tertio, & hoc quia potentia, & actus sunt principaliores differentiæ entis, quam vnum, & multum.

20. Propter ꝙ cōparādo in creaturis relatiua primo genere relationis, & tertio inter se, dicit Boethius lib. de Trinitate. *Sciendum est non talem semper esse prædicationem relatiuam, vt sē-* in fine *per ad differentias prædicetur, sicut seruus est ad dominum.* Comment. *Hæc enim nomina, & res illa significata, scilicet seruitus, & dominium, & illa de quibus dicuntur, differunt.* Et post pauca. *Quantitates autem, & qualitates secundum quas æqualia, & consimilia dicuntur, non adeo diuersa sunt, sicut potestas secundum quam ille dominus iste seruus dicuntur, sed quodammodo vnū sunt, non quidem ea, quæ ex singularitate est vnitate, sed ea, quæ ex proportione comparatur vnitate.*

21. Etiam consimiliter dico, quòd comparando in creaturis relatiua primo genere relationis, & secundo inter se, vnum, & multum in substantia numerorum secundum quę mensura, & mensuratum dicuntur relatiua, non adeo diuersa sunt, sicut actiuum, & passiuum, sed quodammodo vnum sunt non quidem ea, quæ ex singularitate est vnitate, sicut contingit in identitate numerali, nec ea quæ comparatur ex vnione, scilicet in eodem secundum speciem aut genus, sicut contingit in identitate speciei, vel generis, & specialiter in æqualitate, vel similitudine, *sed* (sicut dicit Comment. super finem libri de Trinit. Boethij) *comparando Deum ad creaturas secundum rationem mensuræ, & mensurati quadam extra ab exemplari conformatiua deductione, non quidem plena in tota sui substantia, aut in parte substantiæ sua semiplena substantiali similitudine, quæ æterna temporalia nequaquam conferri possunt, sed quadam extra substantiam imitatione, ea vnitate, quę ex sola proportione comparatur, & imitatione substantiali similitudine.* Nota, quòd dicit de similitudine inter Deum, & creaturam secūdum rationem mensuræ, & mensurati, quod non est in tota substantia, aut in parte substantiæ, sed omnino extra substantiam, *scilicet mensuræ conformatiua deductione*, quia comparando secundum similitudinem inter creaturas secundum rationem mensuræ, & mensurati, licet non sit in tota substantia, est tamen in parte substantiæ scilicet semiplena, substantiali tamen similitudine quadam, & conformatiua deductione, qualis est inter vnitatem, & numerum constitutum per vnitatum replicationem. In quolibet enim numero recipitur aliquid formæ vnitatis, deficienter tamen à per- n. 22. fectione illa, quam habet in simplicitate vnitatis. sed hoc secundum plus, & minus, quia quanto numerus magis elongatur ab vnitate, tanto in illo plus deficit forma vnitatis. Vnde numerus non denominatur talis, vel talis à pluralitate suarum vnitatum, quia illas materialiter continet, sed à forma vnitatis sub qua illas continet. Propter quod dicit Philosophus

a.29.q.7. a.35. ſophus 6. Metaphyſicę, *quod numerus denarius non eſt decies vnum, ſed ſemel decem.*

22. Et conſimiliter comparando relatiua ſecundo genere relationis, & tertio, dico quòd relatiua maxime relatione fundata ſuper vnũ in tertio genere relationis non adeo diuerſa ſunt, ſicut relatiua ſecundo genere relationis, ſcilicet menſurationis, quia plus vnum ſunt relata tertio genere relationis, quam ſecundo. Relata enim tertio genere relationis relatione fundata ſuper vnum, ſunt vnum aut ea, quę ex ſingularitate eſt vnitate, aut ea quæ comparatur ex vnione, ſecundum quod inferius declarabitur. (a.65.q.1. n.9. & ſeq.) Illa autem quæ ſunt relatiua ſecundo genere relationis, ſcilicet ſicut menſura & menſuratum, ſunt vnum ſola vnione, & quod minus eſt, vnione quę ex ſola proportione, & imitatione comparatur.

a.1. 23. Ad primum in oppoſitum, quod relationes communes non diſtinguuntur ab alijs ſecundum genus, aut ſpeciem, quia diſtinctio earum eſt per accidens ab alijs ſub genere relationis, quia per res alterius generis: Dico, quòd aliquid diſtinguitur per res alterius generis ab alio dupliciter. Vno modo ſicut ſubiectum illarum rerum, vt homo per hominem nigrum, & iſta diſtinctio, vt procedit obiectio eſt per accidens. Alio modo ſicut conſequens eſſentialiter ad ſubiectum per res illas alterius generis, ſicut in propoſito ad hunc hominem album inquantum eſt albus, & ad alium hominem ſimiliter album inquantum eſt albus, ſequitur ſimile, ſimiliter ad vnum hominem nigrum, & ad alium hominem album ſequitur diſſimilitudo, & ſic in cæteris contentis ſub generaliſſimo relationis ex parte relationum communium, & quæ ſic diſtinguuntur, eſſentialiter diſtinguũtur. Quia licet diſtinctio communis generaliſſimi in talibus ſit per additamentum, vt dictum eſt, (a.6.) & quo ad hoc non inquantum eſſentialiter ſit diſtinctio ſecundum genera, & ſpecies in relationibus iſtis ſicut in abſolutis, quia tamen ipſum fundamentum per quod ſit additamentum illi communi quodammodo ſubintrat rationem reſpectus in dando ei realitatem, quia ſimilitudo fundata ſupra qualitatem qualitas eſt quoquomodo, ſecundum illud dictum vſitatum. *Similitudo eſt rerum differentium eadẽ qualitas:* (Boet. in To. Cic. in Por.) Idcirco ergo albo vni in ordine ad aliud album ſimilitudo eſt eſſentialia quaſi ſecundum tertium modum dicendi per ſe. Et ſicut hoc dico de ſimilitudine, conſimiliter, & hoc dico de alijs relationibus omnibus cõmunibus, & proprijs. Et per hunc modum ſi relatio, quę eſt prædicamentum conſideretur vt vniuerſale abſtractum à ſuis ſpeciebus proximis, ſicut illę non ſolum ſignificant reſpectum, ſiue eſſe ad aliud ſimpliciter, ſed realitatem contractam à fundamentis diuerſa, ſic genus generaliſſimum quod eſt relatio, non ſignificat nudum reſpectum ſiue modum, qui eſt ad aliud eſſe, ſed etiam realitatem in vniuerſali contractam à fundamentis illis in ſuis ſpeciebus. n.8. Et licet à diuerſis generibus prædicamentorum abſolutorum contrahatur iſta realitas, contrahitur tamen ſecundum vnum modum generalem in potentijs quibuſcunque, in menſuris quibuſcunque, & in relationibus omnibus quibuſcunque. Quemadmodum enim ratione vnius ſequitur æquale in magnitudine, ſic ratione vnius ſequitur ſimile in qualitate. Et per hoc licet non in eodẽ vniuocentur quantitas, & qualitas, vniuocantur tamen in eodem æqualitas, & ſimilitudo, vt inferius amplius patebit. (a.68.q.1. n.2.)

24. Per hoc patet ad ſecundum, quod relationes communes omne genus circumeunt, ergo a nullo ſecundum genus, aut ſpeciem diſtinguuntur. Dico enim, quod verum eſſet ſi non haberent vllo modo vnam, & eandem rationem cauſandi illas in generaliſſimo, ſicut verum eſſet de relationibus communibus, quod non continerentur ſub vno genere communi ſubalterno, ſi non haberent vnum modum communem, licet minus generalem cauſandi omnes relationes communes in ſubalterno, ſed per vnum, & multum, vt infra patebit. (a.65.q.1.) Et ſic bene diſtinguuntur ſecundum genus, & ſpeciem ſubalternas relationes cõmunes, quæ ſecundum fundamenta ſua ſequuntur omne genus prædicamenti abſolutũ ab illis, quæ ſic etiam circumeunt omne genus quoad fundamenta ſua, inquantum ſcilicet iſtæ, & illæ ſub ratione vna generaliſſima communi omnibus continerentur, quæ eſt ad aliud eſſe ſecundum prædicta. Sicut, & vna (n.4.) ratione magis ſpeciali fundantur relationes diuerſę ſuper diuerſa prædicamenta, quia ratione multi, aut vnius relationes communes, & ſimiliter relationes in potentijs vna alia ratione ſpeciali, ſcilicet quia ratione actiui, & paſſiui, & ſunt in menſuris, ſcilicet quia ratione perfecti, & diminuti, vt patet ex dictis. (q.1. n.7. & ſeq.)

Concluſiones ex Quæſtione Tertia, Articuli Sexageſimi tertij.

1. *Relatio ſimpliciter conſiderata ratione modi, qui eſt ad aliud eſſe, eſt genus, & rationem generis habens. n. 5.*
2. *Prædicamentum relationis diuiditur in ſpecies per additamentum alterius generis rei. n 6.*
3. *Relationes ratione ſuæ quidditatis non diſtinguuntur niſi in comparatione ad aliud, & non niſi à prædicamentis abſolutis. n. 8.*
4. *Relatio primò diuiditur in relationem potentialem, & menſuralē diſtinctione prima, & naturali. n. 13.*
5. *Relatio potentialis diuiditur per diuerſas habitudines, ſecundum diuerſitatem potentiarum actiuarum, & paſſiuarum. n 14.*
6. *Relatio menſuralis diuiditur in illam quæ eſt in ſubſtantia numerorum, & in illam, quæ eſt in accidentibus numerorum. n. 15.*
7. *Sub ſecundo membro continentur relationes communes tantum. ibidem.*
8. *Relationes communes diſtinguuntur ab alijs ſecundum genus, & ſpeciem ſubalternas. n. 18. 24.*
9. *Relationes communes minus differunt à relationibus ſecundi generis quam iſta omnes à primis. n. 20.*
10. *Magis differunt inter ſe relatiua primo genere relationis, quam ſecundo, aut tertio. ibid.*
11. *Relatiua ſecundi generis non adeò diuerſa ſunt, ſicut relatiua primi generis num. 21.*
12. *Relatiua fundata ſuper vnum in tertio genere relationis non ſunt adeò diuerſa, ſicut relatiua ſecundi generis. n. 22.*

A Re

ARTICVLVS SEXAGESIMVS QVARTVS.

De comparatione relationum communium inter se.

In Quatuor Quæstiones diuisus.

SEquitur Articulus Sexagesimus quartus de comparatione relationum communium inter se, vbi quærenda sunt quatuor.
Primum. *Vtrum inter se differant.*
Secundum. *Vtrum inter se differant secundum rem, an secundum rationem.*
Tertium. *Vtrum differant inter se secundum genera, an secundum species.*
Quartum: *Vtrum illæ, quæ sunt in eodem genere secundum rem, secundum tres modos relationum communium, differant specie, aut genere ab illis, quæ sunt in eisdem secundum rationem.*

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum relationes communes inter se differant.

CIrca primum arguitur, quòd tres modi relationum communium, scilicet identitas, æqualitas, & similitudo non differunt, neque distinguuntur inter se, nec in diuinis nec in creaturis sic. Cõmunes relationes non differunt, neque distinguuntur, nisi secundum illa in quibus fundantur, quia non nisi secundum illa pluruficantur,
a.63. q.3 n. 6. & seq. q.2.n.18 vt patet ex prædictis, & amplius patebit in dicendis, sed per illa nequaquam distinguuntur, nec in diuinis, nec in creatis. Non in diuinis quia in diuinis idẽtitas, æqualitas, & similitudo fundantur super idem penitus. Tres enim personæ diuinæ sunt idem in substantia, quia sunt eadem substantia, & sunt idem in quantitate, quia sunt eadem quantitas, & sunt idem in qualitate, quia sunt eadem qualitas. Et substantia quantitas est, & qualitas, & è contrario. Similiter sunt æquales in substantia, quia omnes perfectiones substantiæ immensæ, & similiter in quantitate, & qualitate. Similiter similes sunt in substantia, eo quod substantia diuina est forma substantialis. Communicantes autem eandem formam substantialem similes dicuntur secundum illam, puta Petrus, & Paulus secundum humanitatẽ; Sunt etiam similes in quantitate, quia non est magnitudo mole, & secundum Augustinum
de Trinitate, *in ijs quę non sunt mole magna, idem est maius esse quod melius.* Melius autem sicut bonum non nisi in qualitate dicitur, magnitudo autem in Deo qualitas est, secundum qualitatem dicitur simile, ergo, & in Deo secundum magnitudinem dicitur simile. l. 6. c. 8. to. 3.

3. Similiter nec per fundamenta distinguuntur seu differunt identitas, æqualitas, & similitudo in creaturis per eandem rationem, quia diuersi secundum idem dicuntur æquales, puta duo homines. Similiter secundum quantitatem, & qualitatem, quia habentes eandem quantitatem, & qualitatem idem sũt, vt videtur in quantitate, & qualitate. sicut habentes eandem substantiam idem sunt in substãtia, & similiter secundum quantitatem non solum dicuntur æquales propter paritatem quantitatum, sed etiam similes propter paritatem in gradu perfectionis, & etiam secundum qualitatem non solum dicuntur similes propter qualitatem, sed etiam æquales propter paritatem in gradu qualitatis, quo dicuntur perfectè similes.

4. Prætera si illæ relationes communes differrent secundum differentiam fundamentorum,

rum,

rum, cum illa in creaturis differant genere, scilicet substantia quantitas, ergo & ipsæ relationes communes differrent genere, quod falsum est, cum omnes ad genus relationis per a.62.q.1. tineant secundum prędicta etiam in creaturis, sed maxime in Deo, quia in Deo illa tria, scilicet substantia, quantitas, & qualitas, nec genere, nec specie, nec numero differunt, quare, & illæ relationes communes in Deo, nec genere, nec specie, nec numero differrent, & sic in nullo differrent in Deo omnino, nec idcirco essent plures relationes, consequens falsum est secundum prædicta, ergo &c.

5 Idem arguitur specialiter in diuinis ex eis quæ reperiuntur in creaturis, sic. *Sicut in creaturis quod est commune, secundum rationem est, sic in Deo quod est commune, secundum rem* Orth.fid. *est*, secundum Damasc lib.1.ca.11. Sed idem æquale, & simile, quæ in creaturis sequuntur ad commune secundum rationem, inter se non differunt, nec distinguuntur, puta cum in humanitate Petrus, & Paulus dicuntur idem, æquale, & simile, ergo consimiliter idem, æquale, & simile, quæ in diuinis sequuntur cōmune secundum rem, puta cum pater, & filius, & Spiritus Sanctus dicuntur idem, simi- te 20.t.3 le, & æquale, ergo &c. Vnde, & Philosophus 5. Metaphysicę de relationibus communibus identitatis, æqualitatis, & similitudinis dicit, sic. *Omnia dicuntur secundum vnum modum.*

6. Contra est id quod Commentator super illo verbo 5 Metaphysicæ dicit, sic, *idest &* a.62.q.1. n.9. *proprium est istis tribus generibus relationum*, &c. vt supra, articulo primo de relationibus communibus in principio corporis solutionis ad quæstionem primam. Si enim sunt tria genera relationum, necessariò differunt.

7 Dico secundum prætacta in corpore dictæ solutionis, quod postquam identitas, ęqua- ib.q.2. n.7. litas, & similitudo sint plures relationes communes, vt dictum est in secunda quæstione eiusdem articuli, necesse est ponere, quod sunt diuersæ inter se.

8. Vlterius autem postquam conueniunt in genere relationis, quia omnes sunt relationes, & differunt ab alijs relationibus, vt declaratum est per totum illum articulum, necesse est ponere, quod etiam inter se distinctę sunt, & differentes, & secundum quod tactū a.63.q.2. est in secunda quæstione articuli præcedentis de differentia relationum communium ad relationes non communes.

9. Differentia autem relationum communium inter se ad præsens debet sumi neque penes relata, neque penes fundamenta, de qua a.66.67. rum differentia secundum illa erit sermo inferius, quæ sunt quasi causa materialia talium relationum, sed solummodo penes rationes causæ formalis, aut penes agens huiusmodi formas, quæ quidem formæ sunt huiusmodi relationes, aut respectus quibus relata referūtur. Et dico iuxta dicta in illa quæstione, a.63.q.2. n.12. quod relationes communes differunt, & distinguuntur secundum tria genera, siue tres modos relationum differentes secundum formam. Diuersos enim respectus siue relationes important genera relationum communiū diuersa, & qualiter hoc, declarabitur in quæstionibus sequentibus.

10. Et secundum hoc concedenda est vltima ratio iam adducta. n.6.

11. Ad primum in oppositum, quod rela- n.1. tiones communes non distinguuntur penes fundamenta, quare non distinguuntur omnino, quia non nisi penes illa multiplicantur. Dico, quòd immo per sua fundamenta distinguuntur, licet non formaliter, sed solum quia ab illis rationes suas formales trahunt originaliter, & completiue, vt contingit in relationibus realibus, vel originaliter tantum, & cōpletiue à ratione, vt contingit in relationibus secundum rationem, secundum dicta in secū- a.63.q.2. n.6. da quæstione articuli præcedentis. In quibus respectus qui originaliter habent esse in fundamentis, quandoque non habent esse ex illis, vt etiam ex eis habeant esse, sicut ea, quæ per eas referuntur, & sunt simul fundamenta, & relata, sed quandoque in eis nulla existit relatio secundum esse, neque rei, neque rationis, sed secundum dici tantum, qualis est inter partem, & totum, & inter subiectum, & accidēs. Quandoque vero existit in eis relatio secundū esse rationis tantum, vt vniuersaliter contingit in relationibus primo modo identitatis: quandoque vero respectus qui habent esse ex fundamentis, sicut habent esse ex illis, vt tamē non sint ex illis, quæ per eas referuntur, quæ sunt aliquid ipsorum relatorum, vt contingit in secundo modo identitatis, & vniuersaliter in similitudine, & in æqualitate, eorumque contrarijs. Quandoque etiam non habent esse respectus originaliter ab illis, quæ per eos referuntur, neque ab illis quæ sunt aliquid illorum, sed solummodo ab illis, siue ex illis ad quæ referuntur, vt vniuersaliter contingit in relationibus, quæ sunt per accidens secundum esse rationis, puta mensuræ ad mensuratum, & columnæ ad animal secundum dextrum, & sinistrum, secundum quod hęc amplius patent ex distinctione relationum realium, & ratio- a.62.q.4. n.8.&seq. a.63.q.2. nalium supra de relationibus communibus articulo primo quæstione quarta, & quæstione secunda articuli præcedentis.

12. Quod autem arguitur quod in diuinis relationes communes non differunt penes sua n.2. fundamenta quia fundantur super idem penitus, eo quod personæ tres sunt ijdem æquales,

&

& similes secundum substantiam, quantitatem
& qualitatem. Dico de identitate, quod mul-
tum refert aliqua dicere eadem esse in substan-
tia, quantitate, aut qualitate, & esse eadem se-
cundum hæc, quia eadem possunt dici in ali-
quo quæcunque commune essentiale habent
vnum aliquid, & sunt vnum essentialiter, pu-
ta quæ habent commune aliquid vnum gene-
re, aut specie, aut numero, & sunt illud deno-
minatione essentiali, puta homo, & asinus in
animali sunt idem, Petrus, & Paulus in homi-
ne, & similiter pater, & filius in deitate. Quod
contingit solummodo in substantia circa crea-
turas, nequaquam autem in quantitate, & qua-
litate, quia licet aliqua communiter habeant
illa, non tamen habent aliquid illorum, vt cõ-
mune illis essentiale, & vt illa quæ sunt illa es-
sentialiter. Puta Petrus, & Paulus habent in-
ter se albedinem, non tamen habent albedi-
nem, vt aliquid eis commune essentiale, nec
ipsi sunt albedo, licet sint albi denominatione
accidentali, de quibus nequaquam potest di-
ci, quod sint idem in quantitate, aut qualitate,
neque quód sint eadem quantitas, aut quali-
tas. Circa diuinas autem personas illud in-
differenter contingit in substantia, quantita-
te, & qualitate, eo quod in diuinis habens sẽ-
per est id quod habetur, & ideo quicquid com-
muniter habetur à diuinis personis, est eis cõ-
mune secundum rem, & essentiale illis, & ipsæ
sunt communiter illud. Et ideo generaliter
verum est in diuinis personis, quod sunt e-
ædem in substantia, in qualitate, & in quan-
titate, quia sunt eadem substantia, eadem qua-
litas, & quantitas.

13. Eadem autem non possunt dici aliqua
esse secundum aliquid nisi illud sit substantia,
quæ communiter est substantia, vt contingit
in primo modo identitatis, aut quæ essentia-
liter habita ab illis, vt aliquid illorum, vt con-
tingit in secundo modo identitatis, secundum
quem modum dicuntur aliqua æqualia secun-
dum quantitatem, quia ipsa communiter est
habita ab illis, vt aliquid eorum, & similiter
similia secundum qualitatem, secundum quod
hæc patebunt loquendo de relationibus com-
a.67 q.2 munibus in comparatione ad relata per illas.
n. 11. & Vbi declarabitur qualiter aliquod vnum potest
seq. referri per identitatem ad seipsum, secundum
substantiam, & etiam ad aliud, licet secundum
diuersos modos identitatis. Nihil autem po-
test referri ad seipsum per æqualitatem, aut si-
militudinem secundum quantitatem, sed so-
lummodo ad aliud. Et sic neque in diuinis,
neque in creaturis aliqua dicuntur eadem se-
cundum quantitatem aut qualitatem, neque
in creaturis aliqua duo subiecta sunt eadem
quantitas, aut eadem qualitas. In diuinis aũt
ipsæ personæ sunt eadem substantia, & sunt
eadem secundum substantiam, sed non ex hoc
sunt eædem secundum substantiam, quia scili-
cet sunt eadem substantia, sed solummodo
quia substantia illa est aliquid horum, secun-
dum quod infra patebit, licet bene dicantur ibid.
eædem in substantia, quia sunt vna substan-
tia, sicut iam dictum est. Et sic quo ad iden- n.12.
titatem falsa assumpta sunt in argumento.

14. Quod arguitur, quod tres personæ di- n.13.
uinæ sunt æquales in substantia, qualitate, &
quantitate, quia secundum illa sunt immen-
sæ. Dico, quod quantitas large sumitur, cum
dicitur, quod æquale sequitur vnum in quan-
titate scilicet ad quantitatem molis, & ad quan-
titatem virtutis, vt patebit infra disputando
de relationibus communibus in comparatione q.4.n.8.
ad earum fundamenta. Et penes illam quan- a.65 q.1 n.24.
titatem virtutis in mensura, & mensurato, su- a.66. q.2
mitur secundum genus relationis inter men-
suram, & mensuratum, vt habitum est supra, a.63. q.1 n.8.
& penes quantitatem in mensuratis, sumitur
æquale, & inæquale pertinens ad tertium ge-
nus relationis, & hoc siue talis quantitas siue
molis, siue virtutis habeat esse in substantia,
siue in qualitate, siue in quocunque alio præ-
dicamento, licet diuersimode secundum hanc
quantitatem, & secundum quantitatem mo-
lis, & hoc secundum modum diuersificata il-
latum, secundum quod hæc omnia infra pa- a.65.q.4 n.14
tebunt. Et æqualitas secundum vtramque a.66.q.2
quantitatem multum differt ab identitate, &
similitudine, quoniam identitas sumitur à sub
stantia secundum id quod est, & similiter si-
militudo sumitur à qualitate secundum id,
quod est, sed æqualitas sumitur, aut secundum
id quod est quantitas differens à substantia, &
quãtitate, aut secundum gradus perfectionis,
vel quasi gradus in illis contentos, vt amplius n.20.
patebit inferius.

15. Quod vero arguitur, quod tres perso-
næ sunt similes in substantia, quantitate, & n.2.
qualitate. Dico, quod nequaquam sunt ali-
qua similia in substantia, etiam extensa simili-
tudine ad essentialem, & accidentalem, nisi in
substantia, quæ est differentia, & qualitas sub-
stantialis, quæ continetur sub communi no-
mine qualitatis, quando dicitur simile sequi
ad vnum in qualitate, vt infra patebit. Et se- a.67 q.2
cundum quod aliquid est differentia, & quali- a.71. q.4
tas substantialis, non habet rationem substan-
tiæ, vt secundum ipsam dicatur aliquid idem,
sed solummodo secundum speciem per diffe-
rentiam cõstitutam, habentem rationem sub-
stantiæ compositæ, cuius dicuntur indiuidua sub
illa contenta esse eadem. Vnde Petrus non
dicitur similis similitudine essentiali Paulo hu
manitate, nisi ratione rationalitatis, quam cõ-
tinet, sed idem dicitur illi per se humanitate.
Vnde contenta sub generalissimo eadem di-
cun-

cuntur secundum illud, & in illo, non autem
similia, quia generalissimum non constituitur
per differentiam aliquam, nisi ens esset genus
& descendat per differentias in generalissi-
ma. Et per eandem rationem diuinæ perso-
næ, neque in substantia, neque secundum sub-
stantiam dicuntur esse similes, quia substantia
a.56.q.3 non contrahitur in illis, sicut genus per diffe-
rentias. Licet enim proprietates relatiuæ res-
pectu substantiæ diuinæ sint quasi differentiæ
a.54.q.4 n.15. constitutiuæ personarum, quæ sunt veluti
individua diuersarum specierum, non tamen
a.51.q.1 n.20. contrahunt substantiam deitatis sicut vniuer-
a.52.q.2 n.16. sale siue genus, ad speciem, vt supra declaratū
est.

16. Quod autem assumitur in argumento,
n.4. quod in diuinis substantia est quantitas, & qua
litas, & è conuerso. Dico, quod verum est se-
cundum rem. Et ideo secundum rem non
differunt in Deo illę rationes tres. Differunt
tamen secundum rationem, inquantum sub-
stantia, quantitas, & qualitas, in Deo secun-
dum rationem differunt, vt factum est supe-
a.62.q.3 n.18. rius in quęstione de pluralitate relationū com-
munium in diuinis, specialiter articulo pri-
mo.

n.2. 17. Quod autem arguitur, quod diuinę per-
sonę sunt similes secundum quantitatem, quia
ibi quantitas est qualitas, eo quod in eis, quæ
non sunt mole magna, qualia sunt omnia quæ
sunt in diuinis, maius esse est melius esse, me
lius autem ad qualitatem pertinet. Ad hoc
respondebitur infra artic. 69. quæst. 1. in dis-
solutione quæstionis tertiæ.

18. Per iam dicta de diuinis patet respon-
n.4. sio ad consimilem modum arguendi iam di-
cta in creaturis adductum in argumento.

19 Ad secundum, si relationes commu-
n.4. nes distinguerentur secundum fundamenta,
differrent genere prædicamenti sicut & illa:
Dico, quòd verum esset si illis solis, & præci-
sè distinguerentur, vt singulum secundum se
consideratur, & sic in ipsa fundarentur, nec
haberent rationem formalem differentem se-
cundum habitudinem, quæ est ad aliud esse,
qua ad vnum prædicamentum aliud ab illis
fundamentis pertinent. Quæ quidem rela-
tiones non sunt nisi quædam habitudines se-
cundum illa fundamenta illorum quorum
sunt, & fundantur in illis singulis non se-
cundum se, sed in ordine quodam considera- a.65.q.1
tis secundum rationem vnius & multi, vt in- a.66.q.1
fra videbitur. n.14.

20. Ad tertium, quòd idem, æquale, & si- n.2.
mile, quæ sequuntur vnum commune secun-
dum rationem, non differunt in creaturis, er-
go nec in Deo cum sequuntur in illo vnum n.5.
commune secundum rem: Dico, quod immo
in creaturis differunt sub genere relationum
communium, licet sequuntur vnum commu-
ne secundum rationem, & hoc quia diuersi-
mode, & secundum diuersas rationes illud,
quia identitas sequitur illud ratione totius na-
turæ speciei, æquale autem ratione gradus per
fectionis in illa, simile autem ratione diffe-
rentiæ constitutiuæ speciei, secundum quod
iam supra dictum est. Et secundum eundem n.15
modum differunt in Deo identitas, & æqua-
litas, quando æqualitas sua datur in Deo su-
per quantitatem perfectionis, sed alius est mo-
dus, quando fundatur super quantitatem at- q.4.n.8.
tributalem in Deo. Similitudo autem secū- a.65 q.1 n.24.
dum illum modum non est in Deo, quia non
est in illo, nisi fundata super qualitatem attri-
butalem, eo quod non est in Deo ratione dif-
ferentiæ in ipsa essentia deitatis, sicut est in
homine in ipsa essentia humanitatis, quia, vt
dictum est, deitas non contrahitur per ali- n.25.
quam differentiam in patre, & filio, & Spiri-
tu Sancto.

Conclusiones ex Quæstione Prima, Articuli Sexagesimi quarti.

1. *Necesse est ponere, quod relationes communes sunt diuersa inter se.* n. 7.
2. *Necesse est ponere, quod inter se distinctæ sunt, & differentes.* n. 8.
3. *Distinguuntur per fundamenta, non formaliter, sed vel originaliter, & completiuè, vel originaliter tantum, & completiuè à ratione.* n. 11.
4. *Generaliter verum est in diuinis personis, quòd sunt eadem in substantia, in qualitate, & in quantitate non autem in creaturis,* n. 12.

5. Ne-

5. *Neque in diuinis, neque in creaturis aliqua dicuntur eadem secundum quantitatem, aut qualitatem n. 13.*

6. *In diuinis ipsæ personæ sunt eadem substantia, & sunt eadem secundum substantiam. ibid.*

7. *Diuinæ personæ, neque in substantia, neque secundum substantiam dicuntur esse similes. n. 15.*

QVAESTIO SECVNDA.

Vtrum relationes communes inter se differant secundum rem, an secundum rationem.

CIrca secundum arguitur, quòd genera relationum cõmuniũ differunt inter se secundum rem, non secundum rationem tantum, sic, relationes quæ inter se differunt absque omni opere, & consideratione rationis, differunt secundum rem, & non secundum rationem tantum, quia differẽtia secundum rationem non est absque opere, & consideratione rationis, tria genera relationum cõmunium sunt huiusmodi, tam in creaturis, in quibus hoc manifestum est propter realem differẽtiam fundamentorum suorum, quæ sunt substantia, quantitas, & qualitas, quam in diuinis, quia personæ diuinæ tres eædem sunt, æquales, & similes verius, quam
a. 61. q. 4. n. 10. aliqua in creaturis, sicut dictum est in parte
supra, & amplius exponetur infra, verius autẽ
a. 67 q. 3. sunt eadem, æqualia, & similia, quæ sunt ta-
a. 71. q. 4. lia absque rationis consideratione a natura rei, quam quæ ex rationis consideratione, ergo &c.

2. Secundo arguitur, quod non differunt inter se nisi secundum rationem tantum, sic, differentia, siue quæ differunt, illis differunt quibus habent esse. Vnde illa differunt substantialiter, quæ differunt illis quibus habent esse substantialiter, & illa differunt accidentaliter, quæ differunt illis, quibus habent esse accidentaliter, sed idem, æquale, & simile, licet habeant esse à substantia, quantitate, & qualitate, hoc tamen non est immediate nisi per vnitatem, quia immediate habent esse ab vni-
a. 63 q. 1. tate in substantia, quantitate, & qualitate, vt
n. 20. 21. iam tactum est in parte, & iam amplius decla-
inf. q. 3. rabitur inferius, sed vnitas non differt nisi se-
n. 1. 8. 10
cundum rationem, vt est in substantia, quantitate, & qualitate etiam in creaturis, vbi substantia, quãtitas, & qualitas, differunt secundũ rem, sicut licet decem homines, & decem equi sint diuersa decem, denarius tamen est idem, & vnus decem hominum, & decem equorum, secundum Philosophum in fine c. 134. co. 2.
quarti Physic. ergo &c.

3. Contrarium arguitur sic. Relationes secundum rem quæ sunt ad diuersa, necessario differunt inter se secundum rem, & similiter relationes secundum rationem tantum ad diuersa, necessariò differunt inter se secundum rationem tantum, quia ad destructionem consequentis sequitur destructio antecedentis, quia relationes, quæ non differunt inter se secundum rem, non possunt esse secundum rem ad diuersa. Relationes enim, quę sunt secundum rem, & ad idem, non differunt nisi sm̃ rationem, puta in filio genitum esse verbum, esse imaginem, relationes sunt secundum rem & ad idem, scilicet ad patrem, & inter se non differunt nisi secundum rationem, secundum
quòd supra est determinatum. Et consimi- a. 59. q. 4. n. 11.
liter est de relationibus secundum rationem, a. 63. q. 2.
quia relationes quæ non differunt inter se se- n. 24.
cundum rationem tantum, sed secundum rẽ, non possunt esse secundum rationem tantum ad diuersa. Relationes enim quæ differunt inter se secundum rem, & sunt ad diuersa, necesse est esse ad diuersa secundum rem, puta in diuinis generatum esse, & spiratum esse, ad generantem, & spirantem, & pater inquantum generat differens est à se ipso re relationis inquantum spirans, ergo &c.

4. Dico secundum quòd tactum est in so- a. 63. q. 2
lutione secundæ quæstionis articuli præce- n. 4.
dentis, quod supposito ex quæstione proxima a. 64 q. 1.
præcedente, quòd sit differentia relationum n. 7. & seq
communium inter se, quæstio ista quærit quo,

Llllll &

& quomodo differunt.

5. Et vt etiam tactum est in solutione quæ-
ib.n.9. stionis proximæ præcedentis, non quęrit quę
stio illa nisi de differentia illarum secundum
formam respectuum, & secundum agens cau-
sans in illas huiusmodi diuersitatem.

n.63.q.2. 6. Et patet ex dictis in dicta quęstione prę-
n.6. cedentis articuli, quomodo illæ relationes,
quæ in illis generibus sunt secundum rem,
differunt ab illis quæ sunt sub eisdem secun-
dum rationem tantum, quia illas quæ sunt se-
cundum rem, omnino operatur natura, illas
vero quæ sunt secundum rationem, aut omni-
no, aut completiue operatur ratio, & sic diffe-
runt ex parte agentis.

7. Formaliter autem semper illæ quæ sunt
sub eodem genere, differunt differentia dispa-
rationis inter se ab illis, quæ sunt sub alio ge-
ib.n.9. nere, vt patebit in sequenti quæstione. Et il-
læ quæ sunt sub vno horum generum, siue sint
secundum rem, siue secundum rationem, dif-
ferunt secundum genus causæ formalis ab il-
lis quæ sunt sub alio genere secundum rem,
& secundum rationem, reddendo singula sin-
gulis, secundum quod expositum est de diffe-
rentia relationum communium ad alias in
n.9.&seq quæstione secunda præcedentis articuli.

8. Quare autem, & quomodo semper in
diuinis sola ratione dicti tres modi relatio-
num communium inter se differãt, & in crea-
turis quandoque secundum rem, quandoque
n.12. vero secundum rationem tantum, patebit in-
ferius.

n.3. 9 Et secundum hoc concedenda est ratio
vltimo adducta.

n.1. 10. Ad primum in oppositum, quod gene-
ra relationum communium tam in Deo, quã
in creaturis differunt inter se absque omni cõ-
sideratione rationis. Dico, quòd non est ve-
n 62.q.2 rum, quando fundantur in vno a proprietate
n.18 19. vnitatis dicto, quod semper contingit in diui-
q.1.n 13 nis, vbi idem re singulari sunt substantia, quã
a.62.q.5. titas, & qualitas in tribus personis, & ideo so-
a.51.q.1. la ratione differunt inter se, vt supra declara-
a.67.q.5. tum est circa distinctionem diuinorum attri-
butorum, & adhuc infra amplius declarabitur.
Contingit etiam semper in creaturis, quando
est relatio identitatis alicuius ad seipsum, siue
sit vnũ sm̃ rõnem generis, siue sm̃ rõnem spe
ciei, siue sm̃ ratiõnẽ indiuidui, & hoc, quia sola
ratione in tali relatione differunt fundamen-
ta relationum, & ipsa relata. Sed illud so-
lummodo verum est in creaturis, quando est
realis differentia illorum super quæ fundan-
tur; tũc enim intellectus illa inuenit distincta.

11. Quod autem arguitur vlterius, quod
n.3. etiam in diuinis vbi fundantur in eodem sin-
gulari, secundum rem differant absque ratio-
nis consideratione, quia verius habent esse in
Deo quam in creaturis. Dico, quod bene se-
queretur istud scilicet identitas, & similitudo
verissime habent esse in Deo, ergo verissime,
& maxime differunt, si differentia illorum ac-
ciperetur ratione illa, qua habent verissime es-
se in Deo. Cum enim ea ratione aliqua diffe-
runt qua habent esse illa, quæ verius habent
esse, & perfectius, verius, & perfectius diffe-
runt, vt contingit in illis, quorum esse differẽ-
tia sumitur a formis absolutis. In absolutis
enim, quæ verius, & perfectius existunt, ve-
rius, & perfectius inter se differũt quemadmo-
dum verius, & perfectius inter se differũt, & di
stinguũtur suis formis absolutis substãtię spiri
tuales separatæ, quam substantiæ corporales
communicantes in materia. Nunc autem se-
cus est in diuinis de relationibus communi-
bus, quia in illis alia ratione habent esse, & ve-
rissime esse dicta genera relationum commu-
nium, alia vero ratione habent inter se distin-
gui, quia alio sunt, alio vero distinguuntur.
Quod enim sunt aliquæ relationes commu-
nes, hoc habent ab vno, & multo communi-
ter. Quod vero differunt, & distinguuntur
inter se, hoc habent à suis fundamentis, quæ a.65.q.1
sunt substantia, quantitas, qualitas. Vnde
quod in diuinis verissime sunt relationes com-
munes, hoc non contingit nisi ex summa vni-
tate fundamentorum in relatis. Inter diuinas
enim personas verissima est identitas, quia
maxima substantiæ vnitas: verissima æquali-
tas, quia maxima quantitatis vnitas, verissima
similitudo, quia maxima qualitatis vnitas. Ex
parte autem talis vnitas, nec accipitur differen
tia identitatis ad identitatem, nec similitudi-
nis ad similitudinem, secundum quod inferius
erit sermo de hoc. Nec etiam accipitur dif- q.3.n.10
ferentia identitatis, æqualitatis, & similitudi-
nis inter se, sed ex parte fundamentorum prę-
dictorum a quibus originantur habent origi-
naliter rationes diuersorum respectuum for-
malium secundum prædeterminata, quos cõ- q.2.n.11
pletiue habent a rationis consideratione, vt in-
ferius declarabitur. Propter quod non se- a.67.q.3.
quitur quod in diuinis verius differant, & per- n.29.
fectius illa tria genera relationum, licet verius
& perfectius habeant esse in diuinis, quam in
creaturis.

12. Ad secundum, quod differentia diffe-
runt illis quibus habent esse. Dico, quod ali- n.1.
quo differre est dupliciter scilicet aut forma-
liter, aut causatiue. Formaliter differunt re-
lationes communes ipsis respectibus, quos im-
portãt, quibus & formaliter sunt id quod sũt,
& de tali differentia vera est maior, vt proce-
dit eius probatio. De differentiis autem qua
aliqua differunt causatiue, non est verum, nisi
in illis, quæ ab eodem, & eadem ratione ha-
bent esse, & differre, quod non contingit in
rela-

relationibus communibus, ficut iam expofitũ
q.12. eft. Et de hac differentia procedit minor propofitio affumẽs bene, & rõnabiliter q relationes cões principaliter habent effe in creaturis ab vnitate, quæ tamen (vt dictum eft) principaliter habent effe cauſatiue a differentia fubftantiæ, quantitatis, & qualitatis inter fe, & non ab vnitate, nifi quia ipfa vnitas differt in illis tribus. Vnde verũ eft illud affumptũ, q genera communium relationum non habent effe à fubftantia, quantitate, & qualitate, & hoc neque originaliter, neque completiue, & immediate, fed folummodo mediate, & ab vnitate exiftente in illis immediate. Sed quod vlterius adiungitur, quod vnitas in fubftantia quantitate, & qualitate non differt nifi fecundum rationem. Dico quod verum eft in Deo.
n.12. Propter quod ifta tria genera relationum communium in Deo non differunt nifi fecundum rationem, ficut non nifi fecundum rationem differunt in illo fubftantia, quantitas, & qualitas. Sed non eft verum in creaturis, immo in illis vnitas differt fecundum rem non folum quæ eft in fubftantia ab illa, quæ eft in quantitate, fed etiam quæ eft in diuerfis fubftantijs vna ab alia eorum, quæ inter fe referuntur identitate, & in diuerfis quantitatibus, & qualitatibus, eorum quæ referuntur inter fe æqualitate, & fimilitudine.

n.2. 13. Quod arguitur in contrarium, quod denarius eft vnus diuerforum decem, ergo & vnitas eft vna diuerforum vnorum, quæ funt fubftantia, quantitas, & qualitas. Dico, quod denarius, aut vnitas poffunt intelligi, aut quo ad effe, & confiderationem illorum Mathematice, aut quo ad effe, & confiderationem eorum naturaliter. Si primo modo, cum effe rei mathematice fit abftractum fecundum confiderationem à materia fenfibili, vt eft fenfibilis, &
q.3.n.11 in vniuerfali, & in particulari, fecundum tale effe, & confiderationem non eft vnitas nifi vna numero neque denarius nifi vnus numero plurium numeratorum, & fic loquitur Phi-
t.134.to.2. lofophus 4 Phyfic. quia plurificari non habet nifi per effe fuum in materia, aut in fubiecto ab agente, & non habet effe tale nifi in confideratione, qua applicatur rebus extra, ipfas menfurando, & numerando, vt menfura extrinfeca. Sed hoc modo non loquitur de denario in 4. Phyfic. fed fecundo modo. Cum enim effe naturale non fit nifi in re naturali, & non abftractum ab illa, nifi abftractione logica, fcilicet vniuerfalis à particulari, & hoc non à materia fenfibili fimpliciter, fed à materia fenfibili hac vel illa, fecundum tale effe nõ eft denarius vnus numero, neque vnitas vna numero nifi prout habet effe in re eadem numero, fed eft in diuerfis folummodo vnus vel vna fecundum fpeciem, quia ita vnus denarius decẽ hominum, & alter vnus denarius decem equorum, & fimiliter vna vnitas in vno homine, & altera in vno equo.

14. Et fecundum primum modum vnus numerus numerans eft plurium numeratorũ, & vna vnitas plurium vnorum, & hoc in creaturis, è contra illi quod contingit in diuinis, vbi funt tres vnitates relatiuæ numerantes pro per tres perfonas, & vna numerata propter vnitatem rei abfolutæ. Propter quod in creaturis conftituunt numerum verum, illæ autẽ in Deo nequaquam, dicente Boethio de Trin. ad med.
Cum tertio repetitur Deus, cum Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus nuncupatur tres vnitates nõ faciunt pluralem numerum in eo quod ipſa funt, fi aduertamus ad res numerabiles, ac non ad ipfum numerum. Illic enim vnitatum repetitio non facit numerum, &c. vfque ibi. Non igitur fi de patre, & filio, & Spiritu Sancto tertio prædicatur Deus, idcirco talis prædicatio numerũ facit.

15. Penes autem modum fecundum plurificatur femper in creaturis numerus, & vnitas fecundum numerum, manente tamen femper eadem vnitate fecundum fpeciem, & eft alius denarius in 10. hominibus fecundum numerum, & alius in 10. equis, & alia vnitas numero in vno homine, & alia in vno equo, fed omnes fpecie conueniunt. Et per hoc bene fecundum rem differt vnitas vt habet effe in fubftantia, & in quantitate, & in qualitate in creaturis. Et hoc intellexit Ariftot. in eo, quod dixit in 4. Phyfic. *idem eft denarius decẽ* t.134.to.2.
hominum, & 10. equorum, licet 10. non fit idem neque ipfa decem fint eadem. Quod declarat ex hoc, quia rationem quare denarius eft idem hominum, & equorum dicit effe, quod denarius quilibet fub vna, & eadem differentia numeri cadit, quando numerus diuiditur ficut genus in fpecies per differentias in decem aliarum, & alias fpecies numeri. Vt enim dicit, *idem dicitur quodlibet alteri à quo non differt differentia fub eodem genere, fed non dicitur idem illi à quo differt differentia, fed potius dicitur diuerfum ab illo.* Quod declarat per exemplum clarius in figuris, dicens, *quod hoc contingit in denario, fcilicet quod femper eft idem alteri denario, fed differt ab alijs fpeciebus numerorum, vt triangulus vnus fecundum vnam fpeciem trianguli, puta æqui laterus, & alius triangulus fecundum aliam fpeciem trianguli, puta gradatus, non funt idem triangulus, quia fub triangulo fimpliciter triangulus differt à triangulo, puta æquilaterus à gradato. Alterius enim trianguli funt cum figura eadem, quia ambo trianguli funt, & cadunt fub eadem differentia figuræ quando figura diuiditur per angularem, & rotundam.* In Deo autem vnitas vt habet effe in fubftantia, in quantitate, & in qualitate non differt nifi fm rationem, ficut, & illa non differunt nifi fecundum rõnem inter fe.

Lllllll 3 Con-

Conclusiones ex Quæstione Secunda, Articuli Sexagesimi quarti.

1. *Dicti tres modi relationum communium in diuinis sola ratione inter se differunt. num. 8.*
2. *In creaturis quandoque secundum rem, quandoque secundum rationem tantùm. ibid.*

QVAESTIO TERTIA.

Vtrum relationes communes differant inter se secundum genera, & species.

Circa tertium arguitur, quod relationes communes non distinguuntur inter se secundum genera, aut species.

1. Primò sic. Relationes communes non differunt penes substantiam, quantitatem, & qualitatem, nisi mediante ratione vnitatis, vt iam tactum est in quæstione præcedenti. Sed vt tactum est ibidem, vnitas specie non differt, nec genere, vt est in substantia, quantitate, & qualitate, quare nec relationes communes fundatæ in illis differunt genere, aut specie. n.1. 12. ibid.

2. Secundò sic. In relationibus communibus non sunt nisi duo scilicet quod est in eis ex fundamento, & quod est in eis ex vnitate mediante qua fundatur in illo, sed ratione fundamentorum non distinguuntur neque secundum genera, neque secundum species, quia illa sunt diuersorum generum, & non subalternatim positorum, & harum relationum distinctio debet esse sub eodem genere, nec ratione vnitatis in illis, vt dictum est, quare neque ab vtroque secundum modum arguendi in sex principijs. ibid.

3. In contrarium est, quod Commentator dicit esse tria genera relationum communium, vt habitum est in quæstione præcedente. q.1.n.6.

4. Dico, quòd relationes communes, sicut & aliæ necessario distinguuntur secundum distinctionem fundamentorum, & modos fundandi in illis, vt habitum est, & expositum in tertia quæstione articuli præcedentis. n.6. Quia igitur omnes relationes communes fundantur in tribus prædicamentis secundum vnam rationem communem vnitatis, vt habitum est iam supra, idcirco dico, quod rationes harum relationum secundum quas ad præsens quæritur illarum distinctio, à fundamentis suis trahuntur. q.1.n.12 n.6; q.1 n.10. 11. q.3.n.12 ib.n.6. & seq. Secundum enim quod diuersificantur modi fundandi relationes communes in illis prædicamentis, & modi illi distinguuntur inter se, secundum hoc redundat ab illis distinctio formalis in huiusmodi relationibus.

5. Supposito ergo, quod relationes omnes communes sub vna differentia generis subalterni cadunt, qua distinguuntur à relationibus mensurationum quæ sunt in substantia numerorum, vt dictum est in tertia quæstione articuli præcedentis, & sic per illam differentiam continet illas relationes communes vna species subalterna, quæ genus subalternum est respectu illorum, quæ continet vt species. n.15. Genus autem omne per duas differentias immediatas diuidi debet secundum Boethium in libro diuisionum, igitur assignando distinctionem relationum communium fundatarum super vnum, & per illam à contrario supponendo conformem distinctionem relationum communium fundatarum super multum, & secundum Philosophum, qui bene definiunt

con-

contraria consignant.

6. Dico, quod quia (vt dictum est) substantia, quantitas, & qualitas sunt principia distinctiua relationum communium, tanquam illa à quibus procedunt differentiæ earum, igitur secundum illa inter se relationes communes genere, & specie distinguuntur. Quia aut fundantur super substantiam, & sic est genus primum relationum communium, quod est identitas. Aut fundantur super dispositioné substantię, & hoc aut super dispositionem substantiæ, quæ est quantitas, aut super dispositionem substantiæ, quæ est qualitas. Primo modo est æqualitas secundum genus relationum communium. Secundo modo similitudo est tertium genus relationum communiũ. Et continentur illud tertium genus, & secundum sub vno genere subalterno distincto immediate, vt vna species subalterna contra relationem identitatis.

7. Identitas autem tam in diuinis, quam in creaturis diuiditur in identitatem, quæ fundatur supra substantiam quamcunque secundumque secundum se consideratam, & in identitatem fundatam super substantiam, vt est aliquid alicuius, prout inferius determinabitur. a.63.q.2 n.5. Et est prima identitas cuiusque ad seipsum, siue sit vnum numero, siue vnum specie, siue vnum genere. Secunda non est nisi alterius ad alterum eandem substantiam communem habentium, vel singularem, vt diuinarum personarum, vel vniuersalem generis, aut speciei vt in creaturis, prout inferius quæstione n.9. 2. sequentis articuli amplius patebit.

a.67. q.3 8. Aequalitas autem in creaturis distinguitur in æqualitatem substantialem, & accidentalem, & in diuinis in æqualitatem substantialem, & attributalem, secundum quod in ipso est duplex magnitudo virtualis, vt tactum n.24. est supra in quæstione 1. huius articuli, & de a.70.q.1 clarabitur infra loquendo de æqualitate in diuinis specialiter. Et tam in diuinis, quam in creaturis quælibet æqualitatum subdiuiditur secundum subdistinctionem quantitatis.

a.62.q.2 9. Similitudo autem in diuinis non subdi n.82. stinguitur sicut nec qualitas, sed in creaturis subdistinguitur, secundum quod in illis distinguitur qualitas in qualitatem substantialem, & accidentalem, & quælibet illarum vlterius subdistinguitur secundum subdistinctionem secundum quam accipitur similitu a.71.q.1 do, vt declarabitur in sequentibus.

n.3. 10. Secundum hoc ergo concedenda est vltima ratio.

n.1. 11. Ad primum in oppositum, quod identitas, similitudo, & ęqualitas non differunt secundum substantiam, quantitatem, & qualitatem, nisi mediante vnitate, quæ nec specie, nec genere differt vt habet esse in illis tribus prædicamentis. Dico, quod vnitas tripliciter habet considerari. Primo modo secundum esse abstractum mathematicum, & sic est semper eadem numero, vt est vnius hominis, & vnius equi, sicut idem est denarius decẽ hominum, & decẽ equorum, vt dictum est in præcedenti quæstione. Secundo autem modo ha- a. 23. & seq. bet considerari secundum esse mathematicum vt tamen est in rebus naturalibus, & sic adhuc secundum plurificationem illorum quorum est non plurificatur secundum speciem, sed secundum numerum solum, secundum quod procedit argumentum. Sed secundum istas considerationes vnius super dicta prædicamẽ- ib. n. 12. ta non fundantur relationes communes mediante vnitate. Tertio autem modo habet considerari vnitas secundum esse naturale, & vt est accidens naturale, & de consideratione naturalis Philosophi. Sic enim sapit naturam rei naturalis in qua est, & habet naturalitatem diuersam secundum illorum diuersitatem sub vnica tamen ratione scilicet vnitatis, ita quod propter rationem vnitatis vniuocantur, & cõtinentur omnes relationes communes sub vno genere subalterno relationis, & habent vnam rationem communem essendi ad aliud, & con a.63 q.2 trahunt diuersas realitates à rebus prædica n.12. mentorum, in quibus fundantur, secundum quas distinguuntur inter se secundum genera subalterna, & species, secundum quod tactum est supra in fine vltimæ quæstionis articuli præcedentis. Et sic fundantur relationes cõmunes super tria prædicamenta mediante vnitate non vt mediante principio distinguẽte, sed vt mediante principio dante esse simpliciter, propter quod proprie loquẽdo dicitur principiũ causatiuũ, non fundamentale.

12. Ad secundum quod relationes commu- n.2. nes non distinguuntur secundum genera aut species ratione fundamentorum, quia illa sunt diuersorum generum, & distinctio harum relationum debet esse sub eodem. Dico, quod licet illa fundamenta ratione sui non sint nata facere distinctionem aliquorum sub eodem genere, ratione scilicet eius, quod ex se sunt diuersa genera, & est sub eodem contenta, tamen ratione vnitatis communiter existentis in illis, per quam relationes fundatæ in illis reducuntur ad idem genus secundum præ n.11. dicta, inquantum sunt fundamenta relationũ mediante vno, & sic quasi infundunt relationibus fundatis in se suas realitates quibus illę distinguuntur in esse mediante vno, vt scilicet quo recipiunt esse secundum præexposita. Secundum hoc ergo bene secundum illa fundamenta potest sumi distinctio secundum genera, & species harum relationum, prout prę- ibid. dictum est.

Con-

Concluſiones ex Quæſtione Tertia, Articuli Sexageſimi quarti.

1. *Rationes relationum communium, ſecundum quas diſtinguuntur, à fundamentis ſuis trahuntur.* n. 4.
2. *Relationes communes inter ſe genere, & ſpecie diſtinguuntur.* n. 6.

QVAESTIO QVARTA.

Vtrum relationes communes, quæ ſunt in eodem genere ſecundum rem, ſecundum tres modos relationum communium differant ſpecie, aut genere ab illis, quæ ſunt in eiſdem ſecundum rationem.

Circa quartum arguitur, quod relationes communes ſecundum rationem exiſtentes ſub aliquo horum trium generum, non differunt genere, aut ſpecie ab illis, quæ ſunt relationes ſecundum rem ſub eiſdem.

1. Primò ſic. Magis conueniunt ens ſecundum rationem exiſtens in intellectu, & ens ſecundum rem exiſtens extra intellectum, quam ens ſecundum rem affirmatum, & negatum, quia affirmatio, & negatio maxime diſtant, ſed ens ſecundum idem affirmatum, & negatum ad idem prædicamentum pertinet, n. 1. dicente Auguſt. 5. de Trinitate cap. 7. *Negatiua particula non id efficit, vt quod ſine illa relatiue dicitur, eadem præpoſita ſubſtantialiter dicatur, ſed id tantum negatur quod ſine illa agebatur, ſicut in cæteris prædicamentis*, ſecundum quod continuè includit, & ſicut affirmatiuum, & negatiuum pertinet ad idem prędicamentum ſic, & ad idem genus ſubalternum, aut ſpeciē ſubalternam, aut ſpecialiſſimam pertinet, ergo &c.

2. Secundo ſic. Perfectum, & diminutum non diuerſificant genus ſecundum ſpeciem, ſicut neque magis & minus, ſed relationes cōmunes ſub eodem genere relationum communium, quarum vna eſt ſecundum rem, altera ſecundum rationem, puta ſimilitudo ſecundū rem, & ſimilitudo ſecundum rationem, non differunt inter ſe niſi ſecundum perfectum, & diminutum, quia ens ſecundum rationem eſt ens diminutum reſpectu entis ſecundum rem, vt patet ſecundum Philoſophum 6. Metaph. ergo &c. a.12.q.1. n.5. s.8.n.9

3. Contra, magis differunt adinuicem ens perfectum, & ens diminutum quam vnum ens perfectum ab alio ente, et e conuerſo, ſed in genere relationis relationes ſecundum rationem inquantum huiuſmodi, ſunt ens diminutum, relationes vero ſecundum rem, ſunt ens perfectum, ergo magis differunt ſub eodem genere relationum communium relationes ſecundum rationem ab iis, quæ ſunt ſecundum rem, quam illæ quæ ſunt ſecundum rem inter ſe, ſed illæ differunt inter ſe ſecundum genus ſubalternum, puta ſimilitudo ſubſtantialis, æqualitas ſubſtantialis hominis ad hominem inquantum homines ſunt, a ſimilitudine, & æqualitate accidentalibus hominis ad hominē inquantum ambo ſunt albi, aut tricubiti, ergo &c.

4. Dico, quòd iſta quæſtio non quærit, niſi cum ſint tria genera relationum communium ſcilicet identitas, æqualitas, & ſimilitudo, an quando contingit, quod ſub aliquo illorum, puta ſub genere identitatis, æqualitatis, & ſimilitudinis continentur identitates, æqualitates, ſimilitudines diuerſæ, aliqua ſcilicet ſecundum rem, & alia ſecundum rationem, hæc & illa inter ſe differunt ſicut diuerſæ ſpecies inter ſe, ſiue ſubalternæ, ſiue ſpecialiſſimæ ſub communi genere ęqualitatis, & ſimilitudinis, & identitatis.

5. Et

5. Et est aduertendum circa hanc quæstio- n. 11. nem ex dictis in quæstione præcedente circa distinctionem generis relationum communium, quod omnes relationes communes quæ sunt secundum rationem, siue fuerint in diuinis, siue in creaturis, siue identitatis, siue equalitatis, siue similitudinis, primò & principaliter causantur ab vno dicto ab vnitate singularitatis realis plurificatæ secundum rationem tantum in relatis, & iuxta illud, quod dicit in

anh. fid. a. 61. q. 1. n. 4. diuinia Damasc. lib. 1. c. 11. *in omnibus talibus relationibus communibus, quæ sunt secundum rationem tantum, idem, & vnum re consideratur. Cognitione vero est, quod secundum diuisum*, scilicet in ipsis relatis. E contra autem omnes relationes communes reales, quæ sunt identitatis genere, vel specie, causantur ab vno dicto ab vnitate communitatis rationis plurificatæ secundum rem in relatis. Et omnes relationes communes reales quæ sunt æqualitatis, & similitudinis in creaturis, causantur ab vno dicto non ab vnitate singularitatis, sed ab vnione diuersorum singularium in vna communitate generis, aut speciei, Ita quod relationes secundum rationem causantur ab vno secundum rem diuiso in plura secundum rationem. Relationes vero secundum rem causantur ab vno vnione plurium in vno secundum rationem, iuxta illud quod dicit Damasc. in creaturis vbi supra. *In omnibus creaturis diuisio consideratur re, communitas autem & copulatio eorum ratione, & cognitione.*

6. Aspiciendo igitur ad rationem vnius à quo causantur relationes communes, tam in Deo quam in creaturis, tam secundum identitatem, quam secundum æqualitatem, & similitudinem omnes relationes communes quæ sunt secundum rationem specie subalterna differunt sub genere relationum communiũ à relationibus communibus realibus, quæ cau-

a. 65. q. 1 n. 8. santur ab vno dicto ab vnione, quamuis omnes illæ quæ sunt secundum rationem quæ causantur ab vno dicto ab vnitate singularitatis, distinguantur secundum species subalternas ab illis quæ causantur ab vno dicto ab vnitate communitatis generis, aut speciei, secundum quod hæc patent ex distinctione generis relationum communium in præcedentibus.

a. 63. q. 1 q. 4. n. 11 7. Sed quia (vt dictum est supra) vnitas est principium causatiuum relationum communium non autem distinctiuum, sed potius substantia, quantitas, & qualitas, super quæ fundantur relationes communes, verius igitur dicendum est, quod omnes illæ relationes, quæ fundantur super substantiam, siue sint secundum rem, siue secundum rationem, sint sub eodem genere subalterno relationum communium, & similiter illæ quæ fundantur super quantitatem, & similiter illæ quæ fundantur super qualitatem, tanquam super id quod est dispositio, subiectæ sunt sub alio, quod si diuidatur in æqualitatem continentem omnes æqualitates, & secundum rem, & secundum rationem, & in similitudinem continentem in se similitudines secundum rem, & secundum rationem, secundum hoc relationes communes identitatis, quæ sunt in creaturis secundum rem, non differunt ab illis, quę sunt in eisdem, nisi secundum agens, quod est natura, & ratio, & diuersum modum substantię, super quam fundantur, quia illa quæ secundũ rationem, fundatur super substantiam, vt est aliquid secundum se, vel singulare, vel commune, illa vero quæ est secundum rem, fundatur super substantiam communem, vt est aliquid plurium, quæ in ipso vniuntur. In creaturis autem nulla est æqualitas, aut similitudo secundum rationem. Quæcunque autem relationes sunt in diuinis, non communicant cum illis, quæ sunt in creaturis tanquam genus, sicut substantia increata cum creatis.

8. Et secundum hoc in parte concedenda q. 4. n. 11 est prima ratio probans quòd relationes secũdum rationem nequaquam distingui debent specie, aut genere, aut numero ab illis quæ sunt secundum rem, quia magis conueniunt ens secundum rationem, & ens secundum rẽ, quam ens secundum rem affirmatum, & negatum. Dico enim, quod dicendo ens secundum rem affirmatum, & negatum, duo dico, scilicet & ens ipsum, & circa ipsum affirmationem, & negationem, & quòd habendo aspectum ad affirmationem, & negationem, verũ est, quod affirmatio, & negatio magis distant circa idem, quam ens secundum rem, & ens secundum rationem, quia ens secundum rationem ex eo, quod tale aliquid ponit, negationem tantum remouet. Habendo autem respectum ad ipsam rem affirmatam, & negatam, non est verum, eo quod ipsa res affirmata, & negata omnino eadem est per quam affirmatio, & negatio pertinent ad idem prædicamentum, sicut res fundamentalis eadem est relationi secundum rem, & secundum rationem, per quam similiter ad idem prædicamẽtum pertinent.

9. Quod ergo assumitur vlterius, quòd ens Ibid. affirmatum, & negatum ad idem predicamẽtum secundum genus & speciem pertinet, bene verum est, sed hoc non ratione particulæ siue notæ affirmationis, aut negationis, quia illa, scilicet notæ affirmationis, & negationis, accidunt rei cuiusque prædicamenti, immo cuicunque siue enti siue non enti, *quia de quo-* 1. post. t. *libet affirmatio, vel negatio, & non simul ambo* 26. 10. 1. *de eodem*, sed solummodo ratione ipsius rei 4. met. t. 6 15. 27. 20. eius- 3.

eiusdem. Et consimiliter relatio secundum rationem ad idem prædicamentum pertinet, cum illa quæ est secundum rem, ratione scilicet fundamenti ab eo quod completiue habet ab actu rationis, ad nullum prædicamentum pertinet.

n.4. 10. Argumentum secundum, quod perfectum, & diminutum non diuersificant speciē, deficit. Hoc enim videlicet, quod perfectū, & diminutum non diuersificant speciem, solum verum est quando ens habet, quod sit diminutum ex solo defectu agentis, vt contingit in minus calido respectu magis calidi. Non est autem verum quando esse diminutum habetur ex conditione agentis, sicut contingit in proposito de relationibus communibus, secundum rem, & secundum rationem. Semper enim perfectius est opus naturæ in ipsa re, quam opus rationis circa rem in conceptu intellectus, quod opus rationis circa rem na-

n.11. turæ non est in genere omnino, vt iam dicetur.

n.3. 11 Ad tertium, quòd relationes communes secundum rationem, differunt ab illis quę sunt secundum rem, vt diuersæ species subalternæ immediate diuidentes genus relationū communium, quia se habent sicut ens perfectum, & sicut ens diminutum, quæ magis differunt, quam duo entia perfecta, quæ tamen specie differunt sub relatione communi. Dico quòd verum est considerando ens diminutum ratione diminuti esse, quia ratione illius non est in genere omnino, sed distinguitur contra ens quod est in genere tanquam contra ens perfectum, à Philosopho 6. Metaphy- 18.n.3.

sicæ. Et sic bene verum est, quòd relationes rationales ratione sui complementi, quod habent à ratione, & sic pertinet ad ens diminutum, non sunt omnino in genere, licet hoc niteretur probare secunda ratio, sed solum modo relationes reales in genere sunt, quemadmodum vnum genere non est ens diminutum

de quo loquitur Philosophus 6. Metaph. puta ens verum quod in compositione, & diuisione consistit, & hoc inquantum est opus animæ, licet ipsa incomplexa circa quæ fit compositio, & diuisio, in genere sint. Sic relatio secundum rationem in genere non est, inquātum completiue est opus rationis, licet fundamentum eius à quo habet esse originaliter, sit in genere. Et per hoc ipsa relatio secundum rationem inquantum originaliter habet esse à fundamento, quoquo modo est in genere, licet relatio, quæ omnino habet esse à ratione scilicet, & originaliter, & completiue, de qua sermo habitus est supra, nullo modo sit in genere. ibid.

Conclusiones ex Quæstione Quarta, Articuli Sexagesimi quarti.

1. *Omnes relationes communes secundum rationem specie subalterna differunt à relationibus communibus realibus, quæ causantur ab vno dicto ab vnione.* *n. 6.*
2. *Omnes illæ secundum rationem quæ causantur ab vno dicto ab vnitate singularitatis distinguuntur secundum species subalternas ab illis, quæ causantur ab vno dicto ab vnitate communitatis.* *ibid.*
3. *Ratione fundamentorum omnes relationes, quæ fundantur super substantiam siue secundum rem, siue secundum rationem sunt sub eodem genere subalterno relationum communium.* *n. 7.*
4. *Similiter, quæ fundantur super quantitatem, & super qualitatem.* *ibid.*

ARTI-

ARTICVLVS SEXAGESIMVS QVINTVS.

De relationibus communibus in comparatione sua ad principia causatiua. In Tres Quæstiones diuisus.

SEquitur Articulus Sexagesimus quintus de relationibus communibus in comparatione ad sua principia, & primo in comparatione ad sua principia causatiua, quæ sunt vnum, & multum. Secundo in comparatione ad sua principia fundamentalia, quæ sunt substantia, quantitas, & qualitas. Tertio in comparatione ad sua principia materialia, cuiusmodi sunt ipsa subiecta relata per huiusmodi relationes communes.

Circa primum istorum quæruntur tria.

Quorum primum est. Vtrum relationes communes causentur ab vno, & multo.

Secundum. Vtrum illæ, quæ causantur ab vno, scilicet idem, æquale, & simile, vniformiter causentur ab vno, & contraria eorum scilicet diuersum, inæquale, & dissimile a multo.

Tertium. Vtrum idem, æquale, & simile inter se comparata vniformiter causentur ab vno, & è contra sua contraria à multo.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum relationes communes causentur ab vno, & multo.

CIrca primum arguitur, quod
nulla relatio realis cau-
a.62 q.3. tatur ab vno, quia ab vno
n.1. inquantum vnum non
ib.q.1.n. procedit nisi vnum, sed
8. vbi non est nisi vnum nõ
est relatio, quia omnis re-
a.64 q.3. latio requirit correlatio-
n.1. 9. nem, sicut omne relatiuum requirit correlati-
uum, secundum definitionem enim relatiuo-
pred. c.3. rum, *ipsorum esse est ad aliud se habere*, ergo &c.
n.1.

2. Quod autem nullam relatio communis
causetur à multo, arguitur eodem medio, quia
a.63.q.1. multum inquantum multum, est vnum, eo quod
n.19. est diuisiuum entis, cum quo vnum conuerti-
tur, quare cum ab vno inquantum vnum, non
procedit nisi vnum, ergo &c.

3. Item si a multo causetur relatio commu-
nis, tunc sicut relatiua relatione communi, quę
creatur ab vno, in illo vno sunt vnum, vel per
vnitatem, vel per vnionem, vt habitum est su- a.64.q.4.
pra, sic relatiua relatione communi, quæ cau- n.6.
satur à multo, in illo vno essent vnum quodã-
modo aut vnita, consequens falsum est. Di-
uersa enim sunt abinuicem decem prædica-
menta, quæ in nullo multo vniuntur inquan-
tum habeant in se relationem diuersitatis. Si-
militer nec duo, & quatuor inquantum sunt
inæqualia. Non enim ex hoc sunt inæqualia,
quòd vniuntur in numero senario, vt in quo-
dam multo, quia tunc tria, & tria, quæ in eodẽ
multo vniuntur, essent inæqualia, quod falsũ

est. Similiter album, & nigrum sunt dissimilia inter se, quæ in nullo multo vniuntur. Nō enim in colore medio puta in viridi, aut rubeo conueniunt, vt in multo, quia vt sunt in illo, non sunt in diuersis subiectis, quæ requiruntur ad similitudinem, & dissimilitudinem,
a.72.q.1. vt infra videbitur. Nec etiam vt in multo conueniunt in colore simpliciter, quia in illo conueniunt, vt in vno secundum genus, quod non habet rationem multi. In oppositum est
a.62. q.1 a.63.q.1. Philosophus 5. & 10. Metaphysicæ, vt patet ex prædeterminatis.

ibid. 5. Supposito ex prædeterminatis, quòd relationes communes sequantur vnum, & multum, quæstio ista quæris qualiter. An scilicet aliqua causalitate, & quali sequantur illa. Et
a.63.q.1. n.16. & seq. dico ex determinatis supra in prima quæstione articuli 63. quòd cum vnum, & multum ad quæ sequuntur relationes communes, inter se opponantur vno modo, vt mensura ad mensuratum secundo genere relationis, alio modo, vt habitus, & priuatio, non tamen causant relationes communes secundum rationes, quibus se habent adinuicem, vt mensura, & mensuratum, quia sic relatiua statim inter se opponuntur. Relatio autem nunquam est per se causa alicuius relationis. Et præterea cum multum, vt mensuratum relatione reali refeatur ad vnum, vt ad mensuram, & vnum è cōuerso referatur relatione secundum rationem tantum ad multum, tunc conformiter ad vnū non sequerentur, nisi relationes secundum rationem, & ad multum non nisi relationes secundum rem, aut saltem veriores essent relationes communes sequentes ad multum, quā sequentes vnum. Et iterum cum relata relationibus fundatis super mutuas relationes similiter mutuo referantur ad inter se relata, relationes ergo sequentes ad vnum relatiue se haberent ad relata secundum relationes sequētes ad multum, quod totum falsum est. Se-
q.2.n.4. quuntur ergo relationes communes ad vnum, & multum solummodo, vt opponuntur secundum priuationem, & habitum, scilicet vt indiuisio diuisioni.

6. Nunc autem ita est, quòd cum prędicto duplici modo vnum, & multum opponuntur, & oppositio illorum relatiua accipitur secundum rationes formales illorum, inquantum scilicet perfectio formalis existens in vno per defectum se habet in multo, secundum
a.63.q.1. n.2. 19. q.3.n.12. quòd tactum est in dicta quæstione. Sic enim quilibet numerus est multus, & quanto plus recedit ab vnitate tanto magis diminuitur in eo species, & forma vnius. Oppositio autem illorum priuatiua accipitur secundum id quod re quasi materialiter subest illis rationibus formalibus in vno, & multo, in quo realiter habet esse ipsa indiuisio à qua imponitur nomen vnius, & ipsa diuisio à qua imponitur nomen multi: igitur non secundum rationes formales vnius, & multi, vnum, & multum sunt causæ relationum communium, sed solummodo secundum eorum rationes quasi materiales in ipsis, circa quas esse habent illæ rationes formales, inquantum tamen rationes materiales habent esse sub forma vnius, & sub forma multi.

7. Distinctio autem formalis, & materialis in eodem, clara est in numeris, quia quilibet numerus puta denarius est pluralitas vnitatum, siue vna plura sub aliqua tamen vnitate sicut diminuta redacta, quem denarium secundum speciem distinguit forma denarietatis à quolibet alio numero, & est in denario a.64. q.1. n.13. 14. q.3. n.18
materiale, ipse decem vnitates, quibus est decies vnum, formale autem denarietas est, qua est solum decem, secundum Philosophum 5. Metaphysicæ. Secundum hoc ergo dico, quod ratione eius quod in vno est, siue quod vni subest res indiuisa, in multo vero est, siue multo subest res diuisa, vnum & multum sunt causæ relationum communium, quæ etiam idcirco contrariæ sunt immo oppositæ verius secundum priuationem, & habitum, vt q.2. n.4.
infra patebit, sicut & opponuntur vnum, & multum.

8. Assignando ergo modum causandi relationum communium fundatarum super vnū ab vno, & per illam intelligendo conformem modum causandi à multo ipsarum relationū fundatarum sup a multum, quia *qui bene definiunt contraria consignant*. Dico, quod vnum 6.To.Lo. 63 & seq. to.1.
dupliciter dicitur, & secundum hoc relatio communis dupliciter causatur ab vno. Vno enim modo dicitur vnum ab vnitate. Alio autem modo dicitur vnum ab vnione, prout a.64 q.4. n.7. n.17.
iam inferius ex dictis Comment. super Boethium declarabitur ista distinctio. Vnum primo modo potest esse alicuius solius, & omnino simplicis. Vnum vero secundo modo nō est nisi aliquo modo plurium compositorum. Vt enim dicit Comment. super 9. regulam de Hebdo. *Vnio semper illorum est, quæ diuisa sunt vtriusque numeri.* Ab vno dicto ab vnitate siue ab vnitatis proprietate causatur omnis relatio communis in diuinis, & similiter in creaturis omnis relatio identitatis alicuius ad se a.62. q.2 n.12.
ipsum. Quæ idcirco potest appellari relatio vnitatis, quia scilicet causatur ab vno simplici existente in relatis ambobus. Ab vno autē dicto ab vnione, seu à proprietate vnionis causatur omnis relatio æqualitatis, & similitudinis in creaturis, & similiter illa quæ est identitatis diuersorum adinuicem, quæ idcirco potest appellari relatio vnionis, quia scilicet causatur ab vnione relatorum in vno. ibid.

9. Relatio autem vnitatis duplex est, secū-
dum

dum quòd duplex est vnum à proprietate vnitatis dictũ, à quo relatio talis causatur. Quoddam enim est vnum ab vnitate singularitatis, quam singularis rei proprietas facit, quod est vere vnum. Aliud vero est vnum ab vnitate communitatis, quam rei communis proprietas facit, quod non est vere vnum, & continet
a.70.q.1. n.48. vnum specie, & vnum genere. Vnum autem à proprietate singularitatis causat omnem relationem communem in diuinis, scilicet identitatem in substantia, & æqualitatem in quantitate, & similitudinem in qualitate. Causat etiam in creaturis identitatem veram vnius secundum numerum ad seipsum. Vnum vero à proprietate communitatis, siue vnionia causat in creaturis tantum relationem identitatis eius, quod est vnum specie, puta hominis, vel vnum genere, puta animalis ad seipsum, & circuit omne genus. Vnde talis identitas distinguitur secundum distinctionem singulorum prædicamentorum in genera, & species vsque ad indiuidua, in quibus scilicet est identitas aliquorum ad seipsa causata ab vnitate singularitatis.

10. De qua vnitate adhuc aduertendum est, quod diuersimode causat identitatem in diuinis, & in creaturis, quia talis vnitas singularitatis, aut est in vno omnino indistincto secundum rem, aut est in pluribus secundum rem distinctis. Cum enim est in vno omnino indistincto secundum rem, in illo causat relationem identitatis ad seipsum, & hoc in quacunque re siue increata, siue creata, & est relatio secundum rationem tantum, quia ex sola rationis consideratione distinguentis extrema relata. Et est primus modus identitatis continens sub se omnes habitudines identitatum indiuidualium diuersarum secundum diuersitatem indiuiduorum, siue rerum singularium, quæ ad seipsas identitate vera referuntur, similiter identitatum rerum quarumcunque ad seipsas. Tali enim identitate in diuinis deitas est eadem sibi, & similiter paternitas, & pater, & bonitas, & generaliter quæcunque sunt in diuinis distincta, siue secundum rem, siue secundum rationem. Tali etiam identitate in creaturis materia est eadem sibi, & forma est eadem sibi. Similiter compositum ex vtraque substantia, & genus generalissimum est idem sibi, similiter quantitas, qualitas, quantum, quale, & vniuersaliter quæcunque habent esse in creaturis, in quibus idem tali identitate distinguitur in idem nomine, qualiter sunt idem Marcus Tullius, & omnia synonyma, & in idem definitione, qualiter sunt idem definitio, & definitum, vt homo, & animal rationale, & in idem proprio, & accidente, qualiter sunt idem homo, & homo risibilis, vel homo, & homo albus, & vniuersaliter quæcunque substantiã, vt est secundum se cõsiderata, & vt est considerata sub suo proprio, aut sub accidente suo. Cum vero dicta vnitas singularitatis est in pluribus distinctis secundum rem, tunc causat rationem identitatis distincti ad distinctum.

11. Et hoc dupliciter, quia illa, aut sunt omnino distincta secundum rem, aut partim distincta, partim indistincta. Primo modo in diuinis tantum, in quibus vnum in substantia causat identitatem inter personas. Et consimili modo cum est in quantitate, causat inter
illas æqualitatem. Et cum est in qualitate, a.67.q.2. a.70 q.1 n.41.
causat inter illas similitudinem, prout inferius declarabitur. Nec potest talis identitas, æqualitas, aut similitudo esse in creaturis, quia in creaturis vnum singulare non potest pluribus esse commune. In hoc enim est differentia in diuinis, & in creaturis, secundum
Damascenum lib. 1. cap. 11. *quod in diuinis est* orth. fid.
cõmune secundum rem, .i. singulare, *in creaturis autem secundum rationem tantum*, scilicet speciei aut generis.

12. Cũ vero vnitas singularitatis est in pluribus partim secundum rem distinctis, partim indistinctis, hoc contingit duntaxat in creaturis compositis ex diuersis partibus secũdum rem absolutam inter se differentibus, in quibus vnum causat identitatem inter id quod est totum, & id quod est pars, veluti cum homo fit compositum ex anima & corpore, ipse & sua anima sunt idem, & vnum non differens numero hominis, & animæ, sed numero hominis tũ, inquantũ scilicet in ipso homine est numerus corporis, & animæ. Nullus autem numerus est in anima eius. Similiter sunt idem, & vnum, homo, & corpus suum, non differentia numero hominis, & corporis, sed numero hominis solum, secundum quod de identitate hominis, & animæ, dicit Comment. super lib. de Trinitate Boethij. *Identitate vere, & quæ est ex vnitatis proprietate vbi non est vnio collationis, quandoque fit prædicatio relatiua, vt idem ei quod est idem, idest vt anima hominis, & ipse homo, non vnione speciei, sed vnitatis proprietate sunt vnum rationale.* Et de identitate hominis, & corporis, dicit idem Comment. super 11. regulam de Hebdom. Boethij sic. *Corpus hominis, & homo, nõ & hominis, & corporis, sed numero tantum hominis differunt. Non enim est corpus natura sua proprietate aliud quam homo, sed homo multarum naturarum suarum proprietatibus aliud est vnum, quam hominis corpus. Vnde homo, & corpus ex quo ipse constat, non sibi vnita, sed vere vnum atque idem dicuntur.* Non tamen quod corpus illud omnino sit idem qđ homo, sed quod homo idem omnino est quod corpus illud. Licet enim corpus non sit idē, quod homo, pro quanto scilicet in homine est

alia pars quam sit corpus scilicet anima, & per illam homo est diuersus à corpore, & è conuerso, licet anima non sit idem, quod homo, pro quanto, scilicet in homine est alia pars, quam sit anima scilicet corpus, *quia*, vt dicit Comment. ibidem, *etsi non alteriusutrius saltem alterius numero constat esse diuersa idest per illud homo est diuersus ab anima. Homo tamen est idem quod corpus, & anima, inquantum ipsum totum est quicquid est qualibet partium, sed non è conuerso.*

13. Et sic generaliter est vbique de toto, & parte cuiuscunque generis sint totum, & pars, quia licet pars inquantum pars non sit quicquid est totum, tamen totum inquantum est totum est quicquid est pars, & inquantum totum est quicquid est alterutra pars, totum est idem parti, & è conuerso. Inquantum autem pars diuersa est à parte, totum etiam est diuersum à parte, & pars à toto. Et sic totum, & pars inter se relatiue se habet partim identitate, & partim diuersitate, & hoc aspiciendo ad illa inquantum sunt res, & naturæ primæ intentionis. Aspiciendo autem ad illa inquantum sunt pars, & inquantum totum secundum rationes secundarum intentionum, se habent adinuicem, vt relationes secundum dici tantum, quæ fundantur à ratione super respectus naturales, quos habent inter se pars, & totum secundum rationes primarum intentionum. Pars enim est pars totius, & totum est totum
a 31.q.2. n.9. n.12. parti. vt dictum est supra. Vnde postquam (vt iam tactum est) dicit Comment. *Identitate vere. & quæ est ex vnitatis proprietate, &c.* continuo adiunxit. *Cum tamen partialitas, & totalitas sese adinuicem habent. Anima enim est pars hominis, & homo totum est anima, quamuis homo sit quicquid est anima.* Nam etsi anima non omnino est id quod homo, homo tamen est id quod anima.

14. Et nota, quod quia id, quod est homo est id, quod est anima, & vnum singularitate est homo, & anima quoad hoc, & per hoc, quia idem singularitate, & id quod est anima non est omnino id quod homo propter aliam illius partem, quæ diuersa est ab anima, ideo non se-
t.17 to.2 quitur argumentum Philosophi in primo Physic. *Si vtraque pars est toti vnum, & idem, quod inter se sint vnum, & idem, sicut indiuisibile*, per
1. elenc. c.5. to.1. illam regulam. *Quæcunque vni, & eidem, sunt eadem inter se sunt eadem*. Et hoc quia neutra pars licet est eadem toti, quin sit etiam diuersa ab illo, & sic secundum aliud, & aliud alterutra est eadem, & diuersa toti. Propterquod non sequitur, quod inter se sint eadem. Illa enim maxima non tenet nisi in illis quæ secundum idem sunt eadem eidem, vt contingit in diuinis. Quia enim in diuinis pater omnino est deitate idem, & similiter filius, sequitur, quod pater, & filius sunt idem indiuisibile inter se, secundum quod de hoc erit sermo inferius.

15. Et nota etiam, quod differt dicere totum, & partem esse vnum in forma partis, & in forma totius, & secundum intentionem totius, & partis. Secundum enim primum modum est inter partem, & totum relatio identitatis, & diuersitatis, & secundum rationem nõ secundum dici tantum, vt iam dictum est. Pe- n.13.
nes secundum autem modum est inter partẽ, & totum relatio secundum rationes partis, & totius, & secundum dici tantum. Sunt enim vnum partes in forma totius, totum enim vnit partes in forma sua. Et sic partes conuenientes sub vna forma totius inquantum huiusmodi, sunt vnum inter se in illa, & vnum toti quæ plures sunt secundum propriam formam inter se, & quoad hoc plura sunt, & diuersa partes ipsæ simpliciter inter se, & similiter qualibet partium, & totum ratione alterius partis. Et non sequitur, quod si illo modo partes sũt vnum inter se, & cum toto, sint idem inter se, quia identitas, quæ est inter totum, & partem, non fundatur nisi super vnum dictum ab vnitate, illæ autem dicuntur vnum inter se non vnitate, sed vnione in toto. Propter quam vnionem non sunt diuisæ, licet sint diuersæ. Totum enim est vnum secundum hunc modũ cum partibus, quia scilicet est vniens eas in vnitate formæ suæ, & partes sunt vnum cum toto, quia sunt vnitæ in forma illius, diuersæ tamen sunt, & secundum rationem totius, vt totum est, & partis, vt pars est.

16. Per quæ patet responsio non solum ad quæstionem quam quærit Philosophus 1. Phy- t.17.to.2
sic. Verum vnum an plura sint pars, & totum, & quomodo vnum, & quomodo plura, sed etiam ad aliam quæstionem, qua quæri posset, vtrum idem sint an diuersa pars, & totum, & quomodo idem, & quomodo diuersa, quæ multum differunt, vt patet ex dictis. Talem autem identitatem non contingit inueniri in diuinis, quia non sunt in illis pars & totum. Et est in creaturis inter partem, & totum quo ad id quod sunt, relatio secundum rationem tantum, quia ad vnum singulare quod est totius, & partis inquantum illorum est, sola ratione differt. Sed relatio diuersitatis inter totum, & partem eo quod partes inter se secundum rem differant, est secundum rem, quia non est totum diuersum ab alterutra partium, nisi quia partes inter se sunt diuersæ. Et ideo secundum modum diuersitatis partis à parte, diuersum est totum à parte.

17. Relatio autem vnionis quæ causatur ab vno dicto ab vnione quo diuersa propter eorum conformitatem vniuntur in vno ab vnitate dicto, non inuenitur, nisi in creaturis, in quibus diuersa numero conformitatem habẽt

in-

inter se, & vniuntur in vno vnitate communitatis. Vt enim dicit Comment. super 9. regulam de Hebd. *Vnio est semper illorum, quę diuersa sunt vtriusque numero*. Sed hoc multis modis ex diuersitate rationum in diuersis. Aliter namque sibi vnita dicuntur materia, & forma, vt subsistens sit, aliter pars, & pars, vt quod constat ex illis totum vnum sit, aut linguæ, aut ritus, aut legis, aut loci, aut affectus vnius consortio dicantur multi vna gens, vnus populus, vnus conuentus, vnũ cor, & huiusmodi, de quibus omnibus nil ad præsentem locũ.

18. Sed est quædam alterutrius numero diuersorum vnio, quam conformitatis ratio facit, quæ ad præsentem locum pertinet. Hæc autem vnio diuersorum conformium, aut est in vno communi, quod est substantia, aut in vno communi quod est quantitas, aut in vno communi, quod est qualitas, & vtrobique tam in qualitate, quam in quantitate subdiuidendo, quia aut est in vno, quod est quantitas substantialis, aut in vno quod est quantitas accidentalis simpliciter, aut in vno quod est qualitatis substantialis, aut quod est qualitas accidentalis. Relationes autem commu-

a.62.q.2. n.12. a.67.q.3

nes causatæ ab vno vnione in vno, quod est substantia, est identitas qua diuersa indiuidua dicuntur eadem specie, puta Petrus, & Paulus in homine, aut diuersæ species in genere, puta homo & asinus in animali. Relationes vero communes causatæ ab vno vnione in vno, quod est substantialis quantitas, aut qualitas, vocãtur substantiales æqualitates, & similitudines. Causatę vero ab vno ab vnione in vno quod est accidentalis quantitas, aut quantitas accidentalis, vocantur accidentales æqualitates, & similitudines. Substantialis enim æqualitas, & similitudo, pertinent ad ea quæ sunt rei substantialia, atque essentialia, & respicit æqualitas gradum vniformem perfectionis in rei substantia siue essentia.

19. Similitudo autem substantialis duplex est. Quædam vera, quæ est per diuersarum naturarum conformitatem in substantiali qualitate, quæ est specifica differentia. Alia vero imaginaria, quæ est per imitationem quandam vnius naturæ ad aliam. Primo modo homo vnus dicitur similis alteri. Secundo modo humana pictura dicitur similis homini, secundum quod de his spatium dicit idem Cõment. ibidem continuè subdens. *Vnio vocatur similitudo, & est uel secundũ nãm, uel secundũ quędam intrinseca secundum naturã, qualiter similis est homo homini, vel secundum extrinseca, & vocatur immaginaria similitudo, qualiter humana pictura vero homini dicitur similis*. Et tali imaginaria similitudine dicitur homo similis Deo, quasi similitudine defectiua. Et prima illarum pertinet ad genus relationum communium. Secunda vero pertinet ad genus relationis quod est in mensuris, quo homo est imago Dei, & ita similis ei, quia imago omnis similis est, licet non sit æqualis dicente Augustino 83. q. q. 74. *Vbi imago continuo similitudo, non continuo æqualitas, vt in speculo*. Et to. 4

hoc ideo quia æqualitas non potest esse nisi sit paritas quantitatis. Similitudo autem potest esse sine paritate. Minus enim requirit vnitatis in qualitate similitudo, quam æqualitas in quantitate. Propter quod homo æque distãs secundum qualitatem substantialem, & quantitatem à Deo, dicitur imitari eum similitudine, nequaquam autem æqualitate. Propter quod, & imago est qualitas in quantitate secundum formam, & figuram, & magis pertinet ad qualitatem, quam ad quantitatem. Idcirco etiam dicitur homo inquantum est imago Dei, accedere ad Deum, & esse ad imaginẽ Dei similitudine magis, quam æqualitate, dicente Augustino de homine 7. de Trinitate to. 3.

cap. vltimo. *Homo imago Dei non omnino æqualis fiebat, tanquam non ab illo nata, sed ab illo creata. Huius rei signanda causa ita imago est, vt ad imaginem sit, idest non æquatur paritate, sed quadam similitudine accedit, non quasi ad filium dicitur, quę est imago æqualis solius patris, sed propter similitudinem dictus est homo ad similitudinẽ accedens quadam similitudine, sicut distantibus significatur quadam vicinitas non loci, sed cuiusdam imitationis*, de qua dicit Augustinus 83. to. 4

q. q. 51. *Multis modis possunt res dici similes Deo. Aliæ secundum virtutem, & sapientiam, quia in ipso est virtus, & sapientia. Aliæ inquantum viuunt, quia ille summe viuit. Alia inquantum sunt, quia ille summe est, sed exigua sunt ad similitudinem eius*. De tali autem similitudine non est hic sermo, sed solummodo de illa, quæ est secundum naturæ similitudinem, quã necessariò sequitur æqualitas substantialis, & circumeunt decem prædicamenta, & diuidũtur secundum diuisionem singulorum decem generum prædicamentorum in subalterna genera, & species vsque ad indiuidua.

20. Vbi est aduertendum, quod diuersimode super idem se fundatur relatio identitatis, æqualitatis, & similitudinis. Homo enim homini, puta Sortes Platoni substantialiter idẽ est vnione in tota specie. Similis autem est in differentia specifica constitutiua speciei. Aequalis autem ex vnione in quantitate perfectionali paritate gradus. Sicut ergo vnum duplex, est scilicet vel dictum ab vnitate, quod importat indiuisionem vnitatis, vel dictum ab vnione, quod importat indiuisionem vnius, & secundum hoc diuersæ relationes commu- n.8.&seq

nes causantur ab vno, vt iam habitum est supra, sic multum è contra duplex est, vel importans diuisionem contrariam indiuisioni vnitatis,

tis,vel contrariam indiuisioni vnionis. Et hoc
a.62.q.4. solùmodo in creaturis. Neqnaquam enim in
n.12. diuinis inuenitur multum,sed vnum tantum.
a.70.q.1 Et multum vtroque modo non est multum ni-
n.50. si qnia est contentiuum per solam aggregatio-
nem plurium vnorum dictorum ab vnitate,
vel plurium vnorum dictorum ab vnione.
Non enim est multum nisi contineat plura
vna dicta ab vnitate, ad quod sequitur diuer-
sum,vel plura vna ab vnione dicta, ad quod
sequitur inæquale, & dissimile. Indiuisioni
enim vnitatis in creaturis, quæ est communi-
n.9. tatis ad quam secundum prædicta sequitur idē
specie,vel genere,opponitur diuisio multi, ad
quam sequitur diuersum specie,& genere. In-
diuisioni autem vnitatis in creaturis quæ est
singularitatis, ad quam sequitur identitas in-
ter partem, & totum, prout est contentiua il-
lius partis,opponitur diuisio multi, ad quam
sequitur diuersum inter totum,& eandem par
tem,prout est contentiua alterius partis. To-
tum enim secundum hoc est vnum, & idem
cum qualibet partium. Alio autem modo
multum, & diuersum à qualibet, secundum
n.31. & seq. quod hæc patent ex prædictis iam. Similiter
indiuisioni vnitatis,quæ est singularitatis, ad
quam sequitur identitas vnius ad seipsum,
opponitur diuersitas inter plura numero. In-
diuisioni autem vnionis, siue vnitionis con-
formium in vno communitate ad quam sequi-
tur in creaturis æquale, & simile, siue substan-
tiale,siue accidentale, opponitur diuisio in
multo ad quam sequitur inæquale, & dissi-
mile. Secundum quod hæc in parte patent
ex prædictis, & iam amplius patebunt in di-
cendis.

21. Sic ergo concedendum est, quod
vnum, & multum circa contenta sub forma
vnius, & multi materialiter, vel quasi, sunt
principia causatiua relationum communium.

22. Et secundum hoc concedenda est vlti-
ma ratio ad hoc adducta.

n.1. 23. Ad primum in oppositum, quod ab
vno in quantum vnum non procedit nisi vnū,
n.6. &c. Dico secundum iam dicta, quod in vno,&
multo est considerare formam vnitatis, quæ
perfecte est in vno & diminute in multo, &
rem quasi materialiter subiectam formæ huic,
ib. & 10. circa quam (vt dictum est) vnum & multum
sunt principia causatiua relationum commu-
nium. Primo autem modo non est in illis ni-
si vnum. Secundo autem modo sub illo vno
secundum formam considerantur plura secū-
dum materiam. Vnum enim dictum ab vni-
tate singularitatis in substantia consideratio-
ne rationis deriuatur secundum eandem for-
mam, & sub eadem forma vnius in substantiā
aliam,& aliam ratione,etsi non re, tam in di-
uinis quam in creaturis. Et secundum hoc
sequitur ad tale vnum in substantia relatio n.8.
communis identitatis simpliciter, & secundū
rationem existens relatio. Et similiter in di- n.9.
uinis vnum dictum ab vnitate singularitatis
in quantitate, & qualitate, secundum eandem
formam,& sub eadem forma vnius deriuatur
consideratione rationis in quantitatem aliā,&
aliā secundū rationem, & secundū hoc sequi-
tur ad tale vnum relatio communis æqualita-
tis, & similitudinis existens secundum ratio-
nem inter diuinas personas,prout inferius de- q.3.n.6.
clarabitur. Vnum autem dictum ab vnitate a.67.q.3.
communitatis secundum eandem formam, &
sub eadem forma vnius deriuatur per agens,
aut producens in substantiam aliam, & aliam
rem in creaturis, vt species in indiuidua, & se-
cundum hoc sequitur ad tale vnum in substā- n.9.
tia relatio communis identitatis specie aut ge-
nere secundum rem existens relatio. In vnū
autem dictum ab vnitate vnionis siue vnitio-
nis vniuntur secundum eandem formam, &
sub eadem forma vnius conformia secundum
quantitatem, & qualitatem tam substantialem,
quam accidentalem in creaturis, differentia
tamen re. Et secundum hoc sequitur ad tale n.17.18.
vnum æqualitas, & similitudo substantialis, &
accidentalis, quæ sunt relationes secundum
rem. Applicando ergo ad hoc propositum, a.67.q.1.
dico, quod ad vnum sequi aliquid puta rela- n.5.
tionem communem, potest intelligi dupliciter.
Vno modo semel accepto vno, & forma-
liter. Alio modo ipso vno accepto pluries &
plurificato quasi materialiter, aut secundum
rem, aut secundum rationem. Primo modo a.62.q.1 n.19.
accepto vno ad ipsum non sequitur vlla rela- q.3.n.9.
tio communis, vt procedit argumentum, & q.4.n.12
bene. Ipso autem vno accepto secundo mo-
do, secundum quem non procedit argumen-
tum, ad ipsum sequuntur omnes relationes
communes æqualitatis, identitatis, & simili-
tudinis, modo iam dicto.

24. Ad secundum,& tertium obiectum ex n.2.3.
parte multi. Dico, quod multum, & illud ad
quod sequitur diuersum in substantia secun-
dum eandem formam, & sub eadem ratione
multi continet substantiam aliam, & aliam se-
cundum rem. Puta diuersum quod est con-
trarium identitati causatæ ab vno in substan-
tia dicto ab vnitate in alia singularitatis, est
inter eadem indiuidua sub eadem specie spe-
cialissima, vt sunt aggregata sub forma spe-
ciei, non vt vnita in illa. Diuersum vero con-
trarium identitati causatæ ab vno dicto ab vni n.19.
tate communitatis in forma speciei, est inter
diuersas species, vt sunt aggregatæ, sub forma
generis, non vt sunt vnitæ in substantia. Di-
uersum vero contrarium identitati causatæ ab
vno dicto ab vnitate communitatis in forma
generis, est inter diuersa prædicamenta, &

quæ-

quæcunque non sunt sub eodem genere prædicamenti, cuiusmodi sunt substantia, quantitas, Deus, & creatura. Et hoc vt sunt aggregata in vnum collatione intellectus. Idem enim & diuersum, vt generaliter accipiuntur circumeunt omnia entia, & accidit diuersis in quantum diuersa sunt, quod in aliquo vno secundum genus, aut speciem conueniunt quod tamen requiritur in differentibus, dicente Phi-
t. 12. 10. 5 losopho 10. Metaphysicæ. *Omne ens, aut diuersum aut idem, quod autem differt ab aliquo, per aliquid differt, ergo necesse est, vt aliquid sit idem per quod non differt*, & supple. Hoc autem non
ib. vol. 8. requirunt diuersa. Vnde Commentator. 1. *Diuersum quod opponitur, idem non est diuersum aliquo, vt differens, quod est differens, et conueniēs. Omnia enim duo entia, aut sunt diuersa, aut idem.* Et sic duo indiuidua existentia sub eadem specie specialissima, quæ eadem sunt specie, vt vnita in illa sub forma vnius, diuersa sunt numero, vt congregata sunt sub illa forma multi. Consimiliter duæ species existentes sub eodem genere, quæ eædem sunt genere, vt vnitæ sunt in illo sub forma vnius, diuersæ sunt specie, vt aggregatæ sunt sub illa, sub forma multi. Et duo differentia genere, puta quantitas, & qualitas, aut vniuersaliter non existentia sub eodem genere, puta Deus, & creatura, quia sub nulla forma vnius vniuntur, nullo modo sunt eadem, quia tamen sunt aggregata inter se sub forma multi, sunt diuersa.

25. Multũ autem ad quod sequitur inæquale in quantitate, sm eandem, & sub eadem forma multi continet quantitatem aliam, & aliam. Puta inæquale contrarium æqualitati causatæ ab vno in quantitate est inter habentia inter se diuersas quantitates, vt sunt aggregatæ, & h. c
a. 66. q. 2. n. 13. sub eadem specie quantitatis molis. Aequale enim, & inæquale non sunt nisi secundũ quantitates diuersas sub eadẽ specie specialissima, puta linea est æqualis, aut inæqualis lineæ, non autem superficiei aut corporis, neque alteri quantitati, & quælibet plura tam sub eodem genere, quam sub diuersis generibus inæqualia sunt, loquendo de quantitate substantiali perfectionis. Omnia enim entia creata inæqualia sunt inter se, siue sunt eiusdem generis, siue diuersorum generum, & sunt multũ in cõgregatione, & sub sola specie specialissima est æqualitas perfectionis, sicut & in sola specie specialissima, est vera vniuocatio. Vnde accidit inæqualibus secundum perfectionem, quæ in aliquo vno secundum genus conueniunt, sicut hoc accidit diuersis inquantum diuersa sũt
n. 23. secundum iam dicta.

26. Et quia numerorum multiplicatio procedens ab vno in infinitum sic se habet, quod semper vnus alteri est inæqualis, licet secundũ species differens, oportet iterare, quod inæqualitas non fundetur super numeros diuersos, neque causetur ab ipsis ratione formarum quibus in specie distinguuntur, sed potius ratione vnitatum, vt materiales sunt in illis, & vt omnes numeri conueniunt in forma vnitatis, per quam non sunt proprie nisi eiusdem speciei, differentes secundum gradus pluralitatis in vnitatibus, & perfectionis in forma vnitatis. Et sic inæqualia inquantum inæqualia semper sunt vnum quadam aggregatione ipsorum inæqualium inter se, non sub aliqua forma numeri vnius. Duo enim, & quatuor sunt inæqualia inæqualitate causata a multo plurium vnitatum existentium in illis, non vt cõcurrentibus in numero senario, sed vt in aggregatis per intellectum seorsum. nec vt duo secundum quod est subduplum ad quatuor, & sic inæquale illis, accipitur, vt pars in illis quatuor, vel sicut pars bis accipitur per intellectum, semel scilicet vt pars existens in toto, & semel vt per se. Et primo modo est inter duo & quatuor relatio identitatis, qualis declarata est supra inter totum, & partem. Secundo n. 11. & seq.
autem modo est inter duo, & quatuor relatio inæqualitatis. Pars enim non habet relationem ad totum inquantum pars, nisi identitatis, & diuersitatis, vt superius expositum ibid.
est.

27. Et sic etiam semper ipsum inæquale in numeris continet maius, & minus. Omnis enim numerus remotior ab vno, est maior, & a. 66. q. 4. n. 10.
propinquior est minor, & omnis numerus ad superiores est minor, & ad inferiores vsque ad vnitatem est maior. Sed maius in discretis proprie appellatur plus, & in continuis omne nomen, quod est maius a proprietate seruatur. Maius autem in quantitate perfectionis siue virtutis proprie appellatur magis, sed minus sub eodem nomine in singulis inuenitur. Et inæquale in discretis excedens appellatur multum, & deficiens appellatur paucum. In continuis vero, & in quantitatibus virtutis excedens appellatur magnum, & deficiens paruum. Et in quantitate perfectionis (in qualitate accidentali specialiter) deficiens dicitur parum, vt parum calidum. Et recipit inæquale secundum excessum in discretis comparationem sic, multum, plus, plurimum, & in continuis, ac quantis perfectione sic, magnum maius, maximum. Inæquale vero secundum defectum recipit comparationem sic, paruum, siue parum, siue paucum, minus minimum. in continuis enim gradus positiuus est paruũ, in discretis autem paucum, communiter autẽ in vtroque parum. Comparatiuus autem gradus, & similiter superlatiuus non mutantur.

28. Sed est aduertendum, quod multum in quantitate æquiuocè accipitur, prout idem

est

est quod habens in se plura, siue multitudinē, quemadmodum aliquid dicitur magnum, quia habet in se magnitudinem, & sic omnis numerus est multum, & sic multum non opponitur nisi vni. Alio modo accipitur prout est habens in se plura excedenter, siue multitudinē excedentem, & sic opponitur pauco, nec sic est omnis numerus multus, sed aliquis est paucus. Tertio modo multum accipitur, vt est in se aggregatiuum multi excedentis, & pauci, quod exceditur, & sic solummodo ad ipsum inæquale, quod opponitur priuatiue æquali.

29 Sed secundo modo, scilicet vt opponitur pauco, adhuc multum dupliciter consideratur. Vno modo vt comparantur inter se præcise. Alio modo vt comparantur inter se respectu tertij. Primo modo omnis numerus maior est multum respectu minoris, & omnis numerus est paucum respectu maioris, & vnū est paucum respectu cuiuslibet numeri, & primum paucum simpliciter, binarius autem est
a.7.q.1. n.6. primus numerus paucus, & dicuntur inter se
relatiue multum, & paucum, atque continet
a.29.q.7. n.11. sub se omnes proportiones numerales, quæ
a.31.q.8. n.14. primo, & per se sunt in discretis. Secundo
autem per discreta sunt in continuis, inquan-
a.31.q.1. n.21. tum scilicet discretum cadit in continuo, *&*
magnitudines numeri sunt, secundum Philoso-
a.70.q.1. n.16. phum libro Posteriorum. Et sunt illæ pro-
t.20.10.1 portiones aut secundum rationem numerorum indeterminatam, sicut sunt multiplex, superpartiens, superparticularis, multiplex superpartiens, multiplex superparticularis, & eorum opposita, aut secundum rationem numeri determinatam, vt sunt duplum, triplum, quadruplum, & sic de cæteris, & eorum opposita.

30. Multum autem, & paucum si considerata fuerint respectu tertij, aut consideratur illorum comparatio inter se respectu tertij, quod vtrique eorum opponitur, cuiu modi est æquale inquantum inæquale continet multū, & paucum, sic multum, & paucum opponuntur inter se contrarie, sicut abundans, & diminutum respectu æqualis, cui opponuntur sub forma inæqualis. Aut consideratur illorum comparatio respectu tertij, quod neutri opponitur, hoc modo multum dicitur relatiue ad paucum, quemadmodum multi dicuntur esse in foro vno tempore respectu paucorum, qui solent esse in illo alio tempore, & pauci dicūtur esse in ciuitate vno tempore respectu multorum, qui solent esse in illa alio tempore. Secundum quem modum, *milium dicitur ma-*
c.a.to.5. *gnum, & mons paruus*, secundum Philosophū in prædicamentis.

31. Multum autem ad quod sequitur dissimile in qualitate, secundum eandem, & sub eadem forma multi continet qualitatem aliā, & aliam. Sed intellige illam formam multi non esse nisi aggregationem diuersarum qualitatum, puta dissimile contrarium simili, quod simile causatum est ab vno in qualitate dicto ab vnione, est inter habentia in se diuersas qualitates congregatas non sub vna specie specialissima, vt contingit secundum iam dicta in n.24. quantitate molis, sed sub eodem genere infimo, sub quo non continentur nisi species specialissimæ, & hoc loquendo de dissimilitudine accidentali. Dissimilitudo autem non est nisi secundum qualitates specialissimas, cuiusmodi sunt album, & nigrum, non secundum species subalternas, cuiusmodi sunt album, & dulce. Loquendo autem de dissimilitudine substantiali, illa non est proprie nisi inter diuersa in specie specialissima, & eodem genere, & hoc inter quaslibet species e contrario diuersas sub eodem genere vsque ad generalissimum. Dissimile enim contrarium simili causato ab vno dicto ab vnione, communicans in forma speciei specialissimæ, est inter quaslibet diuersas species, vt sunt aggregatæ sub forma generis, non dico vt sunt vnitæ in illa. Circa illa autem quæ sunt diuersorum generalissimorum inter se comparata, nec dissimilitudo, sicut nec æqualitas habet omnino fieri. Dissimilitudo tamen substantialis inter Deum, & creaturam potest dici fore. Et hoc licet sit creaturæ ad Deum quadam similitudo imitationis, vt dictum est supra. Inæqualis autem a.21.q.2. n.7.
non potest dici fore, nec proprie creaturæ ad Deū propter magnitudinis Dei infinitatem, & creaturæ finitatem. Quia enim non est comparatio summi ad infimum, nec æqualitas imitationis creaturæ ad Deum potest dici, sicut dicitur similitudo, propter rationem assignatam in præcedenti quæstione.

32. Applicando ergo hoc ad medium argumentorum quo ad multum. Dico, quod ad multum inquantum est vnum secundum aliquam formam specificam numeri, puta denarius secundum formam denarietatis, nulla relatio omnino sequitur, sicut neque ad vnum semel acceptum, & formaliter. Per quod pa- n.22.
tet responsio ad primum obiectorum de mul- n.2.
to.

33. Nec etiam ad multum pluries acceptū sequitur aliqua relatio inquantum est multum, & replicatum sub eadem forma, sicut sequitur ad vnum pluries acceptum sub eadem forma, vt iam dictum est. Et hoc quia repli- n.22.
catio alicuius sub eadem forma non est nisi replicatio materialiter illius inquantum est vnū. Propter quod ad multum replicatum non sequitur relatio qua est multum, sed solummodo quia est vnum in forma multi. Et sic sequitur non relatio inæqualitatis, sed æqualita-

tis tantum. Sicut enim vnitas in quantitate est æqualis vnitati, quia hæc, & illa vnione sunt vnum, sic dualitas dualitati est æqualis, quia hæc, & illa vnione sunt vnum. Sicut enim hæc vnitas, & illa vnitas in forma specifica vnitatis simpliciter vniuntur, quia quælibet vnitas est vna, sic dualitas hæc, & dualitas illa in forma specifica dualitatis vniuntur, & in illa sunt vnum, quia quælibet dualitas est dualitas, & sic de cæteris numeris. Sed quod ad multum sequatur relatio contraria relationi, quæ sequitur ad vnum, hoc non est nisi inquantum multum est vnum aggregatione tantum eorum quæ sunt materialia in illo. Et sic ad multum, vt materialiter continet plura, & hoc non nisi in forma quantitatis, aut qualitatis differentia, sequuntur inæquale, & dissimile secundum modum iam expositum. Et n.23.24.
sic secundum, quod procedit argumentum, n.3.
& bene, non sequitur inæquale ad duo, & quatuor, prout vniuntur in multo, quod est senarius, neque dissimile ad album, & nigrum, prout vniuntur in colore, sed prout ibi duo, & quatuor se habent, vt partes cuiusdam aggregati, quod est multum continens ambo aggregatim, & non formaliter. Et similiter hoc album, & nigrum se habent vt partes cuiusdam aggregati quod est multum continens ambo, vt iam expositum est in tertio n.27.
modo multi.

34. Ex quo patet responsio ad secundo obiectum de multo. n.3.

Conclusiones ex Quæstione Prima, Articuli Sexagesimi quinti.

1. *Sequuntur relationes communes ad vnum, & multum solummodo, vt opponuntur secundum habitum, & priuationem* n. 5.
2. *Vnum, & multum non secundum rationes formales eorum sunt causa relationum communium, sed solummodo secundum rationes quasi materiales in ipsis* n. 6.
3. *Relationes communes sunt oppositæ secundum habitum, et priuationem sicut vnũ & multum.* n. 7.
4. *Ab vno dicto ab vnitate causatur omnis relatio communis in diuinis, & in creaturis omnis relatio identitatis alicuius ad seipsum.* n. 8.
5. *Ab vno dicto ab vnione causatur omnis relatio æqualitatis, & similitudinis in creaturis, & identitatis diuersorum ab inuicem.* ibid.
6. *Vnum ab vnitate singularitatis causat omnem relationem communem in diuinis, & in creaturis identitatem vnius secundum numerum ad seipsum.* num. 9.
7. *Vnum à proprietate communitatis, seu vnionis causat in creaturis identitatem vnius specie, vel genere ad seipsum.* ibid.
8. *Vnum, & multa circa contenta sub forma vnius, & multi materialiter, vel quasi sunt principia causatiua relationum communium.* n. 20.

QVAESTIO SECVNDA.

Vtrum relationes communes, quæ causantur ab vno, scilicet idem, æquale, & simile vniformiter causentur ab vno, et contraria eorum, scilicet diuersum, inæquale, & dissimile à multo.

Circa secundum arguitur, quod nō vniformiter idē, æquale, & simile causantur ab vno, & diuersum, dissimile, inæquale a multo.

1. Primò sic, diuersum, inæquale, & dissimile, causātur semper à multo ex natura ipsius multi absque operatione intellectus. Propter quod relationes communes sequentes multum sunt semper reales. Et hoc vel ex parte vtriusque extremorum, vt quando est inter creaturas, vel alterius tantum, vt quando est inter Deū, & creaturam. Idem autem, æquale, & simile aliquando causantur ab vno ex natura ipsius vnius absque opere intellectus, aliquando aūt non absque opere intellectus. Secundum hoc enim aliquando sunt relationes communes secundum rem, aliquando autem secundum rationem tantum, vt patet ex prædeterminatis, (a.62.q.4. n.10.) sed relationes quæ sunt secundum rem nō vniformiter causantur cum relationibus secūdum rationem, vt patet ex prædeterminatis, (a.63.q.2. n.8.) ergo &c.

2. Secundò sic, diuersum, inæquale, & dissimile causantur a multo vt continet actu relata per illa, quia non est multum nisi aggregatione illorum. Idem autem, æquale, & simile causantur ab vno, vt virtute continet relata per illa, quia non est vnum nisi vnitate rei indiuisæ sub vna forma, sed modus causandi iste, & ille non sunt vniformes, ergo &c.

3. In contrarium est, quod relationes quę sequuntur multum, (q.1. n.7.) opponuntur sicut priuatio, & habitus ad illas, quæ sequuntur vnum, sed habitus, & priuatio causantur vniformiter ab eadem causa substantiæ, vt est defectu positiua in vno, & defectiua in alio, sicut idē est causa salutis, & periculi nauis per suam præsentiam, & suam absentiam. Pro quanto enim ponitur causa per suam præsentiam, pro tanto causatur habitus, & pro quanto deficit per suam absentiam pro tanto causatur priuatio, ergo &c.

4. Dico, quod secundum processum vltimi argumenti vniformiter sequuntur ad multum diuersum, dissimile, & inæquale, & ad vnum, idem, simile, & æquale. Sed hoc vniformitate in opposito, secundum quod illæ relationes sunt oppositæ, & ab oppositis causis secundum priuationem, & habitum circa idem re causantur. (q.1. n.39) Relationes enim quæ causantur ab vno, causantur ab illo ratione indiuisionis rei existentis sub forma vnius. (n.41.) Illæ vero quæ sequuntur multum, causantur à multo ratione diuisionis oppositæ, quæ consistit in aggregatione plurium rerum indiuisarum sub pluribus formis vnius, sicut patet ex quæstione pręcedente (n.23.) ex modis diuersitatis oppositis modis identitatis, (n.30.) & ex modis dissimilitudinis oppositis modis similitudinis, & ex modis inæqualitatis oppositis modis ęqualitatis. (n.24. n.25.) Idem enim æquale, & simile causantur ab vno in forma, & specie, vt tamen distinctum est per vnum, & vnum, quæ sunt formæ, & speciei eiusdem, & per hoc vt diminuta ab illo vno proprietate vnitatis, aut vnita in illo proprietate vnionis secundum prædeterminata. Ex opposito autē diuersum, inæquale, & dissimile causantur à multo aggregante in se vnum, & vnum distincta, vel in forma speciei, vt patet in inæquali, secundum quod hæc patent ex dictis in præcedente quæstione.

5. Quod arguitur primo, quod relationes (n.3.) communes prædictæ non vniformiter causantur ab vno, & multo, quia causatæ ab vno aliquando sunt secundum rem, aliquando secundum rationem tantum, quę vero causantur à multo, semper sunt secundum rem. Dico, quòd hęc ratio probat bene, quod non causantur vniformiter directe, quod contingit, quia non sunt vniformia vnum, & multum, ad quę sequuntur. Et hoc quia vnum est indiuisum (q.1. n.22) secundum formam, & speciem, multum vero (n.19. 23.) est secundum formas, & species diuisum, & non nisi aggregatione vnum. Non tamen probat ratio illa, quin causentur ab illis vniformiter ex opposito, sicut, & illa opposita sunt, & cum hoc etiam, vt ista vniformitas non intelligatur de eodem æquali, & simili,

nisi

q.1.n.19 niſi cauſatis ab vno, quod natum eſt habere multum ſibi contrarium, cuiuſmodi eſt in crea-
a.a1.q.4. n.12. turis, non autem in diuinis, in quibus idem, ęquale, & ſimile non habêt oppoſita diuerſum, inæquale, & diſſimile.

6. Et etiam ex hoc, quod illa conformitas eſt ex oppoſito, contingit, quòd in creaturis ab vno cauſatur relatio ſecundum rationem tantum, cum tamen diuerſitas illi oppoſita ſit ſecundum rem tantum, vt contingit in diuerſitate ſecundum numerum, quæ opponitur idẽtitati fundatæ ſuper vnum dictum ab vnitate ſingularitatis, quæ identitas non eſt niſi ſecundum rationem tam in creaturis quam in diui-
q.1.n.10 nis, vt patet ex ſupra determinatis.

7. Si etiam velimus comparare diuerſum inæquale, & diſſimile cauſata à multo in creatoris, ad idem, æquale, & ſimile cauſata ab vno in diuinis, dico, quòd vniformiter causãtur ab vno, & multo hîc inde, ſed ex oppoſito non in eodem, ſiue in eadem natura, ſed in diuerſo, ſiue in alia natura, ſecundum quòd alia eſt natura creata à natura increata.

8. Per idem patet ad ſecundum ex hoc, quod non niſi ex oppoſito prædicta cauſantur ab vno, & multo. A multo enim, vt congregat plura in actu, cauſantur diuerſum, inęquale, & diſſimile, ab vno autem vt tantum virtute continet plura, cauſantur idem, æquale, & ſimile, & ſic directè diffformiter cauſantur ab illis, quia vt ab oppoſitis, cauſantur illæ relationes ab vno, & multo, vt procedit iſta ratio, & vt relationes oppoſitę, ſecundum quod procedit pręcedens ratio.

Concluſiones ex Quæſtione Secunda, Articuli Sexageſimi quinti.

1. *Vniformiter ſequuntur ad multum, diuerſum, diſſimile, & inæquale, & ad vnum, idem, ſimile, & æquale.* n. 4.
2. *Non autem cauſantur vniformiter directè, ſed ex oppoſito.* ibid & n. 5.

QVAESTIO TERTIA.

Vtrum idem, æquale, & ſimile inter ſe comparata vniformiter cauſentur ab vno, et è contra ſua contraria à multo.

CIrca tertium arguitur, quod idem, æquale, & ſimile non vniformiter cauſantur ab vno, quia idem cauſatur ab vno in creaturis dicto ab vnitate, quod diſtinguitur in vnum numero, vnum ſpecie, vnum genere. Sed in diuinis non eſt idẽ, niſi ab vno numero. Aequale autem, & ſimile cauſantur ab vno dicto ab vnione in creaturis, quod non diſtinguitur ſic, quia ſimile, & æquale non habent eſſe niſi ab vno ſecundum ſpeciem in diuinis, & ſimile, & æquale non cauſantur niſi ab vno numero tantum dicto ab vnitate, ſecundum quod hæc omnia patent ex
q.1.a. prædictis. In hoc autem eſt diſſormitas magna cauſandi illa ab vno, ergo &c.

2. Quod neque diuerſum, inæquale, & diſſimile vniformiter cauſentur a multo, arguitur, quia diuerſum cauſatur à multo numero, & à multo ſpecie, & a multo genere, ſecundũ quod diuerſum diſtinguitur in diuerſum numero, & diuerſum ſpecie, & diuerſum genere. Inæquale autem non cauſatur niſi à multo numero differenti in gradu eiuſdem ſpeciei. Diſſimile autem non cauſatur niſi à multo ſpecie inter illa, quæ ſunt vnum genere, talia autem non vniformiter cauſantur, ergo &c.

3. Contra eſt, quòd à cauſis vniformibus cauſantur vniformiter effectus, quia non eſt difformitas in principiatis, niſi à difformitate exiſtente in principijs, ſed vnum vniforme eſt in ſubſtantia, quantitate, & qua-

litate, & è conuerso, similiter multum, à quo causantur in eis diuersum, inæquale, & dissimile, ergo &c.

4. Dico, quòd pro quanto ista comparatio tangit relationes causatas ab vno, quæ communiter inueniuntur in Deo, & in creaturis, istam quæstionem possumus intelligere duobus modis, aut ex vniformitate causandi idē, æquale, & simile in diuinis secundum se, & in creaturis secundum se, aut comparatiue in his, & in illis.

5. Si primo modo, scilicet in diuinis secũdum se. Dico, quod penitus vniformiter causantur ab vno, quia non nisi ab vno dicto ab (q.1.n.8.9 a.70.q.1.n.41.) vnitate singularitatis, vt dictum est supra, & amplius declarabitur infra.

n.1. 6. Si vero in creaturis secundum se, dico prout procedit prima obiectio, quod difformiter causantur ab vno, (q.1.n.9.) quia idem non causatur in creaturis nisi ab vno dicto ab vnitate, & hoc vel singularitatis vel communitatis. Aequale autem, & simile non causantur nisi ab vno dicto ab vnione, & hoc quia identitas non fundatur super vnum in re quacunque creata, sicut neque in increatis, (q.1.n.22 a.62.q.3.n.9.) nisi vt ipsa est bifurcata, vel plurificatur in relatis. Et hoc vel secundum rationem, vt in identitate secundum rationem, vel secundum rem, vt in identitate secundum rem. Aequalitas autem, & similitudo non fundantur super vnum in re creata, (a.70.q.1.n.30.) nisi vt ipsa est plurificata secũdum rem, & quasi con fu cata in seipsa.

7. Si autem intelligamus secundo modo istam quæstionem, scilicet comparatiue in diuinis, & in creaturis. Dico, quod modo dupliciter adhuc potest intelligi quæstio. Vno modo scilicet, an sic causantur vniformiter ab vno idem, æquale, & simile inter se comparata in creaturis, sicut causantur ab vno inter se causata in diuinis. Alio modo, an sicut causatur idem in diuinis ab vno sic, & in creaturis, & similiter de æquali, & simili.

8. Et simul respondendo ad vtrumque modum, dico secundum, quòd iam tactum (n.5.) est, & amplius declarabitur inferius, quod in diuinis fundantur, & identitas, & æqualitas, & similitudo super vnum dictum ab vnitate singularitatis. In creaturis etiam identitas vera, & simpliciter fundatur similiter super vnum dictum ab vnitate singularitatis, quæ in creaturis deriuatur in comparata distincta secundum rationem tantum, sicut & in diuinis. Sed hoc non in creaturis, nisi quando aliqua referuntur per identitatem ad seipsa.

9. Et sic quantum est ex parte vnitatis, vniformiter causatur identitas ab vno in diuinis, & in creaturis. In creaturis autem identitas specie, aut genere non habet modos identitatis respondentes in diuinis. Et secundum hoc difformiter causantur ab vno relationes communes identitatis in Deo, & in creaturis, quia sola identitas numero, & ab vno numero est in diuinis, nequaquam autem identitas specie, aut genere, quia in diuinis non sunt vnum specie, & genere. Sicut in creaturis non causatur similitudo, aut æqualitas nisi ab vno secundum speciem, in diuinis autem non nisi ab vno secundum numerum, & hoc quia in diuinis non nisi vna qualitas, & quantitas numero sicut, & substantia potest esse in diuinis personis. In creaturis autem in diuersis suppositis non potest esse eadem qualitas, aut quantitas secundum numerum, aut substantia eadem secundum numerum, sed secundum speciem, aut genus tantum, quæ non sunt nisi in diuersis. Et ideo in creaturis similitudo, & æqualitas non est nisi secundum qualitatem, & (a.61.q.3.n.13. a.63.q.2.n.18.) quantitatem existentem in diuersis, vt infra patebit.

10. Et sic procedit prima ratio, & bene, quæ secundum hoc concedenda est. (n.1.)

11. Ratio autem quare distinctio identitatis est secundum vnum numero, specie, & genere in creaturis, non sic autem distinctio æqualitatis, & similitudinis est, quia distinctio vnius secundum numerum, speciem, & genus cõuenit solummodo rei secundum quod habet esse aliquid in suo prædicamento per se, & sic vt habet rationem substantiæ, quam consequitur sola identitas, non autem æqualitas, & similitudo, eo quod hæc non sequuntur nisi qualitatem, & quantitatem, vt sunt aliquid in (a.66.q.2.n.7. a.67.q.2.n.13.) subiecto quod secundum illas res, & hoc non nisi inquantum subiecta secundum illas relata sunt conformia in qualitate, & quantitate, aut inquantum qualitates, aut quantitates diuersorum subiectorum sunt conformes inter se, non autem inquantum sunt quãtitates simpliciter, aut simpliciter, qualitates existentes aliquid in genere suo. Conformis autem in qualitate aut quantitate sic, vt secundum illas dicantur subiecta æqualia vel, similia, non sunt aliqua nisi secundum eandem speciem specialissimam. Et difformia secundum qualitatem sic vt secundum illam dicantur subiecta dissimilia, non sunt aliqua nisi secundum diuersas species specialissimas sub eodem genere proximo qualitatis, quia solæ illæ in forma generis sunt conformes, & nullam habent inter se difformitatem. Sed quantitates eiusdem speciei specialissimæ bene sunt inter se difformes secundum gradus, vt ideo secundum illas bene dicantur subiecta inæqualia, etiam quo difformiter fundantur super multum, inæquale, (n.2.) & dissimile, & diuersum, vt procedit secunda obiectio, & bene.

12. Ad

n.1. 12. Ad illud de æqualitate, & similitudine: Dico concedendo, quòd æqualitas, & similitudo in diuinis difformiter causantur ab vno primo in hoc, quòd in diuinis causantur ab vno dicto ab vnitate singularitatis, quod destiuatur in plura secundum rationem in diuersis personis, vt inferius declarabitur. In creaturis autem causantur ab vno dicto ab vnione plurium secundum rem in vno communi. Et quo ad hoc magis vniformiter identitas causatur ab vno in diuinis, & creaturis, quã æqualitas, & similitudo, quia vtrobique causatur identitas ab vno ab vnitate, non sic autẽ æqualitas, & similitudo.

13. Pro quanto autem proposita quæstio tangit relationes causatas à multo, quæ solum sunt in creaturis. Dico, quòd quantum ex parte multi, omnino vniformiter causantur diuersum, inæquale, & dissimile, quia vniformiter multum in substantia, quantitate, & qualitate est vnum plurium congregatione. Vnde in creaturis omnes relationes communes quodam modo causantur ab vno, quia secundum prædicta relatio identitatis causatur ab vno dicto ab vnitate. Relationes vero æqualitatis causantur ab vno dicto ab vnione. Relationes vero contrariæ diuersitatis inæqualitatis, & dissimilitudinis fundantur super vnum aggregatione quod est vere multum. Et sic magis vniformiter relationes cõmunes causantur à multo, quam ab vno, & est multum magis vniformiter causa relationum suarum vnum, licet neutrum sit vniformiter causa omnium illarum, quòd tamen ponit illud argumentum, & male. n.5

Conclusiones ex Quæstione Tertia; Articuli Sexagesimi quinti.

1. *Idem æquale, & simile in diuinis secundum se penitus vniformiter causantur ab vno. n. 5.*
2. *In creaturis secundum se difformiter causantur ab vno. n. 6.*
3. *Quantum est ex parte vnitatis vniformiter causatur identitas in diuinis, & in creaturis n. 9.*
4. *Ex alia parte difformiter. ibid.*
5. *Idem dicendum de similitudine, & æqualitate ibid.*
6. *Quantum est ex parte multi omnino vniformiter causantur diuersum, inæquale, & dissimile.*

ARTI-

ARTICVLVS SEXAGESIMVS SEXTVS.

De relationibus in comparatione ad sua principia fundamentalia. In Quinque Quæstiones diuisus.

SEquitur Articulus Sexagesimus Sextus de relationibus communibus in comparatione ad sua principia fundamentalia, cuiusmodi sunt substantia, quantitas, & qualitas.

Vbi quæruntur quinque. Quorum.

Primum est: Vtrum in illis tribus prædicamentis habeat fundari omne genus relationis communis.

Secundum: Vtrum diuersa genera relationum communium vniformiter habeant fundari in illis.

Tertium: Vtrum tantum in illis tribus generibus habeant fundari relationes communes.

Quartum: Vtrum singulum genus relationum communium in singulis dictorum trium prædicamentorum habeat fundari.

Quintum: Vtrum super penitus idem numero possint fundari relationes communes diuersorum generum relationum.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum in tribus prædicamentis, scilicet substantia, quantitate, & qualitate habeat fundari omnes genus relationis communis.

CIrca primum arguitur, quod nullum genus relationum communium habet fundari in generibus prædicamentorum absolutorum.

1. Primo sic. Prędicamentum habens propriam realitatē non debet dici fundari super rem alterius prędicamenti, propter quod quantitas, & qualitas non dicuntur fundari super rem prædicamenti substantiæ, licet non habeant esse nisi in illa. Prædicamentum relationis propriam realitatem habet, quia non est prædicamentum nisi per aliquid vniuoce per differentias contractum ad species, quod non potest esse purus modus essendi ad aliud, quia secundum prædicamenta ille vnicus, & vniformis est in omnibus contentis sub prædicamento relationis non contractus, nec potest realitas prædicamenti relationis esse realitas contracta à tribus prædicamentis absolutis, quæ sunt substantia, quantitas, & qualitas, quia res illorum in nullo vnico reali vniuocari possunt, sed solummodo analogantur in ente, & in re generalissimi in prædicamento relationis vniuocantur omnia contracta sub ipso, quia aliter a.28. q.3 non esset genus, sicut nec ens est genus, oportet n 6 a 32. ergo, quod illud sit aliqua propria realitas q.5.n. 5. prædicamenti relationis, non ergo fundatur a 34. q.3. n.7.

præ-

prædicamentum relationis super rem alterius prædicamenti, quare neque etiam relatio communis contenta sub relatione simpliciter.

2. Secundò sic, dicit Boethius in commen-
a.3.in pr. to super prædicamenta. *Decem prædicamenta sunt decem principia, decem prima genera rerum significantia*, cum ergo relatio sit vnum de numero illorum, quod continet genus relationũ communium, primo autem nihil est prius, igitur rem relationis non præcedit aliud genus, sed fundamentum naturaliter præcedit id quod super ipsum fundatur, & realitatem quæ ab illo trahitur inquantum huiusmodi, ergo &c.

Ibid. 3. Item, *decem prædicamenta sunt decem genera rerum*, non autem est aliquid primum genus rei nisi habens realitatem à se, quia in eo, quod est primum non potest illam habere ab alio, quare cum relatio sit vnum illorum, propriam igitur habet realitatem, sed tale non habet fundari super alio, quia non fundaretur super illo, nisi vt ab illo realitatem traheret, ergo &c.

5. met. t. 4. In contrarium est Philosophus 5. & 10.
20. 10. 3. Metaphysicæ vbi dicit, *quod idem, & diuer-*
10. met. *sum sequuntur vnum, & multum in substantia,*
n. *æquale, & inæquale vnum, & multum in quantitate, simile, & dissimile vnum, & multum in qualitate*, quod non est nisi quia in illis fundantur.

5. Dico extendendo materiam harum quæstionum ad totum genus relationis, quòd secundum alias determinata in quadam quæ-
a.32.q.5. stione generali de prædicamentis, esse siue ens
n.15. prædicamentum non nominat, sed prædicamentum nominat potius aliquid cui conuenit
a.25.q.2 esse vt participatum ab illo, & hoc analogice,
n.6.a.25. prout illud aliquid, quod rem prædicamenti
q.2.n.20 nominat, diuersificatur in diuersis prædica-
a.26.q.2 mentis. Quæ res cũ hoc quod est diuersa, & alia,
n.6.a.31. atq; alia in prædicamẽtis realiter inter se di-
q.1.n.6. stinctis, distinguitur etiam in diuersis prædicamentis penes diuersos modos reales, quibus siue secundum quos illis conuenit esse, siue quibus esse participant diuersimode. Qui quidem modi reales sunt, quia ex natura ipsius rei prædicamenti concomitantur, non autem ex consideratione intellectus, siue rationis, immo ex illis consequuntur diuersi modi conceptuum formatorum de ipsis rebus.

a.32.q.5. 6. Illorum autem modorum duo sunt pri-
n.21. mi, & principales, quorum. Primus est mo-
a.63.q.2. dus essendi secundum se, & absolute. Secun-
n.4. dus vero est modus essendi in ordine ad aliud.
a.67.q.3 Quorum primus conuenit tribus prædicamen-
n.11. tis absolutis, quæ sub tali modo essendi com-
a.82.q.4 muni ipsis in tria genera [illegible] rerum absolu-
n.7. tarum distinguuntur, quæ sunt substantia, quantitas, & qualitas, nec sunt plura genera prædicamentorum, quæ proprias realitates habent. Secundus autem modus essendi scilicet ad aliud, conuenit illis septem generibus prædicamentorum respectiuorum, quæ sub
inf.n.21. tali modo essendi communi ipsis non habent
a.41.q.3. res proprias quibus inter se distinguuntur, sed
n.8. solummodo realitatem in modo suo commu-
a.54.q.6 ni eis contrahunt per hoc quod fundantur su-
n.31. per res trium prædicamentorum absolutorũ,
a.55.q.6. in hoc vero quod ex natura illarũ rerum mo-
n.59. dus ille consequitur, propter quod respectus reales dicuntur, secundum quod ex opposito respectus rationales dicuntur in quibus modus essendi ad aliud non sequitur naturam rei ex se, sed solummodo considerationem intel- a.63.q.2
lectus circa rem, vt tactum est supra. n.6.

7. Et distinguitur vterque illorum modorum realium in duos. Modus enim essendi secundum se, & absolute, aut est modus essen-
di secundum se, & in se, & est modus proprius a.32.q.5
prædicamento substantiæ, aut est modus es- n.17.
sendi secundum se sed in alio, & est modus ib.n.22.
proprius accidentis, qui conuenit duobus prędicamentis absolutis accidentis, quę sunt quantitas, & qualitas, quæ distinguuntur à prædicamento substantiæ penes modum essendi in se, & in alio, quorum primus transfertur ad
diuina, secundus autem nequaquam. Pro- ib.n.23.
pterquod cum res quantitatis, & qualitatis
transferuntur ad diuina, dicuntur transire in ibid.
substantiam, quia scilicet modum essendi in alio amittunt, & modum essendi in se assumũt. Illa autem duo prædicamenta in creaturis cõmuniter cum prædicamento substantiæ di-
stinguuntur contra alia septem, in hoc sci- ib.n.22.
licet quod illa tria habent esse secundum se, illa autem septem habent esse ad aliud.

8. Et transfertur vterque horum modorũ ib.n.28.
ad diuina, & penes illos in diuinis distinguũtur 29.
duo modi prędicandi scilicet ad se, & ad aliud, quorum ille, qui est ad se, sequitur modum essendi in se, & secundum se, & ideo idem est, quod modus prædicandi substantialiter, ille vero qui est ad aliud, sequitur ad modum essendi ad aliud, & est idem quod modus prædicandi relatiue. Nec est in diuinis modus aliquis prædicandi accidentaliter, propter quod tantum sunt duo prædicamenta in diuinis secun-
dum superius exposita, ita quod secundum iã ibid.
dicta tam in diuinis, quam in creaturis septem prædicamenta quorum esse, & prædicari est ad aliud, nihil habent proprium sui generis nisi modum essendi, seu prædicandi ad aliud, in quo consistit ratio prædicamenti consequẽs ex re prædicamenti absoluti super quod fundatur, & per hoc ab illis suam realitatem trahit, quæ consistit aut in hoc, quod modus se-

quitur

quitur ex natura rei, & per hoc est realis, aut in hoc, quod continet in se illam rem super quam modus ille fundatur, & ad quam sequitur, vt subintrantem rationem respectus, & per hoc ipsa est diuersorum prædicamentorum. Quemadmodum modus est de prædicamento actionis inquantum subintrat rationem respectus scilicet vt est ab agente, & est de præ-
a. 28. q. 6 n. 6. dicamento passionis inquantum subintrat rationem respectus, vt receptus est in passo, cũ
a. 32. q. 5. n. 35. 36. tamen secundum se consideratus sit in prædicamento quantitatis.

9. Et per hunc modum dico, quòd omnis
inf. q. 3. relatio communis habet fundari in rebus triũ prædicamentorum, tam in diuinis, quam in creaturis, & non solum genus relationis communis, sed etiam totum genus relationis vniuersaliter, & alia sex genera prædicamentorũ respectus importantia.

10. Sed aliter illa sex, aliter prædicamentum relationis, quoniam illa sex prædicamenta respectuum, qui non sunt relationes, siue habitudines relatiuæ, quibus scilicet subiecta sua habent esse, vel prædicari relatiue, siue ad aliud, sed sunt respectus solum quibus subiecta sua ordinem habent ad aliud, vt ad obiecta, omnis enim relatio siue habitudo relatiua
a. 61. q. 10 n. 8. respectus est, & non è conuerso. Illa inquam sex prædicamenta talium respectuum, non solum suis respectibus illa obiecta respiciunt, &
a. 12. q. 5 n. 34. ordinem habent ad illa, sed etiam ab illis causantur quodam modo in suis subiectis, non solum a suis fundamentis, quæ habent in ipsis
ib. n. 38 subiectis. Puta prædicamentum *quando*, quod in re temporali dicit respectum ad tempus à tempore habet in re illa causari, & hoc quia non conuenit ei prædicamentum, *quando* nisi ob hoc, quod habet esse in tempore. Simili-
n. 39. 40. ter prædicamentum *vbi*, quod in locato dicit respectum ad locum simpliciter, à loco habet in illo causari, & hoc quia non conuenit illi nisi ob hoc, quòd habet esse in loco. Et etiam
n. 39. 41. prædicamentum *situs*, quod in locato dicit respectum ad ordinem partium in loco, siue ad partes ordinatas in loco, a loco, vt ipse habet in se partes ordinatas habet causari in locato, quia non conuenit locato *situs*, quod est ordo partium in toto respectu ad ordinem partium loci in loco, nisi ob hoc quod partes ordinatæ locati habent esse in partibus ordinatis loci. In hoc enim coniuncta prædicamenta sunt,
ñ. 24. *vbi* & *situs*. Prædicamentum etiam *habitus*, quod in habente dicit respectum ad id quod habetur, ab eo quod habetur habet causari in habente, quia non conuenit habenti nisi ob hoc quod habens circumdatur eo quod habe-
ib. n. 36. tur. Et sic est etiam de actione, & passione respectu agentis, & patientis prout hæc latius
ib. n. 31. supra in quæstione de prædicamentis decem in generali declarantur.

11. Prędicamentum autem relationis continet habitudines quibus subiecta illarum habent esse, & dici relatiuè ad aliud, vt ad obiecta, & suis respectibus, quos important subiecta sua, quæ eis referuntur, subiecta sua respiciunt, & ordinem habent ad illa in esse, & referri ad illa, absque hoc, quòd causentur ab illis, quia secundum Philosophum in prædicamentis, *relatiua sunt simul natura, & neutrum* c. 4. co. 1.
eorum est causa alteri, vt sit. Intelligo vt causa propter quam fit, licet sit causa illius sine qua non. Vnum enim relatiuorum est mutuo per alterum, vnde & in diuinis non est pa- a. 58. q. 3
ter, nisi per filium secundum Hilarium, vt ha- n. 5. a. 19.
bitum est supra. q. 3. n. 8.

12. Propter quod illa sex, quia causalitatem suam, vt sint in subiecto, ab extrinseco habent, vt ab obiecto, sicut a causa propter quam fit, cum hoc quòd etiam causalitatem habent à suis fundamentis, dicuntur prædicamenta, & accidentia extrinsecus aduenien- a. 32. q. 5
tia. Prædicamentum autem relationis, quia n. 34.
causalitatem non habet, vt sit in subiecto, nisi ab eo, quod est in ipso subiecto, ideo in creaturis dicitur esse vnum de prædicamentis accidentium intrinsecus aduenientium.

13. Propter quod etiam respectus quos importat prædicamentum relationis, dicuntur respectus insistentes, respectus autem quos dicta sex prædicamenta important, dicuntur propriè respectus assistentes.

14. Sub prædicamento sũt relationis licet secundum eundem modum generalem habeant fundari relationes communes, & aliæ, in hoc scilicet, quòd non causantur in suis subiectis, nisi a suis fundamentis, aliæ tamen relationes, quæ non sunt communes immediatè fundantur in illis, & causantur ab eisdem. Relationes autem communes licet immediatè fũdentur in illis, non tamen causantur ab eisdem nisi mediante vno, & multo in eisdem, vt ha- a. 64. q. 2
bitum est supra, quæ quidem vnum scilicet, & n. 19.
multum, ad prædicamentum quantitatis per- a. 65. q. 8
tinent.

15. Et præterea relationes communes fundantur super res trium prædicamentorum absolutorum ratione illarum rerum simpliciter, & absolutè absque omni ratione causæ, & effectus illarum inter se. Relationes autem aliæ non fundantur super res prædicamentorum absolutorum, nisi per rationes causæ, & effectus quas habent inter se.

16. Relationes enim quæ sunt in poten- a. 63. q. 2
tijs non fundantur nisi super illas res absolu- n. 7.
tas, quæ habent vim actiui, & passiui, inquantum vna nata est agere, & alia pati, & patiendo effectum agentis in se recipere, & per hoc referuntur inter subiecta illarum rerum, &

hoc

hoc ſolum ſecundum habitum, puta quando potentiæ actiuæ, & paſſiuæ non ſunt coniunctæ ſecundum actum, qualiter referuntur inter ſe calefactiuum, & calefactibile, vel ſecundum actum, puta quando potentiæ actiuæ, & paſſiuæ ſunt coniunctæ ſecundum actum, qualiter referuntur inter ſe calefaciens, & calefactum.

n. 8. 27. Relationes vero, quæ ſunt in commenſurationibus non fundantur, niſi ſuper res abſolutas, quæ habent in ſe rationes perfecti, & deficientis à perfectione, atque tendentis ad illam adipiſcendam, aut conſeruandam, prout poſſibile eſt illi ſecundum naturam. Et per hoc tales relationes non ſunt niſi inter illa, quę ſe habent inter ſe, ſicut finis, & id quod eſt ad

Ariſtot. ſæpe. finem. Finis enim, & perfectum idem ſunt, aut ipſa perfectio eſt propria conditio finis, ſicut & imperfectio propria conditio eſt eius; quod eſt ad finem, & hoc in creaturis. Qualiter autem relatio commenſurationis aliter habet eſſe in diuinis inter imaginem, quæ filius

a. 68. q. 2. n. 19. & ſe. eſt, & patrem cuius eſt imago, videbitur inferius.

28. Specialiter relationes communes inter ſe comparatæ aliter, & aliter fundantur ſuper res abſolutas quantitatis, & qualitatis, & ſubſtantiæ, quia identitas, & diuerſitas fundantur bene ſuper rem ſubſtantiæ, vt in ſeipſa eſt aliquid, æqualitas vero, & ſimilitudo, atque eorum contraria non fundantur ſuper res qualitatis, aut quantitatis, niſi vt ſunt diſpoſitiones ſubſtantiæ, ſeu ſubſiſtentes in eis, ſecundum

a. 65. q. 3 n. 12. a. 67. q. 2. n. 11. n. 4. quòd iam tactum eſt ſupra in fine præcedentis quæſtionis, & amplius in ſecunda quæſtione articuli ſequentis inferius declarabitur.

29. Concedenda eſt ergo vltima ratio ex auctoritate Philoſophi, probans quòd relationes communes fundantur ſuper res abſolutas trium prædicamentorum, quia ſcilicet modus eſſendi ad aliud, in quo formalis ratio illarum conſiſtit, conſequitur res illas abſolutas, & per hoc quando reales ſunt realitatem ab illis trahunt, in qua conſiſtit illarum ratio ſecundum

n. 6. & ſeq n. 1. ſuperius expoſita.

30. Ad illud quod primò arguitur in oppoſitum, quòd prædicamentum relationis non fundatur ſuper rem alterius prædicamenti, quia habet propriam realitatem. Dico, quòd illud falſum eſt, quia nihil habet ſibi propriũ,

n. 6. & ſeq vt dictum eſt, niſi primum modum eſſendi ad aliud, qui manet vnus, & idem in omnibus cõtentis ſub prædicamento relationis, nec contrahitur, aut diſtinguitur in ſpeciebus relationis. Propter quod ab illius contractione, aut diſtinctione per aliquid quod eſt ſuæ rationis, non poteſt ſumi aliqua vniuocatio generis, vt procedit obiectio, ſed ſolummodo diſtinguitur prædicamentum relationis ſub dicto modo communi per res abſolutas ſubſtantiæ, quãtitatis, & qualitatis indeterminate ſignificatas in generaliſſimo relationis abſtracto a ſuis ſpeciebus contentis, & diſtinctis ſub dicto modo communi per res abſolutas dictorum trium prædicamentorum, à quibus prædicamentum relationis ſuam trahit realitatem.

31. Et quod arguitur, quòd vniuocatio prędicamenti relationis non ſit ex parte realitatis ab alijs prædicamentis habitæ, quia in nullo reali vniuocantur ſubſtantia, quantitas, & qualitas. Dico, quòd licet in nullo prædicamento ſit vera, & perfecta vniuocatio ratione rei ſignificatæ in genere, ſed potius analogia, aut æquiuocatio ſemper latet in genere, vt ſcribitur, 7. Phyſicorum minor tamen eſt vniuocatio, & maior æquiuocatio rei ſignificatæ in generaliſſimo relationis, & 6. prædicamentorum reſpectiuorum, quam in generaliſſimis aliorum prædicamentorum, puta trium abſolutorum, quanto ex ſe minus realitatis habent. Nihil enim realitatis habet prædicamentum relationis, aut aliud prædicamentum reſpectiuum, niſi quòd modus ſibi proprius ex natura rei abſolutæ habet eſſe tanquam conſequens illam, qui & per hoc ſuper illum fundatur, vt dictum eſt. Propter quod diſtinctio ſpecierũ relationis, & ſimiliter prædicamentorum reſpectiuorum ſub modo communi ſibi, non eſt niſi per additamenta rerum abſolutarum, quibus determinatur dictus modus communis, & ſimiliter realitas ſignificandi indeterminate ſub communi modo in quolibet generaliſſimo talium prædicamentorum. Et ſic res diuerſorum prædicamentorum abſolutorum, ſiue realitates contractæ ab illis ſub vnitate modi eſſendi ad aliud, licet non poſſint vniuocari vniuocatione, quæ ſufficit ad vnitatem prædicamenti abſoluti, vniuocantur tamen ſufficienter quantum requirit prædicamentum reſpectiuum. Nec debet verus æſtimator rerum in vnoquoque plus, aut minus requirere, quam conditio naturæ ſuæ exigit. Et conſiſtit illa vniuocatio in dicto modo communi non contractione, aut diſtinctione illius per aliquid, quod eſt ſuæ rationis, ſicut contrahitur, & diſtinguitur commune reale in prædicamento abſoluto, ſed ſolummodo illius determinatione per additamentum eius, quod eſt alterius rationis.

n. 1. q. 4. a. 11 a. 75. q. 6 ad 3. n. 6. q. 3. n. 5. q. 5. ad 1. a. 63. q. 5. n. 6.

32. Ad ſecundum quod decem prædicamenta ſignificant prima genera rerum, ergo nullum eorum reſpicit rem alicuius generis prioris ſuper quam fundetur. Dico, quòd hæc conſequens non ſequitur ex illo antecedente, niſi quodlibet prædicamentorum ſignificaret rem propriam, vt decem prædicamenta non ſolum ſignificarent decem prima genera rerũ, ſed etiam decem primas res. Quod non eſt n. 2.

verum,quia non ſunt niſi tres res,ſiue tres rea-
litates in decem prædicamentis, quæ ſunt de
ſe abſolutæ,ad quas res conſequũtur modi eſſē
di proprij diuerſis pdicamētis,qui nec res sũt,
nec reales poſſunt dici niſi ratione illarũ rerũ,
vt ex natura earum in ipſis fundantur, & ad
n.6.2 r. eas conſequuntur, vt dictum eſt. Vnde licet
ſint prima genera rerum, quæ ſignificant decē
prædicamenta, vt dicit Boethius, & bene, non
tamen ſunt dictę primæ res, nec hoc dicit vn-
quam. Prædicamenta enim ſingula ſunt ge-
nera rerum, ſed prædicamenta reſpectiua non
ſunt genera aliarum rerum, quarum ſunt præ-
dicamenta abſoluta, licet ſub alio, & alio mo-
n.5. do eſſendi. Prædicamentum enim ſignificat
aliquid, cui conuenit eſſe ſub tali, vel tali mo-
do, à quo quidem modo circa id aliquid cui cō
uenit eſſe principaliter, diſtinguuntur prę-
dicamenta maxime reſpectiua ab abſolutis,
n.6. quia reſpectiua nulla realitate propria diſtin-
guuntur ab abſolutis, quia nullam talem ha-
bent ex ſe, licet tria prædicamenta abſoluta cũ
hoc, quod inter ſe diſtinguuntur per modos
eſſendi, etiam diſtinguuntur per proprias res
ſecundum prædicta.

n.3. 23. Ad tertium, quòd non eſt genus rei ni-
ſi habeat propriam realitatem. Dico, quòd
falſum eſt, quia ſufficit ad rationem generis
generaliſſimi realis, quòd habeat proprium
modum poſteriorem, qui conſequitur rem ali-
quam, quæ ex ſe habet eſſe ſub modo eſſendi
alterius prædicamenti prioris, quod contingit
de prædicamentis reſpectiuis, & abſolutis.
Prior enim naturaliter eſt modus eſſendi in re
ſecundum ſe, & abſolute, quam in ordine ad
aliud, per hoc enim quod talem modum ha-
bet à re, ab ipſa realitatem habet, quæ ſufficit
ad eſſe prædicamentum.

24. Et quòd arguitur contra hoc, quòd ge- ibid.
nus primum in eo quòd eſt primum non po-
teſt ſuam realitatem habere ab alio, quia ante
primum non eſt aliud præcedens. Dico, quòd
decem prædicamenta dicuntur decem genera
prima non aſpiciendo ad ordinem eorum in-
ter ſe, ſed ſolummodo aſpiciendo ad ordinem
contentorum in qualibet linea prædicamenta-
li inter ſe. Et eſt alius ordo iſte, & ille, quia
iſte, qui eſt contentorum ſub eadem linea, non
ſolum eſt ſecundum primum, & ſecundum, ſi-
ue ſecundum prius, & poſterius, ſed etiam eſt
ſecundum ſub, & ſupra. Et tali ordine nullũ
prædicamentum habet aliud prædicamentum
prius, quia nullum eorum continetur ſub alio,
nec etiam aliqua duo illorum ſub tertio, ſed
quodlibet illorum eſt æque primum. Ille ve-
ro qui eſt diuerſorum prædicamentorum inter
ſe, eſt non ſecundum ſub, & ſupra, ſed ſolum-
modo ſecundum prius, & poſterius, ſiue pri-
mum, & ſecundum, & hoc modo priora ſunt
prædicamenta tria abſoluta, quam ſeptem re-
ſpectiua, & inter abſoluta primum eſt prædi-
camentum ſubſtantiæ, ſecundum quantitatis,
& tertium qualitatis. Et propter iſtum ordi-
nem prædicamentorum abſolutorum ad re-
ſpectiua, bene poſſunt reſpectiua contrahere
realitatem ab abſolutis.

Concluſiones ex Quæſtione Prima, Articuli Sexageſimi ſexti.

1. *Omnis relatio communis habet fundari in rebus trium prædicamentorum abſolutorum, tam in diuinis, quam in creaturis.* n. 9.
2. *Sic totum genus relationis vniuerſaliter, & alia ſex genera prædicamentorum reſpectum importantia.* ibid.
3. *Aliter autem illa ſex, aliter prædicamentum relationis.* ibid.
4. *Relationes communes diuerſimode fundantur in illis, ac aliæ relationes.* n. 14. *& ſeq.*
5. *Specialiter relationes communes inter ſe comparatæ aliter, & aliter fundantur ſuper res abſolutas quantitatis, & qualitatis, & ſubſtantiæ.* n. 18.

QVAE-

QVAESTIO SECVNDA.

Vtrum diuerſa genera relationum communium habeant fundari vniformiter in illis tribus prædicamentis abſolutis.

CIrca ſecundum arguitur, quòd diuerſa genera relationum communium, puta identitatis, æqualitatis, ſimilitudinis, & eorum contraria vniformiter habeni fundari in rebus triũ prædicamentorum abſolutorum, ſcilicet ſubſtantiæ, quantitatis, & qualitatis.

1. Primò ſic. Relatio communis non fundatur ſuper res illorum prędicamentorum, ſicut neque genus relationis ſimpliciter, niſi pro quanto modus eſſendi ad aliud conſequitur naturam illarum rerum, vt dictum eſt in quæſtio-a.6. ne præcedente, ſed modus eſſendi ad aliud idẽ, & vniformis eſt in toto prædicamento rela-n.20. tionis, vt ſimiliter ibi dictum eſt, ergo &c.

2. Secundò ſic, quæ ſuper idem penitus fundantur, & ſunt penitus vniformia inter ſe, vnt formiter fundantur ſuper illud ſuper quod fũdantur. Si enim talia difformiter fundarentur, ſuper idem penitus fundari non poſſent, quia idem penitus nullius difformitatis poteſt eſſe cauſa. Relationes communes omnium ſunt vniformes inter ſe quantum ad genus relationis pertinet, quia non dicunt niſi eſſe ad aliud, ſicut neq; relationes aliæ, & ſuper idem penitus fundari poſſunt, quia homo homini eſt idem, & æqualis, & ſimilis ſecundum vnum, & idem penitus, quia ſecundum humanitatem ergo &c.

3. In cõtrarium eſt, quia ſimilitudo recipit magis, & minus, non ſic autem identitas, & æqualitas, & ſimilitudo aliqua: do eſt inæqualium, & æqualitas diſſimili ũ, & hoc ex natura fundamentorũ, & fundatione relationũ ſuper illa, talis autem non ſunt conformia, ergo &c.

4. Dico, quod in fundatione relationum ſuper res prædicamentorum abſolutorum eſt tria conſiderare ſcilicet relationes quæ fundantur, & ipſas res ſuper quas fundantur, & accidentia ſeu proprietates earum rerum.

5. Ex parte autem relationum eſt attendẽdum, quod non fundantur ſuper res aliorum prædicamentorum niſi ratione modi illius, qui proprius eſt prædicamento relationis, ſcilicet ad aliud eſſe, & hoc præcipuè quo ad relationes reales. Rationales enim aliquæ ſuper purum contentum fundantur. Ex eo enim, quòd illæ relationes reales naturas rerum abſolutarum conſequuntur, & ab illis realitatẽ trahunt, vt dicatur modus realis, relationes reales dicuntur fundari ſuper dictas res. Ex eo vero, quod quædam relationes rationales non conſequuntur, vllo modo ex natura illarum rerum, ſed ex ſola conſideratione intellectus circa illas, modus ille realitatem non contrahit, ſed eſt purus modus rationis, ſiue rationalis circa rem, et eo vero, quòd quædam relationes rationales partim conſequuntur ex natura rerum, ſecundum hoc dicuntur fundari a.65.q.4. ſuper res abſolutas, & ſecundum quòd partim conſequuntur ex conſideratione intellectus, ſunt aliquid rationis, & ſic partim ſunt reales, partim rationales.

6. Aſpiciendo ergo ad primum ſcilicet ad ipſas relationes fundatas ſuper res prædicamẽtorum abſolutorum. Dico, quòd omnino vniformiter fundantur relationes communes ſuper res trium prædicamentorum abſolutas, ſecundum quod proceſſit prima obiectio. a.8.

7. Ex parte autem ſecundi, & tertij benè contingit, quod difformiter fundẽtur in dictis rebus, & hoc aut propter diuerſitatem illarum rerum, aut propter diuerſitatem accidentium earundem. Difformiter enim fundantur relationes communes in ſubſtantiis ex vna parte, & in quantitate, & qualitate ex alia, quia in ſubſtantia ex eo quod eſt ens in ſe fundatur bene identitas, vt eſt aliquid exiſtens in ſe, licet etiam fundetur in ipſa, vt eſt aliquid exiſtens in ſuppoſito, vt iam tactum eſt in quæſtione proxima præcedente ante ſolutionem primi q.1.n.18 argumenti, & etiam in fine præcedentis arti- a.65.q.3. culi, & ſecundum quod patebit inferius. Quãtitas vero, & qualitas ſecundum rationem quã- n.12. titatis & qualitatis tam in diuinis, quam in a.47.q.2. creaturis, quia non ſunt ens niſi in alio, in ipſis n.8 non fundantur niſi vt ſunt entia in alio. Vt a.68.q.5. enim conſiderantur ſecundum ſe, rationem habent ſubſtantiæ, & non fundatur in illis niſi identitas. Quia ergo res in ſe conſiderata in creaturis in quolibet prędicamento, cenſetur nomine ſubſtantiæ, inquantum ſic in ſe conſideratur, & diſtinguitur ſub ratione vnius ſecundum rationem indiuidui, ſpeciei, & generis, quia in quolibet prædicamento eſt vnum genere, vnum ſpecie, vnum numero, ideo eo identitas, & ſuum contrarium, quod eſt diuerſitas, ſequuntur quodlibet genus prædicamenti ſecundum rationem indiuidui, ſpeciei, & generis, licet modo contrario vt dictum eſt ſupra a.65.q.1 in quæſtione prima articuli præcedentis. Res

Oooooo 2 au-

autem cõfiderata, vt exiftens in alio non fic diftinguitur, fed folummodo diftinguitur, vt eft exiftens in alio, & in alio, per conformitatem, aut difformitatem. Per conformitatem enim ad vnum in diuinis perfonis fequuntur idem, & æquale, atque fimile, & æquale, & fimile in creaturis, licet diuerfimode in Deo, & in creaturis, quantum eft ex parte vnius, vt dictum
a.65.q.3 n.11. eft in tertia quæftione articuli præcedentis. Et è contra fcilicet per difformitatem ad multum, non fequuntur nifi inæquale, & diffimile.

8. In folis enim creaturis (vt dictum eft prima quæftione articuli illius, & vt iam amplius exponetur) propter diuerfitatem accidentium tribus rebus trium prædicamentorũ abfolutorum difformiter fundantur in illis relationes communes, & hoc vel propter diuerfitatem accidentium communium illorum, vel propriorum. Sunt autem accidentia communiter illis conuenientia, vnum, & multum, quæ defcendunt in illis, vt menfuræ illorum
a.65.q.1. n.10.11. fecundum prædeterminata. Et fecundum diuerfitatem talium accidentium fcilicet vnius, & multi inter fe, difformiter fundantur fuper dictas res relationes communes, quæ fequuntur ad vnum, & contrariæ illarum, illæ fcilicet quæ fequuntur ad multum, conformiter tamẽ in contrario fiue in oppofito, vt tactum eft in
a.61.q.2. n.4. fecunda quæftione articuli præcedentis. Et fimiliter fecundum diuerfitatem vnius in fubftantia ad quod fequitur idem, & vnius in quãtitate ad quod fequitur æquale, & vnius in qualitate ad quod fequitur fimile, quandoque difformiter fundantur idem in fubftantia, æquale in quantitate, & fimile in qualitate, & quandoque vniformiter fundantur in illis, prout
ib.q.3. expofitum eft in tertia quæftione articuli præcedentis.

9. Et hoc comparando relationes communes inter fe tripliciter. Vno modo idem, æquale, & fimile, vt funt in diuinis tantum, in quibus omnino vniformiter habent fundari quantum eft ex ratione vnius. Et alio modo comparando illa, vt funt in creaturis tantum, in quibus vniformiter æquale, & fimile habẽt fundari quantum eft ex ratione vnius, fed difformiter illis idem, fiue relatio identitatis habet fundari in fubftantia. Tertio autem modo comparando illas tres relationes vt funt in diuinis ex vna parte, & in creaturis ex alia, identitas eiufdem ad fe vniformiter fequitur vnũ in diuinis, & in creaturis. Identitas autem diftincti ad diftinctum in folis diuinis habet effe, non autem in creaturis. Aequale autem, & fimile in creaturis difformiter fequuntur vnũ, & identitas iam in diuinis, quam in creaturis, & fimiliter æquale, & fimile in creaturis, omnino difformiter fequuntur vnum, & æquale, & fimile in diuinis, fecundum quod hæc omnia patent ex tactis in prædicta quæftione.

10. Sunt autem accidẽtia propria illis prædicamentis, videlicet quod fubftantiæ, & qualitati ex vna parte non conuenit inquantum funt fubftantia, aut qualitas, habere partes in natura, & effentia fua, ficut hoc conuenit quãtitati. Propter quod difformiter fundantur in quantitatibus diuerfis relationes communes ex parte quantitatum, non autem in fubftantijs, aut qualitatibus ex parte ipfarum, fed aliter ex parte quantitatis molis, aliter vero ex parte quantitatis virtutis.

11. Quantitas enim molis eadem numero habet partem extra partem, & gradus fecundum illas, & dicitur quædam linea pedalis, quædam bipedalis, quædam tripedalis, & fic de cæteris gradibus fecundum rationes numerorum, & fimiliter de fuperficie, & corpore. Et fecundum hoc accidunt lineæ longum, & breue, latum, & ftrictum, & corpori fpiffum, & tenue fecundum profundum, quæ fequuntur ex vna linea comparata alteri fecundum longum, & breue, & fimiliter fuperficies fuperficiei fecundum latum, & ftrictum, & corpus corpori fecundum hæc eadem, quia in fe continet lineam, & fuperficiem, aut fecundum fpiffum, & tenue, quia continet, & fe, & effe corporis, aut eft maior, aut minor, aut æqualis. Et opponuntur maius, & minus æquali fecundum priuationem, & habitum, cum non funt nata fieri nifi circa idem in forma, & fpecie, & fumitur æquale ab vno, quod eft in eodẽ gradu diuerfarum quantitatum numero, & inæquale, & multum ab vno quod eft in diuerfis gradibus fimiliter diuerfarum quantitatum numero, fed earundem fpecie. Requirit enim æqualitas folam graduum conformitatem, & inæqualitas folam graduum difformitatem, & hoc vtrobique in eadem fpecie quantitatis propter oppofitionem fecundum habitum, & priuationem, quæ non funt nata fieri nifi circa idem in fpecie, & forma, & diuerfa genere tãtum. Et ficut hoc eft in magnitudine continua permanenti in magnitudine, fic eft, & in tempore quod eft quantitas cõtinua non permanens, cui ad modum lineæ accidunt longum, & breue fic etiam & in loco, cui ad modum fuperficiei accidunt latum, & ftrictum.

12. Et ficut eft hoc in quantitate continua, fic & in quantitate difcreta accidit idem, puta in numero cui per fuas partes, & gradus in illis accidunt multum, & paucum, & fimiliter in oratione, cui ad modum numeri accidũt multum, & paucum inquantum habet rationẽ difcreti, & longum, & breue ad modum temporis inquantum habet rationem continui. Nec eft in hoc differentia ex parte continui, & difcreti nifi in hoc, quod in eadem fingula-

ri

ri continuo, puta linea, superficie, corpore, tempore, aut loco, aut oratione inquantum habet rationem continui, sunt secundum illa scilicet longum, & breue, &c. in virtute omnes gradus, & perfectiones quæ possunt cadere inter diuersa continua comparata inter se, & hoc semper parte existente extra partem in eodem singulari continuo, licet non distincta ab alia, aut diuisione, aut signatione, sed distinguibili solummodo, vel diuisione continui in duo, vel signatione puncti vnius inter duas partes eiusdem lineæ, vel instantis vnius inter duas partes vnius temporis continui. Et hoc contingit, quia *continuum omne diuisibile est in infinitum*, & in tot partes est diuisibile minimum continuum in quot maximum, licet non inæquales. In eodem autem singulari discreto puta denario, non est nisi certus numerus partium, & proportionum secundum illas, & hoc parte existere actu extra partem propter actualem distinctionem, & diuisionem ratione discretionis partium inter se. Vnde considerando diuisionem numeri diuersimode per quinque scilicet, & quinque, & per 6. & quatuor, & per tria, & 7. & per 8. & duo, & per 9. & 1. semper sunt aliæ, & aliæ proportiones, & hoc tam inter partes, quam inter totum, & quamlibet partium. Puta inter quinque, & quinque est proportio æqualitatis, inter decem vero, & quinque est proportio dupli ad subduplum, & sic de cæteris.

1. phys. t.17. 3. physic. te. 1. 69. to. 2.

13. Et sic considerando totum, & quamlibet partem secundum gradus illorum semper est in illis relatio communis penes inæqualitatem, cum tamē considerando illa secundum suam substantiam sit inter illa relatio identitatis, & diuersitatis mixtim, vt supra expositū est. Sic ergo vniformiter fundantur æquale, & simile in eidem specie, differenter inæquale, & dissimile, quia inæquale non est nisi in eidem specie, sicut neque æquale. Dissimile autem non est nisi in diuersis specie, & simile non est nisi in eidem specie.

a.65. q.1. n.12. & seq. ib. n. 25. a.70. q.1 n.44.

14. Quantitas vero virtutis non habet eadem numero partem extra partem, neque gradus secundum partes, sed quælibet illarum maior habet in se in natura simplici vnite omnes partes, quæ natæ sunt in alijs, & alijs minoribus existere seorsum, & separatè.

15. Sed hoc dupliciter, quia quandoque in natura simplici habentur vnite, & inuariabiliter, quandoque vero vnite, & variabiliter. Primo modo est quātitas virtutis in substantijs. Omnia enim contenta in prædicamento substantiæ, vt species specialissimæ diuersæ, diuersos, & certos gradus perfectionum important, nec est vna, & eadem variabilis ab vno gradu in alterum, sed semper vna est in superiori gradu quantitatis perfectionalis quam altera, & continet semper superiori virtute omnem quantitatem omnis perfectionis, & aliquid finitum amplius, sicut deitas continet omnem quantitatem perfectionalem cuiuscunque creaturæ, & amplius in infinitum.

a.42. q.2 a.44. q.1 n.15.

16. Secundo autem modo est quantitas virtutis in qualitatibus recipientibus magis, & minus, & hoc non secundum quod considerātur secundum se, vt sunt aliquid in suo prædicamento per essentiam, aut vt ponuntur separatæ per existentiam, sicut ideæ Platonicæ, sic enim semper nominant rem in summo secundum gradum, qui competit suę speciei, secundum quod exposuimus alias in quadam quæstione Quolibet 14 & sic habent rationem substantiæ, vt in proxima sequente quæstione declarabimus, sed solūmodo secundum quod habent esse in subiecto, & in materia, vbi per transmutationem naturalem eadem qualitas susceptibilis est eius quod est maius, & minus in sua essentia. Puta albedo, & calor nata sunt fieri in eodem singulari, maior de minori, & minor de maiori, & secundum hoc denominare habent subiectum album, vel calidum secundum magis, & minus, secundum quod alias in quadam quæstione de eo quod est magis, & minus satis declarauimus.

q.3. to. 2. n.9. q.4. n.8. quodl. 4. q.15.

17 Et sic secundum quantitatem virtutis perfectionalis primo modo non est inter diuersa entia nisi inæqualitas, propter quam dūtaxat inter substantias contentas sub eadem specie specialissima, quæ æquales semper sunt quantitate perfectionis. Et quoad hoc conformis est illa æqualitas perfectionis æqualitati quantitatis molis. Non est enim vtraque nisi inter differentia solo numero. Sed inæqualitas perfectionalis non est conformis inæqualitati in quantitate molis, neque dissimilitudini, sed solummodo diuersitati, quia quæcunque diuersa specie aut genere sunt inęqualia quantitate perfectionis. Inæqualia autem quantitate molis, non sunt nisi differentia numero, & dissimilia non nisi differentia specie specialissima.

18. Secundum quantitatem, aūt virtutis perfectionalis secundo modo, quæ scilicet est in accidente susceptibili magis, & minus in subiecto, non est æqualitas, aut inæqualitas nisi inter eadem specie, sicut neque in quantitate molis. Et sicut in illis quantitatibus molis potest esse æqualitas, & inæqualitas partium inter se, & ad totum in eodem tempore, sic in istis qualitatibus quo ad quantitates virtutis potest esse inæqualitas, & æqualitas eiusdem ad seipsum pro alio, & alio tempore, secundū quod minus calidum in vno tempore potest esse magis calidum in alio tempore, vel æque calidum.

q.4. n. 6.

19. Et

19. Ex quibus patet, quod æqualitas, & inæqualitas fundatæ in quantitate molis, aut in quantitate virtutis in qualitate inquantum ipsa recipit magis, & minus, quia se habent secundum priuationem, & habitum, necessario sunt circa eadem in forma, & specie. Similitudo autem, & dissimilitudo fundatæ in qualitate simpliciter, quia se habent sicut contraria, necessario similitudo est inter eadem specie, & forma, dissimilitudo vero necessario est inter diuersa, atque inter contraria forma, & specie, & non inter alia. Identitas autem, & diuersitas, & æqualitas, atque inæqualitas fundatæ in substantia, quia se habent sicut contradictoria, eo quod quælibet duo entia substantialia, aut modum substantiæ habentia, aut sunt eadem aut diuersa, aut æqualia, aut inæqualia, idcirco licet identitas sit solummodo eorundem numero specie, aut genere, & æqualitas siue molis siue virtutis in substantia, aut qualitate, & similiter inæqualitas molis non est nisi eorundem specie specialissima.

20 Diuersitas tamen, & inæqualitas substantialis quorumcunque duorum entium sese habent penes gradus, & differentiæ entium secundum gradus, & differentias numerorum. Sicut enim numeri proueniunt ab vnitate secundum quandam participationem formæ illius, & propterea omnes numeri quodammodo
a.63.q.3 sunt eiusdem speciei, vt isctum est supra,
a.65.q.1 sic omnes creaturæ procedunt à Deo secundum quandam participationem formæ illius. Et propterea omnes creaturæ quodammodo sunt respectu Dei eiusdem formæ, siue speciei, quia non sunt nisi quædam participatio formæ diuinæ. Et per hoc inquantum omnes numeri sunt quodammodo vnius speciei, & similiter omnes creaturæ inter se, vniuersaliter æquale, & inæquale non sunt nisi in eadē forma, & specie.

21. Quo ad hoc enim se habent secundum diuersos gradus suos, quibus inæquales dicuntur inter se diuersi numeri, & diuersarum specierum creaturæ, sicut se habent diuersæ qualitates sub eadem specie, puta caloris, aut albedinis secundum diuersos gradus quibus dicuntur inæquales inter se duo calores, aut albedines duæ, quibus subiecta etiam dicuntur calida seu alba, & secundum magis, & minus inæqualiter calida, aut inæqualiter alba. Et sic inęqualia secundum quantitatem virtutis, sicut etiam aliquando aliqua sunt inæqualia secundum quantitatem molis, licet ratione qualitatis, puta caloris aut albedinis, simpliciter sunt similia, aliquando secundum quantitatem molis aut virtutis sunt etiam inęqualia, & è contra dissimilia sunt æqualia.

22. Et quo ad hoc bene difformiter fundantur relationes communes super quantitatem, & qualitatem, vt procedit tertia obiectio, n.3. quæ difformitas à fundamentis oritur, sed in subiectis fundamentorum existit, quæ difformiter ab ipsis denominantur, in hoc scilicet, quod similitudo est inæqualium. Et etiam in hoc est difformitas, quod similitudo magis, & minus recipit, non autem identitas, aut æqualitas. Similitudo enim magis, & minus recipit propter diuersos gradus in quantitate virtutis qualitatis eiusdem secūdum speciem, dicitur enim similitudo inter hæc duo alba maior, quam inter alia duo alba, & hoc album dicitur magis simile illi albo quam aliud, & hoc eo quòd maior similitudo fundatur super qualitates magis ad æqualitatem appropinquantes, & secundum hoc etiam dicuntur subiecta magis similia. Et sic quod similitudo recipit magis aut minus, hoc non contingit, nisi quia inęqualitas virtualis magis, & minus recipit, & semper maius, & minus in ipsis relationibus, & magis, & minus in ipsis relatis, potius sequuntur quantitates virtuales in relatis quam ipsas relationes. Non sic autem æqualitas recipit magis, & minus sicut similitudo, & hoc quia æqualitas non consistit nisi in graduum conformitate, sicut neque identitas maxime numeralis, quia non fundatur nisi super vno dicto ab vnitate, in qua non est difformitas.

23. Ex dictis etiam patet responsio ad obiectum primum, quod bene verum est, quod relationes communes non fundantur difformiter quantum est ex ratione respectus, qui est ad aliud esse, neque quantum est ex ratione fundamentorum, quando fundantur super idem, tunc enim tria ex vna parte scilicet idē, æquale, & simile, & tria ex alia, scilicet diuersum, inæquale, & dissimile vniformiter se habent, & conuersim consequuntur se, vt si aliquid est idem, est ęquale, & simile, & è conuerso, & quantum est idem, tantum est æquale, & simile, & è conuerso. Et non sunt ista ęqualitas, & similitudo nisi substantiales, sicut, & identitas, quæ identitas multum difformiter, siue aliter fundatur in substantia, vel in realia, vt habet rationem substantiæ, quam æqualitas, & similitudo in rebus, quæ sunt accidentia, & habentia rationem accidentium in subiecto, & similiter eorum contraria. Sicut enim æqualitas, & similitudo consequuntur identitatem, & è conuerso, sic & eorum contraria sese consequuntur. Quando autem fundantur super diuersa, non oportet, quod tantam vniformitatem habeant secundum fundamenta, vt patet ex dictis. Et secundum hoc procedit vltimum obiectum. n.2.

24. Et est vniuersaliter sentiendum quod tanto verius, & conformius habent rationes communes esse in aliquibus, quanto verius, & con-

conformius habent eſſe in illis illarum fundamenta. Quæ quia conformius habent eſſe in diuinis, quam in creaturis, & verius, idcirco relationes communes, quæ habent eſſe in diuinis, & in creaturis, verius, & conformius habent eſſe in diuinis, quam in creaturis. Propter quod etiam quod ad hoc difformiter relationes communes habent eſſe in diuinis, & in creaturis, ſecundum quòd hæc quo ad diuina clarius patebunt inferius.

Concluſiones ex Quæſtione Secunda, Articuli Sexageſimi ſexti.

1. *Omnino vniformiter fundantur relationes communes ſuper res trium prædicamentorum. n. 6.*
2. *Contingit quod difformiter fundentur in dictis rebus propter diuerſitatem illarum rerum. n 7.*
3. *Idem contingit propter diuerſitatem accidentium earundem. ibid.*
4. *Relationes communes, quæ habent eſſe in diuinis, & in creaturis, verius, & conformius habent eſſe in diuinis, quam in creaturis. n. 24.*

QVAESTIO TERTIA.

Vtrum tantum in illis tribus generibus habeant fundari relationes communes.

Circa tertiũ arguitur, quod relationes communes nõ tantum habent fundari in tribus generibus, ſcilicet ſubſtantia, quantitate, & qualitate, ſed etiã in quolibet alio.

1. Primò ſic, in quibuſcunque eſt reperire cauſas, & principia aliquorum, & illa ſimiliter, quia principiatum, & cauſatum ſequuntur cauſas, & principia, quare cum vnum, & multum, quæ ſunt cauſæ relationum communiũ sm̃ ſuperius determinata reperiantur in quolibet prædicamẽto in quo
a. 65. q. 1
libet ergo prædicamẽto habent reperiri, & fũdari ſuper vnũ, & multũ relationes cõmunes.

2. Secundò ſic, ſicut ſubſtantia prędicatur in eo quod quid, & quantitas in eo quod quantum, & qualitas in eo quod quale, ſic & alia prędicamenta prędicantur in eo quod eſt quodam modo ſe habere, quare ſicut ſecundum ſubſtantiam aliqua dicuntur eadem, aut diuerſa, quia vna ſubſtantia, aut plurea prędicantur de illis in eo quod quid, & ſecundum quantitatem aliqua dicuntur ęqualia, aut inęqualia, quia vna quantitas, aut plures prędicantur de illis in eo quod quantum, & ſecundum qualitatem aliqua dicuntur ſimilia, aut diſſimilia, quia vna qualitas vel plures prędicantur de illis in eo quod quale, ſecundum quod hęc patent ex prędeterminatis, ergo conſimiliter, quia vna actio, aut plures prędicantur de aliquibus, & ſimiliter vna paſſio, vnum quando, vnum vbi, aut plura, & ſic de cęteris prędicamentis prędicantur de aliquibus in quodam modo ſe habere, ergo illa debent dici, ſeu denominari ſecundum illa prędicamenta aliqua relatione communi, & ſic ſuper alia prędicamenta debent fundari relationes communes, ſicut ſuper ſubſtantiam, quantitatem, aut qualitatem, vt ſicut eſt relatio communis aliquorum inter ſe, quia vniformiter ſe habent ad qualitatem, & vniformiter ſunt quales, puta albi, & dicuntur ſimiles, ſic debet eſſe relatio communis aliquorum inter ſe, quia vniformiter ſe habent ad actionẽ, puta vt a quibus procedit ſicut ab agentibus, ſeu ad paſſionem, vt in quibus recipitur ſicut in paſſiuis, & ſic duo agentia, puta duo calefacientia debent ex hoc habere aliquam relationem inter ſe, quòd vni for-

formiter se habent ad calefactionem, sicut duo alba habent relationem similitudinis inter se, quia vniformiter se habent ad albedinē, & similiter alia duo ad passionem, & alia ad quando, & sic ad cætera prædicamenta.

3. Tertiò sic, sicut calefaciens, & calefactū diuersimode se habent ad motum calefactionis, sic duo calefacientia vniformiter se habēt ad motum eundem, & similiter duo calefacta inter se, quare cum propter hoc, quòd calefactum, & calefaciens diuersimode se habent ad motum, ipsa relatiua sunt inter se diuersis relationibus proprijs, sic ergo duo calefacientia inter se, & similiter duo calefacta inter se, quia vniformiter se habent ad motum, relatiua debent esse inter se relationibus communibus.

4. In oppositum est Philosophus, qui 5. & 10. Metaphysicæ non posuit relationes communes fundari nisi super substantiam, quantitatem, & qualitatem, vt patet ex prædetermi-
a.63. q.1 natis, & supponitur, quod in hoc non est insufficienter locutus.

q.1. n. 6. 5. Dico secundum prædicta, quòd in rela-
23. tione licet respectus dicat modum proprium essendi, scilicet ad aliud, diuersum à modo essendi secundum se, nullam tamen realitatem omnino propriam habet aut sibi determinat, sed solummodo realitatem habet ex hoc quod fundatur super rem cuius proprius est hic modus essendi secundum se, ita quòd respectus ipse nihil esset omnino præterquam secundum animam, nisi super illam rem fundaretur, siue a ratione, siue à natura rei. Propter quod respectus vnus quicquam realitatis naturæ habens, siue originaliter, & completiue, siue originaliter tantum, super alium respectum ex eo quòd ipse purus respectus est, nullo modo fundari potest, sed si respectus huiusmodi super respectum fundetur, hoc non est nisi inquantum ille fundatur in re absoluta, & sic ratione rei absolutę fundatur in illo, & sic potius fundatur in illa re absoluta originaliter, quā in ipso respectu fundato immediatè in illa. Propter quod cum ab vna, & eadem re absoluta non trahatur nisi vna realitas, quia ab vno & eodem inquantū huiusmodi non procedit, nisi vnū, & idem, respectus igitur fundatus super respectum non potest esse alius realiter ab illo ratione fundamenti, nec etiam ratione obiecti, siue oppositi ad quod est, quia respectus fundatus super respectum, necessariò est ad
a.67.q.5. idem cum illo super quem fundatur. Quare
n.33. cum relatio non distinguatur a relatione nisi
a.68.q.1. in ordine ad fundamentum, vel obiectū, opor-
n.45. tet igitur, quòd sit vna relatio vtraque, & vnus respectus secundum rem, & si sit alius, & alius, oportet, quod alius sit sola ratione vnius ab altero, & idem secundum modum, seu secundum genus relationis. Vt si supra paternitatem, quę est patris ad filium, quæ est propria relatio patris, fundetur oppositio patris ad filium, illa oppositio vt est in patre, est eadem relatio secundum rem cum paternitate, differens sola ratione ab illa, & est realis in ordine ad filiationem, & relatio propria, sicut est etiam ipsa paternitas. Licet enim communi nomine dicatur oppositio, vt est in patre, & vt est in filio, non propter hoc est relatio communis, vt habitum est supra.

6. Et per eundem modum dico, quod super nullum prædicamentum respectus potest fundari relatio communis, quia respectus cuiuslibet prædicamenti respectiui proprius est illi, & ea propria causa in illo cui inest, puta quando in existente in tempore, & vbi in existente in loco, & sic de cæteris. Propter quod in illis non solū nō potest fundari relatio siue respectus alius re, vel genere ab illis, sed nec in illis potest fundari omnino aliquis respectus, qui pertinet ad relationem communem, quia illa necessario requirit causam communem in a.61. q.2
relatis, vt patet ex prædeterminatis. n.9.

7. Et sic dico absolute, quod relatio cōmunis non potest fundari nisi super illa tria prædicamenta absoluta.

8. Et concedenda est super hoc auctoritas Philosophi facta in vltima ratione. n.4.

9. Ad primum in oppositum, quod vnum, n.1.
& multum, quæ sunt principia siue causæ relationum communium reperiuntur in quolibet aliorum prædicamentorum sicut in illis. Dico, quòd cum fundamenta relationum communium distinguantur secundum tria prædicamenta absoluta, quæ sunt substantia, quantitas, & qualitas, ibi quantitas, & qualitas, quæ sunt prædicamenta accidentium aliter considerantur, quam cōsiderentur quando in libro prædicamentorum distinguuntur contra substantiam, & contra 7. respectiua prædicamenta. Ibi enim considerantur secundum se, & secundum id quod sunt aliquid secundum rē, & essentiam suam abstracta a subiectis in quibus sunt, & secundum quod prædicantur superiora de inferioribus secundum quid. Hic vero considerantur secundum quod ordinem habent ad subiecta in quibus sunt, & secundū quod concreta sunt illis, & ipsa denominant, & dicuntur ab eis qualia, aut quanta, & prædicantur de illis in eo quod quale, aut quantum. Et quia prędicatio in eo quod quid est, est propria substantiæ, quia in solo prædicamento substantiæ est quid proprie, idcirco quantitas, & qualitas primo modo considerata, & similiter quodlibet eorum prædicamentorum, quæ rationem substantiæ habent, & extensio nomine substantiæ omnia prædicamenta, substantię dicuntur. Et sic dico, quòd cum fundamēta relationum communium distinguuntur in

sub-

ſubſtantiam, quantitatem, aut qualitatem, ibi
q. 2. a. 6. ſumitur ſubſtantia large pro quolibet genere
§. 4. n. 4. prædicamenti, vt ſecundum ſe, & abſolute conſideratur. Et illo modo conſiderandi ſolummodo conſequitur prædicamenta illorum diſtinctio ſecundum genus, & ſpeciem, & indiuiduum, & ſimiliter vnum, & multum genere, & ſpecie, & numero, à quibus inquantum huiuſmodi non cauſantur niſi idem, & diuerſum in quocunque prędicamento reperiantur. Et ſic ſuper quodlibet genus prædicamenti ſecundum ſe conſideratum fundatur relatio communis, & cauſatur ab vno & multo, ſed hoc non niſi, vt quodlibet prędicamentum pertinet ad ſubſtantiam, ſiue ad prędicamentum ſubſtantię large acceptę. Sed ſuper quantitatem, & qualitatem ſi fundentur propriæ relationes communes alię ab illa, quę fundatur ſuper ſubſtantiam, hoc non eſt conſiderando illa prędicamenta iſto modo, ſed ſolummodo conſiderando illa ſecundo modo, ſcilicet in ordine ad ſua ſubiecta, vt ipſam ſubſtantiam determinant, & propria ſubiecta relata, quę ſunt materialis cauſa illarum relationum. Non ſunt enim ſimilia, aut diſſimilia, niſi qualia, neque ęqualia, aut inęqualia niſi quanta. Sed ſecundum iſtam conſiderationem ſuper 7. prędicamenta reſpectuum nullę relationes communes fundari poſſunt, propter
n. 6. cauſam iam dictam in corpore ſolutionis.

n. 2. 10. Ad ſecundum, quod ſecundum prędicationem in eo quod quid, & quod quantum, & quod quale fundantur relationes communes in ſubſtantia, quantitate, & qualitate, ergo ſecundum prędicationem in eo quod eſt aliquo modo ſe habere, ſimiliter debent fundari relationes communes ſuper 7 prędicamenta reſpectuum. Dico, quod reſpectus, quia nihil rei addit ſuper ſuum fundamentum ideo, vt comparatur ad fundamentum, aut ad ſubiectum in quo eſt ipſum fundamentum, incidit in fundamentum, & nihil ponit pręter fundamentum, propter quod ſuper reſpectum vt conſideratur in ordine ad ſuum fundamētum, aut ad ſubiectum illius, nullus alius reſpectus fundari poteſt, quia in hoc ordine nihil pręter fundamentum eſt, & ſuper nihilo non habet aliquid fundari. Sed quod reſpectus eſt aliquid puta modus quidam pręter ipſum fundamentum, hoc non eſt niſi in ordine ad obiectum, & ſic ſi reſpectus aliquis fundari debeat ſuper illum, hoc eſt vt conſideratur in ordine ad obiectum. In ordine autem ad obiectum non poteſt fundari reſpectus alius ab illo ſuper quem fundatur, niſi ſecundum rationē tantum, vt iam dictum eſt, qualis non poteſt eſſe reſpectus relationis communis reſpectu reſpectuum propriorum exiſtentium in ſingulis prædicamentis, quia ſecundum rem diſtinguitur genus relationum communium à relationibus proprijs, quæ ſunt in actionibus,
& menſurationibus, ſicut ſupra dictum eſt, & a. 63. q. 2.
ex hoc etiam ſcilicet, quia ſi ita eſſet, eadem ratione ſuper relationem communem fundaretur relatio alia communis, & eſſet proceſſus in infinitum. Cum enim duo alba ſint ſimilia, & ſimiliter duo nigra, hęc duo alba illis duobus nigris conformia ſunt in ſimilitudine & ſic inter illa eſſet alia relatio communis, & ſic deinceps in infinitum. Quanquam ergo ſecundum aliquod aliorum 7. prædicamentorum prędicetur aliquid communiter de aliquibus, ſecundum id tamen nulla procedit relatio communis in illis, quia non eſt nata procedere ſecundum illud, quemadmodum duo patres aut duo filij in creaturis nullam omninocommunem relationem habent inter ſe, ſed duo filij ad duos patres, aut duo patres ad duos filios ſolummodò relationes proprias ſibi paternitatis, aut filiationis, quia ſuper illas n. 6.
nulla omnino poteſt fundari relatio.

11. Ad tertium, quod ſicut calefaciens, & n. 3.
calefactum, quia difformiter ſe habent ad motum, habent inter ſe relationibus proprijs correlationem, ſic duo calefacientia aut duo calefacta, quia conformiter ſe habent ad motum, debent habere inter ſe correlationem relatione aliqua communi. Dico, quod ſe vera calefaciens, & calefactum correlationem habēt inter ſe proprijs relationibus, ſed hoc non tam quia difformiter ſe habent ad motum eundē, quam quia alterutrum eorum, quod ſe habet ſuo modo ad motum, hoc non eſt niſi in ordine ad aliud ſe habens ad motum ſecundum alium modum ſe habendi ad illum. Sed quòd duo calefacientia vel duo calefacta conformiter ſe habent ad motum, hoc eſt abſque omni ordine alterutrius ad alterum, quia duo calefacientia vniformiter nullum ordinem habēt inter ſe, ſimiliter nec duo calefacta. Propter quod licet illa difformitas ſe habendi ad motum inter calefaciens, & calefactum non ſit ſine relationibus proprijs, illa tamen conformitas ſe habendi ad motum duorum calefacientium, vel duorum calefactorum eſt ſine omni relatione communi inter calefacientia, aut inter calefacta, quia ex conformitate inter duo non eſt nata ſequi relatio communis, niſi ſit illa conformitas in aliquo abſoluto. Cum vero eſt in relatiuo, qualis eſt conformitas inter duo calefacientia, in eo ſcilicet, quod vniformiter ſe habent ad calefacta, aut è conuerſo, ſecundum illam nulla omnino nata eſt ſequi relatio communis, quia non eſt nata fun- n. 10.
dari ſuper relationem, vt dictum eſt.

Concluſiones ex Quæſtione Tertia, Articuli Sexageſimi ſexti.

1. *Super nullum prædicamentum reſpectus poteſt fundari relatio communis*. *num.* 6.
2. *Relatio communis non poteſt fundari niſi ſuper illa tria prædicamenta abſoluta*. *num.* 7.

QVAESTIO QVARTA.

Vtrum ſingulum genus relationum communium in ſingulis dictorum trium prædicamentorum habeat fundari.

CIrca quartum arguitur, quod non ſingulum genus relationum communium in ſingulo dictorum trium generum prædicamentorum habeat fundari, ſed potius ſingulum in quolibet.

1. Primo ſic. In illis habent fundari relationes communes ſecundum quæ relata a relatione communi denominantur, puta identitas habet fundari in illis ſecundum quæ aliqua dicuntur eadem, æqualitas in illis ſecundum quæ dicuntur æqualia, ſimilitudo in illis ſecundum quæ dicuntur ſimilia. Sed ſecundum ſingula genera prædicamentorum aliqua denominantur eadem, æqualia, & ſimilia, in quolibet enim genere ſunt aliqua eadem numero, ſpecie, & genere, ſunt etiam æqualia in quolibet genere illa, quæ ſunt ſub eadem ſpecie ſpecialiſſima, quæ etiam ſunt ſimilia ſecundum ſuperius determinata, ergo &c.

2. Secundo ſic, relationes, quæ ſequuntur differentias, & conuenientias omnium generum entis, in omnibus generibus fundantur, quia non ſequuntur illa, niſi ex fundatione ſua in illis, ſingula dicta genera relationum communium conſequuntur differentias, & conuenientias omnium generum entis, quia quodlibet duorum entium vnum eſt idem alteri,
a.65.q.1. n.13. aut diuerſum ab eodem ſecundum prædicta, aut etiam quælibet duo entia, aut æqualia ſunt in gradu entis, aut inæqualia, & quæcunque ſunt ſub eodem genere, aut cadunt ſub eadem differentia generis, aut ſub alia & alia, & ideo aut ſimilia aut diſſimilia, ergo &c.

3. In contrarium eſt Philoſophus, qui non ponit idem, & diuerſum niſi in ſubſtantia, æquale, & inæquale, niſi in quantitate, ſimile autem, & diſſimile, non niſi in qualitate. a.63.q.1

4. Dico, quod ſingulum trium prædicamentorum, ſubſtantiæ, ſcilicet, quantitatis, & qualitatis, aut large accipitur, aut ſtricte. Subſtantia enim ſtricte accepta nominat ſolummodo a.55.q.6 n.12. rem abſolutam ſecundum ſe, & in ſe exiſtentem, quæ eſt proprie de prædicamento ſubſtantiæ. Subſtantia autem large accepta nominat quãcunque rem prout habet modum ſubſtantiæ ſcilicet prædicandi ad ſe, vel de alio in eo quod quid, vt tactum eſt in quæſtione præcedente. n.9. Quantitas autem ſtrictè accepta nominat ſolummodo rem abſolutam de prædicamento quantitatis. Quantitas vero large accepta nominat quãcunque rem prout habet modum quantitatis, in prædicando ſcilicet de aliquo ſubiecto in eo quod quantum, & hoc ſiue in eo quod quantum quantitate molis, qualiter prædicantur illa, quæ pertinent propriè ad prædicamentum quantitatis, ſiue in eo quod quantum quantitate perfectionis eſſentialis, aut virtualis, qualiter prædicantur illa, quæ communiter ſunt quantitates. Qualitas etiã ſtricte accepta nominat ſolummodo rem abſolutam de prædicamento qualitatis, qualitas vero large accepta nominat quamcunque rẽ habentem in prædicamento modum qualitatis, in prædicando ſcilicet in eo quod quale, & hoc ſiue in eo quod quale qualitate accidentali qualiter prædicantur de ſuis illa, quæ ſunt proprie de prædicamento qualitatis, ſiue in

eo

eo, quod qualē qualitate substantiali, qualiter prædicatur differentia constitutiua in quolibet prædicamento de specie quam constituit.

5. Strictè autem sumendo substantiam, quantitatem, aut qualitatem. Dico, quod singulum genus relationum communium in singulo trium prædicamentorum absolutorũ habet fundari. Quia in substantia strictè accepta cuiusmodi sunt indiuidua, species, & genera in prædicamento substantiæ, non habent fundari nisi idem, & diuersum. In quantitate vero stricte accepta, vt comparatur ad subiectum, non nisi æquale, & inęquale, in qualitate vero stricte accepta, non nisi simile,
n.3. & dissimile, secundum quod procedit vltima ratio.

6. Large autem sumendo substantiam quãtitatem, & qualitatem. Dico, quod singulum genus relationum communium fundatur in quolibet trium generum prædicamentorum
n.1.&2. prædictorum, vt procedunt duæ primæ rationes. Idem enim, & diuersum non solum fundantur super res existentes in prædicamento substantiæ, sed etiam fundantur super res existentes in alijs prædicamentis, & dicuntur eadem, vel diuersa inter se, existentia in quocunque prædicamento alio, vt expositum est
q.1.n.9. superius. Similiter æquale, & inæquale non solum fundantur super res existentes in prædicamento quantitatis, nec solum æqualia, vel inæqualia dicuntur inter se, vel alia secũdum illa, quæ sunt existentia in prædicamento quantitatis, sed etiam fundantur super res existentes in alijs prædicamentis, vt habent in se rationem quantitatis determinatę secundum gradum perfectionis, & dicuntur ipsa æqualia, vel inęqualia inter se, vel aliqua secũdum illa.

7. Et est speciale in inęquali sequente ad quantitatem perfectionis, quod vniformiter consequitur diuersum secundum speciem, & secundum genus. Quęcunque enim sunt diuersa specie specialissima, siue sint eadem genere siue diuersa, semper sunt inęqualia secũdum gradum perfectionis naturalis, & tamen inęquale, sicut & ęquale quod sequitur quantitatem molis, solummodo consequitur diuersum secundum numerum sub eadem specialissima. Inæquali autem quod sequitur quantitatem perfectionis, speciale est, quod vniformiter consequitur idem secundum speciem, diuersum tamen numero. Quæcunque enim sunt eadem specie specialissima, & differentia numero solo, sunt æqualia quantitate perfectionis essentialis.

8. Licet enim sint formę quædam, ad quas
q.2.n.16 & seq. sub eadem specie specialissima in subiecto consequitur magis, & minus, & æquale, & existentia in eodem gradu intensionis, puta caloris, vel frigoris, aut alicuius huiusmodi, dicuntur æqualia secundum illas quantitates perfectionis virtualis propter participationem formæ à subiectis æqualiter, & similiter ipsæ formæ inter se æquales dicuntur, existentia autem in diuersis gradibus dicuntur inæqualia secundũ illas quantitate perfectionis virtualis propter participationem illius formæ à subiecto secundum magis & minus, & similiter ipsæ formæ inter se inæquales dicuntur propter esse ipsarum in subiecto secundum maius, & minus, secundum enim August. de Trinit. lib. 6. to.3.
cap. 8. *in eis quæ non sunt mole magna, idem est maius esse, quod est melius esse*, bonitate scilicet perfectionis essentialis, aut virtualis, tamen eædem formæ sub ratione suę essentiæ secundum se consideratæ, vt essentia quædam, sicut indiuidua sub specie specialissima, æquales inter se sunt quantitate perfectionis essentialis. Vnde & si essent separatæ, essent ambæ æquales, & in summo gradu perfectionis, quæ speciei suæ nata est conuenire. Vna enim albedo separata, nec magis albedo, nec maior al-
q.3.to.2. sup q.2. n.16. bedo est quam alia, prout alias determinauimus in nostro 14. Quolibet.

9. Est autem vlterius aduertendum, quòd secundum tales formas, vt simpliciter accipiũtur, subiecta illarum secundum ipsas simpliciter denominantur esse similia, siue in æquali, siue in inæquali gradu fuerint. Et cum sunt in gradu æquali, tunc secundum illas dicuntur perfecte similia, cum vero sunt in gradu inæquali, tunc respectu illorum, quæ sunt perfecte similia in gradu æquali, subiecta illarum secũdum illas dicuntur similia secundum magis, & minus, secundum quod magis, & minus accedunt ad æquale.

10. Et respondent isti gradus perfectionis in quantitate virtutis gradibus existentibus in quãtitate molis, q̃ est in continuis, & discretis licet in discretis nõ dicatur esse quãtitas molis propriè, nec etiã in alijs continuis à corporalibus, in quibus gradus sumuntur in eis, quæ sũt eiusdem speciei secundum accidentia continua, quæ sunt longum, breue, latum, strictum,
spissum, & tenue, secundum quòd in numeris, a.65. q.1 n.25.26.
& discretis, quę secundum prædicta sunt propriè eiusdem speciei specialissimæ, sumuntur gradus secundum plus, & minus, & dicuntur æqualia, quæ sunt in eodem gradu, puta vnũ, & vnum, duo, & duo, tria, & tria, & sic deinceps, & inæqualia quæ sunt in diuersis, puta vnum ad duo, tria, & deinceps, scilicet duo ad tria, quatuor, & deinceps. Et secundum quod gradus inter se distant secundum magis, & minus, puta duo, & tria minus distant, quam duo & quatuor, aut quinque, & deinceps, similiter duo, & quatuor minus distant, quam duo, &

quinque, & deinceps, secundum hoc dicuntur inæqualia secundum magis, & minus in quantitatibus eiusdem speciei, quales sunt quoquo ib. n. 15. modo omnes numeri secundum superius exposita, sicut & dicuntur similia secundum magis, & minus in qualitatibus eiusdem speciei.

11. Simile etiam, & dissimile non solum fundãtur super res existentes in prædicamento qualitatis, nec solum similia, aut dissimilia dicuntur inter se aliqua existentia in prædicamento qualitatis, aut subiecta secundum illa, sed etiã fundantur super res existentes in alijs prędicamentis, vt habent in se rationem qualitatis, sicut habent differentię diuisiuę generũ, & constitutiuę specierum. Dicuntur enim illa quorum sunt similia, vel dissimilia secundum illa, licet non illa inter se; In hoc enim est differẽtia, quo ad idem, & diuersum in substantia, ęquale, & inęquale in quantitate, ad simile, & dissimile in qualitate, quod idem, & diuersum non solum dicuntur aliqua secundum substantiam, quæ est aliquid illorum, sed etiam ipsę substantię inter se dicuntur idem, & diuersum secundum se, & similiter ęquale, & inæquale non solum dicuntur aliqua secũdum quantitatem, quæ est aliquid illorum, sed etiam ipsæ quantitates inter se dicuntur æquale, vel inæquale secundum se. Simile autem, & dissimile nullæ qualitates dicuntur inter se secundum se, sed solummodo secundum qualitates dicuntur similia, aut dissimilia inter se, habentia illas in se.

12. Et est speciale in dissimili tam secundum qualitatem stricte, quam secundum qualitatem communiter acceptam, quòd solummodo secundum ipsam consequitur diuersum secundum speciem specialissimam. Quæcunque enim qualitates sunt diuersæ genere, puta color, & sapor, secundum illas non dicuntur aliqua dissimilia, sicut neq; similia. sapor enim colori, aut saporabile colorato, nec simile, nec dissimile dicitur. Similiter rationale, & irrationale, nec similia, nec dissimilia dicuntur inter se, nec subiecta quæ habent illa, secundum illa similia, aut dissimilia dicuntur, quia nec talia, nec talia nata sunt dici secundum illa.

13. Et commune est etiam simili cum æquali, quòd solummodo consequuntur idem specie, & diuersum numero. Quæcunque enim habent easdem qualitates specie, differentes solo numero, sunt similis, puta duo alba, aut duo rationalia. Quod enim vnus homo dicitur similis alteri substantialiter, non est nisi secundum differentiam rationalitatis, non autem secundum genus animalitatis, neque secundum totalitatem ipsius speciei specialissimæ, cuius pars formalis est rationalitas. Similiter, quod vnus homo dicitur similis alteri accidentaliter, non est nisi secundum qualitatem accidentalem specificam, puta albedinem, aut nigredinem, non autem secundum qualitatem communem genere, puta colorẽ, aut saporem, sicut quòd aliqua dicuntur æqualia, siue mole, siue perfectione, non est nisi secundum quantitates easdem species differentes solum numero, quia in solis illis est vera cõformitas, qua vere concurrunt per vnionem in vnum, quæ non est in eisdem genere differentibus specie specialissima, eo quod differũt formis, quæ sunt differentiæ specificæ, sub quibus etiam diuersificatur ratio, & natura generis. Propter quod *latent æquiuocationes in genere*, vt dicitur 7. physicorum, *non est pura vniuocatio nisi in specie*, vt dicitur ibidem. 1. 31. 10. a. q. 1. n. 21 a. 75. q. 6. ad 3.

14. Est autem proprium dissimili in quo differt ab inæquali quantitate molis, aut virtutis, siue perfectionis virtualis, quòd dissimile non est aliquid alteri, nisi secundum qualitates substantiales, aut accidentales, differentes sola specie specialissima, puta secundum rationale, & irrationale, secundum album, & nigrum. Non enim secundum qualitates eiusdẽ speciei specialissimæ dicuntur nisi similia, & secundum qualitates differentes genere, puta secundum albedinem, & saporem, aut secundũ rationale, & inanimatum, neque similia dicũtur, neque dissimilia.

15. Est autem aliquid alteri inæquale quãtitate molis, aut virtutis non nisi secundum quantitatẽ eandem specie specialissima, puta linea est lineæ inæqualis secundum alium, & alium gradum longitudinis, & album albo inæqualiter est album secundum gradum alium, & alium albedinis. Quæ vero sunt quantitatiue diuersarum specierum, secundum illas, neq; dicũtur æqualia, neq; inęqualia. Non enim linea dicitur æqualis, vel inæqualis superficiei, aut album nigro, quia in solis illis, quę sunt eiusdem speciei est vera secundum gradum eundem conformitas molis, aut virtutis, & difformitas secundum gradus diuersos, licet secundum quãtitatem perfectionis essentialis inæqualitas cõsequitur in omnibus diuersitatem, quæcunq; enim sunt diuersa specie, aut genere, sunt inęqualia perfectione essentiali sicut dictum est. n. 13.

16. Sumendo autem substantiam quantitatem, aut qualitatem stricte, sic non habent esse in diuinis, sed solummodo, vt largè accipiuntur ad omnes se habens modo substantię, quantitatis, aut qualitatis in creaturis existentis. Deitas enim in diuinis se habet modo substantiæ, quæ nominat quid, persona autem se habet per modum substantiæ, quæ nominat quem, & respondetur deitas, vel Deus ad interrogationem factam in diuinis per quid, pater aut filius, aut Spiritus Sanctus per interrogationem factam per quis, & in diuinis non fũdatur super hoc nisi identitas. Bonitas autẽ,

sa-

ſapientia, &' huiuſmodi in diuinis ſe habent modo qualitatis, & reſpondentur in diuinis ad interrogationem factam per quale. Magnitudo autem, æternitas, infinitas, immenſitas, & huiuſmodi in diuinis ſe habent modo quantitatis. Reſpondentur enim ad interrogationem factam per quantum. Et in diuinis ſuper huiuſmodi qualitates, & quantitates ſecũdum quòd conſiderantur ſecundum ſe, benè fundatur identitas, ſicut in creaturis fundatur ſuper res ſingulorum prædicamentorum, vt ſecundum ſe, conſiderantur, & in ordine ad illa, quæ ſunt ſui generis. Secundum autem quod quantitas, aut qualitas huiuſmodi conſiderantur in diuinis in ordine ad id, quod in diuinis dicit quid, aut quis, cuius ſunt ſicut diſpoſitiones, ſuper qualitatem non fundatur niſi ſimilitudo, & ſuper quantitatem non niſi æqualitas, etiam cum huiuſmodi quantitas incidit in qualitatem, dicendo quod ſapientia Dei, aut bonitas eſt magna, æterna, ſiue infinita. Sic enim bonitate aut ſapientia perſonę dicuntur inter ſe æquales.

17. Ex dictis patent argumenta ad vtramque partem adducta, ex quibus etiã in magna parte patet qualiter vniformiter, vel difformiter relationes communes habent fundari in dictis tribus, de quo ſermo habitus eſt in ſecunda quæſtione præcedenti huius articuli. a. 65. q. 2

Concluſiones ex Quæſtione Quarta, Articuli Sexageſimi ſexti.

1. *Strictè ſumendo ſubſtantiam, quantitatem, aut qualitatem, ſingulum genus relationum communium in ſingulo trium prædicamentorum abſolutorum habet fundari. n. 5.*
2. *Largè eadem ſumendo ſingulum genus fundatur in quolibet illorum trium. num. 6.*
3. *In diuinis non habent eſſe ſumendo illa tria ſtrictè, ſed largè. n. 16.*

QVAESTIO QVINTA.

Vtrum ſuper penitus idem numero poſſint fundari relationes communes diuerſorum generum relationum.

Circa quintum arguitur, quòd ſuper idem penitus non habent fundari relationes communes reales diuerſæ.

1. Primò ſic. Relationes reales non ſunt diuerſæ, niſi diuerſa realitate, diuerſam autem realitatem contrahere non poſſunt ab eodem reali fundamento, quia non poteſt trahi ab aliquo, quod non eſt in illo, & in eodem penitus reali non ſunt realitates diuerſæ, nec habent relationes aliquam realitatem niſi à fundamento, vt alias declarauimus, q. 3. q. 5. ergo ſuper idem reale penitus fundari non poſſunt.

2. Secundò ſic. Relationes diuerſæ non ſunt niſi aut admiuicem oppoſitæ, aut diſparatæ. Sed relationes communes reales oppoſitæ fundari non poſſunt ſuper idem, quia relatio realis communis non eſt niſi in creaturis ſecundum idem, & diuerſum in genere, & ſpecie, & ſecundum æquale, & inæquale, ſimile, & diſſimile, in quibus relationes contrariæ nõ fundantur, niſi ſuper re diuerſa, ſimiliter nec relationes communes diſparatæ fundari poſſunt ſuper idem penitus, quia tales non ſunt niſi idem, æquale, ſimile inter ſe, atque eorum contraria, quæ non diſtingnuntur realiter niſi ſecundum diſtinctionem prædicamentorum, in quibus fundantur, ergo &c.

3. In

3. In contrarium est quòd super idem reale fundantur in creaturis simile, & dissimile, quia idem album eadem albedine simile est alteri albo, & dissimile nigro. Similiter idem homo eadem humanitate est alteri homini idē æqualis, & similis.

4. Dico, quod relationes communes reales diuersæ possunt imaginari, & super idem fundari tripliciter, scilicet aut in comparatione ad vnum, & idem correlatiuum, aut in comparatione illarum inter se, aut illarum ad diuersa. Primo modo est omnino impossibile, quia ad vnum non est relatiuum plus quam vnum vnica relatione, vt ad vnum filium non est relatiuus nisi vnus pater, & vnica sola paternitate, licet vnum vnica relatione possit referri ad plura, & illa è conuerso pluribus relationibus ad vnum, vt vnus pater ad plures filios vnica paternitate, & plures filij pluribus filiationibus ad vnum patrem.

5. Secundum similiter est impossibile in relationibus communibus realibus, licet sit possibile in relationibus rationalibus, vt in identitate numerali in creaturis, & in omnibus relationibus communibus in diuinis, & etiam in relationibus proprijs in diuinis, in quibus omnes relationes fundantur super idem, & absq; quocunque extraneo, & similiter in creaturis in relationibus actiuorum, & passiuorum mediante aliquo extraneo, vt contingit circa voluntatem, in qua motiuum, & motum habent oppositas relationes inter se fundatas super idem, secundum quod declarauimus in qua-
q.2. dam quæstione 14 Quolibet super hoc mota.

n.3. 6. Tertium autem est possibile, vt procedit vltima obiectio, & bene, sic enim duo est æquale duobus & maius vno, & minus tribus, & ad illa tria tribus relationibus realibus diuersis fundatis super idem, & vnum re absoluta refertur.

n.1. 7. Quod ergo arguitur primò contra hoc, quòd relationes reales non sunt diuersæ nisi diuersa realitate. Dico, quod hoc non est verum nisi de illis, quæ sunt fundatæ in diuersis secundum rem. Si enim in eodem secundum rem sunt fundatæ, licet sint inter se oppositę, non oportet, quod si sunt reales, sint diuersæ
n.5. diuersa realitate, vt secundum iam dicta contingit de omnibus relationibus in diuinis, & in mouente, & moto circa voluntatem in creaturis. De relationibus autem disparatis non inter se oppositis relatiue, sed ad alia diuersa, similiter non est verum vt in propositis.

8. Est ergo sciendum, quod relatio primo ab alio habet, quod sit relatio, & secundo ab alio hæc, quod vna sit diuersa ab alia, & tertio habet ab alio, quod sit realis, & quarto habet ab alio, quod numero sit diuersa ab alia diuersa realitate. Habet enim relatio, quod sit realis à fundamento reali tantum, & à fundamēto diuerso reali habet, quod sit diuersa ab alia diuersa realitate, & è contra ab vnitate fundamenti realis habet, quod sit alia, & alia realis vna realitate. Habet autem quod sit relatio simpliciter, quia est ad aliud simpliciter, vt ad oppositum, quod est sibi proprium ex ratione sui prædicamenti. Propter quod dicunt aliqui, quod in hoc consistit esse quidditatiuum relationis, licet non dicat nisi modum putum. Habet autem vna relatio, quòd sit diuersa ab alia, quia vna est ad aliud, quam sit alia.

9. Intelligo autem hoc de diuersitate relationum secundum formam, & speciem. Sic enim non sunt diuersæ, nisi quia sunt ad diuersa secundum formam, & speciem. Puta similitudo, & dissimilitudo fundatæ in vna albedine non sunt diuersæ relationes secundum speciem, nisi quia sunt ad alia, & alia secundū speciem, puta ad similitudinem fundatam in alio albo, & ad dissimilitudinem fundatam in contrario nigro. Loquendo autem de diuersitate secundum numerum, hanc non habent relationes diuersæ, nisi quia sunt in diuersis, puta diuersæ filiationes in diuersis filijs, quæ sunt ad eandem paternitatem in eodem patre.

10. Et de diuersitate tali relationum, scilicet secūdum numerum, bene verum est, quod non sunt relationes reales diuersæ inter se nisi diuersa realitate, quia ab eisdem scilicet à fundamentis diuersis, habent, quod sunt reales, & quod sunt diuersæ. Vnde relationes reales diuersæ secundum numerum solum, nequaquam possunt fundari in vno absoluto secundum rem. Vnde, & in diuinis diuersæ paternitates, aut filiationes esse non possunt, nisi in eodem numero fundarentur, & solo numero differrent. Propter quod, & filiatio, quę est in homine, & in asino, quia non fundantur in differentibus solo numero, necessario differunt specie.

11. Quod assumitur vlterius in argumento, quod relatio diuersam realitatem contrahere nō potest ab eodem reali fūdamento, &c. Dico, quod bene verum est loquendo de eodē fundamēto proximo, vnde similitudo, & dissimilitudo fundatæ in eadem albedine respectu diuersorū sunt diuersæ relationes reales, siue secundum rem diuersæ. Dico specie, sed tamē vnica realitate secundum numerum. Non autem est verum loquendo de eodem fundamento remoto, vnde paternitas, & filiatio in diuinis realitate diuersa sunt diuersæ relationes, quia paternitas fundatur in substantia deitatis ratione illa, qua ipsa est res siue potē-

tia

tia actiua, filiatio vero fundatur in eadem ſubſtantia ratione illa, qua eſt vis, ſine potentia paſſiua. Et ſimiliter in voluntate relatio motiui, & moti ſunt diuerſa realitate diuerſę, pro quanto illa fundatur in voluntate ratione potentiæ actiuæ, iſta vero ratione potentiæ paſſiuæ.
a. 61. q. 4. n. 3. Et ſecundum hoc diximus ſupra quod diſtinctio prædicamenti relationis intra ſe ſecundum genus, ſpeciem, & numerum non eſt penes realitates diuerſas, quas contrahunt relationes à ſuis fundamentis. Quia tamen potentia actiua, & paſſiua penitus in eadem re ſimplici abſoluta non differunt, neque diuerſæ ſunt, propter illorum igitur diuerſitatem non poſſunt proprie dici relationes fundatæ in eodem diuerſæ diuerſa realitate, neque etiam quæcunque aliæ relationes fundatæ in eodem ſimplici ſecundum rem. Et ſic relationes illæ comparatæ ad fundamentum inter ſe non differunt, niſi ratione tantum, licet comparatæ ad obiecta, ſint diuerſæ, & reales, ſed non reales niſi vnica realitate, ſic quod non intelligantur eſſe diuerſæ res. Relationes enim non ſunt res niſi realitate, quam à ſuis fundamentis extrahunt. Et ſicut in creaturis diuerſæ relationes fundatæ ſuper idem, nequaquam ſunt diuerſæ res eo modo quo res dici poſſunt, niſi diuerſas realitates à diuerſis fundamentis ſecundum rem contrahunt, ex hoc ſcilicet, quod ſuper illa diuerſa fundantur ſic in diuinis relationes quantumcunque ſint diuerſæ, & reales non rationales, nequaquam tamen proprie poſſunt dici diuerſæ res ſeu diuerſæ ſecundum rem, licet ſint diuerſę, & reales. Vt ideo in diuinis non ſit ponenda niſi vna res eſſentiæ ſeu exiſtentiæ, à qua tres relationes illæ dicuntur reales, vnica tamen realitate, & tres res ſubſiſtentias ſecundum tres perſonas, quę non omnino dicuntur pro-
a. 55. q. 4. prie, & ſimpliciter tres res, ſed ſolummodo cum determinatione dicuntur tres res relatiue.

n. 2. 12. Ad ſecundum cum dicitur, quòd relationes diuerſæ non ſunt, niſi aut oppoſitę, aut diſparatę, hoc bene verum eſt.

ibid. 13. Quod autem aſſumitur, quod relationes communes oppoſitę non poſſunt fundari ſuper idem, nec etiam diſparatę. Dico, quod verum eſt ſolummodo de diſparatis differentibus numero, vt contingit quando duo alba, per ſimilitudinem comparantur ad tertium. De differentibus autem ſpecie diſtinguendũ, quia aut differunt ſolummodo, quia ſunt ad diuerſa, & talia bene fundantur ſuper idem, vt iam dictum eſt de ſimilitudine, & diſſimili- n. 9.
tudine, aut differunt ſimul, ſcilicet & quia ad diuerſa ſunt, & quia a diuerſis cauſantur, & illæ non fundantur ſuper idem re, ſed differunt re, vt contingit de ſimilitudinibus duabus, quarum vna eſt inter duo alba, & alia inter duo nigra, neque ſuper idem ratione inquantum differunt ratione, vt contingit in identitate, & ęqualitate, & ſimilitudine, quæ nunquam fundantur ſuper idem re, differunt tamen re, nec ſuper idem ratione, cum differant ratione. Vnde ſuper ſubſtantiam ſtrictè acceptam non fundatur niſi idem, & ſuper quantitatem ſtricte acceptam non fundatur niſi æquale, & ſuper qualitatem ſtrictè acceptam non fundatur niſi ſimile, vt habitum eſt q. 4. n. 5.
ſupra. Sumendo tamen large ſubſtantiam, quantitatem, & qualitatem, ſeu ſumendo ſtrictè ſubſtantiam & large quantitatem, & qualitatem, bene fundantur ſuper idem dictę tres relationes communes. Duæ enim quantita- ib. n. 6.
tes, aut duæ qualitates eiuſdem ſpeciei ſunt idem ratione ſpeciei, & æquales ratione gradus in ſpecie, & ſimiles ratione differentiæ conſtitutiuæ ſpeciei. Similiter duæ ſubſtantiæ, puta duo homines eiuſdem ſpeciei, ſunt idem ratione totalitatis ſpeciei, & æquales ratione gradus in ſpecie, & ſimiles ratione differentiæ conſtitutiuæ ſpeciei, vt procedit obiectio.

Conclusiones ex Quæstione Quinta, Articuli Sexagesimi sexti.

1. *Relationes communes reales diuersæ non possunt fundari super idem in comparatione ad vnum, & idem relatiuum*, n. 4.
2. *Relationes communes reales diuersæ non possunt fundari super idem in comparatione illarum inter se*. n. 5.
3. *Hoc possibile est in relationibus rationalibus*. ibid.
4. *Hoc pariter est possibile in omnibus in comparatione illarum ad diuersa*. num. 6.

ARTICVLVS SEXAGESIMVS SEPTIMVS.

De habitudinibus relationum communium in comparatione ad subiecta relata per illas. In Quatuor Quæstiones diuisus.

SEquitur Articulus Sexagesimus Septimus de habitudinibus relationum communium in comparatione ad subiecta relata per illas, vbi quæruntur quatuor.

Quorum duo de ipsis relatis, & duo de ipsorum relationibus.

Quorum primum est: Vtrum relata relatione communi sint semper alia, & alia.

Secundum: Vtrum vniformiter sint alia, & alia in singulis rebus, & in singulis relationum generibus.

Tertium. Vtrum in qualibet habitudine relationum communium relationes extremæ sint aliæ ad inuicem.

Quartum: Vtrum vniformiter sint aliæ ab inuicem in singulis rebus, & in singulis relationum communium generibus.

QVAE-

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum relata relatione communi ſint ſemper alia, & alia.

CIrca primũ arguitur, quòd non oportet, quòd relata relatione cõmuni ſint alia, & alia inter ſe.

1. Primò ſic, omnes relationes communes ſecundum ſuperius determinata (a.65.q.2) cauſantur in relatis ab vno, & multo, puta idem, æquale, & ſimile ab vno, & contraria illorum à multo. (a.61.q.2 n.7.) Multum autem cauſatur ab vno, quare, & omnis relatio communis originaliter cauſatur ab vno, quia quicquid eſt cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati. Sed vnum non requirit ea in quibus eſt, cuiuſmodi ſunt ipſa relata relatione communi eſſe alia abinuicem, quare nec relationes ab vno cauſatæ requirunt relata per illas eſſe abinuicem alia.

2. Secundò ſic. Si in omni relatione communi relata eſſent alia inter ſe abinuicem, tunc nihil omnino referretur relatione communi ad ſeipſum, quia ipſum, & aliud ex oppoſito diſtinguuntur, conſequens falſum eſt, ergo &c.

3. In contrarium eſt, quod in omni relatione ſunt relatum, & id ad quòd relatum eſt, quod ſimiliter vice verſa eſt relatum ad id, quod per ipſum relatum eſt, quod autem refertur, & id ad quod refertur neceſſario ſunt (præd.c.3. v.1. a.63.q.2 n.7.) aliud, & aliud, iuxta definitionem relatiuorũ, quæ dicit, *quod relatiuorum eſſe eſt ad aliud ſe habere*, ergo &c.

4. Dico, quòd prout procedit vltima ratio, & vt amplius eſt explicatum ſupra in prima (a.65.q.1 a.66.q.1) quæſtione de relationibus communibus in cõparatione ad ſua principia cauſatiua, in omni relatione, & communi, & propria neceſſariò ſunt alia, & alia, ſed hoc vel ſecundum rem, vel ſecundum rationem, quia quę neutro modo ſunt alia inter ſe, nequaquam ſunt relata inter ſe, aut plura omnino. Si enim aliquid ſit relatum, oportet, quòd ad aliquid ſit relatum, & quod ſit relatio, qua refertur. Si autem quod eſt, tantum vnum omnino eſt, & præter ipſum non ſit aliud re, & ratione, non eſt omnino ad quod refertur, quia ſaltem alia eſt ratio relati, & eius ad quod refertur, & ſic non eſt id ad quod refertur, & ipſum non eſt relatum, ſicut ſi non ſit, nec natum ſit eſſe aliquid præſtabile, nec numerus eſt, aut natus eſt eſſe præſtium, & ſi non eſt relatum, non eſt relatio, quia non eſt relatio niſi referat.

5. Ad primum in oppoſitum, quod omnis (n.1.) relatio communis cauſatur ab vno, quod non requirit alia eſſe abinuicem ea in quibus eſt, cuiuſmodi ſunt ipſa relata. Dico ſecundum, quod tactum eſt in quæſtione prædicta, hoc (a.61.q.2 n.22.) verum eſſe de vno ſemel accepto, & exiſtente ſingulari, ſeu hoc aliquid. Sed ab vno tali ſic accepto nulla cauſatur relatio communis omnino. Non eſt autem verum de vno pluries accepto, & replicato, quod eſt vnum commune ad plura vna ſingularia contenta ſub illo vno communi. D... autem plura, vel ſecundum rem, vel ſecundum rationem, prout iam (a.68.q.5. n.32.) inferius amplius declarabitur. Et de tali vno ſolummodo verum eſt, quod ad ipſum ſequuntur relationes communes, vt idem, æquale, & ſimile immediate, diuerſum, inæquale, & diſſimile mediante multo ſecundum ſuperius de- (a.61.q.2 n.7.) terminata, inquantum ſic licet multum procedit ab vno ſingulari replicato, vt procedit obiectio. Et quia tale vnum poſtquam replicatum eſt neceſſario habet eſſe in multis, eo quod eſt vniuerſale, & commune, quod non habet eſſe in ſe, ſed ſolummodo in ſingularibus contentis ſub illo, & ideo neceſſario relatio cõmunis requirit relata per illam eſſe plura, & alia abinuicem.

6. Ad ſecundum ſi relata relatione com- (n.2.) muni eſſent alia abinuicem, tunc nihil omnino referretur ad ſeipſum, &c. Dico, quod verum eſt ſi eſſent ſolummodo alia abinuicem ſecundum rem, quod non eſt verum poſtquam relationi communi ſufficit alietas relatorum ſecundum rationem. Poteſt enim aliquid à ſeipſo diſtingui ſecundum rationem, & bis accipi, & per hoc referri ad ſeipſum ſemel acceptum vt relatum, & ſemel vt ad quod re- (q.1. n.9.) fertur.

Concluſiones ex Quæſtione Prima, Articuli Sexageſimi ſeptimi.

1. *In omni relatione communi, & propria neceſſariò ſunt alia, & alia.* n. 4.
2. *Vel ſecundum rem, vel ſecundum rationem.* ib. & 6.

QVAESTIO SECVNDA.

Vtrum relata vniformiter ſint alia, & alia in ſingulis rebus, & in ſingulis relationum generibus.

CIrca ſecundum arguitur, quòd relata vniformiter ſunt abinuicem alia in ſingulis rebus, & generibus relationum communium.

1. Primò ſic. Relata non requiruntur eſſe alia, & alia in relatione communi niſi ratione vnius ſuper quod fundantur, quod requirit plurificari in relatis, vt iam tactum eſt
q. 1. n. 5. in diſſolutione primi argumenti quæſtionis præcedentis. Sed vnum vniformiter plurificatur in ſingulis rebus, ſecundum ſingula genera relationum communium, quia vbique plurificatur, ſicut commune in ſingularia, ergo &c.

2. Secundò ſic, relata relatione communi in ſingulis rebus, & relationibus communibus non differunt, niſi aut ſecundum rem, aut ſecundum rationem. Sic autem inueniuntur differre in ſingulis rebus, & generibus communium relationum, quia in Deo in quolibet genere relationis communis aliquando differunt ſecundum rem, puta quando perſonæ referuntur inter ſe ſecundum identitatem, qualitatẽ, aut ſimilitudinem. Similiter, & in creaturis, puta quando Petrus dicitur idem Paulo æqualis, aut ſimilis. Aliquando autem differunt ſecundum rationem tantum, puta ſecundum relationem identitatis, quando in diuinis vna perſona, aut aliquid eorum, quæ ſunt in diuinis, ſiue fuerit ſubſtantia, ſiue relatio, dicitur eadem, aut idem ſibi, & in creaturis vnum indiuiduum, vel aliquid eorum, quæ ſunt in illo, dicitur idem ſibi. Similiter ſecundum relationem æqualitatis, & ſimilitudinis, quando vnum ſuppoſitum ſiue in diuinis, ſiue in creaturis dicitur æquale, aut ſimile ſibi.

3. Quod enim aliquid poſſit dici æquale, aut ſimile ſibi ſicut, & idem, arguitur ex hoc, quod ſicut ſuppoſitum quodlibet Dei, aut creaturæ habet in ſe rationem ſubſtantiæ inquantum eſt natura, & quidditas aliqua in qua nata eſt fundari identitas, & propter hoc dicitur idem ſibi, ſic habet in ſe rationem quantitatis inquantum eſt immenſum, vel determinatũ ſecundum gradum molis, aut perfectionis in qua nata eſt fundari æqualitas, propter quod conſimiliter debet dici æquale ſibi, habet etiã in ſe rationem qualitatis inquantum habet in ſe aliquid quo formaliter exiſtit id, quod eſt in eſſentia, & natura in qua nata eſt fundari ſimilitudo, propter quod debet dici ſimile ſibi. Vnde, & Boet. lib. de Trinit. loquens de Deo dicit ſic. *Illi nihil ſimile eſt præter ſeipſum*, ergo &c.

4. Tertio ad principale ſic. Damaſ. dicit lib. 1. c. 11. *Hypoſtaſeon vnumquodque ſe habet ad alterum, non minus, quam ad ſeipſum*, quare neque magis, quod patet ex cauſa dicti ſui, quam continuo adiungit ſubdens. *Quoniam ſecundum omnia ſunt vnum pater, & filius, & Spiritus Sanctus præter ingenerationem, generationem, & proceſſionem.* Sicut autem propter vnum quod ſunt hypoſtaſeon vnumquodque ſe habet ad alterum non minus quam ad ſeipſum, ſic nec magis, quia ſicut vnum aliquid quod ſunt, non eſt minus in vno illorum, quam in altero, ſic nec magis ſunt tres hypoſtaſes vnũ communiter, quam vnumquodque illorum per ſe, quare cum quælibet diuinarum perſonarum ad alterum vniformiter ſe habet ſecũdum identitatem, & ſimilitudinem, quia quælibet

Margin notes beside §4: orth. fid. (at "lib. 1. c. 11."); a. 55. q. 3 n. 4. (at "Quoniam ſecundum omnia")

libet

libet diuinarum personarum vniformiter alteri est eadem, æqualis, & similis, ergo & secundum easdem relationes ad seipsam se habet vniformiter, vt vniformiter dicatur idem, æqualis, & similis sibi. Sed secundum relationes dictas non se habet nisi ad alium, vel ad se, ergo relata non vniformiter se habent ad minus in diuinis in dictis relationibus,

5. In contrarium est, quod in diuinis relata non plus differunt realiter, quam re relationis, quæ in creatis differunt re simpliciter, & absolute, & in relationibus æqualitatis, & similitudinis, & identitatis, nunquam differunt relata ratione tantum, quia non est relatio æqualitatis, aut similitudinis eiusdem ad seipsum. a.62.q.2 n.23. Secundum Magistrum enim sententiarum dist. 31. *nihil est simile sibi, aut æquale sibi ipsi. Similitudo enim* (vt ait Hilarius lib. 3. de Trinitate parum ante finem) *sibiipsi non est.* Lib. 3. loc. A. In hoc autem est magna diuersitas in diuersis rebus, & in diuersis relationum generibus, ergo &c.

6. Dico; quod in singulis rebus, & diuinis, scilicet, & creatis, relata vniformiter sunt alia abinuicem in hoc, quod & in illis, & in istis est reperire relata diuersa re, & diuersa ratione, præter hoc quod aliter est talis differentia relatorum in diuinis, & in creaturis, quo ad hoc scilicet, quod in diuinis non est differentia relatorum nisi re relationis, in creaturis autem est re absoluta, vt tangitur in vltimo obiecto, n.13. in quo difformitas est. Quo ad diuersitatem vero secundum rationem non est vniformitas in diuinis, & in creaturis in relatione identitatis, aut in relatione æqualitatis, aut similitudinis. a.59. q.3 n.8. Aliquid enim sibi non est idem, puta in diuinis deitas deitati, paternitas paternitati, pater sibi, filius sibi, Spiritus Sanctus sibi, & in creaturis materia sibi, & forma sibi, & compositum quodlibet sibi. Nihil [illegible] in diuinis, quam in creaturis est sibi ipsi æquale aut simile. a.62. q.2 n.23.

7. Et in hoc est magna difformitas relatorum secundum rationem in diuersis generibus relationum, vt ostendit vltima ratio in hoc n.5. articulo, quod in relatione identitatis relata quandoque differunt secundum rationem tantum, quandoque autem secundum rem, in relatione vero æqualitatis, & similitudinis semper differunt secundum rem tantum, licet aliter in diuinis, & aliter in creaturis sumatur iste realis differentia relatorum, sicut dictum est. n.6. In identitate autem relata differunt secundum rem, vt quando in diuinis persona dicitur eadem personæ, sicut pater filio, & quando in creaturis suppositum dicitur idem supposito specie, aut genere. Identitate autem numerali in creaturis nunquam relata differunt plusquam secundum rationem. Nec in diuinis autem nec in creaturis dicitur quicquam æquale, aut simile sibi, cuius ratio est (prout tactum est in secunda quæstione articuli præcedentis) ex parte identitatis, quod relatio identitatis fundatur in substantia, a.66.q.2 n.7. imo secundum prædicta in quacunque re, secundum quod habet rationem substantiæ. q.4. n.6

8. Secundum rationem autem substantiæ res habere potest duplicem considerationem. Vnam scilicet secundum quod est aliquod ens ib.n.4. in se, & secundum se, & sic super substantiam fundatur identitas qua vnumquodque secundum quod consideratur secundum se, & secundum id quod est, & vt existens vna siue genere vna, siue specie vna, siue numero, dicitur idẽ sibi secundum totum quod est. Et sunt in hac ratione idem secundũ rẽ relatum, & ad quod est relatio, & ipsum fundamentum relationis, diuersa autem secundum rationem. Aliam vero cõsiderationem habet res etiam secundum rationem substantiæ considerata, vt scilicet est aliquid existens in supposito, seu suppositi, & sic super ipsam fundatur identitas qua habentes seu habent a in se vnam substantiam dicũtur eadem sibi, & hoc in creaturis, siue habeãt in se substantiam tantum genere vnam, secundum quòd homo, & asinus dicuntur idem animal, siue in animali, siue tantum specie vnam, secundum quod Petrus, & Paulus dicuntur idem homo, vel idem in homine, inquantum secundum Porphyrium, participatione speciei plures homines sunt vnus homo, & eadem ratione participatione generis plura animalia sunt idem animal. Et dicuntur supposita sub eodem genere aut specie inter se idem identitate fundata super essentiam generis, & speciei vt est aliquid existens in suppositis, & habitum ab illis, & ipsum suppositum habens in se illud est totum quoddam compositum ex essentia speciei, aut generis, & ratione suppositi, de qua compositione in creaturis habitum est longe a.18.q.5 superius.

9. In diuinis autem secundum hunc modum consideratio substantiæ super substantiam deitatis, quæ tantum vnica, & singularis est, fundatur identitas qua diuinæ personæ habentes illam in se vt aliquid sui, dicuntur eædem sibi. Et est quælibet personarum diuinarum quasi totum respectu diuinæ substantiæ quam in se continet, eo quod cum illa substantia continet in se proprietatẽ relatiuam, licet absque vlla compositione, vt supra similiter ex a 56.q.4 positum est. Et sic in ista relatione relata semper differunt secundum idem inter se, licet aliter in diuinis, aliter in creaturis, sicut dictum est, & ipsum fundamentum se habet ad ipsa relata, vt pars, vel quasi pars ad totum. Et sic secundum primum modum identitatis nihil

sup. q. 5. n. 6. refertur ad alterum re, sed solum idem ad seipsum. Penes autem secundum nihil refertur ad seipsum, sed solummodo ad alterum re.

10. Ex parte autem æqualitatis, & similitudinis, quod relata semper differunt secundum rem, & nihil refertur æqualitate, aut similitudine ad seipsum, aut in diuinis, aut in creaturis, ratio est, quod relatio æqualitatis, & similitudinis fundatur in quantitate, & qualitate, (a. 66. q. 4. n. 6.) immo secundum prædicta in quacunque re secundum quod habet rationem quantitatis aut qualitatis, non autem secundum quod habet rationem substantiæ. Secundum rationem autem quantitatis, aut qualitatis non habet res quæcunque aliam considerationem, quam qua consideratur, vt est aliquid existens in alio, vt in supposito, vt est aliquid illius. Inquantum enim secundum se consideratur, & vt est aliquid in suo genere, non habet nisi rationem substantiæ, vt dictum est. Et sic super quantitatem, & qualitatem non fundantur relationes æqualitatis, & similitudinis, nisi vt quantitas, & qualitas sunt aliquid alicuius, & etiam non, nisi vt illæ relationes quibus habentes in se quantitatem, aut qualitatem illam æquales dicuntur esse, aut similes inter se, eo enim quod est aliquid alicuius, non refertur id cuius est ad se, sed ad aliud tantum, puta si substantia, vt fundamento refertur aliquid ad seipsum, & ad aliud, hoc tamen non est nisi secundum rationem substantiæ, vt ipsa est aliquid alicuius, & id cuius est non refertur illa, vt fundamento secundum identitatem, nisi ad aliud. Si enim substantia aliqua refertur secundum substantiam, siue substantia, vt fundamento refertur identitate ad seipsam, hoc quod refertur est substantia, quæ est aliquid secundum se, & ra- (n. 8.) tione totalitatis, sicut patet ex iam dictis. Vnde si quantitate, aut qualitate, vt fundamento aliquid dicatur ad se, & etiam ad aliud æquale, aut simile, oportet quòd hoc sit secundum aliã, & aliam rationem siue considerationem quantitatis, aut qualitatis, vt scilicet prout est aliquid alicuius, secundum ipsam dicatur æquale, aut simile alteri, vt vero est aliquid secundũ se, dicatur secundum ipsam aliquid æquale, aut simile sibi. Quare cum quantitas, aut qualitas secundum quod quantitas, aut qualitas nõ habeat huiusmodi duplicem considerationem sicut habet substãtia, sed illam quæ est aliquid alicuius tantum, non autem illam, qua est aliquid secundum se, quia in ista consideratione habet substantiæ rationem non quantitatis, aut qualitatis, sicut patet ex dictis, licet ergo secundum substantiam aliquid dicatur idem sibi, & alteri, quia substantia duplicem considerationem habet, secundum quantitatem, & qualitatem tamen nihil dicitur æquale, aut simile sibi, quia quantitas rationem quantitatis non habet secundum quam aliquid dicitur æquale, neque qualitas rationem qualitatis secundum quam aliquid dicitur simile, nisi secundum considerationem eius vnicam, quæ scilicet est aliquid alicuius, secundum quam solummodo aliquid dicitur æquale, aut simile alteri, nihil autem sibi.

11. Sic ergo patet, quòd duplex est modus identitatis tam in diuinis, quam in creaturis. (a. 62. q. 2. n. 12.) Quorum primus est quo aliquid refertur ad seipsum tantum, in quo relata differunt secundum rationem tantum, & hoc ideo quia in isto modo relata referuntur secundum substantiã, quæ secundum totum est ipsa relata, & re eadẽ ipsis. Secundum substantiam autem, quæ secundum totum est ipsa relata, nihil potest referri ad aliquid diuersum, aut distinctum ab illo, quia relata debent illam communicare secundum totum, & secundum totum nihil cõmunicatur à diuerso, aut distincto à se. Si ergo secundum substantiam, quæ est ipsum secundum totum, aliquid referretur ad aliquid aliud, vel distinctum ab illo, ipsum secundum totum esset communicatum illi, & secundum totum esset illud, & sic non posset esse aliud, aut distinctum ab illo, qualis modus non potest esse in æqualitate, aut similitudine, quia quantitas, aut qualitas, vt rationem totalitatis habet, non habet rationem substantiæ, quod tactum est ante solutionem argumentorum (a. 66. q. 1. n. 15.) in prima quæstione articuli præcedentis, & similiter in fine quæstionis præcedentis il- (a. 65. q. 3. n. 11.) lam.

12. Secundus autem modus identitatis est quo aliquid refertur ad aliud siue distinctum ad distinctum, sicut & vniuersaliter refertur in relatione æqualitatis, & similitudinis, in quibus relata semper differunt re secundum prædicta, & hoc ideo, quia in isto modo iden- (n. 7. 10.) titatis relata referuntur non secundum substãtiam, quæ secundum totum est ipsa relata, & eadem omnino re cum ipsis, sed potius secundum substantiam, quæ est aliquid ipsorum, sicut relatione æqualitatis, & similitudinis referũtur relata secũdum quantitatem, & qualitatem, quæ est aliquid ipsorum. In diuinis autem substantia, quantitas, & qualitas habita ab vna persona, vt aliquid existens in illa, consimiliter est habita a qualibet alia. Et sic diuinæ personæ secundum substantiam vnam singularem referuntur inter se identitate, & secundum quantitatem vnam singularem referuntur inter se æqualitate, & secundum qualitatem vnam singularem referuntur inter se æqualitate, & secundum qualitatem vnam singularem referuntur inter se similitudine. Sed in creaturis personæ diuersæ siue diuersa supposita nunquam referuntur inter se identitate,

te, æqualitate, aut similitudine secundum vnã substantiam, quantitatem, aut qualitatem singularem, sed solummodo secundum plures, & hoc ideo quia in diuersis suppositis creaturarum impossibile est vnum aliquid singulare. Propter quod licet in diuinis diuersarum personarum identitas fundetur super vnum singularitate, & similiter æqualitas, & similitudo, in creaturis tamen diuersorum suppositorum identitas non fundatur, nisi super vnum specie, aut genere, neque æqualitas, aut similitudo nisi super vnum speciẽ,
a. 65. q. 1 n. 9. secundum quod hæc patent clarius ex supra determinatis.

13. Ex prædictis patet ratio, quare secundum identitatem aliquid dicitur ad seipsum, non autem secundum æqualitatem, aut similitudinem, quia scilicet ad seipsum nihil dicitur nisi seipso, vt sint totaliter, & quod refertur, & secundum quod refertur, idipsum secundum rem. Secundum seipsum autem vnumquodque consideratum tantummodo rationem substantiæ habet. Propter quod talis relatio non est nisi secundum substantiam, &
sup. n. 10 sic identitatis solius. Quantitas enim, & qualitas inquantum huiusmodi, hoc est secundum rationem quantitatis, aut qualitatis, semper se habent, vt aliquid alicuius, non autem, vt aliquod totum. Propter quod secundum quantitatem, aut qualitatem nihil ad seipsum referri potest, sed solummodo ad aliud, aut distinctum à se, in quo est eadem quantitas, & qualitas, vel secundum numerum, vt in diuinis, vel secundum speciem, vt in creaturis. Et sic sicut relatum secundum substantiam totalem, quæ est ipsum relatum, non potest referri nisi ad seipsum, sic relatum secundum quantitatẽ, aut qualitatem, aut etiam secundum substantiam, quæ est aliquid eius quod refertur, non potest referri, nisi ad aliud, aut ad distinctum ab ipso. Sicut enim si secundum substantiam totalem referretur ad aliud, vel distinctum, necesse esset, quod illi substantia illa totalis cõmunicaretur, & esset idem totale plurificatum vt si pater secundum totum quod est pater, referretur ad filium, necesse esset, quod filius esset pater, quod est impossibile, sic si secundum quantitatem, aut qualitatem, aut substantiam, quæ est aliquid eius referretur ad seipsum, necesse esset, quod in illo substantia illa, aut quãtitas, aut qualitas plurificaretur, & esset in eodem duplex qualitas, aut quantitas, aut substantia eiusdem naturæ, quod similiter est impossibile, æqualitas enim, & similitudo non est nisi per conformitatem quantitatum, & qualitatum existentium in relatis, quæ conformitas necessario requirit pluralitatem, aut ex parte relatorum tantum, vt quando est conformitas in eodem singulari secundum quod sit relatio, sicut contingit de æqualitate, & similitudine personarum in diuinis, aut ex parte vtriusque scilicet, & relatorum, & eius in quo est conformitas, & secundum quod sit relatio, vt quando est conformitas in eadem specie, sicut contingit de æqualitate, & similitudine in creaturis, aut etiam in eodem genere, sicut contingit de identitate in genere diuersorum specie. Medium autem est impossibile, scilicet quod sit conformitas ex pluralitate ex parte illius, in quo est conformitas tantum, quia esset illius plurificatio in eodem, quod est impossibile sicut dictum est.

14. Ex quibus patet, quod magna contingit difformitas in relationibus communibus, & in diuinis, & in creaturis ad ipsa relata.

15. Secundum dicta igitur concedenda est vltima ratio proposita, probans, quod relata non sunt vniformiter diuersa nec in rebus diuersis, nec in diuersis generibus relationis communis. n. 5.

16. Ad primum in contrarium, quod in omnibus, & in quolibet genere relationis communis relata sunt vniformiter alia, n. 1. & alia, quia non requiruntur esse alia, & alia nisi ratione vnius, quod oportet plurificari in illis. Dico, quod hoc verum est. ibid.

17. Sed quod assumitur, quod vnum vniformiter plurificatur in singulis rebus, & singulis generibus relationis communis, quia communicatur, sicut commune in singularia, dico quod reuera plurificatur sicut commune in singularia, sed illa singularia non sumũtur vno, & eodem modo in singulis, quia in diuinis, & in identitate, & in æqualitate, & in similitudine, & in creaturis in identitate numerali non sumũtur illa singularia sub vno simpliciter, nisi secundum rationem tantum, puta substantia, qua pater est idem filio, plurificatur in illis secundum rationem tantum; inquantum alia est ratio diuinitatis, vt est in patre, alia vt est in filio, siue inquantum secũdum aliam rationem habet esse in patre, & secundum aliam in filio, similiter & de quantitate, qua est pater æqualis filio, & qualitate, qua est similis filio. Et similiter de substantia totali qua quodcunque ens est idem sibi. In creaturis autem in identitate specie, & genere, & in æqualitate, & similitudine singularia illa sumũtur sub vno communi secundum rem differentia, inquantum alia humanitas est in Petro, & alia in Paulo, quibus dicuntur idem inter se specie. Similiter alia quantitas, & alia qualitas, quibus dicuntur æquales, & n. 8. similes.

18. Ad secundum quod in singulis rebus, n. 2.

&

& in singulis generibus relationum communium relata aliquando differunt re, aliquando ratione tantũ. Dico, quod verum est de singulis rebus, quia & in creaturis, & in diuinis relatiua quandoque differunt re, quandoque ratione tantum, vt procedit obiectio, & bene. Non autem verum est de singulis generibus relationis communis. Nam in æqualitate, & similitudine, siue in diuinis, siue in creaturis semper relata secundum æqualitatem, & similitudinem diuersa sunt, aut distincta re, secundum modum præexpositum. n.10.

19. Quod arguitur contra hoc per rationem probantem, quòd aliquid potest dici æquale, aut simile sibi sicut idem, quia sicut quodlibet suppositum habet in se substantiam, qua dicitur idem sibi, sic habet in se quantitatem, qua potest dici æquale sibi, & qualitatem, qua possit dici simile sibi. Dico, quòd neque secundum substantiam, quam habet suppositum in se, vt aliquid sui, dicitur idem sibi, sicut neque secundum quantitatem, aut qualitatem, quam habet in se, vt aliquid sui, dicitur aliquid æquale, aut simile sibi. Immo si secundum talem substantiam diceretur idem sibi, & similiter secundum quantitatem, & qualitatem posset dici æquale, & simile sibi, secundum quod procedit argumentum, & bene. Sed quòd secundum substantiam aliquid dicitur idem sibi, hoc secundum iam dicta non est secundum substantiam, quæ est aliquid sui, sed secundum totalitatem substantiæ, quæ est ipsum. Nunc autem quantitas, & qualitas non considerantur secundum aliquam totalitatem totalitatis, qua sunt aliquid secundum se, nisi considerentur secundum rationem substantiæ, quia secundum rationem quantitatis, & qualitatis, non considerantur nisi secundum quòd sunt aliquid alicuius, illud scilicet mensurans, aut efficiens, aut quo alio modo disponens. Propter quod licet secundum substantiam possit accipi vnus modus identitatis, quo aliquid refertur ad seipsum, nequaquam tamen secundum quantitatem, aut qualitatem, secundum quòd hæc omnis patent ex prædictis. n.5. n.13. n.9. 19. n.3.

20. Quod vero arguitur ad idem ex dicto Boethij, qui loquens de Deo dicit sic. *Illi nihil simile est præter ipsum*. Dico, quod est emphatica locutio, qua ex vno dicto non intento datur intelligi aliud intentum. Vnde Commentator exponens illud verbum dicit sic. *Illi primo modo nihil est simile substantiali similitudine præter ipsum*. Quod non ideo addit, quod velit intelligi ipsum primum sibi aliqua ratione simile esse, in nullo enim rerum genere aliquid sibi simile dicitur, omne namque simile, alij a se simile dicitur, nec inde diuersa solum sunt, quæ sunt similia, sed hic est vsus loquendi, vt dicamus summo bono nihil esse simile præter ipsum, volentes intelligi nihil omnino sibi simile esse, velut si absente domino domus dicat quis, non est hic intus dominus præter me. Qui enim hoc dicit, non vult intelligi se dominum esse domus, sed tantummodo eum qui dominus est abesse. Sic & ille dicens, nihil sim[ile] est primo bono præter ipsum, non vult intelligi, quod ipsum sibi simile sit, sed quod illi similitudine substantiali nihil possit conferri, sed potius si quid illi forte substantialiter simile videtur, id non essentiæ proprietate quod ipsum est, sed quod ei conformitate diuersæ essentiæ comparetur. Et propterea non est vere simile, dicente Hila. lib. 7. de Trinitate. *Deo simile esse aliquid quod ex ipso non fuerit non potest*. Quare cum secundum superius determinata, quod in diuinis est ex alio, quodammodo est id ex quo est. Pater enim generando filium quodammodo seipsum genuit, ex hoc facilius, & clarius potest exponi illud dictum Boethij, dicendo, quòd non est simile præter seipsum, hoc est præter illum, qui est ex ipso, vel ex quo est ipse, cum quo est idem, &c. cuius maxime creatura, quæ ad imaginem Dei creata, similis Deo dicitur quadam imitatione secundum intrinseca natura, non perfectione naturæ, nec secundum aliquid extrinsecum. Perfectione enim naturæ solummodo sunt ea quæ in natura perfi bi similes sunt, & hoc similitudine substantiali. Imitatione naturæ, & secundum intrinseca naturæ similis est Deo creatura facta ad imaginem, quæ etiam secundum extrinseca similis Deo est inquantum ei conformatur secundum actum voluntatis, & intellectus. Hanc enim triplicem similitudinem æqualitatis ad Deum distinguit Commentator super 8 regulam de hebdom. vbi dicit Boethius. *Omnis diuersitas discors, similitudo vero appetenda est*, sic enim ait Commentator. *Est quædam alterutrius numero diuersorum vnio, quam conformitatis ratio facit*. Hæc vnio similitudo vocatur, & est vel secundum naturam, vel secundum extrinseca. Secundum naturam vero dupliciter. Aut enim est secundum propositæ naturæ plenitudinem, & dicitur substantialis similitudo, qualiter album albo simile est & homo homini. Aut secundum propositæ naturæ partes aliquas, & vocatur imaginaria similitudo, qualiter humana pictura dicitur homini similis. Illa vero quæ est secundum extrinseca, dicitur vnitio, qualiter artifex alij artifici, vel homo Deo iuxta voluntatem eius aliquid faciendo dicitur similis. a.54.q.3. n.27. a.1.q.2. n.20. a.6.q.3. n.14. a.11.1.2. n.7. a.24.q.1. n.1. a.6 n.21 a.11.q.2. n.30. a.8 q.2. ad 6. sub prin.

21. De hac similitudine ad Deum, aut illa, quæ est per imaginem non est hic sermo, quia non pertinet ad relationem communem. licet enim creatura dicitur similis Deo, non tamẽ è conuerso Deus dicitur similis creaturæ, nisi forte

a.61. q.2 n.10. q.3. n.21. forte per accidens, quia scilicet creatura est similis illi, sicut mensura refertur per accidens ad mensuratum, quia scilicet mensuratum refertur ad ipsam per se. Et sic ista similitudo potius pertinet ad relationem mensuræ, quã ad relationem communem, quod pertinet ad imaginem. Vnde de hac similitudine imitationis dicit August. 7. de Trinitate. *Ita homo imago est, ut ad imaginem sit, idest non æquatur paritate, sed accedit similitudine, sicut in distantibus significatur quadam uicinitas non loci, sed cuiusdam imitationis*, secundum quod hoc expressiua declarat 83. q. q. 51.

n.4. 22. Ad tertium, *quòd hypostaseon unumquodque &c.* Dico, quod litera illa Damasc. non habet *hypostaseon unumquodque &c.* sed præmissis multis, quę communiter sunt trium hypostaseon, adiungit. *Vnumquodque enim eorũ, &c.* vt relatio illius quod ait *eorum*, possit esse æquiuoca, quia potest referre *ly hypostaseon*, quod immediate præcedit, vel alia quæ prænarrauit. Et communiter conueniunt vnicuique trium hypostaseon. Et primo modo procedit argumentũ ac si *ly eorũ* referret *ly hypostaseon* quod immediate præcedit. Sic enim illa est falsa, quæ assumpta est in argumento. *Vnumquodque hypostaseon ad alterum non magis se habet quam ad seipsum.* Hæc autem falsa est, in hoc videlicet, quòd vnumquodque hypostaseon ad alterum dicitur triplici modo relationis communis, ad seipsum autem non dicitur nisi primo modo identitatis, & sic se habet ad alterum, in hoc quod pluribus modis relationum se habet ad alterum, quam ad seipsum. Sed secundo modo intelligit Damasc. quod scilicet *ly eorum* referat illa, quæ prænarrauerat ipse immediate, quando loquens de diuinia dixit sic. *Illic commune, & unum re consideratur propter identitatem substantiæ, & operationis, & uoluntatis, & potestatis, & uirtutis, & bonitatis. Non dixi similitudinem, sed identitatem, una enim substantia, una bonitas, una uirtus, una uoluntas, una operatio, una potestas, una, & eadem, non tres similes adinuicem trium hypostaseon.* Et tunc sequitur assumptum in argumento. *Vnũquodque enim eorum habet se ad alterum non minus quam ad seipsum*, hoc est quoniam secundũ omnia &c. vt tactum est in argumento. Et ideo sic expone dictum illius. *Vnumquodque enim eorum*, scilicet prædictorum, puta substantiæ, operationis, voluntatis, & cæterorum attributorum essentialium, quæ sunt aliquid ipsorum hypostaseon. Non autem sic, vt sumit argumentum, *eorum scilicet hypostaseon, non minus se habet ad alterum quam ad seipsum.* Quod specialiter intelligit Damasc. de habere se ad alterum per identitatem, non autem per similitudinem, aut æqualitatem. Vnde immediate de similitudine præmisit dicens. *Non dixi similitudinem, sed identitatem. Vna est enim substantia, &c. Non tres similes substantiæ scilicet sunt, aut tres operationes, & c. huiusmodi, quæ sunt adinuicem trium hypostaseon.* Quod reuera dixit propter Semiarrianos, qui vnitatem singularitatis substantiæ negabant in patre, & filio, sed conformitatem substantiæ communis asserebant, vt infra in dissolutione rationis secundæ quæstionis sequentis exponetur. q.3. n.4. Qui etiam per eundem modum asserebant in cæteris attributis substantialibus diuinarum personarum non vnitatem singularitatis, sed conformitatem solummodo alicuius communis. Vnde expone quod dixit Damasc. *Vnumquodque eorum non minus se habet ad alterum, quam ad seipsum, sic. Ad alterum*, puta substantia ad operationem, & ad quodcunque cæterorum, aut è conuerso, *quam ad seipsum*, puta substantia ad substantiam, operatio ad operationem, & sic de cæteris. Quantum enim in diuinia substantia eadem est substantiæ, scilicet vnitate singularitatis, non conformitate alicuius communis, similiter & operatio operationi, & sic de cæteris, tantum substantia eadem est operationi, & cæterorum vnicuique, & è conuerso quodlibet illorum cuilibet alteri, & substantia quæ est in vna parte, non minus, sed æqualiter est eadem substantiæ, quæ est in altera, quam ipsa sibi, vt est in vna personarum, & sic de operatione, voluntate, & cæteris substantialibus, seu essentialibus attributis, secundum quòd dicit litera sequens assumpta in argumento ad probationem illius. *Hoc est quoniam secundum omnia sunt unum, &c.* Per quod bene probatur, quòd vnumquodque talium non solum minus se habet ad alterum secundum identitatem quam ad seipsum, nec etiam magis, sed omnino vniformiter, atque æqualiter. Et secundum hunc modum intelligit illud dictum suum Damasc. *Hypostaseon se habet ad alterum non minus, quam ad seipsum.* Et verum est etiam, quòd nec magis, secundũ quòd procedit probatio sua, & bene. Secundum prædictum autem primum modum non intelligit illud, nec secundum illud procedit, aut procedere potest probatio. Licet enim, quia pater, & filius, & Spiritus Sanctus secundum omnia substantialia sunt vnum, & ideo non minus vnumquodque illorum se habet ad alterum per identitatem de qua loquitur, nec magis quam ad seipsum, sed vniformiter secundum rem, tamen bene se habet vnaquæq; personarum secundum relationes communes æqualitatis, & similitudinis minus ad alterã, quam ad seipsam, in hoc videlicet, quòd ad alteram dicitur quælibet illarum similis, & æqualis, nulla autem ad seipsam, vt patet ex iam determinatis. n.19.

Conclusiones ex Quæstione Secunda, Articuli Sexagesimi septimi:

1. *In singulis rebus, & diuinis, scilicet, & creatis relata vniformiter sunt alia ab inuicem in hoc, quod in vtrisque sunt relata diuersa re, & diuersa ratione. num 6.*
2. *In diuinis non est differentia relatorum nisi re relationis, in creaturis autem est re absoluta. ibid.*
3. *Quoad diuersitatem secundum rationem non est vniformitas in diuinis, & in creaturis ibid.*
4. *Aliquid sibi non est idem in diuinis, & in creaturis. ibid.*
5. *Nihil tam in diuinis, quam in creaturis est sibi ipsi æquale, aut simile. ibid.*
6. *Magna contingit difformitas in relationibus communibus, & in diuinis, & in creaturis ad ipsa relata. n. 14.*

QVAESTIO TERTIA.

Vtrum in qualibet habitudine relationum communium relationes extrema sint alia ab inuicem.

Circa tertium arguitur, quod non in qualibet habitudine relationum communium relationes extremæ sint aliæ, & aliç abinuicem.

1. Primò communiter in diuinis, & in creaturis, sic. Si relationes communes in extremis suis essent aliæ ab inuicem, puta vt similitudo in vno similium esset alia a similitudine in alio similium, hoc non esset nisi ad alietatem relatorum sequeretur alietas relationum in ipsis existentium, hoc autem falsum est, quia tunc secundum modum alietatis relatorum esset alietas relationum in ipsis, sicut secundum modum alietatis hominum est alietas risibilitatū in ipsis, quod similiter falsum est, quia relata secundo modo identitatis & æqualitate, & similitudine semper re distinguuntur, non sic autem relationes existentes in illis, vt patet in æqualitate, & similitudine, & identitate diuinarum personarum inter se, in quibus quia sunt relationes secundum rationem tantum, non sunt extrema nisi secundum rationem, & tamen personę relatæ sunt aliç abinuicem secundum rem, ergo &c.

2. Secundò sic, vbi non est distinctio fundamentorum, nec relationum fundatarū in illis. Relationes enim communes non plurificantur nisi secundum plurificationem fundamētorum, sicut nec relationes aliæ consimiles, puta in vno non est nisi vna paternitas, licet ad plures filios, & simile non est simile, nisi vna similitudine ad plures quibus est similis, & hoc propter vnum fundamentum talium relationum. Quare cum substantia super quā fundatur identitas in illis quæ sunt eadem, non distinguatur omnino, nec similiter quantitas super quam fundatur æqualitas in æqualibus, nec similiter qualitas super quam fundatur similitudo in similibus, quia super substantiam fundatur identitas ratione qua est substantia simpliciter, non autem ratione qua est hæc, vel illa, nec ratione qua est in hoc vel in illo, & similiter æqualitas super quantitatē, & similitudo super qualitatem, quia propriū est substantiæ secundum eam dici idem, & diuersum, & quantitati secundum eam dici æquale, & inæquale, & qualitati secundum eam dici simile, & dissimile. Substantia autem secundum quod est substantia simpliciter, nullo modo distinguitur etiam in diuersis, Similiter nec quantitas nec qualitas, sicut figura in

quan-

quantum est figura simpliciter, non distinguitur omnino in Isosceles, & Scaleno, quia secundum Philosophum 4. Phyficor. *sunt eadem figura, licet non sint idem triangulus*, ergo &c.

3. Ex eodem medio arguitur idem specialiter in diuinis, quia cum in Deo in tribus personis sit vna substantia, vna quantitas, vna qualitas, super quas fundātur relationes communes scilicet identitatis, æqualitatis, & similitudinis trium personarum inter se, est ergo vna identitas trium personarum sicut vna substantia, vna æqualitas, sicut vna quantitas, vna similitudo sicut vna qualitas, ergo &c,

4. Quod confirmatur per hoc quod de patre, & filio dicit Hilarius 3. de Trinitate. *Eandem in vtroque, & virtutis similitudinem, & diuinitatis plenitudinem profitemur. Omnia enim accipit filius à patre*, vult ergo quod à patre accipiat illam similitudinem virtutis, quæ est patris ad filium, & similiter eandem plenitudinem diuinitatis, quæ quidem plenitudo ad æqualitatem quantitatis pertinet.

5. Tertiò ad idem sic. Quæ minus sunt distinguibilia minus sunt plurificabilia, quia non est plurificatio nisi per distinctionem, qua plura habent esse plura, sed minus sunt distinguibiles relationes propriæ in diuinis, puta paternitas, & filiatio, quam communes, puta identitas, æqualitas, aut similitudo, quia illæ sunt aliorum distinctiuæ scilicet personarum, vt habitum est supra, non autem istæ, vt declarabitur infra. Magis autem sunt distinguibilia inter se aliorum distinctiua, quam non distinctiua, quare cum relationes propriæ, & similes plurificari non possunt in diuinis, non enim possunt in illis esse plures paternitates, aut plures filiationes, ergo nec relationes communes similes, cuiusmodi sunt identitas, æqualitas, & similitudo, in diuinis plurificari possunt,

6. Quartò sic, inter se minus distinguuntur relationes sub eodem genere existentes, quam diuersa genera relationum. Puta similitudo in diuinis personis diuersis quam æqualitas, & similitudo, sed æqualitas, & similitudo, & identitas in diuinis non distinguuntur inter se nisi ratione tantum, vt habitum est supra. Similitudo ergo, aut identitas, aut æqualitas, vt sunt in diuersis personis, minus distinguūtur, quam secundum rationem sed minor distinctio, quam secundum rationem nulla est omnino, ergo &c.

7. In contrarium arguitur primo sic, super 14. cap. Boethij de Trinitate Commentator dicit sic. *Sicut ipsa quæ sunt similia, sic, & illa secundum quæ sunt similia, necesse est esse diuersa*, sed ipsa quæ sunt similia semper sunt diuersa, & alia, & alia, vt patet ex duabus quæstionibus præcedentibus, illa autem secundum quæ similia sunt similia, sunt extrema similitudinis in similibus, illa ergo extrema necesse est esse diuersa, sicut & relata per illa, & sic oportet, quòd sint diuersa, & alia, atque alia. Et sicut hoc arguitur de extremis similitudinis, sic argui potest de extremis identitatis, & æqualitatis, quia qua ratione verum est illud dictum Commentatoris. *Sicut ipsa quæ sunt similia*, &c. eadem ratione verum est dicere, sicut ipsa quæ sunt eadem, & æqualia, sic & illa secūdum quæ sunt eadem, & æqualia, necesse est esse diuersa.

8. Secundò sic, quod requirit distinctionē eorum in quibus existit, necessario habet esse distinctum in illis, quia indistinctum natum est esse in indistincto sicut distinctum in distincto, sed relationes communes æqualitatis, & similitudinis requirunt distinctionem illorum in quibus sunt, & hoc secundum rem, quia similitudo non est sui ipsius, nec æqualitas. Non est enim aliquid æquale, aut simile sibi, vt iam habitum est supra. Relatio similiter identitatis etiam requirit distinctionem, & differentiam relatorum in qua est, vt etiam habitū est supra, ergo &c.

9. Et hoc est quod tertio arguitur sic, quod esse relatiuorum vel ipsorum relatorum est ad aliud se habere secundum modum iam supra expositum hoc contingit, quia per se relationi competit, quod esse suum accipiatur in comparatione ad aliud esse, quod scilicet competit alteri relationi sibi correspondenti, quod non est sine ipsarum relationum distinctione in ipsis relatis, ergo &c.

10. Quarto sic, secundum Augustinum 5. de Trinitate cap. 8. *tres personæ non sunt tres magni, sed vnus magnus*, quia vna est magnitudo trium, ergo a contrario cum tres personæ siue diuinæ, siue creatæ sint tres æquales, tres similes, tres ijdem, hoc non contingit nisi quia sunt ibi tres æqualitates, tres similitudines, & tres identitates, ergo &c.

11. Dicunt aliqui, qđ sicut in rebus absolutis duplex inuenitur distinctio earum, vna secundum rationem quidditatis earundem, quæ est inter res diuersorum generum, aut specierum tantum, alia secundum esse, quæ est solummodo inter res differentes numero tantū sub eadem specie specialissima, quia indiuidua nihil quidditatiuum, aut rei addunt supra quidditatem, aut rem speciei, sed solummodo determinationem illius, sic & duplex distinctio inuenitur in relationibus, vna secundum rationem quidditatis earum, alia vero secundum esse earundem, Quarum prima (vt dicunt) competit relationi vnde relatio est, quia relationis vnde relatio est, proprium est ad

Rrrrrrr aliud

Marginal notes (left): a. 134. co. 2. — a. 56. q. 3 a. 62. q. 3 n. 15. — q. 2.
Marginal notes (right): q. 2. n. 6. — ib. n. 7. — a 61. q. 1 n. 15. — to. 3. — a. 66. q. 1. n. 6.

aliud ſe habere. Et tali modo diſtinguuntur relationes diuerſæ ſecundum ſpeciem, cuiuſmodi ſunt omnes relationes oppoſitæ diſſimiles, vt paternitas, & filiatio, & tria genera relationum communium inter ſe comparata, a.54. q.1 2. de quarum differentia habitum eſt ſupra. Sed non ſic diſtinguuntur relationes communes ſimiles, quæ ſcilicet ſunt ſimilium nominum in vtroque relatorum, eo quod non ſunt niſi eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimæ, quando fundātur ſuper vnum ſpecie, vt eſt ſimilitudo in duobus ſimilibus, & æqualitas in duobus æqualibus, & identitas in duobus eiſdem, de quibus propoſita eſt præſens quæſtio, an ſcilicet in ſimilibus, aut æqualibus, aut eiſdem ſit diuerſa, & alia atque alia ſimilitudo, & æqualitas, & identitas.

12. Vnde dicunt, quod relationes communes ſimiles non diſtinguuntur niſi ſecundum eſſe, quæ diſtinctio (vt dicunt) non cōpetit relationi, vnde relatio eſt, ſed ſolummodo ratione ſui fundamenti, quæ eſt res alterius a.66 q.3. n.5. prædicamenti. Nam relationi non reſpondet proprium eſſe vnde relatio eſt, ſed ſolummodo eſſe ſui fundamenti. Talis ergo (vt dicūt) diſtinctio eſt per fundamentum. Vbi ergo nō plurificatur fundamentum, relationes communes ſimiles (vt dicunt) plurificari non poſſunt, vt contingit in diuinis vniuerſaliter, & in creaturis quo ad idem numero, & vbi fundamentum plurificatur, ibi plurificantur, & ipſæ, vt contingit in creaturis vniuerſaliter in æqualitate, & ſimilitudine, & identitate ſpecie, aut genere. Et ideo dicunt, quod in diuinis non ſunt in tribus perſonis plures æqualitates, ſed tantum vnica, quia non niſi vnica magnitudo eſt in eis, ſimiliter non eſt niſi vnica ſimilitudo, & vnica identitas, quia non eſt niſi vnica ſubſtantia, & vnica qualitas in eiſdem, licet in creaturis diuerſis æqualibus, ſimilibus, aut eiſdem ſint diuerſæ ſimilitudines, æqualitates, & identitates, ſecundum quod in eis ſunt diuerſæ quantitates, diuerſæ qualitates, & diuerſæ ſubſtantiæ ſuper quas fundantur, & ſic per accidens ſunt relationes illæ diuerſæ ſcilicet, quia fundamentum eſt aliud, & aliud.

13. Quod dicunt quaſi relatio communis ſemper quantum eſt de ſe ſub eadem ſpecie ſit eadem numero in relatis, & quod non eſt alia, & alia, niſi quia in relatis fundamentum eſt aliud, & aliud, quemadmodum in abſolutis formis quantum eſt de ſe, ſic eſt quælibet earū eadem numero, ſicut eſt eadem ſpecie, niſi ſit per materiā aliā, & aliā ſm̄ aliquos, aut per agēs ſcd̄ū alios. Quod et aliquid ſit quid per ſe formaliter, & quod ſecundum rationem quidditatis differat ab alio, hoc non conuenit ei niſi ſecundum rationem aliam, & aliam generis, aut ſpeciei, quia quod ſit quid ſecundum rationem indiuidui, & quod ſecundum illam rationem differat ab alio, hoc non conuenit ei, niſi quia in ſe habet formam ſpeciei determinatam, & hoc aut per agens tantum, vt quādo habet formam determinatam in ſe, & non in alio exiſtens, vt cōtingit in Angelis vnius ſpeciei, aut ſimul per agens, & per materiam, ſiue ſubiectum aliud & aliud, vt contingit in formis materialibus ſiue eductis de potentia materiæ, cuiuſmodi ſunt formæ pure naturales differentes ſolo numero, & in formis materialibus non eductis de potentia materiæ, ſed in materia tantum, cuiuſmodi ſunt animæ rationales, quarum differentia dicitur eſſe ſecundum eſſe, & non ſecundum rationem ſuæ quidditatis, quia licet in ſe habeant quidditates ſpeciei eiuſdem differentes numero, illa differentia non contingit ex ratione quidditatis, ſed ſolummodo ex ratione de tractionis illius, quam habet ab agente, ſiue per materiā & ſubiectum, ſiue ſine materia & ſubiecto. Vnde etſi vtraque differentia ponatur dici fore ſecundum eſſe, prima tamen differentia dicitur ſecundum eſſe per ſe, quod dicitur eſſe quidditatiuum. Secunda vero dicitur ſecundum eſſe acquiſitum, ſiue per accidens, quod communi nomine dicitur eſſe abſolutum, ſiue eſſe ſimpliciter, & abſque determinatione.

14. Quod dicunt iſti de diſtinctione ſcilicet quod duplex eſt, & ſecundum rationem ſuæ quidditatis, & ſecundum eſſe, bene verum eſt, & habet locum tam in prædicamentis abſolutis, quam in relationibus, ſemper enim differentia ſpecie diſtinguuntur ſecundum rationem ſuæ quidditatis. Differentia autem numero, ſecundum eſſe tantum.

15. Sed quod dicunt quod diſtinctio ſecūdum rationem ſuæ quidditatis competit relationi vnde relatio eſt, hoc non eſt verum, niſi quidditas relationis appelletur modus eſſendi ad aliud purus, qui ſolus proprius eſt relationi ratione ſui prædicamenti ſecundum prædeterminata. Quod non poteſt poni, a.61.q.3. n.4. quia cum modus ille quantum eſt de ſe non diſtinguatur, vt eſt ſupra expoſitum, ſecun- a.66.q.1. dum hoc ergo eſſe quidditatiuum non eſſet, n.6. niſi vnum, & idem in toto prædicamento relationis, nec ſecundum ipſum eſſet illa diſtinctio eorum, quæ ſunt ſub prædicamento relationis, ſecundum quod etiam hoc ſuperius eſt ibid. declaratum. Quare cum diſtinctio eorum quæ habent illum modum communem ſub prædicamento relationis, ſecundum prædetermi- ibid. nata non ſit niſi per fundamenta, ſi diſtinctio dicta cadat in prædicamento relationis, ſcilicet ſecundum rationem quidditatis, & ſecun- ibid. dum eſſe, modo quo quidditas, & eſſe habent

in

in prædicamento relationis, ambæ distinctiones erunt per fundamenta.

16. Quod verum est hoc modo, videlicet, quod a fundamentis diuersorum modorum, & relationum distinguentibus relationes secundum genera, & species, dicantur distingui relationes secundum rationem quidditatiuam, & secundum esse quidditatiuum specificum, quod a talibus fundamentis contrahũt. Et sic sumitur differentia relationum communium differentium genere, aut specie inter se, & hoc penes differentiam formalem secũdum genera, & species illorum super quę fundantur. Propter quod etiam formaliter secundum genus, & speciem differunt relationes fundatæ super illa fundamenta, licet quãdoque secundum rem, quandoque secundum rationem tantum, prout rationes fundamentorum quandoque differunt secundum rem, vt contingit in substantia vera, & quantitate, & qualitate accidentalibus substantiæ, quandoque secundum rationem tantum, vt contingit in substãtia, vel habente rationem substantiæ, & in quantitate perfectionis, & in qualitate substantiali existentibus in substantia. Secundum quod in diuinis loquendo de substantia, & substantialibus attributis libro primo cap. 11. Damasc. dicit sic. *Secundum omnia sunt vnum pater, & filius, & Spiritus Sanctus præter ingenerationem, generationem, & processionem, cogitatione vero secundum diuersum*, idest licet omnia illa sint idem re in tribus personis, ratione tamen distinguuntur singula a singulis, & à seipsis. orth. fid. q.2. a.4.

17. A fundamentis vero vnius modi, & rationis vnius distinguentibus relationes secundum numerum tantum dicuntur distingui tantum secundum esse, & sic sumitur differentia relationum communium differentiũ numero solo scilicet penes differentiam numeralem, vel quasi, licet quandoque differant secundum rem, quandoque autem secundum rationem tantum. Primo enim modo genus relationis communis distinguitur, sicut per primas differentias tractas a suis fundamentis in relationem substantialem continentem identitatem, & diuersitatem, quæ sequuntur vnum, & multum in substantia, & in relationẽ accidentalem, quæ sequitur vnum, & multum in duobus prædicamentis accidentis absolutis. a.45.q.1. a.12. Quæ continet sub se duas species, quarum vna sequitur vnum, & multum in quantitate, & dicitur æqualitas, & inæqualitas. Altera vero sequitur vnum, & multum in qualitate, & dicitur similitudo, & dissimilitudo. Quæ vlterius descendunt in species secundum species quantitatis, & qualitatis vsque ad species specialissimas prædicamentorum absolutorũ, quæ species specialissimæ relationum non dividuntur nisi per differentia numero tantum, secundum differentiam numeralem fundamentorum. Et quamuis talis distinctio relationum sit per aliud, est tamen essentialis prędicamento relationis, eo quod esse, & realitatem, seu quidditatem non est natum habere nisi per aliud. Relationi enim vnde relatio est, nec proprium esse, nec propria quidditas respondet, sed solummodo esse, & quidditas sui fundamenti. sup. n.15 Et ideo bene verum est, quod vbi sub relationibus communibus eiusdem speciei specialissimæ relationis non plurificatur realiter fundamentum, nec similiter relationes fundatæ super illud realiter plurificantur, vt contingit in diuinis sicut dictum est. Nihilominus tamen licet non distinguantur secundum rem, distinguuntur tamen secundum rationem saltem. Impossibile est enim, quod relata sint diuersa siue secundum rem, siue secundum rationem, quin relationes quibus referuntur sint diuersæ saltem secundum rationem.

18. Quare cum in omni habitudine relationum necesse sit relata esse diuersa, vel re vel ratione, vt in duabus quæstionibus præcedentibus est expositum, necesse est etiam in omni habitudine relationum ipsas relationes in extremis esse diuersas, vel secundum rem, vel secundum rationem. Secundum rem enim semper sunt diuersæ relationes extremæ cuiuslibet habitudinis relationum communium in creaturis, præter quam in relatione secundum identitatem numeralem, in qua sunt diuersæ secundum rationem tantum, & hoc vniformiter ipsis relatis. In diuinis autem nunquam sunt diuersæ secundum rem, sed semper secundum rationem tantum, & hoc vel vniformiter ipsis relatis, sicut contingit solummodo in primo modo identitatis, vel difformiter illis, sicut vniuer aliter contingit in secundo modo identitatis, & in æqualitate, & similitudine, in quibus relata sunt personæ diuinæ distinctæ secundum rem, cum tamen relationes quibus referuntur, distinctæ sint solummodo secundum rationem, vt amplius declarabitur in sequenti quæstione. q.4.n.5.

19. Sed est hic aduertendum ad dictorum ampliorem intellectum, quod inter se differũt a.35. q.8 n.9. si proprie accipiantur ista tria, scilicet respectus, relatio, & habitudo, quia omnis relatio a.60.q.3. n.59. est habitudo, & respectus, sed non è conuerso, & omnis relatio est respectus, sed non è conuerso. Cuiuslibet enim accidentis est respectus ad suum subiectum, vt ad id cui natum est inesse, nulla tamen est relatio accidentis ad suum subiectum, aut habitudo. Est enim relatio respectus, qui est modus essendi, quo id cuius est, ad aliud dicitur. Et cum proprie accipitur relatio, ipsa non nominat nisi extrema

habitudinis, de quibus proposita est præsens quæstio, quibus relata adinuicem referuntur. Est enim habitudo propriè dicta quasi mediū interuallum continens sicut extrema duas relationes oppositas, propter quod, & ipsa habitudo dicitur relatio, & induit nomen, & rationem vtriusq; extremorum respectu vtriusq;, quemadmodum spatium interuallum inter sursum, & deorsum respectu sursum dicitur deorsum, & respectu deorsum dicitur sursum. Et loquendo de relatione quæ est habitudo duorum extremorum, identitas, & æqualitas, & similitudo sunt tres relationes: & sunt tria genera habitudinum, de quarū differentia: habitus est sermo superius. Loquendo autem de relatione, quæ est extremum habitudinis, est sermo de differentia relationum in hac quæstione.

a.64.q.1. & c.

20. Et sunt in qualibet dictarum trium habitudinum duæ relationes consimilium nominū cum ipsa habitudine. In qualibet enim habitudine identitatis sunt duæ identitates, quæ sunt relationes diuersæ in diuersis relatis secundum identitatem, & similiter in habitudine æqualitatis sunt duæ æqualitates, quibus mutuo inter se referuntur æqualia, & similiter in habitudine similitudinis duæ sunt similitudines, quibus inter se referuntur similia. Qui enim negat hanc alietatem in extremis cuiusque habitudinis, necessario negat habitudinem, & omnem respectum, & relationem relatorū inter se, secundum quod procedunt, & bene, quatuor vltimæ relationes, quæ ideirco concedendæ sunt.

21. Quidam tamen dicunt, quod ad plurificationem relationum communium non sufficit plurificari supposita relata, nisi cum hoc plurificentur supposita in relatis. Quod proculdubio verum est de plurificatione relationum secundum rem, sed non est verum loquendo de plurificatione secundum rationē. Impossibile est enim relata plurificari maximè secundum rem, vt diuersa supposita, quin fundamentum relationis quod est vnum in illis secundum rem, plurificetur secundum rationem, quia secundum vnam rationem necessario habet esse in vno, & secundum aliam in alio, vt diuinitas in patre, & filio. Et per hoc etiam necessario relatio vna secundum rē iuxta vnitatem realem fundamenti, necessario plurificatur secundum rationem iuxta plurificationem fundamenti secundum rationem. Vnde relatio, quæ est habitudo duorum relatorum inter se, nullo modo fundatur in vno,

a.63.q.1 & eodem re, & ratione simul. Ad semel enim vnum, quod est vnum re, & ratione simul; non sequitur idem, nec æquale, nec simile, nec habitudo aliqua omnino, quia nulla est habitudo sine omni diuersitate extremorum suorum quæ diuersitas extremorum habitudinis non est sine diuersitate aliqua fundamenti, sicut non sunt diuersæ habitudines fundatę in eadē re singulari sine omni diuersitate, secundum rationem in illa. Puta in diuina natura non fundantur tres habitudines, quæ sunt identitas, æqualitas, & similitudo, nisi habeat tres relationes in se, trium scilicet prædicamentorum, quæ sunt substantia, quantitas, & qualitas, & hæc quodlibet illorum distinctio, & acceptio secundum rationem mbis ad minus, quia non ad vnum semel acceptum sed plurificatū solummodo sequitur relatio communis, vt habitum est supra. a.65.q.1.

22. Et sicut in diuinis oportet concedere, quod super idem re fundantur tres habitudines relationum communium sola ratione diuersæ secundum supra determinata, quæ sunt identitas, æqualitas, & similitudo secundum diuersas rationes scilicet substantiæ, quantitatis, & qualitatis in illo, sic oportet concedere, quod super idem re fundantur in qualibet habitudine duæ relationes secundum diuersas rationes eius scilicet vnius, & vnius in diuersis relatis, quemadmodum, & in creaturis super substantiam, quantitatem, & qualitatem quæ sunt re diuersa, fundantur identitas, æqualitas, & similitudo, quæ sunt habitudines re diuersę, & super diuersas substantias numero, aut specie in diuersis relatis fundantur diuersæ identitates quæ sunt relationes re differentes, & similiter super diuersas quantitates, & diuersas qualitates fundantur diuersæ similitudines, & diuersæ æqualitates re differentes. sup.n.22

23. Et ita sicut non sequitur in diuinis, si vnum sunt secundum rem substantia, quantitas, & qualitas, quod identitas, æqualitas, & similitudo in diuinis non sint diuersæ relationes communes ratione differentes, sic non sequitur si vna sit substantia, vna quantitas, vna qualitas in diuinis secundum rem, quod identitas, æqualitas, & similitudo fundata in illis, vt est in diuersis personis, non diuersificentur secundum rationem, neque plurificetur in singulis personis, vt secundum hoc alia sit identitas, qua pater est idem filio, & alia è conuerso, qua filius idem patri, & sic de qualitate, & similitudine, vt sic diuersitati rerum in personis creatis, respondeat diuersitas relationum in personis diuinis.

24. Et quemadmodum in creaturis plus differunt secundum rem substantia, quantitas, & qualitas inter se, & similiter relationes fundatæ in illis inter se, quam differant duæ substantiæ, aut duæ quantitates, aut duæ qualitates, & similiter duæ relationes fundatæ in illis, sic in Deo plus differunt secundum rationem substantia, quantitas, & qualitas, & similiter

liter relationes fundatæ in illis inter se, quæ sunt identitas, æqualitas, & similitudo, quam differat secundum rationem substantia, vt est in diuersis personis, similiter quantitas, aut qualitas, aut relationes fundatæ in illis, puta similitudo patris ad filium à similitudine filij ad patrem, licet quandoque in creaturis differant se extrema vnius habitudinis, cum tamen genera habitudinum differant inter se ratione, puta identitas, æqualitas, & similitudo hominis ad hominem in humanitate, in qua
q.2. a.8. idem sunt. Nam substantia, quantitas, & qualitas substantiales, quamuis inter se sola ratione differant, extrema tamē cuiuslibet illarum habitudinum inter se differunt secundum rē, quia alia est humanitas vnius, & alterius, in qua differunt realiter substantia vnius, & substantia alterius, & similiter quantitas, & qualitas substantiales.

25. Et sic cum tres personæ diuinæ sint eędem, æquales, & similes inter se secundum rationem, sunt tres diuersæ identitates, & similitudines earundem. Propter quod in plurali dicitur, quod sunt tres eædem non vnus idē, & hoc sumendo esse masculinè, sunt tres æquales non vnus æqualis, & tres similes non vnus
q.10. similis, vt procedit, & bene vltima ratio, quam uis sit in tribus vna substantia, vna magnitudo, vna qualitas, & hoc quia non fundantur dictæ relationes in illis, nisi vt secundum rationem habent diuersificari in personis, sicut nec simpliciter æqualitas, aut similitudo fundatur in quantitate, aut qualitate, nisi prout habent esse in personis diuersis. Si enim esset magnitudo in Deo, aut qualitas absque personarum distinctione, nullo modo super illam fundaretur æqualitas, aut similitudo.

26. Propter quod etiam nequaquam potest dici substantiuè, quòd tres personæ sint vnus idem, æqualis, aut similis, sicut dicitur, quod sunt vnus Deus, vnus magnus, aut vnus æternus, quia scilicet non est denominatio ab æqualitate, aut similitudine, aut identitate in diuinis, nisi propter substantiam, magnitudinem, aut qualitatem ratione diuersam in personis. Est autem denominatio à magnitudine in diuinis, non propter aliquam diuersitatem eius secundum rationem, sed solummodo propter ipsam simpliciter. Esset enim in Deo magnitudo, & denominatio ab illa, etsi in illo nulla esset distinctio personarum (si tamen esset absque illa) non tamen esset in eo æqualitas, aut similitudo, neque denominatio ab illa. Et similiter esset de denominatione à substantia, & qualitate.

27. Et secundum hoc distinctio identitatum, æqualitatum, & similitudinum plurium in diuinis, licet sit secundum rationem, non tamen sine adminiculo distinctionis realis personarum. Propter quod identitas, æqualitas, & similitudo personarum diuinarum inter se, magis accedunt ad rationem relationum realium, quam identitas alicuius ad seipsum, & maior est distinctio secundum rationem identitatum, æqualitatum, aut similitudinum, quibus eædem personæ dicuntur eædem, æquales, aut similes inter se, quam sit identitatum, quibus idem secundum rationem diuersificatum refertur ad seipsum. Relationes enim secundum rationem gradus habent, & quædā minus appropinquant relationibus realibus, & magis sunt secundum rationem, vt contingit in primo modo identitatis. Quædam vero magis appropinquant relationibus realibus, & secundum hoc sunt minus secundum rationem, vt contingit in secundo modo identitatis.

28. Relationes etiam diuersificātur secundum diuersitatem fundamentorum, non solum realiter vt contingit in creaturis, sed etiā rationaliter, & hoc dupliciter. Vno modo secundum modum eundem fundandi, & secundum vniformem rationem fundamenti, sicut fundantur diuersæ æqualitates super magnitudinem vnam in diuersis personis, & diuersę similitudines super vnam qualitatem, & diuersæ identitates super vnam substantiam. Alio modo secundum alium, & alium modum fundandi, & secundum difformem rationem fundamenti, sicut fundantur diuersæ relationes notionales in diuinis super essentiam diuinitatis, puta paternitas vt est illa potentia actiua, & ratio qua vt ratione actiua aliquis producat, & filiatio, vt est potentia passiua, & ratio qua quis de ipsa producatur, vt tactum est, & expositum in supra determinatis, sicut etiam fundantur diuersæ relationes reales super idē re, cum voluntas mouet seipsam, licet mediante extraneo, vt determinauimus in quadam quæstione de Quolibet. q.66. q.5 a.5. quodl. 10 q.9.

29. Quod ergo arguitur primo contra iam dicta, si extrema relationis communis essent alia abinuicem, hoc non esset nisi propter pluralitatem relatorum. Dico quod verum est, non tamen propter eam, vt propter quantitatem principaliter, sed solummodo, vt propter quā adminiculatiue, & sine qua non. Quia si non esset diuersitas relatorum secundum rem in creaturis, non esset diuersitas vnitatum substātiæ, quantitatis, aut qualitatis secundum rem, ad quas in illis sequuntur identitas, similitudo, & æqualitas realiter diuersæ, vt ad causam propter quam sic. Similiter si non esset diuersitas in personis in diuinis non esset diuersitas relationum in quantitate, aut qualitate, aut substantia diuina, ad quas sequuntur æqualitas, aut similitudo, & identitas secundo modo identitatis, vt ad causam propter quam sic originaliter, n.1.

liter, quæ tamen vt ad causam propter quam
a.64 q.4 n.12. sic, sequuntur completiue ex consideratione rationis. Aliter enim non essent relationes secundum rationem. Ita quod causa alietatis talium relationum in diuinis adminiculatiua, & sine qua non, est personarum distinctio. Causa vero propter quam sic originaliter, est diuersitas secundum rationem vnitatum substãtiæ, quantitatis, & qualitatis in illis. Causa vero propter quam sic completiua, est intellectus siue ratio sine fundamentali causa adminiculatiua. Ex sola rationis consideratione bene causatur relatio identitatis secundum primum modum tam in diuinis, quam in creaturis.

n.1. 30. Quod arguitur vlterius, quod propter alietatem relatorum non sunt alia inter se extrema in eadem habitudine relationis communis, quia tunc illa essent alia inter se secundũ rem, sicut inter se alia sunt ipsa relata. Dico, quod verum est, si ipsa relatorum alietas esset per se causa alietatis dictarum relationum propter quam sic. Nunc autem non est sic nec in
n.29. creaturis nec in diuinis, vt dictum est. Propter quod licet relata sint alia in diuinis secundum rem, tamen relationes communes existentes in illis non sunt aliæ inter se nisi secundum rationem, sicut nec sua fundamenta. Et quia hoc modo tales relationes communes personarum causantur ab ipsarum personarum distinctione, idcirco licet non sint distinctiuæ personæ, sunt tamen demonstratiuæ distinctionis earum sicut signa et causæ hic æ. Vnde ad talem differentiam extremorum relationis diuersitate relatorum secundum rem, respexit Comment. quando dixit. *Omne simile alij à se simile dicitur*, nec tamen diuersa solum sunt quæ sunt similia, sed etiam secundum quæ
q.2.n.20 sunt similia, vt supra in fine quæstionis præcedentis, licet maiori diuersitate in diuinis differunt similia quam illa secundum quæ sũt similia.

31. Sed contra hoc directè videtur illud dictum eiusdem Comment. in prima ratione
sup. n. 7 ad oppositum, vbi dixit. *Sicut ipsa quæ sunt similia, sic, & illa secundum quæ sunt similia necesse est esse diuersa.* Et est dicendum pro solutione ad hominem, quod non omne simile currit ad quatuor pedes. Aliquando enim simile est in omnibus simile, aliquando in aliquo tantum. Vnde verum est, quod si similia sunt diuersa, quod necesse est, vt etiam illa secundum quæ sunt similia, sint diuersa, vt fundamenta, & relationes secundum quas referuntur, & hoc quo ad generalem differentiam, quia scilicet sicut ipsa quæ sunt similia sunt diuersa, sic necesse est, & illa secundum quæ sunt similia, esse diuersa. Non tamen oportet, quod sint diuersa semper eodem modo diuersitatis, immo aliquando sunt similia diuersa secundum rem cum tamen ea secundum quæ sunt similia, vt sunt relationes quibus referuntur, & fundamenta illarum in relatis, diuersa sunt secundum rationem tantum, sicut dictum est in diuinis. n.18.

32. Pro solutione autem ad rem. Dicendum est, quod est quædam similitudo fundata in similibus super vnitatem singularitatis fundamenti, vt est similitudo personarum in diuinis. a.65. q.1 n.9. Est autem alia fundata super vnitatem conformitatis, vt est diuersorum suppositorũ in creaturis, & in hac similitudine secunda loquitur Commentator, & verum est dictum suum, non autem in similitudine prima, & de illa non est verum. Vnde ad literam loquitur contra illos, qui ponebant vnitatem substantiæ secundum speciem esse in patre, & filio, & eos secundum illam esse similes, sicut sunt duo homines, ait enim sic. *Semiarriani* q.2. n.22 a.70. q.1 n.16. *filium, & patrem esse vnius substantiæ secundum quidem vnius essentiæ singularitatem negant, sed secundum diuersarum essentiarum conformitatem affirmant. Substantiam patris, & filij vnam, quæ singularitate intelligitur, quodammodo disiungunt & separant, licet vnitate similitudinis vnam ponunt.* Et sumit ibi similitudinem pro conformitate, & tunc sequitur immediate assumptũ in argumento. *Sicut enim ipsa, quæ sunt similia, sic & illa secundum quæ sunt similia necesse est esse diuersa.* Quod vt ex serie literæ patet non dicit nisi ad probandum, quod dicti Semiarriani substantiam diuinam in patre, & filio existentem distinguunt, & separant per hoc, quod ponunt eam vnam conformitate, & per hoc illos similes, & negant eam vnam esse singularitate, & similes illos esse secundum illam.

33. Ad secundum, vbi non est distinctio n.2. fundamentorum, neque relationum fundatarum in illis. Dico, quod verum est vbi non est fundamentorum distinctio, neque secundum rem, neque secundum rationem, illic enim non est fundatio alicuius relationis omnino sicut dictum est, & sicut tangit argumentum. n.21.

34. Quod assumitur, quod substantia, quãtitas, & qualitas non distinguuntur omnino in illis, quæ eis referuntur. a.46. q.3 n. sup. n.3. Dico, quod falsum est. In relationibus enim realibus distinguuntur secundum rem, & in rationalibus distinguuntur secundum rationem, vt patet ex dictis.

35. Quod autem assumitur ad illius probationem, quod super substantiam ratione, ibid. qua est substantia simpliciter fundatur identitas, & similiter æqualitas super quantitatem, & similitudo super qualitatem, quia proprium est substantiæ secundum eam dici idem, & di-

uer-

uersum, &c. & secundum quod huiusmodi nõ
distinguuntur omnino. Dico, quod illud non
dicitur proprium illis, quia illud conuenit sub-
stantiæ simpliciter, & quantitati, & qualitati,
scilicet ratione generis, & speciebus illarum
per genus, sicut relatio conuenit medicinę per
suum genus, quod est scientia, cui conuenit simpli-
citer, & primo conuenit, sed illud dicitur, quia
a.62.q.2. identitas non inuenitur nisi in substantia, aut
n.9. habente rationem substantiæ, similiter neque
a.68.q.2 æqualitas, & inæqualitas nisi in quantitate aut
n.18. habente rationem quantitatis, neque similitu-
do nisi in qualitate aut habente rationem qua-
litatis. Et sic proprium est quantitati secun-
dum eam æquale, vel inæquale dici, & qualita-
ti secundum eam simile, vel dissimile dici, &
substantiæ secundum eam idem vel diuersum
dici, licet hoc non conueniat illis, nisi vt sunt
vnum, & vnum, diuersa secundum rem, vel se-
cundum rationem, & hoc in diuersis relatis se-
cundum rem, aut secundum rationem, secun-
a.64.q.2. dum quod iam supra expositum est, quod non
n.4. esset si proprium esset illis ratione generis, vt
procedit argumentum.

sup. n. 3. 36. Quod arguitur specialiter ex eodem
medio in diuinis, quod in tribus personis non
est nisi vna substantia, vna quantitas, vna qua-
litas, ergo nec nisi vna identitas, vna æquali-
tas, vna similitudo. Dico, quod verum est se-
cundum rem. Non autem verum est, quod
sit tantum vna secundum rationem, sicut nec
fundamenta sunt in personis vnum secundum
rationem, Quod si essent vnum secundum
rationem, sicut & sunt vnum secundum rem,
tunc non solum diuersæ relationes secundum
rationem non fundarentur super illa, sed
n.20. 33. nec relatio aliqua omnino, vt patet ex di-
ctis.

n.4. 37. Ad dictum Hilarij, quo medium vide-
tur confirmari. Dico, quod dictum Hilarij
non potest habere veritatem, nisi de identita-
te similitudinis in virtute, & plenitudinis in
deitate secundum rem, quia illam accipit a pa-
tre in accipiendo fundamentum idem secun-
dum rem similitudinis, & ęqualitatis, & sic
accipit illam identitatem similitudinis, & æ-
qualitatis à patre in sua radice, etsi non in sua
forma, nec secundum illam rationem, qua est
in patre ad filium. Tunc enim ordine quodam
naturę esset illa similitudo primò in patre, &
secundo in filio, quod est contra naturam re-
lationum, quia debent esse simul natura. Vn-
de non habet à patre esse similitudo, aut ęqua-
litas in filio, nisi per hoc quod illarum ęquali-
tas habetur in filio à patre, & tunc per hoc,
quod illud est duorum, habent æque primo si-
militudo, & æqualitas esse in patre, & filio, nõ
autem à patre in filio nisi radicaliter (vt dictum
est) per suum fundamentum.

38. Ad tertium, quod relationes distinctiuę n.5.
personarum plures propriæ, & similes non
possunt esse in diuinis, quare multò minus
possunt esse plures communes similes non di-
stinctiuæ. Dico quod relationes non distin-
ctiuæ personarum, & communes, ac similes
magis sunt distinguibiles inter se in diuinis,
quam distinctiuæ personarum, & propriæ, eo
quod distinctiuæ personarum, eo quòd reales
sunt, nec habent fundamentum communica-
bile pluribus, prout superius est declaratum
loquendo de proprijs personarum, nullo mo- a.55. 56.
do plurificari possunt re, aut ratione. Non
distinctiuæ autem personarum, & communes,
eo quod consequuntur personas distinctas, &
sunt secundum rationem, & habent fundamẽ-
tum communicabile pluribus, plurificari pos-
sunt secundum rationem in pluribus.

39. Nec est verum quod supponitur, quod sup. n. 5.
relationes non distinctiuæ aliorum minus sũt
distinguibiles inter se, immo contrarium est
verum, scilicet, quod non distinctiuæ aliorũ,
eo quod sunt essentiales, & per hoc commu-
nes sicut, & sua fundamenta, magis sunt inter
se distinguibiles. Quia distinctiuæ aliorum
non distinguunt illa sua propria distinctio-
ne, tunc enim essent magis distinguibiles, quã
aliæ, sicut ponit argumentum, sed solummo-
do distinguunt illa per comparationem ad
sua opposita, quæ propterea singulis distinctis
sunt propria.

40. Ad quartum, quod extrema relationis n.6.
communis minus distinguuntur quam relatio-
num communium genera, quæ non distingu-
untur nisi secundum rationem, quare & illa
extrema minus distinguuntur, quam ratione,
& sic nullo modo. Dico, quod hoc non se-
quitur nisi supposito, quod differentia secun-
dum rationem non suscipiat gradus secundum
magis, & minus, quod non est verum, immo
vt dictum est, gradus recipit, sicut & differen- n.27.
tia secundum rem gradus recipit. Quando
enim ambo, scilicet relationum communium
genera, & similiter extrema, inter se differunt
secundum rem, vt in creaturis, tunc magis dif-
ferunt secundum rem genera, quam extrema,
vt æqualitas, & similitudo, quam duæ simili-
tudines inter mutuo relata, sicut magis diffe-
runt quantitas, & qualitas, quam duæ qualita-
tes, aut duæ quantitates. Quando etiam am-
bo differunt secundum rationem tantum, vt
in diuinis, magis secundum rationem diffe-
runt genera, quam extrema. Sed quando ge-
nera differunt secundum rationem tantum, &
extrema secundum rem, vt contingit in iden-
titate, & substantiali æqualitate, ac similitu-
dine, tunc magis differunt extrema, quam ge-
nera, sicut magis differt similitudo vnius ho-
minis à similitudine alterius, quibus similes

sunt

sunt inquantum homines sunt, quam differant similitudo, & æqualitas, quibus inter se sunt similes, & æquales. Quartus modus contrarius huic est impossibilis, scilicet quod genera magis differant quam extrema, quia impossibile est, quod genera diuersa relationum inter se differant secundum rem, & extrema vnius habitudinis illarum differant inter se secundum rationem tantum.

Conclusio ex Quæstione Tertia, Articuli Sexagesimi septimi.

1. *Necesse est in omni habitudine relationum, ipsas relationes in extremis esse diuersas, vel secundum rem, vel secundum rationem.* n. 18.

QVAESTIO QVARTA.

Vtrum extrema habitudinum relationum communium vniformiter sint alia ab inuicem in singulis rebus, & singulis relationum omnium generibus.

Circa quartum arguitur, quod extrema habitudinum relationum communium vniformiter sunt abinuicem alia in singulis rebus, & generibus relationum communium.

1 Primo sic. Extrema dicta in singulis dictis sunt alia ab inuicem oppositione relatiua, Oppositio autem relatiua vniformis est in singulis dictis, ergo &c.

2. Secundo sic. Extrema dicta in singulis sic se habent, quod si vnum illorum est relatio secundum rem, & aliud, & si vnum eorum ab altero est aliud secundum rem, & è contrario, & si vnum secundum rationem tantum, & aliud, & si vnum eorum ab altero est aliud secundum rationem, & è contrario, in quo est omnino vniformitas, ergo &c.

3. In contrarium est, quod in aliquibus rebus, & in aliquibus generibus sunt alia abinuicem secundum rem, in aliquibus autem secundum rationem tantum, in quo est magna difformitas, ergo &c.

4. Dico, quod differt quærere, vtrum dicta extrema vniformiter sint alia abinuicem absolute, & vtrum sint alia abinuicem in singulis rebus, & generibus relationum communium. Primo modo quæreret quæstio, vtrum sicut primum illorum est aliud à secundo, sic secundum eorum est aliud à primo. Et esset respondendum, quod immo, quia si primum illorum est aliud a secundo secundum rem, & secundum est aliud à primo similiter secundum rē, & si est aliud ab illo secundum rationem tantum, & reliquum è conuerso est aliud ab illo, secundum rationem tantum, vt procedit secunda ratio, quia in eadem habitudine relationis non potest in vno extremorum esse relatio secundum rem, & in alio secundum rationem. n. 81 Secundo autem modo proposita est quæstio præsens, verum scilicet eo modo quo differunt dicta extrema in vna re, puta in diuinis, eodem modo differunt in alia, puta in creaturis, & quomodo differunt in vno genere relationum communium, sic & in alio.

5. Ec est dicendum, quod non sic sunt vniformiter, & alia ab inuicem, quod in singulis rebus sint quædam alia abinuicem secundum rem, & alia secundum rationem, sicut hoc contingit de alietate relatorum relationibus communibus, vt expositum est in penultima quæstione præcedente. q. 2. n. 6. & se 3. q. 3. n. 18 In diuinis enim nulla extrema relationum communium sunt in vno genere alia abinuicem secundum rem, sed omnia in qualibet habitudinum sunt alia abinuicem secundum rationem tantum. In creaturis vero in primo modo identitatis sunt alia abin-

abinuicem ſecundum rationem tantum. In ſecundo autem modo, & in duobus alijs generibus relationum communium, ſcilicet æqualitatis, & ſimilitudinis, ſunt alia abinuicem ſecundum rem tantum, & nequaquam ſecundũ rationem, in quo eſt magna difformitas alietatis extremorum, vt procedit vltima ratio. a.3. Eſt autem propria difformitas in diuinis, quod minor eſt alietas ſecundum rationem extremorum in primo modo identitatis, quam in ſecundo, & in æqualitate, & ſimilitudine, vt a.38. tactum eſt in quæſtione præcedente. Alias autem nulla eſt difformitas alietatis inter dicta extrema.

a.2. 6. Ad primum in oppoſitum, quod in ſingulis rebus, & generibus eſt omnino vniformitas alietatis dictorum extremorum, quia oppoſitio relatiua. Dico, quod ſecundum ſæpius tacta ſuperius, & in quæſtionibus de Quolibet, a.66. q.1 n.6. in relationibus eſt duo conſiderare, aliquid quod eſt in eis ex ratione ſui generis, & eſt modus purus eſſendi ad aliud, & aliquid quod eſt in eis ex ratione ſui fundamenti, & eſt id quod realitatis habent. Ex parte primi in relationibus nulla eſt differentia, aut difformitas omnino, quia in nullo modus ille diuerſus eſt in vna relatione, & in alia, & ex parte illius contingit oppoſitio relatiua extremorũ relationis inter ſe, quia ratione illius modi relationis eſſe eſt ad aliud ſe habere. Propter quod omnino vniformis eſt in extremis cuiuſque habitudinis alietas oppoſitionis relatiuæ, quod ſcilicet vnum extremorum non ſit omnino id quod relatum re, & ratione, quæ oppoſitio neceſſario contingit inter omnia extrema relationis, vt habitum eſt in quæſtione præcedente. n.11. Ex parte autem ſecundi eſt difformitas in extremis, de qua procedit iſta quæſtio, quia ex ratione fundamenti procedit, quod quædam extrema differunt ſecundum rem, & quædam ſecundum rationem, ſecundum modum quo contingit, quod quædam ſunt relationes ſecundum rem, quædam vero ſecundum rationem tantum, ſecundũ quod a.61. q.4 ſuperius eſt expoſitum, & ſic nihil ad propoſitam quæſtionem de vniformitate oppoſitionis relatiuæ.

Concluſio ex Quæſtione Quarta, Articuli Sexageſimi ſeptimi.

1. *Non ſic ſunt vniformiter, & alia ab inuicem, quòd in ſingulis rebus ſint quædam alia ab inuicem ſecundum rem, & alia ſecundum rationem.* n. 5.

ARTICVLVS SEXAGESIMVS OCTAVVS.

De relationibus communibus, vt habent esse specialiter in Deo: idque in generali, quoad tria genera relationum.

In Quinque Quæstiones diuisus.

Visso de relationibus communibus in generali, prout habent esse communiter tam in Deo, quam in creaturis, sequitur de eisdem prout specialiter habent esse in Deo.

Et primò communiter siue in generali, quo ad tria genera relationum communium, quæ sunt identitas, æqualitas, & similitudo.

Secundò singulariter siue in speciali quo ad vnumquodque illorum.

Circa primum istorum quæruntur quinque. Quorum.

Primum est. Vtrum illa tria genera relationum communium vniformitatem habeant inter se, vt sunt in Deo.

Secundum est. Vtrum vniformiter se habeant ad tres personas diuinas.

Tertium. Vtrum sint distinctiuæ diuinarum personarum.

Quartum. Vtrum dicantur in Deo siue in personis diuinis secundum substantiam, an secundum relationem.

Quintum. Vtrum distinctio, & differentia illorum in Deo consideretur ex comparatione ad illa eadem, vt habent esse in creaturis.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum illa tria genera relationum communium vniformitatem habeant inter se, vt sunt in Deo.

Circa primum arguitur, quod dicta tria genera relationum communium non se habent vniformiter inter se in diuinis.

1. Primò sic. Sic se habent inter se fundamenta relationum, sicut & ipsæ relationes, quia secundum fundamenta habent relationes communes esse, & realitatem, & pluralitatem, & distinctionem, vt patet ex supra determinatis. a.61.q.4. n.8. Fundamenta autem illorum, quæ sunt substantia, quantitas, & qualitas, non se habent vniformiter in diuinis, quia in diuinis quantitas, & qualitas incidunt in substantiam, & non è conuerso substantia in illa, vt supra declaratum est loquendo de attributis in Deo, ergo &c. a.51.q.5. n.13.

2. Secundò sic plurificabile, & non plurificabile non se habent vniformiter inter se, sed in diuinis identitas plurificatur secundum duos modos, quorum vnus est quo aliquid dicitur idem sibi, alius quo aliquid dicitur idem alteri, non sic autem plurificatur æqualitas, & simi- a.66.q.2. n.7. a.67.q.2. n. 11. & seq.

similitudo, quia nihil est æquale sibi, sed solummodo alterum alteri, vt patet ex supra determinatis, ergo &c. ib. n. 6.

3. In contrarium est, quod illa tria genera relationum communium in diuinis sequuntur vnum, vt patet ex prædeterminatis, vbi est ergo summa vnitatis vniformitas, & illorũ generũ summa vniformitas est, sed in personis diuinis sũma vnitatis vniformitas est, quia in illis est vnitas in qua nulla cadit diuersitas, neque multitudo, dicente Boethio de Trinitate. *Nulla est in Deo diuersitas, nulla ex diuersitate pluralitas, quare nec numerus, sed vnitas tantum.* Propter quod etiam in diuinis nulla cadit relatio communis consequens multum, scilicet neque diuersitas neque inæqualitas neque dissimilitudo, vt patet ex prædeterminatis. Non est autem difformitas nisi ex diuersitate, & pluralitate, ergo &c.

a. 65. q. 1 · ad med. · ib. n. 19.

4. Dico iuxta iam dicta in fine præcedentis quæstionis, quod in relatione qualibet duo est considerare, vnum quod habet ex ratione sui generis, scilicet modum qui est ad aliud se habere, & alterum quod habet ex suo fundamento scilicet esse suum, & quidditatem. Et quoad primum non solum relationes communes in Deo, sed etiam quæcunque relationes etiam in creaturis vniformitatem habent inter se, quia scilicet omnis relatio in eo quod est ad aliud simpliciter, vniformiter est ad aliud, sicut patet ex determinatis. Quo ad secundum autem est considerare relationes dictas in ordine ad duplex fundamentum scilicet proximum, quod est vnum, quod in præmissis proprie loquendo appellauimus principium causatiuum relationum communium, & primum, quod est substantia, quantitas, & qualitas, quod proprie loquendo appellauimus principium fundamentale, sicut patet ex prædeterminatis, & est primum formale respectu secundi.

a. 67. q. 4 n. 6. · a. 66. q. 1 n. 6. 10. · a. 65. q. 1 · a. 66. q. 1

5. Et quantũ est ex parte primi fundamẽti omnino vniformitatem habent inter se dicta tria genera relationum communium in diuinis, quia omnia sequuntur vnum dictum ab vnitate singularitatis, vt patet ex prædeterminatis. Et consistit vniformitas inter illa tria genera in tribus, quæ sunt consequentia, conuersio, & æqualitas, quia quantum est ex parte vnitatis, si est aliquid in diuinis idem alicui, est æquale, & simile eidem, & è conuerso si est alicui æquale, aut simile, est idem illi, & si est æquale, est simile, & è conuerso, & quantum est idem, tantum est æquale, & simile, & è cõuerso, & quantum est æquale, tantum est simile, & è conuerso, & sic procedit bene vltimum argumentum.

a. 65 q. 2 n. 9. · n. 3.

6. Vnde si in aliquo deficiat vniformitas in Deo quo ad dicta tria genera relationum communium, hoc solum contingit ex parte fundamenti primi, quod est substantia, quantitas, aut qualitas, ex parte quorum etiam sumitur distinctio generum relationum communium, vt habitum est supra. Dico ergo, quod est diuersitate fundamẽtorum in Deo contin[illegible]quod non sit omnino vniformitas dictorum generum inter se in Deo.

a. 66. q. 2 n. 7. & seq

7. Primo quo ad hoc, quod in Deo incidũt æqualitas, & similitudo in identitatem, & nõ è conuerso, & similitudo in æqualitatem, & non è conuerso, & hoc ad modum incidentiæ in diuinis quantitatis, & qualitatis in substantiam, & non è conuerso, & qualitatis in quantitatem, & non è conuerso, secundum quod procedit primum argumentum.

sup. n. 1.

8. Secundo quo ad hoc, quod propter duplicem modum considerandi substantiam, & vnum modum considerandi quantitatem, & qualitatem, duplex est in diuinis, sicut & in creaturis modus identitatis, cum tamen non sit nisi vnicus æqualitatis, & similitudinis, prout superius est expositum, sicut procedit secundum argumentum.

n. 2.

9. In diuinis aũt quantitas, & qualitas incidunt in substantiam, quia ipsa natura siue essentia diuina ex se habet rationem substantiæ, & non ex consideratione intellectus. Cuius consideratio nisi in ipsa diuina substantia attendat rationem quantitatis, & qualitatis, quantitas, & qualitas omnino sunt ipsa res, quæ est substantia, & nullatenus differunt ab illa, inquantum quod nec etiam ratione ab illa differunt. Quare differentia quantitatis, & qualitatis inter se, & amborum à substantia, non existit nisi in consideratione intellectus, vt supra expositum est loquendo de differentia attributorũ, & in quinta quæstione sequente amplius exponetur. Vnde quod dicit Augustinus 5. de Trinitate. *Deus est sine quantitate magnus, sine qualitate bonus*, hoc non dicit, quia quantitas, & qualitas, secundum quasdam suas species habeant transferri ad diuina, non autem secũdum rationes suorum generum, quod superius loquendo de attributis improbauimus, sed quia quantitas, & qualitas translata ad diuina proprias rationes suorum generum non habent extra considerationem intellectus, vt dictum est ibidem. Et per hunc modum quantitas, & qualitas incidunt in substantiam, & vnitas quantitatis, & qualitatis in vnitatem substantiæ, & per consequens æqualitas, & similitudo in identitatem. Propter quod similitudo in diuinis non solum excludit dissimilitudinem sibi oppositam, sed etiam diuersitatem oppositam identitati dicente Hilar. 3. de Trinitate. *Non aliunde est quod in omnibus simile est, neque diuersitatem duobus admisceri alterius ad alterum similitudo permittit.*

a. 32. q. 5 n. 23. · ib. n. 19. · a. 70. q. 1 n. 14. · a. 51. q. 1 · a. 61. q. 9 n. 26. · c. 1. to. 3. · a. 32. q. 3 · ad fin.

10. In diuinis etiam qualitas incidit in quátitatem, eo quod ficut qualitas materialis inest fubftantiæ materiali mediante quantitate
a.70. q.1 ad 2.
molis, fic & qualitas quæ eft in diuinis ineft fubftantiæ fpirituali mediante quantitate virtutis fiue perfectionis. Bonitas enim, & fa-
a.55.q.1. n.6.
pientia, quæ in Deo funt qualitates, & ceteræ rationes attributorum, quæ aliquid dignitatis important fimpliciter in creaturis, fub ratione qualitatis in fubftantia diuina non cõcipiuntur intellectu nifi in ratione immenfitatis, & magnitudinis Dei perfectionalis, aut virtualis in illa. Ex eo enim, quod Deus eft immenfus, quæcunque funt dignitatia fimpliciter, fecundum quantitatem ei attribuuntur, & ficut qualitas incidit in quantitatem, fic & vnitas qualitatis in vnitatem quantitatis, & per confequens fimilitudo in ęqualitatem.
a.32.q.5. n.21. & a.70.q.1.

11. Argumenta vtriufque partis patent ex dictis.

Conclufiones ex Quæftione Prima, Articuli Sexagefimi octaui.

1. *Relationes communes quoad effe ad aliud non folum in Deo, fed etiam in creaturis vniformitatem habent inter fe.* n. 4.
2. *Quantum eft ex parte vnius omnes relationes communes vniformitatem habent inter fe in diuinis.* n. 5.
3. *Ex diuerfitate fundamentorum in Deo contingit, quòd non fit omnino vniformitas dictorum generum inter fe in Deo.* n. 6.

QVAESTIO SECVNDA.

Vtrum illa tria genera relationum vniformiter fe habeant ad tres perfonas diuinas.

CIrca fecundum arguitur, quod dicta tria genera relationum communium non vniformiter fe habent ad tres diuinas perfonas.

1. Primò fic. Auguftinus dicit. *In patre eft vnitas, in filio æqualitas, in Spiritu Sancto vnitatis, æqualitatifque concordia*, hoc autem non effet fi omnino vniformiter æqualitas effet in patre, & filio, ergo &c.
lib. 1. de doc. chr. cap. 5. to. 1.

2. Secundo fic. Ad imaginem pertinet æqualitas in diuinis. Dicit enim Auguft. 6. de
to.3.
Trinitate cap. vlt. *Imago fi perfecte implet illud cuius eft imago, ipfa adæquatur ei*, quicquid aũt pertinet ad imaginem in diuinis proprium eft
a.60 q.1 n.60.
filio, quia ipfe proprie eft imago, vt habitum eft fupra, in eo autem quod eft proprium vni non eft vniformitas cum altero, ergo &c.

3. Tertiò fic. Dionyfius dicit de diu. no.
cap. 9. *In caufis, & caufatis non recipimus conuerfionem fimilitudinis, & æqualitatis*, fed fecundum Damafc. lib. 1. cap. 9. & 11. *Pater eft caufa filij*. ergo inter patrem, & filium non recipitur conuerfio fimilitudinis, & æqualitatis. Hoc autem non effet fi omnino vniformiter haberent effe in patre, & filio, ergo &c.
poft me.
orth. fid.

4. Quartò fic, filius dicitur æqualis, aut fimilis patri, quod dicitur ei adæquatus, aut affimilatus, non dicitur autem pater fic æqualis, aut fimilis filio, quòd dicatur ei æquatus, aut affimilatus, hoc autem non effet fi vniformiter effent in vtroque, ergo &c.

5. Quintò fic, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus identitate dicuntur idem in numero fingulari. Non dicuntur autem fimilitudine, & æqualitate, nifi fimiles, & æquales in plu-

plu-

plurali, quod non esset si vniformiter identitas cum æqualitate, & similitudine essent in Deo, ergo &c.

ad fin. 6. Sextò sic. Hilar. dicit 3. libro de Trinit. *Deo simile esse aliquid quod ex ipso non fuerit non potest*, sed ex Deo filio, aut ex Deo Spiritu Sãcto non est Deus pater, nec ex Deo Spiritu Sancto est Deus filius, ergo Deo filio, aut Deo Spiritui Sancto non est similis Deus pater, nec Deo Spiritui Sancto est similis Deus filius, & tamen Deo patri sunt similes, Deus filius, & Deus Spiritus Sanctus, & Deo filio est similis Deus Spiritus Sanctus, quia ex patre sunt filius & Spiritus Sanctus, & ex filio est Spiritus Sanctus, ergo &c.

7. Septimò sic, sicut fundamenta relationum se habent ad diuinas personas, sic & relationes fundatæ in illis, sed fundamenta non se habent vniformiter ad personas diuinas, quia sunt in patre ex se, in filio autem à patre, in Spiritu Sancto à patre, & filio, ergo &c.

8. Contra in quibus vniformiter sunt fundamenta, & fundata in illis, fundamenta dictarum relationum omnino vniformiter sunt in illis, quia sunt penitus vnum in illis, ergo, & dictæ relationes in illis fundatæ.

9. Item relationes illæ sunt æquiparantię, quod non esset, nisi vniformiter essent in illis, ergo &c.

10. Dico, quod quælibet diuinarum personarum dupliciter potest considerari. Vno modo in se. Alio modo in habitudine ad alias. Et secundum hoc duplicem intellectum potest habere quæstio. Vnum, vtrum tria genera relationum communium vniformiter se habeant ad singulas diuinas personas secundum se. Alium, vtrum vniformiter se habeãt ad singulam personarum in habitudine ad alteram.

11. Si primo modo, dico, quod non vniformiter se habent ad singulas personas, quia secundum primum modum identitatis quęlibet diuinarum personarum dicitur eadem sibi, nulla tamen earum dicitur æqualis aut similis sibi, vt expositum est supra quæstione secunda articuli præcedentis. a. 67. q. 2. n. 7. 19.

12. Si secundo modo, qui proprie pertinet ad quæstionem præsentem. Dico, quod relationes illæ vno modo possunt considerari, vt sunt in radice sui fundamenti. Alio modo vt sunt in forma propria.

13. Et adhuc primo istorum modorum nõ vniformiter se habent ad personas diuinas, quia fundamentum earum in patre habet esse ex se, in filio autem à patre, in Spiritu Sancto vero à patre, & filio, prout tactum est iam in septimo argumento, & expositum supra in dissolutione secundæ rationis quæstionis tertiæ articuli præcedentis ad confirmationem ex dictis beati Hilarij. n. 7. a. 67. q. 3 n. 37.

14. Secundò autem modo proprie intelligitur quæstio. Quærit enim non solum, an identitas sit in tribus personis diuinis vniformiter æqualitati, & similitudini, sed etiam an singulæ relationum illarum vniformiter se habeant ad singulas personas diuinas, puta identitas ad patrem, & filium, & Spiritum Sanctum, & sic de æqualitate, & similitudine. Et dico, quod vtroque modo vniformiter habent esse in tribus personis, & hoc comparando singularum relationum genera singulis personis diuinis, & secundum se consideratis, & adinuicem comparatis.

15. Comparando enim genera singularum relationum singulis diuinis personis secundũ se, vt habent esse in suis fundamentis sicut in radice, bene dicitur ex parte substantiæ hic pater, hic filius, hic Spiritus Sanctus. & ex parte quantitatis, quantus pater, quantus filius, quãtus Spiritus Sanctus, & etiam ex parte qualitatis, qualis pater, qualis filius, qualis Spiritus Sanctus. Similiter comparatis diuinis personis inter se ex parte fundamentorum, bene dicitur, quod pater, hoc filius, hoc Spiritus Sãctus, & è conuerso, quod vnus, hoc duo, hoc tres, & è conuerso, & hoc ex parte fundamenti quod est substantia. Similiter quantus pater, tantus filius, tantus Spiritus Sanctus, & è conuerso, quantus vnus tanti duo, tanti tres, & è conuerso, & hoc ex parte fundamenti, quod est quantitas. Similiter qualis pater, talis filius, talis Spiritus Sanctus, & è conuerso, qualis vnus, tales duo, tales tres, & è conuerso, & hoc ex parte fundamenti, quod est qualitas.

16. Similiter comparando genera singularum relationum singulis personis consideratis secundum se, vt illa habent esse in forma relationis, bene dicitur. Idem pater, idem filius, idem Spiritus Sanctus, æqualis pater, æqualis filius, æqualis Spiritus Sanctus. Similis pater, similis filius, similis Spiritus Sanctus. Similiter comparatis diuinis personis inter se, bene dicitur, idem pater, filio, & Spiritui Sancto, idem filius patri, & Spiritui Sancto, idem Spiritus Sanctus patri, & filio, & similiter æqualis, & similis. Similiter bene dicitur personis tantum comparatis cum singulis relationibus, sicut idem pater, sic idem filius, sic idẽ Spiritus Sanctus, & è conuerso, sic & de ęquali, & de simili, quantum idem pater, tantum idem filius, tantum idem Spiritus Sanctus, & è conuerso. Similiter bene dicitur comparatis, & personis inter se, & relationibus inter se, sicut idem æqualis, & similis est pater filio, & Spiritui Sancto, & filius Spiritui Sancto, sic è conuerso. Et quantum idem æqualis, & simi-

milis est pater filio, & filius Spiritui Sancto, tantum è conuerso.

17. Rationes ad vtramque partem adductę indigent responsionibus.

n.7. 18. Quod ergo in argumento primo dicitur, quod in filio est æqualitas, dico, quod si illud dixisset Augustinus per proprietatem, tunc procederet argumentum, probando videlicet, quod æqualitas non esset vniformiter in patre, aut Spiritu Sancto, & in filio, quia non esset omnino in patre, aut Spiritu Sancto, sed in solo filio. Nunc autem non dixit illud nisi per quandam appropriationem, propter conuenientiam enim æqualitatis, quæ est cōmunis relatio ad proprium filij, filio attribuit æqualitatem, non propter aliquid quo aliter, aut verius conueniat filio, quam alijs personis diuinis. Quia enim pater prima persona est, vnitas autem principium, & primum in numeris, ideo in personis diuinis, patri appropriatur vnitas. Solet enim vnum quia est principium in numeris, poni pro primo, secundū
A.ai. illud Mat. 16. *Et valde mane vna sabbatorum veniunt ad monumentum*. Vna idest prima, quę secundum Christianos est dies dñica, Vnitas autem primo est in substantia, ad quam per se
a.67.q.3 n.35. sequitur identitas. Idcirco ergo per hoc, quod dicit, *In patre vnitas*, intendit patri appropriari identitatem. Quia autem filius in diuinis secunda persona, in qua primo habetur dualitas, dualitas autem per se, & prima est in quantitate numerali, ad quam per se sequitur
ibid. æqualitas, idcirco æqualitatem appropriat filio. Et potuisset etiam appropriando dixisse in filio dualitas, sicut dixit in patre vnitas, & per dualitatem intellexisse æqualitatem, sicut
ib.q.2.n. n.19. per vnitatem intellexit identitatem, quæ bene est alicuius ad seipsum, æqualitas autem non est nisi ad alterum. Quia autem Spiritus Sanctus nexus est patris, & filij, vt habitum est su-
a.61.q.4 n.7. pra loquendo de proprietatibus Spiritus Sancti, & concordia nectit solent diuersa, & distincta, ideo Spiritui Sancto appropriatur concordia, concordia autem sequitur similitudinem, similitudo autem concors est, vt infra decla-
a.72.q.2. & seq. rabitur loquendo specialiter de similitudine, Idcirco ergo nomine concordiæ intellexit Augustinus Spiritui Sancto appropriari similitudinem, vt secundum hoc dicta appropriatio Augusl. respiciat tria genera relationum communium, & sic non propter aliquam prerogatiuam æqualitatis, aut difformitatem eius in filio, & alijs personis, sed propter solam appropriationem dixit Augusl. *æqualitas in filio*.

n.2. 19. Ad secundum, quod secundum Augustinum ad imaginem, quę propria est filio pertinet æqualitas, ergo &c. Dico, quòd licet loquendo de æqualitate, quæ ad imaginem pertinet, & propria est filio, sicut imago, bene procedit argumentum, de hoc tamen nihil ad æqualitatem, quæ est relatio communis, de qua est sermo, quia æquiuocatur æqualitas.

20. Ad cuius intellectum, & ad maiorem expositionem eorum, quæ circa imaginem supposita sunt in præcedentibus. Sciendum, quod secundum superius exposita, filius quia a.69.q.4 n.11.
principaliter per modum naturæ, & secundū a.60.q.1.
principaliorem modum naturæ procedit, cu- n.40.41.
ius est simile ex simili producere, & productū sup.q.1.
assimilare producenti, ideirco similitudo non n.10.
tam appropriata, quam propria est filio, & est in ipso secundum qualitatem, quæ consistit in quantitate perfectionali, siue virtuali, quam in se habet, sicut quælibet res naturalis, & hoc cōmensurantem secundum æqualitatem illi, cuius est similitudo.

21. Similitudo autem procedens à natura assimilante si est coæquata secundum quantitatem illi à quo existit, imago est. Ad imaginis enim rationem non nisi tria concurrunt, scilicet, quod sit ab altero expressa, & secundū quantitatem illi commensurata, & secundum qualitatem conformata. Vnde si remoues esse ab altero, quantumcunque sit ęquale aliquid & simile alteri non est illius imago, dicente Hilar. lib. de Syn. *Neque quisque ipse sibi imago, sed eum cuius imago est, necesse est vt imago demōstret*, & lib. 3. de Trinit. dicit. *Imago sola non est*. Quantumcunque etiam sit ab altero, & simile ei, sic quod sit similitudo illius, si tamen non sit illi commensuratum non est eius imago perfecta, Quia vt dicit Augustinus 6. de Trinitate cap. 10. *imago si perfectè implet illud* 10.5.
cuius est imago, ipsa coæquatur ei. Quantumcunque etiam sit ab altero, & illi commēsuratum, si non sit conformatum, & simile illi, non est eius imago, dicente Augusl. 83. q. q. 51. *Om-* 10.4.
nis imago similis est, quamuis non omne simile sit imago. Vnde illa tria simul explicat Hilar. de Syn. dicens. *Imago est rei ad rem coæquata, & discreta similitudo*. Et tunc commensuratio secundum quantitatem, & conformatio secundum qualitatem ab intra integrantes essentiā imaginis, ab alio autem esse, est ordo quiddam ipsius. Et comprehendit illa duo Hilar. sub nomine speciei quando dicit, *speciem esse in imagine*, & quando dicit in lib. de Syn. *Imago est eius ad quem imaginatur species indifferens*. Vnde August. exponendo quid appellauit nomine speciei, dicit vbi supra. *In imagine spe-* lib. 6. de
ciem appellauit credo propter pulchritudinem, vbi Tr. c. 10.
est prima æqualitas, & prima similitudo, nulla in re differens, & nulla ex parte dissimilis, sed ad identitatem respondens ei cuius est imago.

22. Et apparent dicta tria clarius in imagine corporali, quę continet in se similitudinem fundatam in qualitate existente in quantitate, quæ

quæ dicitur forma, vel existens figura, continet etiam in se quantitatem commensuratam illi quantitati cuius est imago. In imagine enim corporali oportet, quod totum corpus eius secundum superficiem, & lineamenta sit æquale corpori eius, cuius est imago, & hoc secundum quātitatem est. Oportet etiam, quod sit eadem forma superficiei secundum concauum, & conuexum, siue secundum depressum, & eleuatum, & eadem figura lineamentorum circa superficiem, & hoc secundum qualitatē in quantitate. Quæ etsi adsunt, tamen si id in quo sunt non sit ad alterius imitationem productum, siue ab illo siue ab alio, non dicitur esse eius imago quantumcunque sit illi simile, & æquale similitudine, & æqualitate quę sunt relationes communes. Similiter si sit ad alterius imitationem productum, & non sit simile, aut ęquale, non est imago, aut si in aliquo deficiat a similitudine, aut æqualitate non est perfecta imago. Vlterius etiam si sit omnino æquale, aut simile, & ad alterius imitationem productum ab alio, aut etiam ab eodem, sed non materialiter, secundum quod imaginarius in ligno facit imaginem sui, ex modo productionis non dicitur similitudo eius, cuius est imago, quia solius naturæ ex modo productionis suæ est sibi in natura sua productum assimilare, & tunc solummodo quando productum est simile producenti in natura sua, sicut est proles parenti, dicitur similitudo illius, & eadem ratione æqualitas, quoniam similitudo substantialis, & æqualitas perfectionalis semper vniformiter sese consequuntur, vt habitū
q. 64. q. 1. est supra. Propter quod dicit Augustinus 6. de Trinitate cap. 10. de filio. *In ipso est prima æqualitas, & prima similitudo*. Prima dicit ad differentiam secundæ, quia hæc æqualitas, & similitudo ad proprietatem pertinet, quæ est constitutiua personæ filij. Aequalitas autem, & similitudo communes consequuntur tres personas constitutas, quæ idcirco æqualitas secunda, & similitudo secunda dici possunt.

23. Sed ista similitudo, & ista æqualitas propter identitatem numeralem naturæ in parente, & prole in diuinis dicitur nulla in re dissidens, quia est æqualitas, & nulla ex parte dissimilis, quia est similitudo, & ad identitatē tantum illius est imago, quia est eiusdem naturæ singularis in illo. Sed in creaturis propter diuersitatem naturæ numeralem imago in prole in multo dissidens est, & dissimilis, & ad diuersitatem illius cuius est imago. Et quia talis similitudo, & æqualitas est in producto ex modo productionis naturalis, igitur sunt relationes proprię in solo producto, & nō sunt relationes cōmunes producēti, & pducto, sed pprie pducto, quibus ad omnimodā ęqualitatē, & conformitatem producens sibi productum commensurat. Propter quod relatio imaginis ad rationem mensurati, & mensuræ pertinet, quamuis mensura in diuinis non sit mensura secundum gradum determinatum, sed secundum immensitatem solum. Quæ immensitas licet in se sit verissime positiuum quid, tamen respectu intelligentiæ nostræ a negatione mensuræ gradualis imponitur. Vt enim dicit Ricardus 2. de Trinitate cap. 6. *Immensum dicitur quod nulla mensura comprehenditur*, ibidem. *Immensum dicitur, quod nulli mensuræ æquale, vel æquabile inuenitur*. Et ideo sicut genitum, & ingenitum eandem relationem important licet differenter secundum affirmationem, & negationem, secundum Augustinū de Trinitate 5. cap. 7. sic eandem relationem important mensum, & immensum, siue actiue, siue passiue dicantur. Mensum enim siue mēsuratum non est proprie nisi finitum, neque similiter mensura nisi finiti mensurati, siue ipsa mensura sit finita, siue infinita. Immensum autem siue actiue sumatur, siue passiue, semper infinitum est, & non nisi infiniti. Et ideo dicitur imago relatione reali sicut mensuratum ad imaginatum, siue in diuinis, siue in creaturis, & è conuerso imaginatum inquantum huiusmodi, relatione tantum secundum rationem ad imaginem, quia scilicet imago dicitur ad ipsum, quanquam secundum rationem, qua imago est naturaliter producta ab imaginato, est inter ipsos relatio realis in vtroque pertinens ad primum genus relationis, quod est in actiuis, & passiuis.

24. Quod ergo dicitur in argumento: æqualitas pertinet ad imaginem, &c. Dico, n. 2.
quod verum est de æqualitate propria, de qua procedit argumentum, & quæ pertinet ad secundum genus relationis. Non est autem verum de æqualitate pertinente ad tertium genus relationis, de qua est hic sermo, & sic argumentum hoc procedit in æquiuoco, sicut & argumentum pręcedens.

25. Ad tertium secundum Dionysium, n. 3.
quòd in causis, & causatis non recipimus conuersionem similitudinis, & æqualitatis. Dico in principio, quòd ratio ista duplicem potest habere intellectum. Vnum scilicet quod non recipimus conuersionem æqualitatis, & similitudinis inter relata vt semper, & mutuo, & vniformiter modo denominentur ab æqualitate, & modo a similitudine. Alium scilicet quòd non recipimus conuersionem æqualitatis, & similitudinis inter se, vt semper vniformiter consequuntur sese ęqualitas, & similitudo secundum tres modos tactos in prima quę- q. 1. n. 3.
stione huius articuli. Respondendum est ergo primo secundum primum intellectum: deinde secundum alium.

26. Dico ergo prosequendo primum intelle-

tellectum distinguendo quinque distinctionibus principalibus, quod duplex est conuersio in relatiuis. Quædam proprie dicta, quæ est conuersio secundum idem nomen omnino, & secundum idem nominis significatum, quæ fit & contingit solummodo in relatiuis relatione communi scilicet identitatis, æqualitatis, & similitudinis, vbi vtrumque eorundem, æqualium, & similium mutuo dicitur idem, æquale, & simile alteri. Quædam vero alia est conuersio in relatiuis communiter dicta, quę nec est secundum idem nomen penitus, nec secundum idem nominis significatum, quæ contingit in primis duobus generibus relationum. In primo enim genere vnius relationis nomen imponitur ab actione, & alterius à passione, & in secundo vnius nomen imponitur a ratione mensurati, & alterius à ratione mensuræ. Et sumendo communiter conuersionem ad vtrumque modum conuersionis, in omnibus relatiuis secundum tria genera relationum, & secundum omnes modos illorum recipimus conuersionem, & hoc tam in diuinis, quam in creaturis, prout dicit Philosophus in prædicamentis, *Omnia relatiua ad conuertentiam dicuntur*, accipiendo scilicet
c.5.10.1.
conuertentiam pro conuersione dicta communiter ad vtrumque dictorum modorum, & hoc siue secundum eosdem casus, siue sint diuersos. Dicitur enim calefactũ a calefaciẽte calefactũ, & calefaciẽs calefactũ calefaciens, & similiter pater filij pater, & filius patris filius, & hoc secundum primum genus relationis. Dicitur etiam mensuratum mensura mensuratum, & mensura mensurati mensura, & similiter dicimus imago imaginati imago, & imaginatum imagini imaginatum, & hoc penes secundum genus relationis. Dicimus etiam idem eidẽ idem, æquale æquali æquale, simile simili simile, & hoc secundum tertium genus relationis.

27. Loquendo autem de conuersione primo modo, scilicet proprie dicta, distinguendum est de causa, & causato, quia accipiuntur aliquando proprie, prout causa describitur, quod est id ad cuius esse sequitur aliud, & semper differunt re absoluta causa, & causatum. Aliquando autem accipiuntur communiter pro principio, & principiato, prout in diuinis Damasc. accipit causam pro principio, & causatum pro principiato, vt tangitur in argumento.

28. Et secundo modo sumendo causam, & causatum, distinguendum est de æqualitate, & similitudine, prout pertinent ad imaginem & ad secundum genus relationis, & prout pertinent ad tertium genus, scilicet relationũ communium. Secundum enim quod pertinent ad secundum genus, non recipimus in ipsis conuersionem, quæ est primo modo scilicet secundum idem nomen, & idem nominis significatum. Non enim sicut dicitur æquale æquali æquale, aut simile simili simile, sic dicitur imago imagini imago, nec vniuersaliter mensuratum mensurati mensuratum. Recipimus tamen in ipsis conuersionem secundo modo scilicet secundum aliud nomen, & aliud nominis significatum in ipsis relationibus, vt dictum est iam. Secundum vero quod n.16.
pertinent ad tertium genus relationis, bene recipimus conuersionem in ipsis, & in diuinis ibid.
& in creaturis, sicut dictum est.

29. Sumendo causam, & causatum primo modo scilicet proprie, distinguendum est de productione causati à causa. Aut enim est vniuoca, & naturalis scilicet secundum eandem naturam in causa, & causato, & æqualem in forma, & specie in ambobus. Aut est ęquiuoca, & secundum aliam, & aliam naturam in eisdem, & inæqualem in forma, & specie, quæ plena, & perfecta, & secundum veritatem est in vno eorum, in altero autem per imitationẽ, & participationem quandam.

30. Si primo modo, aut ergo nomen æqualitatis, & similitudinis imponitur principaliter a relatione, aut imponitur principaliter ab actione, aut passione, quibus natura communicatur, ad quam sequitur relatio. Primo modo imponuntur hæc nomina æqualitas, & similitudo, siue æquale, & simile. Secundo modo imponuntur hæc nomina æquans æquatum, similans similatum.

31. Et primo modo bene adhuc recipimus conuersionem proprie dictam in æqualitatis, & similitudinis in relatiuis tam in diuinis, quam in creaturis. Sicut enim propter naturæ vnitatem vnum eorum æquale, aut simile est alteri, sic & è conuerso, vt Petrus Paulo secundũ humanitatem, & pater filio secundum deitatem. Secundo autem modo in causis, & causatis non recipimus conuersionem proprie dictam secundum æqualitatem, & similitudinẽ, neque in diuinis, neque in creaturis, vt procedit quartum argumentum. Non enim sicut n.4.
dicimus causatum æquatum causæ, aut similatum, sic dicimus e conuerso causam ęquatam, aut similatam causato. Aequari enim, & similari super esse æquale, aut simile ponit quẽdam accessum ad vnitatem perfectam in quãtitate, & qualitate, & per hoc ad æqualitatem, & similitudinem, & æquatum, & similatum esse ponit acceptionem æqualitatis, & similitudinis super esse simile, & æquale, a quo nomen eius principaliter imponitur. Quæ scilicet accessus, & acceptio, non ponunt aliquid in causa, sed in causato tantum.

32. Propter quod licet accepta æqualitate, aut similitudine in causato a causa ambo dicũtur

tur

tur æqualia, & similia, causatum tamen tantum dicitur æquatum, & similatum, non autẽ causa, sed ipsa causa potius dicitur æquans, & similans. Et sic recipimus conuersionem inter causam, & causatum æqualitatis, & similitudinis secundo modo conuersionis, & vniuersaliter inter relatiua primo genere relationis, quod consistit in actiuis, & passiuis. Sicut enim dicuntur inter se calefaciens, & calefactum, sic æquans, & æquatum, similans, & similatum, præter hoc, quòd calefactum non dicitur nisi ad calefacientem, æquatum autẽ, & similatum non solum dicuntur ad æquantem, & similantem, qui scilicet causat æqualitatem, & similitudinem in alio, sed etiam ad illud secundum quod æquatur, & similatur. Est enim æquatum, aut similatum id, quod accipit formam æqualitatis, aut similitudinis ab alio, & hoc ad imitationem alterius, siue illud alterum fuerit ipsum æquans, aut similans, siue aliquid aliud. Vnde si quis ad imaginem primò factam aliam faceret æqualem, & similem illi, & ad illius imitationem, secunda diceretur adæquata, & assimilata primę, & non è conuerso. Et hoc penes secundum genus relationis, quod consistit in commensurationibus, licet mutuo vtraque diceretur esse similis, aut æqualis alteri secũdum tertium genus relationis, & æquatum, & similatum diceretur relatiuè ad ęquantem, & similantem secundum primum genus relationis. Vnde si aliquis sit æquans, & similans aliquid ad imitationem suipsius, tunc æquatum, & assimilatum inquantum huiusmodi referuntur ad æquantem, & similantẽ, inquantum est æquans, & similans primo genere relationis. Inquantum vero ad imitationem eius æquatur, & similatur, referuntur ad eundem secundo genere relationis. Inquantum vero æquatum, & similatum facta sunt ęqualia, & similia referuntur ad eundem conuersum tertio genere relationis.

33. Et hoc vniformiter in diuinis, & in creaturis, præter hoc, quod in creaturis fit adæquatum, & similatum accessu ad vnitatem quantitatis, & qualitatis per motum alterationis, aut augmenti, & diminutionis. Qui motus per se fit in quantitatem, aut qualitatem, & per accidens in relationem æqualitatis, & similitudinis. Et cum fit in quantitatem, aut qualitatem, dicitur augmenti, & diminutionis, aut alterationis, cum vero fit in relationem, dicitur æquationis, aut similationis, licet sit vnus, & idem secundum rem. In diuinis autem fit assimilatum, vel æquatũ non accessu ad vnitatem quantitatis, aut qualitatis per aliquem motum medium inter producentem, & productum, qui dicitur actio, vt est ab agente, & producente, & passio, vt recipitur in passum, & productum, sicut hoc contingit in creaturis, in quibus non solum est habitudo inter producentem, & productum, sed etiam inter vtrumque eorum, & motum medium, inquãtum habet esse à producente, & recipi in subiectum, de quo productum producitur mediante motu. In diuinis autem ablato motu omnino aufertur omnis habitudo ad motum, in quo consistit realiter actionis substantia, atque passionis, & remanet tantummodo de ratione actionis, & passionis habitudo inter producentem, & productum secundum duos terminos scilicet à quo, & qui ab. Vt in diuinis non sit aliud æquatio, & similatio, quã acceptio à producente in productum, absque omni successiua accessione eiusdem quantitatis, & qualitatis, ad quę sequitur in eis ęqualitas, & similitudo, & productum similatum producenti, & non è conuerso.

34. Si autem productio causati à causa fit æquiuoca secundum aliam, & aliam naturã inæqualem forma, & specie in producente, & producto, quę perfecte, & per essentiam est in producente, & per quandam participationem in producto, vt contingit in homine vero producente, & in homine picto; in talibus productum dicitur simile, & similatum illi ad cuius imitationem productum est, & non è conuerso. Vnde in talibus causis, & causatis nequaquam recipimus conuersionem similitudinis, sicut neque æqualitatis, dicente Augustino 6. de Trinit. vt supra. *Imago si perfecte implet id cuius est imago, ipsa coæquatur ei, non illud imagini suæ.* Et sumit ibi coæquari non pro æqualitate mutua, sed pro adæquari, & hoc siue idem fuerit producens, & ad cuius imitationem producitur, siue aliud, & aliud. Sed ad producentem inquantum est producens refertur sicut productum primo genere relationis, & hoc secundum rationem causæ agentis, ad id vero quod imitatur inquantum huiusmodi, secundo genere, & secundum rationem causæ formalis exemplaris, per quem modum quælibet creatura refertur ad Deum inquantum est imago, aut vestigium illius, & hoc non per aliquam æqualitatem, quæ nulla potest esse in talibus, sed solummodo per quandam longinquam similitudinem, vt expositum est in fine secundæ quæstionis præcedentis articuli.

c.10.10. n.21.

a.61. q.2. n.21. a.66. q.2. n.20. a.67. q.2. nu. 20. & seq.

35. Sic ergo ad dictam conuersionem differenter se habent similitudo, æqualitas, & æquatio, aut similatio, quia in aliquibus recipimus conuersionem similitudinis, scilicet quando est secundum eandem formam naturæ, & in aliquibus non, scilicet quando est secundum formam participatam tantum. In omnibus autem recipimus conuersionem

Tttttt æqua-

æqualitatis, & hoc quia non est nisi secundum eandem. In nullo autem recipimus conuersionem, quæ est secundum æquationem, & similationem, quia includit imitationem, & formæ receptionem per passionem, quæ non possunt esse in eo, quod imitatur, neque in eo à quo recipit, quia contraria essent in eodem, & esset idem causa, & causatum respectu eiusdem.

36. Prosequendo autem intellectum secundum dicti Dionysij. Dico vtendo distin- n.19. ctione secunda principali præposita. quod in causis, & causatis propriè acceptis nequaquã recipimus vniuersaliter conuersionem æqualitatis, & similitudinis, quia in creaturis in quibus propriè sunt causa, & causatum, loquendo de æqualitate, quantitate molis, & de similitudine, aliquando est æqualitas sine similitudine inter aliqua, & aliquando similitudo sine æqualitate, & aliquando non tanta est similitudo quanta est æqualitas. Et prima duo membra contingunt ex parte similitudinis secundum omnem modum qualitatis, & substantialis, & accidentalis. Vnde secundum quandam speciem qualitatis de qua minus apparet, figuræ angulares, scilicet triangulus, & quadrangulus dicuntur similes in habendo angulos, & latera proportionalia, sed dicuntur inæquales inæqualia spatia continendo inter latera, & è contra dicuntur dissimiles in habendo angulos, & latera non proportionalia, sed æquales æqualia spatia continendo. Vnde & in talibus potest fieri augmentum secundum quantitatem, absque alteratione secundum qualitatem, quia quadratum addito gnomone creuit, sed non alteratum est. Tertium autem membrum non contingit nisi ex parte similitudinis secundũ qualitatem recipientem magis, & minus. Propter quod secundum illam contingit esse similitudinem maiorem, & minorem, perfectam, scilicet, & imperfectam. Et perfecta ponit æqualitatem, imperfecta vero inæqualitatem. Quartum autem membrum est impossibile, quod scilicet non sit tanta æqualitas quanta est similitudo, si tamen sit æqualitas, quia æqualitas non recipit magis, & minus, sicut neque quantitas.

37. Similiter loquendo de æqualitate, quantitate perfectionis, seu virtutis, & similitudine, licet possit aliquando esse similitudo absque æqualitate, vt in qualitatibus accidentalibus recipientibus magis & minus, nũquam tamen potest esse æqualitas absque similitudine, secundum quamcunque qualitatem similitudo fuerit. Aeque enim calidum, & non æque calidum bene est simile. Vnde in talibus ista tria se habent per ordinem, similitudo, & æqualitas, & adæquatio, & vnũ eorum se habet ad alterum per additionem: Nam æquale præsupponit simile, & addit paritatem in qualitate. Similia enim sunt quæcunque participantia eãdem qualitatem specificam, etiam impariter, & inæqualiter, sed non sunt æqualia nisi pariter, & æqualiter participent illam. Adæquatio autem semper supponit æqualitatem super quamcunque quantitatem fuerit fundata, & addit productum esse ad imitationem alicuius. Non enim ex hoc quod aliquid est alteri æquale, est ei æquatum, nisi sit ad illius imitationem productum.

38. In causis, & causatis communiter acceptis scilicet in diuinis, tantummodo recipimus conuersionem æqualitatis, & similitudinis secundum vtrumque modum conuersionis in prima distinctione principali, dum n.26. tamen nomen æqualitatis, & similitudinis principaliter imponatur a relatione, vt dicit n.30. membrum primum quintæ distinctionis, & relatio æqualitatis, & similitudinis sit relatio communis, non autem propria filio pertinens ad imaginem, vt tactum est in tertia di- n.28. stinctione principali præcedente. Si enim nomen æqualitatis, aut similitudinis imponatur principaliter ab imitatione, vt dicitur æquatum, & similatum, aut pertinet ad imaginem, tunc in diuinis non recipitur conuersio, sicut nec in creaturis, vt dictum est. Cæterũ n.32. autem recipitur, & hoc quia in diuinis idem est fundamentum dictarum relationum in tribus personis, Ex illo enim sequitur etiam, quod vna persona mutua sit eadem, æqualis, & similis alteri secundum primum modum intelligendi dictum Dionysij, & quòd quælibet personarum quantum est eadem alteri tantum sit æqualis, & similis mutuo, & è cõuerso.

39. Breuiter ergo recolligendo iam dicta pertinentia ad dissolutionem tertiæ, & quar- n.34. tæ rationis simul: Dico, quòd in casibus quibus non recipimus conuersionem æqualitatis, aut similitudinis, neque secundum primũ intellectum dicti Beati Dionysij, neque penes secundum, vt quando est similitudo imitationis tantum in creaturis, aut nominis impositio est ab actu imitandi, aut relatio non est cõmunis pertinens ad tertium genus relationis sed potius ad secundum, siue in diuinis, siue in creaturis, aut quando est relatio communis quod contingit in creaturis tantum, non habent dictæ relationes vniformiter esse in relatis per ipsas, quia ipsa relatio est in vno eorũ tantum, non autem in alio. In casibus vero in quibus recipimus conuersionem æqualitatis, vt in creaturis, quando est relatio cõmunis significata principaliter nomine æqualitatis, & similitudinis, habent dictæ relatio-

nes

nes esse vniformiter in relatis per ipsas semper, secundũ primum intellectum dicti Dionysij, & quandoque secundum secundum, quandoque vero non. In diuinis vero quando est relatio communis significata nomine æqualitatis, & similitudinis principaliter, semper habent dictæ relationes esse in relatis per illas, & secundum primum intellectum, & secundum secundum. Et sic vniuersaliter quæcunque relationes vere communes sunt diuinis personis, omnino vniformiter habent esse in illis personis. Et quando conuersionem earum in illis recipimus, sic quod mutua relatione identitatis, æqualitatis, & similitudinis inter se referuntur, aut non sunt de tertio genere relationis communes relationes, sed sunt de primo genere, aut de secundo, aut non est impositio nominis principaliter a tali relatione, sed ab actu imitandi, secundum qđ hæc omnia patent ex iam dictis.

40. Et propter istam vniformitatem, & conuersionem mutuam dictarum relationum in personis diuinis, dicit August. 15. de Trin. cap. 14. (ib. 3.) *Pater genuit filium per omnia sibi similem, & æqualem*. Non autem dicit eundem, quia aliqua est identitas sui ad seipsum, quæ non est filij ad patrẽ, vt infra patebit. & supra (a 67. q. 2. n. 8.) tactum est in parte. Genuit autem pater filium sic per omnia sibi æqualem, & similem, atque eundem secundum modum identitatis, quæ in diuinis est personæ ad personam, quod nec est nec esse potest omnino vna illarũ alteri difformis in æqualitate, similitudine, & identitate. Et hoc quia sunt eædem, similes, & æquales propter vnam, & eandem numero quantitatem, qualitatem, & substantiam in tribus personis, absque susceptibilitate eius, quod est maius, & minus, & eius quod est magis, & minus. Et dato per impossibile, quod quantitas in diuinis augeretur, aut diminueretur, & similiter qualitas, aut substantia, cum tamen tres personę sint vna essentia, vna magnitudo, vna bonitas, vt dicit August. 6. de Trinit. cap. 2. semper singula diuinarum personarum alijs maneret æqualis, similis, & eadem qualitercunque fieret transmutatio secundum maius, aut minus, siue secundum magis, & minus, sic quod impossibile sit saltem secundum intellectum imaginari vnam alteri inęqualem, aut dissimilem in aliquo, aut nõ (ib. n. 12.) eandem secundo modo identitatis superius tacto. Propter quod etiam in diuinis non est ęquale priuatio eius, quod est maius, aut minus, nec simile priuatio eius, quod est magis, & minus, sicut sunt in creaturis propter priuationem annexam illis. Sed in diuinis sunt puræ positiones, siue affirmationes, quibus non sunt annexæ priuationes, hoc est possibilitates, aut habilitates ad contraria, sed negationes purę illorum.

41. Ad quintum, quod pater, & filius singulariter dicuntur idem, non autem singulariter dicuntur similis, aut æqualis, sed pluraliter tantum similes, aut æquales, ergo, &c. (n. 58.) Dico ad huius intellectum, quod quia secundum prædicta, identitas, æqualitas, aut similitudo, non causantur a substantia, quantitate, (q. 1. n. 4. a 65 q. 1.) & qualitate de proximo ratione substantiæ, quantitatis, & qualitatis inquantum huiusmodi, sed potius ratione vnius in quolibet illorum, & hoc non solummodo semel accepti, (ib. n. 22.) sed pluries secundum pluralitatem relatorum secundum illa, & hoc secundum rem, (ib. qu. 1. n 5.) vel secundum rationem. Idcirco in quolibet modo relationum communium dictarum relatio est alia, & alia, (q. 3. n. 6.) vel secundum rem, vel secundum rationem in diuersis relatis secundum illas, vt alia sit identitas patris siue in patre ad filium alia è conuerso filij, siue in filio ad patrem, & similiter qualitas alia, & similitudo alia. propter quod cum accipiuntur secundum se licet adiectiuè in prædicationibus necessario plurificantur secundum plurificationem suppositorum, & solum pluraliter prædicantur de relatis, cum tamen alia nomina, siue substantiua, siue adiectiua absoluta substantiæ, quantitatis, & qualitatis, & etiam relatiua ad extrinsecum, quæ ab vno, & eodẽ penitus, scilicet, & secundum rem, & secundum rationem, vt est in diuersis personis causantur, nequaquam in plurali prædicantur, etiam cum adiectiue accipiuntur secundum se. Vt ecclesia catholica profitendo fidem suã circa absoluta, siue substantiue siue adiectiuè accepta, quæ sunt nomina substantiæ, quantitatis, & qualitatis, dicit. Pater Deus est, filius Deus est, Spiritus Sanctus Deus est. Pater immensus est, Filius immensus est, Spiritus Sanctus immensus est. Pater bonus est, Filius bonus est, Spiritus Sanctus bonus est. Et tamen non tres Dij, sed vnus est Deus, sicut nec tres immensi, nec tres boni, sed vnus immensus, & vnus bonus. Et similiter circa relatiua ad extrinsecum, siue substantiuè, siue adiectiuè accepta dicit. Pater omnipotens est, Filius omnipotens est, Spiritus Sanctus omnipotens est, & tamen non tres omnipotentes, sed vnus omnipotens. Ita Pater Dominus est, Filius Dominus est, Spiritus Sanctus Dominus est, & tamen non tres domini, sed vnus est dominus. Similiter creator Pater est, creator Filius est, creator Spiritus Sãctus est, non tamen tres creatores, sed vnus creator. Et hoc licet illa, quę adiectiue significãtur cũ suppositis pluraliter expressis pluraliter prędicãtur de pluribus, dicẽdo Pater bonus est Filius bonus est, Spiritus Sãctus bonus est, & sunt tres bonæ personæ. Sed hoc non cõ-

æqualitatis,& hoc quia non est nisi secundum eandem. In nullo autem recipimus conuersionem, quæ est secundum æquationem, & similationem, quia includit imitationem, & formæ receptionem per passionem, quæ non possunt esse in eo, quod imitatur, neque in eo à quo recipit, quia contraria essent in eodem, & esset idem causa, & causatum respectu eiusdem.

36. Prosequendo autem intellectum secundum dicti Dionysij. Dico vtendo distin-
n.19. ctione secunda principali præposita. quod in causis, & causatis propriè acceptis nequaquā recipimus vniuersaliter conuersionem æqualitatis, & similitudinis, quia in creaturis in quibus propriè sunt causa, & causatum, loquendo de æqualitate, quantitate molis, & de similitudine, aliquando est æqualitas sine similitudine inter aliqua, & aliquando similitudo sine æqualitate, & aliquando non tanta est similitudo quanta est æqualitas. Et prima duo membra contingunt ex parte similitudinis secundum omnem modum qualitatis,& substantialis,& accidentalis. Vnde secundum quandam speciem qualitatis de qua minus apparet, figuræ angulares, scilicet triangulus, & quadrangulus dicuntur similes in habendo angulos, & latera proportionalia, sed dicuntur inæquales inæqualia spatia continendo inter latera, & è contra dicuntur dissimiles in habendo angulos, & latera non proportionalia, sed æquales æqualia spatia continendo. Vnde & in talibus potest fieri augmentum secundum quantitatem, absque alteratione secundum qualitatem, quia quadratum addito gnomone creuit, sed non alteratum est. Tertium autem membrum non contingit nisi ex parte similitudinis secundū qualitatem recipientem magis, & minus. Propter quod secundum illam contingit esse similitudinem maiorem, & minorem, perfectam, scilicet, & imperfectam. Et perfecta ponit æqualitatem, imperfecta vero inæqualitatem. Quartum autem membrum est impossibile, quod scilicet non sit tanta æqualitas quanta est similitudo, si tamen sit æqualitas, quia æqualitas non recipit magis, & minus, sicut neque quantitas.

37. Similiter loquendo de æqualitate, quantitate perfectionis, seu virtutis, & similitudine, licet possit aliquando esse similitudo absque æqualitate, vt in qualitatibus accidentalibus recipientibus magis & minus, nūquam tamen potest esse æqualitas absque similitudine, secundum quamcunque qualitatem similitudo fuerit. Aeque enim calidum, & non æque calidum bene est simile. Vnde in talibus ista tria se habent per ordinem, similitudo, & æqualitas, & adæquatio, & vnū eorum se habet ad alterum per additionem. Nam æquale præsupponit simile, & addit paritatem in qualitate. Similia enim sunt quæcunque participantia eādem qualitatem specificam, etiam impariter, & inæqualiter, sed non sunt æqualia nisi pariter, & æqualiter participent illam. Adæquatio autem semper supponit æqualitatem super quamcunq; quantitatem fuerit fundata, & addit productum esse ad imitationem alicuius. Non enim ex hoc quod aliquid est alteri æquale, est ei æquatum, nisi sit ad illius imitationem productum.

38. In causis, & causatis communiter acceptis scilicet in diuinis, tantummodo recipimus conuersionem æqualitatis,& similitudinis secundum vtrumque modum conuersio-
nis in prima distinctione principali, dum n. 26.
tamen nomen æqualitatis, & similitudinis
principaliter imponatur à relatione, vt dicit n. 30
membrum primum quintæ distinctionis, & relatio æqualitatis, & similitudinis sit relatio communis, non autem propria filio perti-
nens ad imaginem, vt tactum est in tertia di- n. 28
stinctione principali præcedente. Si enim nomen æqualitatis, aut similitudinis imponatur principaliter ab imitatione, vt dicitur æquatum, & similatum, aut pertinet ad imaginem, tunc in diuinis non recipitur conuersio,
sicut nec in creaturis, vt dictum est. Cæterū n. 31.
autem recipitur, & hoc quia in diuinis idem est fundamentum dictarum relationum in tribus personis, Ex illo enim sequitur etiam, quod vna persona mutua sit eadem, æqualis, & similis alteri secundum primum modum intelligendi dictum Dionysij, & quòd quælibet personarum quantum est eadem alteri tantum sit æqualis, & similia mutuo, & è cōuerso.

39. Breuiter ergo recolligendo iam dicta
pertinentia ad dissolutionem tertiæ, & quar- n. 3 4
tæ rationis simul: Dico, quòd in casibus quibus non recipimus conuersionem æqualitatis, aut similitudinis, neque secundum primū intellectum dicti Beati Dionysij, neque penes secundum, vt quando est similitudo imitationis tantum in creaturis, aut nominis impositio est ab actu imitandi, aut relatio non est cōmunis pertinens ad tertium genus relationis sed potius ad secundum, siue in diuinis, siue in creaturis, aut quando est relatio communis quod contingit in creaturis tantum, non habent dictæ relationes vniformiter esse in relatis per ipsas, quia ipsa relatio est in vno eorū tantum, non autem in alio. In casibus vero in quibus recipimus conuersionem æqualitatis, vt in creaturis, quando est relatio cōmunis significata principaliter nomine æqualitatis, & similitudinis, habent dictæ relatio-

nes esse vniformiter in relatis per ipsas semper, secundũ primum intellectum dicti Dionysij, & quandoque secundum secundum, quandoque vero non. In diuinis vero quando est relatio communis significata nomine æqualitatis, & similitudinis principaliter, semper habent dictæ relationes esse in relatis per illas, & secundum primum intellectum, & secundum secundum. Et sic vniuersaliter quæcunque relationes vere communes sunt diuinis personia, omnino vniformiter habent esse in illis personis. Et quando conuersionem earum in illis recipimus, sic quod mutua relatione identitatis, æqualitatis, & similitudinis inter se referuntur, aut non sunt de tertio genere relationis communes relationes, sed sunt de primo genere, aut de secundo, aut non est impositio nominis principaliter à tali relatione, sed ab actu imitandi, secundum q̃d hæc omnia patent ea iam dictis.

40. Et propter istam vniformitatem, & conuersionem mutuam dictarum relationum in personis diuinis, dicit August. 15. de Trin.
ib. 3. cap. 14. *Pater genuit filium per omnia sibi similem, & æqualem*. Non autem dicit eundem, quia aliqua est identitas sui ad seipsum, quæ non est filij ad patrẽ, vt infra patebit. & supra
a. 67. q. 2. n. 9. tactum est in parte. Genuit autem pater filium sic per omnia sibi æqualem, & similem, atque eundem secundum modum identitatis, quæ in diuinis est personæ ad personam, quod nec est nec esse potest omnino vna illarũ alteri difformis in æqualitate, similitudine, & identitate. Et hoc quia sunt eædem, similes, & æquales propter vnam, & eandem numero quantitatem, qualitatem, & substantiam in tribus personis, absque susceptibilitate eius, quod est maius, & minus, & eius quod est magis, & minus. Et dato per impossibile, quod quantitas in diuinis augeretur, aut diminueretur, & similiter qualitas, aut substantia, cum tamen tres personę sint vna essentia, vna magnitudo, vna bonitas, vt dicit August. 6. de Trinit. cap. 2. semper singula diuinarum personarum alijs maneret æqualis, similis, & eadem qualitercunque fieret transmutatio secundum maius, aut minus, siue secundum magis, & minus, sic quod impossibile sit saltem secundum intellectum imaginari vnam alteri inęqualem, aut dissimilem in aliquo, aut nõ
ib. n. 12. eandem secundo modo identitatis superius tacto. Propter quod etiam in diuinis non est ęquale priuatio eius, quod est maius, aut minus, nec simile priuatio eius, quod est magis, & minus, sicut sunt in creaturis propter priuationem annexam illis. Sed in diuinis sunt puræ positiones, siue affirmationes, quibus non sunt annexæ priuationes, hoc est possibilitates, aut habilitates ad contraria, sed negationes purę illorum:

41. Ad quintum, quod pater, & filius singulariter dicuntur idem, non autem singula- n. 51
liter dicuntur similis, aut æqualis, sed pluraliter tantum similes, aut æquales, ergo, &c. Dico ad huius intellectum, quod quia secundum prædicta, identitas, æqualitas, aut simi- q. 1. n. 4.
litudo, non causantur a substantia, quantita- a. 65 q. 8.
te, & qualitate de proximo ratione substantiæ, quantitatis, & qualitatis inquantum huiusmodi, sed potius ratione vnius in quolibet illorum, & hoc non solummodo semel acce- ib. n. 82.
pti, sed pluries secundum pluralitatem relatorum secundum illa, & hoc secundum rem, ib. qu. 2.
vel secundum rationem. Idcirco in quolibet n. 5.
modo relationum communium dictarum re- q. 3. n. 6.
latio est alia, & alia, vel secundum rem, vel secundum rationem in diuersis relatis secundum illas, vt alia sit identitas patris siue in patre ad filium alia è conuerso filij, siue in filio ad patrem, & similiter qualitas alia, & similitudo alia. propter quod cum accipiuntur secundum se licet adiectiuè in prædicationibus necessario plurificantur secundum plurificationem suppositorum, & solum pluraliter prædicantur de relatis, cum tamen alia nomina, siue substantiua, siue adiectiua absoluta substantiæ, quantitatis, & qualitatis, & etiam relatiua ad extrinsecum, quæ ab vno, & eodẽ penitus, scilicet, & secundum rem, & secundum rationem, vt est in diuersis personis causantur, nequaquam in plurali prædicantur, etiam cum adiectiue accipiuntur secundum se. Vt ecclesia catholica profitendo fidem suã circa absoluta, siue substantiue siue adiectiuẽ accepta, quæ sunt nomina substantiæ, quantitatis, & qualitatis, dicit. Pater Deus est, filius Deus est, Spiritus Sanctus Deus est. Pater immensus est, Filius immensus est, Spiritus Sanctus immensus est. Pater bonus est, Filius bonus est, Spiritur Sanctus bonus est. Et tamen non tres Dij, sed vnus est Deus, sicut nec tres immensi, nec tres boni, sed vnus immensus, & vnus bonus. Et similiter circa relatiua ad extrinsecum, siue substantiuè, siue adiectiuè accepta dicit. Pater omnipotens est, Filius omnipotens est, Spiritus Sanctus omnipotens est, & tamen non tres omnipotentes, sed vnus omnipotens. Ita Pater Dominus est, Filius Dominus est, Spiritus Sanctus Dominus est, & tamen non tres domini, sed vnus est dominus. Similiter creator Pater est, creator Filius est, creator Spiritus Sãctus est, non tamen tres creatores, sed vnus creator. Et hoc licet illa, quę adiectiue significãtur cũ suppositis pluraliter expressis pluraliter prędicãtur de pluribus, dicẽdo Pater bonus est Filius bonus est, Spiritus Sãctus bonus est, & sunt tres bonæ personæ. Sed hoc non cõ-

fingitur propter aliquam pluriſicationem circa rem ſignificatam, vel re, vel ratione, ſed ſolummodo propter modum ſignificandi adiectiuè, qui requirit, quod adiectiuum conformetur ſuo ſubſtantiuo in genere, numero, & caſu. Sed circa nomina relatiua ratione cōmuni adiectiue accepta dicit, Idem Pater ſibi eſt, & Filio, & Spiritui Sancto. Idem Filius ſibi eſt, & Patri, & Spiritui Sancto. Idem Spiritus Sanctus ſibi eſt, & Filio, & Patri, & hoc ſecundum diuerſos modos identitatis, & tamē non vnus idē, ſed tres idē ſunt. Similiter æqualis Pater eſt Filio, & Spiritui Sācto, æqualis Filius eſt Patri, & Spiritui Sācto, æqualis Spiritus Sāctus eſt Patri, & filio, & tamē nō vnus æqualis, ſed tres æquales ſunt. Similis eſt Pater Filio, & Spiritui Sancto, ſimilis eſt Filius Patri, & Spiritui Sancto, Spiritus Sanctus ſimilis eſt Patri, & Filio, & tamen non vnus ſimilis, ſed tres ſimiles. Et hoc propter identitatum, æqualitatum, & ſimilitudinum pluralitatem in relatis ſecundum rationem, ad diuerſitatem fundamentorum ſecundum rationem in illis. Et quemadmodum dicimus Pater ſpirator eſt, Filius ſpirator eſt, ſed tamē
a.54.q.6. non vnus ſpirator, ſed duo ſpiratores, & hoc
a.47.q.1. propter vim ſpiratiuam, quæ non eſt niſi vo-
& ſeq. luntas, vt eſt duorum, & ſic ſecundum ratio-
a.60.q.6. nem biſurcata, vt habitum eſt ſupra, & am-
n.6 7.
a.71.q.3. plius declarabitur infra.

a.8. 42. Quod ergo arguitur, quod tres perſonæ dicuntur idem ſingulariter, non autem ſimilis, aut æqualis, ergo, &c. Dico, quòd falſum eſt, immo ſicut non dicuntur ſingulariter ſimilis, aut æqualis, ſic nec idem. Et ſicut nō dicuntur, niſi pluraliter ſimiles, aut æquales, ſic nec iidem. Et ſicut ſingulariter dicuntur idem, ſic, & ſimile, & æquale, quia quodlibet eorum in neutro genere ſubſtantiuatum dicitur ſingulariter de tribus, & reſoluuntur idem, ſimile, & æquale neutraliter accepta, in adiectiuum maſculinè, & in ſubſtantiuum ſuum ſignificans eſſentiam, & ſupponens diuinas perſonas indefinitè dicendo, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus ſunt idem, æquale, & ſimile, Pater ille, puta Deus, qui eſt idem, æqualis, & ſimilis in diuerſis tamen perſonis, quia nihil eſt æquale, aut ſimile, aut idem ſibi
a.67.q.1. ſecundo modo identitatis, vt habitum eſt ſu-
a.6. pra. Vnde, quod tres perſonæ ſint idem maſculinè per vnum i, literam ſcriptum ſine expreſſione ſubſtantiui, non recipitur, ſicut non recipitur, quod ſunt æqualis, aut ſimilis, licet quodlibet eorum recipiatur ex preſſione ſubſtantiui, dicendo maſculinè, quod ſunt idem, æqualis, aut ſimilis Deus, ſicut dictum eſt. Et ſic recipitur, quòd ſunt idem neutraliter per vnum i, literam, ſicut, quod ſimiliter æquale, & ſimile. Sed eſt æquiuocatio in eo quod eſt idem ſingulariter ſcriptum per vnum i, ad maſculinum, & neutrum. nō ſic autem ex parte æqualis, & ſimilis. Vnde quòd tres perſonæ dicantur iidem in plurali maſculinè, ſicut, & æquales, & ſimiles, hoc non eſt niſi ſcribendo iidem per duo ii, literas, licet in prolatione modicum diſtet idem prolatum per vnum i, & per i i, duplex.

43. Et nota, quòd licet non bene dicatur Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus ſingulariter, & maſculinè ſunt idem, æqualis, & ſimilis, ſicut dictum eſt, & hoc quia ſingulum eorum, ſcilicet identitas, æqualitas, & ſimilitudo in tali prædicatione reſpicit tres perſonas, vt relata tria per ſingulum, in quæ neceſſario pluriſicantur ſaltem ſecundum rationē, ſecundum ſuperius determinata. Bene tamē a.4.q. dicitur ſingulariter, & maſculinè, quod pater eſt idem, æqualis, & ſimilis Filio, & Spiritui Sancto, & è conuerſo, eo quòd in tali prædicatione ſingulariter ſingula perſonas reſpiciunt, vt relata per illa, & vt in ſingulis fundatur ſuper rationē vnius in ſubſtantia, quātitate, aut qualitate ſemel accepti.

44. Si ergo iuxta primum intellectum dicti Dionyſij ſupra iua expoſitum omnino ſe habent ſingula genera relationum communium vniformiter ad ſingulas perſonas diuinas, quia vniformiter idem Pater, idem Filius, idem Spiritus Sanctus. Et hoc etiam ſibi quo ad primum modum identitatis, & cuilibet aliorum, quo ad ſecundum modum identitatis. Aequalis Pater, æqualis Filius, æqualis Spiritus Sanctus. Similis Pater, ſimilis Filius, ſimilis Spiritus Sanctus. Et hoc non ſibi, ſed cuilibet aliorum tantum. Et ſecundum hoc procedunt duo argumenta in oppoſitum. a.8. & n. 25. & ſeq.

45. Et ſimiliter iuxta ſecundum intellectū dicti Dionyſij, vniformiter ſe habent ſingulæ relationes trium generum ad tres perſonas, quia vniformiter idem Pater, æqualis Pater, ſimilis Pater, Idem Filius, æqualis Filius, ſimilis Filius. Idem Spiritus Sanctus, æqualis Spiritus Sanctus, ſimilis Spiritus Sanctus. Sed hoc non niſi cuilibet aliorum, & penes ſecundum modum identitatis, quia penes primum modum identitatis non vniformiter idem eſt Pater, & æqualis, & ſimilis. Et ſic de Filio, & Spiritu Sancto, quia ſecundum primum modum identitatis quilibet eorum ſibi ipſi eſt idem, ſed nullus eorum ſibiipſi eſt æqualis, aut ſimilis, vt patet ex prædeterminatis. a.4.

46. Ex quibus patet, quod non æqualiter quælibet hypoſtaſeon ſe habet ad alteram, & ad ſeipſam, nec vniformiter, ſed potius ſubſtantia, & quodlibet ſubſtantiale attributum exiſtens in quolibet ſuppoſitorum, æqualiter,

&

& vniformiter per identitatem se habet, siue refertur ad alterum, & ad seipsum, licet inter illa attributa sit differentia secundum rationem, & quo ad hoc differt secundum rationem identitatis cuiuslibet eorum ad alterum, & ad seipsum, & quo ad hoc non vniformiter se habet ad alterum, & ad seipsum,
q.3. & minus se habet ad alterum, quam ad seipsum, vt inferius amplius declarabitur.

47. Quod arguitur sexto ex illo dicto Hi-
q.6. larij. *Deo simile esse aliquid quod ex ipso non fuerit non potest.* Dico, quod dictum illud intelligitur de similitudine vera, & perfecta, qua creatura similis Deo esse non potest, quæ solummodo Deo similis esse potest quadam similitudine imaginaria imperfecta, vt tactũ
q.20. est articulo præcedente quæstione 2. in fine. Vnde, & dictum illud non intelligitur, nisi de illis, quæ habent esse a Deo, vt a principio productiuo comparatis per similitudinem ad Deum producentem. Ex quibus Deo, vt principio productiuo nihil simile esse potest vera similitudine, & perfecta, quod non fuerit ex ipso, vt ex cuius substantia sicut ex principio quasi materiali producatur, quemadmodum Filius producitur à Patre, & ex Patre, & Spiritus Sanctus à Patre, & Filio, & ex ipsis, quia in vnitate substantiæ singularis à Patre producitur, & à Patre, & Filio Spiritus Sanctus. Nunc autem sic producitur creatura à Deo trinitate, quod licet producatur ab illo, non tamen ex ipso in vnitate substantiæ singularis, sed in diuersitate maxima. Et ideo non producitur à Deo, vt simile vera, & perfecta similitudine, sed solummodo, vt simile imaginaria, & imperfecta similitudine,
ibid. vt expositum est supra. Ex eo autem, quod Deo producenti nihil est simile similitudine vera, & perfecta nisi dicto modo fuerit ex ipso, nequaquam sequitur seu excluditur, quin Deo producto, puta Filio, & Spiritu Sancto, simile possit esse dicto modo Deus producens vt Filio Deus Pater, & Spiritui Sancto Deus Pater, & Deus Filius.

q.9. 48. Quod verò arguitur septimò, & vltimò, quòd fundamenta tria trium relationũ communium non se habent vniformiter ad tres personas diuinas, quare nec ipsæ relationes. Dico, quòd verum est secundum iam
q.13. dicta pro vt habent esse in illis, vt in radice suorum fundamentorum existentium in illis. Sic enim identitas, æqualitas, & similitudo, quemadmodum secundum fundamenta in Patre habent esse ex se, in Filio autem, & Spiritu Sancto a Patre, & etiam in Spiritu Sãcto à Filio. Prout verò habent esse in personis in propria forma relationis communia, vniformiter habent esse in personis, nec aliquo modo existunt in vna personarum ex alia vel alijs, nec aliquo ordine naturæ existunt primo in vna, quam in alijs, aut in alia, licet fundamentaliter ordine naturæ fundamenta earum primò sint in vno, & secundo in alijs, quia à prima persona est in secunda, & tertia. Et sic in prima persona sunt relationes illæ communes primò radicaliter, & secundò in secunda persona, & tertiò in tertia.

49. Licet etiam formaliter non statim existente prima existunt in illa identitas, æqualitas, & similitudo eius ad alias ex eo, quòd est prima, sed solummodo existente persona secunda, & ex eo, quòd est secunda, vt iam dictum est supra, non tamen aliquo modo est identitas, æqualitas, aut similitudo primò in secunda persona, & secundò in prima ab vtraque aliquo ordine naturæ, aut aliter in secunda, quam in prima, sed simul, & vniformiter in vtraque. Et sic de tertia respectu primæ, & secundæ. Licet enim (vt dictum est) radicaliter propter fundamenta non habeant esse vniformiter in tribus personis, sed à persona prima in secunda, & ab vtraque in tertia & sic ordine quodam naturæ per prius, & secundum habent esse in personis, sicut & illarum fundamenta, relationes tamen dictæ fundatæ in illis, vt geminatis secundum rationem, secundum esse suum completum, & formale consideratæ non habent esse ordine naturæ primò in vna, & secundò in alijs, nec ab vna primò, & deinde ab alijs, sicut nec ipsa dualitas, aut trinitas personarum.

50. Et sic quanquam secundum dicta aspiciendo ad dictum ordinem naturalem quo prima persona habet in se ex se illud vnum à quo causantur dictæ relationes identitas, æqualitas & similitudo, & aliæ personæ habẽt illud à prima, quoquo modo dictæ relationes non sint vniformiter in personis diuinis, vt propterea prima persona similiter possit dici eadem, æqualis, & similis secundæ personæ, & tertiæ, & persona secunda, & tertia quoquo modo non simpliciter dicantur eædẽ, æquales, & similes primæ, sed potius coeædem, coæquales, & consimiles, vt quasi per quandam imitationem identitatis, æqualitatis, & similitudinis existentium in prima persona intelliguntur identitas, æqualitas, & similitudo esse in alijs, tamen aspiciendo ad cõplementum formale dictarum relationum, nulla difformitate, aut ordine naturæ habent esse in tribus personis diuinis, quia quo ad huiusmodi complementum, nequaquam habet esse vna dictarum relationum aliter in prima persona, quam in alijs Quo ad hoc enim relatiua sunt simul natura, & neutrum est causa alterius vt sit, sicut dicit philosophus in Prædicamentis. c.3.10.

51. Et sic simile est quodammodo de

esse

esse vniformi talium relationum, in diuinis personis, & æternitatis, atque aliorum attributorum. Aeternitas enim licet æque primo, & omnino vniformiter conueniat tribus personis, per quandam tamen appropriationem simpliciter dicitur esse in solo patre, coæternitas vero, & quasi non simpliciter æternitas in filio, & Spiritu Sancto, & sic de cæteris, quæ communiter dicuntur in tribus personis.
in. I. Vnde Augustinus 6 de Trinit. cap. vlt. exponens illud Hilar. 2 de Trinit. Aeternitas in patre, dicit sic. *Non eum consecutum arbitror in aeternitatis vocabulo, nisi quod pater non habet patrem de quo sit, filius autem de patre est, quòd sit, atque coaeternus sit.* Quod dicit insinuando, quod filius quia per generationem à patre accipit, quod sit æternus idcirco non simpliciter æternus, sed coæternus illi dici debeat, & pater non coæternus, quia æternitatem à nullo accipit, sed simpliciter æternus.

52. Et per eundem modum Pater simpliciter idem, æqualis, & similis Filio, & Spiritui Sancto debet dici, non autem coidem, coæqualis, & consimilis, & è conuerso Filius, & Spiritus Sanctus non simpliciter idē, æqualis, & similis Patri, sed coidem, coæqualis, & consimilis illi, quamquam ad excludendam omnem difformitatem dictarum relationum communium in diuinis personis dicit Athanasius in Symbolo suo de singulis diuinis personis. *In hac trinitate nihil prius, aut posterius, nihil magis, aut minus, sed totae tres personae coaeternae sibi sunt, & coaequales.* Intellige, & eaidem, & consimiles, quasi non solum Filius, & Spiritus Sanctus possint dici coæquales, coidem, & consimiles Patri, sed etiam Pater coæqualis illis, & coidem, & consimilis.

Conclusiones ex Quæstione Secunda, Articuli Sexagesimi octaui.

1. *Tria genera relationum communium non vniformiter se habent ad singulas personas in se consideratas* n. 11.
2. *Relationes illæ, vt sunt in radice sui fundamenti non vniformiter se habent ad singulas personas diuinas etiam in habitudine ad alias* n. 13.
3. *Singulæ relationum illarum, vt sunt in forma propria vniformiter se habent ad singulas personas diuinas, & secundum se, & ad inuicem comparatas.* num. 14.
4. *Identitas appropriatur Patri, æqualitas Filio, similitudo Spiritui Sancto.* num. 18.
5. *Similitudo non tam appropriata, quam propria est filio.* n. 20.
6. *Vniuersaliter quæcunque relationes vere communes sunt diuinis personis omnino vniformiter debent esse in illis diuinis personis.* n. 39.
7. *Non æqualiter quælibet hypostaseon se habet ad alteram, & ad seipsam, nec vniformiter.* n. 46.

QVAE-

QVAESTIO TERTIA.

Vtrum illa tres relationes communes sint distinctiua diuinarum personarum.

CIrca Tertium arguitur, quòd ralationes communes in diuinis sint distinctiuæ personarũ diuinarum.

1. Primò sic. Hilarius 3 de Trinit. vbi dicit. *Similitudo sui non est per similitudinem personarum*, probat distinctionem personarum, quod non esset possibile, nisi essent personarum distinctiuæ, ergo &c.

2. Secundò sic, non est relatiua oppositio, nisi distinguat relata, aliter enim non esset op-
10. Met. c.17.10.3 positio, quia oppositorum natura est, quod nõ sunt simul in eodem. Sed relationes communes inter personas diuinas relatiuam oppositionem important, quia non est relatio, nisi sit ad aliud, vt ad oppositum, ergo &c.

3. Contra nihil commune tribus est distinctiuum personarum, quia personæ in distinctiuis earum non conueniunt. quia in cõmunibus sunt vnum, & vnitas repugnat distinctioni, ergo &c.

ib. n.41 4. Quia secundum prædeterminata relationes communes in diuinis causantur ab vno in substantia, quantitate, & qualitate, & sequuntur istud in personis, & in ipso tres personæ communicant absque omni differentia nisi fuerit rationis tantum, distinctiua autem personarum plus debent differre, quam ratione tantum, aliter enim differentia per illa nõ esset realis, qualis debet esse differentia diuinarum personarum. Idcirco dico prout pro-
n.5. cedit vltima ratio, quod relationes communes nullo modo sunt distinctiuæ personarum diuinarum. Distinctiua enim debent esse
a.66.q.2. propria distinctis. Vnde Damascenus assi-
n.3. gnans differentiam inter distinctiua, & non distinctiua, dicit, *quod Pater, Filius, & Spiritus Sanctus in omnibus sunt vnum præter ingenerationem quæ propria est patri, & generationem passiuam, quæ propria est filio, & processionem passiuam, quæ propria est Spiritui Sancto.*

5. Quia tamen secundũ prædeterminata
a.67.q.3 supra articulo 67. quæstione 3. in solutione
n.29. & primi argumenti, relationes communes per-
63. sonarum inter se non causantur ab vno in substantia, quantitate, & qualitate, nisi vt est plurium distinctorum secundum rem, non secundum rationem solum, & pluralitas illa personarum licet non sit causa principalis diuersitatis relationum cõmunium personarum vt propter quam sic, est tamen causa earum adminiculatiua, vt sine qua non. Idcirco vlterius dico, quod licet relationes illę non sint distinctiuæ personarum, siue causatiuę distinctionis earum, sed potius præsupponant distinctionem illarum, ipsam tamen a posteriori sicut effectus causam notificãt, & declarãt, propter quod dicuntur esse signa quædam distinctionis illarum, ipsam ostendentia sicut signum signatum, teste Hilario, qui dicit. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Inuicem sui esse similes in eo, quod dicit similitudinem nostram, ostendit.* Inuicem dixit, tanquam alius, & alius abinuicem in eo, quod similes sunt, fore ostendantur. Et hoc non per distinctionem illorum trium modorum relationum communium inter se, quæ sunt identitas, æqualitas, & similitudo, sed per distinctionem extremorum cuiuslibet habitudinis dictarum relationum abinuicem in personis. Gen. 1. C. 26. 3 de Trin. ad fin.

6. Pro quanto tamen dicti tres modi relationum communium habent causari à personarum distinctione, quam necessariò præsupponunt relationes communes in diuinis personis, distinctionem quandam diuinarum personarum ostendunt, aliam verò causant. Ostẽdunt enim distinctionem personarum realẽ, & essentialem, quæ est secundum relationes proprias, & dissimiles, & quasi indiuiduorum diuersarum specierum quasi per diuersas differentias specificas constitutarum, quæ sunt paternitas, filiatio, & spiratio, sub quibus in tribus personis ad modum generis se habens cõmune est diuina essentia, præter hoc, quod commune in creaturis, quod est genus, in diuersis speciebus est vnum secundũ rationẽ tantum, & diuersum secundum rem. E contra autem in diuinis commune, quod est essentia est vnum singulare secundum rem in personis diuersis, & diuersum secundum rationem tantum. Et propterea in diuinis vnitate communis sunt personæ plures simpliciter vnum. In creaturis autem vnitate communis non sunt plura supposita simpliciter vnum, sed solum cum determinatione generis, aut speciei, dicente August. 6. de Tri- c. 3.
nit. cap. 3. *Cum dicitur vnum, vt non addatur quid vnum & plura vnum dicuntur, eadem na-*

tura

tura, atque essentia non dissidens significatur.

7. Causant autem dictæ relationes communes in diuinis personis distinctionem personarum secundum rationem quasi acciden-
a.64.q.1. n.15. talem, & est quasi diuersiorum indiuiduorum sub diuersis speciebus, & distinguuntur solum per materiam in qua recipiuntur species diuersæ. Identitas enim, æqualitas, & similitudo est alia, & alia, quia est in alia persona, & alia. Sicut enim albedo est alia, & alia in Petro, & Brunello secundum rem, sic æqualitas est alia secundum rationem in patre ad filium, & alia in filio ad patrem. Et sic de identitate, & similitudine.

n.1. 8. Quod ergo arguitur primò, quòd relationes communes sunt causaliter distinctiuæ personarum, quia Hilarius per illas probat distinctionem personarum. Dico, quòd verum est, si probaret per distinctionem illarũ in diuinis personis distinctionem personarum sicut effectum per causam. Nunc autem non est ita, immo solummodo probat vnam per alteram, sicut causam per effectum, sicut dictum est. n.5.

9. Ad secundum, quòd non est relatio nisi distinguat. Dico, quòd verum est, vel essentialiter, vel quasi accidentaliter. Nunc autem communes relationes (vt dictum est) non distinguunt diuersas personas essentialiter. Propter quod non dicuntur distinctiuæ illarum. Distinguunt tamen illas quasi accidentaliter, vt dictum est. n.2. ibid.

Conclusiones ex Quæstione Tertia Articuli Sexagesimi octaui.

1. *Relationes communes nullo modo sunt distinctiuæ personarum diuinarum. num 4.*
2. *Sunt tamen signa quædam distinctionis illarum, & ipsam à posteriori notificant, & declarant, sicut effectus causam. n. 5.*
3. *Relationes communes necessariò præsupponunt distinctionem personarum essentialem. n. 6.*
4. *Relationes communes causant distinctionem personarum secundum rationem quasi accidentalem. n. 7.*

QVAESTIO QVARTA.

Vtrum relationes communes dicantur in Deo, siue in personis diuinis secundum substantiam, an secundum relationem.

CIrca Quartum arguitur, quòd tres modi relationum communium in Deo dicuntur secundũ relationem non substantiam.

1. Primò sic, imago in eo quòd imago similis est, &
10.4. æqualis. Nam dicit Aug. 83. q. q. 51. *Omnis imago est similis, sed non omne simile est imago.* Et q. 74. dicit de filio respectu patris. *Imago eius est, quia de illo est, & similitudo quia imago est.* Et 6. de Trinit. cap. vlt. *Imago si perfecte imitatur id cuius est imago, ipsa coæquatur ei.* Si autem coæquetur, ergo est coæqualis, sed imago secundum quod imago relatiuè dicitur. Nam dicit Augustinus, *quod filius eo est imago quo filius,* quo autem filius est, relatiue dicitur, ergo &c. 10.3. 7.de Trin. c.3.

2. Secundò sic. Augustinus 5. de Trinit. cap. 6. inquirit secundum quid filius sit, seu dicatur æqualis patri, dicens. *Quia filius non ad filium dicitur relatiue, sed ad patrem, non se-*

cundum

eundum hoc, quod ad patrem dicitur, aequalis est filius patri, per quod innuit (vt videtur) quòd si in deitate duo essent filij, æqualis diceretur vnus alteri secundum quòd ambo essent filij, & eadem ratione similis. Sed si in diuinis esset alius filius, sicut tunc vnus filius ad alium compararetur secundum æqualitatē, aut similitudinem propter conformitatem filiationū, sic è contra modo cum vnus filius compáratur ad patrem, qui non est filius secundum id, quod est ad patrem, propter difformitatem paternitatis ad filiationem filius debet dici inæqualis, aut dissimilis patri, id autem secundum quod ad patrem dicitur filius, est relatio, secundū relationem ergo filius debet dici patri æqualis, & hoc alia relatione quam paternitate, & filiatione fundata super illas relationes, quæ sunt paternitas, & filiatio.

3. Tertio sic, sic se habet relatio ad relationem, sicut se habet substantia ad substantiam, ergo permutatim sicut se habet substantia ad relationem, sic se habet relatio ad substantiā. Sed substantia nunquam dicitur secundum relationem, ergo nec relatio vnquam dicitur secundum substātiam, quare cum identitas, æqualitas, & similitudo in diuinis relationes sint, non dicuntur secundum substantiam. 5.de Tri. c.5. to.3. a.32.q.5. n.29. Quare cum secundum Augustinum, *quęcunque sunt in diuinis, aut secundum substantiam dicuntur, aut secundum relationem, quia nihil in illis dicitur secundum accidens*, dicuntur ergo in diuinis secundum relationem.

a.56 q.1. n.6 a.67.q.3. n.11. 4. Quartò sic, secundum Augustinum 5. de Trinit. cap. 6 *secundum substantiam dici, est dici ad se*, sed nulla relatio dicitur ad se, in quo relatio dicitur ad aliud secundum prædicta, ergo &c.

5. In contrarium est August. 5. de Trinit. cap. 6. Qui perscrutando secundum quid filius non dicitur æqualis patri, scilicet quòd non secundum relationem, qua dicitur ad patrem, sic concludit dicens. *Restat igitur vt secundum substantiam sit aequalis*, quare vlterius concludo, non secundum relationem, cum sint duo modi prædicandi, seu dicendi ex opposito distincti in diuinis. a.30.q.5. n.21 & 19.

6. Præterea ea, quæ conueniunt personis diuinis, secundum id, quod est in eis simpliciter vnum, conueniunt eis, quia in quo diuinæ personæ sunt vnum, non est nisi ipsa diuina substantia, vt substantia est. Sed relationes communes intrinsecæ tribus personis (de quibus ad præsens est sermo, de communibus autem ad extrinsecum debet esse sermo loquendo de Deo in comparatione ad creaturas) conueniunt diuinis personis secundum id, in quo sunt vnum, quia super vnitatem a.65.q.1. omnes fundantur, vt habitum est supra, ergo &c.

7. Dico ad intellectum quæstionis, & ad eius dissolutionem, quòd cum duo prædicamenta solummodo sint in diuinis, scilicet substantia, & relatio, quicquid ergo est in diuinis, ad alterum illorum pertinet, & est, aut a.32.q.5. n.29 substantia, aut relatio, vt longe superius declaratum est. Et similiter omnis modus essendi, prædicandi, seu dicendi, aut ad modum a.55 q.4. n.4. essendi, prædicandi, seu dicendi substantiæ, aut relationis pertinet. Quæ quidem substātia, & relatio in diuinis sunt idipsum re, inquantum secundum superius determinata, relatio in diuinis incidit in substantiam, & a.32.q.5. n.10. ideo in diuinis distinctio substantiæ, & rela- a.34.q.2. tionis inter se non potest esse secundum rem. n.21. Distinctio igitur ipsorum, scilicet substantię, & relationis in diuinis inter se non est, nisi secundum proprias rationes, & modos essendi, prædicandi, seu dicendi. Est autem proprius substantiæ modus, & ratio, esse & prædicari, a.66.q.1. & dici secundum se, & absolute. Modus aūt n.6.7. proprius, & ratio relationis est esse, prædicari, & dici in ordine ad aliud. Vnde vna, & eadem res in diuinis, quæ est ipsa natura diuina, vt est, prædicatur, & dicitur absolutè, & secundum se, substantia est, & substantia dicitur, & substantialiter prædicatur. Vt vero est prædicatur, & dicitur in ordine ad aliud, relatio est, & dicitur, & relatiuè prædicatur. Et appellat Augustinus modum essendi, & prædicandi, & dicendi absolutè, qui est substantiæ, modum essendi, prædicandi, & dicendi ad se. Modum vero essendi, prędican- 5.de Tri. c.6 to.3. di, seu dicendi relationis, appellat modum essendi, prædicandi, seu dicendi ad aliud. Qui modus, qui ex parte substantiæ dicitur ad se, non sic debet intelligi, vt substantia intelligatur esse, prędicari, aut dici ad se, vtendo illa determinatione ad se, ad aliquid ponendum circa esse, prædicari, aut dici ipsius substantiæ, ac si ipsa substantia esset aliquid relatum ad seipsam, aut forma relatiua, qua aliquid referatur ad seipsum. Sed sic debet intelligi, vt videlicet substantia intelligatur esse, prædicari, & dici ad se, vtendo illa determinatione ad se, ad aliquid remouendum circa esse, prædicari, & dici substantiæ, scilicet abnegādo ab ea esse, prędicari, & dici ad aliud, & per hoc cointelligendo circa ipsam modū prędicandi, essendi, & dicendi alium nobiliorem, qui est esse, prædicari, & dici secundum se, & absolutè. Et sunt idem inter se ista duo, dici ad se, & dici substantialiter ex parte substantiæ. Et similiter ex parte relationis ista duo, dici ad aliud, & dici relatiue, dicente Augustino 5. de Trinitate ca. 8. *Illud præcipue teneamus, quicquid ad se dicitur præstantissima illa, & diuina sublimitas, substantialiter dici, quicquid autem ad aliud, non substantialiter, sed*

Vuuuuuu rela-

relatiue.

8. Est etiam aduertendum, quòd esse, prędicari, & dici secundum substantiam, aut secundum relationem dupliciter potest intelligi. Vno modo formaliter. Alio modo quasi materialiter, scilicet fundamentaliter. Primo modo idem est secundum substantiam dici, quod substantialiter siue ad se, siue secundum se, & absolutè dici. & similiter idem secundum relationem dici, quod relatiue siue ad aliud dici. Et hoc modo dici secundum substantiam, opponitur ei, quod est dici relatiuè siue ad aliud. Et secundum hoc potest formari quæstio de omni eo, quod inuenitur in diuinis. Vtrum scilicet dicatur secundum substantiam, an secundum relationem, idest substantialiter, an relatiuè, secundum quod formauit quæstionem de æqualitate Magister Sententiarum .i. lib. Sententiarum dist.
lit. A. 31. in principio dicens sic. *Considerari oportet cum tres personæ æquales sibi sint, vtrum relatiuè hoc dicatur, vel secundum substantiam.* Quod bene declarat cum respondet subdens.
a. 69. q. 2. n. 5. *Ad quod dicimus, quia sicut simile nihil sibi est. Similitudo enim (vt dicit Hilarius) sibi ipsi non est, ita & æquale aliquid sibi non dicitur. Dicitur ergo relatiue filius æqualis patri, & vtrique Spiritus Sanctus.*

9. Secundo autem modo idem est secundum substantiam dici, quod à substantia fundamentaliter denominari, & similiter idem est secundum relationem dici, quod relatiue fundamentaliter, denominari. Et secundum hoc ibidem Magister secundam quæstionem format de æqualitate, præsupposita responsione ad quæstionem primam iam dictam, di-
ibidem cens. *Et si relatiue,* supple dicitur æquale, & non substantialiter secundum primum modū prædictum, iam quæstio secunda est penes secundum modum dicendi secundum substantiam, vel secundū relationem, scilicet, *vtrum secundum relationem, an secundum essentiam considerandа sit æqualitas.* Quod bene declarat ex sua responsione qua dicit. *Dicitur relatiuè filius æqualis patri & vtrique Spiritus Sanctus, cum æqualis patri filius, & vtrique Spiritus Sanctus propter summam simplicitatem essentiæ, &*
sup. n. 5. *vnitatem. Aequalis est igitur filius patri secundum substantiam, non secundum relationem.* Vbi dicendo secundum substantiam bene declarat, quòd prius statim accepit essentiam pro substantia. Cum enim duo habeat in se filius
a. 53. q. 3 substantiam, scilicet, & relationem, quæ am-
n. 13. q. 4. bo sunt de constitutione personæ in diuinis,
n. 5. q. 5. & secundum substantiam suam dicatur ad se,
num 22. & secundum relationem dicatur ad aliud,
a. 56 q. 4 quærit Augustinus eandem quæstionem per
nu. 9. & alia verba, & eam pertractat 5. de Trinitate
seq. cap. 6, vnde assumptum est secundum argumentum. Alloquendo enim hæreticos dicit sic. *Coguntur dicere secundum quid filius sit æqualis patri, vtrum secundum id quod ad se dicitur, an secundum id quod ad patrem dicitur, non enim secundum id, quod ad patrem dicitur, quoniam ad patrem filius dicitur, ille autem non est filius, sed pater est,* & supple si esset filius ęqualis patri secūdum id quod est filius, & secūdum id quod ad patrē dicitur, oporteret, quod similiter pater esset filius, quia ęqualitas nō fūdatur nisi super id, in quo ambo ęqualia conueniunt. Nunc autē pater, & filius non referuntur inter se relationibus conuenientibus, siue similibus, sed potius dissimilibus, & disconuenientibus. Et hoc est quod Augustinus subdit dicens. *Quia* ibid.
non sic ad se dicuntur pater, & filius quomodo amicus. Relatiue quippe dicitur amicus ad amicum, & si æqualiter se diligunt, eadem in vtroque amicitia est. Quæ quidem dilectio communis in vtroque est fundamentum amicitiæ cōmuuis, quæ ob hoc eadem est, idest æqualis. Et post pauca interposita concludit dicens. ibidem.
Quia vero filius non ad filium relatiue dicitur sed ad patrem, non secundum hoc quod dicitur ad patrem, æqualis est filius patri, restat igitur, vt secundum id æqualis sit quod ad se dicitur. Quicquid autem ad se dicitur secundum substantiam dicitur, restat igitur vt secundum substantiam sit æqualis.

10. His prælibatis patet, quòd quæstio valde in æquiuoco proposita est. Si enim, *ly secundum* positum in quæstione intelligamus dicere circumstantiam causæ formalis, iuxta primum membrum distinctionis præpositæ, tunc quæstio ipsa secum responsionem suam n. 8.
importat. In eo enim quòd quærit de relationibus an dicantur secundum substantiam, an secundum relatione, manifestum est, quod non dicuntur nisi relatiuè, & ad aliud, & ita non nisi secundum relationem formaliter loquēdo secundum quòd processerunt duo me- a. 5. 4.
dia obiecta. Illa enim, pater est idem, æqualis, aut similis filio secundum relationem, puta secundum identitatem, æqualitatem, aut similitudinem, est per se quarto modo dicēdi per se, sicut illa, interfectum interijt secundū interfectionem.

11. Si verò *ly secundum* intelligatur dicere circumstantiam quasi causæ materialis, & fundamentalis iuxta secundum membrum n. 8.
distinctionis, in quo quæstio aliquam habet dubitationem. Dico generaliter, quòd omnis relatio dicitur secundum substantiam, & similiter quæcunque dicuntur relatiua, secūdum substantiam dicuntur relatiua. Et hoc sumendo substantiam large, prout in diuinis distinguitur contra relationem, quia nec in diuinis, sicut nec in creaturis fundari potest, super relationem, quia esset procedere in infini-

ſinitum relationem fundando ſuper relationem. Quia qua ratione ſuper vnam illarum puta primam fundaretur alia, ſcilicet ſecunda, etiam eadem ratione ſuper illam aliã, ſcilicet ſecundam fundaretur tertia, quod eſt inconueniens, immo omnis relatio fundatur ſuper abſolutum.

12. Specialiter autem relationes communes, nec in diuinis, nec in creaturis fundari poſſunt ſuper relationes alias, quæ ſunt non communes, puta relatio communis inter patrem, & filium ſuper paternitatem, & filiationem, quia ſecundum prædeterminata,

q.2.n.41. a.62.q.1. & ſeq. relationes communes non fundantur, niſi ſuper aliquod vnum exiſtens in ambobus relatis, præcipue in diuinis, quia in illis illud vnũ

a.65.q.1. n.9. debet eſſe vnũ ſingularitate. Paternitas aũt, & filiatio, quę ſunt relatiua inter ſe, nũquã ſunt vnũ, quia ſunt oppoſita, nec eſt in talibus etiã nata fundari relatio ſimilitudinis, aut diſſimilitudinis, identitatis, aut diuerſitatis, æqualitatis, aut inæqualitatis, ſicut neque cæcitas, neque viſio in lapide. Vnde nec duo filij, nec duo patres in creaturis, aut in diuinis ſi eſſent in illis, ex eo, quòd ambo ſunt patres, aut filij, ſimiles, æquales, aut ijdem vllo modo dicuntur.

n.5.6. 13. Et ſecundum hęc concedẽda ſunt duo vltima obiecta.

n.3. 14. Ad primum in oppoſitum, quòd ſuper rationem imaginis fundatur æqualitas, & ſimilitudo, & imago relatiue eſt. Dico, quod ſuper imaginem non fundatur relatio æqualitatis, aut ſimilitudinis, ſed ſunt æqualitas, & ſimilitudo de eſſentia imaginis, & eadem relatio eſt in illis, quæ eſt in ratione imaginis, non quæ eſt communis pertinens ad tertium genus relationum, ſed quę eſt propria pertinens ad ſecundum genus, ſecun-

q.2.n.29. & ſeq. dum ſuperius determinata. Et ſic etiam obiectio de illa æqualitate, & ſimilitudine nihil facit ad propoſitum, vbi eſt quæſtio de relatione communi.

15. Ad ſecundum, quòd filius non eſt æ-

n.4. qualis patri ſecundum hoc, quod ad patrem dicitur, ſcilicet ſecundum filiationem, quia filius filiatione non ad filium dicitur, ſed ad patrem. Dico, quòd verum eſt, quia id ſecundum quod aliquis dicitur alteri æqualis fundamentaliter, requirit, ſcilicet, & quod

n.12. ſit vnum in ambobus vt dictum eſt ſupra, &

n.18. quòd ſit abſolutum, vt dictum eſt iam. Ita,

a.62.q.3. n.17. quòd ſi alterum horum deficiat, ſecundum illud non poteſt dici aliquid alteri æquale. Filiatio ergo ſecundum quam filius dicitur ad patrem, cum non eſt vnum aliquid in filio, & in patre, quia pater in eo, quòd eſt pater non eſt filius, idcirco quia in diuinis filius non ad filium dicitur, ſed ad patrem, bene arguit Auguſtinus, quòd non ſecundum id, quod ad patrem dicitur eſt æqualis patri, & hoc tanquam externa cauſa, qua deficiente in aliquo ſecundum illud nihil poteſt dici alteri æquale. Ex quo non ſequitur, quod illa exiſtente, & in illo deficiente alia cauſa, ſecundum illud poſſit dici æquale, quia hoc ſolummodo tunc ſequeretur ſi altera illarum cauſarum ſufficeret. Quod ſi ita eſſet, tunc Auguſtinus dicendo, *quod filius non dicitur æqualis patri, ſecundum quod dicitur ad patrem, quia filius non dicitur relatiue ad filium, ſed ad patrem*, innueret bene ſequi, quòd filius ſecundum quod ad patrem dicitur, eſſet æqualis illi ſi relatiue diceretur ad filium, quod eſſet ſi pater eſſet filius, ſic quòd idem eſſet patrem eſſe, & filium eſſe, quia non eſſent idem licet idem eſſet filius, & pater. Filius tamen non diceretur filius relatiue ad filium, niſi per accidens, ſcilicet ſi idem eſſet filius vnius, & pater alterius, quia filius non dicitur per ſe, niſi ad patrem. Sed etiam ſi per accidens filius diceretur ad filium, tamen filius ſecundum id, quod eſt ad filium non eſſet æqualis patri ſecundum id, quod ille pater eſt, ſed potius ſecundum quod filius eſt. Si vero non accidat, quod aliquis ſit filius vnius, & pater alterius, ſed filij duo ſint duorum diuerſorum patrum, tunc neuter relatiue dicitur ad alterum, ſecundum quod ambo ſunt filij, nec per ſe, nec per accidens. Qui licet conueniant in filiatione, & habeant commune, & vnum, quod ambo ſunt filij, ſecundum hoc ergo, nec ijdem, nec æquales, nec ſimiles dicuntur, nec eſt filiatio exiſtens in ambobus relatio communis, vt dictum eſt ſupra, artic. 1. quæſt. 1, de relationibus communibus. Nunc autem in diuinis non eſt ita, quod ſcilicet idem ſit pater, & filius, neque reſpectu vnius, neque reſpectu diuerſorum, niſi ſecundum Sabellium, qui ponit perſonarum confuſionem in diuinis. a.61.3.1

Vuuuuu 2 Con-

Conclusiones ex Quæstione Quarta, Articuli Sexagesimi octaui.

1. *Formaliter loquendo Relationes communes non nisi secundum relationem dicuntur.* n. 10.
2. *Fundamentaliter, & quasi materialiter omnis relatio dicitur secundum substantiam.* n. 11.

QVAESTIO QVINTA.

Vtrum distinctio, & differentia relationum communium in Deo consideretur ex comparatione ad illas easdem, vt habent esse in creaturis.

Circa quintũ arguitur, quòd distinctio, & differentia relationũ communium in Deo comparatur ex comparatione ad easdem, vt habent esse in creaturis.

1. Primò sic. Diuina essentia, siue Deus, & quicquid est in eo, vnum est, & idipsum re, & ratione sibi propria, & hoc absque omni pluralitate, & distinctione, sed tale cum secundum se cum ratione sibi propria, absque comparatione, siue habitudine ad aliud extra apprehẽditur, quod est differens re, absque omni pluralitate, & distinctione apprehenditur, ergo diuina essentia, siue Deus cum apprehenditur absque comparatione, & habitudine ad aliud extra differens re, absque omni pluralitate, & distinctione apprehenditur. Si autem absque omni pluralitate, & distinctione, ergo, & absque pluralitate, & distinctione attributorum essentialium, & relationum communium, quia illarum distinctio, & pluralitas apprehendi non potest sine distinctione, & pluralitate inter substantiam, qualitatem, & quantitatem, vt patet ex supra determi- a.62.q.5. natis. a.64.q.1.

2. Secundò sic. Si circa essentiam diuinam apprehendantur plura distincta, hoc nõ potest esse, nisi tripliciter, quia aut apprehendit illa distincta secundum se, & simpliciter, aut per comparationem eorum adinuicem, aut per comparationem ad similia re distincta in creaturis. Non primo modo, quia tunc per intellectum non essentialium distinctio, sed magis illa circa diuinam essentiam distincta inueniret, quòd nullus concedit. Non secundo modo, quia comparabilia debent præcedere comparationem, & actus cõparationis semper præsupponit distinctionẽ comparatorum. Relinquitur ergo modus tertius, vt necessarius.

3. Contra, vbi potest esse maior distinctio, & minor, maior est distinctio diuinarum personarum, quam attributorum, aut relatio- a.51.q.2. num communium consequentium illa, quare cum illa potest esse in diuinis, absque habitudine ad aliquid extra, & ista.

4. Ad quæstionis huius dissolutionem circa relationes communes fundatas super diuinam essentiam, & attributa essentialia, quæ sunt quantitas, & qualitas, quæ supra deter- ibid. minauimus circa substantiam diuinam, & a.12 q.2. eius attributa generaliter, & etiam ad am- n.30. pliorem declarationem eorum quæ tacta sunt ibi circa distinctionem attributorum, & sub- a.12.q.4. stantiæ, seu essentiæ in Deo, est hic aduerten- n.10. dum, quod ex omnibus, quæ per proprietatẽ a.27.q.2. de Deo dicuntur, non est nisi vnicum, scilicet n.20. esse, siue ens, a quo Deus ipse dicitur, & de- a.36.q.2. nominatur essentia, quod omnino propriè de n.8. ipso dicitur, & est prima, & principalis ratio a.42.q.2. perfectionalis in Deo existens, & ad dignita- n.27. tem pertinens. Substantia enim non ita pro- a.54.q.6. priè de Deo dicitur dicente August. 7. de Tri- n.35. nit. cap. 4 in fine. *Sicut ab eo, quod est esse ap-* a.32.q.3. *pellatur essentia, ita etiam ab eo quod est subsistere* n.19. *substantiam dicimus, si tamen dignum est, vt* a.26.q.2. n.10. a.53.q.2. n.22.

Deus

Deus dicatur subsistere. Et probato, quod hoc
non sit dignum, subdit in fine quinti capituli
dicens. *Et tamen siue essentia dicatur, quod pro-
prie dicitur, siue substantia, quod abusiue, vtrum-
que ad se dicitur, non relatiuè*. Intellige quod
vtrumque eorum sic ad se idest absolutè dici-
tur, quod neutrum eorum relationem aliquã,
aut respectum ex suo significato importat, si-
cut nec aliquod aliorum absolutorum essen-
tialium in diuinis præter essentiam simpli-
cissimum conceptum importat, qui primo
aspectu de Deo concipitur secundum se, &
absolutè, cætera vero important conceptum
essentiæ sub aliqua ratione determinata con-
cepta circa essentiam ea habitudine ad ali-
quid aliud. Aspiciendo enim ad impositionẽ
nominis substantia in diuinis, super rationem
essentiæ, quæ absolutissima est rationem
determinatam importat sumptam per intel-
lectum ex respectu, quem habet essentia ad
a. 32. q. 4. cętera, quæ in diuinis concipiuntur, respectu
n. 8. quorum se habet essentia sicut substratum, &
a. 39. q. 2. fundamentum. Dicitur enim essentia sub-
n. 4. stantia à subsistẽdo quodammodo rationibus
attributalibus, idealibus, perfectionalibus,
& relationibus, inter quæ propria ratio soli
Deo conueniens perfectionalis consequens
ordine rationis essentiam Dei, est diuina
immensitas, quæ est quædam diuina quan-
n. 33. titas, vt infra declarabitur. Cætera vero diui-
a. 70. q. 2. na scilicet & attributa, & fundata in illis, nec
non, & aliæ rationes perfectionales existen-
tes in diuina essentia, ordine quodam ratio-
nis in diuina substantia sequuntur eius im-
mensitatem, sicut quodammodo in corpo-
ralibus ad materiam immediatè consequitur
quantitas molis, & mediante illa cætera
omnia.

5. De cæteris autem consideratis in im-
mensitate diuinæ substantiæ aduertendum
est, quòd illa sunt rationes ideales, & attribu-
tales, & perfectionales, quæ in hoc differunt,
a. 32. q. 8. quod rationes attributales sunt rationes quę-
n. 9. dã perfectionales secũdarię quasi diuinę natu-
rę, siue essẽtię superadditę & hoc in diuina es-
a. 28. q. 4. sentia existẽtes vnitę, & in diuina notitia siue
n. 6. intelligẽtia existẽtes distinctę, & plurificatę
a. 32. q. 4. 6. Sunt autem rationes perfectionales
a. 27. 10. primariæ quasi diuinæ essentiæ primo na-
a. 55. q. 2. turaliter inditæ, in duplici genere. Quæ-
n. 5.
a. 51. q. 2. dam enim sunt omnino absolutæ, & ge-
n. 36. nerales, cuiusmodi est viuere siue vita, sub
quo continentur intelligens, & volens, siue
a. 27. q. 2. intelligentia, & voluntas. Quædam vero
n. 20. sunt omnino respectiuæ, & speciales, cuius-
a. 36. q. 2. modi sunt rationes ideales, quæ non sunt nisi
n. 8. 9. imitabilitates quædã diuinæ essentiæ à crea-
a. 59. q. 5. turarum essentijs secundum gradus diuersos
n. 38. in naturalibus perfectionibus earundem, qui-
bus essentiæ creaturarum per se referuntur a. 63. q. 8.
ad diuinam essentiam, vt mensurata ad men- n. 8.
suram secundo genere relationis.

7. Et sunt eædem rationes istæ ideales, &
perfectionales, vt communiter distinguuntur
contra attributales, licet inter se proprijs ra-
tionibus distinguantur. Dicuntur enim ip-
sæ rationes ideales, rationes perfectionales
inquantum continentur vnitæ in diuina per-
fectione, siue in diuina essentia, vt ipsa perfe-
cta est. Et per illas ipsa diuina essentia perfe-
cta, vt mensura, refertur ad essentias creatu-
rarum, sed per accidens, quia scilicet ipsæ
essentiæ creaturarum per se referuntur ad di-
uinam essentiam secundum suas perfectiones,
vt mensurata ab illa secundum rationes per-
fectionales existentes in illa. Ipsæ autem
eædem rationes perfectionales dicuntur ra-
tiones ideales inquantum continentur quasi
segregatæ, & distinctæ in diuina notitia, siue
intelligentia, & hoc in ordine siue habitudi-
ne ad essentias creaturarum, & secundum ra-
tionem formæ exemplaris, in cognoscendo
scilicet per illas creaturarum essentias, & se-
cundum rationem efficientis in instituendo
illas, vt sint aliquid secundum esse essentiæ,
sub determinato gradu perfectionis in ipsa
earum essentia. Omnes enim rationes per-
fectionales, quibus diuersi gradus perfectio-
num respondent in creaturis, vt perfectiona-
les sunt in perfectione diuinæ essentiæ virtu-
te, & vt in vno simplici indiuiso, atque indi-
uisibili continente eas vnitè, quemadmodum
in calore si esset separatus, in vno simplici
virtute continerentur omnes gradus omniũ
calorum existentium, & natorum existere in
materia, præter hoc quod in calore separato
continerentur virtute omnes gradus calorum
in vno simplici finito, & in gradu finitæ per-
fectionis existente. In diuina vero essentia
continerentur virtute in vno simplici infini-
to, & perfectionis infinitæ, absque omni gra-
du, secundum quòd alias exposuimus in quę-
stione secunda 14. Quolibet.

8. Eædem vero rationes, quæ vt in diui-
næ essentiæ perfectione sunt vnitæ, sunt ra-
tiones perfectionales, & principia formalia
in mensurando perfectiones creaturarum, vt
autem actione sunt in diuina notitia, vt in
apprehendente, & distinguente eas, & pluri-
ficante, sunt rationes ideales, & principia ex-
emplaria in instituẽdo perfectiones creatura-
rum in esse essentiæ, & hoc priusquam secun-
dum rationes illas fiant ipsæ essentiæ creatu-
rarum in esse actuali. Quarum distinctionem
re vera nec intellectus diuinus circa perfectio
nem diuinæ essentiæ apprehenderet, vt plu-
res secundum rationem, nisi in habitudine ip-
sius diuinæ essentiæ ad distinctionem realem
ipso-

ipsorum creabilium imitantium secundum diuersos gradus perfectionis suæ perfectionem diuinæ essentiæ.

9. Non quod idea secundum diuinam considerationem aut nostram, limitationem aliquam importet, etiam per comparationem ad veram limitationem existentem secundum gradus in essentia creaturæ, secundum quam quælibet creatura suam ideam existentem in Deo imitatur, licet aliqui hoc dicant, immo tota perfectio diuinæ essentiæ infinita includitur in ratione cuiuslibet ideæ, & tota perfectio diuinæ essentiæ est idea cuiuslibet creaturæ, licet non nisi ratione illa, qua continet virtute perfectionem, quæ propria est cuique creaturæ, & quæ considerantur in ipsa perfectione diuinæ essentiæ in habitudine ad quamcunque creaturam. Aliter enim falsus esset omnis intellectus idearum, & similiter omnis sermo de ideis, quia omnis sermo, & intellectus comprehendens in Deo aliquid limitatum, falsus est. Vnde & quælibet essentia creaturæ perfectionem diuinæ essentiæ imitatur secundum modum suum diuersimode, non propter aliquam diuersitatem ex parte Dei, neque secundum rem, neque secundum rationem considerationis Dei, aut nostri, sed solummodo propter diuersitatem realem ex parte essentiæ ipsius creaturæ, & hoc quemadmodum etiam in producendo creaturas, & in gubernando productas, Deus se habet ad illas secundum vnam dispositionem, licet illæ ad Deum non se habeant secundum vnam dispositionem, sed secundum diuersas, vt dicit 10. propositio de causis. Et sic idea neque secundum considerationem nostram, sicut neque secundum considerationem Dei, aliquam limitationem importat, etiam in comparatione ad veram limitationem in creaturis, licet ipsa non nisi et respectum ad limitatum. Vnde non dicitur, quòd in Deo alia sit idea equi, alia hominis, neque secundum aliam rationem idealem dicitur homo factus, & secundum aliam equus, nisi quia essentia diuina continens virtute omnes rationes perfectionales creaturæ, alio respectu comparatur ad essentiã hominis, alio vero ad essentiam equi, & hoc ex eo solo, quod comparatur ad aliud, & aliud, sed hoc non habendo in se illos respectus ab intra, sed solummodo ad extra, vt videlicet non quia essentiæ creaturæ extra sunt aliæ, & aliæ, ideo ideæ in Deo sint aliæ, & aliæ, quasi alietas essentiarum creaturæ extra, sit causa alietatis idearum in Deo, sed potius è conuerso essentiæ creaturarum extra sunt aliæ, & aliæ, quia ideæ earum, quas imitantur sunt aliæ, & aliæ, licet alietas idearum non accipiatur per intellectum etiam diuinum, nisi in ordine ad alietatem essentiæ creaturæ.

10. Imitantur dico non tam in essendo, quam in cognoscendo. In essendo, quia essentia creaturæ ex hoc est essentia, quod est ideatum, quodam modo per imitationem diuinæ essentiæ, & illud quod non est tale scilicet quod non habet diuinam essentiam, vt ideam sibi respondentem, quam imitatur, vt formam exemplarem, & rationem perfectionalem, purum nihil est, & non intelligibile, nec res alicuius prædicamenti. [a. 21. q. 2. n. 9. a. 3. n. 9. q. 4. n. 5. a. 19. q. 5. n. 30.]

11. In cognoscendo autem, quia creaturæ non cognoscuntur a Deo, nisi quia cognoscit se imitabilem ab illis, nec potest se intelligere imitabilem ab illis, nisi simul cointelligendo illas, non in seipsis, vt obiecta causantia in Deo suam notitiam, sed in sua imitabilitate existente in Deo, vt illa quæ sunt creata a notitia, quam Deus habet de ipsis. Notitia enim Dei de creaturis non est causata ab illis, sed potius causatiua illarum, dicente Auicen. lib. 8 Metaph. cap. 7. *Ipse intelligit res simul vt non per eas multiplicetur, sed quòd fluunt formæ earum ab eo intellectæ. Vt scias quòd intentio intellecta aliquando accipitur de re, quæ est, sicut contingit cum nos sentimus de cælo per considerationem, & sensum formam eius intellectam. Et aliquando forma intellecta non sumitur de his, quæ sunt, sed e conuerso, sicut cum nos intelligimus formam artificialem, quam adinuenimus, & deinde forma intellecta mouet ad hoc, vt sit in opere. Igitur non quia fuit ipsa deinde intelligimus eam, sed quia intelligimus fit ipsa. Talis ergo est comparatio quæ est ad primum, quod est necesse esse, quia ipse intelligit suam essentiam & quicquid facit debere esse sua essentia. Sequuntur ergo formam suam intellectam formæ secundum quòd sunt, & ab ista sapientia fluit esse secundum ordinem quem intelligit*, & ibidem. [m. 5.] *Nemo autem putet, quòd intellecta apud eum habent formas, & multitudinem, ideo multitudo formarum quas intelligit sit pars essentiæ suæ. Hoc ergo quod intelligit suam essentiam causa est intelligendi illud, quod est post suam essentiam. Suum ergo intelligere eius, quod est post suam essentiam, causatum est eius, quod est intelligere suam essentiam.* [ibid.] Et non est relatio alicuius eorum ad ipsum, nisi secundum quòd ex rebus est non in eo, sed hoc quo ad causalitatem notitiæ, non autem quo ad esse essentiæ earum, in quibus in diuina cognitione constituitur mundus archetypus ab æterno in mente fluens per diuinam notitiam de perfectione diuinæ notitiæ, qui ex tempore fluxit secundum dispositionem diuinæ voluntatis in esse existentiæ. Licet Philosophi ponentes mundum fuisse ab æterno, dixerunt ipsum fluxum eius in esse existentiæ processisse ex sola diuina notitia necessitate naturæ, & perfectionis illius assistente beneplacito voluntatis eius, & hoc secundum modum. [a. 30. 1. 4. a. 54. q. 3. n. 69.]

dum, quo ponimus illum fluxisse ab illo in esse essentiæ, dicente Auicen. lib. 9. metaph. cap. 4. *Omne autem esse quod est ab eo, non est secundum viam naturæ ad hoc, vt esse omnium sit ab eo non per cognitionem, nec per beneplacitum, cum sit pura intelligentia. quæ intelligit seipsam, vt esse omnium sequitur ab eo, quòd euentus omnium sit ab eo, sic quòd sua essentia est sciens, quòd sua perfectio, & sua excellentia est, vt fluat ab eo bonitas, & hoc est de concomitātibus suam gloriam. Omnis autem scientia. quæ scit quod proueniit ex ea, nisi admiscetur ei impedimentum aliquod, placet ei id quod prouenit ex ea, & ex hoc, quod intelligit sequitur ordo bonitatis in esse. & intelligit qualiter est possibile, & qualiter est elegantius prouenire esse totius secundum iudicium sui intellectus.*

12. Quia igitur ideæ in Deo causalitatem omnimodam habent super res quarum sunt formę in constituendo illas in esse essentiæ, & a.23.q.4. existentiæ, & hoc secundum rationem causæ n.7 2 59. formalis exemplaris, idcirco respectus ideæ q.5.n.30 ad ideata non est penes genus relationis quod a.63.q.2. est inter mensuram, & mensuratum, sed potius n.7.9. penes primum quod est inter producentem, & productum. Non enim idea mensura est ideati inquantum est idea distincte existens in intellectu diuino, sed potius est principium productiuum illius, & mensura illius est inquantum est ratio perfectionalis vnitè existens in essentia diuina. Sed enim ex perfectione diuina prouenit, quòd à ratione ideali in Deo fluit in esse essentiæ primo essentia creaturæ, & secundò mediante dispositione diuinæ voluntatis in esse existentiæ. & vtrobique secundum determinatum, & limitatum gradum perfectionis.

a.52.q.5. n.10. 13. Et quia peripatetici non distinguunt fluxum creaturarum in esse existentiæ ab illo, qui est in esse essentiæ, ideo etiam quia ille, qui est in esse essentiæ est ab æterno, posuerunt etiam illum, qui est in esse existentiæ, processisse à Deo ab æterno, & solo ordine naturæ diuinam perfectionem præcessisse existentiā creaturæ, sicut præcessit, & eius essentiam, dicente n.13. Auicen. vbi iam supra. *Sed Stoici in hoc verius sentientes distinguunt vnum fluxum ab altero, ponentes vnum fuisse ab æterno, & alterum ex tempore, & secundum à primo sicut exemplatum ab exemplari, siue ab exemplo*, dicente lib. 3d. Platone in Timeo. *Perspicuum est, quod iuxta syncera, & incommutabilis proprietatis exemplar mundi sit instituta molitio, imago est, vt opinor alterius.* Et quomodo hoc, clare explicat dicens. *Mens cuius visus, contemplatioque intellectus est, idearum genera contemplatur intelligibili mundo, quæ ideæ sicut ibi sunt animalia, sic Deus in hoc opere suo sensibili diuersa animalium genera statuit esse debere.* Boethius autem imitator Platonis lib. 3 de conso. de eodem in metro sic ait. *Forma boni liuore carens tu* Metr. 9. *cuncta superno Ducis ab exemplo, pulcrum pulcherrimus ipse Mundum mente gerens, simílique imagine formans, perfectasque iubes perfecta absoluere partes*, & lib. de Trinitate dicit. ad med. *Ex his formis quæ præter materiam sunt ideæ æternæ ista forma veniūt, quæ sunt in materia, & corpus efficiunt.* & hoc vt ibidem dicit Comment. *quadam exempli ab exemplari conformatiua deductione. Nam formis, quæ in corporibus sunt, abutimur formas vocantes dum imagines sunt. Assimilantur enim formis his, quæ non sunt in materia constituta.*

14. Appellant autem Plato, & Boethius ideas rerum essentias in diuina notitia, vt quædam obiecta cognita comprehensas, quæ secundum rem sunt aliæ à diuina natura, & hoc aliter quā nos iam locuti sumus de ideis, appellando scilicet ideas rationes cognoscendi illas, quæ secundum rem sunt eædem cum natura diuina. Et sunt duo modi rationum in arte diuina. Quarum vna est ratio cognoscendi illa, quæ sunt extra, & non obiectum cognitum, aut in esse institutum, de qua plane loquitur August. 6. de Trinit. cap. vlt. loquens de verbo Dei loquens. *Ars quædam est* to 3 *omnipotentis atque sapientis Dei plena omnium rationum viuentium incommutabilium, & omnes vnum in ea, sicut & ipsa vnum de vno, cum quo vnum.* Alia vero est ratio cognoscendi, & essendi illorum, quæ sunt extra, & obiectum cognitum, atque in esse essentiæ institutum, de qua dicit super Ioan. sic. *Faber qui facit arcam primo in arte arcam habet. Si enim in* to 9 de tr. in fin. *arte arcam non haberet, vnde illam fabricando proferret?* & infra. *Sic fratres carissimi sapientia Dei per quam facta sunt omnia, secundum artem continet omnia, antequam fabricaret omnia.* Constat autem, quòd ratio, quæ est arca in arte, est quoddam obiectum cognitum institutū ab arte. Constat etiam, quòd rationes illæ, quæ sunt vnum in arte, sicut, & ipsa ars cum eo cuius est, est ratio cognoscendi, & essendi tantum.

15. Et (vt dicunt aliqui) in hoc conueniunt rationes attributales cum idealibus, & perfectionalibus, quia scilicet non distinguuntur rationes attributales, siue diuina attributa, puta bonitas, & sapientia secundum intellectum creatum, & increatum, à diuina a.51.q.8. essentia, aut inter se, nisi considerata sint in comparatione ad illa, quæ eis respondent in creaturis extra, vt sunt creaturæ, essentia, bonitas, & sapientia, sicut nec ideæ, siue rationes ideales, aut perfectionales, quæ incidunt cum ideis, licet quoquo modo aliter, & aliter.

16. Quia (vt dicunt) ideæ non considerar

ran

rantur, vt tactum est iam, secundum intellectû creatum, aut increatum, ea ordine siue in ordine & comparatione ad illa, quę eis per conformitatem respondent in creaturis, vt exempla exemplari, nisi secundum rationem cuiusdam limitationis, eo quod in animali (vt dicunt) non responderet qualib t idea ideato sicut proprium exemplar proprio exemplato. Attributa vero non considerantur secundum intellectum creatum, & increatum similiter ex ordine siue in ordine, & comparatione ad illa, quæ eis per conformitatem respondent in creaturis, sed considerantur absque omni limitationis ratione, quia omnes perfectiones, quæ in ipsis creaturis super ipsarum creaturarum essentias consideratæ pertinent ad dignitatem simpliciter, Deo attribuuntur per quandam eminentiam, vt secundum beatum Dionysium. *Deus non solum sit dicendus bonus & sapiens, sed super bonus, & sapiens, & cætera huiusmodi.*

17. Propter quod etiam (vt dicunt) non sunt in Deo attributa sub ratione exemplaritatis, aut alicuius causalitatis respectu illorû, quę eis respondent in creaturis, sicut sunt ideę secundum prætactum modum. Dicitur enim Deus bonus, & sapiens, & cætera huiusmodi, absque eo, quòd sit, aut intelligatur vllo modo causa in creaturis talium sibi respondentium, cuiusmodi sunt bonitas, & sapientia in creaturis. Et tamen, vt dicunt, talium perfectionum distinctio in diuinis inter se, aut ab essentia, aut pluralitas eorumdem, aut omnino esse eorum in diuinis super essentiam, aut præter essentiam non potest accipi in Deo per intellectum circa diuinam essentiam, nisi apprehendendo eas circa diuinam essentiam in habitudine, seu comparatione, & ordine ad consimilia eis respondentia, quæ in creaturis differunt secundum rem, & inter se, & à creaturarum essentia. Quia, vt dicunt, & secundum quòd tactum est in argumentis, non potest intellectus quicunque circa vnum, & idem re plures rationes quascunque concipere, aut illud sub plur bus rationibus apprehendere nisi per habitudinem, & comparationem ad aliqua illis correspondentia, plura, & distincta secundum rem. Vt tamen vnum, & idem sint re verum, & bonum in eodem, nunquam intellectus comprehenderet aliam esse rationem veri, & aliam boni, nisi ex habitudine, & comparatione illius vnius ad diuersas potentias animæ redistinctas, habentes actus re diuersos, & distinctos, quarum sunt per se obiecta.

18. Et sic secundum istos in diuinis substâtia, quantitas, & qualitas, non possunt apprehendi, vt plura, & diuersa inter se secundum rationem, nisi in habitudine ad substantiam quantitatem, & qualitatem, quæ sunt re plura, & diuersa in creaturis. Et eadem ratione vlterius identitas, æqualitas, & simil tudo fundatæ super substantiam, quantitatem, & qualitatem in diuinis, nequaquam possunt apprehendi, vt plura, & diuersa inter se secundum rationem nisi in habitudine ad identitatem, æqualitatem, & similitudinem, quæ sunt re plura, & diuersa, fundatæ super substantiam, quantitatem, & qualitatem re plura, & diuersa existentes in creaturis.

19. Dico autem partim concordando cum prædictis, & partim discordando ab eisdem, quòd quandocunque in eodem, quod non est, nisi vnum, & idipsum re, quando ad se dicitur & absolutè, & secundum se consideratur, est aliqua pluralitas, & distinctio, siue diuersitas, vel secundum rem, vel secundum rationem, illa non est, nisi in habitudine, & comparatione quadam illorum plurium, sed non est in habitudine ad diuersa secundum rem extra illis respondentia, sed sufficit, quòd sit in habitudine, vel ipsorum inter se, vel ipsorum ad aliqua alia plura, & diuersa secundum rem, siue intra, siue extra. Puta cum natura deitatis sit vnum, & idipsum absolutum dictum ad se, in ipsa est pluralitas, & distinctio personarum secundum rem ea habitudine, & comparatione illarum inter se, non autem ad aliqua distincta diuersa secundum rem illis correspondentia. Pater enim, & filius sunt in diuinis ea natura rei, non autem ea aliqua consideratione rationis, aut intellectus, & hoc ex sola mutua habitudine eorum adinuicem distincti, non autem ea aliqua habitudine ad patrem, & filium, qui sunt in creaturis, vel aliqua diuersa secundum rem existentia in creaturis.

20. In ipsa etiam diuina essentia est pluralitas, & distinctio idearum secundum rationē ex habitudine sola ad correspondentia eis in creaturis extra.

21. In ipsa etiam est pluralitas attributorum, atque distinctio, nec non, & relationum communium, de quibus est quæstio. Quorum pluralitas, & distinctio, si non esset nisi ex habitudine ad correspondentia eis in creaturis, tunc non esset omnino alius modus distinctionis illorum, & idearum, nec esset alia bonitas in Deo, quam idea bonitatis existentis in creaturis, etiam si ideæ considerarentur secundum rationem cuiusdam limitationis, nó sic autem attributa, non obstante ratione, quę iam contra hoc adducta est secundum prædictos, quòd scilicet rationes attributorum excessiuè, & per modum cuiusdam supereminētiæ sunt in Deo. Esse enim bonitatem per supereminētiam in Deo respectu ipsius, quod ei respondet in creaturis, non repugnat ratio-

ni exemplaritatis. Bonitas enim, & sapientia, quæ sunt in creaturis imitantur quadam peregrina similitudine bonitatem, & sapientiam existentes in Deo, sicut essentiam Dei quadam peregrina similitudine imitantur essentiæ creaturarum, licet quædam similitudine maiori, & quædam minori, prout dicit
to.4. August. 83. q. q. 51. *Multis modis dici possunt res similes Deo. Alia secundum virtutem, & sapientiam facta, quia in ipso est virtus, & sapientia non facta. Alia inquantum solum viuunt, quia ille summe, & primitus viuit. Alia inquantum sunt, quia ille summe, ac primitus est. Et ideo quæ tantummodo sunt, nec tamen viuunt, aut sapiunt, non perfecte, sed exiguè sunt ad similitudinem eius. Omnia autem quæ viuunt, & non sapiunt, paulò amplius participant similitudinem. Iam porro quæ sapiunt, illa similitudini proxima sunt, vt in creaturis nihil sit propinquius.* Et sic sicut Deus non dicitur idea, nisi ex habitudine sicut causa exemplaris ad ideatum in cogno-
an.10. & seq. scendo, & producendo ideatum secundum prædictum modum, sic non est dicendus bonus, aut sapiens, nisi ex habitudine sicut causa exemplaris, & idealis ad bonitatem, aut sapientiam, quæ est in creaturis, quod falsum est.

22. Falsa est etiam differentia, quam quo ad hoc nituntur assignare inter rationem idealem, & attributalem, siue inter ideam, & at-
q.16. tributum, videlicet, quod idea in Deo non consideratur, nisi secundum rationem cuiusdam limitationis, non sic autem attributum, quoniam in Deo nulla limitatio omnino cõsiderari potest nisi intellectu falso, & erroneo,
a.9 a.16. sicut iam dictum est supra.

23. Et quod dicunt, quòd immo, quia aliter non respõderet propria idea proprio ideato, vt scilicet in Deo alia sit idea hominis, alia equi, hoc falsum est. Absque enim omni limitatione in ratione ideæ in Deo respondet propria idea proprio ideato, & alia est idea hominis, & alia equi. Quia quòd propria idea respondeat proprio ideato, & alia sit idea vnius ideati, & alia alterius, hoc non est, quia aliæ, & aliæ limitationi in essentia creaturarũ respondeat alia, & alia limitatio in ideis. Tunc enim gradus esset ponere ex parte Dei in perfectione idearum, sicut sunt gradus perfectionis in essentia creaturarum, quod erroneum est dicere, sed hoc est idcirco, quòd idea non est omnino in Deo nisi ex habitudine ad essentiam creaturarum, & solummodo in Deo est alia, & alia idea alterius, & alterius, quia alia, & alia est perfectio in essentia vnius creaturæ, & alterius, respectu cuius idea habet rationẽ idealem. Per hoc enim ratio perfectionalis, vna & eadem in perfectione essentiæ deitatis est. Ex hoc autem est alia, & alia idea in diuina notitia, quòd est ad aliam, & aliam perfectionem existentem in alia, & alia essentia creaturæ, ita quòd si amoueas alium, & alium gradum perfectionis in creaturis, vt contingit plerunque in illis, quæ sunt sub eadem specie specialissima, creaturis diuersis non respõdent diuersæ ideæ in Deo. Licet enim secundum aliam ideam factus sit homo, & secundum aliam equus, non tamen secundum aliã, & aliã ideã factus est vnus equus, & alius, secũdum quòd hoc alias declarauimus in quadam quæstione de Quolibet. quodl. 7. q. 1 & 2.

24. Dico ergo, quòd postquam ita est, quòd distinctio attributorum si non accipiatur nisi in habitudine ad respondentia eis in creaturis, sicut accipitur distinctio idearum, ipsa attributa sunt ideæ quædam, eo quòd non potest dici quòd differant, sicut limitatum, & illimitatum nec occurrit alia differentia inter illa assignanda, nisi forte illa, quæ iam inferius assignabitur, & hoc clare falsum est. Necesse est a.31. ergo ponere attributa esse in Deo, & distingui abinuicem, absque omni habitudine ad aliqua eis respondentes in creaturis, prout superius determinauimus loquendo de attributis. a.51.q.11

25. Et per eundem modum dicendum est in Deo poni relationes communes, & distingui inter se absque omni habitudine ad illa, quæ respondent eis in creaturis, de quo quærit quæstio proposita. Quod videtur sentire August. vbi docet, quod intelligimus Deum esse verum, bonum, & cætera talium, non reflectendo aciem mentis ad illa, quæ correspõdent eis in creaturis, sicut ad nebulam phantasmatis, sed potius abstrahendo illa ab eis. Octauo enim de Trinit. cap. 2. dicit sic. *Est* 10.3. *Trinitas Deus vnus, solus, magnus, verus, veritas, quem si cogitare conamur, nullus cogitetur per locorum spatia contactus, aut complexus, sed quicquid tale occurrerit sine vlla dubitatione respuatur Ita enim respuetur omne corporeum. In spiritualibus autem omne mutabile quod occurrerit, non putetur Deus.* Vbi paucis interpositis quæ inferius iam apponentur, sequitur. *Ecce, vide* n.28. *si potes. Deus veritas est, noli quærere, quid sit veritas. Statim enim occurrent caligines imaginum, & nebula phantasmatum, & perturbabunt serenitatem, quæ primo ictu defluxit cum diceretur veritas. Ecce in ipso primo ictu, quo velut coruscatione perstringeris cum dicitur veritas, mane si potes, si non potes relaberis in ista solita, atque terrena,* & sequitur cap. 4. *Ecce iterum vide si potes, non amas certe nisi bonum.* Et post pauca enumeratis pluribus bonis particularibus pertinentibus, tam ad mores, quam ad naturam, & vsum rerum naturalium, in summa recolligens omnia, subdit dicens. *Quid plura? bonum hoc, & bonum illud, vide ipsum bonum si potes, ita Deum videbis non alio bono bonum, sed bonum*

omnis boci, & infra sequitur. *Cum itaque audis bonum hoc, & bonum illud, quæ possunt alias dici etiam non bona, si poteris sine illis, quæ participatione boni bona sunt perspicere ipsum bonum cuius participatione bona sunt. Simul enim, & ipsum intelligis, cum audis hoc, aut illud bonum. Si ergo poteris illis detractis per se ipsum prospicere bonum perspexeris Deũ.* Sicut autem hoc dicit de vero, & bono, similiter intellige, & de cæteris, attributis, atque aduerte quod dicit. *Si ergo poteris illis subtractis per se ipsum prospicere bonum perspexeris Deum.* Et vide an verum esse poterit, quòd de Deo, quòd verus sit, bonus, sapiens, aut aliquod aliorum huiusmodi, non prospicitur in ipso nisi ex habitudine ad similia illis correspondentia in creaturis. Certe nequaquam, imo habitudo ad illa impedit (vt dicit) ne serene in Deo conspici possint. Quod si in Deo conspici poterunt absque dicta habitudine, poterit ergo similiter conspici, & illorum distinctio abinuicem, & ab essentia, atque eorum pluralitas, absque omni habitudine dicta.

ar 2 q. 2. n. 4. ar. 4 q 2 n 6. 2. 6. qu 2. n 12 & 24 q 1. n. 12 a. 33. q. 2. n. 5.

26. Dico quantum est ex parte illorum, vt cognoscibilia sunt in Deo, & de Deo, & quantum est ex parte intellectus diuini, licet forte non quantum est ex parte intellectus nostri non simpliciter, sed solummodo pro statu communi vitæ præsentis, *in quo intellectus noster se habet ad manifestissima naturæ,* cuiusmodi sunt illa cognoscibilia de Deo quantum est ex parte illorum, *sicut se habet oculus vespertilionis ad lucem solis,* vt dicitur in secundò Metaphys. (ar. 10. 5.) Forte enim nihil quod Dei est, siue essentia, siue vita, siue bonitas, siue sapientia, siue intellectus, siue voluntas, siue generatio, siue spiratio, siue paternitas, siue filiatio, siue quodcumque aliud absolutum, aut relatiuum pro statu communi vitæ præsentis potest intelligi ab intellectu nostro etiam sub ratione attributi generalissimi nisi in habitudine ad sibi correspõdens in creaturis, quemadmodum ab initio nullum illorum apprehendere potest de Deo, nisi quadã manuductione à similibus illis correspondentibus in creaturis. Et sic à differentia reali in creaturis procedit differentia rationis in attributis, è contrario illi, quod dictum est tam supra de differentia idearum, & ideatorum. (a 22 i.) Nec est in hoc vlla differentia in apprehensione illorum, quę sunt absoluta, & essentialia, & eorum quæ sunt relatiua, & personalia, quia quo ad omnia hæc, *in creata natura conspicimus, quid de increata sentire debeamus,* vt dicit Ricar. 1. de Trin. c. 3.

27. Est tamen ad hoc signum notissimum, quòd omnia illa quantum est de se, absque dicta habitudine ab intellectu nostro sunt cognoscibilia quantum est ex parte naturæ ipsius, hoc videlicet, quòd quantò ea, quæ simpliciter dignitatis sunt in creaturis, maiori abstractione & separatione ab eisdem intelligimus, tantò magis sinceræ cognitioni diuinorum appropinquamus. Quantò etiam intellectum nostrum á sensibus, & sensibilibus abstrahimus amplius, & a nebulis phantasmatum, & affectione, seu amore corporalium sequestramus, seu depuramus aptior fit ad intelligendum diuina, dicente Augustino de Ioanne Euangelista in exponendo illud. *In principio erat verbum* (C. 1. A. 1. tr. 1. to. 9) in principio super Ioan. *Nisi transcenderet omnia, quæ creata sunt, non perueniret ad eum, per quem facta sunt omnia.*

28. Debet autem abstractio diuinorum intelligibilium, quæ ex creaturis cognoscuntur, & similiter ipsius intellectus debentis illa intelligere, fore tanta, vt sint absque omni habitudine ad creata. Non solum enim debent à conditionibus creaturarum sequestrari, sed per abnegationem se habere ad illas. Non enim sola sequestratio dictorum sufficit, sub quali intellectus noster intelligit vniuersale per abstractionem conditionum particulariũ à rebus intellectualibus, & etiam à se ipso, intelligendo scilicet bonum simpliciter, non cointelligendo hoc vel illud, sed etiam requiritur abnegatio omnium eorum, quæ sunt in creaturis ab ipso, quod intelligendum est de Deo, intelligendo scilicet bonum simpliciter, non solum omittendo per intellectum hoc, & illud, sed abnegando etiam, & dicendo, quòd non est hoc, nec illud, nec simpliciter aliquid eorũ, quæ sunt in creaturis. Vnde de tali abnegatione dictum est iam secundum Augustinum. (n. 25. 8 de Tri. c 2. to. 3.) *Est Trinitas vnus Deus,* &c. vbi sequitur continue interpositum, quod iam omissum est. *Non enim paruę notitia pars est, cum de profundo isto in illam summitatem respiramus, si antequam scire possimus quid sit Deus, possimus iam scire quid non sit. Non enim est certe, nec terra, nec cælum, nec quasi terra, aut cælum, nec tale aliquid quale videmus in cælo, nec quicquam quale non videmus & est forte in cælo, nec si augeas imaginatione cogitationis lucem solis quantum potest, siue quo sit maior, siue quo sit clarior millies tantum, aut innumerabiliter, neque hoc Deus est. Nec sicut cogitantur Angeli mundi spiritus cælestia corpora inspirantes, atque ad arbitrium quo seruiunt Deo mutantes atque versantes, nec si omnes cum sint millia millium in vnum collati vnus fiant, nec tale quid Deus est. Nec si eosdem spiritus sine corporibus cogites, quod quidem carnali cogitatione difficillimũ est.*

29. Si autem, aliquis tali abnegatione facta conatur omne quod creatum est transcendendo, aliquid eorum, quæ ipse Deus est comprehendere, hoc non potest fortasse, vllo modo intellectu coniuncto corpori, quod corrumpitur & aggrauat animam adhuc pro statu vitæ præ-

præsentis, nisi in habitudine ad aliquid simile illi correspondens ei in creaturis, a quo attributa dicuntur quasi à creaturis Deo tributa. Quod tamen proculdubio potest intellectu separato a tali corpore, & depurato ab omni affectione carnali, & nebula phantasmatis, & hoc vel per mortem, vel per auersionem omnimodam à sensibus corporis, vt contingit in ecstasi. Aliter enim sine intellectu, & notitia creaturæ non posset esse beatus, cum nihil intelligatur ex habitudine ad creaturam, nisi cointelligendo ipsam creaturam. Istud autem falsum est, dicente August. 5. confes. cap. 4.
n. 3. *Infelix ille homo, qui scit illa omnia, te autem nescit. Beatus autem qui te scit etiam si illa nescit.*

30. De vtroque autem modo separationis intellectus à corpore in diuina visione loquitur
to. 2. ep. 112. c. 13. D. 20. A. 2. Augustinus lib. de videndo Deum exponens illud Exodi 33. *Non videbit me homo, & viuet*, &, illud Apostoli 2. Corin. 12. *Scio hominem raptum, &c.* dicens. *Beatus est qui audiuit ineffabilia verba quæ non licet homini loqui, vbi adeo facta est ab huius vitæ sensibus quadam intentionis auersio, vt siue in corpore siue extra corpus fuerit, id est vtrum sicut in vehementiori ecstasi mens ab hac vita in aliam vitam fuerit alienata manente corporis vinculo, an omnino fuerit resoluta, vt in plena morte contingit, nescire se diceret, quia necesse est abstrahi ab hac vita mente, quando in illius ineffabilitatem assumitur. Et non sit incredibile quibusdam sanctis nondum ita defunctis, vt sepelienda cadauera remanerent, etiam istam excellentiam reuelationis fuisse concessam.*

31. De tali ergo intellectu humano sic auerso, & similiter de quolibet intellectu humano plene beato, & præcipue diuino. Dico, quòd attributorum distinctionem, & per consequens relationum communium distinctionem fundatarum in illis in diuina essentia intelligere potest, absque omni habitudine ad consimilia illis correspondentia in creaturis. Pertinet enim omnium illorum notitia ad visionem beatam euentualem. In quo omnino differunt rationes attributales a rationibus idealibus, quæ a nullo intellectu omnino, & in nullo statu intelligi possunt absque habitudine ad correspondentia illis in creaturis.

n. 1. 32. Quod ergo arguunt primo in contrarium, quòd prædictorum esse, aut eorum pluralitas, seu distinctio in Deo accipi non possunt per intellectum, siue creatum, siue increatum circa diuinam essentiam nisi apprehendendo illa in habitudine ad consimilia respondentia illis in creaturis, quæ in illis sunt re differentia, quia essentia Dei, siue ipse Deus, & quicquid in ipso est, vnum est, & id ipsum re simplici, & ratione quæ propria est ei ex se absque omni distinctione, & pluralitate, & ideo cum absque habitudine ad alia apprehenditur sub illa sola ratione apprehenditur, & ideo absque omni pluralitate, & distinctione. Dico, quòd verum est, si absque omni habitudine omnino ad aliud apprehenderetur. In Deo enim propter suam simplicitatem nihil purè, & omnimode absolutum, absque omni habitudine ad aliud potest plurificari, aut distingui, aut esse plurificatum, aut distinctum, sed si in ipso sit plurificatio, aut distinctio aliqua, illa necessario fit non absque habitudine ad aliud, vel secundum rem, vel secundum rationem, vel quod est extra in creaturis, vel quod est intra in diuinis, vt iam dictum est, & expositum supra loquendo de attributis. Vnde dico, quòd esse attributorum, & relationum cō- n. 19. a. 52. q. 1.
munium in diuinis, & pluralitas, atque distinctio est secundum rationem per habitudinem ad aliud, & hoc non necessariò ad correspondentia illis extra, vt quidam dicunt, sed potest fieri ex habitudine eorum, quæ sunt intra in diuinis, comparatorum inter se, vel ad personarum emanationes. Attributa enim solam ib nu. 15. & seq.
diuinam essentiam nominant, sub aliquibus rationibus determinatis substantiæ, quantitatis, & qualitatis, scilicet magnitudinis, bonitatis, & sapientiæ, & huiusmodi, quæ circa essentiam concipiuntur, non nisi ex quadam habitudine illorū ad quędā alia, & secundū diuersitatem huiusmodi rationum, non secundū aliquam diuersitatem absolutam in essētia diuina, quæ est aliorum fundamentum, habent esse, plurificari, a que distingui attributa. a 39. q. 1. nu 4 q. 3. num 14. a 58. 3. 1. num 16. q. 3. nu. 48

33. Nec oportet, quòd concipiantur in habitudine ad extra differens secundum rem, tantummodo sufficit, quòd concipiantur in habitudine ad intra, & ad indifferens secundum rem, differens verò sola ratione. Est enim in diuinis (vt dictum est) vnicum tantum merè absolutum ratione significari, & nominis significantis conceptum absque omni habitudine secundum esse, siue essentiam. Substantia enim licet ratione significati sit mere absolutum, ratione tamen impositionis ipsius nominis importat habitudinem ad illa quibus subsistit, vt iam dictum est supra, & significat essentiam sub ratione propria substantiæ, quæ est secūdum se existere, accepta ex habitudine eius ad attributa existentia in illa, & ad omnes rationes perfectionales, atque ideales, vt est subsistens illis, à qua, & denominatur substantis. sup. n. 4. ibidem.

34. Inter quæ cōsiderata in diuina substantia primum est quantitas siue magnitudo, quæ inest substantiæ, & mediante illa cætera omnia secundum iam superius dicta. Diuinæ enim substantiæ ratione qua est increata, conuenit, quòd sit immensæ magnitudinis, & ratione qua est immensæ magnitudinis conueniunt ei quæcumque sunt dignitatis, & perfectionis simpliciter, siue inueniantur in creatu- ibid.

ris, siue non. Et sic in proprijs suis conceptis ex habitudine, seu comparatione eorum per intellectum inter se distinguuntur substantia, & quantitas, inquantum substantia quantitati subsistit, & quantitas substantiæ insistit, & per eundem modum distinguuntur à substantia, & quantitate cætera diuina in diuinis considerata, & hoc ratione vna illis communi, inquantum substantia mediante quantitate illis subsistit, & illa eidem insistunt, quæ proprijs rationibus ex habitudine eorum inter se distinguuntur, absque omni habitudine extra. Deitas enim sub ratione scientiæ, notitiæ, aut sapientiæ concipitur ab intellectu in habitudine ad seipsam conceptam sub ratione scibilis, aut scientis, & è conuerso, sicut eadem deitas concipitur ab intellectu sub ratione paternitatis in habitudine ad seipsam conceptam sub ratione filiationis, & è conuerso, licet in hoc sit differentia duplex. Prima, quòd relationes sunt illæ habitudines, non sic autem relationes cæterorum, quæ sunt in diuinis absoluta. Secunda, quòd in diuinis paternitas, & filiatio, sicut pater, & filius, & vniuersaliter relationes, ac habitudines notionales habent esse, & distingui à natura rei, non autem à consideratione intellectus, à qua in diuinis habent solummodo esse, & distingui rationes cæterorum.

35. Et sic intellectus concipit in diuinis diuersos respectus relationum naturalium ex habitudine illarum inter se, quarum distinctionem inuenit operatam a natura rei, sed non operatur. Concipit autem diuersas rationes attributales ex habitudine illorũ inter se, quorũ distinctionem non inuenit operatã a natura, sed ip se illã operatur, & hoc quẽadmodũ ipse operatur relationes respectuũ alicuius ad seipsum secundum primum modum identitatis, & hoc absque omni habitudine ad aliquid extra, quemadmodum etiam concipit respectus diuersos relationum communium inter duas personas, puta identitatum, æqualitatum, & similitudinum mutuarum inter patrem, & filium. Non enim identitatem, æqualitatem, & simitudinem, quibus pater est idem, æqualis, & similis filio & è conuerso, oportet apprehendere in habitudine ad aliquam identitatem, æqualitatem, & similitudinem, quibus aliquæ creaturæ sibi sunt eædem, æquales, & similes, maxime quia non est inuenire relationes communes similes, & correspondentes in creaturis, quia super idem numero in creaturis non fundantur plures identitates, aut æqualitates, aut similitudines inter diuersa supposita, sicut fundantur in diuinis inter distinctas personas per earum habitudinem mutuam secundum superius determinata.

a.61.q.2. p.15. a.67.q.4. n.5.

36. Et secundum hunc modum distinguit intellectus in diuina essentia rationem boni, & concipit eam ex habitudine illius ad rationem voluntatis in eadem, & èconuerso, & similiter rationem veri ex habitudine illius ad rationem intellectus, & èconuerso. Et ex hoc vlterius cum in Deo vnum, & idem re sint verum, & bonum, intellectus circa diuinam essentiam apprehendit aliam rationem veri, & aliam rationem boni, non necessario ex habitudine, & conparatione illius vnius ad diuersas potentias animæ re distinctas habentes actus re diuersos, & distinctos quorum sunt per se obiecta, nec ex comparatione ad bonum, & verum, quæ in creaturis sunt diuersa secundum rem, sed sufficienter comprehendit illas diuersas, & distinctas ex habitudine ad diuersas rationes intellectus, & voluntatis, & sic ad diuersas rationes dissimiles omnino, quemadmodum & in diuinis sumitur omnis distinctio attributorum, nequaquam autem ad rationes similes, quemadmodum a rationibus similibus Deo attribuũtur à creaturis, puta bonitas a bonitate, veritas à veritate, pulchritudo à pulchritudine, & sic de cæteris.

37. Et sic per distinctionem rationum, siue habitudinum, quas important attributa, vt oppositas, quas in diuinis considerantur ex parte intellectus inter se, vt opposita inter se ex vna parte, & ex alia parte, voluntas distinguit inter se illa, quæ sunt ex vna parte quadam diuersitate respectuum sibi inuicem oppositorum, quo facto comparat illa, quæ sunt ex parte intellectus ad illa, quæ sunt ex parte voluntatis, & vniuersaliter illa, quæ non distinguit secundum respectus oppositos inter se, comparat inter se secundum quandam oppositionem disparationis, quod sufficit ad plurificationem, & distinctionem attributorum in diuinis, nec plus requiritur. Et per hunc modum distinguuntur inter se tres modi relationum communium in diuinis, prout supra espositum est. n.25.

38. Quod ergo dicunt, quòd circa vnum, & idem re, & subiecto intellectus nunquam n.27. apprehenderet aliam rationem veri, & aliam rationem boni nisi ex habitudine illius vnius ad diuersas animæ potentias re distinctas, quarum actus realiter sunt distincti, per hoc intendendo, quòd cum in Deo totum quod est, vnum & idem re est, & subiecto, intellectus idcirco nunquam apprehendit aliam, & aliã rationem diuersorum attributorum nisi in habitudine illius vnius ad diuersa realiter distincta illis respondentia. Dico quòd hoc falsum est, & in Deo, & in creaturis. Ponendo enim potentias animæ non esse aliud re à subiecto eius (secundum quod alias declarauimus in quadam quæstione de Quolibet) idem & vnum re, & subiecto sunt verum, & bonum, sicut intellectus,

a.49.q.4. n.9. quodl.3. qu.14.

&

& voluntas, & intellectus in substantia ap-
prehendit rationem veri ex habitudine, & com-
paratione illius vnius ad seipsum sub ratione
intellectus, & similiter rationem boni ex ha-
bitudine sui ad seipsum sub ratione voluntatis
absque omni distinctione secundum rem inter
intellectum, & voluntatem. Quod si actus in-
telligendi, & volendi in anima sint diuersi se-
cundum rem, illa diuersitas omnino accid t
dictorum distinctioni secundum rationem.
Ex tali enim habitudine veri, & boni ad intel-
lectum, & voluntatem nihil minus distingue-
rentur in anima verum, & bonum etiam si es-
sent vnum, & idem secundum rem in substan-
tia animæ actus voluntatis, & intellectus, si-
cut sunt ipse intellectus, & voluntas, quemad-
modum hoc contingit in Deo. Dictum ergo
illorum non procedit nisi supponendo poten-
tias animæ differre secundum rem inter se.
Quod etsi ita esset, ista tamen diuersitas inter
voluntatem, & intellectum accideret distin-
ctioni veri, & boni in habitudine ad illos, sicut
a.36. iam supra dictum est de distinctione actuum
eorum. Et sic omnino accidit distinctioni at-
tributorum in Deo habitudo ad diuersa secun-
dum rem illis respondentia, siue secundum
idem nomen, & eandem rationem, sicut bono
vero, pulchro in diuinis respondent verum,
bonum, & pulchrum in creaturis, à quibus
etiam a nobis attribuuntur Deo, siue secun-
dum aliud nomen & aliam rationem, sicut
bono, & vero in Deo respondet voluntas, &
intellectus in creaturis.

n.2. 39. Quod autem secundo per rationem di-
uisiuam id quod videtur esse omnino contra-
rium dictis, arguunt sic, si intellectus aliquis
etiam diuinus circa suam essentiam apprehen-
dat aliqua plura, & distincta, hoc non potest
esse, nisi tripliciter &c. Dico quod non ap-
prehendit illa distincta secundum se, & simpli-
citer, quia vt procedit primum membrum ar-
n.35. gumenti, intellectus tunc non operaretur ta-
lem distinctionem, sed eam operatam inueni-
ret, & hoc non nisi ex natura rei, sicut in ab-
solutis inuenit distinctionem suppositorum su-
bstantiæ in creaturis, & in relatiuis distinctio-
a.33. nem suppositorum in diuinis, quod falsum est
in propositis secundum dicta. Similiter dico,
quòd non necessario apprehendit illa plura,
& distincta per comparationem, & in habitu-
dine ad similia correspondentia in creaturis,
quod intendit concludere tertium membrum,
sed dico, quòd intellectus & creatus & increa-
tus illa apprehendere potest, vt plura, & di-
stincta absque omni comparatione ad re di-
fferentia extra in creaturis, sed solummodo
per comparationem eorum mutuam inter se,
& sic sola ratione differentia sunt in diuinis,
ibid. & intra, vt patet ex dictis.

40. Et quod arguitur cōtra hoc, quod si intel- a.2.
lectus apprehenderet distinctionem, & plura-
litatem illorum per comparationem, & habi-
tudinem illorum ad inuicem siue inter se, tunc
comparabilia necessariò præcederent compa-
rationem, & actus conparandi necessariò pre-
supponeret distinctionem conparatorum siue
comparabilium, quia comparabilia semper præ-
cedunt comparationem, & actus comparandi
aliqua semper præsupponit eorum distinctio-
nem, & sic apprehensio intellectus per com-
parationem non causaret dictorum distinctio-
nem, vt dictum est. Dico, quòd cum appre-
hensa ab intellectu sunt res naturæ, ipsæ, &
earum distinctio naturaliter apprehendunt ap-
prehēsionem intellectus, qua illas, & earum di-
stinctionem apprehendit, & similiter compa-
rationem, per quam apprehendit illas, & illa-
rum distinctionem apprehendit, & similiter
comparationem, per quam apprehendit illas,
& illarum distinctionem. Et tunc vniuersali-
ter verum est, quòd comparabilia præcedunt
comparationem, & hoc illam, quam operatur
intellectus circa comparabilia, licet non illam,
quam circa illa operatur natura, puta circa di-
uinas personas inter se comparatas habitudine
relatiua. Cum vero apprehensa ab intellectu
sint res rationis, inquantum huiusmodi, & ip-
sæ, & earum distinctio causantur ab intellectu
apprehendente illas per comparationem, quā
operatur comparando illas inter se. Et ideo
ipsæ res huiusmodi inquantum sunt res ratio-
nis, & earum distinctio naturaliter sequuntur
apprehensionem intellectus, qua illas, & earū
distinctionem apprehendit, & apprehenden-
do eadem operatur, & similiter comparatio-
nem per quam apprehendit illas, & illarum
distinctionem. Ipsa enim apprehensio, &
comparatio sic apprehensorum naturaliter
sunt simul, quia non est comparatio, nisi per
apprehensionem, nec apprehensio, nisi per
comparationem, quia singulum comparatorū
intelligitur in habitudine, siue in ordine ad al-
terum, sicut vniuersaliter vnum relatiuorum
apprehenditur per intellectum in habitudine
siue in ordine ad alterum, & idea in Deo in
ordine ad ideatum, licet idea sit causa
ideati.

41. Dico ergo, quòd attributa diuina in-
quantum attributa sunt, & significant diuinam a.33. q.2.
essentiam sub ratione respectuum determina- num. 18.
torum, qui sunt res rationis, intellectus non a.51 q.2.
apprehendit illa, & illorum distinctionem per n.4.
eorum comparationem inter se, quasi ipsa, &
eorum distinctio præcedat, & illorum, & di-
stinctionis eorumdem intellectum, atque com-
parationem inter se, vt ipse intellectus illa, vt
prius existentia, atque distincta absque opera-
tione intellectus ex comparatione, quam ope-
ratur

ratur illorum inter se, & illorum distinctionē apprehendat, sicut apprehendit omnino absoluta, atque diuinas personas, & eorum distinctionem, secundum quòd nititur procedere argumentum contra illud secundum membrum, secundum quem modum æque bene procederet contra tertium membrum. Sicut enim arguitur, quòd non apprehendit intellectus attributa distincta per comparationem eorum adinuicem, quia comparabilia, & eorum distinctio debent præcedere comparationem illorum inter se, sic potest argui, quòd non apprehendat intellectus attributa distincta per comparationem ad sibi similia in creaturis re distincta, quia consimiliter comparabilia, & eorum distinctio debent præcedere comparationem illorum ad sibi similia in creaturis.

42. Sed dico, quod intellectus apprehendit attributa diuina, & eorum distinctionem per eorum comparationem inter se, quia scilicet comparando illa ea apprehendit, & distinguit, & apprehendendo illa comparat, & distinguit. Et operatur intellectus ista tria simul tempore, licet apprehensio, & comparatio etiam sint simul natura, & praecedant natura ipsam distinctionem, sicut apprehensio, & comparatio idearum ad ideata præcedit natura ipsa ideata, & distinctionem idearum inter se, atque ideatorum inter se, vt iam tactum est. Et habent
n.40. esse ideæ a tali apprehensione, & comparatione id, quod sunt secundum rationem, & ab ipsis ideis ipsa ideata id quod sunt secundum rē,
ibid. vt iam dictum est. Aliter enim attributa, & eorum distinctio praecederent illorum apprehensionem, & causarent illam, & similiter apprehensio comparationem, & coinciderent secundum, & tertium membrum distinctionis in primum, sicut apparet consideranti.

43. Si autem distinctio aliqua attributorum & per consequens relationum communium, accipiatur in diuinis in habitudine ad illa, quæ inueniuntur respondentia in creaturis, hoc non contingit nisi ex parte intellectus nostri
n.16. secundum statum vitæ præsentis communem, si tamen hoc sit necessarium, quod non assero. Dico ergo, quòd intellectus non apprehendit circa diuinam essentiam prædicta distincta, & pura secundū se, & simpliciter, & absolute, sed operatur illorum distinctionem apprehendendo illa in comparatione eorum adinuicem, nec apprehendit illorum distinctionem per comparationem, & habitudinem eorum ad consimilia, & correspondentia eis in creaturis, & sic in hac diuisione primum membrū, & tertiū interimenda sunt; & secundum simpliciter est concedendum.

44. Aut si volumus, & debemus omnino ponere, quòd in eo quod est vnum, & idipsum re, & ratione quantum est de se, non potest cadere distinctio, aut pluralitas aliqua etiam secundum rationem, nisi ex ordine, & habitudine ad aliqua distincta secundum rem, dico quod adhuc ipsa distinctio, & plurificatio talium in
diuinis fit ad intra. quia (vt supra declaraui) a.31 n.1. q.2 n.18
omnia attributa essentialia in Deo pertinent ad voluntatem, & intellectum, & quæ pertinēt ad intellectum ordinantur ad emanationem realem, quæ est modo intellectus, & quæ pertinent ad voluntatem ordinantur ad emanationem realem quæ est modo voluntatis, quæ realiter in diuinis oppositione disparationis
distinguuntur, vt superius declaratum est. Et a.60.q.3. n.10.
per hunc modum circa diuinam essentiam apprehenduntur attributa distincta ex habitudine eorum ad correspondentia eis intra diuinam essentiam, distincta non re absoluta, & secundum esse existentiæ, sed re relatiua, & secundum esse subsistentiæ, qualiter distinguuntur personæ diuinæ, quarum vna procedit modo naturæ de intellectu, alia vero modo liberaliter de voluntate, secundum modum superius expositum. Per hunc ergo modum, & a.60.q.2
maior, & minor distinctio sunt in Deo, absque omni comparatione ad extra, licet diuersimode secundum dictum modum.

45. Et bene teneret forma vltimi argumenti n.3.
in diuinis, si maior distinctio in illis possit esse scilicet personarum inter se, àbsque omni comparatione ad extra, quare multo fortius, & minor, & hoc quia ipsa minor ordinatur ad maiorem, & maior resoluitur, siue reducitur in minorem. Et est diuina essentia quodammodo fundamētum relationum notionalium mediantibus rationibus attributalibus, quia ordine quodam rationis prior est distinctio attributorum, quam emanatio personarum, & similiter distinctio personarum, quam distinctio relationum communium inter se, vt sunt personarum, quia nec esse habent nisi per personas distinctas quarum sunt. Ratio enim non distinguit inter identitatem, æqualitatem, & similitudinem personarum inter se, prout nominant tres habitudines comparatas inter se, nisi per distinctionem inter substantiam, quātitatem, & qualitatem, prout habent esse in personis distinctis secundum rem. Neque etiā distinguit inter extrema cuiuslibet habitudinis, nisi per distinctionem substantiæ, quantitatis, & qualitatis secundum rationem, prout habent esse in personis distinctis secundum rē similiter. Super substantiam enim alia, & alia ratione existentem in alia, & alia persona, fundatur alia, & alia identitas, & similiter super quantitatem alia, & alia æqualitas, & super qualitatem alia, & alia similitudo. Vt sicut ad apprehendendum identitatem, æqualitatem, & similitudinem inter diuinas personas, non oper-

oportet intelligere hæc in habitudine ad identitatem, æqualitatem, & ſimilitudinem ſuppoſitorum in creaturis, ſed in ſola habitudine perſonarum inter ſe, ſic neque ad apprehendendũ in perſonis diuinis eſſe alia,& alia inter ſe idẽtitatẽ,ęqualitatẽ, & ſimilitudinẽ ſecũdũ rationem, & ſimiliter diſtinctionem ſecundum rationem ſubſtantiæ, quantitatis, & qualitatis, non oportet apprehendere in habitudine ad eorum ſimilia diuerſa re in creaturis, neque omnino diſtinctionem quorumcumque diuinorum attributorum ab eſſentia, & ab alijs
a.66.q.3 attributis,quia relationes communes nec eſſe,
n.5. nec diſtinctionem habere poſſunt ſine eſſe, & diſtinctione ſuorum fundamentorum. Quare a.67.q.3
cum erroneum ſit dicere diuinas perſonas in- n.21.33
ter ſe non habere identitatem, æqualitatem, & ſimilitudinem ſecundum rationem diuerſorum niſi in habitudine ad identitatem, æqualitatem, & ſimilitudinem ſecundum rem in creaturis, ſimiliter erroneum eſt dicere in illis non eſſe ſubſtantiam, quantitatem,& qualitatem ſecundum rationes diuerſas, niſi in habitudine ad conſimilia illis re diuerſa in creaturis, maxime cum ſit aliquod attributum, cui nullum ſimile reſpondet ſecundum ſpeciem in creaturis, cuiuſmodi eſt diuina immenſitas, ſiue infinitas.

Concluſiones ex Quæſtione quinta, Articuli Sexageſimi octaui.

1. *Neceſſe eſt attributa diſtingui in Deo inter ſe, abſque omni habitudine ad illa, quæ reſpondent eis in creaturis.* n. 24.
2. *Per eundem modum dicendum eſt diſtingui in Deo relationes communes.* num. 25.
3. *Hoc dicendum eſt ex parte illorum attributorum, vt cognoſcibilia ſunt in Deo, & de Deo, & quantum eſt ex parte intellectus diuini.* n. 26.
4. *Nihil quod Dei eſt pro ſtatu communi præſentis vitæ poteſt intelligi ab intellectu noſtro, niſi in habitudine ad ſibi correſpondens in creaturis.* ibidem.
5. *Intellectus totaliter auerſus, & plene beatus, & præcipue diuinus attributorum diſtinctionem, & per conſequens relationum communium fundatarum in illis in diuina eſſentia intelligere poteſt abſque omni habitudine ad conſimilia illis correſpondentia in creaturis.* n. 31.

ARTI-

ARTICVLVS
SEXAGESIMVS NONVS
De Identitate in Diuinis.
In tres Quæstiones diuisus.

SEquitur Articulus Sexagesimus Nonus. De vno quoque genere relationum communium, prout habet esse in diuinis in speciali.
Et primò de identitate.
Secundò de æqualitate.
Tertiò de similitudine.
Circa Primum autem quæruntur tria.
Quorum.
Primum est : Vtrum sit ponere identitatem in diuinis.
Secundum : Vtrum modus identitatis secundum formam, & speciem sit tantum vnus in diuinis.
Tertium : Vtrum personarum diuinarum inter se sit plena, & perfecta identitas.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum sit ponere Identitatem in Diuinis.

a 67 q.2. n. 11. & seq. CIrca primum arguitur, quòd non sit ponere identitatem in diuinis, sic. Non est identitas nisi alicuius ad seipsum, vel ad alterum, sed neutro modo habet esse identitas in diuinis, ergo &c. Probatio assumptæ est primò de identitate alicuius ad seipsum duplici medio.

1. Primò sic, omnis identitas est secundū vnitatem substantiæ communis illis, quæ ea
c.10. to. 3. referuntur. *Eadem enim sunt*, secundum Philosophum 5. Metaph. *quorum substantia est vna*, sed nulla substantia vna communis est in diuinis ipsis relatis, tum quia omne relatum in diuinis est substantia. & sic substantiæ esset substantia, tum quia substantiæ, quæ relatiue dicitur esset substantia alia secundum quam relatiue dicitur communis cum illo ad quod relatiue dicitur, consequens falsum est præcipue in diuinis, quia non est aliqua substantia in diuinis nisi vnica singularis, quod etiam si poneretur, de illa posset formari eadē quæstio, .s. an esset eadē sibi, & esset processus in infinitum, & impossibile, ergo, &c.

2. Secundò sic, si substantia diuinitatis esset eadem sibi, aut ergo seipsa est eadem sibi aut aliquo sibi addito, non seipsa, quia cum identitas sit relatio, tunc essentia esset relatio ea quo sequeretur error, scilicet quòd essentia non sit essentia, sed relatio, dicente Augustino. *Si filius ponatur essentia relatiue dici* 7 de Tri. c.1.to.3.
ad patrem, conficitur inopinatissimus sensus, vt ipsa essentia non sit essentia, vel certe cum dicitur essentia, non essentia sed relatiuum dicatur, & sequitur post pauca. *Si essentia ipsa relatiue dicitur essentia, essentia ipsa non est essentia*. Et hoc quia in diuinis essentia distinguitur contra relationem. Si autem substantia deitatis

sit

fit eadem sibijpsi aliquo addito, hoc additum non potest esse, nisi id quo relatiue dicitur, quod non est nisi substantia, & hoc est impossibile, quia in diuinis non est nisi vnica substātia, ergo &c.

3. Quod autem nō sit in diuinis identitas alicuius ad alterum puta patris ad filium, arguitur similiter duplici medio. Primò sic, omnis alteritas est propter diuersitatem. Non est enim alteritas, nisi vbi est substantię diuersitas, quæ quidem diuersitas est contraria identitati, quare si aliquid esset idem alteri, esset simul idem, & diuersum, & essent contraria in eodem, quod est impossibile, ergo &c.

4. Secundò sic, quæcumque sunt altera abinuicem quantumcumque habeant in se aliquid vnum, substantialiter differunt, puta in creaturis indiuidua sub eadem specie & in diuinis ipsæ personæ, sed talia potius sunt diuersa quam eadem, ergo &c.

a.65.q.1. n.23.

5. In contrarium est, quod idem, & diuersum diuidunt totum ens secundum Philosophum 10. Metaph. & habitum est, sed in diuinis nulla cadit diuersitas, secundū Boet. de Trinit. ergo &c.

c.5.&c.12. a.21. q.2. num 2.

6. Dico, quòd cum secundum superius determinata identitas sequatur vnitatem in substantia, & in diuinis in substantia est summa vnitas, quia non est in illis nisi vna substantia singularis, quæ cadit in significatione omnium quæ sunt in diuinis. Nomen enim essentiæ cuiusmodi est Deus aut deitas, vt consideratur in ordine ad alia, quæ sunt in diuinis secundū prædeterminata in proxima quæstione præcedente, a sola essentia sub ratione substantiæ imponitur ad significandum. Nomina autem attributorum, & a substantia, & ab essentia imponuntur ad significandum, sed sub absoluta ratione determinata præter rationem substantiæ, aut essentiæ secundum superius determinata. Nomina verò relationum, vt sunt paternitas, filiatio, identitas, æqualitas, & similitudo similiter, ad significandam substantiam siue essentiam imponūtur, sed sub ratione respectus, qui est relatio. Nomina vero personarum cuiusmodi sunt pater, & filius, & Spiritus Sanctus, imponūtur ad significandum essentiam cum respectu qui est relatio, secundum quòd ambo cadunt in significatione personæ, vt determinatum est superius. Idcirco ergo in diuinis est summa identitas quantum est ex parte substantiæ, seu essentiæ singularis significatæ in omnibus, quæ sunt in diuinis, licet diuersimode vt dictum est. Veruntamen cum dicit Philosophus, *quod idem sequitur vnum in substantia*, intelligendum est quod ibi sumitur substantia communissimè ad tres modos substātiæ. Vno enim modo substantia est natura, & essentia substantialis de prædicamēto substantiæ, quæ in diuinis est sola deitas, & se habet ad modum substantiæ secundæ in prędicamento substantiæ, in eo videlicet, quod communis, & communicabilis est pluribus diuinis suppositis. Alio autem modo substantia est suppositum habens in se substantiam, & naturam primo modo dictam, & se habet in diuinis ad modum substantiæ primę in prædicamento substantiæ, qualis substantia in diuinis est quęlibet persona diuina. Tertio modo est substantia largissime accipiendo substantiam omne quod consideratur per modum substantię, sicut est cuiusque prędicamenti, vt consideratur secundum id qđ est aliquid in se, & existens in prædicamento suo. Et ad vnum in substantia quolibet horum modorum est idētitas sui ad seipsum. Et ideo loquendo de identitate alicuius ad seipsum, identitas omne ens consequitur tam existens in diuinis, quam in creaturis. Est enim deitas idem sibi, similiter bonitas, veritas, & quodlibet significans attributum aliquod in diuinis idem est sibi. Similiter paternitas est eadem sibi, & filiatio, & quodlibet significans relationem. Similiter Pater est idem sibi, similiter Filius sibi, & Spiritus Sāctus sibi. Et hoc secundum primum modum identitatis superius tactum.

a.62.q.2. n.4 a.63. q.3 n.22 a.67.q.2. n.10.

n.32. & seq.

ibid.

a.56.q.4

5. Met. t.16.&c.3

a.66. q.3 n.9 q.4. n.4. inf qu.2. n.5.

a.67.q.2. n.9.

8. Sed loquendo de substantia primo modo specialiter, a qua imponitur ad significandum nomen purè absolutè absque omni ratione respectus determinati, & quæ est fundamentum primum omnium determinatarum rationum, & absolutorum, & respectuū in diuinis. Sciendum quòd ipsa dupliciter habet considerari. Vno modo vt est aliquid in seipsa, & secundum seipsam, puta deitas, vt est deitas simpliciter. Alio autem modo, vt est aliquid alicuius. Et primo modo ad seipsam sequitur sola identitas secundum primum modum identitatis, scilicet sui ad seipsam, qua ipsa dicitur eadem sibi secundū seipsam. Secundo autem modo ad ipsam sequitur identitas penes secundum modum identitatis, scilicet alicuius ad alterum, qua quæcumque, quæ sunt in diuinis diuersa, seu distincta ratione, vt sunt attributa, & relationes omnes, aut diuersa, seu distincta secundum rem, vt sunt personæ, dicuntur esse eadem inter se. Secundum hunc enim modum dicimus, quòd in diuinis bonitas est eadem veritati, & e conuerso, quia vna substātia diuinitatis significata in vtroque, licet secundum aliam rationem, & sub alio respectu. Et secundum hunc modum dictum est supra quod vnumquodque eorum scilicet diuinorum,

rum attributorum non minus est idem alteri
quam sibi. Secundum hunc etiam modum in
diuinis paternitas est eadem filiationi, & non
è conuerso, quia vna substantia diuinitatis si-
n. 7. gnificatur in vtroque, licet sub ratione alte-
rius respectus. Et secundum hunc modum
etiam vnaquæque relationum in diuinis non
minus est eadem alteri quam sibi. Secundum
hunc etiam modum pater est idem filio, &
è conuerso, quia scilicet vna singularis deitas
est in vtroque. Et secundum hunc etiam mo-
dum vnaquæque diuinarum personarum non
minus est eadem alteri q̃ sibi, imo illo modo,
quo scilicet aliquid dicitur idem substantia,
a. 67. q. 2 n. 6. vt ipsa est aliquid sui, nihil dicitur sibi idem,
sed alteri tantum vt habitum supra. Et vt
generaliter loquar, isto modo eadem sunt in-
uicem singula quæ sunt in diuinis singulis,
puta bonitas, sapientia, paternitas, filiatio,
pater, filius, & sic de cæteris.

9. Et secundum hoc aduertendum, quòd
cum substantia, quæ deitas est in diuinis di-
catur esse aliquid alicuius, substantia largissi-
me accipitur, scilicet & prout alicuius dicitur
substantia deitatis, quia cum aliquo alio cadit
in significato alicuius, quod quasi integratur
sup. n. 6. ex vtroque illorum, quemadmodum in per-
sona cadunt substantia, & relatio personæ
constitutiua, & prout substantia deitatis ca-
dit in significato alicuius sub ratione absolu-
ta, sed accepta cũ habitudine, seu respectu,
& comparatione ad aliud, vt in attributis,
vel qui est relatio, vt in nominibus relatiorũ.
n. 5. Et secundum hoc concedenda est vltima ra-
tio pro illa parte adducta.

n. 8. 10. Ad primam in oppositum, quæ pro-
bat, quod in diuinis non est identitas, quia
identitas est secundum vnitatem substantiæ
communis illis, quæ sunt eadem, qualis non
potest esse in diuinis, quia substantiæ relatæ,
& substantiæ, ad quam refertur esset substan-
tia aliqua communis secundum quam refer-
retur vnum eorum ad alterum. Dico, quòd
verum est, quia sicut secundum Augustinum
c. 3. 7. de Trinit. cap. primo, *omnis essentia, quæ re-
latiue dicitur est aliquid excepto relatiuo*, vt ne-
cesse sit differre relatum, & relationem secũ-
dum quam formaliter refertur, sic omne re-
latum est aliquid excepto eo secundum quod
refertur fundamentaliter, & sic identitate
substantia refertur secundum substantiam
vnam communem relatis, sed tamen substan
tia, quę refertur, & substantia ad quam refer-
tur, & substantia secundum quam refertur,
aliter non est nisi penitus vna, & eadem sub-
stantia, puta quando est relatio identitatis ali-
cuius ad seipsum, & hoc siue in diuinis, siue
in creaturis. Eadẽ enim substantia est vtriuf-
que extremorum relatorum, quæ secundum
rationem differt, vt illa est vnum extremo-
rum, & vt est alterum, & vt est substantia
secundum quam referuntur, quæ inquantum
huiusmodi communis est illis, secundum
rationem, non vt aliquid illorum, sicut co-
munis est substantia eadem numero in diui-
nis in relatis identitate secundo modo, vt in
patre, & filio, neque vt contracta in illis, sicut
cõmunis est eadem substantia specie, aut ge-
nere in creaturis relatis identitate, forma
enim speciei, aut generis est aliquid cõmune
suppositis, quæ illa referunt, puta humanitas
Petro, & Paulo, cum dicuntur idẽ homo secũ-
dum speciem, vel animalitas Petro, & Bru-
nello cum dicuntur idem animal secundum
genus. Continet enim quodlibet supposito-
rum substantiæ creatæ in se substantiam, quæ
est forma speciei, vel generis cum ratione de-
terminante essentiam communem in suppo-
sito, sicut quodlibet suppositum diuinum con
tinet in se substantiam deitatis cum relatione
determinante suppositum continens essen-
tiam communem. Sed substantia secundum
quam referuntur relata primo modo iden-
titatis, est totum quod sunt illa, quæ referun-
tur. Quæ enim referuntur primo modo iden-
titatis, referuntur inter se secundum substan-
tiam, quę est totum id quod sunt relata. Re-
feruntur enim inter se ratione totalitatis suæ.
Pater enim in diuinis est idem patri, siue si-
bi ipsi secundum totum, quod est pater, con-
tinens scilicet essentiam cum proprietate re-
latiua. Non sic autem referuntur inter se
illa, quę referuntur secũdo modo identitatis,
sed referuntur inter se secundum substan-
tiam, quæ est, aliquid eorum, quæ referun-
tur, vel saltem aliquid alterius eorum. Non
autem referuntur secundum substantiam, quæ
est totum quod sunt ambo. Persona enim
vna est eadem alteri personæ, & relatio rela-
tioni, & attributum attributo, & singula sin-
gulis in diuinis, vt dictum est. Quæ omnia n. 8.
differunt inter se secundum rationes, vel re-
spectus diuersos in relatis, & cum ratione,
vel respectu continent in suo significato cõ-
munem essentiam. Quando vero est com-
paratio secundum identitatem inter diuinam
essentiam, & personam, aut attributum, aut
aliquam relationem, tunc est relatio secundũ
substantiam, quæ est aliquid alterius relato-
rum tantum, essentia enim est aliquid perso-
næ, & cæterorum, sed non est aliquid sui,
sed est totum quod est ipsa. Quod ergo di-
citur in argumento, quod in diuinis non est
aliqua substantia communis alicui cum alio.
Dico, quòd verum est substantia, quæ est re
differens ab illis. Est tamen bene substantia
differens ratione à relatis secundum illam,
vt dictum est.

11. Et

n.7. 11. Et quod arguitur contra hoc, quòd tunc de illa substantia communi eadem quæstio formaretur, an esset eadem sibi secundū substantiam, & dicendum esset quòd sic, semper enim eadem est sibi secundum substantiam, alia tamen secundum rationem modo iam dicto.

12. Et quod additur, quòd tunc processus iret in infinitum, ibid. Dico, quod verum est, & hoc bene possibile est in illis, quæ solum habent esse secundum rationem, licet nō sit possibile in illis, quæ habent esse secundū rem, & naturam.

13. Ad secundum, si substantia deitatis n.2. esset eadem sibi, aut ergo seipsa idest substantia, quæ ipsa est, aut aliquo alio. Dico secū- 2 ar. q. 4 dum superius determinata in quarta quæstio- n. 8. ne articuli præcedentis, quòd aliquo, siue secundum aliquid referri aliqua relatione quacunque, potest intelligi dupliciter, vel materialiter siue fundamentaliter, vel formaliter. Et dico, quòd substantia deitatis est eadem sibi seipsa non alio fundamentaliter loquendo. n.10. Diuersa tamen secundum rationem sicut dictum est. Formaliter autem loquendo est eadem sibi alio, quam substantia scilicet relatione, quę est identitas quę est alia, & alia secundum rationem in vtroque extremorum, vt pa- a.67.q.3. tet ex prædeterminatis, & etiam alia à substantia relata sola ratione.

n.2. 14. Error autem qui concluditur sequi secundum August. non sequitur nisi ponendo, quòd secundum substantiam, aut essentiam ponatur aliquid referri formaliter.

ibid. 15. Et quod arguitur in fine, si aliquo alio dicitur diuina essentia eadem sibi quam seipsa hoc non potest esse, nisi illud sit id quod relatiue dicitur. Dico, quòd verum est formaliter, & tunc falsum est, quòd illud non est nisi substantia, quoniam id quo aliquid relatiue dicitur, formaliter non est substantia, sed relatio, quæ est aliquid præter substantiā, quæ relatiue dicitur, & præter substantiam secundum quam relatiue dicitur, sicut substantia est aliquid præter illam. Sed omnia ista diuersitas in relatione identitatis primo modo est secundum rationem tantum. In relatione autem identitatis secundò modo substantia secundū quā relatiue dicitur, puta qua pater idem filio dicitur est aliud à relatione alietatis, quæ est inter deitatem siue essentiam, quæ est in patre, & filio communis secundum rem, & relationem siue identitatem, quæ est aliquid commune in illis secundum rationem. Substantia vero quæ relatiue dicitur, est aliud à relatione alietatis, quæ est inter diuinum suppositum, quod est aliquid secundum rem, & identitatem in illa quę non est aliquid nisi secundū rationē.

16. Vnde dictum August. 7. de Trinitate. c. 1. to. 3. *Omnis essentia, quæ relatiue dicitur est aliquid excepto relatiuo,* aliter intelligitur in diuinis personis quo ad tertium modum relationis, & aliter, & in diuinis, & in creaturis quo ad primum relationis. In diuinis enim personis essentia, quæ relatiue dicitur tertio genere relationis, est suppositum reale, & relatiuū, & relatio ipsa qua essentia relatiue dicitur, est aliquid secundum rationem tantum. Essentia vero quę dicitur relatiuè primo genere relationis & ipsa relatio secūdū quā relatiuè dicitur, ambo sunt secūdū rem. Sed differunt in diuinis, & creaturis, quia in diuinis essentia, quæ relatiuè dicitur est ipsum suppositum. Relatio vero qua dicitur relatiue, puta pater ad filium, est aliquid suppositi illius, & de constitutione illius, puta paternitas in patre. In creaturis vero essentia, quæ relatiuè dicitur est suppositum. Relatio vero est aliquid extra siue præter constitutionem suppositi, prout August. continue declarat exemplariter dicens. *Sicut homo dominus, & homo seruus. Homo, & homo ad se dicuntur. Dominus vero, & seruus ad aliquid relatiue, sed si non esset homo idest aliqua substantia, non esset, qui relatiue dominus diceretur,* sed è conuerso si non esset dominus, aut seruus, esset homo qui diceretur. In diuinis autem cum relatiue dicitur Deus pater, & Deus filius, Deus, & Deus ad se dicuntur. Pater vero, & filius ad aliquid relatiue dicuntur, & si non esset Deus idest aliqua substantia non esset qui relatiue diceretur pater, aut filius, & è conuer- a.25.q.2. n.6. a.27. q.1 n 36 a.28.q.5. num. 12. a.32.q.5. n. 15. & seq. so si non esset pater, aut filius, non esset qui Deus diceretur, quia non esset Deus nisi subsistens in supposito relatiuo secundum superius declarata, & sic dictum August. præcise intellectum in solis creaturis veritatem habet.

17. Ad primum vero eorum quæ pro- n.3. bant, quòd in diuinis nihil est idem alteri à se, quia alteritas ponit diuersitatem, & ita esset simul idem, & diuersum. Dico, quod quantumcunque sint aliqua abinuicem altera, dum tamen eorum sit substantia vna, secundum illam habent identitatem inter se. Sed hoc quo ad vnitatem substantiæ numeralem est impossibile contingere in alijs, quā in illis solis, quæ altera sunt solis respectibus, aut relationibus, vt contingit in solis diuinis. Altera enim aliquibus absolutis, vt sunt supposita in creaturis, impossibile est habere eandem substantiam numeralem, sed solummodo eandem specie, aut genere. Et ideo in diuinis in quibus est alteritas, secundum relationes, & respectus solummodo bene potest esse identitas alicuius ad alterum à se, quod non differt ab ipso re ab-

ſcluta.

ibid. 18. Et quod aſſumitur, quòd tunc aliquid alteri ſimul eſſet idem, & diuerſum, quia alter tas ponit diuerſitatem. Dico, quòd non quælibet alter:tas ponit diuerſitatem, ſed ſolum modo illa, quæ eſt ex abſoluto. Illa vero quæ eſt ex reſpectiuo, nullam omnino ponit diuerſitatem, niſi extendendo nomen diuerſitatis, quia ſecundum reſpectum
ſup. n 6. non ſunt nata dici aliqua eadem, vt habitum eſt ſupra.

n.4. 19. Per hoc patet ad ſecundum, dicendo, quòd licet altera abinuicem ſemper formaliter differant, ſi tamen illud formale ſit reſpectiuum, ſecundum illud nequaquam dicuntur diuerſa, ſed ſolummodo dicuntur eadem ſecundum ſubſtantiam abſolutam, quam habent communem, vel ſimpliciter, vt in diuinis, vbi eſt alterorum eadem ſubſtantia numero, vel cum determinatione ſecundum ſpeciem, vel ſecundum genus, vt in creaturis, vbi eadem eſt alterorum ſubſtantia ſecundum ſpeciem, aut ſecundum genus tantum. Sicut enim ſecundum Auguſt. 6. de Trinitat. cap. 7. *cum dicitur vnum, vt non addatur quid vnum, & plura vnum dicuntur, eadem natura non diſſidens ſignificatur*, ſic cum dicitur idem, & non additur ſecundum quid idem, cum plura dicuntur idem, identitas ſimpliciter in eadem natura non diſſidente intelligitur. to.3.

✠

Concluſiones ex Quæſtione Prima, Articuli Sexageſimi noni.

1. *In diuinis eſt ſumma identitas, quantum eſt ex parte ſubſtantiæ, ſiue eſſentiæ ſingularis. num 6.*
2. *Identitas ad ſeipſum omne ens conſequitur tam exiſtens in diuinis, quam in creaturis. num. 7.*

QVAESTIO SECVNDA.

Vtrum modus identitatis ſecundum formam, & ſpeciem ſit tantum vnus in Diuinis.

Circa ſecundum arguitur, quòd in diuinis ſit tantum vnus modus identitatis ſecundum formam, & ſpeciem.

1. Primò ſic, Diſtinctio relationum communium ſecundum formam, & ſpeciem non eſt niſi ſecundum formalem, & ſpecificam diſtinctionem ſuorum fundamentorum, vt patet ex ſupra
a 68.q.5. n.45. determinatis, quare cum ex parte fundamenti identitatis in diuinis nulla omnino cadat diſtinctio, quia non eſt in diuinis niſi vnica, & ſingularis ſubſtantia, nulla ergo conſimiliter diſtinctio ſecundum formam, & ſpeciem poteſt eſſe in diuinis ex parte identitatis. ſup. q.1. n.6.

2. Secundo ſic, differentia ſecundum materiam tantum non diuerſificat formam, & ſpeciem alicuius exiſtentis in differentibus ſecundum materiam ſolum, ſed identitas in diuinis non diuerſificatur niſi ſecundum materiam tantum, quia ſecundum relata, quæ ſunt idipſum omnino in primo modo identitatis, & alterum, & alterum in ſe-

gun-

ibid.n.7. & ſeq. cundo, vt patet ex prædeterminatis. ergo
&c.

3. In contrarium eſt, quia ſi modi identi-
tatis ad ſe, & ad alium non differunt niſi ſe-
cundum materiam ſcilicet ſecundum relata,
quæ ſunt materia, & ſubiectum ſolum, & nō
ſecundum formalem rationem fundamento-
rum, tunc ſecundum idem fundamentum
omnino poſſet aliquid identitate referri ad
ſeipſum, & ad alium, cum eadem ſubſtantia,
quæ eſt in diuinis in vno aliquo, ſit in quoli-
bet alio, conſequens falſum eſt, quia eadem
ratione poſſet aliquid æqualitate, & ſimilitu-
dine referri ad ſeipſum, & ad alium, cum
eadem quantitas, & qualitas, quæ eſt in vno
a 62 q.2. n.13. aliquo, ſit etiam in quolibet ſicut & eadem: il-
lud tamen falſum eſt ſecundum prædetermi-
nata, ergo &c.

4. Dico, quòd in relationibus communi-
bus diſtinctio ſecundum formam, & ſpeciem
non accipitur ſecundum rem fundamentorū,
ſed ſolummodo ſecundum formales rationes
ipſorum. Res enim fundamenti omnium
relationum, quæ ſunt in diuinis, & propria-
rum, & communium vna eſt ſingularis, quæ
differt ſecundum formales rationes ſubſtan-
tiæ, quantitatis, & qualitatis importantium
quo ad aliquas ſpecies ſuas in creaturis ali-
quid perfectionis ſimpliciter, quæ idcircò à
creaturis transferuntur ad diuina, ſecundum
q.1 n.6. a 68.q.5. ſuperius determinata, & hoc manente in con
ſideratione rationis, ratione ſubſtantiæ, quā-
titatis, & qualitatis, & ſecundum rem ratio-
a.32.q.5 nes quantitatis, & qualitatis incidant in ra-
tionem ſubſtantiæ. Non enim approbamus
dictum aliquorum dicentium, quòd res præ-
dicamentorum quantitatis, & qualitatis tran-
sferuntur à creaturis ad diuina non ſecundū
rationem generis, quemadmodum transfer-
tur res ſubſtantiæ, ſed ſecundum rationem
aliquarum ſpecierum tantum, prout ſuperius
ib.q.3. determinauimus. Et propter dictam diſtin-
ctionem ſecundum rationes formales in di-
uinis ſubſtantiæ, quantitatis, & qualitatis,
dicuntur diſtingui formaliter, & ſecundum
formam, ac ſpeciem rationis tria genera rela-
tionum communium, quæ ſunt identitas, æ-
qualitas, & ſimilitudo.

5. Et conſimiliter dico ex parte modorū
identitatis, quod quia ipſi accipiuntur non
ſecundum rem, & naturam fundamenti, ſed
ſecundum formales rationes in illa, ſecundū
formam, & ſpeciem differunt, atque diſtin-
guuntur. Quia ſicut illa tria genera relatio-
num communium diſtinguuntur ſecundum
tres formales rationes ſcilicet ſubſtantiæ,
quantitatis, & qualitatis, ſic & duo modi idē-
ſup. q 1. n.9. & ſeq. titatis diſtinguuntur ſecundum duas forma-
les rationes ſubſtantiæ, quorum vnus eſt,
quo præciſe, & proprie appellatur ſubſtan-
tia aliquid, quod eſt abſolutum, & eſſentiale
diſtinctum contra notionale, & reſpectiuum,
quod quidem eſſentiale eſt in eo cuius eſt,
cum eius notionali ſiue reſpectiuo, & per hoc
eſt in eo, vt aliquid eius. Alius vero eſt quo
communiter appellatur ſubſtantia omne qđ
habet rationem ſubſtantiæ, cuiuſmodi eſt
quicquid eſt in diuinis, & in creaturis conſi-
deratum, vt eſt aliquid in rerum natura, &
res alicuius prædicamenti. Super ſubſtantiā
primo modo dictam fundatur ſecundus mo-
dus identitatis, quo aliquid dicitur idem al-
teri à ſe ſecundum rationem eius, quod eſt
aliquid ſui, & ſimiliter alterius inquantum
huiuſmodi. Super ſubſtantiam vero ſecun-
do modo dictam fundatur primus modus
identitatis, quo aliquid dicitur idem ſibi ſe-
cundum rationem ſcilicet totalitatis ſuæ, vt
pater ſibiipſi ſecundum rationem totalitatis
ſuæ, qui conſtitutus eſt ex ſubſtantia cū pro-
prietate, & ſimiliter filiatio ſibiipſi, & deitas,
atque bonitas, & vniuerſaliter quicquid eſt in
diuinis, & in creaturis ratione totalitatis eius
qua eſt aliquid, vt tactum eſt in quæſtione
præcedenti. Et eſt ratio totalitatis in rela- ibid.
tis ratio vna formalis, quamuis naturaliter dif
ferant relata in iſto modo identitatis, puta
pater, paternitas, deitas, bonitas, & huiuſmo-
di in diuinis.

6. Et ideo eſt identitas in omnibus his ſe-
cundum formam, & ſpeciem rationis, diffe-
rens ſolum ſecundum naturam relatorum.
Et ſimiliter in alio modo identitatis ratio
partialitatis, vel quaſi partialitatis, qua ali-
quid eſt aliquid alicuius, eſt formalis ratio in
relatis vna, quamuis naturaliter differant re-
lata, puta pater, & filius a bonitate, & veri-
tate. Et ideo identitas patris, & filij. Et ſi-
militer bonitatis, & veritatis eſt eadem ſecū-
dum formam, & ſpeciem rationis, quamuis
naturaliter differunt relata. Sed differt rela-
tio identitatis, & materialiter, & formaliter
ſimul, cum dicitur ſecundum ſecundum mo-
dum, pater eſt idem filio, aut bonitas eſt ea-
dem ſapientiæ, & cum dicitur ſecundum pri-
mum modum identitatis. Deitas eſt eadem
deitati ſiue ſibiipſi, aut deitas patris eſt eadem
deitati filij, quia ibi relata ſunt alia, & alia ſe-
cundum alios, & alios reſpectus, aut alias ra-
tiones. Perſonæ enim differunt reſpectibus, a.55.q.1.
& attributa rationibus ſecundum prædeter- q.6.n.15
minata. Et eſt ibi relatio ſecundum id quod a.51.q.1.
eſt aliquid relatorum in ambobus eiſdem ſe- num.17.
cundum ſubſtantiam eamdem numero, quæ
etiam eſt aliquid vtriuſque. Hic vero ſunt
relata eadem, & eſt relatio ſecundum id quod
eſt habens totalitatem relatorum.

7. Et ſic licet idem ſit in re id quo pater
eſt

est idem filio, & quo deitas est eadem sibi, scilicet vna substantia numeralis, differt tamen relatio identitatis in illis secundum relationes formales totalitatis, & partialitatis fundamenti. Ibi enim substantia est relationis fundamentum, vt est aliquid relati, & propria pars, hic vero, vt est totalitas relati, licet non differat dicere, deitas est eadem deitati, aut sibiipsi, & deitas patris est eadem deitati filij, quia vna, & eadem est deitas vtriusque, nisi in eo quòd cum dicitur deitas esse eadem sibi, differentia eius secundum quod fit relatio in relatis, est à ratione sola. Cum vero dicitur deitas patris eadem deitati filij, similiter est differentia illius à sola ratione, sed est adminiculo relatorum differentia eius validior, & apparentior, licet non minor, vt patet ex prædictis. Non tamen pater dicitur idem filio, quia substantia vtriusque est eadē sed solummodo quia substantia vtriusque est vna, & hoc quia vnitas illius realis est, & ex natura rei, identitas autem illa rationalis est, & à ratione. Et fundamentum relationis est tale absolutum, siue sit illa relatio secundum rem siue secundum rationem, non autem relatio, siue realis, siue rationalis. Et sic omnino secundum aliam rationem substantiæ pater est idem filio, & sibiipsi. Est enim substantia qua pater est idem sibi, quasi totum ad substantiam, qua est idem filio, illa enim continet essentiam, & relationem, illa vero essentiam tantum. Et similiter substantia, qua pater est idem sibi, quasi totum est ad substantiam qua deitas est eadem sibi, sed secundum eandem rationem substantiæ, quia ratione substantiæ, quæ est totalitas relatorum.

8. Et secundum dicta concedenda est vltima ratio eadem concludens. n.5.

9. Ad primam in oppositū, quòd ex parte substantiæ in diuinis nulla cadit omnino distinctio. Dico, quòd verum est, substantia in diuinis strictè sumendo scilicet pro essentia absque omni ratione respectus, & relationis. Accipiendo tamen large substantiam sicut sumitur quando dicit Philosophus, quòd vnum in substantia facit idem, bene cadit in substantia distinctio, vt iam dictū est & expositū est superius. Et sic large accepta substātia ipsa bene distinguitur secūdū duas formales rōnes, & in diuinis, & in creaturis, secundum quas sunt duo modi identitatis, & in diuinis, & in creaturis, vt dictum est. q.1.n.7

10. Ad secundum, quòd in diuinis identitas distinguitur secundum materiam tantum, scilicet secundum relata, ergo &c. Dico, quòd falsum est, imo cum hoc, quod differentia est secundum relata, quando aliquid refertur ad se, & ad alterum, est etiam differentia secundum rationes formales substantiæ in his relatis, & in illis, vt patet ex iam dictis.

Conclusiones ex Quæstione secunda, Articuli Sexagesimi noni.

1. *In diuinis secundum rationes formales substantia, quantitatis, & qualitatis dicitur distingui formaliter, ac secundum formam, & speciem rationis identitas, æqualitas, & similitudo.* nu. 4.
2. *Consimiliter modi identitatis in diuinis secundum formam, & speciem differunt, & distinguuntur.* num. 5.

QVAR

QVAESTIO TERTIA.

Vtrum Personarum Diuinarum inter se sit plena. & perfecta identitas.

Circa tertium arguitur, quòd trium personarum inter se in diuinis non sit plena, & perfecta identitas.

1 Primò sic, illa sola est plena, & perfecta idẽtitas, qua nulla alia est maior, sed maior est identitas patris ad seipsum, vel essentiæ ad essentiam, vel vtriusque inter se, quam sit patris ad filium, tum quia ad seipsum est identitas absque omni differentia reali relatorum, ad filium autem cum hoc, quòd est identitas relatorum in substantia, est & aliqua differentia illorum in proprietatibus relatiuis realibus, tum quia ad seipsum est identitas secundum totum, quod est vtrunque relatorum, relatio autem patris ad filium est identitas secundum aliquid eius, Maior autem est identitas, quæ est secundum totum, quam quæ est secundum aliquid sui, ergo &c.

2. Secundò sic, quorum est plena, & perfecta identitas, vnum eorum de altero verè prædicatur, quia secundum Boeth. *nulla propositio verior est illa, in qua idem prædicatur de se*, sed pater non verè prædicatur de filio, nec è conuerso. Non enim vere dicitur, quòd pater est filius, aut è conuerso, ergo &c.

3. Contra, tanta est identitas patris, & filij, quanta est vnitas substantiæ eius cum filio communis, secundum quam sunt idem, sed plena, & summa est vnitas substantiæ secundum quam pater est idem filio, & è conuerso, ergo &c.

4. Dico, quòd illorum est plena, & perfecta identitas quorum nulla potest esse omnimodo diuersitas contraria identitati, nec vlterius ex diuersitate pluralitas. Quia si qua est talis pluralitas, quæ scilicet non est ex diuersitate, illa est absque omni admixtione contrarij, & propterea necessario illa identitas est in termino in quo non potest esse in aliquo defectus per sui contrarij admixtionem, & in non habentibus contrarium nihil est nisi in termino, & absque receptione eius, quod est magis, aut minus. In patre autem ad filium nulla potest esse diuersitas contraria identitati, quia pater consideratus in ordine ad filium, non habet in se nisi essentiam communem, cum filio, & proprietatem qua distinguitur à filio. Ex parte autem essentię, quia vna est, & communis patri & filio, non est nisi plena, & perfecta idẽtitas absque omni diuersitate contraria. Ex parte autem proprietatis, quia relatiua est, non est vlla identitas patris ad filium, nec etiam contraria diuersitas, quia secundũ relationem, vt relatio est, & vt per ipsam fit comparatio ad oppositum, nullum relatiuorum natum est dici alteri idem, aut diuersum, sicut neque æquale, aut inæquale. Vnde sicut pater secundum quod est ad filium idest relatiua proprietate sua, qua habet esse ad filium non dicitur ęqualis vel inæqualis filio, sic nec filius secundum quod est ad patrem, dicitur æqualis, aut inęqualis patri, vt habitum est supra. a.64.q.2. num.14. Sed ambo mutuo dicũtur æquales secundũ substantiam solam, inquantum nomine substantiæ a.67.q.2. n.10. includitur quantitas, secundum superius exposita. Sic ergo pater secundum quod est ad filium non dicitur idem, nec diuersum filio, nec è conuerso, sed ambo mutuo sibi dicuntur idem secundum substantiam solummodo. Quarecum vt procedit vltima ratio, & a.3. bene plena, & perfecta sit vnitas substantiæ communis secundum quam sunt idem inter se tres personæ diuinæ, & tam plena, & perfecta sit vnitas illius substantiæ, vt secundum eam sint idem inter se duæ, vel tres personæ, quam vt secundum eam ipsa diuina essentia est eadem sibi, & plena autem, & perfecta omnino sit identitas, qua deitas est idem sibi, plena igitur, & perfecta dicenda est esse idẽtitas, qua pater est idem filio, & tam plena, & perfecta quam plena, & perfecta est identitas qua diuina essentia est eadem sibi, de qua constat, quòd omnino, & simpliciter plena, & perfecta est.

5. Idcirco igitur simpliciter concedendũ est quòd plena, & perfectissima interminο est identitas inter patrem, & filium. Et si enim in patre considerato in ordine naturæ ad filium sit aliquid plus, quam in deitate cõsiderata in ordine rationis ad seipsam, puta proprietas relatiua, quæ est paternitas, de ea nihil plus ad identitatem, quam si non esset omnino, & hoc quemadmodum si sint duo quadrata absque gnomone circumscripto similia, & altera eorum circumscribatur gnomo,

mo, per hoc quadratum habens gnomonem
circumscriptum non minus est simile non ha
benti gnomonem, quam prius immo æqua-
liter, quia de similitudine, vel dissimilitudi-
ne nihil ad gnomonem, licet de æqualitate,
aut inæqualitate aliquid fit ad gnomonem.
Quia habens gnomonem non habenti per
gnomonem additum est inæqualis, & si non
habenti addatur gnomo, fit iterum æqualis.
1.70.q.1. Quadratum enim addito gnomone creuit,
n.46. alteratum autem non est, vt dicitur in præ-
dicamentis.

6. Sed de identitate aut diuersitate, æqua-
litate aut inæqualitate, similitudine aut di-
ssimilitudine patris ad filium, nihil omnino
ad proprietatem relatiuam, quæ in patre est
alia, quam in filio, licet patre considerato in
ordine rationis ad seipsum, de identitate pa-
tris ad seipsum, multum ad proprietatem pa-
tris. Quia secundum relationem, vt substan-
tia est, & non fit per ipsam comparatio ad
oppositum, nec persona cuius est comparatur
per illam ad oppositum, sed ad seipsam, bene
natum est vtrunque relatiuorum dici idem
sibijpsi, sicut & secundum substantiam, quia
q1.n.5. (vt dictum est in præcedenti quæstione)
talis identitas est secundum rationem totali-
tatis eius quod comparatur. Et sic pater com-
paratus ad seipsum proprietate sua, qua habet
esse, & etiam substantia sua absoluta dicitur
idem sibi, licet comparatus ad filium illa pro-
prietate, siue secundum illam, nec idem, nec
diuersus dicitur filio, sicut nec æqualis, nec
inæqualis, nec similis, nec dissimilis, vt di-
n.4. ctum est. Et similiter è conuerso filius rela-
tiua proprietate sua, qua habet esse ad pa-
trem, dicitur idem sibi licet non patri, sicut
nec illa siue secundum illam dicitur æqualis,
ibid. vel similis patri, vt habitum est supra. Et sic
in primo modo identitatis quælibet persona
dicitur eadem sibi proprietate propria et se-
cundum quam est ad alteram. In secundo
autem nulla personarum proprietate sua di-
citur eadem alteri, sicut nec æqualis aut si-
milis.

7. Vnde si quæratur, an filius secundum
quòd dicitur ad patrem sit idem patri, con-
similiter quæstioni August. superius tactæ,
an scilicet filius secundum quòd comparatur
ad patrem, sit æqualis patri, Et iterum si
quæratur an filius secundum quòd compara-
tur ad patrem sit idem sibijpsi, istis duabus
quæstionibus contrario modo debet respon-
deri, vt patet ex dictis.

8. Verumtamen aduertendum est, quòd
in vtraque dictarum quæstionum latet æqui-
uocatio ex parte illius, quod est secundum
quod est, quia. *ly secundum quod est*, potest esse
vna dictio scilicet coniunctio causalis signifi-
cans idem, quod prout siue inquantum, vel
potest esse duæ partes, vt *ly secundum* sit ad-
uerbium, & *ly quod* nomen. Et si primo mo-
do, respondendum est ad primam quæstio-
nem, quòd sic, filius enim, *secundum quòd* id-
est prout, vel inquantum dicitur ad patrem,
est idem patri. Non enim est idem, æqualis,
aut similis patri, nisi inquantum dicitur, hoc
est comparatur ad patrem, quia inquantum
secundum se consideratur, aut inquantum,
siue prout comparatur ad seipsum, non est nisi
idem sibi, sed tunc relatio non habet ratio-
nem relationis, sed potius substantiæ, secun-
dum prædicta. Ad secundam autem quæ-
stionem respondendum est, quòd non, filius
enim *secundum quod* idest prout vel inquantū n.6.
dicitur ad patrem, non est idem sibi, sed solū-
modo patri, & solummodo est idem sibi,
prout dicitur, hoc est comparatur ad seip-
sum.

9. Si vero secundo modo, scilicet *ly secun-
dum quod*, est duæ partes, respondendum est
ad primam quæstionem, quòd nō: filius enim
secundum quod, idest secundum id quo dicitur
ad patrem, scilicet secundum filiationem,
nec est idem, nec æqualis, nec similis patri,
sed est idem illi substantia, siue essentia, æ-
qualis quantitate, similis qualitate, vt iam, & n 4.
similiter superius expositum est. Ad secun-
dam vero quæstionem respondendum est,
quod sic, filius enim *secundum quod* idest se-
cundum id quod dicitur ad patrem scilicet
secundum filiationem, est idem sibijpsi, sicut
secundum substantiam, sed hoc prout ambo
integrant rationem suppositi, vt iam exposi- n 4.
tum est. Et isto secundo modo intellectus
eius, quod est *secundum quod*, intelligit Au-
gustinus, & prosequitur suam quæstionem,
vt patet inspicienti dicta, & intentionem il-
lius.

10. Quod arguitur primò contra iam di- n 5.
cta, quòd non est plena, & perfecta identitas
patris ad filium, quia maior est eius identitas
alicuius, vt patris ad seipsum. Dico, quòd
falsum est. Licet enim secundum plura sit
identitas patris ad se, quam ad filium, pater
enim est idem sibi, & secundum substantiam,
& secundum paternitatis proprietatem, est
autem idem filio secundum substantiam tan-
tummodo, vt patet ex dictis, & hoc sicut se- n 4.
cundum plura, hoc est secundum plures vni-
tates, quaternarius est æqualis quaternario,
quam binarius binario, non tamen maior est
æqualitas patris ad seipsum, quam ad filium,
sicut non est maior æqualitas quaternarij ad
quaternarium, quam binarij ad binarium,
neque similiter maior est identitas essentiæ
ad essentiam, quam patris ad filiū, quia vtra-
que est secundum idem, & nihil de identi-
tate

vel diuersitate ad paternitatem, & filiationē, n. 5. 6. sicut dictum est.

n. 2. 11. Quod arguitur primò pro syllogizãdo, quòd maior est identitas patris ad seipsum, vel essentiæ ad essentiam, quam patris ad filium, quia patris ad seipsum, vel essentiæ ad essentiam est identitas absque differentia relatorum reali, non sic patris ad filium, quia realiter differunt scilicet relatiuis proprietatibus. Dico, quod si sumatur differentia propriè, quæ non est nisi ex absolutis, illa ponit diuersitatem propriè dictam, quæ contrariatur identitati, & diminuit eam cum secundum partem incidit in eodem cum identitate. Sed talis differentia non est in diuinis, sed solummodo contraria communiter accepta pro distinctione, quæ est ex relatiuis, quæ non ponit diuersitatem nisi communiter acceptam, & quæ non contrariatur identitati, nec diminuit eam omnino cum est incidens in eodem cum identitate, vt dictum n. 6. est.

n. 2. 12. Quod arguitur secundò pro syllogizando, quod maior est identitas patris ad se, quam ad filium, quia ad se est idem secundum totum, ad filium autem est idem secundum aliquid sui, & ita quasi secundum partem, & maior est identitas secundum totum, quam secundum aliquid sui, vel secundum partem. Dico, quòd hoc vltimum verum est in illis solummodo, quæ vere sunt pars, & totum, vt in compositis ex materia, & forma. In illis enim maior est identitas inter illa, quæ sunt eadem secundum totum, scilicet, & secundum materiam, & secundum formam, quam inter illa quæ sunt eadem secundum alterum eorum solum, qualiter non est ponere totum, & partem in diuinis propter naturæ siue essentiæ diuinæ simplicitatem. Suppositum enim licet contineat essentiam cum a. 56. q. 4. proprietate relatiua secundum modum superius determinatum, non tamen est propriè totum ad vtrumque illorum. Nec illa sunt partes suppositi, quia relatio non distinguit suppositum subsistens in essentia nisi ab opposito, seipsam etiam non distinguit nisi a relatione sibi opposita, non autem ab essentia, considerata in supposito vno in ordine ad essentiam eandem existentem in supposito alio, sed ratio sola illa abinuicem distinguit. Et sic essentia est aliquid suppositi, vt in quo subsistit quasi materialiter. Relatio vero est aliquid suppositi, quo subsistit quasi formaliter, & distinguitur ab opposito. Et hoc modo licet diuersimode totalitas suppositi vtrumque illorum contineat, est tamē impropriè totalitas in continente vtrunque, & contenta impropriè habent rationem partialitatis. Et in talibus non est maior identitas illa, quæ est secundum totum, quam illa quæ est secundum partem, & hoc quia tales, scilicet partes, nullam compositionem ponunt in tali toto, & quia identitas non sequitur vnum in substantia, vt solummodo nominat essentiam, quæ est vere substantia, neque vt solummodo nominat substantiam, quæ est suppositum, sed etiam vt nominat quodcunque consideratum secundum rationem substantiæ, siue sit essentia, quæ est vere substantia, siue sit suppositum, siue fuerit quodcunque reale, aut qualemcunque realitatem habens, & hæc est per se ratio communis substantiæ ad quam sequitur identitas. Vnde quia eadem ratione omnimode, & secundum totum, & secundum aliquid sui dicitur pater idem sibi secundum totum, & filio secundum aliquid sui, idcirco nequaquã maiori identitate dicitur pater idem sibi, quam filio, licet quoquo modo secundum plura, vt dictum est, etsi de identitate patris n. 5. ad seipsum aliquid ad relationem pertineat, quæ est paternitas, nihil autem ad ipsam de identitate patris ad filium, secundum prędicta. n. 6.

13. Vel potest dici, quòd vna harum idētitatum non potest dici maior alia, quia non penitus vniuocè dicitur pater idem sibi primo modo identitatis, & idem filio secundo modo, propter prædictam distinctionem illorum duorum modorum, & in solis vniuocis habet locum comparatio secundum magis, & minus. Licet enim sit album in voce, & album in colore secundum Philosophum in Top. non tamen dicitur vox albior colore propter non vniuocè dici album L. 1. c. 13. ro 1. de vtroque.

14. Quod arguitur secundò principaliter n. a. si plene, & perfectè pater esset idem filio, verè posset vnum prædicari de altero, & dici, quòd pater est filius, & è conuerso. Dico, quòd hoc secundum Boethium non habet veritatem, nisi de illis quæ sunt idem primo modo identitatis. Nec est vera illa propositio. *Nulla propositio verior est illa, in qua idem prædicatur de eodem*, nisi intelligendo de eodē primo modo identitatis. Vnde non dicit Boethius nulla in qua idem prædicatur de eodem, sed in qua prædicatur idem de se. De illa enim in qua prædicatur idem de eodem secundo modo identitatis, simpliciter falsa est. Licet enim nihil ad relationem de identitate, aut diuersitate patris ad filium, quia vt pater comparatur ad filium, relatio habet rationem relationis, & non substantiæ, secundum quam rationem substantiæ identitas, aut diuersitas sequitur rem quamcunque, quam sequitur, vt dictum q. 1. n. 5. est, multum tamen ad relationem de verita-

te, & falsitate prædicationis patris de filio, aut è conuerso, quia non ab eo quod est res, vel non est, simpliciter dicitur oratio vera vel falsa, vera ab eo quod est, falsa ab eo quod nõ est, sed solummodo dicitur oratio vera, vel falsa ab eo quod res est, vel non est, prout exprimitur per sermonem. Vnde etsi cursus insit homini simpliciter, non tamen hæc est vera, homo currit bene, nisi insit illi sub tali modo. Consimiliter etsi pater simpliciter est in filio, & è conuerso, & sunt vnum. & idem secundum quòd dicit Christus Dei filius Io. 10. *Ego & pater vnum sumus*, per quod etiam sunt idem, non tamen hæc est vera, pater est filius, aut è conuerso, nisi pater insit filio, aut è conuerso, sub tali modo, vt scilicet patri formaliter conueniret filiatio, sicut & paternitas, & filio paternitas, sicut filiatio, quod falsum est & impossibile, nisi ponatur personarum confusio secundum Sabellium.

(Margin: prædic. c. 10. 1.; F 30.)

Conclusio ex Quæstione tertia, Articuli Sexagesimi noni.

1. *Simpliciter concedendum est, quod inter diuinas personas est plena, & perfectissima identitas. n. 5.*

ARTICVLVS SEPTVAGESIMVS

De Aequalitate in Diuinis.

In Duas Quæstiones diuisus.

SEquitur Articulus Septuagesimus. De æqualitate, circa quam quæruntur duo. Quorum primum est: Vtrum sit ponere æqualitatem in diuinis. Secundum verò est: Vtrum plenam, perfectam, & omnimodam æqualitatem.

QVAE-

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum sit ponere æqualitatem in Diuinis.

Circa primũ arguitur, quod in diuinis non sit æqualitas.

1. Primò sic, æqualitas sequitur quantitatem secundũ superius determinata, sed in diuinis non est quantitas, quia nec numerus nec magnitudo, in quæ diuiditur quantitas, & ad quas omnes aliæ quantitates habent reduci, vt oratio ad numerum, tempus, & locus ad magnitudinem, non est autem in diuinis numerus, quia secundum Boethium de Trinit. *in Deo nullus est numerus*, & si non numerus, nec magnitudo, quia magnitudo se habet per additionem ad numerum, sicut punctus ad vnitatem, secundum Philosophũ 3 phys. ergo &c.

a.64.q.1. n.34.

a.41.q.2. a.6.a.68. q.1. n. 3. ad med.

2. Dicet aliquis, quòd licet quantitas secundum genus non habeat esse in Deo, nec transferri a creaturis ad diuina, aliquæ tamẽ species quantitatis secundum proprias rationes specierum a creaturis habent transferri ad diuina, & sic esse in Deo, licet non secundum illum modum quo sunt in creaturis, de quibus etiam secundum illum modum bene procedit argumentum, vt non intelligatur dicere August. quod *Deus est sine quantitate magnus*. Et sic licet in Deo non sit æqualitas, quæ consequatur quantitatẽ simpliciter, est tamen in eo æqualitas quæ consequitur aliquam, vel aliquas species eius.

a.32.q.3. a.68.q.1 nu.9.

5.de Tri. c.1.10.3.

3. Sed contra hoc est secundum quòd dicit Philosophus in prædicamentis, *quòd proprium est quantitati secundum eam æquale vel inæquale dici*, vt ideo non videatur hoc competere alicui speciei quantitatis nisi ratione ipsius generis. Nunc autem ita est, quòd quando aliquid competit generi per se, & speciei ratione generis, si in aliquo ponatur species esse, & non genus, in illo non competit ei illud quod competit ei ratione generis, puta cum secundum Philosophum aliqua dicuntur relatiuè secundum genera eorum, quæ per se non dicuntur relatiuè, vt medicina, quia est scientia, & scientia per se relatiuè dicitur, si medicina in aliquo ponatur esse absque genere suo qđ est scientia, in illo non conuenit ei referri ad aliud. Quare cum non conueniat speciei quantitatis secundum eam dici esse nisi ratione generis, cuius est proprium, cum in Deo sit species quantitatis sine genere, quando Deus est sine quantitate magnus, secundũ illam ergo nequaquam habet esse æqualitas in Deo.

c.6.to.1.

5. Met. t.20.to.3

4. Si forte ad hoc dicatur secundum quòd tactum est superius, quòd non dicitur proprium quantitati secundum eam æquale, vel inæquale dici, quasi hoc conueniat speciebus quantitatis non nisi per genus earum, sicut non conuenit medicinæ relatio, nisi per scientiam, quæ est genus suum, vt procedit obiectio, sed illud dicitur, quia speciebus solius quantitatis conuenit, quod secundum eas dicatur æquale, vel inæquale, non autem secundum species alicuius prædicamenti.

5. Cõtra hoc est ars illa Philosophi in lib. posteriorum scilicet, *quod quando aliquid conuenit pluribus, illud necessario conuenit eis per aliquod commune in eis eis conuenit primo, & per se*. Et dat exemplum de commutata proportione quæ conuenit numeris, & magnitudinibus, & ideo oportet, quod eis conueniat per aliquod commune existens in eis, cui conuenit primò, & per se, & est proprium subiectum eius de quo demonstratur. Quare cum speciebus omnibus quantitatis conueniat secundum eas æquale, vel inæquale dici, hoc necessario conuenit per aliquid commune existens in illis, cui illud conuenit primo, & per se, illud autem non est nisi quantitas, ergo &c. Quare (vt supra) si in Deo est magnitudo secundum aliquam speciem quantitatis sine quantitate, secundum illam nequaquam potest dici æqualitas esse in Deo, & eadem ratione neque secundum illam speciem, quia sicut species quantitatis, quæ est magnitudo est in Deo sine quantitate, eadem ratione, & quælibet alia species quantitatis, quam contingit esse in Deo.

1.20 to.1.

n.3.

6. Secundo sic, secundum August. 5. de Trinit. in diuinis, *omne absolutum sine quod ad se dicitur, siue quod secundum substantiam dicitur, & substantiam significat transitque in substantiam*, quantitas quæcunque est in diuinis, absolutum est, & ad se dicitur, quia & August. dicit 5. de Trinit cap. 8. *In Deo non dicimus tres essentias, nec tres magnitudines, sed vnam essentiam, vnam magnitudinem*. Item idem cap. 6. *Aequalitas secundum substantiam dicitur*, ergo &c.

c.6. 8.

7. Tertiò sic, si in Deo est quantitas, illa

Zzzzzzz 2 non

ibid. L.6. c.8. non est nisi bonitatis, & virtutis, quia secundum Augustinum, *in spiritualibus idem est maius esse, quod melius esse*, quare idem est magnũ esse, & bonum esse, quia si magis ad magis, & simpliciter ad simpliciter, sed bonitas, & virtus in Deo sicut, & in creaturis qualitates potius sunt, quam quantitates, sed secundum qualitates æquale non dicitur, sed simile, ergo &c. Sed non est æqualitas sine quantitate, quia secundum Philosophum 5. Metaphys. t.20.to.3 *Vnum in quantitate facit æquale*, ergo &c.

8. Quartò sic, æqualitas non est alicuius, nisi aut ad seipsum, aut ad alium, sed neutro modo est in diuinis, quia æqualitas dicit cõmensurationem æqualium in quantitate, sed in Deo nulla est omnino commensuratio in quantitate, neque alicuius ad seipsum, neque eius ad alium, quia quicquid est in Deo immensum est, & infinitum, & in infinito nulla cadit omnino commensuratio, quare neque comparatio secundum magis, aut minus, aut æquale secundũ Phil. 1. cęl. & mu. ergo &c.

9 Quinto sic, nulla priuatio est in diuinis, cum sit summe ens quicquid est in diuinis, dicente August. 5. de Trinit. cap. 2. Exod. 3. D. 14. *Quis magis est, quam ille qui dicit famulo suo Moysi, Ego sum qui sum?* Et cum in eo nulla sit materia, non est enim priuatio nisi defectus in ente consequens materiam, æqualitas autem priuationem dicit secundum L.1.Lit.B Magistrum primo Sententiarum dist. 31. & 5. Met. te.20. 10 Met. te 19 secundum Philosophum 5. & 10. Met. ęquale opponitur priuatiue maiori, & minori, vnde ęquale definitur per abnegationem vtriusque cum dicitur, *quod æquale est, quod neque maius neque minus est*, ergo &c.

D.24. 10. Sextò sic secundum Apostolum primæ Corinth. 1. Christus est Dei virtus, & Dei sapientia, non autem nisi Dei patris. Virtus autem in diuinis, si est, quantitas est, nihil autem est æquale sine quantitate, sed per ipsam aliquid est æquale alteri, quia vtrumque æqualium oportet esse quantitatem, vel habere quantitatem, ergo Christus filius patris non est æqualis patri, quare nec alia aliqua sunt æqualia in diuinis, quia si non est æqualitas in illis, nec in alijs, ergo &c.

11. In cõtrariũ est illud, quod dicit Athanasius in symbolo. *Tota tres personæ coæternæ sibi sunt & coæquales*, si coęquales, ergo ęquales sicut sequitur, si sunt coæternæ, ergo sunt æternę, & hoc quoad æqualitatem alicuius ad alterum.

12. Quod vero in Deo sit ęqualitas alicuius ad seipsum sicut, & identitas, arguitur primò sic: n.9. æquale, vt dictum est, sumitur per abnegationem eius quod est magis, siue maius, & minus, sed quodcunque in diuinis sicut est idem sibi, sic nec est maius, nec minus sibi, ergo est æquale sibi.

13 Secundò sic, sicut se habet substantia ad identitatem, sic se habet quantitas ad ęqualitatem, sed ratione vnius substantiæ dicitur aliquid idem sibi, & alteri, & etiam alterum alteri, puta deitate dicitur deitas eadem sibi, & patri, & etiam dicitur pater idem filio, quia deitas conuenit ei communiter cum patre, ergo ratione quantitatis vnius dicitur aliquid æquale sibi, & alteri, & etiam alterum alteri.

14. Dico, quòd clarum est, inęqualitatem, quæ est secundum magis, seu maius, & minus in quantitate, nullo modo posse poni esse in diuinis, & hoc quia si in diuinis est quantitas, in eis non est nisi vna quantitas numero in pluribus, & hoc siue secundum rem, siue secundum rationem illa sint plura, & qualiscunque fuerit illa quãtitas, & hoc quia quantitas quęcunque in diuinis est id quod est ipsa diuina essentia, dicente August. 5. de ca.3. Trinit. cap. 10. *Deus est magnus magnitudine qua ipse est*, & ibidẽ dicit *Deum esse magnum, & ipsam magnitudinem*. Essentia autem diuina non nisi vnica numero singularitatis potest esse in diuinis. Inæquale autem secundum magis, seu maius, & minus non potest esse, vbi est tantum vna quantitas numero, sicut nec nisi vna deitas. Hinc enim dicit Boethius de Trinit. post prin. *Eos differentia concomitatur, qui eam vel augent, vel minuunt, vt Arriani, qui gradibus Trinitatem variantes distrahunt, atque in pluralitatem deducunt*. Commẽ. idest *non modo personalium proprietatum, verum etiam naturarum numero distinguunt, dicentes, solum patrem veritate essentiæ Deum, filium vero creaturam, & Spiritum Sanctum creaturam creaturæ*.

15. Sed etsi non sit possibilis inæqualitas in diuinis, non tamen ex hoc statim sequitur, q̃ in eis ęqualitas, quia forte neutrũ illorũ diuinis natum est inesse, sicut lapidi nec visio, nec priuatio eius quæ est cæcitas. Sed si alterum eorum in diuinis natum esset inesse, sequeretur necessario, si non inest inæqualitas, ergo inest æqualitas, & hoc de necessitate, sic quòd non potest non inesse, super quo est quæstio, an scilicet æqualitas sit in diuinis post quam nullo modo possit diuinis inesse inæqualitas.

16. Et dico, quòd cum secundum superius determinata æqualitas per se sequatur a.64 q.1. num 14. vnitatem in quantitate, nec est æqualitas eius idem ad se, sed solummodo ad alterum se- a.67.q.3 n 35. cundum determinata, in quacunque enim a 68.q 4. natura siue creata, siue increata est reperire n.18. vnam quantitatem in pluribus diuersis re, aut ratione in illa natura necessarium est reperi-

perire æqualitatem, vel materiali, vel fundamentali definitione, æqualitas est differentium numero vna quantitas, & in pluribus aliquo modo diuersis ad vnum in quantitate quomodocunque fuerit vnum, necessario sequitur æquale, puta siue plura seu diuersa sint natura agente, & re absoluta, sicut vnum specie, sicut sunt diuersa indiuidua specie sub eadem specie, aut sicut essent in diuinis, si deitas in pluribus personis non esset vna singularitate, sed sola conformitate, vt dixerunt
a.67.q.2 n.22. q.3.n.32. Semiarriani, vt habitum est supra, siue plura, & diuersa sint re relatiua, vt modo sunt tres personæ in diuinis, siue fuerint diuersa absoluta agente ratione, & hoc aut diuersitate existente in vtroque, vt contingit in diuersa attributis, aut in altero tantum, vt contingit in aliquo attributorum comparato essentiæ diuinæ. Petrus enim in diuersitate substantiæ secundum rem æqualis est Paulo in humanitate, & similiter secundum Semiarrianos pater filio, secundum catholicos autem filius est æqualis patri in vnitate substantiæ secundum diuersitatem relationum. Similiter in diuinis æqualia sunt bonitas, & veritas, quæ sunt attributa diuersa ratione, & agente ratione in vtroque extremorum. Et etiam æqualia sunt deitas & bonitas, in quibus diuersitas causata a ratione est in bonitate, non autem in deitate. Super deitatem enim bonitas addit rationem, deitas autem est nomen fundamentalis essentiæ. Quantus enim est Petrus in forma speciei, tantus est & Paulus, quantus est secundum Semiarrianos pater, tantus est filius, & similiter secundum catholicos licet diuersimode. Et quanta est in diuinis bonitas, tanta est veritas, & quanta est deitas, tanta est bonitas. Quantitas enim omnium
a.32.q.2. n.9. Inf. nu.6. quę sunt in diuinis, non est nisi vnica, scilicet immensitas, propter quod in omnibus illis non est nisi æqualitas. Sic ergo breuiter concedendum est, quod in diuinis est ponere æqualitatem in diuersis, secundum dictos modos.

n.3. 17. Quod ergo primò arguitur, quòd in diuinis non sit omnino ponere æqualitatem, quia in eis non est ponere quantitatem. Dico contra negantes esse quantitatem in diuinis, quòd inconueniens est illud, quod dicere
n.2. conantur secundum modum ab eis tactum iam supra in dissolutione primi argumenti, scilicet quòd species quantitatis aliquæ secundum rationem speciei sint in Deo, non autem secundum rationem generis, quia non est species in qua non saluetur ratio generis, nec transfertur species ad diuina secundum rationem speciei, quin etiam simul transferatur secundum rationem generis, vt expositũ
a.32.q.3. est superius.

18. Et verum est quòd dicitur in argumento contra illud adductũ, scilicet, quod per se quantitati ratione illa, qua est quantitas conuenit æquale, vel inæquale dici, & sup. n.2.
non speciei, nisi ratione generis existentis in illa, ita quòd si species quantitatis esset in aliquo sine ratione generis, secundum illam non diceretur æquale, vel inæquale, sicut contingit, cum species secundum se non dicitur relatiue, licet secundum genus suum dicatur relatiuè, vt contingit in scientia, & medicina, sicut dicitur in argumento. Si igitur magnitudo species quãtitatis in diuinis amittit rationem generis, vt non mereatur dici quantitas simpliciter, nequaquam dicetur aliquid secundum illam æquale, aut inæquale.

19. Nec valet solutio ad argumentum n.4.
adductã, scilicet, quòd non dicitur proprium quantitati secundum eam æquale, vel inæquale dici, nisi quia non inuenitur, nisi in speciebus quantitatis, quasi primò, & per se consequatur rationes specierum diuersarum, & non rationem generis, quod est impossibile, vt bene probat argumentum in contrarium. n.5.

20. Immo neque in diuinis neque in creaturis est inęquale ratione alicuius speciei quãtitatis, quin hoc sit per se, & primò ratione generis existentis in illa, quæ ratio generis si absolueretur a specie, nequaquam secundum eam ratione sua propria diceretur inæqualiter omnino, sicut contingit in medicina, quę secundum rationem propriam nequaquam dicitur relatiue sicut dicitur scientia, *nisi vt* dicit Comment. *scientia diceretur relatiue ad* 5 Met.
scientem, quod non est verum, quia scientia tc. 20.
secundum rationem scientiæ non dicitur nisi ad scibile. Medicina autem secundum propriam rationem speciei, quæ est medicina, dicitur ad scientem scilicet ad medicum, non ad scibile. Sed quod dicitur medicina relatiue ad medicinale, siue medicabile, sicut ad scibile suum, hoc est solummodo secundum rationem generis sui, quod est scientia, existentis in ea, quæ dicitur relatiue ad scibile simpliciter, ita quòd si à medicina absolueretur omnino ratio generis sui scilicet scientiæ, nequaquam diceretur relatiuè ad scibile suum, sed ad scientem tantum scilicet medicum. Ratione enim generis sui quod est scientia, medicina de vniuersalibus est, & acceptis ab experientia particularium, & causata ab illis, & ideo refertur ad scibile, vt mensurata ab illo. Ratione autem sibi propria ex natura speciei de vniuersalibus est per naturalem rationem mediam applicatis ad particularia, & directiua est operum particularium extra. Et ideo vt sic est applicatiua talium,

&

& directiua, refertur ad medicum, vt mensurata ab illo. Et quia talis directio particularium contingit in sola scientia practica, idcirco in sola scientia practica contingit, quòd species secundum rationem generis dicitur relatiue ad aliquod vnum, & secundum propriam rationem speciei ad aliud, nequaquam autem in scientia speculatiua. Scientia enim physica non dicitur ad aliud quam ad scibile physicum, seu metaphysica nisi ad scibile metaphysicum, nec mathematica nisi ad scibile mathematicum. Sic scientia simpliciter non dicitur nisi ad scibile simpliciter, vt omnino ad idem dicatur species ratione generis, & ratione propria differens solum secundum rationem generis, & speciei. Metaphysica enim non est nisi scibilis, & ratione qua est scientia simpliciter, & ratione qua est metaphysica. Sed ratione qua est scientia simpliciter, est scibilis simpliciter, ratione vero qua est metaphysica, est scibilis metaphysici tantum, sicut hoc contingit in relationibus proportionum, quia scilicet, & secundũ rationem generis, & secundum rationem speciei referuntur ad idem. Sicut enim multiplex qđ est genus dicitur ad submultiplex, sic duplum quod est species multiplicis, dicitur ad dimidium, quod est species submultiplicis. Medicina enim ratione sua, siue speciei suæ non est nisi medici, sed ratione sui generis, quod est scientia, non est nisi scibilis. Ratione enim speciei medicina dicitur medici medicina, & non scibilis. Ratione autem generis dicitur medicina scibilis scientia, & nõ medici, nisi relatiue diceretur ad scientem, sicut dicitur medicina ad medicum, vt vult
tx. 20. vol. 8. Commentator super 5. Metaph.

21. Dico ergo contraria dictis illorum, videlicet quòd secundum eundem modum genus, & species secundum rationem speciei habet esse in diuinis, & transferri in eis à creaturis. Consimiliter habet esse in diuinis, & genus secundum rationem generis, & trãsferri à creaturis ad diuina.

22. Aliter enim ad primum argumentum respondendum est, quam iam responsum sit. Cum enim dicitur in argumento, quòd in
n. 8. diuinis non est quantitas, quare nec æqualitas, quæ non consequitur nisi quantitatem, hic distinguendum est de quantitate secundum rationem generis, ad modum quo illi distinguunt de specie eius, quæ est magnitudo, dupliciter scilicet ratione speciei. Est enim magnitudo duplex extendendo nomen ma-
a. 28. q. 1. n. 11. gnitudinis ad propriè vsitatam magnitudinẽ, vbi est aggregatio plurium partium quantitatiuarum, & ad omne habens aliquam rationem magnitudinis, vbi est scilicet aliqua pluralitas perfectionum virtualiter aggregatarum. Quædam enim est magnitudo molis siue dimensiua, quæ est in solis corporalibus, & recipit maius, & minus, atque æquale, quæ est quantitas continua corporaliter extẽsiua substantiæ corporalis, vt partem extra partem habeat, & repleat spatium.

23. Quæ dupliciter consideratur. Vno modo vt opponitur paruitati relatiuè, sicut multitudo opponitur paucitati, & non nominat magnitudinem simpliciter, sed magnitudinem excedentem, sicut secundum Philosophum 10. Metaph. multum sibi correspondens nominat non multitudinem simplici- c. 2. tx. 3.
ter, sed solummodo multitudinem excedentem, quamuis contrario modo. Quia enim multitudo in excessu non habet statum, sed tantum in descensu, ideo non est in multitudine tam multum, quin respectu pluris sit paucum, est tamen ita paucum, quòd non est respectu alicuius multum. Magnitudo autem extra, quia in descensu non habet sta- a. 6. q. 1.
tum, sed solum in excessu, ideo est in magni- n. 28.
tudine tam magnum quo non est maius, non est tamen ita paruum quin respectu minoris sit magnum, secundum determinationem Philosophi in 3. Physic. Alio autem modo consideratur magnitudo corporalis, vt opponitur priuatiue puncto, sicut multitudo siue numerus vnitati, & diuisibile simplici, & indiuisibili, non autem relatiue, licet sic multitudo relatiue opponatur vnitati, sicut mensuratum mensuræ. Et hoc ideo quòd multitudo componitur ex vnitatibus, non sic magnitudo ex punctis, & sic nominat magnitudinẽ simpliciter, & absolute.

24. Alia vero est magnitudo virtutis siue perfectionis, quæ est in spiritualibus, & non in solis spiritualibus, immo, & in corporalibus circuit omne genus, eo quòd omnis forma entis creati continet aliquem modum, & gradum determinatum, atque finitum perfectionis, seu virtutis. Simpliciter enim, & absolute omne ens potest dici aliquo modo magnum, & magnitudinem habens, sicut om- a. 28. q. 1
ne multum simpliciter, & absolute potest di- n. 11.
ci multitudinem habens, secundum quod de tali magnitudine in spiritualibus dicit August. 6. de Trinit. cap. 8. *In his quæ non sunt* co. 3.
mole magna, hoc est maius esse quod melius esse, scilicet bonitate naturæ, quod idem est quod perfectius in natura, & essentia sua.

25. Consimiliter autem magnitudini est quædam quantitas molis in solis corporalibus, & quædam quantitas virtutis siue perfectionis, tam in corporalibus, quam in spiritualibus.

26. Si autem quæratur vtrum in Deo sit quantitas? respondendum est, sicut & de n. 22.
magnitudine; Dicendo, quòd non, loquendo

do

do de quantitate, & magnitudine molis, de quibus procedit obiectio prima. Sola enim quantitas molis per additionem se habet ad numerum, sicut punctus ad vnitatem, vt vnitas communiter accipitur, scilicet & in spiritualibus, in quibus est, absque omni positione, & in corporalibus, in quibus non est sine situ, & positione. Et sicut nequaquam habent esse in Deo quantitas talis, aut magnitudo, sic neque etiam numerus ex talibus vnitatibus progrediens. Per additionem

a.39.q.7. n.5. a.42.to.3 enim se habet punctus ad talem vnitatem, inquantum secundum Philosophum in libro Poster. *Punctus est vnitas posita*. Et similiter magnitudo per additionem se habet ad talem numerum, quia prout dicitur in eodem

a 63.q.2. n.29. t 20.10.2 sup.n.1. libro, discretum cadit in continuum inquantum *magnitudines numeri sunt*, de quo etiam numero procedit obiectio, & dicit Boethius, *quod non est in Deo*, & ille est numerus, qui nō habet diuisionem vnitatum suarum secundū actum, nisi per diuisionem continui, secundū modum quo discretum in corporalibus procedit ex continuo.

27. Loquendo autem de quantitate, & magnitudine virtutis siue perfectionis, respondendum est, quod illa est in Deo, & per quandam Antonomasiam in solo Deo, vt ipse solus quodammodo dicendus sit esse magnus, sicut etiam bonus, & sapiens, & cætera huiusmodi.

28. Tripliciter enim quid dicitur magnū in spiritualibus. Primo modo simpliciter, & absolute, & absque omni comparatione, & sic omne ens ratione suæ perfectionis secundum formam dicitur magnum, idest magnitudinem aliquam habens, sicut & magnitudine molis omne corporeum dicitur magnum magnitudine opposita puncto, sicut diuisibile indiuisibili priuatione. Secundo modo dicitur magnum simpliciter, non absolute, sed in comparatione, & sic creaturæ spirituales dicuntur magnæ simpliciter respectu corporalium. Tertio modo dicitur magnū simpliciter, & absolutè, & absque omni comparatione, & absque comparabilitate, & sic solum ens increatum dicitur, & hoc inquan-

sup.n.16. tum magnitudinis eius proprietas quædam est infinitas, siue immensitas, cui nullum magnum mole respondet, quia nulla magnitudo molis infinita esse potest, licet duobus primis magnis in spiritualibus respondeant duo magna molis in corporalibus.

29. De illa autem immensitate magnitudinis in diuinis loquitur August. de fide ad

to 3. Petrum cap. 12. *Firmissime tene, & nullatenus dubita Trinitatem Deum immensum esse virtute non mole*. Et consistit illa quantitas virtutis siue perfectionis in quadam extensione non materiali partium extra partes, quia neque consistit per materialem connexionem partium, vt contingit in quantitatibus continuis neque per quandam materialem accumulationem partium, vt contingit in quantitatibus discretis, sed consistit in quadam extensione spirituali per spiritualem connexionem & accumulationem partium virtutum, siue virium, siue perfectionum in vna, & eadem simplici perfectione siue virtute, quemadmodum calidum intensum in summo, in vna perfectione, siue virtute simplici caloris continet omnes perfectiones, siue virtutes, quæ in diuersis gradibus calorum seorsum natæ sunt existere. Sed talis vis siue perfectio in creaturis nunquam est ita in summo, quin sit menia idest gradu aliquo certæ mensuræ cōtenta. Est autem in summo, ita quod sit immensa idest nullo gradu mensuræ contenta, in solo Deo, propter quod quantitas eius nō est nisi immensitas quędam virtualis vel perfectionis continens in vno simplici gradus perfectionum, siue virtutum, quæ in perfectionibus diuersarum creaturarum natæ sunt sparsim, & seorsum existere. Vnde August. exponens illud quod dixit, *Virtute non mole* ibid. immediate subdit. *Quia omnem creaturam spiritualem, atque corporalem virtute continet*.

30. Et assimilatur ista quantitas spiritualis tam in Deo, quam in creaturis, tam quantitati molis, quæ est in continuis, quam illi quę est in discretis, eo quòd non continet partes distinctas ab inuicem, sed vnitas, licet in eodem simplici. Propter quod potius dicitur magnitudo à quantitate continua, quam numerus à quantitate discreta, licet in hoc differat ab vtraque illarum, quia illæ continet plura re diuersa, & sub ratione plurium, illa vero continet plura sola ratione diuersa, & sub ratione vnius.

31. Ex quo contingit, quòd quando aliqua magnitudo maior corporalis continet in se plurium minorum existentium seorsum, & extra magnitudines, est assignare cuilibet minori gradum sibi correspondentem, & cōmensuratum in maiori, puta pedalem, bipedalem, tripedalem, & sic de cæteris. Quando vero magnitudo minor spiritualis continet in se plurium minorum, quæ seorsum sunt, & extra, magnitudines, non est assignare minori gradum sibi correspondentem, & commensuratum in maiori, ne Deus in creaturis, & creaturę in Deo mutuo ponātur esse secundum æquale sibi correspondens, quod est impossibile, dicente de Deo August. de fide ad Petrum. *Nec aliqua molis quantitate terminatur, quia nulla concluditur, neque per mundi partes suis partibus ipse diffusus est, vt maiores mū-* t. 3. to.3
di

di partes suis maioribus impleat, & minores minoribus, cui nullus latus nec angustus locus est quia nec minus in angustis quam in latis totus est. Et secundum hoc determinauimus
a.68.q.5. n.9.22. superius, quòd idem in Deo nullam omnino rationem limitationis importat. Ex quo etiã contingit, quòd si magnitudo aliqua corporalis siue corpus aliquod esset infinitum, & secum compateretur omnia corpora mundi finita corporaliter, illa magnitudo infinita contingeret omnia illa finita, & illorum singulum, & contineret ambiendo non secundum totum ipsius corporis infiniti, sed secundum partem æqualem cuilibet illorum. Nunc autẽ cum magnitudo aliqua spiritualis in Deo sit infinita, quæ secum compatitur omnia entia finita, illa spiritualiter attingit omnia entia, & singulum eorum, secundum totum ipsius contingendo illud, & in esse conseruando, quia de sapientia increata, & immensa, atque
sap 8.A.1 infinita scriptum est, *quod attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter*.

33. Nihil ergo est dicere, quòd in Deo nõ est quantitas secundum communem rationẽ generis, est tamen in ipso secundum proprias rationes aliquarum specierum, licet non secundum modum illum quo sunt in creaturis. Immo secundum omnem modum quo ratio speciei est in diuinis, similiter & ratio gene-
n.21. ris sicut dictum est, & secundum illam æqualitas dicitur esse in diuinis. Et sic quantitas
sup. n. 3. de qua dicitur, *quòd proprium est secundum eam æquale vel inæquale dici*, sanguine accipitur, pro quantitate scilicet quæ directe est in solis creaturis, & directe in prædicamento quantitatis, quæ solum est in corporalibus, & pro quantitate virtutis, quæ est etiam in spiritualibus omnibus.

sup. n. 2. 34. Quod ergo dicit August. *quòd Deus est sine quantitate magnus*, dicunt aliqui, quod hoc intelligitur de quãtitate molis, & quæ reperitur in corporalibus. Sed tunc eadem ratione posset dici, quòd est sine magnitudine magnus, quia sine magnitudine corporali magnus est.

35. Ideo dicendum aliter, quòd nihil per se de creaturis transfertur ad diuina nisi perfectionis simpliciter rationem importet se-
a.32.q.2. n.18. cundum superius determinata. Nunc autem magnitudo in eo quod magnitudo est, rationem perfectionis simpliciter importat, non sic autem eo, quod est quantitas simpliciter. Idcirco ergo Deus magnus dicitur, sed non absque magnitudine, quia magnitudo est per se ratio dignitatis, quæ per se competit Deo vt secundum eam per se denominetur Deus magnus, tamen sine quantitate, quia ratio quantitatis non est per se aliqua ratio dignitatis, quæ per se competat Deo vt secundum eam per se denominetur. Quæ tamen quia non dicit per se rationem indignitatis, quæ per se repugnat Deo, idcirco secundum eam Deus per accidens potest denominari quantus, scilicet, quia continetur in specie a qua denominatur per se, vt non dicatur Deus quantus, nisi quia est magnus, aut aliquid secundum aliam speciem quantitatis pertinens ad dignitatem simpliciter. Vere tamen dicendus est esse quantus secundum quantitatem, & æqualis, ratione generis quantitatis primò, & per se, & non ratione speciei, nisi vt in ipsa est contracta ratio ipsius generis. Aliter enim in creaturis non esset idem modus æqualitatis, qua vnum magnum dicitur æquale alteri secundum generis rationem, & secundum rationem speciei. sicut non est idẽ modus relationis, qua medicina secundum rationem generis sui, quod est scientia, refertur ad scibile medicinale, & secundum rationem propriam suæ speciei refertur ad medicum secundum prædicta. n.20.

36. Est autem alia expositio dicti præsentis Augustini, quæ ponitur infra in prima quæstione de similitudine in solutione secũ- a.71.q.1.
di argumenti.

37. Vnde quod dicitur in argumento, sup. n. 5.
quòd in Deo non est magnitudo, quia in ipso non est numerus, eo quòd magnitudo se habet per additionem ad numerum, & nec iste, nec præcedens. Non procedit obiectio, quia licet in Deo non sit numerus ad quem se habeat magnitudo corporalis per additionem, nõ sequitur ex hoc, quin sit in eo aliquis alius numerus, & magnitudo se habens per additionem ad illum. Præter numerum enim a 39 q.7.
manentẽ in rebus corporalibus, qui est nume n.11.
rus mathematicus, est duplex numerus numeratus. quidam materialis ex ratione materiæ, quam sequitur continuum proueniens, qui est in solis corporalibus. Alius formalis proueniens ex ratione formæ, & est triplex. Quidam proueniens ex pluralitate formarũ naturalium absolutarum existentium in rebus creatis, tam corporalibus, quam spiritualibus, qui non habet esse in Deo, sicut nec materia, nec formarum absolutarum pluralitatis, secundum quòd de vtroque illorum intelligitur illud dictum assumptum in argumento, quo dicitur, quòd in Deo nullus est numerus. De quo etiam dicit Dionysius 9.
cap. de diu. nom. *Et sine quantitate, sine nu-* post prin.
mero. Alius vero est numerus formalis in diuinis attributis proueniens ex pluralitate rationum, quæ sunt rationes formales distinctiuæ attributorum. Tertius vero est numerus formalis ratione formarum relatiuarum, qui
est in personis diuinis, & sic quantitas, & se- sup.n.16.
cundum rationem numeri, & secundum rationem

tionem magnitudinis habet esse in diuinis, aliter tamen quam in creaturis, & etiam magnitudo se habens per additionem ad talem numerum, inquantum infinitas est ratio consequens omnem talem numerum in diuinis.

n.6. 38. Ad secundum, quod in diuinis numerus dicitur secundum substantiam, & substantiam significat, ergo secundum ipsam non dicitur æquale, sed idem. Dico, quod quantitas in diuinis, sicut & alia attributa licet substantiam significent quoad rem significatam, significant tamen eam sub ratione determinata, quæ quantitati est propria, & accepta in ordine ad substantiam subiectam, & in ordine

n.68.q.1. n.10. ad alia attributa, quæ (vt dictum est) habent se ad substantiam mediante quantitate, vt expositum est in præcedenti quæstione. Et idcirco ipsa substantia sub tali ratione significata comparata ad seipsam vt mensura intrinseca ad mensuratum, comparatur etiam ad omnia alia, quæ sunt in diuinis, inquantum insunt substantiæ simpliciter mediante quantitate, vt mensurata per ipsam, & hoc quemadmodum quantitas molis, quæ est magnitudo, mensura est substantiæ etiam corporeæ in qua est, & etiam omnium accidentium corporalium, quæ insunt substantiæ corporeæ mediante magnitudine. Et per hunc modum licet in diuinis quantitas secundum rem sit substantia, & substantiam significat, & secundum substantiam dicitur, & incidit in substantiam, & propterea dicit August. *quòd æqualitas dicatur secundum substantiam*, tamen secundum ipsam, vt in substantia est, non proprie dicitur æqualis in diuinis sed idem, & similiter secundum ipsam, vt est æqualitas non proprie dicitur idem, sed æquale.

n.7. 39. Ad tertium, quòd si in Deo sit quantitas illa non est nisi virtutis, quæ quantitas est secundum quam dicitur simile non æquale. Dico, quòd duplex est virtus, moralis, & naturalis. De prima verum est, quòd sit qualitas de prima specie qualitatis, & talis virtus non dicitur esse quantitas, sed qualitas. Est tamen spiritualis quantitas virtus secundo modo dicta scilicet naturalis, quæ consistit in complemento naturalis perfectionis cuiusque rei & est bonitas rei, non moralis, sed naturalis. Et de eo quod sic est melius, dicit

ibid. cit August, quòd est maius, & hoc quia est perfectius. Et de tali virtute dicit Philosophus primo cæl. & mun. quòd consistit in vl-

l.1c6.10.a timo, *quia virtus est vltimum de potentia*. Quod dicit non tam de potentia, quæ respicit actum secundum, qui est operari, quam de potentia, quæ respicit actum primum, qui est esse. Sed in hoc est differentia, quod virtus, quæ consistit in complemento formæ cuiusque rei, inquantum respicit actum, qui est esse, proprio nomine dicitur quantitas perfectionalis, inquantum vero respicit actum, qui est operari, retinet commune nomen, sed appropriate dicitur quantitas virtualis. Et ideo quæcunque plura siue secundum rem, siue secundum rationem, vnum, & idem complementum in perfectione ex actu naturalis bonitatis formæ cuiuslibet attingunt, vel obtinent siue in creaturis, siue in diuinis, in illis æqualitas est fundata super illud vnum. Et in illis, quæ in creaturis vnum complementũ dicto modo non attingunt in forma sua, sed aliud, & aliud secundum gradus existentes in essentijs formarum suarum, licet super illud vnum, quod est in eis quo ad essentiam formæ possit fundari in illis idẽ, aut simile, tamẽ super multũ, quod est in cõpletione, siue cõplemento, siue perfectione formarum, quod alterius gradus est in vno, & alterius in altero, fundatur inæqualitas. Propter quod quæcunque secundum magnitudinem spiritualem sunt æqualia in complemento definitione specifica, & hoc æqualitate, quæ est qualitas substantialis, sunt similia quo ad essentiam naturæ in qua est complementum, & non è conuerso. Quia sicut quantitas talis includit qualitatem substantialem, siue essentialem rei, & plus, scilicet gradum in illa, sic æqualitas includit similitudinem, & plus, scilicet carentiã secundum magis, & minus, siue secundum maius, & minus in illa similitudine. Quæcunque enim communicant vnam formam, possunt dici eadem, aut similia secundum illam, etiam si inæqualiter illam participent, sed non possunt dici æqualia secundum illam, si alterum illorum perfectius illam participet, quam reliquum. Hinc de tali æqualitate, & similitudine, in tali qualitate, & tali quantitate dicit Ricard 3. de Trinit. cap. 7. *Per omnia æquales oportet, vt sint per omnia similes. Nam similitudo potest haberi sine æqualitate, æqualitas autem nunquam sine mutua similitudine.*

40. Et sic patet, quod argumentum illud peccat secundum fallaciam æquiuocationis. Virtus enim, sicut & bonitas æquiuocè dicitur de virtute morali, & naturali. Similiter forma rei naturalis existens in suo complemento, in quo potentia ad illud vlt matur, & perficitur, bonum naturæ est. Quamdiu enim aliquid est in potentia ad illud inquantum huiusmodi, imperfectum siue incompletum est, & quantum est in re de potentia distante ab illo actu, & complemento, tantum est ei admixtum de malo, & quantum de actu, & complemento, tantum habet de bono, & hoc secundum plus, & minus. Et secundum quod plus, & minus habet de complemento, secundum hoc etiam plus, & minus habet de

Aaaaaa a spi-

spirituali magnitudine, quæ consistit in tali complemento. Et differt complementum a quantitate tola ratione, quia complementū, vt simpliciter accipitur, nominat rem, & naturam, cuius est illud complementum. Vt determinat gradum perfectionis in illa natura, vel vt excessum omnis gradus importat, notat quantitatem illius spiritualem, & nomine virtutis appellatur, sicut & ipsum complementum. Quæ cum est nomen complementi simpliciter accepti, si illud est scientia tantum, secundum illam dicitur habens illā, in illa idem alteri, vel diuersum ab illo. Si vero illud est qualitas, siue accidentalis, siue substantialis, vt differentia specifica in creaturis tantum. In Deo enim non est complementum habens rationem differentiæ, quia
c.58.q.3 in illo non est compositio ex genere, & differētia, tūc secūdū illā dicitur habēs illā in se simile, vel dissimile alteri. Cū vero est nomen quātitatis, tunc secundum illam dicitur habēs illam in se æqualis, vel inæqualis alteri.

n. 8. 41. Ad quartum, quod æqualitas dicit commensurationem æqualium in quantitate, sed in Deo nulla est omnino in quantitate cōmensuratio, neque alicuius ad seipsum, neque ipsius ad alium. Dico secundum superius determinata, quod differunt vnitas sin-
a.65.q.1.
n. 9. gularitatis, & conformitatis in hoc, quod vnitas singularitatis non est nisi in vno secundū numerum, vnitas vero conformitatis non est nisi in vno secundum speciem, aut genus. Et ad vnum vtroque modo si fuerit substantia, sequitur identitas, sed non simpliciter identitas, nisi fuerit vnum in singularitate. Si vero fuerit quantitas, ad ipsam sequitur æqualitas. Si autem fuerit qualitas, ad ipsā sequitur similitudo. Sed in diuinis solummodo sequitur hoc ad vnum in singularitate, & prout habet esse in diuersis personis specialiter
Ibid.a.11. æqualitas, & similitudo, vt habitum est supra. Nunc autem conformitas, vt est in quantitate, specialiter idem est quod commensu-
a.63.q.3.
n. 4. ratio, sicut curuitas vt est in naso est simitas. Propter quod proprie loquendo de commensuratione, ipsa non cadit in diuinis, sicut neque aliqua vnitas conformitatis, quæ requirit in diuersis diuersas vnitates singularitatis, quæ in diuinis non sunt in aliquo absoluto quod sit fundamentum relationum.

n. 8. 42. Quod ergo dicitur, quòd æqualitas dicit commensurationem in quantitate. Dico, quòd hoc non est vniuersaliter verum, sed solummodo habet veritatem de æqualitate, quæ fundatur super vnum conformitate quantitatum, quæ est in solis creaturis, sicut & in solis creaturis æqualitas nominat proportionem æqualium. Quia ergo vnitas cōformitatis quātitatum non est in Deo, nec inter aliqua quæ sunt in Deo, quia in illis nō est nisi vnitas singularitatis eiusdem quantitatis secundum numerum, hæc est ergo causa, & ratio per se, quare æqualitas in Deo est absque omni commensuratione, est tamen vera æqualitas, quia commensuratio non sequitur æqualitatem simpliciter, nec causatur ab ea, sed solummodo consequitur æqualitatem, quæ fundatur super vnitatem conformitatis in quantitate, & causatur ab illa, quæ non est nisi in quantitatibus diuersis secundum rem. Et sic conformitas accidit æqualitati simpliciter, quæ aliquando fundatur super vnum singularitate in quantitate, aliquando vero super vnum conformitate.

43. Quod autem alii qui assignant pro causa, quòd commensuratio non cadit in diuinis, quæ ponit mensurationem, & mensuratio dicitur a mensura, mensura autem ponit finitatem in quantitate, quæ non est in Deo sed in solis creaturis, quia diuina perfectio non est mensurabilis, aut mensurata, nec a se, nec ab alio, eo quod terminum non habet, nec extra, nec intra, sed (vt procedit argumen- n. 8.
tum) omnino infinita est, & immensa, ad quam reducitur omnis mensura, & omne mensuratum, vt ad mensuram primam non mensuratam, sicut omne mouens, & motum reducitur ad primum mouens non motum. n. 16.
Hoc nequaquam est per se ratio illius, quia si sicut secundum Semiarrianos ponitur deitas in patre, & filio non esset vna singularitate sed conformitate tantum, in illis deitas esset alia, & alia singularitate, & in vtroque esset infinita, & immensa, & esset æqualitas personarum per commensurationem earum secundum illas deitates, & earum quantitates diuersas ex eo quod essent conformes sicut dictum est, & poneret hæc commensuratio mensurationem secundū quantitates personarū diuinarū nō passiuā a mēsura mēsurata, quasi conformiter sint mensuratæ, sed actiuā a mensura mensurante, quasi conformiter sint mensuræ aliorum. Ex eo autem quòd aliquid est mensura mensurans, nulla omnino in illis ponitur finitas omnino, sed illa sola mensura ponit finitatem, quæ est mensurata, & mensura mensurati non adæquati illi, a quo mensuratur. Et sic vt æquales essent personæ dictæ per commensurationem, non requiritur, quòd habeant quantitates mensuratas, sed sufficit illas in hoc esse conformes, quod vniformiter sunt mensuræ aliorum, & quòd neutra illarum excedit alteram in maius, aut exceditur ab altera in minus. Similiter ad æqualitatem, quæ modo est in personis diuinis, nulla requiritur commensuratio, sed sufficit, quòd neutra excedat alteram, non propter vnitatem cōformitatis alicuius,

sed

sed solummodo propter vnitatem singularitatis in quantitate.

n. 8. 44. Vnde non valet, quod inducitur vlterius in argumento ad probandum, quòd in diuinis non cadit commensuratio, quia quantitas in diuinis est infinita, & infiniti non est commensuratio secundum maius, aut minus, aut æquale. Dico enim, quòd hoc verum nõ est de infinito comparato ad infinitum, sed solummodo de infinito comparato ad finitum. Aut si loquatur de infinito comparato ad infinitum, illud non est verum nisi de infinito magnitudine corporali, & hoc ideo quia non est natum esse aliquod infinitum in specie quantitatis molis, & comparatio secundũ
a. 65. q. 7. num. 25. a. 66. q. 2. n. 23. æqualitatem non est nisi in illis quantitatibus, quæ sunt eiusdem speciei quantitatis, vt habitum est supra. Nunc autem est simpliciter, immo necesse est esse aliquid infinitum in quantitate virtutis, & ideo eo modo, quo ponitur alia, & alia quantitas virtutis infinita in diuersis personis, scilicet per impossibile, & secundum Semiarrianos tantum, necesse est consimiliter ponere comparationem secundum æqualitatem inter illa, licet non inter duas magnitudines infinitas mole, etiam si ponantur esse non solum per impossibile, sed etiam per incompossibile.

45. Nec valet etiam aliquid ad propositũ, quod dicunt alij, videlicet, quòd diuinæ personæ sint commensurabiles inter se stante immensitate, & infinitate quantitatis perfectionalis in illis, ex hoc scilicet, quòd vna aliã mutuo comprehendit, & neutra alteram mutuo excedit, quia hoc non fit per aliquam cõmensurationem actiuam, aut passiuam, nèc per aliquam conformitatem in quantitate, quorum alterum sequitur ad commensurationem sicut dictum est, sed solum fit per
ar. 53. q. 10. coexistentiam quandam, vt patet ex diu supra determinatis de modo essendi vnam diuinam personam in alia.

n. 9. 46. Ad quintum, quod æqualitas dicit priuationem, quæ non est in diuinis, ergo &c. Dicunt aliqui, quòd quia æqualitas sequitur ad vnitatem in magnitudine per remotionẽ
ibid. maioris & minoris, & propterea secundum Philosophum quinto, & decimo Metaphysicæ, æquale priuatiue opponitur maiori, & minori. Vnde ibidem in decimo probat æqualitatem per priuationem excessus in maius & minus. Secundum hoc ergo (vt dicunt) ratione sui fundamenti æqualitas priuationem importat, sicut, & vnitas super quam fundatur, & si quid positiue importatur nomine æqualitatis illud tantum est relatio secundum rationem. Et quia sic (vt dicunt) æqualitas simpliciter importat priuatiuum, & secundum quid positiuum, scilicet ratione relationis, quæ relatio, quæ in creaturis est secundum rem, in Deo est secundum rationem, ideo, vt dicunt, æqualitas in diuinis secundum rem solam priuationem importat, & positionem secundum rationem. In creaturis vero, & priuationem, siue remotionem atque positionem secundum rem. Propter quod (vt dicunt) ait Magister primo Sententiarum distinctione trigesima prima. Lit. A.
Secundum substantiam filius est æqualis patri, & vterque Spiritui Sancto, & appellatio tantum relatiua est. Aequalitas ergo patris, & filij non est relatio, vel notio, sed propter vnitatẽ naturæ indisparitas. Et consimiliter ita dicit de similitudine consequenter subdens communiter de vtroque. *Vnde quibusdam non indoctè* Lit. B.
videtur nomine æqualitatis, aut similitudinis non aliquid poni, sed remoueri, vt ea ratione dicatur filius æqualis patri, quia neque maior est eo, neque minor, & hoc propter vnitatem essentiæ. Dicunt tamen, quòd æqualitas non importat priuationem, quæ sonet in defectum, & non entitatem, sicut dicit argumentum, & bene, vt propter hoc Magister signanter dicat, *nomine æqualitatis aliquid remoueri*, sed non priuari. Large tamen loquendo de priuatione talis remotio priuatio dici potest, quæ potius est negatio, eo quòd secundum Philosophum t. 4. co. 5.
4. Metaphysicæ, in hoc differunt priuatio, & a. 31. q. 2.
negatio, quòd priuatio dicit in subiecto aptitudinem ad priuatum cum eius remotione, negatio vero non, sed dicit remotionem absolutam vtriusque simul, vel alterius tantum. Propter quod inæquale quod proprie est priuatio, non dicit omnem modum priuationis, sicut potest dicere negatio, & bene sequitur negatio ad priuationem, vt si est inæquale, ergo est non æquale, sed non è conuerso, si est non æquale, ergo est inæquale. In diuinis autem est æqualitas sine aptitudine ad maius, & minus, quæ æqualitas priuat, quia æquale in diuinis ita est æquale, quòd nullo mõ potest esse inæquale. Propter quod secundũ prædicta verius est æquale in diuinis, quam in creaturis, in quibus inæquale potest esse non æquale. Quanto enim æqualitas est maior, tanto magis recedit, & elongatur à suo opposito. Quod contingit tum propter vnitatem quantitatis singularitatis in æqualibus, quę idcirco siue illa vnitas augeretur, siue diminueretur, nihil minus maneret ęqualitas, sicut & quadratum siue apponatur Gnomon, siue amoueatur, semper est eodem modo quadratum, tum propter impossibilitatem augmenti, aut diminutionis in diuina quantitate. In creaturis autem in quibus æqualitas fundatur super diuersas quantitates, alterata, aucta, aut diminuta statim facta est inæqualitas.

num. 28. a. 44. q. 2. n. 7. a. 62. q. 1. n. 21. a. 74. q. 5. n. 1.

a. 64. q. 2. n. 22.

a. 69. q. 3. n. 5.

te, & falſitate prædicationis patris de filio, aut è conuerſo, quia non ab eo quod eſt res, vel non eſt, ſimpliciter dicitur oratio vera vel falſa, vera ab eo quod eſt, falſa ab eo quod nõ eſt, ſed ſolummodo dicitur oratio vera, vel falſa ab eo quod res eſt, vel non eſt, prout exprimitur per ſermonem. (præd. c. 1. to. 1.) Vnde etſi curſus inſit homini ſimpliciter, non tamen hæc eſt vera, homo currit bene, niſi inſit illi ſub tali modo. Conſimiliter etſi pater ſimpliciter eſt in filio, & è conuerſo, & ſunt vnum, & idem ſecundum quòd dicit Chriſtus Dei filius Io. 10. *Ego & pater vnum ſumus*, (F 30.) per quod etiam ſunt idem, non tamen hæc eſt vera, pater eſt filius, aut è conuerſo, niſi pater inſit filio, aut è conuerſo, ſub tali modo, vt ſcilicet patri formaliter conueniret filiatio, ſicut & paternitas, & filio paternitas, ſicut filiatio, quod falſum eſt & impoſſibile, niſi ponatur perſonarum confuſio ſecundum Sabellium.

Concluſio ex Quæſtione tertia, Articuli Sexageſimi noni.

1. *Simpliciter concedendum eſt, quod inter diuinas perſonas eſt plena, & perfectiſſima identitas*, n. 5.

ARTICVLVS SEPTVAGESIMVS De Aequalitate in Diuinis.

In Duas Quæſtiones diuiſus.

SEquitur Articulus Septuageſimus. De æqualitate, circa quam quæruntur duo. Quorum primum eſt: Vtrum ſit ponere æqualitatem in diuinis. Secundum verò eſt: Vtrum plenam, perfectam, & omnimodam æqualitatem.

QVAE-

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum sit ponere æqualitatem in Diuinis.

CIrca primũ arguitur, quod in diuinis non sit æqualitas.

1. Primò sic, æqualitas sequitur quantitatem secundum superius determi- a.64.q.1. n.14. nata, sed in diuinis non est quantitas, quia nec numerus nec magnitudo, in quæ diuiditur quantitas, & ad quas omnes aliæ quantitates habet reduci, vt oratio ad numerum, tempus, & a.43.q.1. n.6.a.68. q.1. n.3. ad med. locus ad magitudinem. non est autem in diuinis numerus, quia secundum Boethium de Trinit. *in Deo nullus est numerus*, & si non numerus, nec magnitudo, quia magnitudo se habet per additionem ad numerum, sicut punctus ad vnitatem, secundum Philosophũ 3 phys. ergo &c.

2. Dicet aliquis, quòd licet quantitas secundum genus non habeat esse in Deo, nec a.32.q.3. a.68.q.1 in p., transferri a creaturis ad diuina, aliquæ tamē species quantitatis secundum proprias rationes specierum a creaturis habent transferri ad diuina, & sic esse in Deo, licet non secundum illum modum quo sunt in creaturis, de quibus etiam secundum illum modum bene procedit 5.de Tri. c.1.10,3. argumentum, vt non intelligatur dicere August. quòd *Deus est sine quantitate magnus*. Et sic licet in Deo non sit æqualitas, quæ consequatur quantitatē simpliciter, est tamen in eo æqualitas quæ consequitur aliquam, vel aliquas species eius.

3. Sed contra hoc est secundum quòd dicit c.c.10.1. Philosophus in prædicamentis, *quòd proprium est quantitati secundum eam æquale vel inæquale dici*, vt ideo non videatur hoc competere alicui speciei quantitatis nisi ratione ipsius generis. Nunc autem ita est, quòd quando aliquid competit generi per se, & speciei ratione generis, si in aliquo ponatur species esse, & non genus, in illo non competit ei illud quod competit ei ratione generis, puta cum secun- 5. Met. t.20.10.3 dum Philosophum aliqua dicuntur relatiuè secundum genera eorum, quæ per se non dicuntur relatiuè, vt medicina, quia est scientia, & scientia per se relatiuè dicitur, si medicina in aliquo ponatur esse absque genere suo quod est scientia, in illo non conuenit ei referri ad aliud. Quare cum non conueniat speciei quantitatis secundum eam dici esse nisi ratione generis, cuius est proprium, cum in Deo sit species quantitatis sine genere, quando Deus est sine quantitate magnus, secundũ illam ergo nequaquam habet esse æqualitas in Deo.

4. Si forte ad hoc dicatur secundum quòd tactum est superius, quòd non dicitur proprium quantitati secundum eam æquale, vel inæquale dici, quasi hoc conueniat speciebus quantitatis non nisi per genus earum, sicut non conuenit medicinæ relatio, nisi per sciētiam, quæ est genus suum, vt procedit obiectio, sed illud dicitur, quia speciebus solius quantitatis conuenit, quod secundum eas dicatur æquale, vel inæquale, non autem secundum species alicuius prædicamenti.

5. Cōtra hoc est ars illa Philosophi in lib. t.20 10.1 posteriorum scilicet, *quod quando aliquid conuenit pluribus, illud necessario conuenit eis per aliquod commune in eis cui conuenit primo, & per se.* Et dat exemplum de commutata proportione quæ conuenit numeris, & magnitudinibus, & ideo oportet, quod eis conueniat per aliquod commune existens in eis, cui conuenit primo, & per se, & est proprium subiectum eius de quo demonstratur. Quare cum speciebus omnibus quantitatis conueniat secundum eas æquale, vel inæquale dici, hoc necessario conuenit per aliquid commune existens in illis, cui illud conuenit primo, & per se, illud autem non est nisi quantitas, ergo &c. Quare (vt supra) si in Deo est ma- n.1. gnitudo secundum aliquam speciem quantitatis sine quantitate, secundum illam nequaquam potest dici æqualitas esse in Deo, & eadem ratione neque secundum illam speciem. quia sicut species quantitatis, quæ est magnitudo est in Deo sine quantitate, eadem ratione, & quælibet alia species quantitatis, quam contingit esse in Deo.

6. Secundò sic, secundum August. 5. de c.6.8. Trinit. in diuinis, *omne absolutum siue quod ad se dicitur, siue quod secundum substantiam dicitur, & substantiam significat transitque in substantiam*, quantitas quæcunque est in diuinis, absolutum est, & ad se dicitur, quia & August. dicit 5. de Trinit cap. 8. *In Deo non dicimus tres essentias, nec tres magnitudines, sed vnam essentiam, vnam magnitudinem.* Item idem cap. 6. *Aequalitas secundum substantiam dicitur*, ergo &c.

7. Tertiò sic, si in Deo est quantitas, illa

ibid. L.6. c.8. non est nisi bonitatis, & virtutis, quia secundum Augustinum, *in spiritualibus idem est maius esse, quod melius esse*, quare idem erit magnũ esse, & bonum esse, quia si magis ad magis, & simpliciter ad simpliciter, sed bonitas, & virtus in Deo sicut, & in creaturis qualitates potius sunt, quam quantitates, sed secundum qualitates æquale non dicitur, sed simile, ergo &c. Sed non est æqualitas sine quantitate, quia secundum Philosophum 5. Metaphys. *Vnum in quantitate facit æquale*, ergo &c. c.10.to.3

8. Quartò sic, æqualitas non est alicuius, nisi aut ad seipsum, aut ad alium, sed neutro modo est in diuinis, quia æqualitas dicit cõmensurationem æqualium in quantitate, sed in Deo nulla est omnino commensuratio in quantitate, neque ad eius ad seipsum, neque eius ad alium, quia quicquid est in Deo immensum est, & infinitum, & in infinito nulla cadit omnino commensuratio, quare neque comparatio secundum magis, aut minus, aut æquale secũdũ Phil. 1. cęl. & mu. ergo &c.

9 Quinto sic, nulla priuatio est in diuinis, cum sit summe ens quicquid est in diuinis, dicente August. 5. de Trinit. cap. 2. *Quis magis est, quam ille qui dicit famulo suo Moysi, Ego sum qui sum?* Et cum in eo nulla sit materia, non est enim priuatio nisi defectus in ente coniecuta materiam, equalitas autem priuationem dicit secundum Magistrum primo Sententiarum dist. 31. & secundum Philosophum 5.& 10. Met. ęquale opponitur priuatiue maiori, & minori, vnde ęquale definitur per abnegationem vtriusque cum dicitur, *quod æquale est, quod neque maius neque minus est*, ergo &c. Exod. 3. D. 14. L.1. Lit. B 5 Met. te 20. 10 Met. te 19

D. 24. 10. Sextò sic secundum Apostolum primæ Corinth. 1. Christus est Dei virtus, & Dei sapientia, non autem nisi Dei patris. Virtus autem in diuinis, si est, quantitas est, nihil autem est æquale sine quantitate, sed per ipsam aliquid est æquale alteri, quia vtrumque æqualium oportet esse quantitatem, vel habere quantitatem, ergo Christus filius patris non est æqualis patri, quare nec alia aliqua sunt æqualia in diuinis, quia si non est æqualitas in illis, nec in alijs, ergo &c.

11. In cõtrariũ est illud, quod dicit Athanasius in symbolo. *Tota tres personæ coæternæ sibi sunt & coæquales*, si coęquales, ergo ęquales sicut sequitur, si sunt coæternæ, ergo sunt æternę, & hoc quo ad æqualitatem alicuius ad alterum.

n. 9. 12. Quod vero in Deo sit ęqualitas alicuius ad seipsum sicut, & identitas, arguitur primo sic: æquale, vt dictum est, formatur per abnegationem eius quod est magis, siue maius, & minus, sed quodcunque in diuinis sicut est idem sibi, sic nec est maius, nec minus sibi, ergo est æquale sibi.

13 Secundò sic, sicut se habet substantia ad identitatem, sic se habet quantitas ad ęqualitatem, sed ratione vnius substantiæ dicitur aliquid idem sibi, & alteri, & etiam alterum alteri, puta deitate dicitur deitas eadem sibi, & patri, & etiam dicitur pater idem filio, quia deitas conuenit ei communiter cum patre, ergo ratione qualitatis vnius dicitur aliquid æquale sibi, & alteri, & etiam alterum alteri.

14. Dico, quòd clarum est, inęqualitatem, quæ est secundum magis, seu maius, & minus in quantitate, nullo modo posse poni esse in diuinis, & hoc quia si in diuinis est quantitas, in eis non est nisi vna quantitas numero in pluribus, & hoc siue secundum rem, siue secundum rationem illa sint plura, & qualiscunque fuerit illa quãtitas, & hoc quia quantitas quęcunque in diuinis est id quod est ipsa diuina essentia, dicente August. 5. de Trinit. c. p. 10. *Deus est magnus magnitudine qua ipse est*, & ibidẽ dicit *Deum esse magnum, & ipsam magnitudinem*. Essentia autem diuina non nisi vnica numero singularitatis potest esse in diuinis. Inæquale autem secundum magis, seu maius, & minus non potest esse, vbi est tantum vna quantitas numero, sicut nec nisi vna deitas. Hinc enim dicit Boethius de Trinit. *Eos differentia concomitatur, qui eam vel augent, vel minuunt, vt Arriani, qui gradibus Trinitatem variantes distrahunt, atque in pluralitatem deducunt*. Commẽtdest *non modo personalium proprietatum, verum etiam naturarum numero distinguunt, dicentes, solum patrem veritate essentiæ Deum, filium vero creaturam, & Spiritum Sanctum creaturam creatura*. ca.3. post prin.

15. Sed etsi non sit possibilis inæqualitas in diuinis, non tamen ex hoc statim sequitur, q in eis ęqualitas, qa forte neutrũ illorũ diuinæ natum est inesse, sicut lapidi nec visio, neque priuatio eius quæ est cæcitas. Sed si alterum eorum in diuinis natum esset inesse, sequeretur necessario, si non in est inæqualitas, ergo inest æqualitas, & hoc de necessitate, sic quòd non potest non inesse, super quo est quæstio, an scilicet æqualitas sit in diuinis post quam nullo modo possit diuinis inesse inæqualitas.

16. Et dico, quòd cum secundum superius determinata æqualitas per se sequatur vnitatem in quantitate, nec est æqualitas eiusdem ad se, sed solummodo ad alterum secundum determinata, in quacunque enim natura siue creata, siue increata est reperire vnam quantitatem in pluribus diuersis re, aut ratione in illa natura necessarium est reperi- n.64.q.1. num 14. a.67.q.3 n.35. a 62.q 8. n.15.

perire æqualitatem, vel materiali, vel fundamentali definitione, æqualitas est differentium numero vna quantitas, & in pluribus aliquo modo diuersis ad vnum in quantitate quomodocunque fuerit vnum, necessario sequitur æquale, puta siue plura seu diuersa sint natura agente, & re absoluta, sicut vnum specie, sicut sunt diuersa indiuidua speciei sub eadem specie, aut sicut essent in diuinis, si deitas in pluribus personis non esset vna singularitate, sed sola conformitate, vt dixerunt
a 67.q.2 n.22. q.3.n.32. Semiarriani, vt habitum est supra, siue plura, & diuersa sint re relatiua, vt modo sunt tres personæ in diuinis, siue fuerint diuersa absoluta agente ratione, & hoc aut diuersitate existente in vtroque, vt contingit in diuersis attributis, aut in altero tantum, vt contingit in aliquo attributorum comparato essentiæ diuinæ. Petrus enim in diuersitate substantiæ secundum rem æqualis est Paulo in humanitate, & similiter secundum Semiarrianos pater filio, secundum catholicos autem filius est æqualis patri in vnitate substantiæ secundum diuersitatem relationum. Similiter in diuinis æqualia sunt bonitas, & veritas, quæ sunt attributa diuersa ratione, & agente ratione in vtroque extremorum. Et etiam æqualia sunt deitas & bonitas, in quibus diuersitas causata a ratione est in bonitate, non autem in deitate. Super deitatem enim bonitas addit rationem, deitas autem est nomen fundamentalis essentiæ. Quantus enim est Petrus in forma speciei, tantus est & Paulus, quantus est secundum Semiarrianos pater, tantus est filius, & similiter secundum catholicos licet diuersimode. Et quanta est in diuinis bonitas, tanta est veritas, & quanta est deitas, tanta est bonitas. Quantitas enim omnium
a.38.q.2. n.9. inf. nu.6. quę sunt in diuinis, non est nisi vnica, scilicet immensitas, propter quod in omnibus illis non est nisi æqualitas. Sic ergo breuiter concedendum est, quod in diuinis est ponere æqualitatem in diuersis, secundum dictos modos.

n.3. 17. Quod ergo primò arguitur, quòd in diuinis non sit omnino ponere æqualitatem, quia in eis non est ponere quantitatem. Dico contra negantes esse quantitatem in diuinis, quòd inconueniens est illud, quod dicere
n.2. conantur secundum modum ab eis tactum iam supra in dissolutione primi argumenti, scilicet quòd species quantitatis aliquæ secundum rationem speciei sint in Deo, non autem secundum rationem generis, quia non est species in qua non saluetur ratio generis, nec transfertur species ad diuina secundum rationem speciei, quin etiam simul transferatur secundum rationem generis, vt expositū
a.32.q.3. est superius.

18. Et verum est quòd dicitur in argumento contra illud adducto, scilicet, quod per se quantitati ratione illa, qua est quanti- sup. n.3.
tas conuenit æquale, vel inæquale dici, & non speciei, nisi ratione generis existentis in illa, ita quòd si species quantitatis esset in aliquo sine ratione generis, secundum illam non diceretur æquale, vel inæquale, sicut contingit, cum species secundum se non dicitur relatiue, licet secundum genus suum dicatur relatiuè, vt contingit in scientia, & medicina, sicut dicitur in argumento. Si igitur magnitudo species quātitatis in diuinis amittit rationem generis, vt non mereatur dici quantitas simpliciter, nequaquam dicetur aliquid secundum illam æquale, aut inæquale.

19. Nec valet solutio ad argumentum n.4.
adducta, scilicet, quòd non dicitur proprium quantitati secundum eam æquale, vel inæquale dici, nisi quia non inuenitur, nisi in speciebus quantitatis, quasi primò, & per se consequatur rationes specierum diuersarum, & non rationem generis, quod est impossibile, vt bene probat argumentum in contrarium. n.5.

20. Immo neque in diuinis neque in creaturis est inæquale ratione alicuius speciei quātitatis, quin hoc sit per se, & primò ratione generis existentis in illa, quæ ratio generis si absolueretur a specie, nequaquam secundum eam ratione sua propria diceretur inæqualiter omnino, sicut contingit in medicina, quę secundum rationem propriam nequaquam dicitur relatiue sicut dicitur scientia. nisi vt dicit Comment. *scientia diceretur relatiue ad* 5 Met.
scientem, quod non est verum, quia scientia tex. 20.
secundum rationem scientiæ non dicitur nisi ad scibile. Medicina autem secundum propriam rationem speciei, quæ est medicina, dicitur ad scientem scilicet ad medicum, non ad scibile. Sed quod dicitur medicina relatiue ad medicinale, siue medicabile, sicut ad scibile suum, hoc est solummodo secundum rationem generis sui, quod est scientia, existentis in ea, quæ dicitur relatiue ad scibile simpliciter, ita quòd si à medicina absolueretur omnino ratio generis sui scilicet scientiæ, nequaquam diceretur relatiuè ad scibile suum, sed ad scientem tantum scilicet medicum. Ratione enim generis sui quod est scientia, medicina de vniuersalibus est, & accepta ab experientia particularium, & causata ab illis, & ideo refertur ad scibile, vt mensurata ab illo. Ratione autem sibi propria ex natura speciei de vniuersalibus est per naturalem rationem mediam applicatis ad particularia, & directiua est operum particularium extra. Et ideo vt sic est applicatiua talium,
&

& directiua, refertur ad medicum, vt menſurata ab illo. Et quia talis directio particularium contingit in ſola ſcientia practica, idcirco in ſola ſcientia practica contingit, quòd ſpecies ſecundum rationem generis dicitur relatiuè ad aliquod vnum, & ſecundum propriam rationem ſpeciei ad aliud, nequaquam autem in ſcientia ſpeculatiua. Scientia enim phyſica non dicitur ad aliud quam ad ſcibile phyſicum, ſeu metaphyſica niſi ad ſcibile metaphyſicum, nec mathematica niſi ad ſcibile mathematicum. Sic ſcientia ſimpliciter non dicitur niſi ad ſcibile ſimpliciter, vt omnino ad idem dicatur ſpecies ratione generis, & ratione propria differentia ſolum ſecundum rationem generis, & ſpeciei. Metaphyſica enim non eſt niſi ſcibilis, & ratione qua eſt ſcientia ſimpliciter, & ratione qua eſt metaphyſica. Sed ratione qua eſt ſcientia ſimpliciter, eſt ſcibilis ſimpliciter, ratione vero qua eſt metaphyſica, eſt ſcibilis metaphyſici tantum, ſicut hoc contingit in relationibus proportionum, quia ſcilicet, & ſecundũ rationem generis, & ſecundum rationem ſpeciei referuntur ad idem. Sicut enim multiplex qđ eſt genus dicitur a l'ſub multi, lex, ſic duplum quod eſt ſpecies multiplicis, dicitur ad dimidium, quod eſt ſpecies ſubmultiplicis. Medicina enim ratione ſua, ſiue ſpeciei ſuæ non eſt niſi medici, ſed ratione ſui generis, quod eſt ſcientia, non eſt niſi ſcibilis. Ratione enim ſpeciei medicina dicitur medici medicina, & non ſcibilis. Ratione autem generis dicitur medicina ſcibilis ſcientia, & nõ medici, niſi relatiuè diceretur ad ſcientem, ſicut dicitur medicina ad medicum, vt vult Commentator ſuper 5. Metaph. ar. 10. vol. 8.

21. Dico ergo contraria dictis illorum, videlicet quòd ſecundum eundem modum genus, & ſpecies ſecundum rationem ſpeciei habet eſſe in diuinis, & transferri in eis à creaturis. Conſimiliter habet eſſe in diuinis, & genus ſecundum rationem generis, & trãſferri à creaturis ad diuina.

22. Aliter enim ad primum argumentum reſpondendum eſt, quam iam reſponſum ſit. Cum enim dicitur in argumento, quòd in diuinis non eſt quantitas, quare nec æqualitas, quæ non conſequitur niſi quantitatem, n. 8. hic diſtinguendum eſt de quantitate ſecundum rationem generis, ad modum quo illi diſtinguunt de ſpecie eius, quæ eſt magnitudo, dupliciter ſcilicet ratione ſpeciei. Eſt enim magnitudo duplex extendendo nomen magnitudinis ad propriè vſitatam magnitudinẽ, a.38.q.1. n.11. vbi eſt aggregatio plurium partium quantitatiuarum, & ad omne habens aliquam rationem magnitudinis, vbi eſt ſcilicet aliqua pluralitas perfectionum virtualiter aggregatarum. Quædam enim eſt magnitudo molis ſiue dimenſiua, quæ eſt in ſolis corporalibus, & recipit maius, & minus, atque æquale, quæ eſt quantitas continua corporaliter extẽſiua ſubſtantiæ corporalis, vt partem extra partem habeat, & repleat ſpatium.

23. Quæ dupliciter conſideratur. Vno modo vt opponitur paruitati relatiuè, ſicut multitudo opponitur paucitati, & non nominat magnitudinem ſimpliciter, ſed magnitudinem excedentem, ſicut ſecundum Philoſophum 10. Metaph. multum ſibi correſpondens nominat non multitudinem ſimpliciter, c.3. co.3. ſed ſolummodo multitudinem excedentem, quamuis contrario modo. Quia enim multitudo in exceſſu non habet ſtatum, ſed tantum in deſcenſu, ideo non eſt in multitudine tam multum, quin reſpectu pluris ſit paucum, eſt tamen ita paucum, quod non eſt reſpectu alicuius multum. Magnitudo autem extra, quia in deſcenſu non habet ſtatum, a 61.q.1. n.39. ſed ſolum in exceſſu, ideo eſt in magnitudine tam magnum quo non eſt maius, non eſt tamen ita paruum quin reſpectu minoris ſit magnum, ſecundum determinationem Philoſophi in 3. Phyſic. Alio autem modo conſideratur magnitudo corporalis, vt opponitur priuatiuè puncto, ſicut multitudo ſiue numerus vnitati, & diuiſibile ſimplici, & indiuiſibili, non autem relatiuè, licet ſic multitudo relatiuè opponatur vnitati, ſicut menſuratum menſuræ. Et hoc ideo quòd multitudo componitur ex vnitatibus, non ſic magnitudo ex punctis, & ſic nominat magnitudinẽ ſimpliciter, & abſolute.

24. Alia vero eſt magnitudo virtutis ſiue perfectionis, quæ eſt in ſpiritualibus, & non in ſolis ſpiritualibus, immo, & in corporalibus circuit omne genus, eo quòd omnis forma entis creati continet aliquem modum, & gradum determinatum, atque finitum perfectionis, ſeu virtutis. Simpliciter enim, & abſolute omne ens poteſt dici aliquo modo magnum, & magnitudinem habens, ſicut omne multum ſimpliciter, & abſolute poteſt dici a.28.q.1 n.11. multitudinem habens, ſecundum quod de tali magnitudine in ſpiritualibus dicit Auguſt. 6. de Trinit. cap. 8. *In his quæ non ſunt mole magna, hoc eſt maius eſſe quod melius eſſe*, to.3. ſcilicet bonitate naturæ, quod idem eſt quod perfectius in natura, & eſſentia ſua.

25. Conſimiliter autem magnitudini eſt quædam quantitas molis in ſolis corporalibus, & quædam quantitas virtutis ſiue perfectionis, tam in corporalibus, quam in ſpiritualibus.

26. Si autem quæratur vtrum in Deo ſit quantitas? reſpondendum eſt, ſicut & de n.22. magnitudine: Dicendo, quòd non, loquendo

do de quantitate, & magnitudine molis, de quibus procedit obiectio prima. Sola enim quantitas molis per additionem ſe habet ad numerum, ſicut punctus ad vnitatem, vt vnitas communiter accipitur, ſcilicet & in ſpiritualibus, in quibus eſt, abſque omni poſitione, & in corporalibus, in quibus non eſt ſine ſitu, & poſitione. Et ſicut nequaquam habent eſſe in Deo quantitas talis, aut magnitudo, ſic neque etiam numerus ex talibus vnitatibus progrediens. Per additionem
a.19.q.7. n.5. a.42.to.1 enim ſe habet punctus ad talem vnitatem, inquantum ſecundum Philoſophum in libro Poſter. *Punctus eſt vnitas poſita*. Et ſimiliter magnitudo per additionem ſe habet ad talem numerum, quia prout dicitur in eodem
a 65.q.2. n.29. t 20.to.1 ſup.n.2. libro, dicitur eum cadit in continuum inquantum *magnitudines numeri ſunt*, de quo etiam numero procedit obiectio, & dicit Boethius, *quod non eſt in Deo*, & ille eſt numerus, qui nõ habet diuiſionem vnitatum ſuarum ſecundũ actum, niſi per diuiſionem continui, ſecundũ modum quo diſeretum in corporalibus procedit es continuo.

27. Loquendo autem de quantitate, & magnitudine virtutis ſiue perfectionis, reſpondendum eſt, quod illa eſt in Deo, & per quandam Antonomaſiam in ſolo Deo, vt ipſe ſolus quodammodo dicendus ſit eſſe magnus, ſicut etiam bonus, & ſapiens, & cætera huiuſmodi.

28. Tripliciter enim quid dicitur magnũ in ſpiritualibus. Primo modo ſimpliciter, & abſolute, & abſque omni comparatione, & ſic omne ens ratione ſuæ perfectionis ſecundum formam dicitur magnum, ideſt magnitudinem aliquam habens, ſicut & magnitudine molis omne corporeum dicitur magnum magnitudine oppoſita puncto, ſicut diuiſibile indiuiſibili priuatione. Secundo modo dicitur magnum ſimpliciter, non abſolute, ſed in comparatione, & ſic creaturæ ſpirituales dicuntur magnæ ſimpliciter reſpectu corporalium. Tertio modo dicitur magnũ ſimpliciter, & abſolutè, & abſque omni comparatione, & abſque comparabilitate, & ſic ſolum ens increatum dicitur, & hoc inquan-
ſup.n.16. tum magnitudinis eius proprietas quædam eſt infinitas, ſiue immenſitas, cui nullum magnum mole reſpondet, quia nulla magnitudo molis infinita eſſe poteſt, licet duobus primis magnis in ſpiritualibus reſpondeant duo magna molis in corporalibus.

29. De illa autem immenſitate magnitudinis in diuinis loquitur Auguſt. de fide ad
to 3. Petrum cap. 12. *Firmiſſime tene, & nullatenus dubita Trinitatem Deum immenſum eſſe virtute non mole*. Et conſiſtit illa quantitas virtutis ſiue perfectionis in quadam extenſione non materiali partium extra partes, quia neque conſiſtit per materialem connexionem partium, vt contingit in quantitatibus continuis neque per quandam materialem accumulationem partium, vt contingit in quantitatibus diſcretis, ſed conſiſtit in quadam extenſione ſpirituali per ſpiritualem connexionem & accumulationem partium virtutum, ſiue virium, ſiue perfectionum in vna, & eadem ſimplici perfectione ſiue virtute, quemadmodum calidum intenſum in ſummo, in vna perfectione, ſiue virtute ſimplici caloris continet omnes perfectiones, ſiue virtutes, quæ in diuerſis gradibus calorum ſeorſum natæ ſunt exiſtere. Sed talis vis ſiue perfectio in creaturis nunquam eſt ita in ſummo, quin ſit menſa ideſt gradu aliquo certæ menſuræ cõtenta. Eſt autem in ſummo, ita quod ſit immenſa ideſt nullo gradu menſuræ contenta, in ſolo Deo, propter quod quantitas eius nõ eſt niſi immenſitas quædam virtualis vel perfectionis continens in vno ſimplici gradus perfectionum, ſiue virtutum, quæ in perfectionibus diuerſarum creaturarum natæ ſunt ſparſim, & ſeorſum exiſtere. Vnde Auguſt. exponens illud quod dixit. *Virtute non mole* ibid.
immediate ſubdit. *Quia omnem creaturam ſpiritualem, atque corporalem virtute continet*.

30. Et aſſimilatur iſta quantitas ſpiritualis tam in Deo, quam in creaturis, tam quantitati molis, quæ eſt in continuis, quam illi quę eſt in diſcretis, eo quòd non continet partes diſtinctas ab inuicem, ſed vnitas, licet in eodem ſimplici. Propter quod potius dicitur magnitudo á quantitate continua, quam numerus á quantitate diſcreta, licet in hoc differat ab vtraque illarum, quia illæ continet plura re diuerſa, & ſub ratione plurium, iſta vero continet plura ſola ratione diuerſa, & ſub ratione vnius.

31. Ex quo contingit, quòd quando aliqua magnitudo maior corporalis continet in ſe plurium minorum exiſtentium ſeorſum, & extra magnitudines, eſt aſſignare cuilibet minori gradum ſibi correſpondentem, & cõmenſuratum in maiori, puta pedalem, bipedalem, tripedalem, & ſic de cæteris. Quando vero magnitudo minor ſpiritualis continet in ſe plurium minorum, quæ ſeorſum ſunt, & extra, magnitudines, non eſt aſſignare minori gradum ſibi correſpondentem, & commenſuratum in maiori, ne Deus in creaturis, & creaturę in Deo mutuo ponãtur eſſe ſecundum æquale ſibi correſpondens, quod eſt impoſſibile, dicente de Deo Auguſt. de fide ad Petrum. *Nec aliqua molis quantitate terminatur, quia nulla concluditur, neque per mundi partes ſuis partibus ipſe diffuſus eſt, vt maiores mũ-* t.3.to.4
di

di partes suis maioribus impleat, & minores minoribus, cui nullus latus nec angustus locus est quia nec minus in angustis quam in latis
a.68.q.5. totus est. Et secundum hoc determinauimus
n.9.23. superius, quòd idea in Deo nullam omnino rationem limitationis importat. Ex quo etiã contingit, quòd si magnitudo aliqua corporalis siue corpus aliquod esset infinitum, & secum compateretur omnia corpora mundi finita corporaliter, illa magnitudo infinita contingeret omnia illa finita, & illorum singulum, & contineret ambiendo non secundum totum ipsius corporis infiniti, sed secundum partem æqualem cuilibet illorum. Nunc aut cum magnitudo aliqua spiritualis in Deo sit infinita, quæ secum compatitur omnia entia finita, illa spiritualiter attingit omnia entia, & singulum eorum, secundum totum ipsius contingendo illud, & in esse conseruando, quia de sapientia increata & immensa, atque
sap 8.A.1 infinita scriptum est, *quod attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter.*

33. Nihil ergo est dicere, quod in Deo nõ est quantitas secundum communem rationẽ generis, est tamen in ipso secundum proprias rationes aliquarum specierum, licet non secundum modum illum quo sunt in creaturis. Immo secundum omnem modum quo ratio speciei est in diuinis, similiter & ratio gene-
n.28. ris sicut dictum est, & secundum illam æqualitas dicitur esse in diuinis. Et sic quantitas
sup. n. 3. de qua dicitur, *quòd proprium est secundum eam æquale vel inæquale dici*, largius accipitur, pro quantitate scilicet quæ directe est in solis creaturis, & directe in prædicamento quantitatis, quæ solum est in corporalibus, & pro quantitate virtutis, quæ est etiam in spiritualibus omnibus.

sup. n. 2. 34 Quod ergo dicit August. *quòd Deus est sine quantitate magnus*, dicunt aliqui, quod hoc intelligitur de quãtitate molis, & quæ reperitur in corporalibus. Sed tunc eadem ratione posset dici, quòd est sine magnitudine magnus, quia sine magnitudine corporali magnus est.

35. Ideo dicendum aliter, quòd nihil per se de creaturis transfertur ad diuina nisi perfectionis simpliciter rationem importet se-
a.32.q.2. cundum superius determinata. Nunc autem
n.18. magnitudo in eo quod magnitudo est, rationem perfectionis simpliciter importat, non sic autem eo, quod est quantitas simpliciter. Idcirco ergo Deus magnus dicitur, sed non absque magnitudine, quia magnitudo est per se ratio dignitatis, quæ per se competit Deo vt secundum eam per se denominetur Deus magnus, tamen sine quantitate, quia ratio quantitatis non est per se aliqua ratio dignitatis, quæ per se competat Deo vt secundum eam per se denominetur. Quæ tamen quia non dicit per se rationem indignitatis, quæ per se repugnat Deo, idcirco secundum eam Deus per accidens potest denominari quantus, scilicet, quia continetur in specie a qua denominatur per se, vt non dicatur Deus quantus, nisi quia est magnus, aut aliquid secundum aliam speciem quantitatis pertinens ad dignitatem simpliciter. Vere tamen dicendus est esse quantus secundum quantitatem, & æqualis, ratione generis quantitatis primò, & per se, & non ratione speciei, nisi vt in ipsa est contracta ratio ipsius generis. Aliter enim in creaturis non esset idem modus æqualitatis, qua vnum magnum dicitur æquale alteri secundum generis rationem, & secundum rationem speciei, sicut non est idẽ modus relationis, qua medicina secundum rationem generis sui, quod est scientia, refertur ad scibile medicinale, & secundum rationem propriam suæ speciei refertur ad medi-
cum secundum prædicta. n.20.

36. Est autem alia expositio dicti præsentis Augustini, quæ ponitur infra in prima
quæstione de similitudine in solutione secũ- a.71.q.1.
di argumenti.

37. Vnde quod dicitur in argumento, sup. n. 2.
quòd in Deo non est magnitudo, quia in ipso non est numerus, eo quòd magnitudo se habet per additionem ad numerum, & nec iste, nec præcedens. Non procedit obiectio, quia licet in Deo non sit numerus ad quem se habeat magnitudo corporalis per additionem, nõ sequitur ex hoc, quin sit in eo aliquis alius numerus, & magnitudo se habens per addi-
tionem ad illum. Præter numerum enim a.29.q.7.
manentẽ in rebus corporalibus, qui est nume n.11.
rus mathematicus, est duplex numerus numeratus. Quidam materialis ex ratione materiæ, quam sequitur continuum proueniens, qui est in solis corporalibus. Alius formalis proueniens ex ratione formæ, & est triplex. Quidam proueniens ex pluralitate formarũ naturalium absolutarum existentium in rebus creatis, tam corporalibus, quam spiritualibus, qui non habet esse in Deo, sicut nec materia, nec formarum absolutarum pluralitatis, secundum quòd de vtroque illorum intelligitur illud dictum assumptum in argumento, quo dicitur, quòd in Deo nullus est numerus. De quo etiam dicit Dionysius 9.
cap. de diu. nom. *Et sine quantitate, sine nu-* post prin.
mero. Alius vero est numerus formalis in diuinis attributis proueniens ex pluralitate rationum, quæ sunt rationes formales distinctiuæ attributorum. Tertius vero est numerus formalis ratione formarum relatiuarum, qui
est in personis diuinis, & sic quantitas, & se- sup. n. 14.
cundum rationem numeri, & secundum ra-

tionem

tionem magnitudinis habet esse in diuinis, aliter tamen quam in creaturis, & etiam magnitudo se habens per additionem ad talem numerum, inquantum infinitas est ratio consequens omnem talem numerum in diuinis.

n.6. 38. Ad secundum, quod in diuinis numerus dicitur secundum substantiam, & substantiam significat, ergo secundum ipsam non dicitur æquale, sed idem. Dico, quod quantitas in diuinis, sicut & alia attributa licet substantiam significent quoad rem significatam, significant tamen eam sub ratione determinata, quæ quantitati est propria, & accepta in ordine ad substantiam subiectam, & in ordine ad alia attributa, quæ (vt dictum est) habent se ad substantiam mediante quantitate, vt expositum est in præcedenti quæstione. (a.68.q.2. n.10.) Et ideirco ipsa substantia sub tali ratione significata comparata ad seipsam vt mensura intrinseca ad mensuratum, comparatur etiam ad omnia alia, quæ sunt in diuinis, inquantum in sunt substantiæ simpliciter mediante quantitate, vt mensurata per ipsam, & hoc quemadmodum quantitas molis, quæ est magnitudo, mensura est substantiæ etiam corporeæ in qua est, & etiam omnium accidentium corporalium, quæ in sunt substantiæ corporeæ mediante magnitudine. Et per hunc modum licet in diuinis quantitas secundum rem sit substantia, & substantiam significat, & secundum substantiam dicitur, & incidit in substantiam, & propterea dicit August. *quòd æqualitas dicatur secundum substantiam*, tamen secundum ipsam, vt in substantia est, non proprie dicitur æqualis in diuinis sed idem, & similiter secundum ipsam, vt est æqualitas non proprie dicitur idem, sed æquale.

n.7. 39. Ad tertium, quòd si in Deo sit quantitas illa non est nisi virtutis, quæ quantitas est secundum quam dicitur simile non æquale. Dico, quòd duplex est virtus, moralis, & naturalis. De prima verum est, quòd sit qualitas de prima specie qualitatis, & talis virtus non dicitur esse quantitas, sed qualitas. Est tamen spiritualis quantitas virtus secundo modo dicta scilicet naturalis, quæ consistit in complemento naturalis perfectionis cuiusque rei, & est bonitas rei, non moralis, sed naturalis. Et de eo quod sic est melius, dicit August. quòd est maius, & hoc quia est perfectius. (Ibid.) Et de tali virtute dicit Philosophus primo cæl. & mun. quòd consistit in vltimo, *quia virtus est vltimum de potentia*. (c.16.10.) Quod dicit non tam de potentia, quæ respicit actum secundum, qui est operari, quam de potentia, quæ respicit actum primum, qui est esse. Sed in hoc est differentia, quod virtus, quæ consistit in complemento formæ cuiusque rei, inquantum respicit actum, qui est esse, proprio nomine dicitur quantitas perfectionalis, inquantum vero respicit actum, qui est operari, retinet commune nomen, sed appropriate dicitur quantitas virtualis. Et ideo quæcunque plura siue secundum rem, siue secundum rationem, vnum, & idem complementum in perfectione ex actu naturalis bonitatis formæ cuiuslibet attingunt, vel obtinent siue in creaturis, siue in diuinis, in illis æqualitas est fundata super illud vnum. Et in illis, quæ in creaturis vnum complementũ dicto modo non attingunt in forma sua, sed aliud, & aliud secundum gradus existentes in essentijs formarum suarum, licet super illud vnum, quod est in eis quo ad essentiam formæ possit fundari in illis idẽ, aut simile, tamẽ super multũ, quod est in cõpletione, siue cõplemento, siue perfectione formarum, quod alterius gradus est in vno, & alterius in altero, fundatur inæqualitas. Propter quod quæcunque secundum magnitudinem spiritualem sunt æqualia in complementio definitione specifica, & hoc æqualitate, quæ est qualitas substantialis, sunt similia quo ad essentiam naturæ in qua est complementum, & non è conuerso. Quia sicut quantitas talis includit qualitatem substantialem, siue essentialem rei, & plus, scilicet gradum in illa, sic æqualitas includit similitudinem, & plus, scilicet carentiã secundum magis, & minus, siue secundum maius, & minus in illa similitudine. Quæcunque enim communicant vnam formam, possunt dici eadem, aut similia secundum illam, etiam si inæqualiter illam participent, sed non possunt dici æqualia secundum illam, si alterum illorum perfectius illam participet, quam reliquum. Hinc de tali æqualitate, & similitudine, in tali qualitate, & tali quantitate dicit Ricard. 3. de Trinit. cap. 7. *Per omnia æquales oportet, vt sint per omnia similes. Nam similitudo potest haberi sine æqualitate, æqualitas autem nunquam sine mutua similitudine.*

40. Et sic patet, quod argumentum illud peccat secundum fallaciam æquiuocationis. Virtus enim, sicut & bonitas æquiuocè dicitur de virtute morali, & naturali. Similiter forma rei naturalis existens in suo complemẽto, in quo potentia ad illud sistit maturè, & perficitur, bonum naturæ est. Quamdiu enim aliquid est in potentia ad illud inquantum huiusmodi, imperfectum siue incompletum est, & quantum est in re de potentia distante ab illo actu, & complemento, tantum est ei admixtum de malo, & quantum de actu, & complemento, tantum habet de bono, & hoc secundum plus, & minus. Et secundum quod plus, & minus habet de complemento, secundum hoc etiam plus, & minus habet de

Aaaaaa 2 spi-

ſpirituali magnitudine, quæ conſiſtit in tali complemento. Et differt complementum a quantitate ſola ratione, quia complementũ, vt ſimpliciter accipitur, nominat rem, & naturam, cuius eſt illud complementum. Vt determinat gradum perfectionis in illa natura, vel vt excelſum omnis gradus importat, notat quantitatem illius ſpiritualem, & nomine virtutis appellatur, ſicut & ipſum complementum. Quæ cum eſt nomen complementi ſimpliciter accepti, ſi illud eſt ſcientia tantum, ſecundum illam dicitur habens illã, in illa idem alteri, vel diuerſum ab illo. Si vero illud eſt qualitas, ſiue accidentalis, ſiue ſubſtantialis, vt differentia ſpecifica in creaturis tantum. In Deo enim non eſt complementum habens rationem differentiæ, quia
a.28.q.5 in illo non eſt compoſitio ex genere, & differẽtia, tũc ſecũdũ illã dicitur habẽs illã in ſe ſimile, vel diſſimile alteri. Cũ vero eſt nomen quãtitatis, tunc ſecundum illam dicitur habẽs illam in ſe æqualis, vel inæqualis alteri.

a.8. 41. Ad quartum, quod æqualitas dicit commenſurationem æqualium in quantitate, ſed in Deo nulla eſt omnino in quantitate cõmenſuratio, neque alicuius ad ſeipſum, neque ipſius ad aliud. Dico ſecundum ſuperius
a.65.q.1. determinata, quod differunt vnitas ſin-
n.9. gularitatis, & conformitatis in hoc, quod vnitas ſingularitatis non eſt niſi in vno ſecundũ numerum, vnitas vero conformitatis non eſt niſi in vno ſecundum ſpeciem, aut genus. Et ad vnum vtroque modo ſi fuerit ſubſtantia, ſequitur identitas, sed non ſimpliciter identitas, niſi fuerit vnum in ſingularitate. Si vero fuerit quantitas, ad ipſam ſequitur æqualitas. Si autem fuerit qualitas, ad ipſã ſequitur ſimilitudo Sed in diuinis ſolummodo ſequitur hoc ad vnum ſingularitate, & pro vt habet eſſe in diuerſis perſonis ſpecialiter
Ibid.n.11. æqualitas, & ſimilitudo, vt habitum eſt ſupra. Nunc autem conformitas, vt eſt in quantitate, ſpecialiter idem eſt quod commenſu-
a.63.q.3. ratio, ſicut curuitas vt eſt in naſo eſt ſimitas.
n.4. Propter quod proprie loquendo de commenſuratione, ipſa non cadit in diuinis, ſicut neque aliqua vnitas conformitatis, quæ requirit in diuerſis diuerſas vnitates ſingularitatis, quæ in diuinis non ſunt in aliquo abſoluto quod ſit fundamentum relationum.

a.8. 42. Quod ergo dicitur, quòd æqualitas dicit commenſurationem in quantitate. Dico, quòd hoc non eſt vniuerſaliter verum, ſed ſolummodo habet veritatem de æqualitate, quæ fundatur ſuper vnum conformitate quantitatum, quæ eſt in ſolis creaturis, ſicut & in ſolis creaturis æqualitas nominat proportionem æqualium. Quia ergo vnitas cõformitatis quãtitatum non eſt in Deo, nec inter aliqua quæ ſunt in Deo, quia in illis nõ eſt niſi vnitas ſingularitatis eiuſdem quantitatis ſecundum numerum, hæc eſt ergo cauſa, & ratio per ſe, quare æqualitas in Deo eſt abſque omni commenſuratione, eſt tamen vera æqualitas, quia commenſuratio non ſequitur æqualitatem ſimpliciter, nec cauſatur ab ea, ſed ſolummodo conſequitur æqualitatem, quæ fundatur ſuper vnitatem conformitatis in quantitate, & cauſatur ab illa, quæ non eſt niſi in quantitatibus diuerſis ſecundum rem. Et ſic conformitas accidit æqualitati ſimpliciter, quæ aliquando fundatur ſuper vnum ſingularitate in quantitate, aliquando vero ſuper vnum conformitate.

43. Quod autem alqui aſſignant pro cauſa, quod commenſuratio non cadit in diuinis, quæ ponit menſurationem, & menſuratio dicitur a menſura, menſura autem ponit finitatem in quantitate, quæ non eſt in Deo ſed in ſolis creaturis, quia diuina perfectio non eſt menſurabilis, aut menſurata, nec a ſe, nec ab alio, eo quod terminum non habet, nec extra, nec intra, ſed (vt procedit argumen- a.8.
tum) omnino infinita eſt, & immenſa, ad quam reducitur omnis menſura, & omne menſuratum, vt ad menſuram primam non menſuratam, ſicut omne mouens, & motum reducitur ad primum mouens non motum. a.16.
Hoc nequaquam eſt per ſe ratio illius, quia ſi ſicut ſecundum Semiarrianos ponitur deitas in patre, & filio non eſſet vna ſingularitate ſed conformitate tantum, in illis deitas eſſet alia, & alia ſingularitate, & in vtroque eſſet infinita, & immenſa, & eſſet æqualitas perſonarum per commenſurationem earum ſecundum illas deitates, & earum quantitates diuerſas ex eo quod eſſent conformes ſicut dictum eſt, & poneret hæc commenſuratio menſurationem ſecundum quantitates perſonarũ diuinarũ nõ paſſiuã a mẽſura mẽſurata, quaſi conformiter ſint menſuratæ, ſed actiuã a menſura menſurante, quaſi conformiter ſint menſuræ aliorum. Ex eo autem quòd aliquid eſt menſura menſurans, nulla omnino in illis ponitur finitas omnino, ſed illa ſola menſura ponit finitatem, quæ eſt menſurata, & menſura menſurati non adæquati illi, à quo menſuratur. Et ſic vt æquales eſſent perſonæ dictæ per commenſurationem, non requiritur, quòd habeant quantitates menſuratas, ſed ſufficit illas in hoc eſſe conformes, quod vniformiter ſunt menſuræ aliorum, & quòd neutra illarum excedit alteram in maius, aut exceditur ab altera in minus. Similiter ad æqualitatem, quæ modo eſt in perſonis diuinis, nulla requiritur commenſuratio, ſed ſufficit, quòd neutra excedat alteram, non propter vnitatem cõformitatis alicuius,

ſed

sed solummodo propter vnitatem singularitatis in quantitate.

n. 1. 44. Vnde non valet, quod inducitur vlterius in argumento ad probandum, quòd in diuinis non cadit commensuratio, quia quantitas in diuinis est infinita, & infinito non est commensuratio secundum maius, aut minus, aut æquale. Dico enim, quòd hoc verum nó est de infinito comparato finito, sed solummodo de infinito comparato ad finitum. Aut si loquatur de infinito comparato ad infinitum, illud non est verum nisi de infinito magnitudine corporali, & hoc ideo quia non est natum esse aliquod infinitum in specie quantitatis molis, & comparatio secundú
a.61.q.1. num. 25. a.66.q.2. n. 23. æqualitatem non est nisi in illis quantitatibus, quæ sunt eiusdem speciei quantitatis, vt habitum est supra. Nunc autem est simpliciter, immo necesse est esse aliquid infinitum in quantitate virtutis, & ideo eo modo, quo ponitur alia, & alia quantitas virtutis infinita in diuersis personis, scilicet per impossibile, & secundum Semiarrianos tantum, necesse est consimiliter ponere comparationem secundum æqualitatem inter illa, licet non inter duas magnitudines infinitas mole, etiam si ponantur esse non solum per impossibile, sed etiam per incompossibile.

45. Nec valet etiam aliquid ad propositú, quod dicunt alij, videlicet, quòd diuinæ personæ sint commensurabiles inter se stante immensitate, & infinitate quantitatis perfectionalis in illis, ex hoc scilicet, quòd vna aliá mutuo comprehendit, & neutra alteram mutuo excedit, quia hoc non fit per aliquam cómensurationem actiuam, aut passiuam, nec per aliquam conformitatem in quantitate, quorum alterum sequitur ad commensurationem sicut dictum est, sed solum fit per
ar 53. q. 10. coexistentiam quandam, vt patet ex diu supra determinatis de modo essendi vnam diuinam personam in alia.

n. 9. 46. Ad quintum, quòd æqualitas dicit priuationem, quæ non est in diuinis, ergo &c. Dicunt aliqui, quòd quia æqualitas sequitur ad vnitatem in magnitudine per remotioné
ibid. maioris & minoris, & propterea secundum Philosophum quinto, & decimo Metaphysicæ, æquale priuatiue opponitur maiori, & minori. Vnde ibidem in decimo probat æqualitatem per priuationem excessus in maius & minus. Secundum hoc ergo (vt dicunt) ratione sui fundamenti æqualitas priuationem importat, sicut, & vnitas super quam fundatur, & si quid positiue importat ex nomine æqualitatis illud tantum est relatio secundum rationem. Et quia sic (vt dicunt) æqualitas simpliciter importat priuatiuum, & secundum quid positiuum, scilicet ratione relationis, quæ relatio, quæ in creaturis est secundum rem, in Deo est secundum rationem, ideo, vt dicunt, æqualitas in diuinis secundum rem solam priuationem importat, & positionem secundum rationem. In creaturis vero, & priuationem, siue remotionem atque positionem secundum rem. Propter quod (vt dicunt) ait Magister primo Sententiarum distinctione trigesima prima. Lit. A.
Secundum substantiam filius est æqualis patri, & vterque Spiritui Sancto, & appellatio tantum relatiua est. Aequalitas ergo patris, & filij non est relatio, vel notio, sed propter vnitaté naturæ indisparitas. Et consimiliter dicit de similitudine consequenter subdens communiter de vtroque. *Vnde quibusdam non indoctè* Lit. B.
videtur nomine æqualitatis, aut similitudinis non aliquid poni, sed remoueri, vt ea ratione dicatur filius æqualis patri, quia neque maior est eo, neque minor, & hoc propter vnitatem essentiæ. Dicunt tamen, quòd æqualitas non importat priuationem, quæ sonet in defectum, & non entitatem, sicut dicit argumentum, & bene, vt propter hoc Magister signanter dicat, *nomine æqualitatis aliquid remoueri*, sed non priuari. Large tamen loquendo de priuatione talis remotio priuatio dici potest, quæ potius est negatio, eo quòd secundum Philosophum c. 4. n. 5.
4. Metaphysicæ, in hoc differunt priuatio, & negatio, quòd priuatio dicit in subiecto aptitudinem ad positiuum cum eius remotione, negatio vero non, sed dicit remotionem absolutam vtriusque simul, vel alterius tantum. Propter quod inæquale quod proprie est priuatio, non dicit omnem modum priuationis, sicut potest dici et negatio, & bene sequitur negatio ad priuationem, vt si est inæquale, ergo est non æquale, sed non é conuerso, si est non æquale, ergo est inæquale. In diuinis autem est æqualitas sine aptitudine ad maius, & minus, quæ æqualitas priuat, quia æquale in diuinis ita est æquale, quòd nullo mó potest esse inæquale. Propter quod secundú prædicta verius est æquale in diuinis, quam in creaturis, in quibus inæquale potest esse non æquale. Quanto enim æqualitas est maior, tanto magis recedit, & elongatur à suo opposito. Quod contingit tum propter vnitatem quantitatis singularitatis in æqualibus, quę idcirco siue illa vnitas augeretur, siue diminueretur, nihil minus maneret ęqualitas, sicut & quadratum siue apponatur Gnomon, siue amoueatur, semper est eodem modo quadratum, tum propter impossibilitatem augmenti, aut diminutionis in diuina quantitate. In creaturis autem in quibus æqualitas fundatur super diuersas quantitates, alterata, aucta, aut diminuta statim facta est inæqualitas.

[Right margin notes: c. 4. n. 5. a. 25. q. 2. num. 28. a. 44. q. 2. n. 7 a 62. q 1. n. 21. a 74. q 5. n. 1. — a 61. q. 2. n. 22. — a. 69. q. 3. n. 5.]

47. Sed ex hoc in dicto istorum statim apparet contrarietas. Si enim verius est æquale, quod nullo modo potest esse inæquale, quia aptitudo nominat defectum entitatis, quæ nata est inesse, & pro tanto priuatio est species non entis, quam non nominat negatio, sed potius nominat entitatis defectua importatæ per maius, & minus remotionem, quæ in Deo nullam imperfectionem importat, quia non est negatio nisi entitatis defectiuæ, propter quod per ipsam negationem talem insinuatur affirmatio verissimi entis positiua, & est negatio importata in diuinis nomine æqualitatis negatio negationis duplicis, quarum vna importatur nomine potentiæ ad maius, alia vero nomine potentiæ ad minus. Dico ergo, quòd æqualitas in diuinis dicit priuationem non habitus, aut alicuius positiui, quæ nequaquam est in diuinis, vt procedit argumentum, sed defectus, & priuatiui, qui verissimam entitatem ponit in diuinis, & hoc ratione sui fundamenti, quod est vnitas quantitatis super quam fundatur, quod respõdet ei in re. (a 61. q. 4. n. 16.) Propter quod ita hæreticus esset qui negaret æqualitatem esse in Deo, sicut qui negaret Deum esse, quia ad vnum sequitur alterum, licet æqualitas in Deo sit relatio secundum rationem tantũ.

48. Et dicunt aduersantes adhuc, quòd magnitudo non est fundamentum æqualitatis, nisi quia est vna, vnum autem respectu multorum priuatiue dicitur, non positiue, sicut indiuisio respectu diuisionis secundum Philosophum quarto Metaphysicę. (l. 4. to. 3. 10. Met, te. 9 a. 65. q. 1. nu. 6. & seq.) Ad quod dico, quòd in vnitate consistit totum quod est formale in multitudine, & in creaturis per materialem replicationem vnitatis super seipsam causatur multitudo, & hoc per defectũ formæ vnitatis in illa. Ita quòd diuisio in multitudine licet secundum rationem nominis positionem dicat, secundum tamen rationem rei dicit veram priuationem eius, quod est formale, & non positionem, nec eius quod est materiale, & è conuerso indiuisio in vnitate, licet secundum rationem rei dicat veram positionem eius, quod est formale, & non priuationem, nisi eius, quod est materiale. Nunc autem in formali consistit vere esse, & positiuum quid, non autem in materiali. Et dicit secundum rem vnum positionem, (a 25. q. 1. n. 7. & seq) & multum priuationem, licet secũdum rationem nominis contingat contrarium, cuius ratio est quia ratio nominis sequitur intellectum nostrum, cuius est nomina imponere rebus secundum modum quo intelliguntur sub intellectu. Quia secundum Philosophum in libro peri hermenias. (c. 1. to. 3.) *Voces sunt signa siue nota intellectuum, & intellectus sunt signa rerum.* Nunc autem propter debilitatẽ nostri intellectus materialia magis nota sunt nobis, quam formalia, secundum quòd idcirco dicit Philosophus decimo Metaphysicæ, (l. 9. to. 3.) *quòd multitudo nobis magis nota est quam vnitas.* Et autem quod est magis notum nobis positiuè, (a. 25. q. 1. n. 8.) magis positiuè possumus nomen imponere, & propterea frequenter, quæ secundum rem sunt magis positiua, significamus priuatiuè, & è conuerso quæ sunt magis priuatiua secundum rem, significamus positiuè, vt patet de mortali, & immortali, corruptibili, & incorruptibili, corporali, & incorporali:

49. Sed dicunt adhuc, quòd in diuinis nõ est vnitas positionum, cum non sit in eis vnũ, quod est principium numeri, quod maximè videtur aliquid positiuè dicere. Dicet forte aliquis ad hoc, quòd si non est in diuinis vnũ, quod est principiũ numeri, tunc vnum, quod est in illis super quod fundatur æqualitas, est vnum quod conuertitur cum ente, de quo constat, quòd non dicit priuationem, sed veram positionem, sicut & ens, & si dicat negationem, (a. 25. q. 1. nu. 6. & seq. 10. Met. t. 9. to. 3.) quæ importatur nomine indiuisionis, *quia vnum est ens indiuisum*, illa tamen negatio est negatio negationis, quia diuisio secundum rem negatio est.

50. Sed nec illud verum est, quia vnum super quod fundatur relatio communis identitatis, æqualitatis, & similitudinis, non est nisi vnum oppositum multo, (a. 65. q. 2. num. 20. a 62 q. 1. n. 30.) super quod fundantur relationes contrariæ scilicet diuersum, inæquale, dissimile, licet in diuinis alterum naturaliter insit, & reliquum impossibile est inesse. In diuinis enim sunt vnum, & relationes fundatæ super illud. Vnde verum est, quod in diuinis non est vnum, quod est principium numeri, qui quasi per materialem replicationem vnitatum super se in eadem natura constituat numerum absolutorũ, sicut contingeret, si secundum Semiarrianos deitas plurificaretur in patre, & filio. Ex talium enim vnitatum replicatione numerus constitutus appellatur numerus materialis, qui est impossibilis in diuinis. (sup. n. 9.) Et ideo non est in diuinis vnum, quod est principium numeri. Est tamen in diuinis vnum quod est principium numeri formalis per replicationem vnitatum relatiuarum super se in eadem natura deitatis, cum tres personæ numerantur in diuinis ad modum differentium specie, (a. 54. q. 4. num. 15. a 59 q. 5. n. 20.) secundum prædicta. vel in diuersis naturis, sicut contingit cum Deus cõnumeratur creaturæ, & dicitur, quòd Deus & creatura sunt duo, in quibus, & Deus est vnum, & creatura est vnum. Sed nec super illud vnum in tribus personis plurificatum formaliter, & relatiue fundantur in Deo identitas, ęqualitas, & similitudo, quia tale vnum non conuenit pluri-

a 65. q. 3. n. 6. pluribus, quale secundum prædeterminata debet esse vnum super quod fundatur relatio communis, sed fundantur super vnum quod conuertitur cum ente increato quod est diuina essentia. quod est commune tribus personis, sicut est ipsa diuina essentia considerata sub ratione substantiæ, quantitatis, & qualitatis, cui non respondet multum in diuinis, ibid. q. 2. n. 20. quia multum in personis est ex alterius generis vnitatibus. Vnde nec huic vnitati opponitur, sed opponitur ei multum quod est in creaturis non priuatiuè, sed vt est, & tale vnum verissime positiuum est. Super illud autem multum quod est Deus, & creatura, fundantur diuersum, inæquale, & dissimile.

51. Quod autem arguitur per Magistrum sup. n. 9. n. 46. Sententiarum, quod æqualitas dicit priuationem, quia (vt dicit) *non est relatio vel notio*, idest relatio realis, vel rationalis, vt etiam (secundum quod dicit) *quibusdam non indocte videatur nomine æqualitatis non poni aliquid, sed remoueri*. Dico, quòd re vera æqualitas non est relatio realis, sed rationalis, & quo, ad hoc non est nisi appellatio relatiua. Nihil tamen positiui habet in rerum naturam, quantum relatio realis, & rationalis. Quia tamen habet sibi aliquid respondens in re super quod fundatur, & quo ad hoc non est pure rationalis, sed completiuè tantum secundum superius determinata, & quo ad hoc habet a. 62. q. 4. n. 9. 10. aliquid positiui in rerum natura, sed ratione sui fundamenti, ratione cuius non dicit remotionem, sed positionem tantum, ratione etiam eius quod completiue est a ratione, non dicit remotiue, sed tantum positiue, licet non nisi id, quod est aliquid secundum rationem.

52. Ad intelligendum ergo quomodo dicat Magister, *nomine æqualitatis non aliquid poni, sed remoueri*, sciendum, quòd nomine æqualitatis tria est considerare scilicet significatum, & rationem intelligendi, & vsum ipsius nominis.

53. Si ergo aspiciamus ad nominis signi- n. 51. ficatum, dico secundum iam dicta, quòd aliquid ponit, & nihil remouet.

54. Si autem aspiciamus ad rationem nostram, & modum intelligendi significatum illud, dico, quod non ponit aliquid, sed remouet tantum, quia æqualitatem non intelligi- n. 9. mus sicut nec definimus (vt tangitur in argumento secundum Philosophum) nisi per abnegationem eius, quod est maius & minus' sicut etiam non intelligimus, nec definimus vnum nisi per abnegationem diuisionis, n. 49. inquantum definitio vnius est, *quòd est ens indiuisum*.

55. Si vero aspiciamus ad vsum, sic intelligit Magister, *nomine æqualitatis non poni aliquid, sed remoueri*, quia non vtimur principaliter nomine æqualitatis in diuinis ad ponendum aliquid per illud super illa, quæ sunt relata æqualitate, & dicuntur fore æqualia, sed potius ad remouendum ab eisdem comparatis inter se maius, & minus, & hoc propter hæreticorum pertinaciam, præcipue Arrianorum, qui dicebant patrem esse maiorem, quo ad deitatem, & filium minorem, licet in rei veritate per illam remotionem intelligitur vera positio in relatione æqualitatis, & ratione fundamenti illius, & ratione eius quod habet à ratione sicut iam dictum est. n. 51. Propter quod ad insinuandum, quòd nullus esset propter negationem, quam æqualitas importat, defectus in Deo intelligendus, sed positio tantum, non dixit magister nomine æqualitatis aliquid priuari, sed remoueri. Priuari enim non dicit nisi carentiam eius, quod non inest, natum tamen est inesse, quod n. 46. vere est defectus. Remoueri autem dicit exclusionem eius quod est extra, quod nequaquam natum est inesse, quod re vera nullum ponit defectum. Et hoc quemadmodum cum in verbis personalibus primæ, & secundæ personæ intelligitur nominatiuus definitus *ego*, vel *tu*, dicendo curro, curris, nominatiuus ille expressus non apponitur, seu exprimitur ad aliquid ponendum, quod prius non erat intellectum, sed solummodo ad aliquid remouendum, quia secundum Priscianum non apponitur nisi ad significantiam discretionis faciendam, dicendo, ego curro, vel tu curris, ac si diceretur nullus alius præter me, vel præter te currit, seu nullus alius ita bene. Et cum secundum eundem in singulari numero intelligitur *vnus*, dicendo homo, vel equus, *vnus* non apponitur ad aliquid ponendum, sed potius ad remouendum, dicendo vnus homo, vel vnus equus currit, ad significandum, quòd non plures currunt, quemadmodum etiam dicimus, quòd Deus est vnus, ad excludendum, siue remouendum non esse plures Deos. Hoc etiam modo vtimur nominibus numeralibus in diuinis, dicendo, quòd sunt tres personæ, ad excludendum siue remouendum, quod non sunt plures, nec pauciores. Ex quali vsu talium nominum, scilicet non ad ponendum aliquid, sed potius remouendum, nequaquam argui potest, quòd quantum est ex parte sui significati nihil omnino ponant in diuinis nisi priuationem, & non aliquid positiue, sicut nec possumus dicere, quòd illa pronomina *ego*, *tu*, cum exprimuntur cum verbis primæ, & secundæ personæ, nihil omnino de suo significato ponunt, nisi aliquid priuatiue.

56. Ad sextum, quòd filius est virtus pa- n. 10.
tris,

tria, quæ quantitas est in diuinis, nihil autem est æquale suæ quantitati, ergo &c. Dico, quod illud dictum est per appropriationem, non autem per proprietatem. Pater enim, & filius sunt vna virtus. Vnde Augustinus
to. 3. 7. de Trinitate cap. 3. exponens, quomodo Christus est Dei virtus, & Dei sapientia, & respondens rationi hæreticorum, quam tetigit in principio sexti libri, dicit sic. *Ipse Christus virtus est, & sapientia Dei, quia est de Deo virtute, & sapientia. Ipse virtus, & sapientia Dei est, sicut lumen de lumine.* Argumentum vero procedit ac si pater non esset virtus, aut sapiens ex se.

57. Argumentum in contrarium probans in diuinis esse æqualitatem alicuius ad alterũ
n. 16. concedendum est iuxta prædicta.

n. 22. 58. Quod autem arguitur ad oppositum primo, quod in diuinis sit æqualitas ad mi-
n. 16. nus ad seipsum, quod est contra superius dicta, quia scilicet vnumquodque in diuinis, sicut est idem sibi, sic est nec minus, nec maius seipso, ergo est æquale sibi. Dico, quod non sequitur, quia magis, & minus etiam continentur sub inæquali, & æquale, & inæquale non diuidunt immediate totum ens. In hoc enim differunt opposita, sicut affirmatio, & negatio, & opposita sicut habitus, & priuatio, quod affirmatio, aut negatio de quolibet dicitur, & per immediationem di-
1. post. te. 1. to. 8. uident totum ens. *De quolibet enim verum est affirmare aut negare quodcunq;.* Priuatio aũt, & habitus non sic, sed habent solũmodo esse circa determinatum subiectum, & determinato tempore, & circa illud solummodo per immediationem se habent, vt alterum eorum insit, circa alia autem subiecta non sic, quia potest neutrum illorum illis inesse, & sic contingit in proposito. Aequalitas enim aut inæqualitas non sunt natæ esse nisi inter diuersa, non autem sunt eiusdem ad seipsum. Et ideo licet in diuinis nihil sit seipso maius, aut minus, nihil tamen cum hoc est in illis sibi æquale.

n. 53. 59. Ad sequens, quod directe videtur esse contra hoc scilicet quòd ratione vnius substantiæ, qua in diuinis dicitur aliquid idem sibi, dicitur etiam idem alteri, ergo & ratione vnius quantitatis aliquid dicitur æquale alteri, & sibi. Dico, quod bene sequeretur hoc, si quantitas æque eodem modo se haberet ad causandum æquale, sicut substantia ad cau-
q. 69. q. 1. n. 8. sandum idem. Sed non est ita, quia substantia sub ratione substantiæ manens duplicem patitur considerationem. Vnam scilicet vt est aliquid secundum se consideratum. Alteram, vt est aliquid alterius. Non sic autem quantitas, quia si consideretur quantitas, vt est aliquid secundum se consideratum, statim induit rationem substantiæ, & amittit rationem quantitatis, nisi consideretur, vt est aliquid alterius. Propter quod licet super substantiam, vt secundum se consideratur, fundetur identitas, qua dicitur idem sibi, puta deitas deitati, & hoc penes primum modum identitatis, & vt consideratur sicut aliquid alterius, super illam etiam fundetur identitas, qua ipsa dicitur idem illi, cuius est aliquid, puta deitas ipsi patri, & qua illi quorum ipsa est aliquid, communiter dicuntur idem sibi, puta pater filio, tamen super quantitatem, vt secundum se consideratur, non fundatur æqualitas, sed identitas, qua ipsa dicitur eadem sibi, sed solummodo vt consideratur sicut aliquid alterius, super ipsam fundatur æqualitas, & hoc non sui ad illud cuius est, sed solummodo illorum duorum, quorum est aliquid inter se. Non enim magnitudo dicitur æqualis sibi, vel habenti magnitudinem in se, sed solummodo æqualia dicuntur habentia communiter in se eandem magnitudinem numero, quod contingit in solis diuinis, aut specie, quod contingit in creaturis. Et sic vnum, & idem, quod est substantia aliqua, habens in se aliquam quantitatem, licet ratione substantiæ dicatur idem sibi, ratione tamen quantitatis illius non dicitur æquale sibi, sed alteri tantum. Et sic res quælibet per hoc quod ipsa est, bene comparatur sibi ipsi, & hoc non nisi primo modo identitatis, per se autem quod est aliquid sui inquantum huiusmodi, nullomodo sibi ipsi comparatur, sed alteri tantum, licet aliter, & aliter cum illud sit substantia, & cum sit quantitas, aut qualitas. Quia cum est substantia, habens illam comparatur bene per identitatem ad ipsam substantiam habitam, dicendo pater est idem deitati. Deitate enim deitas est eadem sibi, & cuilibet personæ habenti eam, & similiter quælibet personæ alteri. Cum vero est quantitas aut qualitas, habens illam non comparatur quantitati per æqualitatem, sed solummodo alteri habenti illam, neque comparatur qualitati per similitudinem, sed solummodo habenti illam.

60. Ex quo patet, quòd æqualitas, & similitudo necessario præsupponunt æqualia, & similia prius natura esse aliquo modo diuersa, seu distincta, quam inter se referantur æqualitate, aut similitudine, licet identitas primo modo nullam distinctionem relatorũ præsupponit, sed solummodo referendo ratio illa distinguit.

61. Patet etiam, quòd æqualitas, & similitudo requirunt, quòd quantitas, & qualitas sint aliquid illorum, quæ secundum illas referuntur, licet non requirat dicta identitas, quòd substantia secundum quam referuntur

eadem,

eadem, sit aliquid illorum. Etenim cum in creaturis quantitates diuersæ comparentur inter se secundum æqualitatem, dicimus enim lineam esse æqualem lineæ, hoc non contingit nisi quantitas quælibet non solum sit mẽsura alterius, sed etiam suijpsius, & semetipsam denominet, vt mensura mensuratum: Dicimus enim non solum, quòd lignum est quantum, sed etiam, quòd quantitas est quãta, & ipsa inquantum est mensura, est quantitas, & aliquid suijpsius inquantum est quantum denominatum pro mensuratiuo, & per hoc vna quantitas vt ipsa est quantum quoddam, & mensuratum, æqualis est sibi, vt ipsa est mensura, & hoc in solis creaturis, in quibus sunt diuersæ quantitates specie, aut genere, non autem in diuinis, quia in illis non est nisi vna quantitas numeralis, quæ plurĩũ est. Propter quod licet dicamus in diuinis, quòd immensitas est immensa, non tamen dicimus, quòd immensitas est æqualis immensitati, nec dicimus, quòd immensitas patris est æqualis immensitati filij, licet dicamus, quòd pater immensitate est æqualis filio, & è conuerso, & quòd veritas est æqualis immensitate bonitati, & è conuerso, & sic de cæteris, secundum quòd hæc magis clarent ex supra determinatis.

Conclusiones ex Quæstione prima, Articuli Septuagesimi.

1. *Clarum est, inæqualitatem, quæ est secundum magis, seu maius, & minus in quantitate nullo modo posse poni esse in diuinis.* n. 14.
2. *In diuinis est ponere æqualitatem in diuersis.* n. 16.
3. *In Deo non est quantitas, neque magnitudo molis, neque vnitas cum situ, & positione, neque numerus ex talibus vnitatibus progrediens.* num. 26.
4. *Quantitas, & magnitudo virtutis, & perfectionis est in Deo, & per quandam antonomasiam est in solo Deo.* n. 27.
5. *Quantitas diuina non est nisi immensitas quædam virtualis, vel perfectionis.* num. 29.
6. *Aequalitas secundum quantitatem virtutis, & perfectionis dicitur esse in diuinis.* n. 33.
7. *Deus non debet dici sine magnitudine magnus, licet sine quantitate magnus.* n. 35.
8. *Vere tamen dicendus est esse quantus secundum quantitatem, & æqualis,* ibid.
9. *Quantitas, & secundum rationem numeri, & secundum rationem magnitudinis habet esse in diuinis, aliter tamen, quam in creaturis.* num. 37.
10. *Aequalitas in Deo est absque omni commensuratione, est tamen vera æqualitas.* n. 42.
11. *Aequale verius est in diuinis, quam in creaturis.* n. 46.
12. *Ita hæreticus esset, qui negaret æqualitatem esse in Deo, sicut qui negaret Deum esse.* n. 47.
13. *In diuinis non est vnum, quod est principium numeri materialis sed vnum,* quod

quod est principium numeri formalis. n. 50.

14. *Aequalitas in diuinis non est relatio realis, sed rationalis, non pure, sed completiue.* n. 51.

QVAESTIO SECVNDA.

Vtrum sit ponere in diuinis plenam, perfectam, & omnimodam æqualitatem.

Circa secundum arguitur, quòd non sit in diuinis plena, & perfecta, & omnimoda æqualitas.

1. Primò sic. Perfecta æqualitas nata est esse non solum secundum magnitudinem, sed etiam secundum numerum, siue secundum quantitatem, sed si in diuinis non essent secundum magnitudinem tantum duæ personæ, quantum tres, non esset in illis perfecta æqualitas, secundū Augustinum sexto de Trinitate, vt dicetur respondēdo. Quare cum in diuinis non sunt secundum numerum tot duæ personæ, quot sunt tres, non est ergo in illis perfecta æqualitas.

2. Secundò sic. Plena & perfecta æqualitas in aliquo, non est sine æqualitate omniū quæ sunt in illo. Aliquorum enim inæqualitas repugnaret perfectæ æqualitati, sed non est æqualitas omnium eorum quæ sunt in Deo, quia non est in Deo æqualitas identitatis, & similitudinis, quia non est in eo tanta similitudo, quanta est in ipso identitas, eo quod in ipso est identitas alicuius ad seipsum, non est autem in ipso similitudo nisi alicuius ad alium, & sic maior est illa identitas, quam illa similitudo, ergo &c.

3. Tertiò sic. Non est plena, & perfecta æqualitas, nisi sit secundum omnia secundum quæ nata est esse æqualitas in quibuscunque, quia sicut in plene perfecto sunt omnes rationes omnium perfectionum, sic in plena, & perfecta æqualitate sunt omnes æqualitatum omnium rationes, consequens est falsum, quia secundum omnem modum, & speciem quantitatis nata sunt aliqua esse æqualia, quia per se conuenit quantitati secundum eam æquale, vel inæquale dici, quare, & secundum omnes species eius hoc conuenit ei, 8.8.a.3.

sed non secundum omnem modum, & speciē quantitatis est æqualitas in Deo, quia nec omnis modus, & species quantitatis est in Deo, ergo &c.

4. Quartò sic. Quicquid habet rationem a.32.q.4.
perfectionis simpliciter in creaturis, ponendum est in Deo, cum omnes rationes perfectionum sint in ipso secundum superius determinata, sed inæqualitas est de ratione perfectionis creaturarum, quia secundum Augustinum 83 q. q. 4. *si essent omnia æqualia, non essent omnia*, quod dicit respondendo ad quæstionem quare Deus non fecit omnia æqualia, vt igitur essent omnia, non sunt facta omnia æqualia, sed inæqualia facta sunt aliqua. Quod autem sint omnia, hoc pertinet ad perfectionem. Oportet ergo, quòd sit aliqua inæqualitas in Deo, sed vbi est aliqua inæqualitas, non est plena, & perfecta, atque omnimoda æqualitas, ergo &c.

a. 42.

to. 4.

5. Quintò sic. primum principale, & secundum non principale in quocunque non sunt plene, & perfecte, aut omnino æqualia, quia non sunt plene, perfecte, aut omnino in quantitate virtutis conformia, in diuinis aūt sunt primum principale, & secundum non principale, in producendo aliquid interius, quia secundum Augustinum de Trinitate. a.14.qu.
Pater est principium totius diuinitatis. Et secundum Dionysium de diuinis nominibus. 10 au 4. a.72.q.6.
Pater est fontana deitas filius autem, & Spiritus Sanctus sunt pullulationes. Et similiter in producendo aliquid exterius, quia pater, vt principale agens dicitur omnia facere per filium, quia *omnia per ipsum facta sunt*. Ioannis primo. *Per quem fecit & secula*. Hebr. primo, ergo, &c. Hinc est (vt videtur) quòd filius dicit Iosn. 14. *Pater maior me est*. Et Apostolus primæ ad Corinthios decimoquinto, *Ipse filius subiectus erit illi qui ei subiecit omnia.*

n. 4.

A. 3.

A 2.

D. 28.

D. 28.

6. Sextò sic. Hæ personę non sunt ęquales omnimode, quarum vna alteram superat potestate. Pater superat filium potestate, &

& pater, & filius Spiritum Sanctum. Pater enim potest generare non filius, pater, & filius possunt spirare, non è conuerso Spiritus Sanctus. E contra autem filius potest generari, non pater, Spiritus Sanctus potest spirari, non sic filius, neque pater, ergo &c.

7. Septimò sic. Illa non sunt æqualia omnino, quorum vnum habet aliquid ad dignitatem pertinens quod non habet alterum, quia vnum illorum dignius est altero, sed quælibet diuina persona habet aliquid ad dignitatem pertinens scilicet suam notionem
n. 25. q. 4. personalem secundum superius determinata, quod non habet altera, ergo &c.

ib. q. 9. 8. Octauò sic. In diuinis numerus est triū
n. 53. q. 9. personarum, & quinque notionum. Inter quemlibet autem numerum, & quamlibet partium eius siue fuerit aliquota siue non, aliquanta est proportio inæqualitatis, puta vnitatis, & dualitatis ad ternarium, & quinarium. Vbi autem est aliqua inæqualitas, non est plena, & perfecta siue omnimoda æqualitas, ergo &c.

in. 3. 9. In contrarium est August. 6. de Trinit. cap. vlt. *in Trinitate esse primam æqualitatem, & primam similitudinem, nullo modo inæqualem, nullo modo dissimilem* & lib. 15. cap. 14. dicit. *Sicut per omnem modum filius est æqualis patri, sic etiam per omnem modum pater est æqualis filio.*

10. Dico, quòd illa plene, seu perfecte, & omnimode sunt æqualia, quæ sunt æqualia quo ad omnia existentia, & nata existere in eis, quæ quidem in illis nata sunt esse ęqualia, & secundum quæ nata sunt aliqua dici æ-
q. 1. qualia. Quare cum secundum iam determinata, quæcunque sunt æqualia, aut nata sunt existere æqualia, secundum quantitatem existentem in eis, & solum secundum quantitatem sunt æqualia, quæcunque autem sunt in diuinis secundum omnem rationem quantitatis, quæ est in diuinis, aut nata est esse, sunt æqualia, necessarium est igitur ponere, quod in diuinis est perfecta, plena, & omnimoda æqualitas, & ideo æqualitas summa. Cuius causa, & ratio est vna quantitas singularis in omnibus. Vnde August. in fine 6. de Trinit. istam æqualitatem commendans quo ad diui-
cap. vlt. to. 8. nas personas, dicit sic. *In illa summa Trinitate tantum est vna persona, quantum tres simul, tantum duæ quantum & vna. Et similiter tanta est vna quanta altera.* Et idem dicendum est de substantia, & de attributis cōparatis inter se, & ad personas. Tanta enim est substantia quanta bonitas, veritas, & sic de cæ-
ibid. teris, & è conuerso. Et vt dicit Augustinus, *singula sunt in singulis, & omnia in singulis, & singula in omnibus, & omnia vnum.*

11. Ad quorum intellectum aduertēdum est, quòd cum secundum prædeterminata in Deo non sit quantitas nisi perfectionis seu n. 1. n. 26 27.
virtutis, quæ secundum Philosophum est perfectio rei ad optimum, quod est vltimum, in quo actus perficitur, & ab o[illegible] potentia vt prædictum est secundum diuer- ib. n. 39.
sitatem ergo actus rei in se diuersificatur virtus rei in qua est ille actus, & in qua virtute consistit eius quantitas.

12. Est autem duplex actus rei in se præter actum qui dicitur operari actione manente intra, aut transeunte extra. Quorum vnus consistit in complemento esse essentiæ, & naturæ rei secundum formam suam, Alius vero consistit in perfectione existentiæ actualis illius, qui respectu actus, qui est operari potest dici primus, & respectu actus formæ, & essentiæ potest dici secundus. Virtus ergo in Deo in qua consistit sua quantitas, duplex est, siue dupliciter potest accipi secundum rationem duorum actuum iam dictorum in Deo, qui licet non differant inter se, nec ab essentia secundum rem, differunt tamen aliquā secundum rationem. Competit enim Deo, quòd sit natura siue essentia, & quod habeat esse tam essentiæ [illegible] existentiæ, qui sunt actus a quibus in Deo nec differt nec distat potentia [illegible]. Competunt etiam hi duo actus [illegible], quod est ipso Deo. Secundum enim rationem actus naturę, siue essentię respondet ei virtus, quæ est magnitudo, & hoc (secundum modum superius expositum) ib. n. 19.
tanquam mensura eius in spirituali extensione. Secundum vero rationem actus, qui est existere, respondet ei virtus, quæ est æternitas tanquam mensura eius in duratione.

13. Et istę sunt duę rōnes quantitatū, siue duæ quantitates virtuales in diuinis. Quarū prima in vno simplici immensa continet omnium aliorum perfectiones. Secunda vero continet in vno simplici fixo, & stanti omniū aliorum durationes transeuntes. Alij autem modi continuarum quantitatum scilicet locus, & tempus, & discretarum, scilicet numerus, & ratio, in solis creaturis præcipue corporalibus habent inueniri, præter hoc, quòd numerus quoquo modo reperitur in di- ib. n. 10.
uinis, vt præhabitum est.

14. Et sunt hæ duæ quantitates virtuales mensuræ quo ad eorum esse essentiæ, & existentiæ omnium illorum, quæ sunt in diuinis, quæ omnia secundum vtramque, æqualitatē omnimodam habent inter se, quia vna singularis magnitudo, & vna singularis æternitas est mensura omnium illorum, quibus magna, siue immensa dicuntur, & æterna, & etiam sibi inuicem sunt mensuræ, & æquales sibi inuicem inquantum magnitudo est æterna, & æternitas est magna, atque immensa,

quod est principium numeri formalis. *n.* 50.

14. *Aequalitas in diuinis non est relatio realis, sed rationalis, non pure, sed completiue*. *n.* 51.

QVAESTIO SECVNDA.

Vtrum sit ponere in diuinis plenam, perfectam, & omnimodam aequalitatem.

Circa secundum arguitur, quòd non sit in diuinis plena, & perfecta, & omnimoda æqualitas.

1. Primò sic. Perfecta æqualitas nata est esse non solum secundum magnitudinem, sed etiam secundum numerum, siue secundum quantitatem, sed si in diuinis non essent secundum magnitudinem tantum duæ personæ, quantum tres, non esset in illis perfecta æqualitas, secundum Augustinum sexto de Trinitate, vt dicetur respondendo. Quare cum in diuinis non sunt secundum numerum tot duæ personæ, quot sunt tres, non est ergo in illis perfecta æqualitas.

2. Secundò sic. Plena & perfecta æqualitas in aliquo, non est sine æqualitate omnium quæ sunt in illo. Aliquorum enim inæqualitas repugnaret perfectæ æqualitati, sed non est æqualitas omnium eorum quæ sunt in Deo, quia non est in Deo æqualitas identitatis, & similitudinis, quia non est in eo tanta similitudo, quanta est in ipso identitas, eo quod in ipso est identitas alicuius ad seipsum, non est autem in ipso similitudo nisi alicuius ad alium, & sic maior est illa identitas, quam illa similitudo, ergo &c.

3. Tertiò sic. Non est plena, & perfecta æqualitas, nisi sit secundum omnia secundum quæ nata est esse æqualitas in quibuscunque, quia sicut in plene perfecto sunt omnes rationes omnium perfectionum, sic in plena, & perfecta æqualitate sunt omnes æqualitatum omnium rationes, consequens falsum est, quia secundum omnem modum, & speciem quantitatis nata sunt aliqua esse æqualia, quia per se conuenit quantitati secundum eam æquale, vel inæquale dici, quare, & secundum omnes species eius hoc conuenit ei, q.8.a.2. sed non secundum omnem modum, & speciem quantitatis est æqualitas in Deo, quia nec omnis modus, & species quantitatis est in Deo, ergo &c.

4. Quartò sic. Quicquid habet rationem perfectionis simpliciter in creaturis, ponendum est in Deo, cum omnes rationes perfectionum sint in ipso secundum superius determinata, sed inæqualitas est de ratione perfectionis creaturarum, quia secundum Augustinum 83. q. q. 4. *si essent omnia æqualia, non essent omnia*, quod dicit respondendo ad quæstionem quare Deus non fecit omnia æqualia, vt igitur essent omnia, non sunt facta omnia æqualia, sed inæqualia facta sunt aliqua. Quod autem sint omnia, hoc pertinet ad perfectionem. Oportet ergo, quòd sit aliqua inæqualitas in Deo, sed vbi est aliqua inæqualitas, non est plena, & perfecta, atque omnimoda æqualitas, ergo &c.
a.32.q.4.
a. 42.
10. 4.

5. Quintò sic. primum principale, & secundum non principale in quocunque non sunt plene, & perfecte, aut omnino æqualia, quia non sunt plene, perfecte, aut omnino in quantitate virtutis conformia, in diuinis autem sunt primum principale, & secundum non principale, in producendo aliquid interius, quia secundum Augustinum de Trinitate. *Pater est principium totius diuinitatis*. Et secundum Dionysium de diuinis nominibus. *Pater est fontana deitas filius autem, & Spiritus Sanctus sunt pullulationes*. Et similiter in producendo aliquid exterius, quia pater, vt principale agens dicitur omnia facere per filium, quia *omnia per ipsum facta sunt*. Ioannis primo. *Per quem fecit & secula*. Hebr. primo, ergo, &c. Hinc est (vt videtur) quòd filius dicit Ioan. 14. *Pater maior me est*. Et Apostolus primæ ad Corinthios decimoquinto, *Ipse filius subiectus erit illi qui ei subiecit omnia*.
a. 14. qu. 10 nu 4.
a.72.q.4. n. 4.
A. 3.
A. 2.
D. 18.
D. 18.

5. Sextò sic. Hæ personæ non sunt æquales omnimode, quarum vna alteram superat potestate. Pater superat filium potestate, &

& pater, & filius Spiritum Sanctum. Pater enim potest generare non filius, pater, & filius possunt spirare, non è conuerso Spiritus Sanctus. E contra autem filius potest generari, non pater, Spiritus Sanctus potest spirari, non sic filius, neque pater, ergo &c.

7. Septimò sic. Illa non sunt æqualia omnino, quorum vnum habet aliquid ad dignitatem pertinens quod non habet alterum, quia vnum illorum dignius est altero, sed quælibet diuina persona habet aliquid ad dignitatem pertinens scilicet suam notionem a.11 q.4. personalem secundum superius determinata, quod non habet altera, ergo &c.

ib.q.1. 8. Octauò sic. In diuinis numerus est triū a.13 q.8. personarum, & quinque notionum. Inter quemlibet autem numerum, & quamlibet partem eius siue fuerit aliquota siue non, aliquota est proportio inæqualitatis, puta vnitatis, & dualitatis ad ternarium, & quinarium. Vbi autem est aliqua inæqualitas, non est plena, & perfecta siue omnimoda æqualitas, ergo &c.

ib.q.3i 9. In contrarium est August. 6. de Trinit. cap. vlt. *in Trinitate esse primam æqualitatem, & primam similitudinem, nullo modo inæqualem, nullo modo dissimilem* & lib. 15. cap. 14. dicit. *Sicut per omnem modum filius est æqualis patri, sic etiam per omnem modum pater est æqualis filio.*

10. Dico, quòd illa plene, seu perfecte, & omnimode sunt æqualia, quæ sunt æqualia quo ad omnia existentia, & nata existere in eis, quæ quidem in illis nata sunt esse æqualia, & secundum quæ nata sunt aliqua dici æqualia. Quare cum secundum iam determi- q.2i nata, quæcunque sunt æqualia, aut nata sunt existere æqualia, secundum quantitatem existentem in eis, & solum secundum quantitatem sunt æqualia, quæcunque autem sunt in diuinis secundum omnem rationem quantitatis, quæ est in diuinis, aut nata est esse, sunt æqualia, necessarium est igitur ponere, quod in diuinis est perfecta, plena, & omnimoda æqualitas, & ideo æqualitas summa. Cuius causa, & ratio est vna quantitas singularis in omnibus. Vnde August. in fine 6. de Trinit. istam æqualitatem commendans quo ad diui- cap. vlt. to. 8. nas personas, dicit sic. *In illa summa Trinitate tantum est vna persona, quantum tres simul, tantum duæ quantum & vna. Et similiter tanta est vna quanta altera.* Et idem dicendum est de substantia, & de attributis cōparatis interse, & ad personas. Tanta enim est substantia quanta bonitas, veritas, & sic de ceteris, & è conuerso. Et vt dicit Augustinus, ibid. *singula sunt in singulis, & omnia in singulis, & singula in omnibus, & omnia vnum.*

11. Ad quorum intellectum aduertēdum est, quòd cum secundum prædeterminata in Deo non sit quantitas nisi perfectionis seu n.1.n.26 27. virtutis, quæ secundum Philosophum est perfectio rei ad optimum, quod est vltimum, in quo actus perficitur, & absoluitur omnis potentia vt prædictum est secundum diuer- ib. n.39. sitatem ergo actus rei in se diuersificatur virtus rei in qua est ille actus, & in qua virtute consistit eius quantitas.

12. Est autem duplex actus rei in se præter actum qui dicitur operari actione manente intra, aut transeunte extra. Quorum vnus consistit in complemento esse essentiæ, & naturæ rei secundum formam suam. Alius vero consistit in perfectione existentiæ actualis illius, qui respectu actus, qui est operari potest dici primus, & respectu actus formæ, & essentiæ potest dici secundus. Virtus ergo in Deo in qua consistit sua quantitas, duplex est, siue duplex rei potest accipi secundum rationem duorum actuum iam dictorum in Deo, qui licet non differant inter se, nec ab essentia secundum rem, differunt tamen saltē secundum rationem. Competit enim Deo, quod sit natura siue essentia, & quod habeat esse tam essentiæ quam existentiæ, qui sunt actus quibus in Deo nec differt nec distat potentia ab illis. Competunt etiam hi duo actus omni ei, quod est in ipso Deo. Secundum enim rationem actus naturę, siue essentię respondet ei virtus, quę est magnitudo, & hoc (secundum modum superius expositum) ib n.18. tanquam mensura eius in spirituali extensione. Secundum vero rationem actus, qui est existere, respondet ei virtus, quæ est æternitas tanquam mensura eius in duratione.

13. Et illę sunt duę sōrca quātitatū, siue duæ quantitates virtuales in diuinis. Quarū prima in vno simplici immenso continet omnium aliorum perfectiones. Secunda vero continet in vno simplici fixo, & stante omniū aliorum durationes transeuntes. Alij autem modi continuarum quantitatum scilicet locus, & tempus, & discretarum, scilicet numerus, & oratio, in solis creaturis præcipue corporalibus habent inueniri, præter hoc, quòd numerus quoquo modo reperitur in di- ib n. 50. uinis, vt præhabitum est.

14. Et sunt illæ duæ quantitates virtuales mensuræ quo ad eorum esse essentiæ, & existentiæ omnium illorum, quæ sunt in diuinis, quæ omnia secundum vtramque, æqualitatē omnimodam habent interse, quia vna singularis magnitudo, & vna singularis æternitas est mensura omnium illorum, quibus magna, siue immensa dicuntur, & æterna, & etiam sibi inuicem sunt mensuræ, & æquales sibi inuicem inquantum magnitudo est æterna, & æternitas est magna, atque immensa,

Bbbbbbb et

& tanta est magnitudo, quanta est æternitas, & e conuerso, & sic de cæteris inter se comparatis.

15. Sed aliter, & aliter magnitudo habet esse mensura essentiæ siue substantiæ diuinę, & illorum quæ habent esse in illa quasi mediante magnitudine spirituali, sicut in corporalibus cætera accidentia habent esse in subiecto mediante magnitudine corporali. Est enim magnitudo diuina per se essentiæ mensura, siue substantiæ diuinæ, cæterorum autē quia sunt per magnitudinem in substantia, sicut magnitudo corporalis, est mensura per se substantiæ corporeæ, cæterorum autem quia sunt in illa mediante quantitate, & ita per accidens. Vnde dicimus non solū, quòd deitas est immensa, & æterna, sed etiam bonitas, & veritas, sapientia, paternitas, filiatio, pater & filius, & cætera omnia tam absoluta quam relata, vt sunt aliquid in se, & omnia æqualia sunt magnitudine, siue immensitate, & æternitate. Non enim præcedit aliquod illorum alterum æternitate, aut excedit magnitudine, nec vna persona alteram pręcedit æternitate, aut excedit magnitudine perfectionis, aut in substantia, aut in bonitate, aut in sapientia, aut in potentia, aut in aliquo cæterorum. Vnde, August. in lib. de fide ad
c.1.n.3. Petrum, breuiter aperiens quomodo circa personas intelligantur esse æquales, dicit sic. *Nullus horum alium præcedit æternitate, aut excedit magnitudine, aut superat potestate.*

16. Aduerte quòd dicendo tria hæc, *æternitate, magnitudine, & potestate*, quidam notant per hoc tres modos quantitatis in diuinis scilicet æternitatem, quæ in corporalibus respondet tempori, quia æternitas est mensura esse æternorum, sicut tempus temporalium, magnitudinem perfectionis, quæ in corporalibus respondet magnitudini in continuis, potestatem, quæ respondet numero in discretis, eo quod respicit effectus variosa diuina potentia procedentes.

17. Sed non est ita, quia potestas inquantū importat rationem respectiua per comparationem ad effectus, & operationem nequaquam potest habere rationem quantitatis super quā fundetur æqualitas, quia quantitas prædicamentum omnino absolutum quid est, sicut substantia, & qualitas, nec fundatur per se relatio communis nisi super absolutum, vt
a.61.q.3. habitum est in præmissis. Si ergo potestas,
a.6. 11. siue potentia habeat rationem quantitatis in Deo, hoc non est nisi inquantum habet rationem absoluti, & magnitudinis spiritualis, quę in perfectione diuinæ naturæ consistit, quia ratio perfectionis diuinæ est ratio elicitiua prima omnium operum diuinorum, & perfectiorum tam intra se quam extra. Et sic potentia nequaquam est quantitas in Deo alia à magnitudine Dei, quæ est virtus eius, in qua vltimatur actualitas essentiæ diuinæ, & potentia ad illum, quę omnino idē est in Deo cū suo actu, & differre non possunt.

18. Quæ tamen virtus dupliciter potest considerari, & per hoc dupliciter potest considerari diuina magnitudo, quia virtus illa est diuina magnitudo, vt continet spiritualem extensionem absque gradualitate in omnia attingendo, & omnia continendo secundum modum determinatum in solutione secundæ rationis quæstionis præcedentis. Et primo q.e.n.a.g & seq. modo consideratur vt est vltimum de potentia ad esse essentiæ, vel existentiæ, & tenet se virtus ex parte actus, in quo consummatur, seu cum ipse tot potentia, quasi inferius distinguendo secundum rationem inter potentiā, & actum. Secundo autem modo consideratur, vt est vltimum de potentia ad operari siue intra siue extra, & tenet se virtus ex parte potentiæ in vltimo sui, quod est ei quasi terminus intra, quemadmodum cum aliquis potest ferre centum, potentia qua potest ferre nonaginta nouem, non est virtus illius ad portandum, quia non est vltimum potentiæ, sed illa qua potest ferre centum, & non plus. 1.cæl te. 116 c.a

19. Vnde in actu vltimato, qui est esse essētiæ, & existentiæ, constituit ipsa potentia, quæ est virtus ordinata ad operari primo modo, & est ipsa magnitudo diuinæ essentiæ sic consideratæ, entitas absolute, vt est vltimum de potentia primo modo. Consideratur autem sub ratione respectiua ad actū qui est operari, vt est vltimum de potentia secundo modo, & sic significatur virtus, quæ est diuina magnitudo, diuinæ potentiæ ordinatæ ad actum, qui est operari. Actus autem consummatus in esse essentię est potentia, quę est virtus ad eliciendum actum, qui est operari. Et non addit nomen potentiæ nisi rationem respectus super nomen magnitudinis, secundum quam (vt dictum est) non potest habere rationem quantitatis. Vt idcirco nomine magnitudinis, & nomine potentiæ nequaquam intelligit Augustinus diuersas quantitates in Deo, a ratione scilicet nominis potentiæ absolute, quam intelligit nomine magnitudinis, immo vnam solam quantitatem, quæ est diuina magnitudo per illam differentem solummodo secundum rationes diuersas alicuius. Quæ habet dupliciter considerari. Vno modo secundum se, & absolute, & alio modo in ordine ad aliud. n.17.

20. Ex quo aduertendum est, quòd ista quatuor, essentia, magnitudo, virtus, potentia, in spiritualibus idem dicunt secundum

rem

rem, quia essentia nominat naturam simpliciter, magnitudo nominat quantitatem illius simpliciter, virtus vero nominat quantitatem illius ultimatam absolute, potentia vero nominat magnitudinem simpliciter in ordine ad actum operandi, quæ cum intelligitur significari in nomine virtutis, tunc virtus nominat magnitudinem ultimatam in ordine ad actum operandi ultimate.

21. Ex quo ulterius aduertenda est differentia quædam inter magnitudinem molis, & virtutis, quia magnitudo molis inquantum est magnitudo, etiam si ponatur esse infinita, omnis attingit corporalia, & in se continet illa, sed tamen non est principium operandi aliquid inquantum est magnitudo molis. Magnitudo autem virtutis inquantum est magnitudo omnia attingit, & omnia in se continet secundum modum expositum supra in solutione primæ rationis quæstionis præcedentis, & inquantum est virtutis, est potentia, & principium operandi ultimate.

q.1.n.32

22. Quod ergo Augustinus illa tria quasi de pari annumerat in exponendo quomodo tres personæ sint æquales, hoc non facit quia potestas sit in Deo quantitas quædam distincta contra magnitudinem, sed quia magnitudo, & potentia licet in Deo sint eadem quantitas, differunt tamen secundum rationem modo iam dicto. Vnde considerando potentiam secundum rationem propriam potentiæ, vt distinguitur contra rationem magnitudinis, sicut dicit Augustinus. *Nullus horum alium superat potestate*, sic potuisset dicere. Nullus horum alium superat deitate, aut bonitate, aut veritate, & sic de cæteris. Et semper intelligendum est secundum illa duo, quæ sunt magnitudo, & æternitas, quæ vniformiter consequuntur omnia, quæ sunt in diuinis. Deitas enim magna est, & æterna, sicut & potestas. Similiter bonitas, veritas, & sic de cæteris.

23. Concedendum est igitur simpliciter, & absolute, quod in diuinis quo ad omnia, quæ inter se aliquam habent distinctionem, vel secundum rem, vel secundum rationem, est plena perfecta, & omnimoda æqualitas. Et secundum hæc concedenda est vltima ratio hoc probans. Nec restat respondere nisi ad difficultates in contrarium adductas in argumentis.

n. 9.

n. 1.

24. Quod ergo arguebatur primò in contrarium, quod non est in Deo plena, & perfecta, & omnimoda, siue in omnibus, & per omnia æqualitas, quia non est in Deo æqualitas secundum multitudinem scilicet secundum numerum, sicut est secundum magnitudinem. Dico, quod multum refert de magnitudine, & multitudine siue numero respectu æqualitatis, & est magna differentia inter illa.

25. Ad cuius intellectum sex sunt consideranda circa quantum, & tantum in magnitudine, & circa quot, & tot in multitudine, siue numero. Quorum primum est, quod quantum, & tantum cum sint notæ comparationis inter supposita diuersa secundum magnitudinem, aut inter ipsas magnitudines, sicut quot, & tot sunt notæ comparationis inter illa secundum multitudinem, siue secundum numerum, aut inter partes numeri, quantum tamen, & tantum vno modo sunt nomina, & dicunt denominationem suppositorum a magnitudine, dicendo de tribus suppositis, quod tantum est vnum eorum, quanta sunt duo, & quanta sunt tria, & è conuerso, quod tanta sunt duo quanta sunt tria, & è conuerso, sub hoc sensu scilicet, tantum est vnum secundum magnitudinem, quanta sunt duo, & quanta sunt tria secundum magnitudinem, aut quantam magnitudinem habent, & è conuerso, & tanta sunt duo secundum magnitudinem, aut habent tantam magnitudinem, aut quantam magnitudinem habent, & è conuerso. Alio autem modo sunt aduerbia, & dicunt denominationem magnitudinum à seipsis, vt dicendo de tribus suppositis, quod tantum est vnum eorum, quantum sunt duo, & quantum sunt tria, & quod tantum sunt duo tot, quantum sunt tria, & è conuerso, sub hoc sensu scilicet tanta est magnitudo vnius, quanta est magnitudo duorum, & quanta est magnitudo trium, & è conuerso, & tanta est magnitudo duorum quanta est magnitudo trium, & è conuerso, & sunt adhuc idem secundum rem. Quot vero & tot sunt tantum aduerbia dicendo tot sunt duo supposita quot tria & solum dicunt denominationem multitudinum à seipsis, sub hoc sensu scilicet tot numero sunt duo supposita, quot tria.

26. Secundum vero quod hic notandum est, est illud, videlicet, quod tantum, & quantum, tot, & quot semper dicunt rationem secundum æqualitatem, excludendo ab vtroque comparatorum respectu alterius plus & minus secundum magnitudinem quo ad tantum & quantum, & secundum multitudinem, siue numerum quo ad tot & quot.

27. Tertium vero est, quod plus tripliciter accipitur, & è conuerso minus sibi contrariũ tripliciter dicitur correspondenter scilicet extensiue, intensiue, & discretiue. Et primis duobus modis plus & minus nominant abundans, & diminutum in magnitudinibus. Tertio autem modo nominant abundans, & diminutũ in multitudinibus, siue in numeris, & plus extensiue dictũ denominat suppositũ,

quòd sit maius, & magnitudinem, quòd sit maior, & contrarium illius denominat suppositum, quòd sit minus, & magnitudinem, quòd sit minor, & hoc quoad quantitatem molis, vel quoad quantitatem perfectionis. Plus vero intensiue dictum denominat suppositum tantummodo, quòd sit magis, & contrarium illius denominat suppositum, quòd sit minus, & hoc quoad quantitatem, siue magnitudinem virtutis tantum.

28. Quartum vero quod hic notandum est, est quòd in diuinis tantum est vnum suppositum extensiue, & intensiue, quantum sunt duo, & quanta sunt duo, & quantum sunt tria, siue quanta sunt tria, & è conuerso, & tanta siue tantum sunt duo supposita quanta siue quantum sunt tria, & èconuerso. Et hoc secundum omnimodam æqualitatem, excludendo omnem maioritatē quo ad plus, & omnem minoritatem quo ad minus. Et hoc tam a supposito quam a magnitudine, eo quòd in diuinis non est nisi vnica magnitudo numeralis non suscipiens magis, & minus. Similiter in suppositis creaturæ sub eadem specie specialissima, & in formis recipientibus magis & minus cum sunt in eodē gradu intensionis, tantum est vnum suppositum magnitudine perfectionis, quantum, vel quanta sunt duo, vel tria, & tantum, vel tanta sunt duo, quantum, vel quanta sunt tria, & è conuerso. Et hoc per omnimodam æqualitatem, vt prius, eo quòd plurificatio formarum sub eadem specie non recipientium magis aut minus, non auget magnitudinem perfectionis debitam speciei. Neque similiter plurificatio formarum recipientium magis & minus sub eadem specie, si sunt in eodē gradu sibi appositæ, augent intensionem secundum magnitudinem perfectionis aut virtutis, & hoc quemadmodum punctum additum puncto nihil auget. Et ideo tantum est vnum punctum, quantum duo, & tria, & tantum duo, quantum tria, aut infinita. In creaturis autem quantum quantitate siue magnitudine molis, puta in tribus idolis factis ex eadem massa æris, non est tātum vnum illorum, quanta, vel quantum duo, aut tria, nec è conuerso, nec tantum, aut tanta sunt duo, quantum, vel quanta sunt tria, nec è conuerso, sed se habent per omnimodam inæqualitatem quoad plus, & minus extensiue, eo quòd in illis, quæ sunt moles magna, quantum additum quanto semper auget.

29. Quintum quod hic est aduertendum, est, quòd plus discretiue dictum non consideratur nisi in discretis quantitatibus, puta in numeris, & in diuinis dicit pluralitatem suppositorum, vel attributorum, absque omni pluralitate magnitudinis perfectionalis, siue virtualis in illis. In creaturis vero dicit semper cum plurificatione suppositorum plurificationem magnitudinum in illis. Et ideo secundum Boethium de Trinitate. *Cum dicitur: Pater est Deus, Filius est Deus, Spiritus sanctus est Deus, ibi est numerus numerans personas.* Nullus tamen est ibi numerus numeratus deitatis, & per consequens nec magnitudinis. Et quantum est ex parte deitatis, & vniuersaliter omnium absolutorum in diuinis quasi idem repetitur, ac si diceretur Deus, Deus, Deus, sicut & idem repetitur cum in synonymis dicitur, ensis, mucro, gladius. Et hoc ideo quia numerus numerans diuinas personas est relationum, & numerus numeratus est relatiuorum personarum. Et sic omnino est numerus ille numeratus relatiuus, & alterius modi, quam sit ille, qui est in creaturis, siue sit molis siue perfectionis, aut virtutis, & absque omni pluralitate in re diuina absoluta est ille numerus, vt in diuinis non sit numerus numeratus, sed numerus numerans tantum, in creaturis autem est numerus, & pluralitas vtroque modo. Et similiter cum dicitur in diuinis. Sapientia est Deus, aut magna bonitas Deus est, aut magna veritas, & sic de cæteris attributis, & vniuersaliter absolutis in diuinis, licet ibi sit numerus numerans attributa, nullus tamen est ibi numerus numeratus deitatis, aut magnitudinis, sed eiusdem tantum repetitio. Et ideo vt descendamus ad propositum, cum dicimus in diuinis personis, quòd non est tot vna persona, quot duæ, aut tres, nec tot duæ, quot tres, ita quòd plus sint tres personæ, quam duæ, & duæ, quam vna, quasi minus est vna persona, quam duæ, & duæ quam tres. ad med

30. Sextum hic considerandum est, quòd ly plus, & contrarium eius quod est minus, nullam æqualitatem a diuinis excludunt, nullam que inæqualitatem includunt, eo quòd illa plus, & minus non sunt circa aliquid absolutum reale, sed sunt in personis circa relatiua, & relationes, & in attributis circa rationes, & mentis conceptus, siue habitudines, & relationes, vt superius est expositum, super a.69.q.4. n. 6.
relationes autem relatio communis non fundatur, vt habitum est supra, neque super id, sup. n. 19
quod rationis est in attributis, quia non consideratur nisi ex relatione, & habitudine, dicitur solūmodo super absolutum reale, quod est substantia, quantitas, & qualitas, licet vt solū rationibus distinguuntur. Sed tūc solummodo dicta plus, & minus à diuinis aliquam pluralitatem excluderent, & aliquam inæqualitatem includerent secundum plus, & minus. In attributis enim personis ponerēt plus, & minus discretiue in attributis, vt essent plures magnitudines in pluribus persona-

nis

nis, aut attributis, ficut funt in pluribus fuppofitis in creaturis, puta tres magnitudines molis in tribus idolis æris, & plures magnitudines perfectionis, & virtutis in pluribus individuis fub quacunque vna fpecie fpecialiffima in creaturis, vt idcirco in tribus idolis æqualibus magnitudine molis non fit perfecta æqualitas, quia non tot eft vnū, quot duo, & tria, nec tot duo, quot tria, non folum numero numerante, fed numero numerato fuppofitorum, & magnitudinum in illis.

n. 1. 31. His prælibatis patet plane refponfio ad obiectum primum. Cum enim dicitur, perfecta æqualitas nata eft effe non folum fecundum magnitudinem, fed etiam fecundum numerum. Dico, quòd verum eft, quia fecundum prædicta æquale, & inæqualitas per fe, & primo dicuntur fecundum quantitatem fimpliciter, & ideo fecundum quamlibet fpeciem eius, & fpecies quantitatis, ita principaliter eft numerus, vt magnitudo, fi tamen numerus fit abfolutus, quia in abfolutis, ficut eft magnitudo, quia æquale, & inæquale non dicuntur fecundum quantitatem nifi ficut fecundum fundamentum, & fecundum prædicta non habent per fe fundari, nifi fuper abfolutum. Sed fi numerus fit relatiuus, & in relatiuis tantum, & fic numerus numerans tantum, non autem numerus numeratus, vt côtingit in perfonis diuinis, non eft æqualitas nata effe fecundum numerum, ficut fecundū magnitudinem, quia magnitudo in diuinis omnino abfoluta eft, non fic numerus.

n. 1. 32. Quod ergo affumitur in argumento, Si in diuinis non effent fecundum magnitudinem tantum duæ perfonæ, quantum tres, non effet in illis perfecta æqualitas. Dico, quòd bene verum eft, quia fecundum magnitudinem in diuinis nata eft dici æqualitas, fecundum numerum autem relatiuum non eft nata dici omnino æqualitas, aut inæqualitas. Propter quod non fequitur ulterius conclusū. Quare cum in diuinis non funt tot fecundum numerum duæ perfonæ quot tres, non eft ergo in illis perfecta æqualitas. Hoc enim nullo modo fequi poffet, nifi numerus diuinorū in abfolutis confifteret, ficut & quantitas. Quod fi ita effet, non effet omnino perfecta æqualitas Trinitatis perfonarum inter fe, ficut non eft perfecta æqualitas trium idolorū, licet fint æqualia fecundum magnitudinem, eo quòd non funt æqualia omnino, & fecundum omnem combinationem, quo ad numerum, qui in illis confiftit in abfolutis, fecundum quem nata eft effe æqualitas, aut inæqualitas inter quæcunque diuerfa abfoluta. Vnde fi Trinitas diuina effet trium perfonarum abfolutarum trium deitatum, ficut pofuerunt Semiarriani, quia tunc fecundum numerum, qui confiftit in abfolutis non effent tot duæ perfonæ quot tres, non effet etiam perfecta, & omnimoda æqualitas in Trinitate diuinarum perfonarum, quia effet in illis inæqualitas fecundum aliquid. Et fic nunc fecundum catholicos propter numerum, qui eft in relatiuis, & magnitudinem vnicam fingularem, & abfolutam trium perfonarum diuinarum, perfecta, & omnimoda æqualitas perfonarū eft in diuinis. Si enim magnitudo effet numerata in perfonis, cum tunc effet omnino abfoluta, neceffario numerus perfonarum effet abfolutus, & fecundum illum effet in Trinitate perfonarum inæqualitas fecundum magnitudinem, nec effet in illis perfecta, & omnimoda æqualitas fecundum prædicta.

33. Ad fecundum, quòd in diuinis non eft perfecta, & omnimoda æqualitas, quia non eft in eis perfecta æqualitas identitatis, & fimilitudinis, eo quod non eft in illis fimilitudo alicuius ad feipfum, ficut eft identitas alicuius ad feipfum, & ficut non eft in diuinis tanta fimilitudo, quanta eft identitas: Dico, quòd falfum eft, quia tanta eft fimilitudo in diuinis, quanta eft identitas côparando identitatem ad fimilitudinem, modo quo illa quæ funt diuerfarum fpecierum poffunt fecundū æqualitatem comparari, vt fi aliqui funt æquales quantitate molis, & alij in eodem gradu albedinis, & ita fimiles, & æquales, poffunt dicere, quòd quantum funt æquales mole, tantum funt fimiles, & æquales albedine. Et fi fint in eodem gradu albedinis, & fimiliter in eodem gradu fapientiæ, poffumus dicere quantum funt fimiles, & æquales in albedine tantum funt fimiles, & æquales in fapientia, & fic in eis eft æqualitas fimilitudinis, & æqualitatis, & fimilitudinis, atque fimilitudinis. Eft autem in Deo tanta fimilitudo alicuius ad alterum, quanta eft identitas alicuius ad feipfum. Et hoc quia quanta eft in Deo vnitas fubftantiæ fecundum quam eft aliquid in Deo idem fibi, tanta eft in eo vnitas qualitatis fecundum quam aliquid eft fimile alteri. Licet enim maior fit diftinctio extremorum relatorum in fimilitudine, quam in dicta identitate, de hoc nihil ad maioritatem vel minoritatem inter illam identitatem, & fimilitudinem, poftquam tanta eft vnitas in fundamento vnius quanta eft in fundamento alterius.

34. Ad tertium, quòd in Deo non eft omnimoda æqualitas, quia non eft fecundum omnia fecundum quæ nata eft effe æqualitas. Dico, quòd licet non fecundum omnia fecundum quæ nata eft effe æqualitas fimpliciter in alijs, eft æqualitas in Deo, quia non fecundum fpeciem quantitatis, vt procedit argumentum, tamen fecundum omnia, id eft fecundum n. 3.

cundum omnem quantitatem, quæ nata est esse in Deo, videlicet secundum æternitatē, & magnitudinem secundum iam dicta, nata est esse æqualitas omnimoda in ipso, & hoc sufficit ad hoc, quod dicatur esse in aliquo omnimoda æqualitas omnium, quæ sunt in eo. Sed si deficeret in eo inter aliqua æqualitas secundum aliquam quantitatem, quæ nata est esse in eo, tunc primo non esset in eo omnimoda æqualitas, puta si non esset Deus tantus in sapientia, quantus est in bonitate, non esset in eo æqualitas, sicut non est omnimoda æqualitas molis inter ea corporalia, quæ sunt æqualia secundum longum, & latum, sed non secundum spissum, & profundum. (nu 32. & seq.)

35. Ad quartum, quòd non est omnimoda æqualitas in Deo, quia in ipso est aliqua inæqualitas. Dico, quod falsum est. (n. 4.)

36. Ad probationem eius, quòd inæqualitas habet rationem perfectionis, in creaturis simpliciter, dico quod simpliciter falsum est. (ibid.)

37. Ad probationem illius, quòd si non esset inæqualitas in creaturis, non esset perfectio vniuersi. Dico, quod verum est. Sed ex hoc non sequitur, quod inæqualitas habet rationem perfectionis simpliciter, quia quod sine aliquo non est perfectio in aliquo hoc potest contingere duplici de causa. Vna scilicet, quod aliquid requirit res alia propter sui perfectionem, puta quòd in homine non est perfectio secundum animam rationalem sine corporis organizatione, & hoc procul dubio habet rationem perfectionis. Alia, quia aliquid requirit res alia propter suam imperfectionem, vt contingit in proposito, & hoc est aliquando quemadmodum contingit de iustitia, quæ quia non perfectè continere potest in iustitia retributiua præmiorum pro bonis necessaria ad perfectionem vniuersi secundum omnes partes iustitiæ, vt esset iustitia retributiua suppliciorum pro malis, & ita est infernus suppliciorum cum suis contentis pertinēs ad perfectionem, & decorem vniuersi, sicut & paradisus præmiorum cum suis contentis. Quia enim in proposito vna creatura secundum speciem, quæ haberet æqualitatem in suis suppositis, totam perfectionem, quæ nata est esse in isto genere creaturarum capere non posset, ideo ad perfectionem vniuersi ex creaturis constituti species diuersas diuersorum graduum creaturarum secundum perfectiones plures, & inæquales in eo necesse fuit aggregari, ita quod perfectio vnius non totaliter continetur in alia, neque secundum eandem rationem, qua perfectio aliqua est in vna creaturarum, ipsa sit etiam in alia. Nunc autem quælibet diuina persona, & quicquid (ibid.)

est in diuinis ab alio distinctum qualicunque distinctione, tam perfectionem, quæ nata est esse, & modo quo nata est esse in diuina natura capere potest. Ideo enim ad perfectionem eorum, quæ sunt in diuinis pertinet, quòd per omnimodam æqualitatem absque omni inæqualitate tota perfectio diuina sit in quolibet quod est in diuinis, non vna pars in vno, & alia in alio, ne aliquid illorum sit pars deitatis, sed tota deitas, & plenus, ac perfectus, ac vnus Deus simplex sit, non ex pluribus partibus collectus, dicente Augustino cōtra Maximinum negantem pluralitatem personarum in diuina essentia. *Times ne pater sit pars vnius Dei? noli hoc timere. Nulla enim fit partium in deitatis vnitate diuisio, nec Dens Trinitatis tertia pars est vnus, nec maior pars duo quam vnus est ibi, nec maius aliquid sunt omnes quam singuli, quia spiritualis non corporalis est magnitudo.* (L. 3. c. 10. to. 6.)

38. Et sicut hæc vere dicuntur de distinctis personis comparatis inter se, sic & vere dicentur de singulis aliis distinctis qualitercunque in diuinis inter se comparatis. Vnde idem inquit in eodem. *Cum dicis. Vnus genuit Deum, apiens sapientem, clemens clementem: si diceris partes sunt: simplex ergo virtus ex partibus constat, & simplex hac virtus te teste vnus est verus Deus. Vnum ergo Deum ex partibus duis esse compositum. Non dico inquis non sunt ergo partes. Si ergo in vna persona patris & illa inuenis quæ plura videntur, & partes non inuenis, quanto magis pater, & filius, & Spiritus Sanctus partes vnius Dei non sunt?*

39. Et hoc nec vt subiectiuæ, neque vt integrales. Non vt subiectiuæ, quia neque, vt species sub eodem genere, dicente Augustino septimo libro de Trinitate. *Si essentia genus est, species autem persona vt nonnulli sentiunt, oportet appellari tres substantias, vt appellantur tres personæ, sicut cum sit animal genus, & equus species, appellantur tres equi tria animalia. Non enim species pluraliter dicitur, & genus singulariter. Neque vt indiuidua sub eadem specie. Sunt enim Abraham, Isaac, & Iacob tria indiuidua sunt, ita tres homines, & tria animalia. Sed vt dicit ibidem vna essentia non habet species nec indiuidua sicut vnum animal vnius essentia. Diuina ergo essentia genus non est neque species, & persona indiuidua, sicut homo est species, indiuidua autem Abraham, Isaac, & Iacob.* Nec etiam sunt partes vnius Dei, vt integrales, dicente August. nono in eodem. *Non sic tres personas dicimus vnā essentiam, & vnum Deum tanquam ex materia vna tria quædam subsistant. In statuis enim æqualibus plus auri est tres simul, quam singula. In illa vero essentia Trinitatis nullo modo ita est,* (c. 6 to. 3.)

neque

atque sicut dicimus tres homines eiusdem contemperationis. Nam in his non tantum est unus, quantum duo.

40. Sed nec est contrarium quod dicit Damascenus. *Omne substantia est, particulare vero hypostasis*, quia non dicit hoc nisi propter vniformem modum prædicandi essentiam de qualibet hypostasi, & vniuersale de suppositis. Licet in hoc sit differentia, *quod (vt dicit) in diuinis quod est commune est idem re, & differt ratione tantum in suppositis. In creaturis autem commune est idem ratione tantum, & differt re in suppositis.* Et quia hæc difficilia sunt intellectui carnali, dicit Augustinus ibidem. *Qui potest capere capiat, qui autem non potest, credat, & oret vt intelligat.* — lib. orth. fid. c. 11.

41. Ad quintum, quòd in diuinis in agendo, seu producendo aliquid tam interius, quam exterius est primum, & principale, atque secundum, & non principale, quæ non sunt æqualia. Dico, quòd primum, & principale, atque secundum, & non principale in agendo, seu producendo possunt accipi inter aliqua dupliciter. Vno modo ex ratione respectus, & originis qua vnum eorum habet esse ab altero, siue produci ab illo. Alio modo ex ratione absolutæ virtutis, quam illa habent ad producendum aliquid aliud. Ex primo illorum modorum accipiuntur in diuinis solummodo primum, & principale, & secundum, & non principale. Non autem secundo modo, secundum quòd latis declaratum est in quæstionibus de communi productione Spiritus Sancti à patre, & filio. Argumentum autem procedit, ac si in diuinis essent secundo modo, quod non est verum. — n. 5. — a. 54. q. 5 & 7.

42. Cum enim dicitur pater aliquid agere per filium, puta in productione Spiritus Sancti, & cuiuscunque creaturæ, illic intelligitur mediatio quæ ad ipsas personas agentes, quia scilicet secunda qua mediante agit prima, est a prima, & virtutem agendi habet à prima. Propter hoc enim solum prima dicitur agere mediante secunda. Non autem intelligitur illic mediatio quo ad virtutem, qua procedit actio, quia virtus vnius sit principalis, & maior, quæ per illam mediam agit, vt per minorem, & instrumentalem, quæ in agendo efficaciam accipit à virtute maiori, & principali, vt secundum hoc pater intelligatur agere per filium, sicut rex per Balliuum. Talis enim mediatio in agendo necessario poneret agentium in æqualitatem secundum gradus, vel in diuersis naturis secundum speciem, vt posuerunt plene Arriani in diuinis, dicentes filium, & Spiritum Sanctum esse cum creaturis, vel secundum numerum tantum, vt posuerunt Semiarriani, qui posuerunt diuinam naturam perfectius esse in vna diuinarum personarum quam in alia. — a. 59 q. 7 nu. 19. & seq. — a. 54 q. 7 n. 12. & seq. — ib. n. 16.

43. Quoniam autem, vt dicit Ambrosius in libro secundo de Trinitate, *diuinitas gradu nescit, nullum adiunctum habet vnitatis.* Inæqualitas enim secundum gradus non est nisi in agentibus essentialiter ordinatis ad eundem actum, quæ necessario differunt secundum gradus perfectionum substantiarum, & hoc siue secundum sint à primo, siue non. Vnde de talibus dicit Proclus in propositione sua 7. *Omne productiuum alterius melius est, quam id, quod producitur. Aliter enim communicatio essent æqualia*, & hoc quia vnum est primum productiuum omnium aliorum immediate, & constat, quod productum non potest esse maius producente, nisi ponantur omnia producti ordinatim à sibi proximo, & immediatè, & sic i[n] ordo productionis in entibus, idem contingit. Nam et si ratione primum productum esset æquale suo productiuo, eadem ratione, & secundum primo, & sic deinceps, & sic non esset in entibus vllus ordo originis, sicut non est alius ordo realis in diuinis, in quibus productum est æquale producenti necessario, & hoc propter vnitatem substantiæ singularis in illis, in quibus rationes philosophorum de inæqualitate perfectionis inter producentem, & productum non valent omnino, quia non habent efficaciam nisi in illis, quæ secundum diuersitatem specificam essentiæ inter productum, & producentem producuntur. Vnde & in generatione vniuoca abstrahitur eorum, quæ sunt sub eadem specie specialissima, productum necessario est æquale in producti eius secundum formam producentis, puta ignis generans ignem generato, aut equus equo. In quibus si aliqua contingit inæqualitas, aut dissimilitudo, illa est per accidens, & accidit essentiæ, & est in accidentalibus. Hoc autem, quæ inæqualitas potest contingere in diuinis, propter identitatem substantiæ singularis, & omnium absolutorum in singulis personis. Hoc enim est generale, quod semper generatum per generationem naturalem pertingit ad perfectionem naturæ, quæ est in generante, præter hoc, quod in creaturis, quia est generatio cum quadam transmutatione de potentia in actum, non statim à principio genitum est in accidentalibus æquale generanti, sed per incrementum, & temporis successum nisi aliquid impedimentum, ad æqualitatem omnimodam perducetur. Vnde Hilarius lib. de Synod. ait. *Tolle corporum infirmitates, tolle conceptus initium, omnis filius secundum naturalem natiuitatem æqualis est patri, quia est eius similitudo naturæ.* — de fid. ad Grat. c. 4 post med. to. 3 — a. 19. q. 2. n. 49.

44. Quod igitur (vt dictum est) in diuinis principale, non principale, primum, & secundum, — n. 42.

dum, non pertinent ad virtutes agentium, sed solummodo pertinent ad rationem originis producti à producente, idcirco de hoc nihil ad æqualitatem, quæ sequitur quantitatem non relationem, secundum superius determinata. Propter quod dicit Augustinus contra Maximinum. *Originis est quis de quo sit, æqualitatis autem quantum sit.*

n. 1 n. 16. li. 1 c. 18. to. 3.

n. 5. D. 18.

45. Quod autem adiungitur in argumento de Ioan. 14. vbi dicit filius. *Pater maior me est*, non ergo æqualis est, Respondetur secundum Athanasium, quod illud intelligitur dictum de Christo secundum eius humanitatem, & de patre secundum eius diuinitatem, quia filius in assumpta humanitate est minor patre, licet in diuinitate sit æqualis. Iuxta illud quod dicit in Symbolo suo, *Aequalis patri secundum diuinitatem, minor patre secundum humanitatem.* Et sic filius minor, ergo & pater est maior.

46. Et per eundem modum intelligi potest, quod dicitur secundum Apostolum. *Filius subiectus patri.* Et bene verum est, quod loquendo de maioritate & minoritate, quæ consistit in absolutis, & gradibus diuersis naturarum, diuinæ scilicet, & humanæ, pater in omnibus maior est filio, & filius minor.

47. Hilarius autem exponit illud de patre, & filio secundum amborum diuinitatem, non dico secundum substantiam deitatis,

orth. fid. Quia vt dicit Damascenus lib. 1. cap. 9. *Sancti sicut negant in filio minoritatem ex parte deitatis, sic & negant in patre maioritatem.* Et

l. de fide c. 4 to 3. Ioh c. 4. D. 19 Ambrosius Libro secundo de Trinitate. *Per naturam hominis dixit illud, Vado ad patrem, quoniam pater maior me est. Nam quomodo potest minor esse Deus, cum Deus perfectus, & plenus sit? sed minor est in natura hominis.* Et sequitur post pauca. *Non est ergo secundum diuinitatem minor, qui plenitudinem habet deitatis, & gloriæ. Maior enim & minor in his quæ corporalia sunt, distingui solent.*

48. Dico ergo, quod verbum dictum exponit Hilarius non secundum substantiam deitatis patris, & filij, secundum illam enim semper sunt æquales, vt patet ex dictis Athanasij, Damasceni, & Ambrosij, sed solummodo secundum patris, & filij proprietates, secundum quas subtiliter valde Hilarius ponit in patre maioritatem respectu filij, negat tamen minoritatem in filio respectu patris,

l. 59. q. 3 num. 15. a. 60. q. 9 num. 10 cum dicitur lib. 9. de Trinitate cap. 28.

col. 35. *Maior pater est, sed filius minor non est.* Et constat, quod minoritas non potest abnegari filio respectu patris secundum humanitatem. Semper enim minor est secundum illam.

49. Dico ergo secundum Hilarium, quod pater est maior filio, sed filius non est minor patre. Sed ista maioritas in patre non procedit ex aliqua magnitudine, aut ex aliquo absoluto, quia eandem magnitudinem habent pater, & filius, qua pater est æqualis filio non maior, sed consistit in relatione, & est conditio quedam circa relationem paternam. Eo enim pater est maior quo pater est, secundum Augustinum. *Pater est principale nomen deitatis* a. 60. q. 9 n. 12. & hoc quia pater principalitatem, & auctoritatem quandam habet super filium, in eo videlicet, quod ab ipso habet filius esse, & quicquid in se habet. Vnde Hilarius exponens dictum suum præmissum ibidem dicit sic *Patrē maiorē in glorificādi auctoritate cognosce Glorificaturus filiū maior est pater, sed glorificatus à patre filius minor non est.* Et loquitur de glorificatione æterna, *claritate quam habuit filius à patre priusquam mundus fieret*, vt ipse filius dicit Ioannis 17. Maior est ergo A. 5. pater auctoritate glorificantis, sed minor nō est filius glorificatus, quia tantam gloriam glorificatus a glorificante recepit, quantum ipse glorificans in se habuit, immo eandem, dicente Hilario ibidem cap. 27. *Donantis auctoritate pater maior est, maior donans est, qui tantum donat esse quantus ipse est*, sed minor nō est cui vnum esse donatur, immo propter illud vnum esse æqualis est illi. col. 312.

50. Et bene verum est, quod minoritate quæ pertinet ad relationem communem inæqualitatis, & est opposita æqualitati ex vnitate magnitudinis ipsius esse eiusdem in patre, & filio, nequaquam filius minor est patrē, sed nec ē conuerso maioritate, quæ cum minoritate dicta pertinet ad relationem communem inæqualitatis, & opponitur dictæ æqualitati, pater est maior filio, quia hæc maioritas non esset in patre super filium nisi ex magnitudine absoluta non existente tanta in filio quanta est in patre, qua filius necessario diceretur minor, & sic esset inæqualitas inter patrem, & filium ex multo in magnitudine continente maius, & minus, quæ sigillatim accepta sunt contraria inter se, & ambo simul vnioni posita priuatiue æquali contingenti ex vnione magnitudine, Vnde sicut impossibile est talem minoritatem, quæ pertinet ad relationem communem fundatam super quantitatem esse in filio, sic impossibile est talem maioritatem esse in patre, immo opposita æqualitas necessario, & naturaliter inest eis,

51. Si ergo concedendum est secundum Hilarium, quod pater sit maior filio, illa maioritas est alterius generis, quam sit illa, quæ pertinet ad relationem communem, Quod verum est, quia non fundatur in quantitate communi patri & filio, vt relatio per se, sed

potius

potius fundatur in relatione paternitatis, vt illius conditio, quæ est primitas, & principalitas quædam in patre respectu filij, inquantum scilicet ab ipso habet esse filius, & non è conuerso pater habet esse a filio. Quam principalitatem seu primitatem intelligit Hilarius in dictis suis nomine auctoritatis, quam includit significat siue importat nomen maioritatis. Vnde maioritate qua pater dicitur maior filio non ponitur aliquis gradus superior magnitudinis in patre super gradum magnitudinis, quæ est in filio, sed tantummodo ordo auctoritatis in producendo. Hinc dicit Damascenus lib. primo cap. 9. (orth. fid.) *Cum audimus maiorem filio patrem, causam intelligamus.* Et tunc causam pro principio originis, vt seipsum quoad hoc exponit parum ante, sic dicens. *Non enim secundum aliud nisi secundum causam, hoc est quia filius ex patre genitus est, & non pater ex filio, & quoniam pater est causa filij naturaliter.* Et sic est illa maioritas relatio propria patri, sicut est paternitas, non autem communis patri & filio, eo quòd auctoritas principalitatis siue primitatis, vel principij filio non communicatur à patre, licet natura eadem, vel magnitudo illi communicantur, sicut nec paternitas, immo per illam pater à filio distinguitur, sicut & per paternitatem, nec propria est patri, vt pertinés est ad inæqualitatem, quia non habet in filio aliquam minoritatem pertinentem ad inæqualitatem sibi respondentem, sed est propria patri, pertinens ad rationem originandi actiue in ipso, sicut est imago, aut æquatum, & similatum esse, pertinens propriè ad rationem originandi passiuam existentem in filio, secundum superius exposita. (a 60.q.1. n.45. q.9.n.10)

52. Dico autem, quod illa maioritas in patre non habet aliquam minoritatem sibi oppositam, & correspondentem in filio, quia neque habet ipsam procedentem ex magnitudine minori existente in filio, quam in patre, cum illa necessario sit eadem, & æqualis in vtroque, sicut dictum est, (n.43. & seq.) neque procedentem ex auctoritate minori existente in filio, quam in patre respectu alicuius tertij, puta, respectu alterius filij, aut Spiritus Sancti, aut creaturæ, vt idee dici posset, quod magis produceret pater Spiritum Sanctum, aut creaturam, quam filius, & non esset æqualis potentia cum hoc in patre, & filio, nec pater, & filius essent æquales secundum huiusmodi potentiam. Et sic licet pater dicatur maior filio, non tamen filius dicitur minor patre, non solum quia pater donat tantum esse quantus ipse est, vt ex magnitudine, quam recipit a patre non possit habere aliquam minoritatem filius respectu maioritatis ipsius patris, quod (n.49.) Hilarius assignat pro causa, sed etiam quia pater nullo modo dat filio subauctoritatem aliquam, seu partem aliquam auctoritatis suæ (a.54.q.7. n.10.) super aliquem filium producendum, tum quia illam non posset filius habere nisi super seipsum filium, nec ad alium filium habet eam pater, quia non habent esse auctoritas, & subauctoritas respectu eiusdem. Sic ergo licet pater dicatur maior auctoritate, filius tamen nunquam dicitur minor auctoritate.

53. Et similiter respectu Spiritus Sancti pater & filius possunt dici cõmuniter maiores, & æqualiter maiores Spiritu Sancto, licet Spiritus Sanctus non dicatur minor, secundum eundem modũ, quo pater dicitur maior filio, licet filius nõ dicat minor auctoritate, aut filius, nec æqualis, nec minor, nec maior dicitur patre, quia nullum illorum natum est esse circa filium respectu patris, sed tantũ negatio omnium illorum. Et per hunc modum licet in patre dicatur auctoritas esse, in filio tamen nullo modo dicenda est esse subauctoritas, quia auctoritas quęcunq; aut nullo modo est in filio, aut ęqualis est in patre & filio.

54. Sed contra hoc quod dicit Hilarius de Trinitate, quòd *secundum deitatem pater est maior filio, sed non est filius minor*, videtur esse (n.49.) illud, quod dicit in libro de Synod. exponendo verbum Apostoli assumptum in argumẽtis sic inquiens. *Subiectio filij naturæ pietas est. Subiectio autem cæterorum, creationis infirmitas est.* Constat autem, quòd Christus Dei filius secundum humanitatem assumptam de numero cæterorum est, & ad creationis infirmitatem pertinet. Subiectionem ergo illam filij, quæ (vt dicit) est naturæ pietas, secundum deitatis proprietatem intelligit, Non est autem subiectio nisi minoritas quædam, aut procedens ex minoritate, ergo & pater est maior filio, & filius est minor patre secundũ id quod est in deitate.

55. Dico, quòd maius, & minus in patre, & filio, dupliciter possunt intelligi. Vno modo vt relatiua inter se, scilicet vt pater secundum quòd est maior dicatur relatiuè ad filium, secundum quòd ipse est minor, & è conuerso filius secundum quòd ipse est minor, dicatur relatiuè ad patrem secundum quod ille est maior, & neuter dicatur ad alterum maior, aut minor secundum quòd ipse est pater, aut filius. Quemadmodum vnum milij granum magnum dicitur relatiuè ad aliud paruum, & non è conuerso, non secundum quòd vtrunque est milium, sed solum secundum quòd hoc est maius, illud vero minus. Alio vero modo vt neutrum dicitur relatiuè ad alterum, scilicet vt nec pater dicatur relatiuè ad filium, nec è conuerso secundum quod ille est maior, & iste minor, sed pater secundum quod ipse est maior dicatur re-

latiue ad filium secundum quòd ipse filius est, & non secundum quòd ipse est minor, & filius secundum quòd ipse est minor, dicatur relatiuè ad patrem secundum quòd etiam ipse est pater, & nõ secũdũ quòd ipse est maior.

56. Si primo modo, tunc essent maius, & minus relationes communes, & partes inæqualitatis, sed sic nec aliquo modo pater dicitur maior respectu filij, nec filius minor respectu patris, vt patet ex iam dictis. Et hoc quia fundarentur super vnam magnitudinẽ singularem illis communem, eo quòd non fundantur nisi super magnitudinem existentem in illis, non est autem in illis magnitudo nisi vna. Quod autem super vnam magnitudinem existentem in illis fundentur, hoc est impossibile. dicente Ambrosio de Trinitate. L. 1. de fi. de ca. 4. to. 3. *Quod vnum est dissimile non est. Inter maiorem autem minoremque discretio est. Ergo nec pater minorem habet, nec maiorem Dei filius, cum in patre, & filio nulla discretio deitatis sit, sed vna maiestas.*

57. Secundo autem modo sunt maius, & minus non principales relationes, sed principalium relationum mutuarum non mutuæ occasiones, paternitatis scilicet, & filiationis. Maius enim conditio est auctoritatis n. 51. circa relationem, quæ est paternitas, quæ auctoritas nequaquam à patre communicatur filio, nec in toto, nec in parte. Minus vero subiectionis conditio est circa relationem filiationis, quæ subiectio nullo modo conuenit patri. Et sicut maioritas auctoritatis nominat in solo patre respectu filij, vt ipsius est facultatem naturalis potentiæ ad communicandum ei omnia sua præter ingenerationẽ, & generationem actiuam, quemadmodum maioritas auctoritatis in prælatis nominat respectu subditorum facultatem potentiæ liberalis ad conferendum illis dona aliqua, sic etiam minoritas nominat in solo filio respectu patris pietatem naturalis reuerentiæ quasi in gratiarum actionem pro sibi communicatis à patre. Quemadmodum minoritas subiectionis in subditis nominat respectu prælati pietatem liberalis reuerentiæ ad regratiãdum prælato pro bonis receptis, præter hoc, quòd nominat in illis gradus inferioritatẽ, qualis non est in filio Dei respectu patris. Quæ quidem subiectio minoritatis infirmitas est in creaturis, sed illa in filio Dei respectu patris non est nisi naturæ pietas secundũ Hilarium. Et ideo in creaturis subiectio, & minoritas omnino indignitatis sunt, atque indigentiæ, & dicuntur in respectu ad maioritatem in prælato, & è conuerso. In filio autẽ Dei respectu patris omnino sunt dignitatis, atque perfectionis, & non dicuntur, nec sunt in respectu ad maioritatem, quæ est in patre, nec è conuerso.

58. Vt secundum hoc sicut dicitur pater maior filio vno modo, scilicet maioritate auctoritatis, non tamen filius dicitur minor patre, scilicet paruitate auctoritatis, quæ non esset nisi subauctoritas quædam dicta in respectu auctoritatis patris, & hoc in ordine ad aliud tertium, sicut subauctoritas Balliui dicitur in respectu ad auctoritatem regis in iustitiando, seu iudicando ciuem, quæ est in patre respectu filij, & diceretur non nisi in respectu minoris reuerentiæ, quæ esset in filio respectu patris, sicut si in hominibus pater maiorem reuerentiam exhiberet filio suo, & è conuerso filius minorem filio suo, prout loquitur in libro suo de Trinitate *Hilarius*, sic filius vno modo potest dici minor patre, scilicet minoritate reuerentiæ vel pietatis, qua filius in se naturaliter recognoscit bona paternæ auctoritatis, & qua illam reueretur, licet pater non dicatur maior filio, scilicet maioritate reuerentialis pietatis, prout loquitur Hilar. in libro de Synod. Si tamen vllo modo secundum filiationem in filio recipẽ posset minoritas, aut subiectio respectu patris, sicut in patre secundum dictum modum recipitur maioritas, & auctoritas respectu filij. Quod si sic, tunc secundum Hilarium, pater dicitur maior filio, non tamen filius minor patre. Et secundum eundem in libro de Synod. sic filius dicitur minor patre, quòd tamen pater non dicatur maior filio. Dico maioritate & minoritate hinc inde sibi correspondentibus vniuoce. Quod enim pater dicitur maior, & filius minor, maioritas & minoritas non correspondent sibi nisi per quandam æquiuocationem.

59. Ad Sextum, quod vna persona superat alteram potestate. Dico, quòd nomine n. 6. potentiæ, siue potestatis duo importantur, scilicet essentia, & respectus. Attamen non dico significantur, sed potius intelliguntur. s. 15. q. 8. n. 6. a. 39. q. 4. n. 10. a. 54. q. 8. nu. 19. Significat enim essentiam totam, sed solum sub ratione respectus, siue substantiam contractam ad relationem, secundum quod superius est declaratum. Nunc autem secundum relationem (vt iam supra tactum est) a. 62. q. 3. num. 13. s. 70. q. 1. nu. 16. nihil dicitur alteri æquale, aut inæquale, sed solummodo secundum quantitatem, siue secundum substantiam vel secundum substantiale attributum aliquod, vt habet rationem quanti absoluti. Propter quod secundum potentiam, vt habet vel importat rationem respectus, non sumitur æquale, vel inæquale, sed solummodo secundum quod habet rationem absoluti, quod est per se principium elicitiuum actionis. Nunc autem vt habet rationem absoluti, vna & eadem singularis potentia est in tribus personis, sicut vna, & eadem

eadem

eadem substantia, aut bonitas. Et ideo tres personæ æquales sunt secundum potentiam, prout ipsa nominat substantiam, nec pater superat filium potestate, sed neque æquales, neque inæquales sunt secundum potentiam, prout nominat relationem, & hoc siue illam nominet in ordine ad actum notionalem, siue in ordine ad actum essentialem. Non tamē dicuntur æquales personæ ratione potentiæ, vt ipsa nominat respectum, & est potentia ordinata ad actum essentialem, licet in illa vna persona aliam non superat, quia tali potentia æque omnipotens sunt tres personæ. Et hoc non nisi propter vnitatem substantiæ, quæ electiua est talium actuum. Ita quod si respectu talium actuum nihil minus posset vna persona quam altera, hoc necessario argueret in eis diuersitatem. Ideo Augustinus
L.2.c.12. to 6. Io 16. b.15. contra Maximinum, qui dicebat patrem esse potentiorem filio, dicit sic. *Nihil minus patre habere potest ille qui dicit. Omnia quæ habet pater mea sunt. Nam si minus habet in potestate aliquid quam pater, non sunt ipsius omnia quæ habet pater. Secundum doctrinā tuam potens potentem potuit gignere, sed non omnipotens omnipotentem. Habet ergo pater omnipotentiā quā non habet filius, & sic hoc falsū est qd ait filius. Omnia quæ habet pater mea sunt.*

60. Non etiam dicuntur personæ diuinæ inæquales ratione potentiæ, vt nominat respectum, & est potentia ordinata ad actum notionalem, licet in illa vna aliam quoquomodo superet. Tali enim potentia non sunt æque potentes tres personæ, sed pater potestate actiua superat filium, & ambo Spiritum Sanctum, & e contra Spiritus Sanctus superat filium, & ambo patrem potentia passiua, prout procedit argumentum. Et hoc quia substātia diuina non secundum quòd est substantia simpliciter, est principium talium actuum, sed solummodo, vt quasi determinata est sub proprietate personali secundum superius determinata. Et ideo quod respectu
a.59.q.4. talis actus vna persona aliam in potentia superat, nequaquam arguit in eis diuersitatem substantiæ, sed proprietatum solummodo. Nec omnino arguit aliquam inæqualitatem in eis, quia inæqualitas non est nisi secundū pluralitatem absolutorum tantummodo. Et secundum hoc licet aspiciendo ad potentiam ratione potentiæ simpliciter, quæ est principium actuum, quæcunque potentia est in vna personarum, est & in alijs, licet ad alium actum, & sub alio respectu, aspiciendo tamē ad respectum, siue ordinem ad actum, potentia quæ est in vna persona non est in alia, & aliqua potentia pertinet ad omnipotentiam
a.58.q.1 nu.14. & seq. patris, quæ non pertinet ad omnipotentiam filij, prout hæc latius supra tractauimus, Vnde dicit Augustinus contra Maximinum. L.1.c.12 to 6.
Forte dices, eo ipso pater maior est filio, quia de nullo genitus genuerit. Ad quod cito respondendum, immo ideo non est maior pater filio, quia æqualem genuerit. Vnde continuo innuit distinctionem iam dictam de potentia, & responsionem iam datam ad argumentum, subdens.
Originis quæstio hæc est, quis de quo, æqualitatis autem qualis, aut quantus sit, nec cum dicitur filius à patre genitus, ostenditur inæqualitas substantiæ, sed ordo naturæ, non quo alter prior sit altero, sed quo alter est ex altero. Non ergo secundum hoc, quòd pater genuerit, & filius non, sed tantum genitus est, & Spiritus Sanctus procedit ab vtroque, & non è conuerso, æqualitas, vel inæqualitas ibi existit, quia nō secundum hoc aliqua persona alij æqualis, vel inæqualis dicitur, aut nata est dici, licet pater dicatur secundum hoc aliquam potentiam habere, quam non habet filius, & ambo aliquam, quam non habet Spiritus Sanctus, cum tamen non dicatur pater habere aliquam magnitudinem, aut substantiam, quam non habet quælibet aliarum diuinarum personarum. ib.c.14. a.60.q.3 n.1.

61. Cuius ratio est, quòd substantia, & magnitudo, quæ omnino absolutum quid dicit, in diuinis plurificari non potest. Potentia autem non significat nisi substantiam, licet non nisi sub ratione respectus, & illum formaliter importat. Propter quod secundum illius plurificationem dicuntur potentiæ plurificari, & distingui, & hoc secundum plurificationem, & distinctionem actuum ad quos sunt, licet potentiæ omnes in radice substantiæ diuinæ vna, & eadem potentia sunt. Et ideo tali potentia non est inconueniens vnam diuinam personam dici potentiorem esse altera, & hoc non nisi quia in se habet diuinam substantiam sub aliqua determinata proprietate ordinata ad aliquem actum notionalem, non sic autem persona alia, puta pater sub proprietate primitatis, aut paternitatis ad actum generandi filium, vt propterea propter idem, & eadem de causa dicatur pater maior filio, licet filius non dicatur minor patre, & pater dicatur potentior filio (potentia dico actiua) licet non dicatur filius impotentior patre, siue minus potens, quam pater, quia potentiam ad illum actum nullo modo habet. Quod tamen non est impotentia in illo, sed conditio qua non est natus illam habere, secundum quòd de hoc satis habitum est supra. Et sic secundum Hilarium cum pater dicatur maior filio, maioritas illa includit maioritatem, & auctoritatē, & potestatem. a.58.q.1.

62. Et sic illa potestas in qua est maior pater, pertinet ad omnipotentiam illam, quæ

Ccccccc 2 est

Ibid. est solius patris, vt superius determinatum
est, quæ scilicet includit omnipotentiam, quã
habet filius cum potentia ad actum generan-
di, in qua filius cum patre non communicat.
Propter quod magis propriè dicitur, quòd
illa potentia pertinet ad omnipotentiam, vt
quæ est solius patris, quam dicatur, quòd per-
tinet ad omnipotentiam, quæ est solius pa-
tris, ne intelligatur poni, quod alia sit om-
nipotentia patris, quam filij. Vnde licet vt
n. 59. iam dictum est secundum Augustinum. *Pa-
ter non habet omnipotentiam quam non habet fi-
lius*, aliquam tamen potentiam habet pater
contentam in omnipotentia, vt omnipoten-
tia sua est, quam non habet filius in illa vt sua
Io. 16. est. Vnde quod dicit filius. *Omnia quæ ha-*
n. 15. *bet pater mea sunt*, hoc solummodo intelligi-
tur de illis, quæ insunt Deo ratione substan-
tiæ simpliciter, & quæ pater gignendo dedit
filio, puta substantia, sed non suam proprie-
tatem generandi, aut aliquid sibi proprium
notionale. Hinc dicit Augustinus contra
L. 3. c. 12 Maximinum. *Fateamur, & nos filium acce-*
n. 6. *pisse potentiam ab illo de quo natus est potens
patri vero potentiam nullus dedit, quia nullus
eum genuit, & gignendo dedit potentiam filio,
sicut omnia, quæ habet in substantia sua gignen-
do dedit ei, quem genuit de substantia sua.* Quod
dicit. *Sicut omnia quæ habet in substantia sua*,
intellige substantialiter, quia pater relatiuè
habet, & fundamentaliter in substantia sua
proprietatem generandi actiuè, quam nullus
ei dedit, sicut nec aliquod substantialium, &
quam etiam nec gignendo filio dedit. Vn-
de potentia, quam dedit filio non est nisi
potentia communis notionalis, scilicet spi-
randi actiuè, aut potentia essentialis ali-
qua.

n. 7. 63. Ad septimum, quòd nulla personarũ
diuinarum sit æqualis alteri, quia quælibet
illarum habet proprietatem pertinentem ad
dignitatem, quam non habet altera. Dico,
quòd dignitas substantiale quid, & absolutũ
est in diuinis, & pertinet ad essentiam diui-
nam, & non ad relationem, sicut nec æqua-
litas, nisi quatenus fundatur in essentia, &
realitatem essentiæ in se continet. Quæ
quia vnica est, & vnicam realitatem ab illa
sortiuntur omnes relationes, quæ sunt in di-
uinis, idcirco omnes sunt vna dignitas, licet
sunt plures relationes. Et sic illa eadem di-
gnitas, quæ in patre est paternitas, in filio est
filiatio, propter quod quicquid dignitatis ha-
bet pater, habet filius, & sunt æque digni,
non per recompensationem dicendo, quòd
etsi pater habet dignitatem, quæ est paterni-
tas, quam non habet filius, filius tamen æqua-
lem dignitatem habet, quæ est filiatio, quam
non habet pater, quasi alia esset dignitas in
patre paternitas, & alia in filio filiatio, sed
æque digni sunt pater, & filius, & etiam Spi-
ritus Sanctus cum illis, per eiusdem scilicet
dignitatis impartibilis communionem. Sic
ergo quicquid dignitatis habet pater in paterni-
tate, habet & filius in filiatione. Et si forte
aliquid dignitatis pertinet ad relationem vn-
de relatio est, illam æqualem habent, & se-
cundum illam æquales sunt per se compensa-
tionem, tantundem enim dignitatis habet
filiatio, vnde relatio est, quantum habet pa-
ternitas, vnde etiam similiter relatio est.
Et propterea licet relatio vnde relatio, ali-
quid dignitatis importaret in vna persona,
quod non esset in alia, de hoc nihil ad æqua-
litatem, vel inæqualitatem, quia, vt dictum est, n. 59.
non sunt natæ in relatione fundari.

64. Ad octauum, quod in diuinis sunt pro n. 8.
portiones inæqualitatis inter quinque notio-
nes, & tres personas, ergo non omnimoda
æqualitas. Dico, quòd numerus in diuinis,
atque vnitates ex quibus constituitur, ad quã-
titatem absolutam secundum prædicta non q. 8. n. 50
pertinent, eo quod numerus ille non est ni- q. 1. n. 15
si relatio tantum, & relatorum secundum
rationes, quantitas autem ad quam sequitur
æquale, aut inæquale secundum prædicta sup. n. 49.
non est nisi de absolutis. Et sic sicut secun-
dum relationes relata in diuinis non dicun-
tur æqualia, aut inæqualia, vt dictum est, sic sup. n. 57
nec ipsæ relationes, vt relationes sunt inter
se comparatæ, æquales, aut inæquales dici
possunt, quia non sunt aliquid magnum esse
virtute proportionale quantitati continuæ q. 1. n. 26
secundum modum superius expositum, ne- & seq.
que etiam quid multum etiam virtute in di-
uinis proportionale quantitati discretæ, quæ
in creaturis est numerus quid consistens in
absolutis, quæ non cadit omnino in diuinis.
Quia quantum non est, nisi collectum ex
pluribus absolutis vnitatibus plus aliquid ab-
soluti continens in toto quam in parte, siue
fuerit numerus Mathematicus, quia ille non
abstrahitur a materia intelligibili, siue fuerit
naturalis, quia ille procedit non nisi ex diui-
sione continui, siue Methephysicus, qui est
formarum substantialium, & omnium en-
tium in eo, quòd sunt entia aliqua in suo
genere, & sic habet rationem substantiæ,
licet non sint veræ substantiæ. Vnde sicut
vna relatio non est maius, aut minus, quam
alia, aut æquale sibi per priuationem eius,
quod est maius, aut minus, nec omnes sunt
maius, aut minus, quam vna, aut æquale
illi, sic nec vna relatio est plus, aut minus,
quam altera, aut æquale illi per priuatio-
nem eius quod est plus, & minus, nec om-
nes relationes simul sunt plus, aut minus,
quam vna, aut æquale illi. Dico prout
plus,

plus, & minus, aut æquale eis oppositum sunt accidentia numeri proprie dicti, qui semper aliquid re absolutum ponit in suis vnitatibus: Sed si dicatur esse plus, & minus in relationibus, aut relatis secundum rationes, hoc est æquiuoce cum illis plus, & minus, quæ sunt in verè numeris, sicut numerus dicitur æquiuoce de numero in relationibus, & de vero numero. Vnde si dicamus, quòd in diuinis quinque notiones sunt plus, quam tres personæ, & ita inæquales illis, & quòd tres proprietates personales sunt æquales tribus personis, æquiuocantur inæqualitas, & æqualitas respectu æqualitatis, & inæqualitatis de quibus est quæstio, & quæ sunt relationes communes. Et sic quantitas spiritualis in diuinis super quam fundatur, aut nata est fundari aliqua relatio communis, solummodo accipitur proportionaliter duabus quantitatibus continuis in creaturis, quæ sunt magnitudo, & tempus, vt sunt immensitas, & æternitas in diuinis, sicut superius expositum est. sup. n. 12. & seq. & n. 14.

✠

Conclusio ex Quæstione secunda, Articuli Septuagesimi.

1. *Necesse est ponere, quod in diuinis est perfecta, plena, & omnimoda æqualitas, & ideo æqualitas summa.* n. 10. 23.

ARTI-

ARTICVLVS SEPTVAGESIMVS PRIMVS.

De Similitudine.

In quatuor Quæstiones diuisus.

Sequitur Articulus Septuagesimus primus de similitudine.
Circa quem quæruntur quatuor.
Quorum primum est. Vtrum similitudo sit in diuinis.
Secundum. Vtrum plena, & perfecta, & omnimoda similitudo sit in diuinis.
Tertium est. Vtrum similitudo, & æqualitas vniformiter habeant esse in diuinis.
Quartum. Vtrum similitudo vniformiter habeat esse in diuinis personis.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum similitudo sit in diuinis.

Circa primum arguitur, quod non sit ponendum similitudinem esse in diuinis.

1. Primò sic, relatio propria vni personæ in diuinis non potest esse communis, quia proprium, & commune semper ex opposito distinguuntur, Similitudo est relatio propria personæ filij ad patrem, quia secundum Hilar. in præcedenti quæstio-
n.43. ne, *filius est patris similitudo*, & secundum Augustinum 83. quæstio q.74. *Filius imago pa-*
tio 4. *tris est, quia ex illo, est & similitudo imago est*, & quæst. 51. dicit. *Imago, & similitudo filius dicitur ad imaginem, & similitudinem hominem*
a 60.q.1. *factum accipimus*. Constat autem secundum
n. 60. prædeterminata, quòd imago est relatio propria filio, ergo &c,
a.67 q 2. 2. Secundo sic, similitudo sequitur quali-
n.14 tatem secundum superius determinata, sed
q 3.n 18.
in diuinis non est qualitas, quia non substantialis qualitas, quia nulla est qualitas substantialis nisi differentia substantialis, ratio autē differentiæ substantialis non est in Deo, quia illa non est fine ratione generis, & illud in Deo simul esse non potest, quia necessario poneret aliquam compositionem, quæ non potest esse in Deo secundum superius determinata. a.28.q.3.
Si autem substantialis differentia, aut ratio eius non habeat esse in Deo, multo ergo minus in Deo habet esse differentia accidentalis, aut ratio eius, quia prædicamentum substantiæ verius habet esse in diuinis, quā aliquod aliorum, quia in diuinis omnia incidunt in prædicamentum substantiæ secundum superius determinata, & non est quali- a 68.q4
tas, aut ratio qualitatis nisi substantialis, aut accidentalis. ergo &c,

3. Sed diceret aliquis, quòd licet qualitas secūdum rationem generis non sit in Deo, &c. secundum modum quo arguitum, & respon- a.70.q.8.
sum est supra in primo argumento primæ quę- n.2.18.
stionis de æqualitate.

4. Potest & hic adduci ad quæstionem istã de similitudine tertium argumentum adductum supra ad primam quæstionem de æqua- a. 1. 9. litate, & similiter sextũ. Et eodẽ mõ soluẽda ib. n. 10. sunt ex parte qualitatis, quo ibi soluta sunt ex parte quantitatis.

5. Contra est illud in Symbolo Athanasij. *Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus Sanctus.* Sed non sunt tale, & quale sine similitudine, ergo &c.

6. Dico iuxta illa, quæ dicta sunt supra de a. 70. q. 1. æqualitate, scilicet in quæstione an sit in diuinis æqualitas, quod clarum est dissimilitudinem, quæ est secundum magis, & minus in qualitate, nullo modo posse esse in diuinis, & hoc ideo, quia scilicet in diuinis nõ est nisi vna qualitas numero in pluribus personis, quæ est secundum dicta ipsa diuina essentia. a. 68. q. 1. n. 9. Deus enim non est bonus nisi bonitate, quæ ipse est, quia ipse est sua bonitas. Dissimile autem secundum magis, & minus non potest esse vbi est tantum vna qualitas numero, sicut neque inæquale secundum maius, & minus, quia non est magis, & minus in quali sine magis & minus in ipsa qualitate, prout alias determinauimus in quadam quæstione de Quo- quodl. 4 q. 15. libet, de causa suscipiendi magis, & minus. Propter quod etiam relatio communis dissimilitudinis vniformiter se habet in accidentibus recipientibus magis & minus in creaturis cum relatione communi inæqualitatis secundum quantitatem virtutis, & similitudo cum æqualitate, & non potest esse æquale quantitati virtutis secundum qualitatis essentiam, quin sit simile in participatione eius in subiecto, licet non è conuerso. Licet enim quale esse simile quali, cum tamen non sit qualitas æqualis qualitati, & vnum quale æquale alteri in essentia qualitatis. Et hoc quia in creaturis participantia eandem quantitatem in diuersis gradibus, sunt similia, non autem æqualia. In diuinis autem vbi non est nisi vna qualitas in tribus personis, ipsa nequaquam potest esse inæqualis sibi in vna persona, sed secundum eam quantitate virtutis potest esse inæqualis alteri.

7 Sed etsi non sit dissimilitudo in diuinis non ex hoc statim sequitur, quod in illis sit similitudo, si forte neutrum illorum natum esset inesse, alias autem sequitur necessario si non insit dissimilitudo, quod insit similitudo, sic quod non possit non inesse. Quare a. 63. q. 1. n. 13. cum secundum superius determinata, similitudo per se sequatur vnitatem in qualitate, non est autem maior vnitas in qualitate, quam sit in illa, quæ est vna, & singularis, igitur postquam non est similitudo alicuius ad seipsum, sed solummodo alicuius ad alterum a. 67. q. 2. n. 6. secundum prædeterminata, in quacunque igitur natura siue creata, siue increata est reperire vnam qualitatem singularem numero in diuersis (Dico autem diuersis non secundum rationem tantum, sed secundum rem) in illa est necessarium reperire similitudinem. Materiali enim definitione similitudo est rerum differentium eadem qualitas, in a. 63. q. 3. n. 25. pluribus autem differentibus non quocunque modo sed tantummodo secundum rem ad vnum in qualitate necessario sequitur simile, puta in creaturis in diuersis re absoluta, in diuinis aũt in diuersis re relationis personalis. In quo differenter sũt in diuinis, & æqualitas, & similitudo, qa æqualitas est inter personas, & inter attributa sibi inuicem comparata vt tactum est superius. Similitudo autem non a. 70. q. 1. n. 16. est nisi inter diuinas personas, similes enim sunt pater, & filius, & Spiritus Sanctus, vt probat vltima ratio. Non autem similis est n. 5. deitas deitati, vt bonitas veritati, nec quodcunque aliorum alteri, ut patebit ex infra declarandis quæstione tertia sequente. Sic ergo concedendum est, quod similitudo ponenda est in diuinis.

8. Quod ergo arguitur primo in contra- n. 2. rium, quod in diuinis non est ponenda similitudo, quæ est relatio communis, quia ipsa est propria vni personæ. Dico, quod non est verum, nisi æquiuoce sumendo similitudinem, quia similitudo, vt est propria filio ad imaginem pertinet, & ad secundum genus relationis, ita quod si in filio sit similitudo, quæ est relatio propria, & quæ est relatio cõ- a. 68. q. 2. nu. 18. & seq. munis simul, hoc est mutuum diuersimode, sicut patet ex supra declaratis.

9. Ad secundum, quod in diuinis non est n. 2. similitudo, quia non est in eis qualitas, respondendum est secundum modum, quo res- a. 70. q. 1. nu. 17. & seq. ponsum est superius in solutione primi argumenti primæ quæstionis de æqualitate & ad argumenta. Sed distinguendum est hic respondendo ad argumentum principale hic inductum de qualitate secundum rationem generis, & secundum rationem speciei. Est enim qualitas simplex scilicet essentialis, & spiritualis, extendendo nomen qualitatis ad proprie vsitatam qualitatem in creaturis, vbi est forma vere afficiens subiectum corporaliter, & ad omne habens rationem formæ afficiens subiectum etiam spiritualiter, sicut extenditur quantitas ad quantitatem vsitatam in creaturis, vbi est quantitas mensurans extensione molis, & ad omne habens rationem mensuræ extendentis, licet spiritualiter. Lo- a. 70. q. 1. nu. 21. & seq. quendo ergo de qualitate corporali dico, quod nulla est in diuinis secundum aliquam quatuor specierum qualitatis. Loquendo autem de qualitate spirituali ita bene est in diuinis. Secundum primam enim speciem qualitatis

Deus

Deus dicitur bonus, sapiens, penes quartam dicitur pulcher, speciosus, decorus, penes secundam autem, & tertiam speciem qualitatis nulla omnino reperitur denominatio in Deo.

n. 8. 10. Quod ergo subditur in argumento ad probandum, quòd in diuinis non sit qualitas, quia nec substantialis, nec rationem illius habens, quare multo fortius nec accidentalis, aut habens rationem illius. Dico, quòd re vera qualitas substantialis, aut habens rationem illius non est in diuinis, quia vt procedit argumentum, qualitas substantialis nõ est nisi differentia, quæ coniungitur generi ad constitutionem speciei. Propter quod respectu indiuidui, quod est hoc aliquid, species dicitur quale quid. Quid enim dicitur propter genus, quod prædicatur in eo quod quid. Quale autem propter differentiam, quæ prædicatur in eo quod quale, super quã fundatur similitudo substantialis indiuiduorum sub eadem specie. Quæ cum eadem dicuntur, & similia; Petrus enim est idem Paulo, & similis, idem tamen dicitur ratione totius formę speciei, vt est aliquid indiuidui, similis autem dicitur non nisi ratione differentiæ, quæ aliquid est ipsius speciei. Differentia autem ratione differentiæ nequaquam potest cadere in diuinis, quia differentia non dicit nisi rationem formæ contingentis in composito, & quæ est aliquid compositi & vt aliquid compositi est. Deo autem omnis ratio compositi & compositionis repu-
a. 28. q. 9. a. 38 q. 3. gnat, Per quem etiam modum ei repugnat ratio generis in quocunque prædicamento. Propter quod licet supposita creata secundum eandem speciei formam dicantur eadẽ, & similia, sed diuersimode, vt iam dictum est, tamen supposita diuina secundum eandem deitatis formam solum dicuntur eadem, nequaquam autem dicuntur similia, quia forma deitatis nequaquam habet rationem qualitatis neque substantialis, neque accidentalis, quia non includit in se rationem differentiæ, sicut includit humanitas.

11. Est ergo aduertendum, quòd genus respectu speciei duplicem habet considerationem. Vnam, vt est totum respectu ipsius, & continet in se omnes differentias substantiales, quibus diuidi potest virtute, lipræd. c. 3. n. 1. 5. Metap. t. 30. 10. 3 cet actu nullam, vt dicit Porphyrius. Aliã vero vt est pars constitutiua ipsius cum differentia, & distinguitur ex opposito contra differentiam, & differentia est omnino extra significationem generis, & è conuerso, & idcirco nec genus prædicatur de differentia, nec è conuerso, quia si genus secundum talẽ considerationem prædicaretur de differentia, vnus homo esset plura animalia, vt dicit Philosophus. Considerando autem genus secundum talem modum, dico, quòd nec ratio generis, sicut nec ratio differentiæ transfertur ad diuina omnino. Et secundum hoc potest intelligi dictum illud Augustini *Deus est sine quantitate magnus, sine qualitate bonus*. Et consimili modo potest dici, quod est sine substantia Deus. Considerando autẽ genus primo modo, dixi supra, quod in Deo non cadit ratio speciei alicuius prædicamenti, sed quę ratione generis, licet alia expositio illius dicti Augus. assignata sit supra quæstione prima de æqualitate in fine solutionis primi argumenti. Qualitas autem accidentalis licet nulla sit in diuinis, quia in Deo nullum cadit accidens omnino, eo quòd ratio accidentis, vt accidens est simpliciter magnam imperfectionem importat, quę secundum superius determinata omnino a diuinis remouenda est: est tamen in diuinis ratio qualitatis accidentalis, non qua est accidens simpliciter, quia illa vt dictum est omnino repugnat Deo, sed qua est tale accidens, scilicet secundum propriam rationem speciei talis accidentis, & hoc ideo, quia ratio speciei in quibusdam speciebus prædicamentorum accidentis importat rationem perfectionis simpliciter, quæ necessario in Deo inuenitur, & ad diuina transferenda est, vt superius est determinatum.

6 Top. c. 3. 9. 1. a. 70 q. 2. n. 2. 5. de Tri. c. 1. to. 3. a. 70 q. 1. n. 18. ib. n. 34. & seq. a. 29 q. n. 4. a. 32 q. 1. & a. a. 32 q. 3. nu. 8 & seq.

12. Quod autem arguitur contra hoc, quod multò fortius in Deo recipitur ratio substantiæ, quam accidentis. Dico, quòd verum est quo ad rationem generis prędicamenti substantiæ, & accidentis, prout procedit argumentum. Tamen quo ad rationem cõtentorum sub prædicamento substantiæ, & accidentis, multo magis recipitur in diuinis ratio accidentis, quam substantiæ, puta ratio magnitudinis, & bonitatis, quæ a speciebus prædicamentorum accidentis tracta sunt quam ratio alicuius speciei de prædicamento substantiæ. Et per hunc modum ratio qualitatis accidentalis bene habet recipi, & esse in diuinis, licet non ratio qualitatis substantialis. sup. n. 9. a. 32. q. 4

13. Et sic patet, quòd contrario modo fit translatio ad diuina ex prædicamentis accidentium, & ex prædicamento substantiæ. Quia ex prędicamentis accidentium fit translatio per se ratione specierum, nõ generum. Propter quod dicit Augustinus. *Deum esse sine quantitate magnum, sine qualitate bonum*. n. 10. Ex prædicamento autem substantiæ fit translatio ratione generis, & nequaquam ratione alicuius specierum illius, vt propter hoc bene possimus dicere, quod Deus est sine humanitate substantia, e contrario eius quod dicimus, quòd est sine qualitate bonus. Vnde

boni-

bonitas, & virtus secundum quæ Deus dicitur bonus, & virtuosus, est bonitas accepta à ratione bonitatis, & virtutis moralis, non autem à ratione bonitatis, & virtutis naturalis, quæ consistit in substantiali siue essentiali perfectione cuiuque rei, prout est expositũ in solutione tertij argumenti in prima quæstione de æqualitate. a 70.q.1. a.10.

Conclusiones ex Quæstione Prima, Articuli Septuagesimi primi.

1. *Dissimilitudo nullo modo potest esse in diuinis. n. 6.*
2. *Similitudo ponenda est in diuinis. n. 7.*
3. *Similitudo est tantum inter diuinas personas, non inter attributa, vel alia. ibidem.*
4. *Qualitas corporalis nullo modo est in diuinis, bene autem qualitas spiritualis. n. 9.*
5. *Qualitas substantialis, aut habens rationem illius non est in diuinis. num. 10.*
6. *Qualitas accidentalis nulla est in Deo, sed bene ratio talis qualitatis accidentalis. n. 11.*

QVAESTIO SECVNDA.

Vtrum plena perfecta, & omnimoda similitudo sit in diuinis.

Circa secundum arguitur, quòd in diuinis non sit plena, perfecta, & omnimoda similitudo.

1. Primò sic. Non est plena perfecta, & omnimoda similitudo in aliquibus, nisi sit in omnibus illis comparatis inter se, puta in decem hominibus nisi sit in singulis comparatis ad singulos, sed non est similitudo in omnibus, q.1.a.9. quæ sunt in diuinis comparatis inter se. Non enim est similitudo deitatis ad bonitatem, neque bonitatis ad veritatem, neque paternitatis ad filiationem, & sic de cæteris talibus, ergo &c.

2. Secundò sic. Non est plena, perfecta, & omnimoda similitudo in aliquibus, quæ aliqua maior est in alijs, aut nata est esse. Sed maior est, aut nata est esse similitudo in personis creatis comparatis inter se, quam in personis diuinis, sed personæ creatæ semper similes sunt secundum rationem formæ substantialis, & sunt, aut natæ sunt esse similes secundum rationem formæ accidentalis, puta Petrus, & Paulus sunt similes secundum humanitatem, & similes nati sunt esse secundum bonitatem, & sapientiam, personæ aũt diuinæ, puta pater, & filius solummodo sunt, & natæ sunt esse similes secundum rationem formæ accidentalis, non autem secundum rationem formæ substantialis. Non enim dicimus, quòd sunt similes deitate, sed solùmodo bonitate, sapientia, & huiusmodi, ergo &c.

3. Ad idẽ tertiò posset adduci ratio quarta adducta in secunda quæstione de æqualitate, consimili isti quæstioni, sicut enim inæqualitas est de ratione perfectionis creaturæ, sic, & dissimilitudo. a 70.q.2. n.6.

4. In contrarium est argumentum adductum ad contrariam partem in dicta quæ- ib. n.9.

stione.

5. Præterea similitudo secundum eandem qualitatem numero necessariò est omnimode plena, & perfecta, quia nullo modo, & in nullo potest habere defectum similitudinis, similitudo in diuinis
q. 3. a. 7. est huiusmodi, secundum prædeterminata, ergo &c.

6. Dico iuxta dicta in principio solutionis
a 70. q. 2. n. 10. secundæ quæstionis de æqualitate præmissæ, quòd illa plene, perfecte, & omnimode sunt similia, quæ sunt similia quo ad omnia existentia, & nata existere similia in eis, & similiter secundum omnia existentia, & nata existere similia in eis secundum quæ nata sunt existentia in eis esse similia, & secundum quę tantum sunt similia, quæ eis nata sunt esse similia, quantum secundum illa nata sunt aliqua esse similia. Quare cum secundum su-
q. 5. perius determinata, quæcunque sunt similia solum sunt similia secundum qualitatem existentem in eis, secundum omnem autem qualitatem existentem in diuinis quæcunque in diuinis nata sunt esse similia secundum illa sunt similia, & tantum similia quantum secundum qualitatem aliqua nata sunt esse similia, necessarium est igitur ponere, quòd in diuinis sit perfecta, plena, & omnimoda, & sic summa similitudo, vt declarat dictum August. inductum in primo argumento proposito ad
a 70. q. 2. n. 8. hoc ex quæstione secunda de æqualitate. Cuius causa, & ratio est eadem qualitas singularis in similibus, vt procedit argumentum
sup. n. 5. secundum.

q. 2. 7. Quod arguitur primò in contrarium, quòd non est plena, perfecta, & omnimoda similitudo in diuinis, quia non est similitudo in omnibus, quæ sunt in diuinis comparatis inter se. Dico, quòd omnino similitudo est in omnibus existentibus, vel natis existere in diuinis, in quibus nata est existere similitudo quæ sunt illa solummodo, in quibus nata est existere qualitas spiritualis, secundum quam nata est existere similitudo in diuinis, cuiusmodi sunt personæ tantummodo. Bonitas
q. 3. a. 7. enim, & sapientia, fortitudo, potestas, pulchritudo, & decor, & huiusmodi, quæ sunt diuinæ qualitates, solummodo habent esse in personis ipsas denominando quales, quælibet enim diuinarum personarum bona est, & sapiens, & cætera huiusmodi, non autem in eis quæ sunt aliquid personæ, vel personarũ. Non enim dicimus proprie, quòd deitas, paternitas, filiatio, & cæterorum aliquid est sapiens, fortis, & cætera huiusmodi, nec quod sapientia est bona, fortis, & cætera huiusmodi, & sic de cæteris talibus. Dico autem, quòd non propriè dicimus in diuinis, quod sapientia est bona, aut magnitudo, aut aliquod talium, & hoc inquantum illa bonitas nominat qualitatem. Sed bonitas inquantum nominat id quod pertinet ad rationem perfectionalem in essentia deitatis, nominat omnia, quæ sunt in diuinis, scilicet prout bonitas est nomen bonitatis naturæ, non moris. Dicitur enim bene, quod deitas est bona, quod sapientia est bona, & sic de omnibus, quæ sunt in diuinis, sicut dicitur de omnibus, quæ sunt ens, bonum, cum verum, & ens tñ vnoquoq; conuertuntur, non sic autem bonum, quod habet rationem moris, dicitur de omnibus quæ sunt in diuinis. Similiter verum, & ens, & bonum conuertuntur, non autem verum, quod habet rationem moris, & sic de pulchro, & cæteris huiusmodi, si quæ sunt in diuinis alia, secundum quæ aliqua in diuinis non sunt nata dici similia vno modo; & secundum quæ aliqua nata sunt dici similia alio modo. Licet ergo non sit similitudo in talibus attributis comparatis inter se postquam non est nata inesse illis qualitas, secundum quam solam nata sunt dici similia quæcunq; sunt similia, aut nata sunt esse similia in diuinis, hoc in nullo impedit perfectam similitudinem esse in diuinis, postquam perfecta similitudo in diuinis est in illis quibus inest qualitas, secundum quam nata sunt aliqua dici similia in diuinis, vt sunt solæ personæ, prout declarabitur in quarta quæstione sequenti.

8. Ad secundum, quòd non est plena, perfecta, & omnimoda similitudo in diuinis, a 2.
quia maior nata est esse similitudo in personis creatis in ter se quã in diuinis, dico, quòd falsum est, & impossibile, quia in personis creatis diuersis nullo modo possibile est esse eandem qualitatem numero, sicut est in personis diuinis, & quanto est maior vnitas in eo secundum quòd est similitudo, æqualitas, aut identitas, tanto similitudo, æqualitas, aut identitas est maior. Potest tamen esse verum, quòd secundum plura sunt similes personæ creatæ, quàm increatæ, vt procedit vlterius obiectio. Personæ enim diuinæ secundum rationem formæ substantialis, puta deitatis, non dicuntur similes, sed solummodo secundum rationem formæ quasi accidentalis, puta bonitatis, sapiẽtiæ, & huiusmodi. Personæ vero creatæ secundum rationẽ vtriusque formæ dicuntur similes propter causam iam dictam in solutione secundi ar- q. 1. a. 8.
gumenti quæstionis præcedentis. Sed non sequitur, si aliqua secundum plura sunt similia, quam alia, quæ quidem similia non sunt nata esse similia secundum tot, tamen eo quo sunt similia perfectius sunt similia, quam alia aliqua eorum quibus similantur, sunt similia, quòd illa, quæ secundum plura sunt similia

magis

magis sunt similia, quam illa sunt similia, quæ similia sunt secundum vnicum tantum.

a. 3. 9. Ad tertium, quòd non est omnimoda similitudo in diuinis, quia in ipsis est aliqua dissimilitudo, dico, quod falsum est.

ibid. 10. Ad probationem autem eius, quòd dissimilitudo est de ratione perfectionis simpliciter in creaturis, Dico, quòd hoc similiter falsum est.

ibid. 11. Ad probationem autem illius, quòd si non esset dissimilitudo in creaturis non esset perfectio in illis. Dico, quòd etsi hoc verum sit, tamen non sequitur ex hoc, quòd dissimilitudo habeat rationem perfectionis simpliciter, quia hoc in creaturis contingit propter creaturæ imperfectionem, vt dictum est supra de inæqualitate. Quia enim vna creatura secundum speciem, quæ omnimodam similitudinem haberet in suis suppositis, capere non potest totam perfectionem, quæ nata est esse in toto genere creaturarum, ideo oportuit ad perfectioné vniuersi ex creaturis cõstituti dissimiles secũdũ qualitates rationales, & accidentales instituí creaturas, quæ in se habere possent diuersos gradus perfectionum. Nunc autem quælibet diuina persona totam perfectionem, quæ nata est esse in diuinis, in se capere potest. Propter quod ad perfectionem diuinarum personarum pertinet, quod in eis sit perfecta similitudo absque omni dissimilitudine. a. 70. q. 2. n. 37.

Conclusio ex Quæstione secunda, Articuli Septuagesimi primi.

1. *Necessarium est ponere, quod in diuinis sit perfecta, plena, & omnimoda, & sic summa similitudo.* n. 6.

QVAESTIO TERTIA.

Vtrum similitudo, & æqualitas vniformiter habet esse in diuinis.

Circa tertium arguitur, quòd similitudo, & æqualitas vniformiter penitus habẽt esse in diuinis.

1. Primò sic. Sicut se habent in diuinis fundamenta inter se, sic & relationes fundatæ in illis, quia quicquid conuenit relationibus trahitur á fundamentis: fundamenta relationum, quæ sunt æqualitas, & similitudo, scilicet quantitas, & qualitas, vniformiter habent esse in diuinis, quia ambo sunt attributa essentialia solummodo proprijs rationibus inter se, & ab alijs distincta secundum superius determinata, ergo &c. a. 18. q. 2. n. 7.

2. Secundò sic, sicut se habent quantum, & quale in denominando secundum se, & absolutè illa quorum sunt quantitas, & qualitas, sic se habent æqualitas, & similitudo in denominando eadem in ordine, siue respectu, & comparatione ad aliud, quia secundum eadem, scilicet secundum quantitatem, & qualitatem, denominatur primo quanta, & qualia, secundo æqualia, & similia. Sed quantum, & quale vniformiter denominant in diuinis illa quorum sunt quantitas, & qualitas, quia sicut a quantitate denominatur aliquid quantum, sic & a qualitate quale, ergo &c.

3. In contrarium est, quòd æqualitas consequitur omnia, quæ sunt in diuinis, quælibet enim duo existentia in diuinis, siue sint absoluta, siue respectiua, siue differant re, siue sola ratione, æqualia dicuntur. Similitudo autem in diuinis non sequitur nisi personas, solæ enim personæ diuinæ inter se similes dicuntur, secundum, quòd patet ex iam supra dictis, ergo &c. q. 1. n. 7.

4. Dico, quòd quæstio ista si intelligatur de æqualitate, & similitudine, vt comparãtur secundum vniformitatem inter se, non in ordi-

ordine ad fundamenta relata, sic determina-
a.68.q.1. ta est supra in quæstione prima de relationi-
bus communibus vt habent esse in diuinis in
generali. Si autem vt comparantur ad fun-
damenta, sic determinata est supra in quæ-
a.68.q.2. stione secunda de relationibus communibus
in comparatione ad sua principia fundamenta-
lia. Si autem intelligatur quæstio, vt æqua-
litas, & similitudo comparantur ad diuinas
personas relatas per illas specialiter, sic deter-
a.68.q.4. minata est supra in quæstione secunda de rela-
tionibus communibus, vt habent esse in diui-
nis in generali. Vnde nullo dictorum triũ
modorum quæstio proposita intelligenda est.
Sed intelligenda est generaliter in similitu-
dine, & æqualitate, vt comparantur genera-
liter ad relata per illas, siue sint personæ
diuinæ, siue quælibet alia existentia in diui-
nis.

q.1.a.7. 5 Et cum, vt patet ex dictis in præceden-
ti quæstione, æqualia dicuntur quæcunque
sunt in diuinis, siue personæ, siue relationes,
siue attributa, siue existentia comparata inter
se, non autem similia dicuntur nisi solæ per-
sonæ, idcirco licet quoad plurima in diuinis
æqualitas, & similitudo conformitatem ha-
beant, vt quæ dicuntur de vno conformiter
intelligi possint de altero, vt etiam propterea
doctores quam plurima loquantur de æqua-
litate in diuinis, & perpauca de similitudine,
dantes illa, quæ dicuntur de æqualitate cõ-
formiter intelligi, & de similitudine, tamen
difformitatem habent quoad hoc, quòd plu-
ra in diuinis dicuntur æqualia quæ non dicũ-
tur esse similia, sed quæcunque dicuntur esse
similia, etiam dicuntur æqualia.

6. Causa autem, & ratio huius difformita-
tis quoad relata inter æqualitatem, & simi-
litudinem ex parte æqualitatis, est quòd quã-
titas illa supra quam fundatur æqualitas, puta
magnitudo, per se, & primò est mẽsura substã-
tiæ siue essentiæ rei, & immediate insistẽs eidẽ,
& secundò est mensura omnium quæ insunt illi
mediante substantia, vt patet in magnitudi-
ne corporali, quæ non solum est mensura sub
stantiæ primò, & per se denominans substan-
tiam qualem, seu suppositum habens in se
huiusmodi substantiam extensam corporali-
ter, sed etiam omnium accidentium essentia-
liter existentium in illa seu in illo, puta colo-
ris, & etiam ipsius. Non solum enim cor-
porali magnitudine dicitur corpus, seu sup-
positum corporeum magnum, & extensum
corporaliter in longum, aut latum, sed etiam
color, & ipsa magnitudo, & vlterius per con-
sequens non solum corpus dicitur corporali-
ter magnitudine molis æquale alteri, sed
etiam albedo existens in vno corpore etiam
dicitur æqualis albedini existenti in alio cor-
pore, & vna magnitudo dicitur æqualis alte-
ri. Sic igitur, & in spiritualibus magnitudo
spiritualis non solum est mensura denominãs
substantiam spiritualem, seu suppositum ha-
bens in se huiusmodi substantiam extensam
spiritualiter primo, & per se, sed etiam om-
nium aliorum quasi accidentium spiritualiũ
existentium in illa, seu in illo. Non solum
enim spirituali magnitudine dicitur deitas
magna, seu immensa, & extensa spiritualiter,
seu suppositum habens illam in se dicitur ma-
gnum, & immensum, & extensum spiritua-
liter, sed etiam bonitas, sapientia, veritas, &
cætera in eo existentia, vt dictum est, & ipsa
magnitudo siue immensitas. Et per conse-
quens etiam vlterius non solum dicitur vnũ a.70.q.2. n.43.
suppositum in deitate subsistens esse æquale
alteri, aut secundum. Similiter autem deitas vna
alteri deitati, sed, & bonitas dicitur æqualis
deitati, & sapientiæ, & veritati, & cætera om-
nia cæteris. Sed vna magnitudo spiritualis
in creaturis dicitur æqualis alteri non autem
in diuinis & hoc quia in eis non est nisi vna
magnitudo.

7. Causa autem, & ratio huius difformita-
tis quoad relata inter æqualitatem, & simili-
tudinem ex parte qualitatis est, quod quali-
tas supra quam in diuinis fundatur similitu-
do, puta bonitas, non est vllo modo forma
aliquid afficiens in diuinis, aut denominãs
aliud quam suppositum, cuius est primo per
se, non per aliquid existens in illo etsi per in-
tellectum, & voluntatem quoad bonitatem,
& sapientiam. Solum enim in diuinis dici-
tur suppositum bonum, aut sapiens, aut ali-
quid huiusmodi, puta Pater, Filius, & Spiri-
tus Sanctus, non autem deitas, sapientia, pa-
ternitas, filiatio, aut aliud aliquid talium. Et
per consequens in diuinis solum suppositum
dicitur simile supposito, non autem aliquid
aliud alteri, puta sapientia potentiæ, aut pa-
ternitas filiationi, licet in creaturis aliquan-
do afficit forma totum per partem, & illud
denominat, puta quòd homo est bonus, quia
bona est anima eius, & albus, quia corpus
eius est album, & corpus album dicitur quia
superficies est alba. Et per consequẽns vlte-
rius non solum dicitur in creaturis totum si-
mile toti, sed etiam pars parti, quod nequa-
quam contingit in diuinis, nisi quoad intel-
lectum, & voluntatem respectu sapientiæ,
& bonitatis. Non solum enim dicimus de
qualibet diuina persona, quod est sapiens, &
bona, & quòd ex hoc sunt similes, sed etiam
dicimus, quod intellectus illarum est sapiens,
& voluntas illarum est bona. Sed non ex hoc
dicimus intellectum vnius personæ, aut vo-
luntatem similem esse intellectui, aut volun-
tati alterius, quia non est nisi vnus intellectus,

&

& vna voluntas trium personarum. Et secundum prædicta nihil est simile sibiipsi. Nisi forte dici possit, quòd intellectus inquantum est vnius personæ alius est secundum rationem, & inquantum est alterius. Et quo ad hoc poterit dici, quòd intellectus vnius personæ diuinæ similis est in sapientia intellectui alterius. & similiter in bonitate similis est voluntas vnius personæ voluntati alterius.

8. Sic ergo causa, & ratio dictę difformitatis similitudinis, & ęqualitatis cōsistit in hoc, videlicet, quod attributa qualitatis in diuinis, puta bonitas, pietas, sapientia, veritas, & cætera huiusmodi, secundum rationem inter se penitus, & ab alijs attributis sunt distincta, in eo videlicet, quod non sunt alicuius denominatiua secundum qualem, aut similem, nisi eius in quo sunt quasi in subiecto, vt est persona secundum intellectum, & voluntatem, in quibus sunt quasi habitus in prima specie qualitatis, & quales esse, ac similes denominant personas, & intellectum, atque voluntatem illarum, quasi potentias quasdam existentes in personis. Attributa autem quantitatis, quæ sunt magnitudo, & æternitas, non sic sunt penitus secundum rationem abinuicem, & ab alijs attributis distincta, quia non sunt solum aliquid illius in quo sunt quasi in subiecto primo, & per se, & denominatio illius vt in persona, sed etiam sunt aliquid cuiuslibet quod pertinet ad perfectionem illius, vt ipsius essentię, & cuiuslibet attributorum eius. Omnibus enim illis inest magnitudinis immensitas ratione perfectionis suæ in esse essentiæ suæ, & etiam immensitas æternitatis ratione perfectionis in esse existentiæ, licet immensitas magnitudinis, & æternitatis in attributis consequantur ex immensitate magnitudinis, & æternitatis essentiæ, & sint in Deo simpliciter, & cuilibet personæ diuinæ ex immensitate magnitudinis essentiæ illius contingit, quòd esse quod in creaturis inuenitur esse dignitatis simpliciter eidem attributum est, & per hoc magnitudo quæ est mensura diuinæ essentiæ, & deriuatur in singula attributa, & etiam est mensura illorum secundum superius determinata, & denominat illa, & similiter æternitas, & per consequens singula eorum inter se per magnitudinem, & æternitatem denominantur esse ęqualia, & similia, & ipsa etiam inuicem se denominant, dicendo quòd bonitas est magna, immensa, & æterna & similiter sapientia, & cætera talia. Similiter magnitudo diuina est æterna, & æternitas diuina est magna, & immensa. Et idcirco etiam secundum magnitudinem, & æternitatem singula in diuinis æqualia dicuntur inter se, licet non dicantur inter se similia, nisi tantummodo personæ diuinæ, intellectus, atque voluntas eorum in quibus sunt habitus, quę soli sunt qualitates diuinæ vt dictum est.

9. Ex quo plane patet differentia magnitudinis spiritualis, & molis, quia magnitudo molis est in corporalibus accidens omnino diuersum á qualibet qualitate, & per quantitatem insunt illis qualitates corporales. Vnde & denominat etiam quantitatem molis, non autem subiectum illius, dicitur enim superficies alba, & colorata. Vnde & duæ superficies bene dicuntur similes. In spiritualibus autem non sic, immo spiritualis magnitudo est aliquid in perfectione cuiusque rei. Propter quod qualibet illarum denominatur á magnitudine, licet non è conuerso.

10. Et secundum hoc concedenda est vlti- n. 8.
ma ratio quæ ad hoc processit.

11. Ad primum in oppositum, quòd in di- n. 5.
uinis vniformiter se habent fundamenta æqualitatis, & similitudinis, scilicet quantitas, & qualitas, ergo & æqualitas, & similitudo, Dico quòd quantitas, & qualitas in diuinis dupliciter considerari habent. Vno modo secundum se, & absolute. Et sic vt procedit argumentum, & bene, vniformiter habent esse in diuinis, & sic secundum superius determinata habent rationem substantiæ, & non fundatur super ipsa nisi identitas. Alio modo in diuinis considerantur quantitas, & qualitas in ordine ad sua subiecta, & vt sunt aliquid alterius, & sic habent rationem quantitatis, & qualitatis, & fundantur super ea æqualitas, & similitudo. Et quia non se ha-
bent vniformiter ad sua subiecta quia (vt di- n. 6. 7.
ctum est) quicquid est in diuinis est aliquo modo subiectum quantitatis, non autem qualitatis, idcirco quia secundum hanc rationē consequuntur illa æqualitas, & similitudo, ipsa omnino difformiter se habent in diuinis, & hoc non ex aliquo defectu, sed ex conditione & natura rei.

12. Ad secundum, quòd quantum, & n. 2.
quale vniformiter denominant in diuinis ea quorum sunt, ergo & similiter æqualitas, & similitudo. Dico quod verum est quo ad hoc quod quæcunque in diuinis sunt vniformiter qualia, & quanta, vniformiter sunt æqualia, & similia. Sed tamen non sequitur ex hoc, quæcunque in diuinis sunt æqualia, sunt simi-
lia. Immo plura sunt æqualia, quæ non sunt n. 9.
similia, vt dictum est. Et quo ad hoc non habent esse vniformiter in diuinis æqualitas, & similitudo, & quale, & quantum, quia in diuinis habent esse quanta siue denominantur a quantitate magna, & æterna, quæ nullo modo denominantur á qualitate qualia, vt patet ex dictis.

Con-

Conclusiones ex Quæstione tertia, Articuli Septuagesimi primi.

1 *Plura in diuinis dicuntur æqualia, quæ non dicuntur esse similia.* n. 5.
2. *Quæcunque dicuntur esse similia, etiam dicuntur æqualia.* 6.

QVAESTIO QVARTA.

Vtrum similitudo vniformiter habeat esse in diuinis Personis.

Circa quartum arguitur, quod similitudo non habet esse vniformiter in personis diuinis.

1. Primò sic, pater, & filius sic sunt similes inter se secundum qualitatem, quæ sapientia est, quòd ambo sunt sapientia. Est enim filius sapientia de sapientia, secundum superius determinata, non sic autem similis est Pater, aut Filius, aut Spiritus Sanctus, quia Spiritus Sanctus non est similis illis secundum sapientiam, quæ est ipse, in quo est magna difformitas, ergo &c. [a. 59. q. 3. n. 4. 15. & 7. n. 23]

2. Secundò sic, filius, & Spiritus Sanctus sunt æquales, quia sapientes, boni, & huiusmodi, & per consequens similes inter se sapiẽtia, & bonitate, & huiusmodi, quam habent à patre. Filius enim, & Spiritus Sanctus à patre habent sapientiam, bonitatem, & omnem rationem aliam qualitatis, non sic autem similis Filius, aut Spiritus Sanctus Patri. Pater enim nihil omnino habet ab alio, sed omnia à seipso, in quo magna est difformitas, ergo &c.

3. Tertiò sic, pater, & filius sic sunt similes Spiritui Sancto, quòd ambo sunt a quo alius. Filius etiam, & Spiritus Sanctus sic similes sunt, quòd ambo sunt qui ab alio, non sic autem pater, & Spiritus Sanctus. Pater enim non est ab alio, & ab ipso est alius. Spiritus Sanctus vero est ab alio, & ab ipso nõ est alius, in quo est magna difformitas, ergo &c.

4. Quarto sic non vniformiter similitudo est in illis, quorum vnus habet eam à se, alij autem non nisi receptam ab illo, quod habet eam a se. Receptum enim ab alio non videtur esse in recipiente in tanta plenitudine in quanta est in illo a quo recipitur, sicut lumen non in tanta plenitudine, & perfectione est in aere in quanta est in sole, pater similitudinem habet a se ad filiũ, & ad Spiritũ Sanctũ, quia à se habet qualitatẽ super quã fundatur. Filius autẽ, & Spiritus Sanctus non sic habent similitudinem ad patrem, aut inter se, quia non à se, sed a patre habent qualitatem super quam fundatur, ergo &c.

5. Quintò sic, in illis non habet esse vniformiter similitudo, quorum vnus non solũ est similis similitudine, sed etiam est ipsa similitudo, alij autem solum sunt similitudine similes, & non sunt ipsa similitudo. Filius autem est ita similitudine similis, quòd est ipsa similitudo, secundum tacta superius, nõ sic autem pater, aut Spiritus Sanctus, quia non sunt similitudines, sed solummodo similes similitudine, ergo &c. [n. 34. 36. n 5.]

6. Sextò sic. In illis non est vniformis similitudo quorum vnus est vis assimilatiua aliorum sibi, sed alij non sic, Spiritus Sanctus amor est, qui est vis assimilatiua amantis ad amatum, & per hoc conuersiua amantis in amatum secundum Dionysium, non sic autẽ Pater, aut Filius, secundum superius determinata, ergo &c. [a. 38. q. 2 n. 8. a. 46. q. 4 n. 5 a. 49. q 6. n. 19]

7. Contrà, in illis necessariò est vniformis similitudo in quibus est vniformis qualitas super quam fundatur, quia ratio relationum communium sequitur rationem fundamentorum secundum prædicta sed qualitas super quam fundatur similitudo in diuinis, necessariò vniformiter habet esse in tribus personis diuinis, etiam si in seipsa esset variabilis vllo modo, quia non est nisi vnica, & singularis in tribus, ergo &c. [a 64. q. 8. n 11. q. 1. n. 4. a 67 q. 5 n. 5.]

8. Dico

8. Dico, quòd quæstio ista est pars quæstionis tertiæ præcedentis. Illa enim quærit de singulis, quæ sunt in diuinis, an scilicet sit in eis plena, perfecta, & omnimoda similitudo. Illa autem quærit idem de diuinis personis tantum, supponendo ea dictis in illa secunda quæstione, quòd in solis personis
a. 7. q. 2. n. 7. diuinis comparatis inter se nata est esse similitudo, non autem in alijs, & quòd in diuinis est perfecta, plena, & omnimoda similitudo, si talis similitudo sit in ipsis personis diuinis, vnde quæstio ista est declaratio suppositi in quæstione illa. Et posset consimilis quæstio fieri de æqualitate, quæ tamen facta non est superius de æqualitate sicut hic facta est de similitudine, quia ex eius determinatione quoad similitudinem, patebit eius determinatio quoad æqualitatem.

9. Dico igitur, quòd similitudo habet esse vniformiter in diuinis personis, quia plena perfecta, & omnimoda similitudo habet esse in illis, & hoc dupliciter. Vno modo comparando singulas diuinas personas inter se secundum similitudines existentes in illis, quæ sunt extrema habitudinum. Alio modo cõparando inter se ipsas similitudines, quæ sunt habitudines inter singulas duas personas. Tres enim personæ in diuinis comparatæ inter se secundum similitudinem, aut æqualitatem sunt sicut tres anguli figuræ triangularis, & habitudines æqualitatis, & similitudinis inter illas, sunt sicut lineæ tres contentæ inter puncta angulorum, quarum quælibet habent duo extrema.

10. Cum primo modo comparantur singulæ personæ inter se, puta cum quæritur, an in patre, & filio similitudo, quæ est in patre ad filium sit vniformis similitudini, quæ est in filio ad patrem, & sic in plena, perfecta, & omnimoda similitudo in patre, & filio, siue inter patrem, & filium, & similiter de filio, & Spiritu Sancto, & de patre, & Spiritu Sancto. Et dico, quòd sicut secundum istam comparationem vniformiter est similitudo in singulis duabus diuinis personis comparatis inter se similitudine, sic & plena, & perfecta, & omnimoda similitudo, quæ est in vna illarum vt in vno extremo, est conformis similitudini quæ est in altera, vt in altero extremo. Et per hoc personæ ipsæ relatæ talibus similitudinibus vniformiter, & perfecta, & plena siue omnimoda similitudine sunt similes;
a. 70. q. 2. n. 10. quemadmodum supra in quæstione secunda de æqualitate declaratum est de ipsis diuinis personis, quæ sunt plene, perfectè, & omnimodè & per hoc vniformiter æquales. Sicut enim nulla earum excedit aliam magnitudine secundum quantitatem, sic nulla earum excedit aliam sapientia, aut bonitate secundum qualitatem, in quo consistit perfecta similitudo in diuinis, quæ est propter vnitatem singularitatis in qualitate, quæ nullam omnino compatitur diuersitatem, sicut in creaturis consistit perfecta similitudo propter vnitatẽ conformitatis qualitatum, quarum vna alteram non excedit, sed ambæ sunt eiusdem gradus. Diuersitas enim qualitatum secundum gradus diuersos facit, quod in creaturis etsi aliquando sit similitudo aliqua, tamen est imperfecta, & difformis similitudo, quæ est propter varietatem formæ specificæ. Imperfecta vero, & difformis propter diuersitatem graduum, puta quando est inter minus album, & magis album, & hoc quia in parte aliqua virtuali albedinis magis altera excedit minus. Non est enim subiectum magis album, nisi quia albedo illius in essentia sua virtualiter est in alijs, vt declarauimus alias in quæstione de magis & minus. Sed sicut quod in diuinis nulla sit partium diuisio in deitatis vnitate. Et vt dicit August. est manifestum, sic nec in magnitudine nec in qualitatis vnitate. *Et vt* dicit Ambrosius, *quod vnum est, dissimile non* Li. de fi. de ca. 4. to 3.
est. Inter maius autem, & minus semper discretio est. Propter quod in diuinis sicut non potest esse dissimilitudo, siue difformitas dissimilitudinis secundum diuersitatem formarum secundum speciem, sic nec difformitas a. 70. q. 2. n. 16.
in similitudine secundum diuersitatem graduum in eadem specie qualitatis, sicut nec difformitas æqualitatis propter diuersitatẽ graduum in eadem specie quantitatis, licet in creaturis sit difformitas dissimilitudinis propter diuersitatem formarum secundum speciem, & difformitas dissimilitudinis, sicut, & difformitas inæqualitatis propter diuersitatem graduum in eadem specie qualitatis, & quantitatis, quamuis in æqualitate, & in perfecta similitudine in creaturis nulla cadit omnino diuersitas, vel difformitas propter vnitatem speciei, & gradus simul, licet comparatione æqualitatis, & similitudinis, quæ sunt in diuinis, æqualitas, & perfecta similitudo in creaturis difformitatem habeant propter diuersitatem secundum numerum eiusdem formæ secundum speciem quantitatis, & qualitatis in creaturis diuersis relatis.

11. Et est in creaturis aduertẽdum, quòd licet propter magis, & minus in æqualitate difformitas est in similitudine inter magis album, & minus album, ideo scilicet, quod similitudo existens in vno illorum non est omnino conformis similitudini existenti in alio, non tamen propter hoc vnum illorum est magis simile alteri, quam è conuerso, vt similitudo existens in illis recipiat magis, & minus, sicut nec inæqualitas inter maius, & minus recipit magis, & minus, vt vnum eorum

dica-

dicatur magis inæquale alteri quam è contrario. Omnis enim relata inter se relatione communi inæqualitatis, & æqualitatis, similitudinis, & dissimilitudinis absque omni differentiate in inæqualitate, & æqualitate, dissimilitudine, aut similitudine referuntur adinuicem. Non enim vnum inæqualium relatorum inter se est magis inæquale, & alterum minus, sicut neque duorum æqualium vnum est aut magis aut minus æquale quam alterum, neque vnum dissimilium inter se relatorum est magis dissimile, & alterum minus, nec etiam vnum similium est magis simile, & alterum minus. Quod contingit in æqualitate, & perfecta similitudine propter vnitatem gradus, in inæqualitate autem, & dissimilitudine, & similitudine imperfecta propter vniformitatem secundum excessum, & defectum in diuersis gradibus, quanto enim magis aut maius excedit ipsum minus, tantò ipsum minus deficit ab eo quod est magis aut maius. Ob hoc enim duorum inæqualium vnum æqualiter est inæquale alteri, & similiter duorum dissimilium vnum æqualiter est dissimile alteri, & etiã duorũ similiũ imperfecta similitudine vnũ alteri æqualiter simile est.

12. Cum secundo autem modo comparationis prædictæ comparantur singulæ habitudines inter duas personas inter se, puta cũ habitudo similitudinis, quæ est inter patrẽ, & Spiritum Sanctum, & quæ est inter filium, & Spiritum Sanctum, est quæstio, an scilicet similitudo, quæ est inter patrem, & filium sit vniformis similitudini, quæ est inter patrem, & Spiritum Sanctum, aut inter filium, & Spiritum Sanctum, & è conuerso, & sic sit plena, & perfecta, & omnimoda similitudo in diuinis personis inter ipsas similitudines non re sed ratione tantum differentes. Et dico, quòd secundum illam comparationem vniformiter habet esse similitudo in diuinis personis, scilicet comparatis similibus, quæ sunt in illis inter se. Sic, quòd plenè, perfectè, & omnimodè similitudo, quæ est inter patrem, & filium, est vniformis similitudini, quæ est inter patrem, & Spiritum Sanctum, & quæ est inter filium, & Spiritum Sanctum, & è conuerso. Sicut etiam plenè, perfectè, & omnimodè æqualitas, quæ est inter patrem & filium, vniformis siue conformis est æqualitati, quæ est inter patrem & Spiritum Sanctum, & inter filium & Spiritum Sanctum, & è conuerso. Et hoc quia scilicet dictæ tres habitudines, quæ sunt tres secundum rationem, sunt vna secundum rem, sicut qualitas & quantitas in qua vel supra quam fundatur, est vna singularis secundum rem, ex cuius vnitate in diuinis procedit vniformitas similitudinis in diuinis personis, & etiam æqualitatis, prout procedit obiectio vltima, quæ vniformiter habet locum in similitudine, & æqualitate, quæ sunt in diuinis personis, sicut, & vniformiter in vtrisque locum possunt habere quædam argumenta adducta in oppositum, quia consimilis quæstio proposita hic de similitudine in diuinis personis, posset quæri de æqualitate existente in illis. n. 7.

13. Et eadem responsio adhibenda est in diuinis, licet in creaturis contingat quo ad illa diuersitas inter similitudinem, & æqualitatem, vt iam declaratum est secundum primam comparationem prædictam, & patet etiam secundum illam comparationem secundam. Diuersæ enim habitudines æqualitatis, & similitudinis vniformiter sunt in creaturis, in hoc quòd neutra est maior alia. Aequaliter enim binarius est æqualis binario, & ternarius ternario. Diuersæ autem habitudines imperfectæ similitudinis bene difformiter sunt in creaturis, & differunt secundum magis & minus, siue secundum maius & minus, & similiter diuersæ habitudines dissimilitudinis, & inæqualitatis. Aliqua enim duo alba possũt esse magis similia quã alia duo alba, aut aliqua duo nigra, & maior è similitudo inter illa quã inter ista, prout illa magis accedũt ad gradũ similitudinis perfectæ, & similiter aliqua duo inæqualia, aut dissimilia possunt esse magis inæqualia, aut magis dissimilia, quam alia duo, & maior esse inæqualitas, & dissimilitudo inter illa, quam inter ista, prout illa magis recedunt a gradu æqualitatis alicuius similitudinis perfectæ. n. 10.

14. Et prima tria argumenta procedunt de similitudine penes secundam comparationem. Alia vero procedunt de similitudine penes primam comparationem.

15. Primum enim probat, quòd maior est similitudo inter patrem, & filium, quam inter ambos, & Spiritum Sanctum. n. 1.

16. Secundum probat, quòd maior est similitudo inter filium, & Spiritum Sanctum, quam inter ambos, & patrem. n. 2.

17. Tertium probat, quòd maior est similitudo inter patrem, & Spiritum Sanctũ, quam inter patrem, & filium, ac Spiritum Sanctum. n. 3.

18. Quartum vero probat, quòd maior est similitudo inter patrem ad filium, & Spiritũ Sanctum, quam è conuerso, aut quam filij ad Spiritum Sanctum, & è conuerso. n. 4.

19. Quintum probat, quòd maior est similitudo in filio ad patrem, & Spiritum Sanctum, quam è conuerso, aut quam patris ad Spiritum Sanctum, & è conuerso. n. 5.

20. Sextum vero probat, quòd maior est similitudo Spiritus Sancti ad patrem, & filiũ, quam è conuerso, aut quam filij ad patrem n. 6.

&

& è conuerso.

n. 1. 21. Quod ergo arguitur primò, quòd maior est similitudo inter patrem, & filium, quã inter ambos, & Spiritum Sanctum, quia pater & filius sunt similes sapientia, quæ ipsi sunt, non sic autem pater, & filius, & Spiritus Sanctus, quia non est similis illis sapientia, quę ipse est. Dico, quòd quantum est de ratione eius de singularitate rei commune est personis constitutis in esse per propria in diuinis, quod vna, & eadem sapientia singulari similes sunt omnes personę diuinę, &
n. 10. ideo vniformiter, vt dictum est, nec quo ad hoc pater potius est sapientia, aut filius quam Spiritus Sanctus, vt secundum eam potius dicantur similes inter se pater, & filius, quam Spiritus Sanctus ad vtrunque illorum. Sed quòd pater, & filius dicuntur similes sapientia, quæ ipsi sunt, non sic autem Spiritus Sanctus alicui illorum, hoc non dicitur nisi per quandam appropriationem eius quod commune est, propter conuenientiam cum vnius cum proprio eius cui appropriatur, vt declarabitur in proximo articulo sequenti, & sic non nisi per quandam contractionem communis ad proprium. De eis autem quę pertinent ad propria, nihil ad relationem com-
a 70 q. 1. munem, vt dictum est supra in fine quęstionis vltimæ de ęqualitate.

n. 2. 22. Ad secundum, quòd maior est similitudo inter filium, & Spiritum Sanctum, quam inter ambos, & patrem, quia ambo sunt similes secundum id quod habẽt aliquid ab alio, non sic autem filius, aut Spiritus Sanctus ad patrem, quia pater non habet aliquid ab alio.
a 70 q. 2. Dico secundum superius dicta ibidem, quòd quis de quo aliquid habet vel non habet, originis quęstio est, de quo nihil ad quæstionem de relatione communi plus quam, quod vnum, & idem sit quod habetur, ad quod sequitur communis relatio. Et ideo propter diuersitatem in modo habendi illud in illa, diuersitas aut difformitas oritur in ipsa relatione cõmuni fundata super illud.

n. 3. 23. Ad tertium, quòd minor est similitudo inter patrem, & Spiritum Sanctum, quã inter patrem, & filium, ac Spiritum Sanctũ, quia pater, & filius sunt à quo alius, filius autem, & Spiritus Sanctus sunt qui ab alio. Pater autem est qui non ab alio, & à quo alius, Spiritus Sanctus est à quo non alius, & qui est ab alio. Dico vt prius, quòd quęstio quis à quo, ad originem pertinet non autem ad relationem communem, & sic nihil ad propositum de hoc.

n. 4. 24. Ad quartum, quòd maior est similitudo in patre ad filium, quam è conuerso, aut quã eiusdẽ ad Spiritũ Sanctũ aut è conuerso quia pater à se habet id quo est similis, non autem filius, aut Spiritus Sanctus, & receptum verius est in eo a quo recipitur, quam in recipiente. Dico quòd hoc est vitium, quòd receptum tam vere habet esse semper in eo quod recipit, quam in eo à quo recipitur, nisi sit defectus ex parte agentis, & diffundentis receptum in recipiente, quia scilicet non habet perfectam virtutem transfundendi illud, puta color secundum actum lucidi non sufficit se transfundere in medium sub tanta perfectione quanta est in corpore colorato, aut ex parte recipientis, quia scilicet non sufficit recipere illud in tanta perfectione in quanta est in sole transfundente illud, vel si sol sufficeret illud in tanta perfectione transfundere. Quare cum in diuinis non sit defectus talis diffusionis ex parte diffundentis, quia diffundens est infinitus vigore in agendo, nec ex parte recipientis, quia ipsum est infinitum vigore in patiendo, idcirco in diuinis illud nequaquam habet veritatem, multo fortius quam non habet veritatem in naturalibus in quibus est generatio vniuoca, puta cum homo generatur ab homine, aut ignis ab igne,
secundum quòd hæc omnia patent ex dictis a 70. q. 2. ar 55 & n. 43.
in solutione quarti, & quinti argumenti quæstionis secundę præcedentis de æqualitate.

n. 5. 25. Ad quintum, quòd maior est similitudo in filio ad patrem, & Spiritum Sanctum, quam è conuerso, aut patris ad Spiritum Sanctum, quam è conuerso, quia filius non solum est similis patri, & Spiritui Sancto, sed est similitudo, pater autem, & Spiritus Sanctus nullius sunt similitudo. Dico, quòd argumentum hoc aliquem vigorem habere posset, si filius esset similitudo eadem similitudine, qua est similis patri, aut Spiritui Sancto, quæ scilicet pertinet ad relationem communem, & pater, atque Spiritus Sanctus solum essent similes tali similitudine, non autem essent ipsa similitudo. Nunc autem non est ita, quia quòd filius dicitur similitudo, hoc non est illa relatione, qua dicitur similis relatione pertinente ad relationem communem, quam continet tertium genus relationis, sed dicitur similitudo similitudine pertinente ad secundũ genus relationis, qua non ad Spiritum Sanctum, sed solummodo ad patrem dicitur re-
latiue, secundum quòd hoc expositum est su- a. 90
pra de æqualitate, quæ simul ter æquiuoce dicitur vt est propria filio, & pertinet ad secundum genus relationis, & vt est relatio communis pertinens ad tertium genus relationis.

n. 6. 26. Ad sextum, quòd maior est similitudo in Spiritu Sancto ad patrem, & filium, quam è conuerso, aut quam in patre ad filium, & è conuerso, quia Spiritus Sanctus est vis assimilatiua, non sic autem pater, aut filius. Di-

eo, quòd reuera Spiritus Sanctus eo quod amor est vis assimilatiua assimilans amantem amato, quod tamen non prouenit nisi ex aliqua similitudine præcedente inter amantem, & amatum, dicente Boethio in 9. regula de
post pric. hebdo. *Quod appetit aliud tale, ipsum esse naturaliter ostēditur quale hoc ipsum quod appetit.* Et
B 29. Eccl. 13. dicitur. *Omne animal diligit simile sibi.*

27. Est igitur sciendum, quod amor est vis similatiua, non de omnino dissimili faciendo simile, sed perficiendo in amantem similitudinem, quam quasi incompletam habet in se amans ad amatum, quod facit amatum transformando in se amantem prout possibile est, aut saltem amantem sibi connectendo, seu coniungendo intimando. Vt enim dicit Cōm. super dicto verbo *fugit vnum quodque quicquid in genere suo dissimile est, & à se diuersum. accedit vero ad id quod qualicunque similitudine sibi conforme est*, iuxta illud Eccl. 13. *Omnis caro ad sibi simile coniungetur, & omnis*
B. 20. cap 27. A. 10. *homo sibi simili sociabitur*. Et ibidem. *Volatilia ad sibi similia coniunguntur*. Assimilat autem coniungendo amantem amat amor, non tali similitudine qualem supponit in amato ad amantem. Illa enim similitudo præcedens, & excitatiua amoris in amante, vt trāsferat amantem in amatum, consistit in dispositionibus naturalibus amantis, & amati. Sed quòd amor assimilat amantem amato, hoc est similitudine appetitus, quam amor sicut forma appetitus in amante operatur ad instar formæ amati. Qua similitudine amans dicitur simile amato per se, sed non è conuerso amatum dicitur simile amanti, nisi per accidens, quòd scilicet amans est simile illi, & hoc iuxta modum quo superius diximus creaturam esse similem Deo, licet non è conuerso. Et pertinet ista similitudo ad secundum genus relationis. Amor enim similitudine quadam, quæ consistit in affectione quadam, seu dispositione appetitus erga amatum, ad ā sem mensuras amari, vt sic per huiusmodi assimilationem amans fit quasi ipsum amatum. Propter quod dicit Augustinus super Canonicam. *Qualia amas, talis es, Deum amas, ergo Deus es, terram amas, terra es.* Vnde propter huiusmodi assimilationem ca amore pro-
D 20. cedentem dicitur Prouerb. 13. *Amicus stultorum efficietur similis.* Amicus autem ab amo-
c. 5. re. Vnde Philosophus 8. Ethic. modos amicitiæ distinguit secundum modos amoris, siue amationis, & etiam dicit, *quod amicus amico est alter ipse*. Amicus ergo stultorum efficitur similis, quia amando stultos quisque stultus efficitur, & è contra amando sapientes sapiens efficitur. Vnde verbo prædicto immediate præmittitur. *Qui cum sapientibus gra-*
D. 20. *ditur sapiens erit*. Graditur dico non passibus pedum, sed passibus voluntatum. Hinc etiā dicit Augustinus de libero arbitrio, *quod amās bonum statim bonus est* Et 8. de Trinit. dicit, *quod amans iusti etiam iustus est*, saltem quadā assimilatione affectus. Quod si amans iustitiam adhuc iniustus est secundum habitum, hoc contingit secundum Augustinum ibidē, quia non tantum amat iustitiam vt mereatur fieri iustus scilicet secundum habitum. Et similiter si amans bonum, aut sapientiam, aut quemcunque alium habitum virtutis adhuc est in contrario habitu, hoc non contingit, nisi quia non tantum amat huiusmodi habitum, vt mereatur fieri in actum secundum illum, quia scilicet non tantum amat illum, vt studeat se exercere in actibus, quibus acquiratur, si sit habitus existens in voluntate acquirēdus per se actibus voluntatis, vel vt studeat imperare intellectui, quod se exerceat in actibus quibus acquiritur, si sit habitus existens in intellectu acquirendus actibus intellectus. Et sic amor siue voluntas est vis assimilatiua per se, & immediate secundum affectum saltem quodcunque fuerit amatum, vel secundum habitum mediante exercitio actuum, si amatum fuerit bonus habitus virtutis aut rei cuiusque ratione talis habitus. Et per hunc modum quo scilicet amor assimilat secundum affectum, Spiritus Sanctus est amor, & vis assimilatiua in patre & filio mutuo sese amantibus, & per hoc nexus est amborum secundum modum superius expositum. Vis dico assi- a. 61. q. 4.
milatiua non formaliter, quia non est ipsa si- n. 7.
militudo, qua amans similatur amato, sed effectiuè tantum. Simile autem formaliter aliquibus ex hoc quod est effectiuum similitudinis etiam illius secundum quam sunt similes non oportet, quòd sit magis simile, aut quod habeat in se maiorem similitudinem ad illos quam è conuerso, quod necessario oporteret si ipsum simile formaliter aliquibus esset vis assimilatiua formaliter, quia tunc non solum esset simile illis, sed etiam ipsa similitudo qua sunt similes, quod nequaquam verum est de amore qui est Spiritus Sanctus, aut de quocūque alio amore.

28. Breuiter ergo dico ad formam argumenti. Cum dicitur, in illis non est vniformiter similitudo quorum vnum est vis assimi- n. 6.
latiua aliorum, sed non è conuerso. Dico, quòd verum esset, si esset vis assimilatiua formaliter, sic quod non solum esset simile, sed ipsa similitudo qua similes sunt similes. Non autē verū est cū est vis assimilatiua effectiuè tm̃.

29. Et q̄ assumitur, Spiritus Sāctus amor est, & vis assimilatiua. Dico, q̄ verū est effectiuè, nō formaliter, & ideo cū mō cōtrario maior, & minor sūt veræ, & falsæ, nequaquam se- instā.
quitur conclusio.

Con-

Concluſiones ex Quæſtione quarta, Articuli Septuageſimi primi.

1. *Similitudo habet eſſe uniformiter in diuinis perſonis. n. 9.*
2. *Plena, perfecta, & omnimoda ſimilitudo habet eſſe in illis. ibid.*

ARTICVLVS SEPTVAGESIMVS SECVNDVS:

De communium tam relatiuorum, quam abſolutorum appropriatorum ad propria relatiua, appropriatione, & modo appropriandi ea ad ipſa propria.

In Quinque Quæſtiones diuiſus.

VIſo de relatiuis, & communibus tam relatiuis, quam abſolutis in diuinis, & hoc ab Articulo 21. & deinceps, ſequitur videre de communibus tam relatiuis, quam abſolutis appropriatis ad propria relatiua, & hoc quo ad illorum communium appropriationem, & modum appropriandi ad propria.

Circa quam quæruntur quinque. Quorum.

Primum eſt: Vtrum in diuinis communium appropriatio ſit poſſibilis.

Secundum: Vtrum communium appropriatio sit naturalis, an voluntaria:
Tertium: Vtrum omnia communia in diuinis sint appropriabilia.
Quartum vtrum plura communia possint appropriari vni.
Quintum: Vtrum vnum possit appropriari pluribus.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum in diuinis communium appropriatio sit possibilis.

CIrca primum arguitur, quòd appropriatio non sit possibilis in diuinis.

1. Primò sic. Quęcunque æqualiter, & vniformiter cõmunia sunt plurib⁹, nullum eorum possibile est alicui ipsorum appropriari sine iniuria alterius. Omne commune in diuinis æqualiter, & vniformiter commune est tribus personis, quia singulum eorum non magis conuenit vni personæ, quam alteri, nec aliquod illorum magis conuenit vni personæ quam aliud, nec possibile est in diuinis alicui personæ fieri iniuriã, ergo &c.

2. Secundò sic, sicut se habet commune ad proprium, sic se habet è conuerso proprium ad commune, sed proprium impossibile est pluribus communicari, ergo impossibile est commune alicui appropriari.

3. Confirmando rationem istam per locũ à maiori negatiuè, arguitur ad idem tertio sic, magis nata est conuenire Deo ratio primi, quam è conuerso, quia primũ semper est principium, & origo secundi quoquo modo, & principiatum natum est magis tenere ... rationem principij quam è conuerso. In diuinis autem communia prima sunt respectu propriorum, & secundum rationem intelligendi sunt priora illis, communicari autem est ratio communis, appropriari autem est ratio proprij, quia à proprio dicitur appropriari, & à cõmuni dicitur cõmunicari. Magis ergo proprium natum est communicari, & trahi ad commune, quam commune appropriari, & trahi ad proprium, quare cum impossibile sit proprium communicari, multo ergo est impossibilius commune appropriari.

4. Et hoc est quod quartò ostensiuè concluditur sic. Omne appropriatum secundum rationem suam præsupponit proprium, sed in diuinis nullum commune potest præsupponere proprium, sed magis è conuerso, ergo &c.

5. Quintò sic, quod est occasio errandi impossibile est in diuinis, quia error in diuinis maximum est inconueniens. Et secundum Ansel. *minimum inconueniens in diuinis maximum est impossibile.* Appropriatio communium in diuinis personis est occasio errandi, quia ex illa potest intelligi, quod appropriatum illi soli conueniat, cui appropriatur, aut quòd magis, & verius, ac perfectius ei conueniat quam alteri, & ita quod gradus sunt in diuinis, quod erroneum est, ergo &c. Lib. 1. cur. Deus homo c. 10.

6. In contrarium est Augustinus, qui libro primo de doctrina christiana, appropriat vni tatem patri, æqualitatem filio, & concordiã Spiritui Sancto. Et Hila. cui appropriat æternitatem patri, speciem filio, vsum Spiritui Sancto, vt habitum est supra articulo 68. quæst. 2. & Apostolus cum 1. Corinth. 1. dicit Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam, appropriando filio virtutem, & sapientiam. ca. 5. nu. 2. 11. 51. D. 24.

7. Dico ad intellectum sequentium, quòd inter ista sex, quæ sunt, commune, proprium, appropriatum, communiter, proprie, & appropriatè, differentia est, quod prima tria sunt significatiua respectu, alia autem tria sunt significatiua modorum dicendi. Sicut enim dicit Prisc. de nominis qualitate appellatiua, & propria, ipsæ in hoc differunt, quòd commune est illud, quod pluribus conuenit per appellationem, & pluribus appellatis, siue suppositis. Proprium autem est, quod vni soli conuenit per appellationem, idest vnico appellato siue supposito tantum.

8. Sed vtrunque ipsorum dicitur dupliciter. Commune enim aliquid dicitur vno modo vniuersitate, alio modo communione,

Et

Et commune primo modo est quodcunque vniuersale: large sumendo vniuersale ad vniuocum, analogum, & æquiuocum, & propriũ ei respondens est quodcunque singulare sub vniuersali hoc enim modo homo est commune. Petrus autem, & Paulus sunt propria. Commune vero secundo modo in diuinis est quodcunque essentiale, & proprium ei respondens est vna quæcunque trium personarum, & hoc communiter loquendo de proprio, prout proprium dicitur quodcunque suppositum singulare respectu alicuius communis, quòd conuenit pluribus suppositis. Proprie autem loquendo de proprio, non dicitur proprium in diuinis, nisi proprietas, quæ vnico supposito singulari conuenit, & quæ in creaturis conuenit soli alicui speciei, & suppositis eius, vt risibile homini. Proprium autem, & appropriatũ in hoc differunt tam in diuinis quã in creaturis, q̃ ꝓpriũ est, aut quòd in diuinis cõuenit vni soli singulari ꝑsonę, aut in creaturis vni speciei sicut dictum est. Appropriatum est autem commune aliquod pluribus vni illorum ascriptum singulariter vt pro illo singulariter supponat, & hoc propter aliquid in illo quo singulariter illud respicit, vt iam amplius exponetur.

9. Dici autem communiter, & propriè vno modo respondent illis duobus, quæ sunt proprium, & commune, vt non dicatur communiter dici nisi commune, neque proprie nisi proprium, & omne commune dicatur communiter dici de illis quibus est commune, & omne proprium dicatur dici proprie, quia de seipso solum, & hoc quemadmodum omne appropriatum dicitur dici appropriate de eo cui est appropriatum. Et propriè dici hoc modo opponitur ei quod est communiter dici, siue distinguitur contra ipsum sicut distinguitur proprium contra commune. Alio autem modo communiter, & proprie non respondent illis duobus, quæ sunt commune, & proprium, vt scilicet non dicatur communiter nisi commune, nec propriè nisi proprium, sicut respondet appropriatè ei quod est appropriatum, quia non dicitur appropriate quicquam de alio, nisi communiter de illo, cui est appropriatum. Sed communiter, & propriè isto secundo modo non dicitur nisi id quod est commune pluribus, quod cum hoc quod communiter dicitur de illis secundum primum modum dicendi cõmuniter iam dictum, de illorum aliquo dicitur proprie, dicitur, & principaliter, de alijs autem, vel de alio dicitur quoquo modo impropriè, & non principaliter, quod appellatur dici communiter secundo modo. & opponitur sicut dici improprie ei quod est dici proprie. Et tale cõmune non est nisi illud quod analogicè dicitur de pluribus, quod communiter, & improprie dicitur de illo cui nomen conuenit posterius, & propriè cui conuenit prius. Verbi gratia, ens propriè dicitur substantia sola, quia proprie loquendo secundũ Philosophum 7. Metaph. *accidens non est ens* 7. Metaph.
sed entis. Communiter autem etiam accidens c. 1. te. 2.
dicitur ens. Et communiter dicitur lex de co. 1.
toto veteri testamento, & de vna parte eius Auer. 4.
propriè, vt de solis libris Moysi, & commu- Met. c. 2.
niter, & improprie siue minus proprie de ali- a2 vol. 8.
js libris veteris testamenti. Et similiter com- ar. 7. q. 2.
muniter dicitur prophetia de libro psalmorũ n. 12. a. 19
Dauid, & de libris aliorum prophetarum, q. 1. n. 16.
quia de libro Psalmorum dicitur communi- a. 11. q. 2.
ter & minus propriè, propriè autem de libris n. 5. a 73.
aliorum prophetarum. q. 5. n. 5.

9. Appropriate autem non dicitur, nisi id quod est commune pluribus, & vniuocè dicitur de illis, quod cum hoc quòd communiter dicitur de illis secundum primum modum dicendi communiter, de quolibet aliorum dicitur proprie, sed de aliquo illorum tantum dicitur appropriatè, vt in creaturis vrbs de alijs ciuitatibus dicitur communiter, & proprie, appropriate autem de Roma, & Apostolus communiter dicitur de alijs Apostolis, & solum appropriate de Paulo. Et in diuinis omnia essentialia dicuntur communiter de illis quibus non appropriantur. Appropriatè autem solummodo de illis, quibus appropriãtur. Et sic omne commune quod in diuinis dicitur appropriate de aliquo, etiam dicitur proprie de illo, sed non è conuerso, ens enim proprie dicitur substantia, sed non appropriate. Vnde August. quæstionem de appropriatis & appropriatione pertractans 15. de Trinit. cap. 17. ostendit appropriationem com- 10. 5.
munium fore in diuinis per hoc, quòd ea quæ communia sunt pluribus, & communiter dicũtur de illis, etiã de aliquibus ꝑsonis dicũtur propriè, sumens ibi proprie ꝓ appropriate. Et quòd aliquid dicitur communiter, & propriè declarat ibidem in nomine legis (vt dictum est) & nomine prophetiæ, per hæc duo exẽpla quasi per similia concludens, quòd vnum, & idem potest sumi communiter, & propriè, & arguens, quòd ea quæ in diuinis sunt communia, & dicuntur communiter de tribus, possunt dici proprie, & appropriate de aliquo illorum, puta cum sapientia sit communis omnibus diuinis personis, appropriate tamen dicitur de filio, cum ait Apostolus. *Prædicamus Christum Dei virtutem, & Dei sapien-* 1. cor. 1
tiam. Et similiter de illis quæ ponuntur in D. 24.
appropriationibus August. & Hila.

10. Reuera bene August. arguit quòd aliquid quandoque potest dici communiter, quandoque autem proprie, & hoc in diuinis,

sicut

sicut & in creaturis. Sed ex illis duobus exẽplis in quibus bene declarat aliquid dici cõmuniter, & proprie, non potest concludere, quòd in diuinis aliquid possit dici communiter & propriè, sumendo propriè pro appropriate, quia illa duo similia, quæ inducit Augustinus, non sunt omnino similia, vbi lex, & prophetæ omnino vniuocè dicuntur de prædictis, quoniam appropriatio vere non habet locum nisi in communi vniuoco, quod communiter dicitur de pluribus, æque tamẽ propriè loquendo de proprie quod opponitur ei quod est impropriè, sicut cum vniuoce dicitur de pluribus communiter ciuitas, & sic Apostolus, significando idem commune, quod propriè dicitur de vno, vt Ciuitas de Roma, & Apostolus de Paulo. Et similiter cum sapientia dicitur vniuoce de tribus personis diuinis, significando idem singulare, quod propriè dicitur de filio, sic enim propriè idem est quod appropriatè. Sed cum ens æquiuocè siue analogicè dicitur de substantia, & accidente, nec est aliquid vnum significatum nomine entis vniuoce ad substantiam, & accidens, licet ens propriè dicatur de substantia, non tamen dicitur de substantia appropriatè, sed potius propriatè, quia appropriatio aliquid apponit super propriationem, vt intelligamus appropriationem fieri non solum secundum nomen ei cui conuenit propriè, sicut ens si diceretur appropriari substantiæ, quia nihil omnino commune ad substantiam, & accidens significatum est nomine substantiæ, sed etiam secundum rationem eius quod significatum est ipso nomine, sicut Ciuitas appropriatur Romæ, & Apostolus Paulo, & sapientia filio Dei.

11. Ad hoc ergo quod quæritur. Vtrum in diuinis sit possibilis appropriatio communis ad proprium. Dico quod sic, quia in diuinis est reperire aliquid commune vniuocum scilicet secundum idem nomen, & idem nominis significatum commune pluribus, quod alicui illorum conuenit propriè, vt sapientia filio, & secundum quod dicit Ioan.
Ep. 1. c. 4. B. 7 in canonica sua. *Charitas ex Deo est*, quod appropriatè dicitur de Spiritu Sancto, & hoc prout arguit August. ex dicto Ioannis vbi su-
C. 13. pra, *quia in Deo manemus, & ipse est in nobis, quoniam de spiritu suo dedit nobis*. Idem etiam
B. 8. dicit Ioan. *quod charitas Deus est*, quod communiter dicitur de tribus personis. Sed hæc appropriatio qualiter, & qua de causa fiat, in sequentibus quæstionibus amplius declarabitur.

12. Quantum tamen ad præsentem quæstionem pertinet, sciendum, quòd secundum
B. 9. iam præacta aliquid commune vniuocum dupliciter est, vel significando vnum commune vniuersalitate, vel significando vnum cõmune communione. Et sic est dupliciter appropriatio, siue duplex modus appropriationis, quorum primus est per excellentiam eius, cui commune appropriatur super alia quibus communiter conuenit. Alius per correspondentiam communis quod appropriatur ad proprium illius, cui appropriatur, quod proprium est proprietas, & proprium propriè dictum in diuinis eius quod est proprium, & persona singularis. De appropriatione primo modo dico, quod nullo modo possibilis est in diuinis. In tali enim modo appropriationis appropriatum quid est, & verius, & perfectius conuenit illi cui appropriatur quam alteri. Quemadmodum nomen ciuitatis appropriatur Romæ, & nomen Apostoli Paulo appropriatur, quia scilicet Roma excellere solebat cæteras ciuitates dignitate imperatoria, quando talis appropriatio facta est illi, & Paulus cæteros Apostolos tempore suo excellebat in prædicatione veritatis Euangelicæ. Quæ appropriatio impossibilis est in diuinis, quia in illis in nullo verius, aut perfectius cõmune appropriandum potest conuenire vni personæ quam alteri, sed si in diuinis aliqua fieret appropriatio per excellentiam, illa facienda esset soli patri propter auctoritatem ex q. 3. n. 4.
suo proprio, vt infra videbitur. Appropriatio autem quæ cadit in diuinis non est nisi appropriatio secundo modo, in qua (prout in sequentibus quæstionibus declarabitur) vnũ q. 4. n. 15.
& idem commune pluribus propter correspondentiam secundum similitudinem ad aliquod proprium alicui illorum illi appropriatur, De qua appropriatione bene proce- n. 6.
dit vltima ratio.

13. Ad primum in oppositum, quòd com- n. 1.
mune pluribus non potest alicui illorum appropriari sine alterius eorum iniuria, & c. Dico quòd commune appropriari non potest ad proprium sine prærogatiua aliqua quam habet proprium super illud cõmune, quæ est causa seu ratio illius appropriationis, sed talis prærogatiua, aut est super ipsum commune, aut super aliquid coniunctum ei. Si primo modo verum est, quòd commune pluribus non potest vni appropriari sine aliorum præiudicio, quia talis appropriatio non esset, nisi per hoc, quod commune illud magis conueniret, vel principalius illi cui appropriaretur, quam alijs, quod impossibile est in diuinis, quia in diuinis omne commune æqualiter, & vniformiter conuenit illi cui appropriatur, & alijs, nec magis illi quam alijs, vt assumitur in argumento. Si secundo modo; hoc contingit dupliciter, quia illa prærogatiua aut est in aliquo absoluto, aut in aliquo relatiuo. Si primo modo, sic commune plu-

ribus

ribus bene potest appropriari vni illorum sine præiudicio aut iniuria aliorum sed non sine inæqualitate illius ad alia in communicatione illius absoluti. Quemadmodum Vrbs appropriatur Romæ propter prærogatiuam in dignitate Imperij, & Regis, & nomen Apostoli appropriatur Paulo propter prærogatiuam in executione officij apostolatus. Sed nec illo modo possibile est fieri appropriationem aliquam alicuius communis in diuinis, quia nullum absolutum seu coniunctum absoluto inæqualiter diuinæ personæ communicant. Si secundo modo, sic commune in diuinis pluribus personis appropriatur vni illarum absque omni iniuria aliarum, quia fit ex ratione correspondentiæ eius quod appropriatur, ad proprium relatiuum eius cui appropriatur, vt iam dictum est, & inferius
n. 32. declarabitur tam in corpore quæstionis sequentis.

n. 2. 14. Ad secundum, quòd impossibile est in diuinis proprium pluribus communicari: ergo similiter impossibile est commune vni appropriari. Dico quod bene concluderet, & sequeretur si diceretur, ergo impossibile est commune appropriari, & fieri proprium. Se habet enim communicari ad propriari, sicut commune ad proprium, & tenet in eis cômutata proportio. Si proprium non potest communicari, nec etiam cômune potest propriari. Cui proportioni innititur argumentum, sed non bene concludit virtute commutatæ proportionis, ergo commune non potest appropriari. Non enim se habet communicari ad appropriari, sicut commune ad proprium, quia communicari, & appropriari nô distinguuntur ex opposito sicut distinguitur commune, & proprium. Est tamen bene possibile idem communicari, & appropriari, multùm enim differunt propriari, & appropriari. Commune enim non propriatur, nisi fiat proprium, quod est impossibile, appropriatur autem proprio manens commune, quod est bene possibile, vt dictum est.

n. 3. 15. Quod confirmando dictam rationem arguitur tertiò ad idem, quòd proprium in diuinis est secundum respectu communis, & ratio primi magis nata est conueni à secundo, quàm è conuerso, ergo proprium magis natum est communicari quàm commune appropriari. Dico quòd & in communi, & in proprio circa diuina est considerare duplicem rationem, & duplicem ordinem penes primum, & secundum, sed modo contrario, sicut & de vniuersali & particulari siue singulari circa creaturas. Est enim in vniuersali, & singulari circa creaturas primò considerare rationem vniuersalitatis, & singularitatis, quæ sunt intentiones secundæ circa rem substratam, quæ vna est, & eadem sub ratione vniuersalitatis, & singularitatis, neutram illarum sibi determinans, sed possibilis, & quasi materialis est ad vtramque, puta rationem speciei circa hominem, & asinum, siue circa humanitatem, & asinitatem, & rationê singularitatis siue rationem indiuidui circa singularia illorum. Homo enim siue humanitas secundum se, & ex se nec est vniuersalis nec singularis, sed humanitas tantum, vt dicit Auicen. Et secundum Philosophum nô est differentia inter dicere homo ille, & homo, ita quòd non sit alia res significata per id, quod est vniuersale, & per id quod est singulare, sed omnino differens ratione tantum, vt scilicet est susceptibilis vniuersalitatis, & singularitatis. Vnde est etiam considerare circa easdem creaturas in vniuersali, & singulari rationem rei secundum se, quæ substrata est illis intentionibus, puta rationem humanitatis, & asinitatis simpliciter, & huiusmodi humanitatis, & asinitatis. Consimiliter etiam circa diuina in communi, & proprio est considerare rationem communitatis, & proprietatis, quæ sunt tanquam secundæ intentiones circa rem substratam, quæ vna est, & eadem sub ratione communitatis, & sub ratione proprietatis, neutram illarum sibi determinans, sed possibilis existens, quasi materialis, atque indifferens ad vtramque. Puta circa deitatem simpliciter est considerare rationem communitatis, & circa personas rationem proprietatis. Deus enim siue deitas secundum se, & ex se nec communis est nec propria, sed est deitas tantum, & non est differentia inter dicere Deus ille, & Deus simpliciter, ita quod non sit alia res significata per id quod in diuinis est cômune, quod est Deus, & per id quod est proprium, quod est ille qui est Deus, sed eadem omnino, differens ratione tantum, & vt est susceptibilis communitatis proprietatis.

16. Vnde circa diuina est etiam considerare rationem rei secundum se quæ substrata est illis intentionibus, puta rationem deitatis simpliciter, & rationem eius rei vt est huius, & illius personæ. Aspiciendo autem ad rationes rei illo secundo modo, dico, quòd commune secundum istam rationem communis primum est, & proprium est secundum in diuinis, sicut, & in creaturis vniuersale prius est particulari, siue singulari. Sicut enim in creaturis res vna plurificatur secundum rem, & deriuatur in plura singularia, & quod vnum est secundum se, & in esse existentiæ, & in consideratione intellectus, plurificatur in plura singularia in esse existentiæ, puta humanitas simpliciter in humanitate huius, & illius, & sicut

cut illud quod est vniuersale, primum, & principium est respectu plurium singularium sic & in diuinis res vna, scilicet deitas quasi deriuatur, & plurificatur secundum rationem in plura supposita, & quod vnum est secundum se in esse simpliciter, & in consideratione intellectus, quasi plurificatur in suppositis secundum esse ex essentiæ in illis, & sic id, quod est commune, primum, & principium est respectu plurium suppositorum. Præter hoc quod *id quod est vniuersale in creaturis*, vt dicit Damasc. *vnum est ratione: quod vero est in singularibus, plurificatum est secundum rem, secundum quod alia secundum rem est humanitas in Sorte, & alia in Platone. Id vero quod est commune in diuinis, vnum est secundum rem, quod vero in suppositis, est plurificatum secundum rationem tantum, secundum quod alia ratio est existendi deitatem, magnitudinem, & cætera attributa in vna persona, & in altera, sed est res eadem.* Et secundum hanc considerationem id quod est vniuersale in creaturis, & similiter id quod est commune in diuinis, est vnum in multis, non dicens ratione vniuersalis, aut communis, quod dicit rationem secundæ intentionis non primæ. Et secundum istam etiam rationem proprij, & communis, scilicet considerando id quod est proprium, & id quod est commune præcise, proprio potius conuenit ratio communis, quam è conuerso, sicut in creaturis ratio rei primæ intentionis, quæ est id quod est vniuersale inquantum ei nata est conuenire ratio vniuersalitatis intentionis secundæ, potius nata est conuenire singulari, & illi attribui per prædicationem, quã è conuerso, & hoc quia singulare (vt dictum est) per deriuationem quandam ab eo quod est re vniuersale, vel commune, trahit quicquid rei in se habet, & per hoc id quod est commune in diuinis, appropriatur quodammodo secundum rationis respectus quo proprium in diuinis formaliter est proprium. & hoc sicut vniuersale in creaturis particulatur, & indiuiduatur in particularia, seu singularia, & aliquid assumptum absolute siue positiuum, siue priuatiuum, siue saltem per agena, secundum quòd alibi exposuimus. Vnde singulare, & proprium potius assumunt denominationem ab vniuersali, & communi, sicut dicitur Petrus, aut Paulus est homo, pater aut filius est Deus, quam è conuerso.

17. Aspiciẽdo autem ad rationes vniuersalis, & communis, singularis, & proprij primo modo dictorum, Dico quod in diuinis secundum illas rationes commune secundũ est, & proprium primum, sicut, & in creaturis singulare, siue particulare prius est vniuersali, sicut enim in creaturis id quod est secundum rem in singularibus, siue particularia ibi a plurificatum, per rationem, & intellectum ab illis abstrahitur, & ad vnitatem in consideratione redigitur, & sic vniuersale est vnum à multis, quod postquam sic abstractũ fuerit, ad illa à quibus abstractum est per prædicationem implicatur, & est vnum de multis, atque per hoc assumit sibi rationem vniuersalitatis. Sic in diuinis id quod est secundum rationem in proprijs plurificatum, per rationem & intellectum ab illis abstrahitur, & ad vnam rationem in consideratione rationis redigitur, & sic abstractum ad illud idem, vt est secundum rationem plurificatũ, ibi eidem plurificato per prædicationem implicatur, per quod assumit sibi rationem communis. Et secundum istam considerationem proprij & communis, considerando scilicet id quod est proprium, & id quod est commune sub ratione proprij, & communis, quæ sunt quasi intentiones secundæ in diuinis, communi tamen secundo potius conuenit ratio proprij tanquam primæ, quam è conuerso. Sicut in creaturis vniuersali sub ratione vniuersalis, quia secundum Philosophum aut nihil est, aut posterius est, potius nata est conuenire ratio particularis inquantum particulare est, quæ est ratio particularitatis, quam è conuerso. Et sic vniuersale, & commune potius sibi assumunt denominationem à particulari, & proprio, cum vniuersale, vel commune dicitur appropriari, quam è conuerso. Appropriatio enim dicitur à proprio, quod in creaturis est particulare, siue singulare. Et hoc quemadmodum è conuerso id, quod est in diuinis re commune secundum præcedentem considerationem potius dicitur propriari, quam proprium communicari, & in creaturis id quod est re vniuersale potius dicitur indiuiduum siue particulare, quam singulare siue particulare dicatur vniuersale. Et sic patet quomodo eidem re in diuinis conueniunt subiectiue illa tria scilicet propriari, communicari, & appropriari. Dicitur enim propriari inquantum id quod est re præcise sub proprietate relatiua alia, & alia in alia, & alia persona est aliud, & aliud secundum rationẽ. Dicitur autem communicari inquantum sub ratione communis proprijs pluribus applicatur per prædicationem. Dicitur autem appropriari inquantum per specialem correspondentiam ad aliquid proprium (de qua sermo erit in sequenti quæstione) illi singulariter attribuitur cum per se ponitur.

18. Per prædicta iam patet responsio ad quartum, cum dicitur, quòd appropriatum præsupponit proprium, commune autem nõ præsupponit proprium, sed è conuerso, ergo commune non potest esse appropriatum. Di- n.4.

cen-

Lib. 1. orth. fid.

q. 28 & 2. art. 3 & 39 q. 1. n. 11. art. 51. q. 3. p. 8.

cendum est enim, quòd in communi duo considerantur scilicet id quod est commune, & id quod est quasi prima intentio in diuinis, & commune sub ratione communis, quod est quasi secundæ intentionis. Et commune primo modo non supponit proprium, sed proprium potius supponit illud commune tanquam primum & principium illius. Supponit etiam illud commune appropriatum, & ideo commune sub tali ratione non appropriatur, sed potius propriatur secundum iam
n.17. dicta. Commune autem secundo modo supponit proprium tanquam primum, & secundum rationem intellectus nostri præcedens, quia (vt dictum est) id quod est commune per abstractionem à proprio assumit intentionem communis, & proprium non supponit illud, sed appropriatum supponit illud, quia nihil appropriatur nisi commune, & vt est sub ratione communis, & sic in argumento æquiuocatur ratio communis.

n.5. 19. Ad quintum, quòd illud quod est occasio errandi impossibile est in diuinis. Dico, quòd verum est, vt procedit obiectio de eo, quod est occasio errandi data. Non autem verum est de eo quod est errandi occasio accepta. Nunc autem appropriatio in diuinis nullit est occasio errandi data ex actu appropriandi, quia talis occasio faceret errare, sicut scandalum actiuum, quod est occasio scandalizandi data facit, vt aliquis scandalizetur, sed appropriatio est potius occasio data dirigendi in credendis circa propria, quia appropriata sunt declaratiua propriorum & manuductiua in cognitionem propriorum tanquã minus notorum per magis nota. Magis autẽ nota nobis sunt communia essentialia, quam propria personalia, quemadmodum in naturalibus nobis primum manifesta, & certa sunt confusa magis, posteriora autem ex his fiunt nota elementa. Vnde ex vniuersalibus in singularia oportet deuenire, vt dicitur in pri-
t.c.10.1. cipio Phys. Et contingit hoc nobis de communibus & proprijs indiuinis, sicut illud contingit de vniuersalibus, & singularibus in creaturis, quia sicut in illis vniuersale nobis notius est quia notum quoddam, & confusum est respectu singularium, & confusa magis nota nobis sunt secundum sensum, vt dicit ibidem, & omnis nostra cognitio naturalis à sensu ortum capit, vt dicitur in princi-
cap. 1. & pio & in fine libri 2. posteriorum, sic in istis
vlt. 10. 1. commune nobis notius est proprio, quia communia diuina quæ in creaturis ad dignitatem pertinent simpliciter magis nota nobis sunt secundum intellectum, quam propria illorum, & ex illis communibus in creaturis repertis deuenire possumus ductu naturalis rationis per certitudinem in cognitionem communium essentialiũ diuinorum, non sic autem ex aliquibus quæ cognoscimus in creaturis, possumus deuenire per certitudinem in aliquam cognitionem illorum, quę sunt propria in diuinis, secundum quod hæc patent ex supra determinatis. Sunt autem communia essentialia declaratiua nobis propriorum in diuinis, tanquam manuductiua in cognitionem illorum, & hoc vel per modum similitudinis, vel modum dissimilitudinis. Per modum similitudinis, ad modum quo similitudine imaginis, vel vestigij in creaturis inuenta manuducimur in cognitionem propriorum in diuinis, vt cum per generationem quã videmus in creaturis manifestamus generationem diuinam, & per conceptum verbi nostri manifestamus conceptum verbi diuini, & per processum amoris nostri processum amoris diuini. Per modum dissimilitudinis, prout declarabitur in sequenti quæstione. Fit autẽ appropriatio communium in diuinis per quãdam correspondentiam communium ad propria, & hoc vel per viam similitudinis, vel per viã dissimilitudinis. Per viam similitudinis ad cognitionem veritatis. Per viam autẽ dissimilitudinis ad remotionem erroris, vt patebit in sequenti quæstione. Quæ correspondentia percepta in appropriatione multum valet ad percipiendum propria per communia, vt declarabitur ibidem.

20. Quod autem assumitur in argumento n.5.
quod appropriatio est occasio errandi in diuinis, quia ex illa potest intelligi quòd appropriatum isti soli conueniat cui appropriatur, aut quod magis ei conueniat &c. Dico quod nõ est verum quantum est ex parte sua ex ratione appropriationis, sed si illud euenit, hoc solum prouenit ex peruerso intellectu illius, non ex eo quod dicitur aliquid appropriari; quantum enim est de significato appropriationis, & ratione, bene intelligenti illam insinuatur, quod appropriatum sit pluribus cõmune, quia vt dictum est non appropriatur, nisi commune inquantum est commune. Sed si quis ex appropriatione intelligat, quòd appropriatum vni soli conueniat, hoc contingit illi ex hoc solummodo, scilicet quia non intelligit quid significetur nomine appropriationis, sed nomine appropriationis intelligit propriationem, in qua proprietas dicitur propriari propriè personæ alicuius, puta paternitas patri, quæ est constitutiua eius vt proprij, & non est nata alteri conuenire. Intelligit autem ille dicto modo nomine appropriationis propriationem, eo quod appropriatio videtur esse quædam ratio proprij, sicut communicatio est quædam ratio communis, vt tactum est in tertio argumento præ- n.17.
cedente. Sed non intelligitur nomine ap-

propriationis propriatio modo quo proprietas dicitur propriari, quia si ita esset, tunc ratio qua vnum commune distinguitur ab alio, non solum haberet maiorem conuenientiam cum vno proprio, quam cum altero, propter quam appropriaretur, sed esset omnino propria, ita conueniens vni, quod
c.1.2.10.5 non alteri. Quod excludit August. 7. de Trinit. ostendens, quod sapientia appropriata filio non est propria illi per hoc, quòd pater nō est sapiens sapientia quam genuit, quasi solus filius sit sapientia, & non pater nisi per filium, sed vterque per se est sapientia, & ambo simul sunt vna sapientia, quæ est ipsorum vna essentia. Nec etiam appropriatio est quædam ratio proprij, sicut communicatio est quædam ratio communis, quia communicatio est quædam ratio communis subiectiue, vt eius quod communicatur, sed appropriatio est quædam ratio proprij non subiectiue, sed obiectiue, vt eius cui appropriatur, sicut & propriatio est quædam ratio proprij, & hoc vel obiectiue, vt eius quod quodammodo fit proprium, cuiusmodi in diuinis est persona constituta in esse personali ex essentia, &
proprietate secundum superius determinata, a.33.q.5.
vel obiectiue, vt eius, cui aliquid propriatur, & hoc vel vt constitutiuum proprij, sicut proprietas propriatur proprio puta personæ, vel vt tractum ad quandam rationem proprij, sicut commune reale, quod inquantum quid reale est propriatur, inquantum vero commune est intentionale appropriatur, sicut dictum est, in qua quidem propriatione proprietas, & commune scilicet essentia propriatur subiectiue.

Conclusio ex Quæstione prima, Articuli Septuagesimi secundi.

1 *In diuinis est possibilis appropriatio communis ad proprium.* n. 11.
2. *In diuinis nullo modo est possibilis appropriatio per excellentiam.* n. 12.
3. *In diuinis est appropriatio per correspondentiam.* ibid.

QVAESTIO SECVNDA.

Vtrum communium appropriatio in diuinis sit naturalis, an voluntaria.

Circa secundum arguitur, quòd communiū appropriatio in diuinis sit naturalis non voluntaria.

1. Primo sic. Ricar. dicit 6. de Trinit. c. 1. *In diuina natura nihil potest esse ex operante gratia, sed tantum iuxta proprietatem exigentis naturæ.* Quod autem fit voluntariè fit operante gratia, quia cum voluntas sit libera, quod agit gratiosè agit, quare cum communium appropriatio sit in ipsa diuina natura, quia non est solummodo ex parte nostra, & in conceptu nostro, ergo &c.

2. Secundò sic, si appropriatio esset in diuinis voluntaria, & non naturalis, nullum commune plus esset appropriabile vni personæ, quam alteri, quia pura voluntas ex se est ad vtrumlibet, consequens falsum est, vt patet ex dictis, & amplius declarabitur in dicendis, ergo &c.

3. In contrarium est, quòd appropriatio facta est à doctoribus sacris, & potuit non fuisse facta, quod autem est naturale, & non voluntarium non potuit non fuisse factum ergo &c.

4. Dico, quòd cum voluntas, & natura sint duo generalia principia agentia in rebus, omne quod fit aut fit ab altero illorum tantum, & per se, aut ab vtroque simul, cum etiam commune appropriandum non appropriatur illi cui est appropriandum, nisi pro-
pter

pter correspondentiam aliquam ad proprium illius maiorē, quam ad proprium alterius. Secundum igitur quod multipliciter, & ex contrarijs causis solet assignari proprium, secundum hoc dupliciter, & ex contrarijs causis solet assignari propriatio, & iudicari fore naturalis, vel voluntaria. Est enim proprium quoddam naturale, quod a natura tribuitur ei cuius est, & naturale illi est, puta patri, quod sit primum, & principium totius
a 70. q. 2. n. 5. inf. q. 4. n. 24. diuinitatis, & filio, quòd sit verbum procedens per modum intellectus, & notitiæ. Aliud vero est proprium innaturale, immo contra naturam illius cui tribuitur, & illi cui tribuitur non tribuitur nisi ab intellectu erroneo, puta patri infirmitas, & impotentia, quia apud nos patres prope senectutem existentes infirmi solent esse, & impotentes, & filio insipientia, quia filij apud nos in infantia insipientes solent esse.

5. Aliqui ergo aspicientes ad proprium secundo modo causam appropriationis assignāt per viam dissimilitudinis, & correspondentiæ in contrario communis ad proprium illius cui fit appropriatio, dicentes, quod patri appropriatur potestas ne credatur fore infirmus, & impotens, filio vero sapientia, ne credatur fore insipiens. Et sic fit talis appropriatio causa remouendi ab illo cui fit appropriatio proprium per errorem tributum ei, & sic causa vitandi erroris. Et quia talis appropriatio nullā habet causam naturalem ex parte rei in appropriando commune, sed solum ex parte erronei intellectus, ideo talis appropriatio esset voluntaria, & nullo modo naturalis, & potuit omnino non fuisse facta, nec facienda, nisi intellectus erroneus præcessisset, vt tangit vltima obiectio.
a. 5.

6. Et videtur mihi quod ista causa appropriandi est inconueniens, quia si propter istā causam secundum Hilar. appropriaretur patri æternitas, secundum eandem causam, & multo magis posset appropriari, & filio. Filius enim a multis hæreticis creditus est esse temporalis non æternus, à quibus pater creditur æternus. Ad hoc ergo remouendum deberet æternitas potius appropriari filio, quod falsum est, quia vnum commune non est per se appropriabile nisi vni personæ vt in sequentibus declarabitur. Præterea sicut patres prope senectutem solent esse infirmi, & impotentes, sic solent esse desipientes, & filij è contra in iuuentute solent esse corporaliter potentes, & in sapientia proficientes. Patri igitur secundum dictam appropriationem posset appropriari sapientia, ne credatur insipiens, & filio potentia ne credatur impotens, sicut è conuerso, quod est contra modum appropriandi sanctorum.

7. Alij ergo melius aspicientes ad propriū primo modo, causam assignant appropriationis per viam similitudinis, & correspondentiæ siue congruentiæ communis ad propriū illius cui fit appropriatio, & hoc aut per viam similitudinis, aut per viam excellentiæ, vt in sequenti quæstione declarabitur. Dicunt enim, quòd communia omnia, quæ pertinent ad intellectum, per viam similitudinis appropriantur filio, quia ipse procedit per viam intellectus, illa vero quæ pertinent ad voluntatem, appropriantur Spiritui Sancto, quia ipse procedit per modum voluntatis, & illa quæ pertinent communiter ad vtrumque, vt origo & primum siue principium respectu illorum, appropriantur patri quia ipse est origo aliorum, vt in sequenti quæstione declarabitur. Et sic talis appropriatio, & ad veritatis declarationem & ad erroris vitationem. Nā per huiusmodi appropriationem manuducimur ad cognitionem propriorū in illis quibus appropriantur communia, & hoc ratione similitudinis, & conformitatis quam illa communia habent ad propria. Postquam enim de omnibus notum est, quòd sint communia, & ipsa appropriantur vni potius quam alteri, & appropriatio dicitur a ratione proprij, intelligitur quod sit aliquid proprium illi, cui appropriatur. Ex quo vlterius per huiusmodi appropriationem vitatur error latentior potius quam per appropriationem præcedentem, quia enim non appropriatur nisi quod est commune, & non est appropriatio nisi quidam tractus siue determinatio communis ad proprium, per appropriationem intelliguntur illi cui fit appropriatio inesse, & aliquid commune illi cum alijs, & aliquid proprium illi præter alios. Et secundum quòd ex hoc appropriata cognoscuntur esse vere communia, vitatur error Arrianorum, qui cum separare in personas per substantiarum diuersitatem, nihil secundum veritatem potuerunt ponere commune tribus personis, secundum vero quòd ex hoc appropriata per appropriationem cognoscuntur trahi ad propria, vitatur error Sabellianorum, qui cum confundissent personas per proprietatum identitatem nihil secundum veritatem alicui personę proprium potuerunt ascribere, cum tamen propria sit personarum vera & realis distinctio. Et sic Ecclesia ponendo in diuinis appropriata, mediam viam tenet inter duos contrarios errores, vitando Scyllam & Charybdim.

8. Et quia talis appropriatio habet ex parte eius, quod appropriatur, & eius cui appropriatur, causam naturalem dictā, s. conuenientiā cōmunis ad proprium illius cui fit appropriatio, ex hoc aliqui crediderunt, quod appropriatio esset omnino, & pure naturalis, & non voluntaria.

luntaria. Sed non est ita, quia causa appropriationis non tam est dicta conuenientia, quam dicta declaratio veritatis, & erroris vitatio, quæ sunt tanquam causa finalis motiua, vt fieret ab appropriante talis appropriatio, sine qua nulla esset appropriandi necessitas, etsi propter primam causam esset appropriandi pluralitas. Quæ quidem causa motiua nō tam est naturæ, quam hominis ad talem appropriationem faciendam, ita quòd non tam propter naturam necesse fuit talem fieri appropriationem, quam propter hominis instructionem in cognitione veritatis, & cautelam in vitatione erroris.

9. Dico ergo breuiter ad quæstionem, quòd appropriatio in diuinis non est totaliter
n.9. naturalis, vt procedit vltima obiectio, nec
n.12. totaliter voluntaria, vt procedunt duæ primæ obiectiones, sed partim naturalis, & partim voluntaria est, & plus voluntaria quam naturalis, quia causa siue ratio materialis, qua possibile est fieri talem appropriationem, est naturalis, puta dicta similitudo communis ad proprium illius, cui est appropriandū. Causa vero siue ratio principalis, & finalis propter quam necesse fuit fieri talem appropriationem, erat voluntaria, puta dicta instructio, & erroris vitatio. Et sic inchoatiue siue originaliter est naturalis, & à natura. Completiuè autem est voluntaria, & a voluntate, & hoc quodammodo ad modum,
2. Eth. c. quo Philosophus in secundo moral. determi-
2. to. 5. nat de virtute morali, quòd partim est à natura, partim ab assuetudine. Sicut enim dicit ibidem de virtutibus. *Neque natura neque præter naturam insunt virtutes, sed innatis quidem nobis suscipere eas, perfectis autem per assuetudinem*, possumus hic dicere de appropriatione, neque natura, neque præter naturam, inest appropriatio, sed innatis quidem communibus suscipere eam, perfectis autem in ea per voluntatem.

n.1. 10. Ad argumenta vtriusque partis est respondendum. Quod ergo arguitur primò quod in diuina natura nihil potest esse nisi iuxta exigentia naturæ proprietatem. Dico hic iuxta idem quod iam dixi ad principalem quæstionem. Quod enim totaliter est in diuina natura, non est in illa nisi iuxta exigentis naturæ proprietatem, quale est illud in quo Ricardus declarat dictum suum
l. 6. c. 1. subdens continue. *Sicut enim innascibili natu-*
n. 4. *rale est ab alio non procedere, sic ei naturale est de seipso procedentem habere*. Sed taliter non est appropriatio in diuina natura, quia necessariò esset tantum à natura, absque omni operatione voluntatis per liberum arbitrium, vt procedit argumentum, & bene, sed ipsa est partim in diuina natura, partim in conceptu approprianris, & plus in conceptu appropriantis, quam in diuina natura. Est enim in diuina natura solummodo, quia in illa sunt appropriationis materialia, scilicet quod appropriatur, & cui fit appropriatio, & ratione cuius fit appropriatio. Est enim in conceptu appropriantis, quia in illo est appropriatio formaliter, & quod formale est in illa, & etiam causa finalis prædicta, propter quam fit appropriatio. Et sic in diuina natura bene potest esse partim iuxta exigentis naturæ proprietatem, & partim iuxta voluntatis exigentia libertatem.

11. Quod arguitur secundo, si appropria- n.2.
tio esset voluntaria nullum commune esset plus appropriabile vni personæ quam alteri. Dico, quod verum est si esset pure voluntaria habens nullam rationem appropriandi à natura aliquod commune plus vni personæ quam alteri. Tunc enim voluntas rationalis esset ad vtrumlibet, in appropriando scilicet illud vni, & alteri, vt procedit obiectio. Postquam tamen non est ita voluntaria, quin habeat in natura, & ex natura rationem appropriandi secundum prædicta, bene cum hoc quod appropriatio est voluntaria, & voluntas est adhuc ad vtrumlibet scilicet in appropriando, & non appropriando commune illi cui est appropriabile secundum naturam, etiam est quodammodo naturalis, quia ratione illa qua liberum arbitrium voluntatis ducitur à natura ad appropriandum appropriabile, bene est vnum commune plus appropriabile vni personæ, quā alteri, & quo ad hoc appropriatio est naturalis, sicut dictum est.

12. Per hoc patet, quod tertium argu- n.3.
mentum bene concludit, quòd appropriatio aliquo modo est voluntaria, nequaquam tamen potest concludere, quod ita sit voluntaria, quin cum hoc aliquo modo sit naturalis.

✠

Conclusiones ex Quæstione secunda, Articuli Septuagesimi secundi.

1. *Appropriatio in diuinis non est totaliter naturalis, nec totaliter voluntaria.* n. 9.
2. *Est partim naturalis, & partim voluntaria.* ibid.
3. *Est plus voluntaria, quam naturalis.* ibid.

QVAESTIO TERTIA.

Vtrum omnia communia diuinis sint appropriabilia.

Circa Tertium arguitur, quòd non omnia communia in diuinis sint appropriabilia.

1. Primò sic. Appropriatum per se positum dat intelligere propriũ cui est appropriatum, & supponit pro illo solo, vt vrba pro Roma, q. 1. n. 9. 10. sicut dictum est supra. Quare si omnia communia in diuinis essent appropriabilia, quodlibet illorum per se positum daret intelligere proprium cui esset appropriatum, & supponeret pro illo solo, consequens falsum est, quia est aliquid primum, & communissimum in diuinis per se positum quod nullum proprium dat intelligere, aut supponit pro illo, D. 14. vt cum dicitur Exod. 3. *Ego sum qui sum*, esse supponit ibi communiter pro tota Trinitate, non pro aliqua persona singulari, & sicut hoc contingit de esse, sic de pluribus alijs communibus in diuinis, ergo &c.

2. Secundo sic appropriatio fit propter conuenientiam & similitudinem ad propria illorum quibus appropriantur maiorem, quã q. 2. ad propria aliorum secundum iam determinata sed est commune in diuinis aliquod puta deitas, à qua quælibet personarum denomi- a. 51. q. 4. n. 12. q. 3. n. 31. natur Deus, quod non maiorem similitudinem habet ad proprium vnius personæ quam alterius, eo quod quasi materialis, & fundamentalis est ad omnia propria, & sic quasi in potentia, & per indifferentiam se habet ad omnia propria sicut materia ad omnes formas, ad quas æqualiter est in potentia, & quod tale est nullam maiorem similitudinem habet ad vnum illorum, quã ad aliud, ergo &c.

3. Contra maiorem conuenientiam habẽt in diuinis cum proprijs quæcunque communia, quæ propriè sunt in diuinis, puta potestas, sapientia, bonitas, & cætera huiusmodi, quam quodcunque commune eorum, quæ translatiuè habent esse in illis, puta lux, dulcedo, & huiusmodi, quia illa verius habent esse in diuinis, quam ista, quare cum aliqua illorum habent appropriari translata ad diuina, multo fortius, & quodlibet illorum.

4. Dico ex determinatis in præcedẽti quæstione, quòd in appropriatione est duo considerare scilicet appropriationis originem ex parte naturæ, & pluralitatis appropriandi, & appropriationis complementum ex parte voluntatis, & actus appropriandi. Aspiciendo siquidem ad secundum scilicet ad appropriationis actum, & complementum, qui procedit ab vsu, & voluntate appropriantium, si esset quæstio de appropriatione quoad actum appropriandi, an scilicet omnia communia in diuinis essent appropriabilia, vere puto, quòd nequaquam, immo quòd sunt plurima quorum adhuc appropriatio non est vsitata, nec in Sacra Scriptura, nec in dictis Sanctorum, nec in obseruantia Ecclesiæ. Sed illorum solummodo appropriatio est vsitata, quorum est euidens similitudo ad propria, aliorum autem nequaquam. Vnde si iam sunt aliqua vsitatè appropriata patri, hoc est propter congruentiam specialem, & euidentem ad primitatem in ipso, quæ in ipso est proprietas

prietas continens, & rationem innascibilitatis in carendo principio alio, & rationem generationis in principiando alia. Propter quod æternitas ei appropriatur propter congruentiam ad primitatem suam in carēdo alio principio, quia æternitas de ratione sua dicit carentiam principij in durando. Vnde August. de appropriatione æternitatis patris secundum Hilar. non arbitratur Hilar. per huiusmodi appropriationem dare intelligere, nisi quòd pater non habet patrem de quo sit,
nu. 3. vt dicit 6. de Trinit. cap. vlt. Est etiam alius modus appropriandi patri æternitatem scilicet propter congruentiam ad primitatem patris, scilicet in principiando alia. Quia enim æternitas est prima mensura durandi, quia ab æternitate fluit æuum sicut ab æuo tempus, secundum illud Boeth. *Tempus ab æuo*
de cōsol. li. 3 Metro 9. *Ire iubes*, & patri competit ratio principiandi omnia alia, ideo etiam patri appropriatur æternitas. Similiter appropriata est patri potestas vsitate. Similiter etiam aliqua sunt appropriata filio, puta veritas, sapientia, lux, & huiusmodi, & similiter Spiritui Sancto bonitas, pietas, dulcedo & huiusmodi, & hæc euenit quia euidenter similitudinem, & congruentiam habent ad propria illorum. Quā appropriationem beatus Bernardus super Cātica explicans dicit. *O beata Trinitas, veritas, bonitas, æternitas.* Vnde & aliqua quæ nunquam patri fuerunt appropriata, bene de nouo incipiunt appropriari, sicut ante tempus Hila. forte species non fuit appropriata filio, nec vsus Spiritui Sancto, quia non fuit euidens appropriandi ratio, quæ euidens incepit fieri per expositionem August. Nec tamē eam plene euidentem fecit, nec quo ad speciē nec quo ad vsum. Quo ad speciem, in eodē
Lib. 6. de T I c. vlt. nu. 3. dicit. *In imagine speciem nominauit credo propter pulchritudinem.* Species enim æquiuocū est, & similiter pulchritudo. Vno enim modo species appellatur forma quæ dat esse inquantum dat esse simpliciter, cui adest modus inquantum dat determinatum esse, & ordo inquantum alteri congruit, vt fini ad quem est.

5. Et consistunt ista tria in simplici essentia cuiusque formæ creatæ, & sunt tres partes vestigij in quacunque natura scilicet species, modus, & ordo, & sic forma est qua res consistit, qua discernitur, qua congruit, secundū quòd de specie, modo, & ordine dicit Augu.
cap. 3 10. 6 de natura boni. *Vbi aliquis modus aliqua species & aliquis ordo est, aliquod bonum est, aliqua natura est. Vbi nullus modus, nulla species, nullus ordo est, nullum bonum est, nulla natura est.* Et sic inuenitur in forma omnino simplici, creata tamen. Quia etsi in diuinis essentia penitus absoluta sit species, quia ipsa species est sicut est forma qua Deus est, non tamen species est sicut in creaturis quia in illis non est forma species esse per rationem contingens. Modus etiā in illa nō est secundū quod est in creaturis, quia in creaturis modus determinationē, & limitationem secundum mēsuram dicit, & medium inter nimium, & modicum, dicente August. de natura boni cap. 21. *Parua, ac exigua communi vsu loquendi modica dicuntur, quia modus aliquis in eis resistit, sine quo iam non modica, sed omnino nulla essent. Illa autem quæ propter nimium progressum dicuntur modica, nimietate culpantur. Deus autem nec immoderatus dicendus est, à quo modus omnibus rebus* c. 22.
tribuitur vt aliquo modo esse possint. Est tamen eius modus eius immensitas, in quo licet non sit finis consumens, est tamen in eo finis consummans. Ordo etiam in illo non est qualis est in creaturis scilicet alicuius ad aliquid aliud vt ad finem, sed alicuius ad aliquid aliud vt ad illud quod est ratio quædam eius quod est omnium finis. Ordo autem in creatura est eorum quæ sunt ad finem inter se, & cum hoc omnium aliorum simul ad ipsum finem. Hinc dicit August. de natura boni, quod *Deus* c. 3. 10. 6.
super omnē creaturā modū est, sup omnē speciē sup omnē ordinē nec spatijs locorū supra est, sed ineffabili, & singulari potentia, à qua omnis modus, omnis species, omnis ordo. Et sic in Deo species non consistit nisi in simplici natura, nata tamen cum alio componi, nec modus nisi in immenso, nec ordo nisi in pluribus, quæ quidem plura sunt rationes omnium communium in Deo inter se ordinatorum, & sic propriorum inter se, & etiam communium ad propria. Qui quidem ordo non est nisi ad instar plurium, quæ inter se ordinantur in eodē toto absque vlteriori ordine eorum ad aliud in ratione finis. In quolibet enim illorum quæ in Deo sunt distincta, siue secundum rationem vt communia, siue secundum rem, vt propria, & simplex est species cuiusque illorum, & modus immensus, & ordo congruus singulorum ad singula, sicut plura quæ ordinantur inter se in creaturis, aliquæ partes sunt eiusdem totius. & cuiuslibet illorum est species compositionem contingens, & modus mensuratus, & finitus, siue determinatus, & ordo congruus.

6. Et propter pluralitatem distinguitur in creaturis aliter quam in speciem, modum, & ordinem scilicet in numerum, mensuram, & pondus. Et sunt idem mensura, & modus similiter ordo, & pondus, præter hoc quòd pondus dicit habilitatem tendendi ad situm, & ordo quietem in situ. Eadem autem est ratio tendendi ad situm, & consistendi in situ. Pro specie autem ponitur numerus, quia in isto ordine species secundum

rem, siue secundum rationem plurificatur in diuersis, quorum quodlibet habet in creaturis propriam mensuram, & in diuinis quotquot sunt: plura non habent mensuram, nisi vnicam scilicet immensitatis. Et inuenitur iste ternarius correspondenter in Deo, & in creaturis. In creaturis quidem siue distinctis abinuicem, sicut sunt diuersa tota siue diuersæ partes in eodem toto. De quo dicit August. quo ad distinctionem partium in toto, de Gen. contra Manichæos cap. 17. (to.1.) *Nullius cuius animalis corpus, & membra considero, vbi non mensuram, & numerum, & ordinem inueniam ad vnitatem concordiæ pertinere, quæ omnia vnde veniant non intelligo nisi à summa mensura, & numero, & ordine, quæ in ipsa Dei sublimitate incommutabili, ac æterna consistunt.* Et extendendo illa tria etiam ad partes vniuersi distinctas abinuicem sicut diuersa tota, subdit dicens. *In omnibus mensuras, numeros, & ordinem vides, artificem quære, nec alium inuenies nisi vbi summa mensura, & summus numerus, & summus ordo est*, idest Deum.

(ibid.) 7. Inuenitur autem dictus ternarius in Deo, & inter distinctos realiter, vt inter personas, quæ inter se habent numerum, & distinctæ sunt suis formis, siue speciebus, puta proprietatibus relatiuis, & habent mensuram vnius immensitatis, & ordinem naturæ inter se, de quo habitum est supra. Sunt etiam inter communia personarum, quæ inter se habent numerum suarum formarum siue specierum scilicet rationes proprias, & mensuram immensitatis, & ordinem naturæ inter se, de quo etiam habitum est supra. (2.72.q.2. num.82. 2.60.q.3. n.32.) Et sunt numerus iste, mensura, & ordo communes tribus diuinis personis, sicut & ipsa absoluta quorum sunt primò, & per se. Sed numerus appropriatur patri primo quia in ipso est pluralitas proprietatum scilicet ingeneratio, & generatio actiue. Filio autem appropriatur mensura, quia est imago procedens sub ratione mensurarum. Spiritui Sancto autem ordo, quia ipse in finem per amorem dirigit. Ad ordinem autem quoruncunque distinctorum inter se, sequitur congruentia, & pulchritudo in eis, dicente August. lib. 1. de ordine cap. 7. (to 1.) *Ordo atque dispositio, quia vniuersi congruentiam ipsa distinctione custodit, ex contrarijs omnium rerum simul pulchritudo figuratur.*

8. Et ista pulchritudo diuersatur secundum diuersitatem ordinatorum, quia in diuinis est quædam pulchritudo proprium scilicet diuinarum personarum inter se, quædam vero ex ordine communium in tribus personis existentium. Et prima istarum propria est ordinatis, secundum quod ipsa ordinata propria sunt, & ordo illorum proprius est illis. Secunda vero est communis proprijs secundum quod ipsa ordinata communia sunt, & ordo illorum communis est illis. Et iterum propria istarum duplex est, secundum quod duplex est ordo in proprijs. Est enim quidam ordo in singulis existens, & mutuus eorum ad inuicem. Est autem alius ordo in vno illorum ad vnum non mutuus. Et primo istorum duorum modorum est ordo trium personarum diuinarum mutuus inter se scilicet patris ad filium, & è conuerso, & vtriusque ad Spiritum Sanctum, & è conuerso, de quo habitum est superius. (a.60.q.3.) Secundo vero modo est ordo solius filij, vt est imago sub ratione imaginis ad patrem per se, non autem è conuerso patris, vt imaginari ad filium imaginē nisi per accidēs, quia filius, vt imago per se habet ordinem ad patrem vt ad imaginatum. Ad modum quo secundo genere relationis filius vt imago, & mensuratum per se ad patrem refertur, vt ad imaginatum. Pater autem è conuerso ad filium, vt ad imaginē non refertur vt imaginatū, & mēsura nisi per accidens, secundum superius determinata.

9. Et pulchritudo in ordinatis primo istorum modorum, sicut, & ordo, est propria in singulis ordinatis personis, quia propria est patri vt consistit in ordine, qui est patris ad filium, & è conuerso propria est filio, vt consistit in ordine, qui est filij ad patrem, & similiter vt est in Spiritu Sancto respectu vtriusq; sed est communis in solis patre, & filio respectu Spiritus Sancti. Et ideo talis pulchritudo, quia est propria singulis, vel duobus nulli potest esse appropriata, quia in diuinis non est propriatum nisi commune tribus, vt supra determinatum est. (q 2.) Pulchritudo etiam in ordinatis secundo istorum modorum sicut, & ordo ipse in vnica persona est tantum, puta in filio vt est imago, & hoc in ordine, quem habet ad patrem tantum, & ideo ista pulchritudo in imagine non est appropriata, quia est propria, & est in illa inquantum plene, & perfecte repræsētat id cuius est imago. De qua pulchritudine aliqui intelligunt loqui August. quando exponendo Hilar. dicit. (lib. 6. de Tri.c.vl. to.3.) *In imagine speciem nominauit credo propter pulchritudinem.* Postquam enim ista pulchritudo sit propria, non potest appropriari, quia vt dictū est nihil appropriabile nisi commune. Pulchritudo autem in diuinis ex ordine omniū inter se communis est tribus personis, sicut & ipsa ordinata inueniuntur communiter in tribus personis. Et de ista pulchritudine intelligit August. quòd est appropriata imagini, & intellecta ab Hilar. nomine speciei. Et hoc propter similitudinem ad proprium imaginis, quod consistit in congruentia, æqualitate, & similitudine imaginis, vt est imago

ad

ad imaginatum, quæ æqualitas, & similitudo pertinent ad secundum genus relationis, vt habitum est supra. Vnde postquam dixit Augustinus. *In imagine speciem nominauit credo propter pulchritudinem*, continue subiunxit. *Vbi est iam tanta congruentia, & prima æqualitas, & prima similitudo nulla in re dissidens, & nullo modo inæqualis, & nulla ex parte dissimilis, sed ad identitatem respondens ei cuius est imago*. Et quo ad identitatem subdit. *Et vbi est prima, & summa vita, &c.* Vnde ista pulchritudo est imaginis, vt est ipsa aliquid in se scilicet summa vita, summa sapientia, summa bonitas, & cætera communia in diuinis. In imagine enim duplex pulchritudo consideratur, vna vt est repræsentatiua eius, cuius est imago, alia vt est res quædam in se. Et prima pulchritudo consideratur in imagine, vt perfecte imitatur illud cuius est imago, & est repræsentatiua perfecte illius, & consistit in numero propriorum scilicet personarum, & personalium, & hoc secundum commensurationem in æqualitate quantitatis, & secundum conformationem in similitudine qualitatis ipsius imaginis ad id cuius est, & non è conuerso.

10. Secūda vero pulchritudo cōsideratur in imagine, & eo cuius est imago, sicut, & in cæteris rebus, & consistit in numero communium secundum commensurationem mutuam eorundem in æqualitate quantitatis, & secundum conformationem in similitudine qualitatis, ad modum quo in corpore est pulchritudo cum est multitudo membrorum perfecta in quantitate, & qualitate, quæ congrue, & proportionaliter sunt disposita, & ordinata, secundum quod propter hanc proportionem, & dispositionem dicit August. *Vbi iam est tanta congruentia*, &c. Propter perfectionem autem in quantitate ad quam sequitur summa æqualitas, subdit. *Vbi est prima, & summa vita*, &c. Propter perfectionem autem in qualitate ad quam sequitur summa similitudo, addit. *Tanquam verbum perfectū*, &c. Sunt enim verbum, & ars, tanquam lux, & splendor, siue qualitas intellectus. Et pertinent ista æqualitas, & ista similitudo ad septimum genus relationis.

11. Quo ad vsū autem similiter non planam aut euidentem fecit August. appropriationem Hilar. in eo quod dicit, *Dilectio, delectatio, felicitas, vel beatitudo vsus appellatus est*. Vsus enim æquiuocum est ad vsum proprie dictum, & ad vsum communiter acceptum qui cōtinet in se ipsum frui. Vsus enim proprie acceptus distinguitur contra frui, secundum quod definiendo vti, & frui dicit August. primo de doctrina christiana cap. 4. *Frui est amore alicui rei inhærere propter seipsam. Vti vero est id quod in vsum venit referre ad obtinendum illud quo fruendum est.* E. vius ab vti tali modo acce... o nequaquam appropriari potest Spiritui Sancto, quia vius talis non est nisi eorum, quæ sunt ad finem. Finis autem non est vtendum, sed fruendum tantum Spiritus Sanctus autem non est res, quæ sit ad finem, & qua vtendum est, neque proprie, neque appropriate, sed solummodo qua fruendum est, vt fine communiter cum patre, & filio, dicente August. vbi supra c. 3. *Res illæ quibus fruendum est nos beatos faciunt, illæ quibus vtendum, tendentes ad beatitudinem adiuuant*, & cap. 5 *Res ergo quibus fruendum est sunt pater, & filius, & Spiritus sanctus eadem Trinitas, quædam res summa communis omnibus fruentibus ea*, vtendum est hoc mundo. De vsu vero communiter accepto dicit August. 10. de Trinit. cap. 11. *Vti est assumere aliquid in facultatem voluntatis, ideoque omnis qui fruitur vtitur. Assumit enim aliquid in facultatem voluntatis cum fine delectationis*. Et hoc modo vsus appropriatur Spiritui Sancto tanquam conueniens cum proprio illius, quia scilicet procedit vt amor, qui suauis est, & omnia delectat, & sini in quo est vltima beatitudo coniungit, & ita patrem, & filium. Quod exponit August. in exponendo causam dictæ appropriationis dicens. *Vsus appellatus est Spiritus Sanctus genitoris genitique suauitas, ingenti largitate, atque vbertate perfundens omnes creaturas pro captu earum, vt ordinem suum teneant, & locis suis acquiescant*. Sic ergo loquendo de appropriatione quo ad actum, & complementum eius, nequaquam omnia communia sunt appropriata, nec de hoc quærit quæstio.

12. Loquendo autem de aptitudine, seu habilitate ad appropriationem prout proposita est quæstio in diuinis, dicunt aliqui, quod non omnia communia in diuinis sunt appropriabilia, puta essentia, esse, vita, viuere, & cætera huiusmodi, quæ scilicet in ratione suæ communitatis nullam similitudinem, aut congruentiam habent cum proprio alicuius personæ magis, quam cum proprio alterius. Et re vera si ita esset, quæcunque iam talia in diuinis essent, nequaquam appropriabilia essent deficiente causa appropriationis secundum prædeterminata, sed hoc est impossibile, quia scilicet personæ diuinæ sunt ordinatæ penes primum, secundum, & tertium ratione notorum propriorum. Similiter communia quæ sunt in proprijs ordinata sunt penes primum, secundum, & tertium ratione sui. Sed impossibile est quod primum in ordinatis in vera coordinatione penes primum, secundum, & tertium, non magis conueniat cum primo in ordinatis in alia coordinatione, quam cum

cum secundo, aut tertio etiam alijs eisdem retentis, & similiter est de secundo in vna coordinatione cum secundo in alia, & similiter de tertio cum tertio. Impossibile est ergo esse aliqua communia in diuinis quin sint appropriabilia alicui personæ potius quam alteri, & hoc propter maiorem conuenientiam ad proprium illius quam ad proprium alterius. Quod puto esse verum de omnibus communibus siue sint absoluta siue relatiua.

13. Vnde dico, quòd sicut in diuinis omnia communia quæ pertinent ad voluntatem, quia sunt in tertia differentia ordinis ad illa quæ pertinent ad intellectum, & ad illa quæ indifferenter se habent ad intellectum & voluntatem, appropriantur Spiritui Sancto, qui est tertia persona in diuinis, similiter communia illa quæ pertinent ad intellectum, quia sunt in secunda differentia ordinis, appropriantur filio, qui est secunda persona in diuinis, sic illa quæ indifferenter se habent ad vtrumque, quia sunt in prima differentia ordinis, sunt generaliter, & appropriantur patri, qui est prima persona in diuinis, & hoc etiam si nulla alia specialior est appropriationis ratio communium in diuinis facienda patri, aut filio, aut Spiritui Sancto. Et sic illa quæ indifferenter se habent ad intellectum, & voluntatem, sunt quasi pertinentia ad memoriam, quæ patri approprianda est cum omnibus pertinentibus ad illam, similiter filio intelligentia cum omnibus pertinentibus ad illam, & Spiritui Sancto voluntas cum omnibus pertinentibus ad illam.

14. Dico ergo, quod esse, & essentia, viuere, & vita, deitas, & Deus appropriabilia sunt patri potius quam filio, & Spiritui Sancto, sed secundum actum, & vsum sanctorum appropriata non sunt, & hoc quia speciales rationes appropriandi præter rationem primi ad aliquod propriũ patris in illis non sunt inuentæ, sicut inuentæ sunt super generalem rationẽ secundi in illis, quæ iam appropriata sunt filio, & sicut inuentæ sunt super generalem rationem in illis, quæ iam appropriata sunt Spiritui Sancto.

n. 8. 15. Argumentum primum in oppositum bene probat, quòd nullum talium per se adhuc est appropriatum alicui personæ, quin tamen sit quodlibet illorum appropriabile, nequaquam probat. Quid autem sentiendum est de esse in illo dicto, *Ego sum qui sum*, patebit in sequentibus. q. 5. n. 8. a. 71 q. 8 n. 19.

n. 2. 16. Ad secundum specialiter inductum de deitate, quòd non sit appropriabilis, quia per indifferentiam se habet ad propria trium personarum. Dico quod verum est, quòd deitas non est appropriabilis quantum est ex speciali ratione appropriãdi. Quantum tamen est de generali ratione appropriandi, videlicet quia deitas est primum, & principium quoddam respectu omnium propriorũ, & propriatarũ, & communium, quæ pertinent ad voluntatẽ & intellectum, in hoc conuenit magis cũ proprio patris, quam filij, aut Spiritus Sancti in eo videlicet, quod pater est primum, & principium respectu aliarum personarum, ideo potius est patri appropriabile, quam filio, aut Spiritui Sancto.

17. Ad tertium in oppositum, quia non bene cõcludit intẽtũ, quod si translatiue dicta de Deo appropriabilia sunt, quare multo fortius quæcunque propria. Dico, quòd verum esset si ratio eius quod est propriè, aut translatiue dici, esset ratio, seu causa appropriationis, aut res ipsa significata hincinde. Nunc autẽ non est ita, sed in trãslatis causa appropriationis est conditio rei significatæ hincinde. Quia enim lux corporalis est motiua virtutis cognitiuæ, ideo ipsa translata ad diuina appropriabilis est, sicut & alia quæ pertinent in Deo ad virtutem cognitiuam, quæ est intellectus, & hoc præcipue quia repræsentat lucem spiritualem, quæ pertinet ad intellectum. Non sic autem deitas conditionem aliquam specialem importat propter quam alicui determinate poterit appropriari, & ideo nec appropriatum est nomen deitatis in diuinis, sicut appropriatũ est nomẽ lucis. Vnde, & propter istam indifferentiam nomen Dei triplicẽ deriuationem habet a nominibus græcis, & secundum vnam appropriatur patri, secundum aliam filio, secundum tertiam Spiritui Sancto. Deus enim vno modo dicitur à [Greek], quod est fouere siue fouens, & appropriatur patri, quia ab ipso omnia habent fomẽtum, in eo quod est primum principium dandi omnibus esse. Alio autem modo dicitur a [Greek], quod est videre siue videns, quod appropriatur filio, quia per modum visus, & cognitionis procedit. Tertio Deus dicitur ab [Greek], quod est ardere, siue ardens, quod approriatur Spiritui Sancto, quia ipse procedit, vt ardor, aut flamma.

✠

Conclusiones ex Quæstione tertia, Articuli Septuagesimi secundi.

1. *Quoad actum appropriandi non omnia communia in diuinis sunt appropriabilia. n. 4. 11.*
2. *Quoad aptitudinem impossibile est esse aliqua communia in diuinis, siue absoluta, siue relatiua, quin sint appropriabilia alicui personæ potius quam alteri. n. 12.*
3. *In diuinis omnia communia, quæ pertinent ad voluntatem appropriantur Spiritui Sancto, illa quæ pertinent ad intellectum filio, & quæ indifferenter se habent ad vtrumque Patri. n. 13.*
4. *Esse, essentia, viuere, & vita, deitas, & Deus appropriabilia sunt patri potius quam filio, & Spiritui Sancto, licet secundum actum, & vsum Sanctorum appropriata non sint. n. 14.*

QVAESTIO QVARTA.

Vtrum plura possint appropriari vni.

Circa quartum arguitur, quod non possunt vni appropriari plura cõmunia in diuinis.

1. Primò sic, communium appropriatio attestatiua, & declaratiua est proprij in eo cui appropriatur secundum superius determinata, sed plurium appropriatio
q.2. vni non est declaratiua proprij in illo, quia appropriatio non est declaratiua proprij nisi inquantum sapit rationem proprij, vt etiam
ibid. determinatum est supra. Plurium autem appropriatio vni non sapit rationem proprij, sed communis, eo quod communis est ipsis pluribus appropriatio, ergo &c.

2. Secũdò sic, si hęc est p se, appropriatio ẽ attestatiua, & declaratiua proprij in eo cui fit appropriatio, ergo vna appropriatio ẽ attestatiua, & declaratiua vnius ꝓprij in illo, & plures appropriationes sũt attestatiuę, & declaratiuæ plurium propriorum in eodem, quia si hæc est per se, homo est animal, vnus homo est vnum animal, & plures homines sunt plura animalia, & hæc est per se, appropriatio est declaratius siue attestatiua proprij, quia eius rationem includit in suo significato. Aut ergo non sunt plurium plures appropriationes in diuinis, aut tot sunt propria illi cui fit appropriatio, quot sunt appropriationes, & quot communia illi appropriantur, consequens falsum est, quia tunc si tria communia, vel plura in diuinis vni appropriarentur, oporteret, in eo tot esse propria, quod falsum est, ergo &c.

3. In contrarium est, quòd si omnia communia sint appropriabilia secundum deter- q.5.
minata, cum non sint nisi quatuor propria tribus personis secundum prædeterminata. a.55.q.3.
& multo plura sunt communia, necesse ergo est quod plura vni sint appropriabilia.

4. Quod etiam patet ex diuersis appropriationibus à diuersis doctoribus factis tri- q.8.
bus personis, quia patri secundum Hilar. ap- a.68.q.2.
propriatur æternitas, filio species, Spiritui n.18.
Sancto vsus, secundum modum iam supra expositum. Et secundum August. in de doctrina christiana, patri appropriatur vnitas, filio æqualitas, Spiritui Sancto concordia, vt supra expositum est loquendo de relationibus communibus. Item patri appropriatur potentia, filio sapientia, Spiritui Sancto bonitas.

Item

Li. 1. c. 6. to. 3. Rom. 11. D. 36. Item secundum August. lib. de Trinitate, *non confusa accipiendum est quod ait Apostolus. Ex ipso, per ipsum, & in ipso sunt omnia. Ex ipso propter patrem per ipsum propter filium, in ipso propter Spiritum Sanctum.*

5. Quod etiam omnia communia sint appropriande vni, vt patri, arguitur sic, illud quod commune est multis, & vni illorum sic commune est quod illud habet ex se, & alij ab illo, magis est illi vni appropriabile quam alicui aliorum, quia quod conuenit alicui ex se, inquantum huiusmodi magis natum est esse proprium illi, quam quod conueniat ei ab alio, omnia communia in diuinis patri conueniunt ex se, filio, & Spiritui Sancto
a. 54. q. 1. à patre, secundum superius determinata, ergo &c.

6. Quod etiam omnia communia sunt appropriande filio arguitur, quæcunque ad intellectum pertinent in diuinis, appropriandae sunt filio, quia ipse procedit per modum
q. 3. n. 13. intellectus secundum prædeterminata, omnia communia inquantum communia sunt pertinent ad intellectum, quia commune, & proprium sunt quædam secundæ intentiones circa rem eãdem in diuinis, & nihil est appropriabile nisi commune inquantum cõ-
q. 1. mune est etiam secundum prædeterminata, ergo &c.

7. Quod etiam omnia communia appropriãda sunt Spiritui Sancto, arguitur sic, cõmune dicitur aliquid, quia pluribus est communicatum siue communicabile. Ratio aũt communicabilis per se conuenit Spiritui Sãcto, quia ipse procedit per modum amoris, qui est virtus communicandi, & August. di-
to. 3. cit 6. de Trinit. cap. 5. *Spiritus Sanctus commune aliquid est patris, & filij quicquid illud est, at ipsa communio consubstantia is, & aeterna. Quasi amicitia conuenienter dici possit, dicatur, sed aptius dici potest charitas, & hæc quoque substantia, quia Deus substantia est, & Deus*
1. Io. 4. C. 16. *charitas est.* Appropriatio autem secundum
q. 1. prædicta fit per conuenientiam siue similitudinem communis ad proprium, ergo &c.

8. Dico secundum quod dicunt mediæ rationes inductæ, quòd in diuinis plura communia vni personæ bene est possibile appropriari, sicut ex illis aliqua iam sunt etiam appropriata, & hoc propter plurium communium maiorem conuenientiam, & similitudinem, quam possunt habere cũ proprio vnius personæ, quam cum proprio alterius, sed diuersimode, & quo ad diuersas coordinationes appropriatorum tribus personis diuinis, & quo ad diuersa omnia appropriata. Omnia enim appropriata per conuenientiam ad propria appropriantur, & hoc diuersimode, quia vel per conuenientiam ad diuersa propria, vel per conuenientiam ad diuersas rationes eiusdem proprij. Et sic secundum quod propria, aut rationes propriorum sunt diuersa, & secundum quam in ad ordinem intellectua nostri se habentia, secundum hoc diuersa sunt appropriata, & diuersæ etiam sunt coordinationes illorum.

9. In patre autem duo sunt propria scilicet innascibilitas, secundum quam non habet esse ab alio, & generare, secundum quod alius habet esse ab ipso, quæ ambo connectuntur in ratione primitatis secundum duas rationes primi. Secundum enim quòd primum est ante quod non est aliud, primitas continet innascibilitatẽ, secundũ vero quod primum est post quod aliud, primitas continet in se generationem. Et sic patris primitas quia non ab alio est, sed a quo alius, in diuinitate tenet rationem eius, quod in creaturis est ante, & post, & sic est innascibilitas proprietas prima in patre, & generare secunda. Aeternitas ergo quia secundum rationem suam caret principio, & in hoc assimilatur innascibilitati, & appropriatur patri se-
cundum prædicta, ideo æternitas est primum q. 2. n. 6.
appropriatum patri, & simpliciter omniũ ap- q. 3. n. 4.
propriatorum primum.

10. In filio autem licet non sit nisi vnum proprium scilicet generari, siue dici, secundum quod habet ab alio esse, quia tamen procedit per modum naturæ intellectualis, ratione naturæ simpliciter dicitur generari, ratione vero naturæ intellectualis dicitur dici, & inquantum generatur dicitur imago, inquantum vero dicitur, verbum. Et sunt generari, & imago, rationes primi, dici vero, & verbum rationes secundi. Et inquantum est imago simpliciter, ei appropriatur species siue pulchritudo communis tribus personis, quæ est in illis ex ordine communium inter se propter similitudinem illius ad pulchritudinem, quæ est propria imaginis, vt est repręsentatiua eius cuius est, vt dictum est in præcedenti quæstione. Et similiter æqualitas, quæ est communis tribus personis pertinens ad tertium genus relationis, ei appropriatur inquantum est imago perfectè imitans, & implens illud, cuius est imago propter similitudinem ad æqualitatem, quæ est propria imagini pertinens ad secundum genus relationis, de qua æqualitate habitum est
supra in relationibus communibus. Et sicut prior est ratio imaginis simpliciter quam ratio imaginis perfectè imitantis, sic prior est ratio speciei, quam æqualitatis in illa, & primum appropriatum filio est species, secundũ æqualitas. a. 48.

11. Similiter in Spiritu Sancto licet non sit nisi vna proprietas, quæ est spirari, secun-

dum quam habet esse ab alio modo amoris, quia tamen amor duo facit. Primo enim delectat amantem in amato, secundo delectatione eos nectit inter se, & sic in fine quod est bonum, ideo primum appropriatum Spiritui Sancto est vsus, quia primo conuenit cũ proprio illius, vt expositum est in praecedenti quaestione, secundum vero dicitur concordia. Idcirco ergo prima coordinatio appropriatorum personis Trinitatis est secundum Hilar. aeternitatis in patre, speciei in filio, vsus in Spiritu Sancto, quae sunt prima illis appropriata.

art. 11. D. August. lib. 6. de Tri. c. vlt. to. 3.

12. Item generare quod est secunda proprietas in patre, quia dicit à quo est aliud productiue, in quo est duo considerare scilicet, & rationem eius à quo aliud simpliciter, quae est prima. & rationem eius, quod est a quo aliud productiue, quae est secunda, quia per determinationem se habet, vnitas ergo quia est à qua simpliciter omnia multitudo materialiter, quia non est multitudo nisi replicatio vnitatum, & etiam est omnis multitudo formaliter, quia non est multum neque multitudo, quae est sine aliqua ratione, & forma vnitatis, quia omnis multitudo aliqua vnitate participat, & in hoc assimilatur ei quod est generare simpliciter, vnitas ergo appropriatum est patri per similitudinem ad proprium eius quod est generare, & secundum post aeternitatem, & sic est secunda coordinatio appropriatorum secundum August. scilicet vnitatis in patre, aequalitatis in filio, concordiae in Spiritu Sancto. Et iuxta hoc etiam dicit Augustinus. *Tria haec vnum sunt propter patrem, aequalia propter filium, connexa propter Spiritum Sanctum.* Sunt enim vnum communiter propter vnum commune quod est appropriatum patri. & aequalia sunt communiter propter aequalitatem communem, quae appropriatur filio, & connexa siue concordantia sunt communiter propter concordiam, siue connexionem communem appropriatam Spiritui Sancto. Et sic sunt vnum propter patrem, quia propter vnitatem, quae appropriate est patris, & aequalia propter filiũ, quia propter aequalitatem, quae appropriatè est filij, & connexa propter Spiritum Sanctũ, quia propter connexionem quae appropriate est Spiritus Sancti. Et hoc non quia ab aliquo quod est proprium vni personae, altera denominetur formaliter, nec quia à patre habeat esse vnitas in filio, & Spiritu Sancto. Sic enim omnia communia alia in illis sunt à patre, nec (vt aliqui dicunt) quia vnitas non supponit secum aliud, & ideo primò est in patre, qui non est ab alio, nec quia aequalitas importat vnionem cum alio, & primò est inter duo, & ideo quoquo modo primò est in filio, quia habito filio primò habetur dualitas in personis diuinis, nec quia connexio importat vnionem duorum à tertio, & ideo quoquo modo primò est in Spiritu Sancto, quia ipso habito primo habetur ternarius in personis diuinis, per quem modum ista tria dicuntur appropriari diuinis personis ab aliquibus, vt tetigimus superius de aequalitate.

Lib. 1. de doct. chr. c. 5. to. 3.

13. Potentia autem actiua est ratio qua aliud producitur à producente, quae assimilatur ei, quod est obiectiue generare, inquantum dicit a quo est aliud productiue. Potentia ergo est appropriata patri per similitudinem ad proprium eius quod est generare, & tertium appropriatorum post aeternitatem, & vnitatem. Filio autem inquantum est verbũ procedens modo intellectualis operationis per actum dicendi per similitudinem ad tale proprium eius, appropriantur omnia communia pertinentia ad intellectum, siue vt habitus, siue vt actus, siue vt obiectum, siue quocunque alio modo, & sic tertiò post speciem, & aequalitatem appropriatur ei sapientia. Spiritui Sancto autem quia connectit patrem & filium in fine, qui est bonitas, siue beatitudo, & procedit vt nexus talis, ei appropriatur bonitas propter correspondentiam eius ad tale proprium, & est tertium appropriatum Spiritus Sancti post vsum & concordiam. Vnde est tertia coordinatio appropriatorum, potentiae in patre, sapientiae in filio, & bonitatis in Spiritu Sancto. *a. 58 q. 2.*

14. Et sumũtur istae tres coordinationes appropriatorum ex comparatione diuinarũ personarum inter se absque respectu ad creaturas, & sequuntur aliae ex comparatione Dei ad creaturas, & effectus eius in creaturis. Deus autem ad creaturas, & effectus eius in ipsis in producendo illas, dupliciter comparatur. Vno modo in producendo id, quod sunt secundum rem simpliciter. Alio modo in producendo id, quod sunt sub certis conditionibus congruis naturae cuiusque. Et primo modo sumitur vna appropriatio secundum triplex genus causae quo Deus se habet ad creata scilicet efficientem, formalem, & finalem, & est coordinatio appropriatorũ quarta, videlicet *ex quo omnia* patri, & hoc secundum genus causae efficientis, *per quem omnia* filio, secundum genus causae formalis, artis scilicet, & potentiae operatiuae, sic enim arte, & sapientia patris procedente ab ipso, pater omnia operatur per filium, *in quo omnia* Spiritui Sancto, secundum genus causae finalis. Et appropriatur ly *ex ipso* patri, sicut potentia, *per ipsum* filio, sicut sapientia, *in ipso*, Spiritui Sancto sicut bonitas. *Rom. 11. D. 36.*

15. Secundo modo sumitur appropriatio secun-

secundum partes imaginis, & secundum partes vestigij in creaturis. Vnde secundum correspondentiam partium imaginis in creatura intelligenda est coordinatio appropriatorum quinta, scilicet memoriæ patri, intelligentiæ filio, bonitatis Spiritui Sancto, vel alio modo mens patri, intelligentia filio, & amor Spiritui Sancto.

16. Secundum vero correspondentiam partium vestigij est coordinatio appropriatorum sexta, scilicet modi, speciei, & ordinis, siue numeri, mensuræ, & ponderis, iuxta illud quod expositum est in præcedenti quæstione, vt modus, & mensura appropriétur patri, species, & numerus filio, ordo, & pondus Spiritui Sancto.

17. Vltimo sumitur septima coordinatio prout Deus comparatur specialiter ad creaturas intellectuales, ad se illas reducendo. Quã tangit Augus. 8. de ciuit. Dei, vbi dicit,
c. 4. to. 5. ar 1 q. 1. n. 26. *quòd Deus est omnibus causa subsistendi*. & hoc appropriate quo ad patrem, *& ratio intelligendi*, & hoc quo ad filium, *& ordo viuendi*, & hoc quo ad Spiritum Sanctum.

n. 1. 18. Quod ergo arguitur primò, quòd in diuinis non possunt plura appropriari vni, quia plurium appropriatio vni non est declaratiua proprij in illo. Dico quod falsum est, immo quanto plura vni artificialiter appropriantur, tanto magis sunt declaratiua proprij illius, & hoc propter similitudinem cuiusque illorum ad illud in quo sapit naturam proprij illius cui appropriantur.

ibid. 19. Et quod arguitur contra hoc quòd appropriatio plurium facta vni non sapit naturam proprij, sed communis. Dico quòd in appropriatione est considerare duo scilicet ipsius appropriationis formam, & appropriandi rationem. Et quantum ad primum istorum appropriatio plurium non sapit rationem proprij, sed communis, quia quanto appropriatio est plurium, & quanto plura sunt illa quæ appropriantur, tanto appropriatio, quę eis communiter cõuenit magis communia est. Quantum vero ad secundum semper sapit rationem proprij apud intelligentẽ quid sit appropriatio, & quanto appropriatio est plurium tanto magis sapit rationem proprij, quia tanto ex pluribus animaduertitur aliquid proprij habere id cui appropriatur commune, & per appropriationem sibi assumit apud intelligentem aliquam rationẽ proprij.

20. Ad secundum, quòd appropriatio est
n. 2. declaratiua proprij, ergo plurium appropriatio est declaratiua plurium propriorum. Dico, quòd reuera hæc est per se, appropriatio est declaratiua proprij, iuxta secundum modum dicendi per se, quia in subiecto includitur causa, & ratio prædicati, sed non sequitur ex hoc, quòd plurium appropriatio necessario sit declaratiua plurium propriorum, sed solummodo quòd sint plures declarationes, sicut si equus est creatura Dei, ergo plures equi sunt plures creaturæ Dei, sed non sequitur, quòd sunt plurium Deorum, quia ratio ipsius per se est inter prædicatum quod prædicatur in recto, & ipsum subiectum, puta inter appropriationem, & declarationem, sicut inter equum, & creaturam. Et in talibus ad plurificationem vnius bene sequitur plurificatio alterius. Non autem est ratio ipsius per se inter id quod est in obliquo determinatio prædicati, & ipsum subiectum, puta inter appropriationem, & proprium, sicut nec inter Deum, & equum, immo accidit, quòd hæc determinatio prædicati principalis plurificetur, vt in proposito, quòd plurium appropriatio, quæ ponit plures appropriationes, & per consequens est causa plurium declarationum, sit vnius proprij vel proprium plurium. Si enim sit appropriatio plurium secundum vnum modum similitudinis appropriati ad propriũ, tunc est declaratiua vnius proprij, quanis est appropriatio eorum, quæ in diuinis pertinent ad intellectum, filio, quamuis in talibus appropriationibus sit ordo rationis secundum distinctionem, quæ secundum rationem cadit in proprio filij, prout iam declaratum est. Si vero sit appropriatio secundum plures modos similitudinis appropriati ad proprium eius cui appropriatur, tunc est declaratiua plurium propriorum, vel in diuersis personis, vel in eadem persona scilicet, vt similiter claret ex iam determinatis.

21. Quod arguitur, quòd omnia, & singula communia appropriãda sunt vnicuiq; diuinæ personæ, ita quod omnibus personis diuinis, & singulis. Dico, quòd hoc falsum est, & impossibile esset sic esse, nisi quodlibet communium in diuinis haberet in se tres rationes diuersas, & per vnam illarum plus assimilaretur proprio vnius personæ, & per aliam plus proprio alterius personæ, & per tertiam plus tertiæ personæ. Nunc autem singulum omnium communium, quæ sunt in diuinis, non habet nisi vnicam, & simplicem rationem qua distinguitur contra omnia alia communia. Per vnam autem, & eandem simplicem rationem non potest plus appropriari proprijs, pluribus psonis, ita quòd plus assimiletur patris proprio quam aliorum, & sic proprio filij quam aliorum, & sic proprio Spiritus Sancti quam aliorum. Quia quod per superabundantiam dicitur, vni soli conuenit, & non est appropriatio secundum prædicta, nisi secundum maiorem conuenientiam cõ- n. 3.

mu-

munis ad proprium illius cui appropriatur, quam ad proprium alterius. n.5.

22. Quod ergo arguitur primò, quòd omnia communia in diuinis debent appropriari patri, quia ipse solus habet omnia illa ex se nō ab alio, filius autem, & Spiritus Sanctus non habent illa nisi a patre. Dico, quòd hoc non arguit aliquam appropriationem communiū patri respectu aliarum personarum, sed solūmodo arguit principalitatem in patre, in habendo illa in se respectu aliarum personarū. Pater enim ex eo quod habet omnia communia ex se, aliæ autem personæ non nisi à patre, ipse principaliter habet in se illa, aliæ sūt personæ non principaliter. Quemadmodum & pater dicitur principaliter spirare Spiritū Sanctum, quia habet vim spiratiuam ex se, filius autem non principaliter quia non habet vim spiratiuam nisi à patre, vt supra determinatum est. Quemadmodum etiam Deus principaliter dicitur esse, quia est per essentiam, & est ipsum esse, creaturæ autem non principaliter, quia non sunt per essentiam ipsum esse, sed per hoc solummodo, quòd habent in se quamdam participationem ipsius esse, & sic secundum rationem causæ formalis ab illius esse, cuius esse quoquo modo est eorum esse. Nunc autem nō sunt idē principalitas & appropriatio, quæ propriè cadit in diuinis, quæ scilicet non fit nisi per assimilationem communis cum proprio illius cui appropriatur, secundum iam determinatum modum. Principalitas enim respicit duo tantū scilicet id in quo consistit principalitas, & habentem illud. Appropriatio autem respicit quatuor scilicet commune quod appropriatur, personam cui appropriatur, & proprium illius personæ, & assimilationem communis ad illud proprium.

a.54.q.6. n.24.34. q.7.nu.9. 32. a.60.q.4. n.5.

23. Sed si loquamur de appropriatiōe, quæ est per excellentiam, & fit propriè in creaturis comparatis inter se, vt tactum est supra in prima quæstione huius articuli, & in Deo cōparato ad creaturas, & hoc propter excellentiam alicuius absoluti quod est in vno super absoluta conformia quæ sunt in aliis, quemadmodum dictum est in dicta quæstione, quod nomen Vrbs appropriatur Romæ, & nomen Apostoli Paulo de ista appropriatione verum est quod est idem quod principalitas, & è contrario. Roma enim appropriatè, & principaliter dicta est vrbs, & similiter Paulus Apostolus. Et propter eandem rationē, & tali modo sicut Deus dicitur principaliter esse, sic dicitur appropriatè esse. Sed talis appropriatio non potest propriè cadere in diuinis consideratis secundum se, quia in illis non est aliquod commune, quod verius, aut perfectius reperiatur in vna persona, quam in alia, & sic à nulla potest haberi excellentia quā ab altera. Si autem appropriatio per excellentiam aliquo modo recipienda sit in diuinis secundum se considerata, illa est minus propriè in illis. Quia minus propriè in diuinis recipitur excellentia vnius personæ super alteram, si tamen recipiatur, quia illa non cōsistit nisi in proprietate personæ relatiua, qua aliæ sunt ab vna, & per hoc in illa est auctoritas super alias, vt in patre super filium, & Spiritum Sanctum, quia sunt à patre, vt secundum hoc pater dicatur respectu filij, & Spiritus sancti principalis, sicut secundum superius determinata dicitur maior, & principaliter dicatur habere in se omnia communia, quia à se, respectu filij, & Spiritus Sancti qui non habent illa nisi a patre, & sic eo modo quo principaliter dicitur ea habere, dicatur ea habere, & appropriatè. Et sic loquendo de tali appropriatione per talem excellentiā, potest concedi, quod omnia communia appropriantur soli patri, sed de tali appropriatione non est hic sermo, quia non est declaratiua nisi proprij solius patris, sed solum est hic sermo de illa quę est declaratiua propriorum singularum personarum, qualis est iam determinata. a.54.q.5. n.1. q.7.n.10. a.60.q.4. n.4.

n.12.

n.9.& seq

24. Et est adhuc alius modus præter illos duos appropriandi aliqua communia soli patri non omnia. Quia enim pater non habet principium a quo est, sed omnis alius, & omne aliud sunt ab ipso, vt a principio, aliqui aūt alij esse sunt principium aliorum, vt filius & Spiritus Sanctus creaturæ, & hoc cum patre, & filius ipsius Spiritus Sancti, sed hoc cum patre, quia tamen filius, & Spiritus Sanctus sunt à principio suo, vt a patre, & non sunt omnium principium, quia filius non est principium patris, nec Spiritus Sanctus filij, ideo nomen principij principaliter conuenit patri, & per eundem modum per quandam excellentiam potest dici appropriari patri. Vt propter hoc intelligamus August. dicere, *quòd pater est principium totius Deitatis*. q.2.n.4.

25. Et hoc etiam patri appropriantur per consequens omnia, quæ in diuinis important rationem principij, & præcipue hoc nomen potentia, & hoc propter quandam excellentiam patris super filium, & Spiritum Sanctum in potentia, in hoc videlicet, quod sola habet potentiam producendi omnem, & omne. Sed de hoc modo appropriandi adhuc non est sermo hic, sed solum de alio de quo determinatum est, secundum quem dicimus principium quod est commune tribus personis appropriari patri, quia scilicet conuenit cum suo proprio quod est primitas. Inquantum enim primitas dicit rationem qua a patre est aliud simpliciter, principium assimulatur primitati,

tati, quia principium habet rationem primi à quo aliud. Principium enim. & primum 1. post c. 3. tex. 5. 10 6 n. 13. idem ſunt ſecundum Philoſophum. Et ſecundum eundem modum ſupra diximus potentiam appropriari patri, quia ſcilicet ſimilis eſt proprio patris, quia potentia eſt ratio qua aliquid producitur.

a 6. 26. Quod arguitur ſecundò quòd omnia communia in diuinis debent appropriari filio, quia ipſe procedit per modum intellectus, & commune habet rationem communis ab intellectu. Dico, quòd commune duo dicit ſcilicet rem ſub intentione, quæ quidem intentio ratio eſt, & rationem circa rem, q.1.n.16. vt ſupra expoſitum eſt. Quæ quidem ratio non appropriatur ſed manet circa rem cum ratione appropriationis in appropriato, ſed quod appropriatur eſt ipſa res, quæ eſt exiſtens ſub ratione communis. Licet ergo cõmune ſecundum rationem intentionis plus conueniat cum proprio filij, quam cum proprio alicuius alterius, quia tamen ſecundum rationem rei quæ ſubeſt illi intentioni, habet ſpeciales rationes ſcilicet potentiæ. ſapientiæ. bonitatis. & huiuſmodi, magis poteſt conuenire cum proprio alterius perſonæ, quam cum proprio filij. Et ideo quia non ſecundum primam rationem fit appropriatio, ſed penes ſecundam tantum, non ſequitur quod omnia cõmunia filio ſint approprianda.

27. Quod ergo arguitur tertio, quòd omnia ſunt approprianda Spiritui Sancto, quia commune conuenit plus cum proprio Spiritus Sancti, in eo quod inquantum commune eſt communicabile quid eſt. Dico quod verum eſt. Vt enim res deitatis eſt ſub ratione communis tanquam ſub quadam ratione generali habet rationem communicabilis, & ex hoc plus conuenit cum proprio Spiritus Sancti, & ſic ſecundum iſtam rationem conuenientiæ præciſe, fieret appropriatio, omne commune Spiritui Sancto appropriaretur, vt procedit obiectio, licet ſecundum iſtam rationem non præciſe, fit appropriatio communis, ſed potius vt cum hoc quòd eſt commune ſub illa ratione generali, eſt ſub alia ratione minus generali, puta potentiæ, ſapientiæ bonitatis, & huiuſmodi, ſecundum iſtam enim rationem præciſe fit appropriatio, ſed vt etiam cum hoc eſt ſub ratione communis. Et quia ſecundum talem rationem ſpecialẽ non omne commune conuenit plus cum proprio Spiritus Sancti quam alterius perſonæ, ſed plura plus conueniunt cum proprio alterius perſonæ, idcirco communia nõ ſolum Spiritui Sancto, ſed etiam alijs perſonis appropriantur. a.7.

Concluſiones ex Quaſtione quarta. Articuli Septuageſimi ſecundi.

1. *In diuinis plura communia vni perſonæ bene eſt poſſibile appropriari.* n. 8.
2. *Aeternitas eſt primum appropriatum patri, & ſimpliciter omnium appropriatorum primum.* ib. n. 9.
3. *Primum appropriatum filio eſt ſpecies, ſecundum æqualitas.* n. 10.
4. *Primum appropriatum Spiritui Sancto eſt vſus ſecundum concordia* n. 11.
5. *Vnitas eſt ſecundum appropriatum patris.* n. 12.
6. *Potentia eſt tertium appropriatorum poſt æternitatem, & vnitatem.* n. 13.
7. *Sapientia eſt tertium appropriatum filio. & bonitas Spiritui Sancto.* ibid.
8. *Omnia, & ſingula communia in diuinis non poſſunt appropriari vnicuique diuinæ perſonæ.* n. 21. & ſeq.

QVAE-

QVAESTIO QVINTA.

Vtrum vnum posſit appropriari pluribus.

CIrca quintum arguitur, quòd vnum, & idem commune poteſt pluribus perſonis appropriari,

1. Primò ſic, ſicut de ratione æternitatis eſt, quod caret principio, ita de ratione eius eſt, quod caret termino, ſed quantum conuenit cum proprio patris inquantum ipſe caret principio, quia non eſt ab alio pater, tantùm conuenit cum Spiritu Sancto inquantum ipſe caret termino, quia in diuinis à Spiritu Sancto non eſt alius, æternitas ergo non eſt plus appropriãda patri quam Spiritui Sancto, & ſic aut neutri, aut ambobus, non neutri, q.1.n.6. quia vt dictum eſt ſecundum Hilar. æternitas appropriatur patri, ergo &c.

2. Secundò ſic. Auguſt. dicit 6. de Trinit. 10.3. cap. 5. *Spiritus Sanctus ſiue ſit vnitas amborum ſiue ſanctitas, ſiue charitas, ſiue ideo vnitas quia charitas, & ideo charitas quia ſanctitas, manifeſtum eſt, quod non aliquis duorum eſt.* Igitur ſecundum Auguſt. Spiritus Sanctus aut eſt vnitas quæ eſt ratio diſtincta contra charitatem, aut ipſa charitas eſt, & vtroque modo ſequitur, quod Spiritus Sanctus vnitas ſit, & hæc non niſi appropriatè, quæ etiam appropriatur patri, ergo &c.

3. Tertiò ſic, proprietas communis pa- q.49 q.4 n.10. q.60 q.6. n.6. tris, & filij eſt concordi voluntate ſpirare Spiritum Sanctum, vt habitum eſt ſupra, cui ſummè aſſimilatur pax ſiue concordia, quæ eſt communis perſonis diuinis, quare pax, & concordia communiter patri, & filio appropriantur reſpectu Spiritus Sancti, & tamen Spiritui Sancto appropriatur ſecundum Au- p.4. 12. guſtinum in præcedenti quæſtione, ergo &c.

q.4. n.8. 4. Contra ſecundum prædicta non eſt appropriatio cõmunis niſi propter maiorem ſimilitudinem eius ad proprium eius cui appropriatur quam ad proprium alterius, ſed ratio cuiuſlibet communis cum ſit ſimplex, & vnica, non poteſt ſecundum magis ſimilitudinem habere ad plura diuerſimodè, eo quòd nihil diuerſimode poteſt vno modo maiorem ſimilitudinem habere viciſſim modo cum vno modo cum alio, niſi ſit in ipſa multiplex ratio, ergo &c.

5. Dico, quòd idem pluribus appropriari poteſt intelligi dupliciter. Vno modo inquantum plures, & omnino ſecundum propria diſtincti ſunt. Alio modo inquantum in vno communi concurrunt, quemadmodum pater, & filius concurrunt in vna vi ſpiratiua, & ſunt vnum principium Spiritus Sancti. Et ſecundum primum modum intelligendi quæſtionem, quæſtio propriè habet locum, non autem penes ſecundum. Non enim ſolet appellari appropriatio in diuinis niſi quæ fit vni ſoli perſonæ reſpectu aliarum duarum, non autem quæ fit duabus reſpectu tertiæ. Nullum enim video inconueniens ſi propter maiorem ſimilitudinem ad proprium commune (vt ita loquar) duobus ſcil. cet patri & filio reſpectu Spiritus Sancti, quam ad proprium, quod cõuenit ſoli patri, aut ſoli filio, aut ſoli Spiritui Sancto, aliquod commune tribus perſonis approprietur patri, & filio communiter, puta concordia paſſiue dicta, quæ idem eſt quod pax & tranquillitas inter ſe concordantium, quæ communis eſt tribus perſonis diuinis. Quælibet enim illarum pacem & concordiam habet ſummam cum vtraque aliarum, ſed appropriatur communiter patri & filio reſpectu Spiritus Sancti, quia aſſimilatur communi proprio illorum, vt procedit tertia obiectio, quæ ſecundum hoc concedenda eſt. Concordia autem actiue di- n.3. cta qua quælibet perſonarum alteram ſingulã ſibi concordat, appropriatur Spiritui Sancto quia ſimilatur proprio Spiritus Sancti, quo ex ratione modi procedendi ſui proprium eſt ei quod ſit nexus, ſecundum ſuperius determi- q.4.n.11. 12. 13. nata. Et quia maxima eſt ſimilitudo inter nexum & talem concordiam, aliquando nexus licet ſit proprium, ſumitur pro concordia, quæ eſt appropriata Spiritui Sancto, vt vbi dicit Auguſt. 1. de doctrina chriſtiana cap. 5. 10.3. *In patre vnitas, in filio æqualitas, in Spiritu Sancto vnitatis, æqualitatiſque concordia.* Et ſequitur continue. *Tria hæc vnum omnia propter patrem, æqualia omnia propter filium, connexa omnia propter Spiritum Sanctum*, quod expoſitũ eſt in præcedenti quæſtione. n.12.

6. Secundum primum ergo, & principalem modum intelligendi quæſtionem reſpõdens dico, quod duplex eſt appropriatio, vna propriè, alia impropriè. Propriè autem eſt appro-

appropriatio quando aliquid commune ex se, absque omni adiuncto ad supponendum determinate pro aliqua trium personarum determinatur in aliqua locutione, ita quod pro nulla aliarum puta cum dicitur Apostolus dixit, hic intelligitur Paulus. Improprie autem est appropriatio quando aliquod commune non ex se, sed ex adiuncto ad supponendum determinate pro aliqua personarum in aliqua locutione determinatur, ita quod pro nulla aliarum. Quod fit quadrupliciter, aut per determinationem, aut per prædicationem, aut per constructionem, aut per ordinem.

7. Per determinationem eo trahentem scilicet commune ad proprium, vt cum dicitur sapientia ingenita, ly sapientia non proprie appropriatur patri per adiunctum quod est ingenita, sed potius appropriatur quia vna persona proprietate distincta per illa duo circumloquitur.

8. Per prædicationem, scilicet per prædicatum quod vni soli personæ attribuitur, vt cum dicitur Deus est incarnatus, intelligitur Deus filius, quia incarnatio conuenit soli filio. Et per hunc modum cum dicitur. Moyses dixit Exod. 3. *Sic dices filijs Israel, qui est misit me ad vos.* quia mittio prophetarum fit & legis datio intelligitur facta fuisse a filio, per ly qui est, intelligitur filius loqui. Si enim prædicaretur verbum indifferens ad quamlibet trium personarum, non appropriaretur sed supponeret pro tota Trinitate, dicendo sic. *Sic dicis filijs Israel, Qui creauit omnia misit me ad vos.*

D. 14.

9. Per constructionem vero fit appropriatio, vt cum dicitur virtus Dei. Licet enim virtus, siue potentia per se posita appropriatur patri, vt cum dicitur Luc. 1. *Fecit mihi magna qui potens est.* idest Deus pater, tamen in constructione passiua cum illo genitiuo Dei supponit pro filio filio, & ly Dei pro solo patre. Et super illud Genes. 49 *Sedit in forti arcus eius.* Glos. *In patre, cuius virtute omnis nequitia occiditur.* Et super illo quod statim sequitur. *Per manum potentis Iacob.* Glo. *Dei patris, in quem credidit Iacob.* Quandoque tamen talia dicta Glos appropriantur filio ex aliquibus circumstantijs literæ. Vnde super illud. *Sedit in forti,* alia Glosa. *Idest in Christo.* Et super illud *Qui potens est,* Glos. *Qui in me carnem sumpsit.* Vtrique enim modo ex adiuncto, scilicet constructione, & prædicatione virtus, siue potentia appropriatur spiritui Sancto, vt Luc. 1. *Virtus altissimi obumbrabit tibi.* Licet enim virtus per se positum appropriatur patri soli, & cum genitiuo Dei soli filio, tamen ea adiuncto cum genitiuo prædicato, quod soli Spiritui Sancto ascribitur, quod est *obumbrabit*, appropriatur Spiritui Sancto. Vnde Glossa ibidem. *Spiritus nominatur virtus altissimi.* Et communiter ly *altissimi* appropriatur patri, & filio, & supponit pro ipsis, quia Spiritus sanctus est virtus communiter procedens ex ipsis.

1. 49.

E. 14.

Inter. to. 1.

ibid. Interl. Luce 1. ord. to. 4.

D. 19.

10. Per ordinem autem fit appropriatio, vt cum dicitur in Psal. 66 *Benedicat nos Deus Deus noster, benedicat nos Deus.* Ratione enim ordinis primum Deus supponit pro patre, & illi appropriatur, secundum pro filio, tertium pro Spiritu Sancto, & appropriatur eidem. Hinc dicit Glossa super illud verbum. *Benedicat nos Deus.* Pater. *Deus noster,* Filius *Benedicat nos Deus Spiritus Sanctus.* Per hoc enim quod ter dicit Deus, notatur Trinitas personarum.

ord. to 4.

8. 8.

Interl. to 2.

11. Ex ordinatione vero, & prædicatione simul fit appropriatio duabus personis eum dicitur in Psal. 109 *Dixit dominus domino meo &c.* Glos. *Dominus, pater. Dixit domino meo scilicet filio. Sede, &c. Hic humanitatis indicium est.*

A 1. In est. to 2. Cass. ib.

12. Dico ergo distinguendo appropriationem in illam, quæ est proprie dicta, & in illam, quæ est improprie dicta, quod loquendo de appropriatione proprie dicta, nunquam idem communiter, quibus appropriari potest, vt probat bene vltima ratio, & causam illius explicat. Sed siquod vni personæ est appropriabile proprie appropriatione, & ex se, & secundum se, appropriatur alteri, hoc non est nisi ex appropriatione impropriæ dicta, quæ est ex aliquo adiuncto aliquo dictorum modorum quatuor, diuisim, vel coniunctim inter quos illa appropriatio, quæ est per determinationem contrahentem commune ad proprium, maxime improprie est appropriatio, quia in illo modo commune non manet commune, sicut manet in alijs modis, sed fit proprium amissa ratione communis.

a 4.

13 Quod arguitur primo in contrarium de æternitate quod sit appropriabilis Spiritui Sancto, quia non habet terminum alicuius productionis a se procedentis, sicut nec æternitas habet terminum durationis, quemadmodum appropriatur patri, quia non habet principium a quo, sicut æternitas non habet durationis initium. Dico, quod non est ita, nec est simile, quia non mouere appropriabile non est secundum dicta, nisi per similitudinem eius ad proprium illius cui debet appropriari. Nunc autem ad proprium, & ad notionem pertinenter, ad dignitatem pertinet, quod pater non est ab alio principio. Ad dignitatem autem Spiritus Sancti non pertinet quod ab ipso non sit alius, vt superius determinatum est. Propter quod per similitudinem ad non habere terminum in Spiritu San-

a. 1.

a 29. q. 2. a 17. 39.

Hhhhhhh 2 cto

cto. illi non potest appropriari æternitas, sicut appropriatur patri per similitudinem ad non habere principium in patre.

n.o. 14. Ad secundum, quòd vnitas quę appropriatur patri, etiam appropriatur Spiritui Sancto. Dico, quòd falsum est. Ad probationem eius, quod secundum Augustinum Spiritus Sanctus appropriate vnitas est. Dico, quòd verum est, sed in alia significatione vnitatis. Est enim quædam vnitas singu-
a.45.q.1. n.8. laritatis, quæ secundum superius de relationibus communibus determinata intelligitur vnum quod simpliciter, & absolute dicitur vnum. Et consistit hæc vnitas in simplici, & omnino absoluto, & ista est quæ in diuinis communis est, & appropriatur soli patri secundum dictum modum. Alia vero est vnitas vnionis, quæ consistit in quadam vnione plurium inter se, quæ etiam est communis in diuinis, & appropriatur Spiritui Sancto, sicut & concordia. Vnde post posita in argumento continue adiungit Augustinus, vt repete do finem illius dicamus secundum ipsum. *Manifestum est, quòd* 6.de Tri. c.5.to.3
non est aliquis duorum (scilicet pater, aut filius) id quo vterque coniungitur, quo genitus à gignente diligitur genitoremque suum diligit, suntque non participatione, sed essentia sua, neque dono superioris alicuius, sed suo proprio seruantes vnitatem spiritus in vinculo pacis, quod imitari per gratiam, & ad Deum, & ad nos ipsos iubemur, & infra post modicum. *Spiritus ergo Sanctus commune aliquid est patris, & filij, &c.* vt supra in vltimo argumento quæstionis q.4.a.7 immediate precedentis.

✠

Conclusiones ex Quæstione quinta, Articuli Septuagesimi secundi.

1. *Appropriatione proprie dicta nunquam idem commune pluribus appropriari potest.* n. 12.
2. *Appropriatione improprie dicta potest fieri quatuor modis. ibidem.*

QVAE

ARTICVLVS SEPTVAGESIMVS TERTIVS.

Quomodo intellecta de Deo sint proferenda quo ad eorum significationem, seu nominationem per nomina incomplexa.

In Vndecim Quæstiones diuisus.

VISo à vigesimo primo Articulo hucusque, quæ, & qualia de Deo in se, & absolutè sunt intelligenda, sequitur vltimò in hac parte nostræ disputationis ordinariæ quomodo intellecta de eo sunt proferenda.

Et primò quoad illorum significationem, siue nominationem per nomina incomplexa.

Secundò quoad illorum prædicationes per propositiones complexas.

Circa primum quæruntur vndecim.

Primum est: Vtrum Deus, & quæ in ipso, & de ipso intelliguntur, significari possint nomine vocali.

Secundum est: Vtrum significari possint nominibus impositis creaturis.

Tertium: Vtrum nomina significantia Deum, & creaturas, vniuocè significent illos.

Quartum: Vtrum nomina significantia Deum, & creaturas communiter, significent illos purè æquiuocè.

Quintum: Vtrum per prius significent Deum, quam creaturas, an è conuerso.

Sextum: Vtrum nomina significantia Deum, & quæ sunt in eo, possint illa significare indifferenter in abstracto, & in concreto.

Septimum: Vtrum congruentius significent illa in abstractione, quam in concretione.

Octauum: Vtrum Deus aliquo nomine propriè nominari possit.

Nonum: Vtrum possit esse aliquod nomen proprium Deo quo significari, aut nominari possit.

Decimum: Vtrum verius Deus intelligatur, quam significetur, aut nominetur.

Vndecimum: Vtrum nomina de Deo aliquid de ipso significent priuatiuè, an positiuè.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum Deus, & quæ in ipso, & de ipso intelliguntur significari possint nomine vocali.

CIrca primum arguitur quòd Deus, & quæ in ipso sunt nullo nomine vocali significari possunt.

1. Primò sic secundum Augustinum de verb. do.ser. 38. *quicquid potest fari non est*
c.8.n.20 *ineffabile, ineffabilis autem Deus*, ergo Deus fari non potest, & sicut hoc verum est de Deo, sic etiam verum est de omni illo, quod est in eo, sed quod non potest fari non potest sermone vocali significari, quia e contra omne, quod potest sermone vocali significari potest fari, eo quod omnis sermo fabilis est, idest dicibilis, quia omnis sermo vocalis incomplexus dictio est, omnis autem sermo vocalis complexus ex dictionibus compositus est, non est autem dictio nisi quia est dicibilis. Maior quam ponit Augus. manifesta est, quia posse fari, & esse fabile conueniunt. Esse autem fabile, & ineffabile opponuntur priuatiue, priuatio autem vere remouetur ab eo, cui conuenit habitus, quare similiter, & ab eo quod conuertitur cum habitu. Minorem etiam quam ponit August. ipse probat per hoc quod post prædicta continue subdit dicens. *Si enim raptum se dicit vsque ad tertium cælum beatissimus Apostolus Paulus, & dicit se audisse ineffabilia verba, quanto magis ipse ineffabilis est qui talia demonstrauit, quæ fari non possit cui demonstrata sunt.*

2. Secundo sic, Hilar. 3. de Trinit. cap. 9. loquens de Dei operibus occultis dicit sic. *Cedit ad hoc & sensus, & sermo, extra rationem humanā est veritas facti*, & infra. *Noli nescire quia sensum, & sermonem humanæ naturæ virtus*
in 9. tra. 39. in pri C. 19. *generationis excedat*. Et Augu. super lo. exponens illud Io. 5. *Non potest filius a se facere quicquam nisi quod viderit patrem facientem*, dicit sic. *Quid sit videre verbi, demonstrari verbo non potest*. Et loquitur ad literam de verbo sermonis vocalis, vnde præmittit. *Aliquando sermo deficit*, &c, vt infra patebit. Sed
q.18. n.7 si operationi Dei cedat sensus, & sermo, & operatio ipsa excedit sensum, & sermonem, & verbo demonstrari non potest, multo fortius naturæ, & essentiæ Dei de qua principaliter est sermo, cedit sensus, & sermo, & ipsa excedit sensum, & sermonem, & verbo demonstrari non potest. Sed quod tale est sermone significari non potest, quia vt dicit Augustinus Ench. *Verba sunt instituta per quæ in alterius quisque notitiam cogitationes suas perferat, ergo &c.* C.22.n.3

3. In contrarium est Augustinus dicens contra Adimantum cap. 13. *Illa sublimitas ineffabilis, vt hominibus congruat humanis sonis* n.6. *significanda est*, soni autem illi non sunt nisi sermonis, ergo &c.

4. Dico, quòd cum sermo vocalis significatiuus de quo quærit quæstio, verbum sit non mentale quo sibi inuicem loquuntur Angeli, vt alias in quadam quæstione de Quolibet exposuimus, sed vocale, tria præambula ad intentum sunt consideranda de verbo vocali. Primum de eius definitione. Secundum de eius origine. Tertium de eius vi siue virtute. quodl.5. q.11.n.1

5. Verbum quidem vocale August. definiens in libro de Magistro dicit sic. c.4.5.n.1 *Verbum sit quod cum aliquo significato articulata voce profertur*. Et hoc cum aliquo significato intelligo tanquam signato per vocem, vt per signum illius, iuxta illud quod dicit in Dialectica sua ad Deodatum de verbo quoad c.5.n.1. vocem. *Verbum est vniuscuiusque rei signum*, & hoc secundum definitionem signi, quam ponit ibidem dicens. *Signum est quod & se ipsum sensui, & præter se aliquid animo ostendit*, & libro 2 de doctrina Christiana. *Signum est* c.1.n.3. *quod præter speciem quam ingerit sensibus aliquid aliud facit in cognitionem venire*. Vnde vt dicit August. vbi supra, *loqui est articulata voce signum dare. Articulatam autem dico quæ literis potest comprehendi, omne autem verbum sonat. Cum enim est in scripto, non verbum sed verbi signum est, quippe inspectis à legente literis occurrit animo quod voce prorumpat, res autem ipsa quæ iam verbum non est, neque verbi in mente conceptio, nihil aliud quam res vocatur.* in dialec. c.5.n.1.

6. De secundo est aduertendum, quòd secundum Augustinum ibidem cap. 6. *de origine verbi quæritur, cum quæritur vnde ita dicatur*. Talis autem origo verborum duplex consueuit assignari, quædam naturalis, quædam voluntaria. Originem naturalem posuerunt Stoici, dicente Augustino vbi supra c.6. *Stoici autumant, quos Cicero in hac re irridet, nullum*

esse

esse verbum cuius non certa ratio explicari possit. scilicet proxima quare sub tali voce tali rei imponitur, sic quòd si illa ratio non sit prima, quia scilicet verbum non est primitiuæ speciei, sed deriuatiuæ, eo quòd vox sua à voce alterius verbi alteri rei primo impositæ deriuatur, tunc reduceretur origo, & ratio originis vnius verbi vni rei impositæ ad originem, & rationem originis alterius verbi alteri rei impositæ, cum quo in voce quoad aliquid coincidat, & hoc per multa media si oportet donec perueniatur ad verbum primitiuum, cuius ratio, & origo originis proxima sit essentia omnino prima. Et sic oportet cõtinue discurrere (vt aliquibus interpositis August. subdit) *donec perueniatur eo vt res cũ sono verbi aliqua similitudine concinat, vt cum dicimus æris tinnitum, equorum hinnitum, ouium balatum, tubarum clangorem, stridorem catenarum. Perspicis enim hæc verba ita sonare, vt ipsæ res quæ his verbis significantur. Sed quia sunt res quæ non sonant, in his similitudinem tactus valere, vt si leniter, aut asperè sensum tangunt, lenitas aut asperitas literarum ita tangat auditum. Sic ipsum lene cum dicimus, leniter sonat, asperũ est enim dicitur crux. Itaque res ipsæ efficiunt sicut sentiuntur verba, lana, & vepres vt audiuntur verba, sic illa tanguntur, quasi cunabula verborum crediderunt. Vt sensus rerum cum sonorum sensu concordarent. Hinc ad ipsarum rerum similitudinem processisse licentiam, vt crura non propter asperitatem doloris, sed quod longitudine atque duritia inter cætera membra lignorum sint similiora. Inde ad abusionẽ ventũ est, vt vsurpetur nomen non tam rei similis, sed quasi vicinæ, cum piscina videtur à piscibus dicta propter aquam vbi piscibus vita est. Hinc facta est processio ad contrarium, nam lucus eo dictum putatur, quod minime luceat. Quid vltra progrediar? quicquid annumerari potest, aut similitudine rerum, & sonorum, aut similitudine rerum ipsarum, aut vicinitate, aut contrario contineri videbis originem verbi.*

7. Nota, quòd in hoc vltimo dicto tanguntur quatuor modi originis verborum secundum quadruplex genus causæ, siue rationis, quare scilicet talis vox tali rei imponatur ad significandum eam. Quorum primus est similitudo respectu auditus, & tactus rerum significatarum, & sonorum, significantium, & est principalis, quem tangit cum dicit. *Donec perueniatur eo vt res cum sono verbi aliqua similitudine concinat, & cætera.* Post quem sequuntur alij, puta secundus, qui est similitudine significatorum per voces inter se, quem tangit ibi. *Hinc ab ipsarum, & cætera.* Tertius est vicinitate inter se earundem rerum, quem tangit ibi. *Inde ad abusionem, &c.* Quartus vero est ipsarum rerum contrarietate inter se, quem tangit ibi. *Hinc facta est &c.*

8. Primus autem istorum distinguitur in duos, quia aut est per similitudinem rerum, & sonorum in seipsis, aut in ipsorum proprietatibus. Primo modo est similitudo inter sensibilia sensus auditus solummodo. De quibus solummodo exemplificat cum dicit. *Vt cum æris, &c.* Est enim talis similitudo inter sonum, qui est signum, & rem quæ est sonus, vt inter sonum æris, qui est res significanda, & inter tinnitum qui est sonus significans illam. Sonus enim æris vocatur tinnitus, quia sonus æris est tinnitus. Et sic res, quæ est sonus æris cum sono qui procedit ab ære, qui est tinnitus concinit siue concinat & similitudinem habet, & sic illa similitudo est prima origo huius verbi tinnitus, & causa, quòd illi rei imponatur.

9. Secundo autem modo est similitudo bene inter alia, quam inter sensibilia sensus auditus, & est duplex, quia aut est sonorum, & rerum in suis proprietatibus in se considerata, aut in comparatione ad diuersas virtutes cognitiuas.

10. Primo modo est similitudo in illis, de quibus exemplificat in sequentibus, puta inter sonum, qui est vis, & rem significatam hoc verbo vis. Sonus enim illius literæ, quæ est v, quando est consonans proprietatem habet, quòd sit validus, & valide facit sonare syllabam in qua ponitur. Proprietas etiam rei significatæ per sonum verbi in quo ponitur, est quòd sit valida, & sic proprietas rei cum sono concinnat & sic illa similitudo est prima origo impositionis huius verbi vis ad significandam rem, cui imponitur, dicente Augustino in Dialectica sua capitulo sexto. *Nemo ambigit syllabas in quibus v litera locum obtinet consonantis, vt sunt in his verbis prima syllaba velum, vinum, vomis, vulnus, crassum, & quasi validum sonum edere. Quod approbat etiam loquendi consuetudo cum quibusdam verbis eas subtrahimus ne oneremus aurẽ. Nã inde est quod amasti dicimus libentius quam amauisti, & abijt nõ abiuit, & in hunc modum innumerabilia.* Per quæ intelligit talia verba ex proprietate sua congruere, & quodammodo assimilari rebus validis, vt per illa conuenienter significentur, inter quæ verba præcipuum, & primum est hoc verbum, siue vox huius verbi vis, quod proper huiusmodi similitudinem significat in generali quicquid in se validum est. Quæ vox tali rei sic in generali primo imposita ab illa vlterius est origo imponendi eam per deriuationem alijs, puta a vi per vicinitatem ad illos in quibus est vis quam inferunt alija. dicuntur vincula, & vimen quo aliquid violenter viminatur, & hoc iuxta tertium modum prin-

principalem originis verbi prædictum, & vlterius à vinculis, aut vimine vitis propter similitudinem iuxta secundum modum originis prædictum, quia sicut vincula vel vimẽ vinciunt ea quæ circundant, sic & suis recurvis tenaculis palmites vitis, dicente Augustino ibi. *Ergo cum in visonus verbi (vt dictum est) quasi validus congruit rei quam significat, iam ex illa vicinitate per hoc quod vinciunt, hoc est quod violenta sunt, dicta vincula possunt videri. & vimen quo aliquid viminatur. Vnde vitis à similitudine quod vinciat ea, quæ apprehendit.* Et vlterius à vite per quandam vicinitatem dicitur vinum, quia procedit à vite, & etiam per quandam similitudinem, quia vincit, & ligat potantem. Vnde si in omnibus istis de origine verbi quæritur, vnde ita dicatur, respondebitur quod à vi. Cuius origo cum quæritur, respondebitur quod robusto, & valido sonus verbi congruit, dicente Augustino ibidem. *Scrutetur tamen vnde dictum sit? dicemus à vi. Quare sic appellatur requiret? reddatur ratio quod robusto, & quasi valido ipse sono verbum rei quam significat congruit, vltra quod requirat non habet.* Et per hanc viam vniuersaliter à dicto primo modo origines verbi semper ostenduntur tres.

12. Si autem origo verbi fuerit per similitudinem rerum, & sonorum in suis proprietatibus, & in comparatione ad diuersas virtutes cognitiuas, dico, quod iste adhuc habet contingere in creaturis, vel in comparatione rerum ad diuersas virtutes sensitiuas, vel in comparatione ad diuersas virtutes scilicet sẽsitiuam vnam, & intellectiuam aliam. Quia

c.5. vt dicit Augustinus ibidem. *Res est quæ quicquid intelligitur, vel sentitur, vel latet*, quod dicitur, intelligibile est, vel sensibile, & hoc siue fuerit res naturæ tantum, vt est quodlibet ens in genere extra naturam, siue fuerit res partim naturæ, partim rationis, vt est quodlibet ens sub ratione vniuersalis, seu communis, quæ vocatur res primæ intentionis, & siue fuerit res rationis tantum, pertinens ad artem grãmaticæ, vel logicæ, vt sunt omnes intentiones secundæ, vel circa res primo, & secundo modo dictas, vt sunt vniuersale, particulare, & huiusmodi, vel circa voces rerum illarum significatiuas, vt sunt dictio, nomen, verbum, pronomen, & huiusmodi incomplexa. Nam propositio, syllogismus, enthymema, & huiusmodi, quæ vocantur nomina nominum, significant proprietates vocum significatiuarum rerum primo, vel secundo modo.

12. Secundum primum modum est similitudo inter sensibilia diuersorum sensuum, de quibus Augustinus loquitur cum dicit su-

c.6 pra. *Sed quia sunt res quæ non sonant, &c.* Si enim secundum Stoicos res leniter sensum tactus tangit, vox ei imposita est quæ proportionali lenitate tangit auditum, vt rei quæ leniter mouet tactum, puta pili in vellere ouis, vox lenis imponitur, cuiusmodi est lana.

13. Penes secundum modum est similitudo inter audibile, & intelligibile, quem nõ tangit Augustinus, de quo posset ipse, si vellet dicere quo ad intelligibilia, & exemplificare de, illis sicut exemplificauit, & dixit de rebus sensibilibus alijs ab audibilibus, sic. Sed quia sunt res quæ non sentiuntur, in his similitudinem intellectus valere, vt si leniter vel aspere intellectum tangunt, lenitas, vel asperitas literarum in verbo ita tangat auditum. Cum enim dicimus oculus, leniter sonat, cum dicimus veretrum, asperum est, itaque res illæ afficiunt intellectum sicut sentiuntur verba. Hinc dicit Augustinus de Dialectica, cap. 7. *Non offenditur aurium castitas cum audit, manu, pede. Offenditur autem si obscœna pars corporis sordide ac vulgari nomine appelletur.* Et ibi accipitur *ly aurium* pro aure corporis, & mentis simul, Secundum hunc enim modum est origo verbi secundũ modum quo intelligi nata est res, quia scilicet secundum quod ipsa nata est mouere intellectum, qui est auris mentis, imponitur vox, quæ proportionaliter nata est mouere aurem corporis siue auditum.

14. Sed est sciendum, quòd licet ars Stoicorum aliquid valeat de similitudine rerum, & sonorum vbi res ipsæ sunt sensibilia auditus, in alijs tamen rebus, quæ non sunt audibilia, modicum videtur etiam in creaturis valere, quia sic assignare rationem originis verbi, secundum Augustinum, *nimis curiosa res est, & minus necessaria. Quod si omnino multum iuuaret explicare originem verbi, ineptum esset aggredi quod prosequi infinitum est. Quis enim reperire possit quicquid dictum fuerit vnde ita dictum sit? Huc accedit quod vt somniorum interpretatio, ita verborum origo pro cuiusq; ingenio prædicatur.* Vnde originem verborũ voluntariam posuerunt Peripatetici, qui omnia verba ad placitum rebus imponi posuerunt, easque ad placitum significare. Quos imitatus est Cicero, Stoicos irridens, vt dictum est. Et similiter Augustinus in eo quod dicit ibidem ca. 6. *Res nimis curiosa, & minus necessaria, & cætera, vt supra.* Neque hic mihi placet dicere, quod sic. Ciceroni quoque idem videtur, quamuis nec quis egeat auctoritate in re tam perspicua. Et ibidem, *Innumerabilia sunt enim verba quorum ratio, aut non est vt ego arbitror, aut latet vt Stoici contendunt.* Omnibus tamen dictis modis originis verborum Papias, Isidorus, & Huguito, cæterique omnes tractantes grammaticam impo-

ib.c.6

c.6.

impositiuam vtuntur in deriuationibus suis, vt patere potest inspicienti eas.

15. De tertio supra principaliter proposito, scilicet de vi verbi, est aduertendum, quod secundum Augustinum in Dialectica sua dicta cap. 7. *Vis verbi est qua agitur quantum valet. Valet autem tantum quantum audientem mouere potest. Porro mouet audientē, aut secūdū se aut secundum id, quod significat. Cum secundum se mouet, ad sensum pertinet, in eo quod offenditur, si quis nominat Artaxerxem Regem. Sensum vero non secundum se, sed secundum id, quod significat, verbum mouet, quando per verbum accepto signo animus nihil aliud quam rem ipsam intuetur, cuius istud signum est, vt cum Augustino nominato nihil aliud quam ego ipse cogitor ab eo cui notus sum.* De sola autem vi verbi in isto modo mouendi ad præsens intēdimus, de qua Augustinus dicit libro de
c 8. to.1. Magistro. *Auditis verbis ad ea refertur animus, quorum ista sunt signa,* sed non animus cuiusque, sed solum illius qui nouit verbum sub ratione signi, quod nosse sic non potest, nisi cognoscendo rem cuius est signum, & cum hoc etiam signum ipsum ad illam significandam fore institutum. Aliter enim sola
10.3. voce secundum sensum mouetur, dicente Augu. l. 10. de Trinit. cap. 1. *Signum si quis audiat incognitum veluti alicuius sonum, quo quid significetur ignorans, scire cupit quidnam sit idest sonus ille cui rei commemorandæ institutus sit. Iam itaque oportet vt nouerit signum esse, idest non inanem illam vocem, sed quid significari. Si enim tantummodo esse istam vocem nosset, eamque ad cuius rei signum esse non nosset, nihil omnino quæreret, quia vero non solum esse vocem, sed etiam signum esse iam nouit, perfecte id nosse vult, neque vllum perfecte signum noscit, nisi cuius rei signum sit cognoscat,* & tunc primo tale quid signum est quod ab audiente possit intelligi statim cum de proferente fuerit prolatum. Propter quod postquam Au-
in dialect. gustinus dixit vbi supra. *Verbum est vniuscuiusque rei signum,* continuo adiunxit. *Quod ab*
1.5 to.1. *audiente possit intelligi à loquente prolatum.* Et tunc primo verbum est dicente eodem de Magistro cap. 4. *Omnia quæ voce articulata cum aliquo significato proferuntur, verba appellari*
c.5. *scio.* Et ib. *Verbum cum dicimus, omne quod articulata voce cum aliquo significato proferetur significamus.* Et sic large sumit hic verbum, secundum quod large sumit rem vt dictum est. Quod Augustinus explicat in Dialectica
c.vl.to.1 sua dicens. *Verba dicuntur omnia quibus loquimur, si tamen verba proprie nominata sunt quæ per modos, & tempora declinantur.* Et sic verbum large accipit pro quocunque sermone incomplexo, pro quo potest accipi nomen large sumptum, vt sic idem sint nomen, & verbum, & omne verbum sit nomen, & è conuerso. Sicut enim dicit Augustinus. *Verba dicuntur, &c.* sic nos dicere possumus, nomina dicuntur omnia quibus loquimur, si tamen proprie nomina vocata sunt quæ per casus deflectuntur. De quibus verbis, & nominibus large acceptis dicit Philosophus 4. Me-
taph. *Necesse est vt sermo loquentis sit signum* te 10.
de aliquo apud ipsum, qui loquitur, & apud illum to. 1.
cum quo loquitur, & per hoc verbum est symbolum quoddam inter vtrunque. Vnde
Commentator ibidem, *idest necesse est* ib. vol. 1.
credere quod loquela significat id quod est in animo apud ipsum loquentem, & apud ipsum cum quo loquitur, siue nomen large acceptum est aliquod intelligibile, quod si id, quod dicit non fuerit intelligibile apud ipsum, & apud audientem, non sit disputatio. Intellige, neque sermo aliquis vniuersaliter nisi alicuius ad seipsum, qui potest fieri solo verbo interiori, cuius signum est verbum exterius, quod non nisi propter sermonem ad alium ad quē debet fieri intelligibile. Hinc dicit Augusti-
nus super Ioannem. *Quando concipis verbum* tom 9 tr.
quod proferas rem vis dicere, & ipsa res concepta 14. post
in corde tuo iā verbum est. Attende cum quo lo- med.
queris, si latinus est, vocem latinam quæris, pro diuersitate auditorum diuersas linguas exhibes, vt proferas verbum conceptum. Illud autem quod in corde conceperas nulla lingua tenebatur.

16. Verbi autem quod sic symbolum est tota vis consistit in attingendo id cuius causa loquimur, quæ duplex est docendi, & commemorandi, dicente Augustino de Magistro.
Recordor aliquamdiu nos quæsisse ob quam causam c. 7.
loquamur, inuentumque esse docendi commemorandi ve causa nos loqui. Sed hæc duo non agit locutio æqualiter, sed commemorari facit eius quod significatum est per se, reuocando scilicet ad intelligentiam de memoria verbum mentale, dicente Augustino de Magi-
stro. *Credo te animaduertere quamuis nullum* c.1.
edamus sonum, tamen intus apud animum loqui, sicque locutione nihil aliud agere quam commemorari, cum memoria, cui verba inhærent ea reuoluendo facit venire in mentem ipsas res, quarum sunt verba signa. Per se autem nihil docet verbū & hoc secundum se, neque secun-
dum id quod significat, dicente eodem ibid. c.10
Nihil inuenies quod per sua signa discatur. Cum enim mihi datur signum, si nescientem me inuenerit cuius rei signum sit, docere me nihil potest. Si vero scientem aliquid disco per signum? quasi dicat, nihil per se, per accidens autem solūmodo docet. Et hoc non secundum se, sed secundum id, quod significat, & hoc duo. Docet enim rem, & naturam eius quod per verbum significatur, vt sequitur ibidem post pauca interposita. *Id tibi magis persua*
dere

dere nitor, per ea signa quæ verba appellãtur, nos nihil discere. Potius enim vim verbi, & significationem, quæ latet in sono ve ipsa quæ significatur cognita discimus, quibus vt plurimum tibi dicam, monet tantum, vt quæratur res, non exhibet vt nouerimus. Quæ etiam exhibita non per se docet, sed de ipsa nos docet interna veritas menti rationali præsidens, vt sequitur c. 33. ibidem. *De vniuersis autem quæ scimus non loquentem qui personat foras, sed intus ipsi menti præsidentem consulimus veritatem, scilicet verbis admoniti*, & hoc non nisi artificiali ordine verborum in propositione, & propositionum in argumentatione. Docet etiam quid in animo loquentis contineatur per hoc, quod memorando facit, vt simile in animo audientis formetur. De commemoratione dicit Augustinus de Trinitate. *Cum ad alios loquimur, verbo intus manenti ministerium vocis exhibemus, vt per quandam memorationem sensibilem tale aliquid fiat etiam in animo audientis quale de loquentis animo non recedit.*

17. De notitia autem ex hoc apud audientem generata, videlicet eorum, quæ inueniuntur in intellectu, & voluntate loquentis, ad quam principaliter verba sermonis, siue vocis sunt instituta, dicit Augustinus lib. 2. de Ordine, cap. 12. m. 1. *Illud quod in nobis est rationale, quia naturali quodam vinculo in eorum societate astringebatur, cum quibus illi erat ratio communis, nec homo homini firmissime sociari posset nisi colloquerentur, atque sibi mentes suas cogitationesq; funderent, vidit esse imponenda rebus vocabula, id est significantes quosdam sonos, vt quoniam sentire animos suos non poterant, ad eos sibi copulandos sensu quasi interprete vterentur.* De quo et à dicit Plato in Timæo. an. med. *Eadem quoque vocis, & auditus ratio est ad eosdem vsus, atque ad plenam vitæ hominum instructionem datorum. Siquidem propterea sermonis est ordinata communio, vt præsto fiant mutua voluntatis indicia.*

18. His prælibatis cum quæritur vtrum Deus, & quæ in eo sunt, aliquo proprio sermone vocali significari possunt. Dico, quòd sermone, siue verbo vocali non significatur aliquid, nisi cui vox imposita est ad significandum, nec potest significari, nisi cui vox ad significandum potest imponi, & hoc secundũ beneplacitum voluntatis. Siue enim origo impositionis verbi sit naturalis, siue voluntaria secundũ duos modos à supra expositos §. 6. impositionis verbi, semper tamẽ complementũ impositionis eius voluntarium est, & ad placitum. Licet enim verbi origo esset naturalis, vt Stoici putabant, in hoc scilicet, quòd naturalis congruentia esset ratione vocis in hoc verbo, quod tali rei potius imponatur, quam alteri, tamen secundum actum non est ei impositum nisi ad beneplacitum liberæ voluntatis, vt secundum hoc impositio talis verbi ad significandum rem talem partim esset naturalis, scilicet origine naturæ, & partim voluntaria, scilicet complemento. Si vero verbi origo sit voluntaria, vt docuerunt Peripatetici, in hoc scilicet, quòd non maiorem habet congruentiam vox verbi, vt vni rei imponatur quam alteri, tunc impositio eius omnino est ad placitum, & voluntaria.

19. Et est aduertendum priusquam descendamus ad propositum, quòd licet istæ duę impositiones differrent in verbi origine, in alijs tamen duobus conuenirent. Primò in hoc, quòd complementum vtriusque est voluntarium, siue ad placitum, vt dictum est. Secundò in hoc secundum prædicta, quod qui imponit vocem ad significandum rem quamcumque, necesse est, vt illam prius cognoscat quid sit quoquo modo, quia secundũ iam dicta sicut nullus noscit signum, scilicet n. 35. inquantum est signum, nisi cognoscat cuius rei sit signum, & deo cum hoc quod cognoscit vocem necesse est, quòd cognoscat rem a. 20. q. 5. significatam per vocem, sic nullus imponit n. 5 a 12. vocem ad significandum rem aliquam, nisi q. 4 a. 17. cognoscat illam, dicente Philosopho 7. Metaphysicæ. c. 18. tex. *Qui non definit, & discernit aliquid, non potest ei nomen imponere.* 54 to. 1. Commentat. 10. vol. 8. dicit. *Qui nescit rem, non ponit ei nomen. Nullus enim ponit nomen rei quam nescit.*

20. Sed aliter oportet scire rem imponentem ei nomen ad significandum, si origo verbi sit ad placitum, quam si sit naturalis. Si enim origo sit ad placitum, sufficit, quod cognoscat rem in generali, confuse, & indistincte quasi sub ratione definiti, scilicet quòd aliquid sit, eo quod à solo placito imponentis dependet talis impositio verbi, nec aliqua congruentia requiritur inter vocem, & rem, cui imponitur. Si vero origo verbi sit naturalis, requiritur, quòd cognoscat rem in speciali determinate, & distincte, scilicet in definitiua ratione si definibilis sit, vel quasi, si non sit definibilis, eo quòd talis impositionis origo dependet à notitia similitudinis siue congruentiæ inter rem, & vocem, quæ ad significandum illam imponenda est, & non potest cognosci congruentia quam habet res ad vocem, nisi complete perspecta natura rei in seipsa, & in distinctione illius à qualibet alia, eo quod secundum istam impositionem singulis rebus determinatis singulæ voces determinate imponi debent. Et ideo non est cuiuslibet, sed sapientis antiqui taliter verba ad significandum imponere.

21. Si secundo origo sit voluntaria, & ad placitum omnino, sicut posuerunt Peripatetici. Dico ad quæstionem, quod Deo & omni

omni ei quod in illo est, verbum potest imponi, & vox ad significandum, & ita sermone vocari significari potest, & hoc a quocunque, qui quoquo modo cognoscit, quod aliquid sit Deus, saltem in generali attributo, aut in aliquo alio, quod ex creaturis de Deo conijcitur certitudinaliter, quod sit aliquid, licet certitudinaliter non possit conijcere de illo quid sit vt amplius declarabitur in tertia
n.11. quæstione sequenti. Et secundum hoc conce-
n.4. denda est vltima ratio.

22. Si vero origo verbi sit naturalis, vt po-
n.6. suerunt Stoici, & hoc specialiter in primo mō originis verbi prædicto, in quo secundum illos est prima origo verbi, quia verbum sic impositum est origo verbi secundum alios
n.7. tres modos originis verbi supra tactos. Ille autem primus modus originis secundum Stoicos (vt iam dictum est) est per similitudinem
ibid. rerum quibus verba sunt imponenda, & sonorum, & pertinet principaliter ad præsentem quæstionem. Alij vero tres pertinent principaliter ad quæstionem sequentem, vt videbitur ibidem. Ille autem primus modus
n.8. originis (vt iam supra dictum est) diuiditur in duos modos, quorum quilibet subdiuiditur in duos, & sic in se continet quatuor mo-
ibid dos. Quorum primus est per similitudinem rerum, & sonorum in seipsis, qualis est inter
n.10. sonum æris, & tinnitum. Secundus est in suis proprietatibus secundum se considera-
n.11. tis, qualis est inter validum, & vim. Tertius est eorum in suis proprietatibus comparatis ad diuersas vires cognitiuas sensitiuas,
n.13. qualis est inter pilos cuius respectu tactus, & vocem quæ est lana respectu auditus. Quartus est similiter eorum in suis proprietatibus comparatis ad vim intellectiuam quo ad proprietatem rei, & ad vim sensitiuam auditus quo ad proprietatem vocis, qualis est inter rem, quæ aspere tangit intellectum, vt est virga virtus, & vocem eius, quæ aspere tangit sensum auditus, cuiusmodi est veretrum.

23. Et quod primò quæritur, nec Deo, nec alicui quod est in eo vox aliqua verbi imponi potest, quia non est in eo aliquid sensibile sensu auditus, nec eadem ratione tertio modo, quia non est in eo sensibile aliquo sensu omnino.

24. Secundo autem modo vox Deo imponi non potest nisi sub ratione alicuius generalis attributi, quia proprietati quæ est in creatura non respondet aliquid in Deo secundum similitudinem, siue congruentiam, nisi secundum rationem attributi. Et hoc nō secundum æqualitatem, sed solummodo secundum rationem cuiusdam imitationis. Et sic illo modo imponi verbum vocis Deo per æqualitatis similitudinem, non est omnino impossibile tam ab intellectu creato, quā ab intellectu increato. Possibile tamen est etiam ab intellectu creato viatoris per similitudinem imitationis, vt Deo quia validissimus est, vox verbi validissima in sono imponatur ad ipsum significandum.

25. Et similiter per similitudinem quarto modo impossibile est Deo imponi verbi vocem per similitudinem æqualitatis. Possibile est tamen per similitudinem imitationis, & hoc veritati diuinæ essentiæ sub propria ratione quam habet in se absque comparatione ad creaturas, sed hoc non ab intellectu creato viatoris, quia non sic ipsam attingit per cognitionem, sicut nec cæcus natus attingit intelligentiam, quæ significatur nomine coloris. Per similitudinem autem æqualitatis est omnino impossibile, quia impossibile est, quòd tanta lenitate, seu suauitate tangat vox aliqua sensum auditus, quanta lenitate, seu suauitate tangit veritas diuinæ essentiæ nude cognita intellectum beatum.

26. Et tantum secundum illum quartum modū originis verbi naturalis fuit im, ositio verbi (si tamen fuit naturalis) qua Adam nomina imposuit rebus Gen. 2. Post quam C.18.
enim dixit dominus. *Non est bonum esse hominem solum, faciamus ei adiutorium si-* C.19.
mile sibi, continue sequitur. *Formatis igitur dominus Deus de humo cunctis animantibus, adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea.* Quod dicere (vt æstimo) fecit dominus, vt per nomina eis imposita iuxta congruentiā rerum declararetur Adæ, quod non esset in illis similis ei, secundum quod hoc facto ad signum dicens. *Ada vero non inueniebatur adiu-* D.20.
tor similis ei. Et vlterius ex hoc dominus ostendit ei necessitatem faciendi mulierem. Talis ergo impositio quia est secundum proprietatem essentiæ, & naturæ rei congruentem proprietati in comparatione ad vires cognitiuas sensus, & intellectus verbi, tali modo verbum aut nomen imponere rei non est nisi sapientis, & perfecte cognoscentis naturam, & proprietatem cuiusque rei, quam Adam in statu innocentiæ diuina sapientia præditus perfecte cognoscere, omnium tanquam sibi naturali intellectui suo subiectam. Vnde quòd quidditas & essentia per se respondeat speciei, & secundum diuersitatem specierum specialissimarum diuersificentur quidditates, & essentiæ rerum, quæ in genere plerunque conueniunt, & sub qualibet specie eædem sunt in singulis indiuiduis, ideo tali impositione non imponitur nomen nisi speciebus specialissimis, non autem singularibus, dicente Philosopho 7. Metaphysicæ. *Nomina imposita* c.18.t.54
sunt communia omnibus rebus. Particularia in 3
enim non habent nomen proprium. Sic ergo ge- ibidē 14.
tv 84.

AAAAAAA nera

nera, & indiuidua habent nomina, illa non sunt nisi pure ad placitum. Nisi forte imponatur correspondens proprietati, & mori alicuius indiuidui, puta hoc nomen Artoxerxes, quod aspere sonat apud sensum, quia ille erat asperrimus, & memoriam eius asperrime recipit singulorum intellectus. Vnde etiam quia post statum innocentiæ nullus hominū perfecte nosse potuit quidditatē cuiusque rei etiam sensibilis substantiæ, vel accidentis, ex tali origine ab homine nomen nulli speciei potest imponi. Propter quod omne nomen ab homine ad placitum est impositum, licet quantum est ex natura rei, & vocis posset esse impositio ex origine naturali.

27. De tali nominis impositione dico, quòd dictis duobus Deus est fabilis verbo naturaliter originato per similitudinem imitationis, sed verbo originato per similitudinē æqualitatis omnino ineffabilis est omni creaturæ. Et hoc non tantum verbo exteriori sed interiori, quia sicut per similitudinem æqualitatis nullum verbum creaturæ exterius ei congruit, sic nec vllum interius. Quia vt dicit Hilar. *verborum significantiam rei natura consumit.* Et hoc quia quicquid est in vocibus verborum, & in ipsis verbis creatis, diminutum est, quia finitum respectu perfectionis, quę est infinitas diuina. Hinc dicit 22. pro-

to 5. positio de causis. *Causa prima est super omne nomen quo nominatur, quoniā non pertinet ei diminutio.* Et de isto modo ineffabilitatis loqui-

Ibid. tur sexta propositio de causis, sic dicēs. *Causa prima superior est omni narratione, & non deficiunt linguæ à narratione eius, nisi propter narrationem esse ipsius* comment. *Quod est quia narratio non fit nisi per loquelam, & loquela per intelligentiam. Et causa prima est super res intelligibiles, quia propter non cadit super eam intelligentia.* Vnde si verbo mentis Deus effabilis est aut narrabilis, hoc est solummodo sibi, & solo verbo suo non creato, sed genito, dicen-

Epist. 4 to 2. te Augustino in Epistola ad Madaurenses. *Est quiddam inuisibile summum æternum, & incommutabile, & nulli effabile nisi tantum sibi. Est quiddam quo se ipsa summitas maiestatis narrat non impar gignenti atque narranti verbum, per quod narratur illud principium quod non dicendo dicere conatus sum, & dicendo non dixi.*

28. Tertio autem modo, nec Deo nec alicui in eo potest imponi nomen, quia ex ratione talis originis non imponitur nomen nisi rei sensibili, qualis Deus non est.

29. Quarto autem modo impositio verbi Deo, & eis quæ sunt in ipso ex tali origine omnino est impossibilis, etsi sit possibilis circa creaturam, quoniam nulla est omnino proportio inter tactum quo Deus, aut aliquid eorū quæ in illo sunt, tangit intellectum, siue creatum siue increatum, & quo sonus tangit auditum, & præcipue quo tactu vnius soni magis sit illi proportionalis quam alterius.

30. Sic ergo breuiter recolligendo prædicta, dico, quòd etsi creaturis verba essent imponenda, vel possibilia imponi secundum modum originis naturalis, nullo tamen modo Deo, aut alicui quod est in eo. Restat ergo, quòd verbum vocis ei impossibile est ad placitum tantum, & quòd ad placitum sermone siue verbo vocali significari, aut nominari potest. Et concedenda est se- a.g.
cundum hoc vltima ratio, quæ hoc concludit.

31. Ad primum in oppositum, quòd Deus a.z.
est ineffabilis, ergo non potest fari, nec nominari, nec sermone proferri. Dico, quòd super hoc tangit Augustinus Pugnam quandam vbi dicit primo de doctrina christiana
cap 6. *Deus ineffabilis est, quod autem à me* to.6.
dictum est, si ineffabile esset, dictum non esset, ac per hoc non ineffabilis quidem dicendus est Deus, quia & hoc cum dicitur, aliquid dicitur, & fit nescio qua pugna verborum, quoniam si illud est ineffabile, quod dici non potest, non est ineffabile quod dici potest. Et dico, quod effabile non solum dicitur fabile, sed perfecte fabile, illa significatione complente significatum verbi cui componitur. Illa autem præpositio in, adueniens non priuat siue negat fabilitatem ex parte fabilitatis simpliciter, sed ratione plenitudinis solum, quia nulli plene fabile nisi sibi tantum. Et hoc non aliquo verbo vocali, sed mentali sibi coæterno, vt iam
dictum est. Et sic ineffabile licet non possit n. 25.
ab aliqua creatura effari, potest tamen fari,
& sic cessat omnis pugna verborum. Hinc c. 9. tr 14 ad med.
dicit Augustinus super Ioannem. *Extendat anima cupiditatem suam, & sinu capaciore quærat apprehendere quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. desiderari potest, concupisci potest, suspirari potest, digne cogitari aut verbis explicari non potest.* Et de
Trinitate libro 7. cap. 4. *Loquendi causa de* to.8.
ineffabilibus, vt fari aliquo modo possemus quod effari nullo modo possumus, vt dictum est, &c. Vnde tandem de Deo propter minimum quod
scintillamus fando, & quasi non omittimus, to.1.
dicit Augustinus 1. conf. cap. 4. *Loquentes de te muti sunt.*

32. Ad secundum patet per idem, quia n. 2.
perfectæ explicationi sicut sunt in se cedunt sensus, & sermo, quia demonstrari verbo non possunt, non solum verbo incomplexo quo rememoratur notitia simplicium, sed nec verborum complexione in propositione, aut argumentatione, quibus explicatur notitia habitudinum simplicium inter se, nec sic cedant

dant

duat sensus, & sermo quin aliquo modo verbis incomplexa diuina possint quoquo modo percipi, & verborum complexione aliqua occulta nec a inuestigari. Sed quia idipsum modicum est respectu eius quod restat, & cū hoc periculosum, ne explicare volens occulta incidat in errorem, ideo de talibus tutius est silere, quam aliquid loquendo, & inuestigando explicare, dicente Augustino de
c.5.to.10. verbis domini, Sermo 38. *Fratres, melius esset si possemus tacere, & dicere, hoc habet fides, sic credimus, non potes capere, paruulus es, homo non potest dicere quod non etiam sentire possit, forsitan silendo aliquid dignum de re ineffa-*
ad fin. *bili cogitaretur.* Et Hilarius 7. de Trinitate, cap. 21. *Non relictus est hominum eloquijs de Dei rebus alius prater quam Dei sermo, omnia reliqua, & arcta, & conclusa, & impedita sunt, & obscura. Siquis alijs verbis demonstrare hoc quam quibus dictum est à Deo volet, aut ipse non intelligit, aut legentibus non intelligendum relinquit.* Cui vt dicit Augustinus contra Adimantum, *honorificum silentium potius quam vlla vox humana competeret.* c.11.to.6. Et Hilarius 2. de Trinit cap. 4. *Immensum est quod exigitur, incomprehensibile quod auditur, vt vltra prasitionē Dei sermo de Deo sit. Extra significātiā sermonis est, extra sēsus intētionē extra intelligētia cōceptionē quicquid vltra quaritur, non enūciatur, non attingitur, non tenetur. Verborum significātiā rei ipsius natura cōsumit.* Sed vt dicit ibidem cap. 1. *compellimur hareticorum, & blasphemantium vitijs illicita agere, ardua scandere, ineffabilia loqui, inconcessa prasumere, & cum sola fide expleri, qua pracepta sunt oporteret, cogimur sermonis nostri humilitatem ad ea, qua inenarrabilia sunt extendere, & in vitium vitio coarctamur alieno, vt qua contineri religione mentium oportuisset, nunc in periculum humani eloquij proferantur.*

Conclusiones ex Quæstione prima, Articuli Septuagesimi tertij.

1. *Loquendo de origine verbi voluntaria, & ad placitum, Deo, & omni ei, quod in illo est verbum potest imponi, & vox ad significandum. num. 21.*
2. *Loquendo de origine naturali per similitudinem rerum, & sonorum in seipsis nec Deo, nec alicui, quod est in eo vox aliqua verbi imponi potest. num. 23.*
3. *Secundum similitudinem rerum in suis proprietatibus vox Deo imponi non potest nisi sub ratione alicuius generalis attributi. n. 24.*
4. *Per aqualitatis similitudinem non est omnino impossibile tam ab intellectu create, quam ab increato. ibid.*
5. *Possibile est etiam ab intellectu create viatoris per similitudinem imitationis. ibid.*
6. *Secundum similitudinem rerum in comparatione ad diuersas virtutes cognitiuas impossibile est Deo imponi verbi vocem per similitudinem aqualitatis. n. 25. 27.*
7. *Possibile est tamen per similitudinem imitationis. ibid.*
8. *Non tamen ab intellectu create viatoris. ibid.*

QVAESTIO SECVNDA.

Vtrum Deus, & quæ in ipso, & de ipso intelliguntur significari possint nominibus impositis creaturis.

CIrca secundũ arguitur, quòd Deus nõ potest significari nominibus, seu verbis impositis creaturis.

1. Primò sic, quod est causa seductionis, in diuinis esse non potest quantũ est ex parte ipsorũ, quia quod est causa seductionis ducit in errorem, quia non est seductio nisi in errorem. In diuinis autem quantum est ex parte ipsorum error esse non potest, sed significare Deum nominibus, siue verbis impositis creaturis est causa seductionis, quia vt dicit Augustinus de verbis domini contra Arrianos
c.g.10.10. 38. Sermo, *Carnalia trãsferre ad spiritualia cupiunt, & intentione carnalium facilius seducuntur.* Quæcunque autem sunt in creaturis, carnalia sunt respectu spiritualium diuinorũ, &c.

post prin. a.32.q.1. a.2.10. 2. Secundo sic. Dicit Boethius de Trinitate. *In diuinis intellectualiter versari oportet, neque deduci ad imagines.* Sed nominibus impositis creaturis significare Deum est deduci ad imagines, quia omnis creatura est imago vel habens aliquam rationem imaginis Dei in vestigio, ergo &c.

3. In contrarium arguitur. Primò sic. Dionysius cap. 1 de diu. nominib. loquens de Deo & creaturis, dicit sic. *Ex omnibus quę sunt laudatur, & nominatur,* non nominatur autem ex illis, nisi ipsum significando verbis, siue nominibus illis impositis, ergo &c.

4. Secũdò sic, modo quo res cognoscitur, potest significari nomine, & non aliter. Sed
a.19. secundum dicta in præcedenti quæstione, nullus ponit nomen rei quam nescit. Et se-
c.5.10.10. cundum quòd dicit Augustinus Sermo 38. super Ioannem, *Homo non potest dicere quod non potest etiam sentire.* Sed secundum Dionysium ca. 1 de diu. nom. *omnia diuina quęcũque nobis manifestantur, in participijs solis cognoscimus,* ergo & in solis participijs significari nominibus possunt. Sed hoc non est nisi significare diuina nominibus impositis creaturis, quia de numero participantium sunt omnes creaturæ, & solæ creaturæ. ergo &c.

5. Dico, quòd postquam significari nomine, siue nominis impositione necessario q.1.a.19. sequitur cognitionem rei quæ significatur, & cui nomen imponitur, aut possibile est imponi, ita quòd non nisi cognito, & non nisi secundum quod cognitum est posset rei nomen imponi, aut res significari nomine. Diuina autem non cognoscuntur à nobis viatoribus, nec possunt cognosci nisi in alijs, & hoc vt in obiectis cognitis, & quod non nisi in alio cognosci potest, non nisi in alio, & nomine alterius significari potest, quia nisi ita significaretur, aliter significaretur, quam cognosceretur. Igitur quæcunque diuina quia à nobis non nisi in creaturis cognoscuntur, non nisi nomine creaturarum significari nobis aut à nobis possunt. Quare cum possibile sit illa à nobis significari, quia nihil possumus intelligere nisi illud possimus significare quoquo modo, licet non ita complete, vt infra videbitur, & intelligere non possumus plura diuina, & in Deo existentia, puta esse, viuere, sapere, intelligere, & cætera huiusmodi: Dico ergo, quòd plurima quæ sunt in Deo, nominibus impositis creaturis significari possunt. Quæcunque autem in Deo sunt, Deus est, ergo & Deus ipse nominibus impositis creaturis significari potest.

6. Et hoc non quibusdam communibus creaturarum, & quibusdam non, sed omnibus nominibus omnium creaturarum, & omniũ, quæ in creaturis sunt. Sed diuersimode, prout diuersimode, quælibet res, & per consequẽs nomẽ eius Deo attribui potest, vt supra determinatũ est de attributis articulo 32. quęstione 2. Prout enim ibi determinatum est, a.6. quędam Deo attribuuntur per proprietatem, vt secundum Ambrosium 1 lib. de Trinitate, in præf. to 3. *illa quorum nomina euidenter diuinitatis proprietatem ostendunt,* vt sunt sapientia, bonitas, potestas, & huiusmodi, & vniuersaliter illa quæ aliquid perfectionis simpliciter nominãt in creaturis, vt declaratum est in eadem quę- a.4. stione prima. Quædam autem alia eidem attribuuntur per translationem, vt sunt illa quorum res nominibus significantes aliquid correspondens diuinæ proprietati in se continent

tent. Et vtroque modo nomina attributorum Deo ab illis quæ sunt in creaturis, originem trahunt ab illis secundum aliquem trium modorum originis verbi non principalium, videlicet, vel rerum similitudine, vel rerum proprietate, vel rerum contrarietate, intra ta tamen cum similitudine. Similitudine rerum nominatur Deus leo, & nominatur, atque significatur nomine animalis sic nominati, & ab ipso nomen tale ei deriuatur, & hoc propter similitudinem quam habent in fortitudine. Ouis vero Deus consimiliter nominatur propter similitudinem in mansuetudine, quam habet Deus cum oue, quæ est animal mansuetum. Vicinitate rerum nominatarum nominatur notitia Dei, sapientia, & significatur nomine sapientiæ, quo significata est notitia intellectus creaturæ, & ab illa nomen tale deriuatur cum diuinis tribuitur. Vicina enim est sapientia Dei sapientiæ creaturæ, non situ loci, sed dignitate naturæ, & similiter beniuolentia, & e conuerso bonitas eorundem, & cætera quæ Deo attribuuntur propter proprietatem.

7. Et hoc aduertendum quo ad illa quæ accidunt circa res prius, quam nomina eis imponantur vel posterius aduentura sunt nomina illis per se, quę imponuntur, vt quo ad hoc Moyses qui ipse ab aquis assumptus fuit à filia Pharaonis, & ipsum nomen eius interpretatur. Aliquando ante, vt Iacob, quòd supplantaturus erat fratrem suum Esau. Maxime autem contrarietate & similitudine rerũ, cum zelus nominatur & significatur Dei dilectio custoditiua castitatis animæ sanctæ. Vt enim dicit Augustinus contra Adimãtum cap. 11. *Zelum Dei non cruciatum animi quo maritus aduersus vxorem, vel vxor aduersus maritum torqueri solent, sed tranquillissimam, sinceriſsimamque iustitiam, qua nulla anima beata esse sinitur falsis opinionibus prauisque cupiditatibus corrupta, & quodammodo grauidata. Quæro zelum hominis, & inuenio perturbationem cruciantem cor. Cum quæro causam, nihil aliud inuenio nisi quod non patitur coniugis adulteriũ.* Et ibidem cap. 13. *Tolle de zelo dolorem, quid remanebit aliud nisi voluntas iustitatem custodiens?* In eo ergo, quòd zelus in Deo dicit tranquillitatem voluntatis, quæ contraria est perturbationi, quæ est in zelo hominis, deriuatur ab hominis zelo zelus in Deo per rerum contrarietatem, sicut lucus dicitur nemus a luce quia minime lucet. In eo autem, quod vtrobique dicit voluntatem custodiendi castitatem, deriuatur zelus Dei à zelo hominis per rerum similitudinem, sicut ab eo, quod est crux deriuatur crus, vt dictum est in præcedenti quæstione. Et sic licet non sit verbum impositum ad significandum Deum secundum primum, & principalem modum originis verbi, sunt tamen verba plurima imposita ad significãdum Deum penes alios tres modos originis verbi ad quos pertinent omnia nomina attributa Deo à creaturis, siue proprie, siue translatiue.

to.6. — q. 2. n.6. — ibid.

8. Est tamen aduertendum, quòd secundum illos tres modos aliter nomina translata à creaturis ad significandum diuina oriuntur à creaturis, quam oriantur ab vna creatura, & deriuentur ad alteram. Quia in creaturis ab vna creatura deriuantur ad alteram secundum aliquam vocis variationem, vt per vicinitatem rerum à capite capillus, per similitudinem rerum à cruce crus, per contrarietatẽ rerum à luce lucus. In Deo autem deriuantur à creatura per omnimodam vocis identitatem, secundum quod ab animali quod est leo dicitur Deus leo propter similitudinem, à notitia creaturę quæ est sapientia, Dei notitia dicitur sapientia per rerum vicinitatem. Maxime autem per rerum similitudinem, & earundem contrarietatem simul ab amore hominis, qui est zelus, amor Dei zelus dicitur, vt dictum est. Pure etiam secundum aliquos per rerum contrarietatem a notitia, quæ est sapiẽtia in homine, deriuatur ad Deũ nomen sapientiæ, & dicitur Deus sapiens per contrarium, non quia minime sapiat, sed potius ne credatur ei inesse contrarium, scilicet quòd sit insipiens, & sic secundum dictas tres origines verbi à creaturis verba originãtur quibus significatur, siue nominatur Deus, & illa quæ in eo sunt, sed aliud, & aliud significant in Deo, & in creaturis sub eodem nomine non variato. Sed deriuatione nominis a contrario pure nõn credimus nomen in diuinis à creaturis deriuari, sicut nec ponimus à contrario aliquam appropriationem fieri in diuinis, vt patet ex determinatis in præcedenti articulo. ibid. — q. 1. n.6.

9. Quod ergo arguitur Primò, quòd Deus non potest significari nominibus, siue verbis impositis creaturis, quia hoc esset causa seductionis, & erroris. Dico, quòd verum est si eandem significationem rei eiusdem modi, & naturæ intelligantur significare in diuinis, & in creaturis, & sic secundum eundem significatum à creaturis nomina transferantur ad diuina, qualiter intelligebant hæretici nomina deriuari, siue transferri ad diuina à creaturis, puta natiuitatem filij. De qua ibidem Augustinus ad literam loquitur dicens sic. *Quando carnalibus iste spiritualia æstimabimus homini assueto nasci nisi terrena, & videntibus creaturæ ordinem, vbi successus, & decessus gignentes, & genitos ætate distinguunt? Post patrẽ enim nascitur filius patri morituro successurus. Hanc consuetudinem videndi carnalia transferre* — n.1. — De verb. Dom ser. 18. c. 5 to.10.

vt illi ad spiritualia cupiunt, & intentione carnalium facile seducuntur. (Ioan. 5. C. 19. tr. 19. in prin. to. 9) Idem exponens illud *Non potest filius à se facere quicquam nisi quæ viderit patrem facientem*, dicit sup. er Ioan. *Quæ si intelligantur secundum humanum sensum, nihil aliud nobis facit anima plena phantasmatibus, nisi quasdam imagines velut duorum hominum patris, & filij vnius ostendentis, alterius videntis, quæ omnia idola cordis sunt. Quæ si iam deiecta sunt de templis suis, quanta magis deijcienda sunt de cordibus christianis? Et quid faciemus* (De verb. Dom. ser. 38. ca. 9. to. 10.) *nos? silebimus? vtinam liceret, quid ille contra? si haberet quod diceret, diceret. Victus est qui respondere non vult. Ille cui hoc dicitur si non respondeat, etsi in seipso victus non est, vincitur tamen in titubantibus fratribus, & forsitan verum putant non esse.* Igitur vt dicit Hilar. (a. 73. q. 1. n. vlt.) *compellimur hæreticorum, &c.* vt supra in fine quæst. præcedentis. Hoc igitur quod secundũ idem significatum nituntur hæretici verba transferre à creaturis ad diuina, causa (a. 72. q. 3. n. 19. 20.) seductionis, & error eorum ipsorum est in ipsis solummodo, non autem in alijs. Quod tamen non est ita vt putant, dicente Comment. su- (ad med.) per illud Boethij de Trinit. *Substantia non est in illo vere substantia, sed vltra substantiam. Idem qualitas, &c.* Comment. *Quasi vere quæ de Deo prædicantur non sunt quod nominantur.* Nam quia non est tanta dictionum copia, vt quæcunque suis possint nominibus designari, humanæ locutionis vsus maxime a naturalibus ex aliqua rationis proportione nomina transfert, vt sicut dicimus corpus album, magnum, corpus substantia, album qualitate, magnum quantitate, ita dicimus Deus, iustus, maximus, quasi dictum sit Deus substantia, iustus qualitate, maximus quantitate, cum tamen nihil horum, rerum, aut generis proprietate, sed tantum proportionali transfactione dicamus. Et Hilar. lib. 4. de Trinit. in principio. *Non ignoramus ad res diuinas explicandas neque hominum elocutionem, neque naturæ humanæ comparationē posse sufficere, quod enim inenarrabile est, ad significātiæ alicuius fi..t & modum non habet. Cum tamen de naturis cælestibus sermo est, illa ipsa quæ sensu mentium continentur, vsu communi, & natura, & sermonis sunt eloquenda, non vtique dignitati Dei congrua sed ingenij nostri imbecillitati necessaria, rebus suis luce, & verbis nostris ea quæ & sentimus, & intelligimus locuturi.* Vnde ad præcauenda prædicta quæ contingunt hæreticis, (to. 3.) dicit August. 9. de Trinit. cap. 1. *Non aliquid de Trinitate dicamus quod non creatori, sed creaturæ potius conueniat, aut inani cogitatione fingatur.* Et lib. 4. *Quisquis Deum cogitat, & nondum potest omnino inuenire quid sit, pie tamē caueat quantum potest de illo sentire quod non sit.* Si enim verba à creaturis translata ad diuina secundum aliam significationem rei scilicet eminentioris intelligantur in illis, quam in creaturis, non sunt causa seductionis, sed potius elucidationis veritatis, secundum quod supra articulo 20. quæstione 1. & 2 de modo locutionis Sacræ Scripturæ expositum est, secundum quod etiam docet Hil. dicens (in prin.) 2. de Trinit. *Quia malignitas instinctu diabolica fraudulentiæ excæcata veritatē rerum per naturæ nomina eludit, nos naturas nominum profitemur, non frustrentur naturæ proprietatibus nominum, sed iuxta naturæ significationem nomina confitentur.* Dominus baptizans gentes in nomine patris & filij & Spiritus Sancti, posuit naturæ nomina. Vnde talis translatio, seu deriuatio nominum a creaturis ad diuina est quasi quædam nominum ad significandũ impositio.

10. Ad secundum, quod in diuinis oporte (a. 2.) tet non deduci ad imagines. Dico, quòd ad imagines contingit deduci dupliciter. Vno modo sentiendo esse in diuinis quod percipitur esse in imaginib' sic deduci ad imagines, & nominibus sic positis creaturis significare Deum, est causa erroris, & seductionis, vt dictum est. (a. 9.) Alio modo sentiendo per similitudinem, & vicinitatem esse eminenter tale, quod in diuinis quale percipitur esse in creaturis siue in imaginibus, sic deduci ad imagines, & nominibus impositis creaturis significare Deum. vt similiter dictum est, nequaquā est causa seductionis & erroris, sed potius directionis in cognitione veritatis circa diuina. (ibid)

11. Et secundum hoc concedenda sunt duo argumenta in contrarium, præter hoc (n. 6.) quòd secundum nititur probare, quòd solis nominibus impositis creaturis Deus significari possit, quod non est verum. Licet enim significare aliquid de Deo non possumus in speciali quod pertineat ad perfectionem naturæ eius, cuiusmodi est sapientia, bonitas, potestas, & huiusmodi, nisi nominibus sumptis ex creaturis, & hoc (sicut iam dictū est) per (sup. n. 6) vicinitatem perfectionum consimilium in creaturis, ita quod non possumus significare nomine alicuius in creaturis veritatem perfectionis diuinæ essentiæ, quia non respondet ei per completam vicinitatem aliquid in creatura, nec possumus illi nomen imponere ex notitia, qua cognoscitur de re quid sit, quia (vt dictum est) perfectionem virtutis diuinæ essentiæ solus Deus comprehensiua potest cognoscere, possumus tamen illi nomē imponere ex notitia qua per creaturas possumus cognoscere an sit, & quid sit saltem in generali attributo, vt dictum est supra. Et sic (q. 1. n. D) nominamus ipsum hoc nomine Deus non ex aliqua naturali congruentia huius vocis Deus

quæ

quæ est quatuor literarũ, quia nulla potest esse secundum prædicta, sed solummodo ad placitum. Aut si vox aliqua naturaliter in se, vel in aliqua proprietate sua conuenire posset diuinæ essentiæ, aut alicui proprietati eius, aut solus Deus nomen illud vocis congruens perfectioni suæ essentiæ imponere posset, vt dicitur supra de attributis articulo 32. quæstione 4. aut intellectus beatus quicunque, & si tale nomen Deo naturali origine per similitudinem vocis ad rem significatam tam sit impositum, puto quòd sit illud quod dicit Rabi Moyses fore nomen Tetragrammaton Deo appropriatum: de quo dictum est satis secundum Rabi Moysen in dicta quæstione, & amplius declarabitur in sequenti articulo quæstione nona.

Conclusiones ex Quæstione secunda, Articuli Septuagesimi tertij.

1. *Deus, & quæ sunt in Deo nominibus impositis creaturis significari potest.* num. 5.
2. *Et hoc vtroque modo secundum similitudinem, & secundum proprietatem.* nu. 6.

QVAESTIO TERTIA.

Vtrum nomina significantia Deum, & creaturas vniuoce significent illos.

Circa tertium arguitur, quòd nomina significantia Deum, & creaturas non significant illa vniuocè.

1. Primò sic. In omni genere, & ordine rerum vnum est ante multa, iuxta illud Dion. cap. 4. de diuinis nomin. *Dyas non principium. Monas autem totius dyadis principium.* In ordine autem producentium, & productorum productio æquiuoce ponit omnimodam pluralitatem inter producentem, & productum propter dissimilitudinem producentis ad productum. Sol enim non calore generat calorem. Productio autem vniuoca semper ponit vnitatem inter productum, & producentem, quia est per similitudinem producentis ad productum. Ignis enim calore generat calorem. Primi ergo agentis ad suum productum debet esse vniuocatio, & illa est principiũ primũ ad productionẽ æquiuocã, & debet æquiuoca ad vniuocam reduci, sed nomina quæ a creaturis Deo attribuuntur, & à creaturis ad significandum Deum, & quæ sunt in illo transferuntur, transferuntur ad illum, vt ad causam primam ab effectu, vt declaratum est supra loquendo de attributis. a 32.q.7 Transferuntur ergo ad ipsum significandum vt causam vniuocam ab effectu vniuoco, sed talia nomina dicũtur vniuoce de causa, & de effectu, puta calor de calore in igne, & de calore in ignito, ergo &c.

2. Secundò sic. Quæ dicuntur de aliquibus conuenientia nominis, & rei, dicuntur vniuoce de illis per definitionem vniuocorũ, sic dicuntur de Deo, & creaturis nomina quę Deum, & creaturam significant, vt cum demonstrata notitia Dei dicitur, hęc est sapientia, & similiter notitia creaturæ. Aliter enim cum sapientia Dei, non plus conueniret sapientia creaturæ quam creaturę bonitas, quia tantum differret sapientia Dei a sapientia creaturæ, quantum differt a bonitate illius, quod falsum est, quia si homo sit non bonus, & sapiens, communicat cum Deo inquantum

tum ille est sapiens, sed licet esset bonus, & non sapiens, in nullo communicaret Deo in quantum ille est sapiens, ergo &c.

3. In contrarium est, quod minus diuersa magis nata sunt vniuoce eodem nomine significari quam magis diuersa, quia illa sunt propinquiora vnitati, & conuenientiæ quam illa. Sed substantia, & accidens in creatura minus diuersa sunt inter se, quam id quod nominatur nomine sapientiæ in Deo, & id quod nominatur nomine sapientiæ in creatura, quia substantia, & accidens ambo sunt creaturæ, sed substantia, & accidens eodem nomine vniuoce significari non possunt, quia
præd c.3. de speci. 30 2. secundum Porph. *si quisque omnia enti vocet, æquiuoce nuncupabit.* Non videtur . . . tem substantia, & accidens magis vniuoca . . . in ente, ergo &c.

a 3.7.13. n.3.2.21. q 1. n. 6. a 6.7.2. n 3 4.14 q 3. n 6 4. Dico, quòd in esse tota actualitas rei cōsistit, siue quo ad essentiam, siue quo ad existentiam, Quam diu enim res aliqua non est nisi in potentia tantum, non est, neque non habet esse . . . huius . . . Ipsum enim esse circuit intima, & . . . vniuscuiusque rei. Nihil enim est in re quacunque cui esse non conueniat, Propter quod nihil est latius ente. Et est ipsum esse vniuersum, atque aliud, & aliud in rebus secundum diuersitatem eius quod pertinet propter ad quidditatem cuiusque, & similiter est ipsum esse verum, & idem in vnoquoque secundum vnitatem quidditatis suæ. Quæcunque ergo in aliquo, quantūcunque minimo . . . ratione vnitatis vniuocari possunt, vt non in aliquo secundum illud . . . possint vniuoce, & illa vniuoce significare per illud, necesse est quod illa possint saltem vniuocari in esse. Quare cum vt
a.21.q.2 num.6 2. a 32.q 2. n.20. supra determinatum est loquendo de esse Dei, Deus, & creatura in nullo esse vniuocari possunt, multò minus quam substantia, & accidens, ergo nec in aliquo alio. Sed non significatur vniuoce eodem nomine nisi per aliquid eis vniuoce conueniens, quod primo, & per se significatur illo nomine.

5. Dico igitur simpliciter, quòd non idam re, sed . . . omnino aliud, significat idem nomen de Deo, & de creaturis, dicente Boethio
ad med. a.22 q.5. n 37. de Trinit. *Decem prædicamenta quæ de rebus omnibus vniuersaliter prædicantur, talia sunt, qualia subiecta permiserunt. Nam eorum pars in reliquorum prædicatione substantia est, pars in accidentium numero est, atque cum hæc in diuinam prædicationem quis verterit, cuncta mutantur quæ prædicari possunt.* Comment. idest *cum de Deo prædicari dicentur siue substantiæ, siue quantitates, &c. cuncta mutantur,* idest quamuis de Deo prædicatur nomine substantia, vel qualitas, vel quantitas, vel aliquod naturalium nomine appelletur, non tamen est vt dicitur, sed aliqua rationis proportione ita nominatur. Propter quod subdit Boethius dicens *Nam substantia in illo non est vere substantia sed vltra substantiam. Idem qualitas, &c.* Comment. *Quasi vere quæ de Deo prædicantur non sunt, quod nominantur, non quia non est tanta, &c.* vt supra quæstione proxima præcedente. ibid. a.32.q.5. n.83. n.9.

6. Est autem aduertendum, quòd interponit Commen. *Quasi,* excipiendo illud quod dicit Boethius, *Quæ possunt prædicari,* & hoc propter relationem quam excipit. Vnde exponendo se subdit. *Relatio vero omnino non prædicari potest,* & hoc vt subdit, *neque de Deo, neque de cæteris.* Comment. *Vera essendi ratione.* Per quod intelligit, quod tria prædicamenta absoluta scilicet substantia, quantitas, & qualitas aliquid sunt in se, & similiter secundum ipsa sunt aliquid subiecta de quibus prædicantur. Non sic autem septē prædicamenta relatiua. Vnde de tribus primis dicit Boethius. *Hæc prædicamenta talia sunt, vt in quo sunt ipsum esse faciunt quod dicitur.* De aliis dicit. *Talia sunt . . . non quasi ipsa sit res id quod prædicatur de qua dicitur,* idest secundū Comment. quamuis in prędicamento de substantia relatio . . . est, vt Deus est pater vel homo est pater, non tamen ita dicitur, quasi ipsa res de qua dicitur sit id, idest habeat esse aliquod eo quod prædicatur. Nam est quicquid pater est, sed illud quod est esse patrem non est esse, quomodo quod est quale, vel quantum est, & est quale, vel quantum est esse, vt homo qui est albus, vel longus est, & eum esse album, vel longum est esse, sed esse patrem non est esse, quamuis qui pater est vere sit, & hoc quia non est aliquis pater ex aliqua proprietate, qua possit secundum se designari, & sine ad aliud extra se facta sui collatione demonstrari, sicut absque sui ad alterum compositione per se designatur homo esse homo forma humana, qualitate esse albus quantitate longus. Vbi pro voce quam Boethius & Comment. ponunt, posui patrem, & hoc propter clariorem intellectum illius vniuersaliter dicti de relationibus, ibid.

7. Et nota quod non est illa differentia inter tria prædicamenta absoluta, & prædicamenta relatiua, nisi quod de ratione sui prædicamenti illa relatiua non dicunt nisi rationem essendi ad aliud, non autem aliquam propriam realitatem, qualem dicunt absoluta. Propter quod cum mutatio prędicamentorum quando transferuntur ad diuina non fit nisi secundum res significatas, vt dictum a.32.q.2.
est, ideo alia, quia scilicet proprias res dicunt, mutari possunt. Relationes autem nequaquam, quia proprias res non dicunt, sed manent secundum rationem illam in diuinis quā ibi nu. 24. & 103.

tenue-

tenuerunt in creaturis. Et ideo quo ad id, quod de proprio habent relationes in sua significatione, vniuoce significant in diuinis, & in creaturis, non sic prædicamenta absoluta. Sed aspiciendo ad realitatem, quam relationes contrahunt in suo significato ex prædicamentis super quæ fundantur, bene mutantur relationes translatæ ad diuina, sicut & alia, & sicut in diuinis substantia non est substantia scilicet talis qualis est in creaturis, sed
n. a. 13. super substantia, sic in diuinis paternitas non est paternitas, talis scilicet qualis est in creaturis, sed super paternitas. Et hoc modo nomina relationum æquiuoce dicuntur, & significant in diuinis, & in creaturis, sicut & nomina prædicamentorum absolutorum.

8. Et secundum hoc dico generaliter, quòd nomen significans communiter Deum & creaturam, aut aliquid quod est in Deo, & in creatura, necessario significat illa æquiuoce, & non vniuoce. Et secundum hoc conce-
a. 4. denda est vltima ratio.

n. 1. 9. Ad primam in oppositum, quòd primi producentis ad productum suum debet esse vniuocatio, quia vniuoca productio prior est productione, quæ est æquiuoca. Dico, quòd verum est de agente primo ad suum primum productum, quia productio illius necessario est vniuoca, eo quòd est prima, quia æquiuoca non potest esse prima, sicut nec multum potest præcedere vnum, vt tangitur in argumento, & bene. Non autem est verum semper de agente primo ad secundum productũ ab eo, quia agens primum, & vniuocum respectu vnius producti bene potest esse agens primum, & æquiuocum respectu alterius producti, sed ordine quodam, quia actio producentis æquiuoci necessario est secunda, & secundi a secundo producti, & præsupponit actionem producentis vniuoci, quæ est prima, & primi, atque primò producti, ad quam reducitur secunda. Dico ergo, quòd sicut Deus, & creatura in nullo vniuocantur, sic non est vniuoca, sed æquiuoca productio qua producit creaturam, & necessario præsupponit vniuocam, sed non totius Trinitatis producentis creaturam, sed primæ personæ in Trinitate, qua scilicet pater producit filium, & etiam qua ambo producunt Spiritum Sanctum, secundum quod specialius debet declarari in sequenti parte huius disputationis ordinari. Et secundum istas duas productiones duplex est assimilatio producentis ad productum, dicente Ambrosio in lib. de incarnatione verbi. *Alia est similitudo secundum imitationem, alia secundum naturam. Secundum imitationem enim est similitudo creaturæ ad Deũ, secundum naturam autem filij ad patrem, & vtriusque illorum simul ad Spiritum Sanctum*, a. 71. q. 4.
secundum quod hoc clarius patet ex supra determinatis, circa relationem similitudinis diuinarum personarum inter se.

10. Ad secundum quòd nomina quæ significant Deum, & creaturam dicuntur de illis conuenientia rei, & nominis, &c. Dico, n. 2.
quòd sicut secundum Ambros. est similitudo secundum imitationem, & secundum naturam, sic & conuenientia. Et bene verum a. 24. q. 6. n. 23.
est, quod inter Deum, & creaturam est conuenientia imitationis, nulla tamen naturæ, qua scilicet eandem naturam singularem cõmunicent, sicut diuinæ personę communicãt eandem diuinam essentiam, vel vniuersalem, sicut species essentiam generis. Nunc autem vniuocationem non operatur conuenientia, nisi sit secundum naturam, qualis non est inter Deum, & creaturam, nec maior inter sapientiam Dei, & sapientiam creaturæ, quam inter sapientiam Dei, & bonitatem creaturæ, licet inter sapientiam Dei inquantum sapientia, & sapientiam creaturæ maior sit conuenientia imitationis, quam inter sapientiam, & bonitatem creaturæ vt tangit obiectio. Nec est maior conuenientia secundum naturam ad Deum illorum in creaturis, quorum nomina transferuntur ad significandum Deum per proprietatem, quam quorum nomina transferuntur ad significandũ Deum per similitudinem, licet sit maior conuenientia secundum imitationem. Propter quod secundum diuersam rationem originis verbi transferuntur nomina illorum, & istorũ ad diuina, vt habitum est in præcedenti quæstione.

✠

Conclusiones ex Quæstione tertia, Articuli Septuagesimi tertij.

1. *Dicendum simpliciter, quod non idem re, sed re omnino aliud significat idem nomen de Deo, & de creaturis.* n. 5
2. *Nomen significans communiter Deum, & creaturam, aut aliquid quod est in Deo, & in creatura necessario significat illa æquiuoce, & non vniuoce.* num. 8.

QVAESTIO QVARTA.

Vtrum nomina significantia Deum, & creaturas communiter significent illos pure æquiuoce.

Circa quartum arguitur, quòd nomina significantia Deum & creaturam significant illos pure æquiuoce.

1. Primò sic. Quæ maiorem, diuersitatem habent inter se magis habent æquiuocè significati eodem nomine, quam quæ minorem, quia æquiuocatio est secundum significatorum diuersitatem, vt patet ex definitione æquiuocorum, maiorem autem diuersitatem habent inter se Deus, & creatura, quam diuersa indiuidua sub eadem specie, quia illa in aliquo reali communicant, licet vniuersali, Deus autem & creatura nequaquã sed diuersa indiuidua eiusdem speciei pure æquiuocè significantur eodem nomine, vt duo Alexandri secundum Boethium super
L. 1. c. de æquiuoc. prædicamenta Aristot. ergo &c.

2. Secundo sic. Nomen significans plura absque omni illorũ vniuocatione necessario significat illa purè æquiuoce, quia æquiuoca, & vniuoca ex opposito distinguuntur sub vnitate vocis, sed nomen significans Deum, & creaturam significat illos absque omni vniuocatione, quia Dei, & creaturæ nulla omnino est ratio substantię eadem, quod requirunt vniuoca secundum illorum definitionẽ, ergo &c.

3. In contrarium est, quòd illa quæ communicant idem nomen non absque ordine quo nomen non conuenit vni per prius, & alteri per posterius, illo nomine non significantur pure æquiuocè, quia non æqualiter sunt sub voce significata: Deus, & creatura sunt huiusmodi, quia in nullo æquari possunt, ergo &c.

4. Dico, quòd licet omne nomen æquiuocum significet plura nõ sub vna ratione rei, quia nihil significat commune reale, siue singulare, siue vniuersale ad illa, quale est omne nomen vniuocum, illa tamen plura non semper vniformiter se habent ad rationem secundum quam nomen rei imponitur. In impositione enim nominis rei cui imponitur consideranda est ratio rei secundum quã nomen illi imponitur, quia res eadem aliquando habet plures rationes, & licet ipsa sit vna, & eadem, tamen voce bene imponitur secundum rationem vnam, & secundum aliam, puta eadem res significatur nomine substantiæ aut accidentis, aut nomine entis, sed secundum aliam, & aliam rationem, quia sub nomine entis secundum rationem actualitatis simpliciter, sub nomine substantiæ secundum rationem actualis existentiæ in seipso, non autem in alio, sub nomine accidentis secundum rationem actualis existentiæ non nisi in alio. Quæ quidem ratio est alia, & alia, secundum modum quo conceptus ab imponente circa rem est alius, & alius.

5. Distinguendum igitur est de rebus æquiuocè significatis sub eodem nomine. Aut enim aliquam habitudinem habent propter quam vox illis communiter imponitur, aut nullam. Si nullam, tunc est pura æquiuocatio, & est illorum, quæ vocantur æquiuoca casu, quibus idem nomen æquè primò, & principaliter imponitur, vt duo viri sub hoc nomi-

nomine Alexander. Si vero aliquam habent habitudinem propter quam vox illis communiter imponitur, tunc non eſt pura æquiuocatio, & eſt illorum, quæ vocantur æquiuoca habitudine, & hoc vel habitudine illorum, quam habent inter ſe ex rationibus inæqualibus, propter quam vnum illorum mutuat nomen ab altero, vel amborum ad tertium inæqualiter, propter quam ambo ab illo nomen mutuant inæqualiter.

6. Et continet iſta æquiuocatio, quæ eſt habitudine, quatuor modos, & præcedens vnum. Boethius enim in commento libri prædicamentorum Ariſt. ſuper capitulum de æquiuocis diſtinguit quinque modos æquiuocationis de rebus, quæ ſignificantur æquiuoce ſub eadem voce. *Sunt enim, vt dicit, æquiuoca caſu, vt duo Alexandri. Proportione, vt principium dicuntur vnitas, & punctus. Relatione, vt ſalutaris dicitur veſtio, & eſca. Similitudine, vt homo verus, & pictus. Deſcenſu, vt animal dicitur ſanum, & vrina.*

7. Caſu ſub hoc nomine Alexander duo viri nuncupantur, quia abſque cauſa, & ratione ad hoc inducente ex natura rerum ſignificatarum, eo quod nullam habitudinem habent neque inter ſe, neque ad tertium propter quam vnum nomen habeant. Proportione autem æquiuocantur ſub hoc nomine principium vnitas, & punctus, quia licet vnitas, & punctus inter ſe habeant habitudinem in hoc conuenientiæ, & modo ſimilitudinis, quia vnitas eſt a qua numerus procedit, & punctus a quo linea, & ſecundum hanc habitudinem communem ſit eis impoſitio huius nominis principium, tamen iſta proportione ſe habet vnitas ad numerum in principiando ipſum, & punctus ad lineam, quia vnitas principiat numerum, vt pars ſuum totum, punctus autem non ſic lineam, ſed ſolummodo vt terminus terminatum, & ſic perfectius rem principiando conuenit vnitati quam puncto, propter quod etiam conuenit primo nomen principij vnitati, ſecundo autem puncto per tranſumptionem ab vnitate. Relatione autem ad idem, ſcilicet ad ſanitatem animalis, cuius ſunt cauſatiua, aut conſeruatiua, dicitur ſalutaris idest ſanatiua veſtio, & ſimiliter eſca; ſed eſca primo, & principaliter, & veſtio ſecundo, & hoc quia veſtio non eſt ſanatiua, niſi quia confert ad digeſtionem eſcæ, quæ eſt per ſe ſanatiua, & ſic perfectius ratio ſanandi conuenit eſcæ, quam veſtioni, propter quod etiam prius conuenit eſcæ nomen ſanitatis, ſecundario autem conuenit veſtioni. Similitudine autem ad verum hominem dicitur pictura, vel imago hominis homo, & ſic perfectiua eſt ratio hominis in homine vero, quam in eius pictura. Propter quod nomen conuenit primo homini, & ſecundario picturæ. Deſcenſu vero quo effectus, & quod eſt in eo deſcendit in ſua cauſa, quia ſcilicet impreſſiones, quæ ſunt ſigna ſanitatis, quæ eſt in animali, vrina recipit a ſanitate animalis, & ſic perfectius eſt ratio ſanitatis in animali quam in vrina. Propter quod animali primo, & per ſe conuenit nomen ſanitatis, & vrinæ ſecundo, & hoc per quandam tranſumptionem nominis a cauſa ad cauſatum.

8. Et vocatur talis æquiuocatio, quæ eſt in illis quatuor modis, proprie analogia, quia tamen per prius, & poſterius dicitur de pluribus, & per prius, & poſterius ſignificat illa. Et per iſtam habitudinem quodammodo iſta æquiuocatio declinat a pura æquiuocatione ad vniuocationem, ſecundum quam æquiuocationem ſecundum aliquem dictorum quatuor modorum æquiuoce dicuntur de Deo, & creatura nomina quæ ſignificant vtrunque, & tali æquiuocatione æquiuoce ſignificant illa. Semper enim nomen tale prius conuenit vni illorum quam alij, & nunquam æque primo, & principaliter, ſicut conuenit vbi eſt pura æquiuocatio.

9. Et ſecundum hoc concedenda eſt vltima obiectio. Cui autem illorum, Deo ſcilicet an creaturæ conueniat prius, & principalius nomen commune eis, & cui non, videbitur in ſequenti quæſtione. n.3.

10. Ad primum in oppoſitum, quod maiorem diuerſitatem habent inter ſe Deus, & creatura, quam diuerſa indiuidua eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimæ, quæ non continentur ab eodem nomine niſi æquiuoce, quare nec Deus, & creatura. Dico, quod verum eſſet ſi propter diuerſitatem rerum, quæ æquiuocantur diceretur pura æquiuocatio. Nunc autem ex diuerſitate rerum diuerſarum definitionum ſignificatarum ſub eodem nomine contingit æquiuocatio ſimpliciter ſecundum eius definitionem, ſed quod ſit pura, & mera æquiuocatio non declinans in aliquo ad vniuocationem, hoc ſolummodo ideo contingit, quod illa ſcilicet diuerſa non habent aliquam habitudinem inter ſe, vel ad tertium, propter quam vox illa communiter eis conueniat, qualem habent Deus, & creatura quandocunque ſub eodem nomine æquiuocantur, vt patebit in ſequenti quæſtione. Propter iſtam enim habitudinem ex eodem fonte nomen deriuatur pluribus, ex diuerſis autem cum defuit talis habitudo, ſecundum quod Auguſtinus diſtinguens æquiuocationem in Dialectica ſua cap. 10. dicit ſic. *Duas habet formas. Nam ſunt ex eadem origine, aut ex diuerſis.* Et exponendo ſeipſum continue ſubdit. *Ex eadem origine appello, quæ quamuis* 10.1.

vno nomine, at non sub vna definitione teneantur, vno tamen quasi fonte manant, vt est illud quod Tullius, & homo, & statua, & codex, & cadauer intelligi potest. Non possunt quidem ista vna definitione concludi, sed tamen habent vnum fontem, verum scilicet hominem, cuius & illa statua, & ille liber, & illud cadauer est. Ex diuersa origine, cum nepos longe ex diuersa origine filium filij, & luxuriosum significet. Et sic ex diuerso fonte procedere intelligit æquiuoca casu secundum primum modum æquiuocationis. Ex eodem vero fonte procedere intelligit æquiuoca secundum alios quatuor modos, & hoc diuersimode, videlicet aut quia vnum illorum, scilicet cui nomen primo conuenit, est fons alterius cui nomen secundò conuenit, vt contingit in æquiuocis proportione, & similitudine, & descensu, sed diuersimodè. Punctus enim est principium per vnitatem, inquantum vnitas descendit in punctum, & numerus in magnitudinem, & pictura est homo per hoc quod homini vero assimilatur, & vrina est sana quia descendit à sanitate animalia, secundum quòd patet ex prædictis. Aut quia plurium quibus nomen conuenit secundo est fons vnus cui nomen conuenit primò, vt contingit in æquiuocis relatione. Sed hoc dupliciter ex parte illorum quibus conuenit nomen secundo, quia aut gradatim descendunt a fonte primo, vt contingit in exemplo Boethij de vectione, & circa respectu sanitatis animalis. Propter quod non solum primò conuenit sanitati animalis, quæ est fons, quam escæ, aut vectioni, sed etiam primo corpori terræ, & per il-
n.7. lam vectioni vt dictum est. Aut descendunt immediatè a fonte primo, sicut contingit in exemplo Philosophi 5. Meph. de nomine natura quod primo dicitur de forma, & secundò de alijs, sed non conuenit vni per alterum, secundum enim quod dicit Commen. ibidē.
c.4. to 5, to.5. *Natura primo dicitur de forma, & secundo de alijs, vt de materia, quia recipit in se istam naturam qua est forma. Nec dicitur nomen natura de motu, nisi quia est via ad illam naturam.* Et sub isto modo æquiuocationis continentur omnia nomina quæ Philosophus distinguit in 5. Metaphy. quia illorum distinctio est in plura sub eodem nomine per attributionem, & habitudinem aliorum ad vnum cui nomen dignius, & verius conuenit. Propter quod illis conuenit primo, & alijs secundariò, Sicut etiam contingit in exemplo Augustini de hoc nomine Tullius, quòd Tullius dicitur homo rhetor, & statua illius, & liber quem composuit, & eius cadauer, sed hoc vbique per translationem à vicinitate, prout secundum August. vbi supra. *Tullius, & ille in quo magna eloquentia fuit, & statua eius, dicitur ex similitudine.* Ex toto vero pars nominatur, vt cum cadauer illud Tullius dici possit, Ex parte autem totum, vt cum tectum dicitur tota domus, aut a genere species, aut à specie genus, aut ab efficiente effectum, vt Cicero est liber Ciceronis, aut ab effectu efficiens, vt terror qui terrorem facit, aut a continente quod continetur, vt domus, & qui in domo sunt dicuntur, aut conuersa vice, vt castanea & arbor dicitur in qua non est, vel si quid aliud inueniri potest, quod ex eodem ordine quasi transferendo cognominetur. Vnde dicit ibidem eadem. 6. *Vicinitas late patet, & per multas partes secatur, aut per efficientiam, aut per effectum, vt puteus, quod eius effectus potatio est, aut per id quod continet, vt vrbem ab orbe appellari volunt, aut per id quod continetur, vt si quis horreum mutata d litera dicat ab hordeo nominatum, vel à parte totum, vt cum Mucronis nomine, quæ summa pars gladij est, totum gladium vocant, vel à toto pars, vt capillus quasi capitis pilus.* In quibus vt subdit, *quot modis origo verbi corruptione vocum varietur, coeptum est prosequi, & nimis longum.*

11. Nota, quòd Augustinus hic, & iam n.6.
supra, vt habitum est in quæstione prima, originem verbi æquiuocat. Hic enim vbi appellat fontem, originem vocat rem cui primo conuenit nomen à quo transfertur ad alud, Vbi autem originem vocat, modos originandi voces intendit ... vt patet inspicienti dicta hic & ib. ... æquiuocatur similitudo quando primum modum
originis dicit esse per similitudinem rerum, n.7.
& vocum, & quando secundum dicit per similitudinem rerum, & quando dicit hic statuam hominis per similitudinem dici hominem, cum tamen pertineat ad modū originandi secundum vicinitatem, secundum quòd hæc patent ex prædictis.

12. Ad secundum, quod Dei, & creatu- n.2.
ræ nulla est ratio substantiæ eadem, ergo pura æquiuocatio eorum sub eodem nomine. Dico secundum iam dicta, quòd medium illud non probat nisi quòd sit æquiuocatio simpliciter, non quòd pura sit æquiuocatio, quia huius est
altera causa vt dictum n.5.
est, quæ non concurrit cum eodem nomine significantur Deus, & creatura, vt patet ex dictis.

✠

Con-

Concluſiones ex Quæſtione quarta, Articuli Septuageſimi tertij.

1. *Nomina ſignificantia Deum, & creaturas non ſignificant illos pure æquiuoce.* nu. 8.
2. *Significant illos æquiuocatione, quæ potius dicitur Analogia.* ibid.

QVAESTIO QVINTA.

Vtrum nomina ſignificantia Deum, & creaturas per prius ſignificent Deum, quam creaturas, an è conuerſo.

Circa quintum arguitur, quòd nomina ſignificantia communiter Deum, & creaturam, per prius ſignificant Deum, & quod eſt in eo, quam creaturam.

1. Primò ſic. Quando eodem nomine ſignificatur dignius, & minus dignum, nomen per prius conuenit digniori, vt patet in nomine entis, quod ſignificat ſubſtantiam, & accidens, & per prius ſubſtantiam propter eius dignitatem ſuper accidēs, quare cū Deus incomparabiliter dignior ſit creatura, per prius ergo nomē commune ei, quam creaturæ, conuenit ei.

2. Secundò ſic. Tranſlatio ſiue tranſmutatio nominis à creaturis ad diuina, vel per rerum ſignificatarum ſimilitudinem, vel per earum vicinitatem ſecundum quam idem nomen ſignificat Deum & creaturam, non eſt niſi propter conuenientiā in aliquo creaturæ ad Deum, vel in proprietatibus rerū quæ ſignificantur, vt contingit cum nomen creaturæ conuenit Deo per ſimilitudinem, ſicut cum dicitur leo propter fortitudinem, vel in ipſis rebus quæ ſignificantur; vt cum dicitur
q 1. n. 4. ſapiens per vicinitatem, vt patet ex ſupra determinatis. Sed quandocunque nomen idē conuenit pluribus propter conuenientiam in aliquo, illi per prius conuenit cui principalius, & prius conuenit id, in quo eſt conuenientia, quia principalitas cauſæ neceſſario ponit principalitatem effectus. Deo autem illud in quo communicant ipſe & creatura ſemper principalius & prius conuenit, puta fortitudo, propter quod dicitur leo, eo quòd vterque fortis eſt, & notitia quæ nominatur ſapientia in Deo, & in creatura, ergo &c.

3. In contrarium eſt quod ſicut principale ſemper prius eſt tranſumpto, quia tranſumptum non eſt niſi à principali, quod præſupponitur, ſic nomē prius ſignificat id quod eſt principale, à quo tranſumitur ad ſignificandum aliud, quam id ad quod tranſumitur, quare cum omne nomen communiter ſignificans Deum, & creaturam, ſiue quod communiter dicitur de vtroque (hæc enim duo pro eodem reputo) ab eo quod ſignificat in creatura tranſumitur ad ſignificandum Deū, vel id quod eſt in eo, vt patet ex dictis, ergo &c.

4. Dico, quòd tripliciter, ſiue triplici de cauſa nomen aliquibus conuenit ſecundum prius, & poſterius ſcilicet impoſitione, famoſitate, & dignitate. Impoſitione quidem nomen ſemper prius conuenit illi cui primò impoſitum eſt, ſecundum quòd nomen cauſæ primo ſignificat materiam. Quia enim prima viſa eſt, & cognita à ſapientibus inueſtigantibus cauſas eorum, quæ fiunt in rebus naturalibus nomen cauſæ propterea primo ei impoſitum fuit, dicente Philoſopho in primo Metaph. *Plures primorum philoſophantium in* c 3 to 3.
materiæ ſpecie ſolum omnium principium opinati ſunt. Vbi declarat quomodo diuerſimode ibid.
hoc poſuerunt, ſubdit dicens. *Ex his ergo ſolum cauſam in materiæ ſpecie dictum eſſe intelligit.*

git. Et secundum hunc modum nomina translata a creaturis per prius significant creaturas, aut aliquid in ipsis, quam Deum, aut aliquid in ipso, cuiusmodi sunt nomina pertinentia ad diuinas operationes, & proprietates. Et è conuerso nomina translata ad creaturas a Deo, cui primo sunt imposita (si qua sunt) per prius significant Deum, aut aliquid in ipso, quam creaturam, aut aliquid in ipsa, cuiusmodi est hoc nomen Deus pertinens ad diuinam essentiam, à quo per quandam translationem homines dicuntur dij. Famositate autem nomen semper per prius conuenit illi rei ad quam significandam magis vsitatū est. Dignitate vero nomen semper per prius conuenit illi rei, cui perfectius conuenit ratio secundum quam nomen ad significandum imponitur secundum quòd nomen causæ famositate primo, & per prius significat efficientem causam, & secundario omnes alias, quia efficiens realiter mouet materiam, & inducit per motum formam, & per hoc consequitur finem, & per hoc est causa causarum efficiens. Tamen quia non mouet realiter, nisi prius motus metaphoricè à fine, secundū hoc primò & per prius significat causam finalem vt causam aliarum causarum.

5. Et ideo quia omnia nomina translata à creaturis ad Deum, aut è conuerso vsitatius dant intelligere rem a qua translata sunt quā aliam, idcirco dico quod per prius significant creaturas, & per posterius Deum, & è conuerso nomina translata à Deo ad creaturas per prius significant Deum, quam creaturas, licet dignitate nomen semper per prius significat illud, cui dignius, & perfectius conuenit ratio secundum quam nomen ad significandum imponitur, secundum quod ens per prius significat substantiam, & per posterius accidens, quia ratio actualitatis secundum quam ens imponitur substantiæ, & accidenti, dignius conuenit substantiæ, quam accidenti, quia substantiæ ex seipso conuenit, accidenti autem per substantiam, quia scilicet est aliquid substantiæ. Vnde & secundū Philosophum, *accidens non proprie dicitur ens sed entis*.

a 7 q. 1. n 12. a 19 q 1 n. 16. a 21. q. 2. num. 51 a. 72. q. 1. n. 8.

7 Metap. t. 2. 10 3.

6. Et propterea isto modo contrarie nomen conuenit secundum prius, & posterius Deo, & creaturis in nominibus translatis à creaturis ad Deum per similitudinem, & per proprietatem. Quæ enim transferuntur ad Deum à creaturis per similitudinem rerum, quæ sunt Deus, & creatura in aliqua proprietate existente in vtroque secundum modum illorum, puta cum Deus dicitur leo per similitudinem in fortitudine, dignitate per prius dicuntur de creaturis à quibus transferuntur, quam de Deo ad quem transferuntur, & hoc quia ratio similitudinis secundum quam transferuntur, & secundum quam nomen vnum communiter vtrunque significat, dignius, & verius habet esse in creaturis, quā in Deo, quia creatura per talē proprietatē potius dicitur similis Deo in fortitudine, quam è conuerso. Licet enim fortitudo dignius conuenit Deo quam creaturę, similitudo tamen considerata in illa inter Deum, & creaturam, dignius conuenit creaturæ, quam Deo. Creatura enim simpliciter, & per se est similis Deo. Deus autem non est similis creaturæ, nisi per accidens, scilicet quia creatura est similis illi. Quæ tamen dignitas creaturæ in similitudine, nullam ponit in Deo indignitatem, eo quòd talis similitudo pertinet ad relationem mensuræ, & est solum in re mensurata, secundum quam dicitur creatura similis Deo, & non è conuerso, vt patet ex supra determinatis de similitudine in diuinis personis. Vnde & æquiuocatio nominum translatorum a creaturis ad Deum per similitudinem, pertinent ad secundum genus æquiuocorum, quod est proportione, quæ dignius est in vno significatorum, quam in alio, secundum quod dignior est proportio inter vnitatem, & punctum, vt conuenit vnitati in principiando numerum, quam vt conuenit puncto in principiando lineam, vt iam dictum est.

a 63. q. 2.

q. 4. n. 6. 7. q. 1 n. 6. 7. q. 2. n 6. 7.

7. Quæ vero transferuntur à creaturis ad Deum per vicinitatem, & per necessitatem secundum prædicta, è contra per prius dicūtur dignitate de Deo ad quem transferuntur, quam de creaturis à quibus transferuntur, & hoc quia ratio habitudinis, qua Deus, & creatura vicinantur, & secundum quam nomina ab vno illorum ad alterum transferuntur, & secundum quam nomen vnum quod communiter vtrumque significat, dignius cōuenit Deo quam creaturis, quia habitudo qua vicinantur Deus, & creatura, & per quam nomen creaturæ, vt est sapientia, bonitas, substantia, & essentia, & cætera huiusmodi, quę aliquid dignitatis important simpliciter, à creaturis transfertur ad diuina, est habitudo inter effectum, & causam, & transfertur nomen effectus ad causam. Sapientia enim creaturæ est quædam emanatio à diuina sapientia, & similiter de bonitate, & cæteris huiusmodi.

8. Et æquiuoce significantur sapientia creata, & increata sub vno nomine sapientię penes quartum, & quintum modum æquiuocationis prætactos, quia quo ad quartum qui est similitudine secundum genus formę, quo ad quintum, qui est descensu secundum genus causæ efficientis.

q 4 n. 6 7

9. Quod patet de primò sic. Licet enim quæ-

ar. 2. q. 2. num. 90.

ar 4.q.8. n.7. 2.67.q.2. n.20. ar 7 q.3. n.15.16. a 25.q.3. num. 17. a.36.q.1. n.4. quælibet creatura aliquo modo fit ad similitudinem Dei, eo quod omnes rationes perfectionales omnium creaturarum vsque ad infimas, & vsque ad minima quæ sunt in illis, sunt in Deo, vt habitum est supra, & amplius debet exponi loquendo de Deo in comparatione ad creaturas, non tamen id quod perfectionis est in creatura quacunque ratione, qua absolute est essentia, & natura aliqua ipsa vicinatur secundum naturam ad id quod sibi vt ratio perfectionalis respondet in Deo, quam accedat homo pictus ad veritatem hominis viui. Est enim quicquid perfectionis est in creatura quo aliquo modo Deo assimilatur respectu perfectionis sibi respondentis in Deo, sicut pictura respectu eius cui assimilatur in homine viuo, vt respectu esse Dei esse creaturæ verius sit non esse, siue defectus ab illius esse, quã verũ esse, quasi solus Deus possit quodãmodo dici esse. Et similiter de sapiẽtia creaturæ respectu sapientiæ Dei, & bonitate respectu bonitatis, & sic de cæteris. Vt propter hoc Christus intelligatur dixisse, Luc.
ibid. 18. *Nemo bonus nisi solus Deus.* Glo. *Quemlibet sanctum hominem comparatione Dei dicit non esse bonum.* Idcirco ergo quicquid a creatura perfectiori Deo attribuitur, æquiuoce dicitur de eo, & de creatura, sicut homo de viuo homine, & de eius pictura.

10. Refert tamen quo ad hoc, quòd id quod perfectionis in creatura est, non solum est, vt pictura eius quod est in Deo respiciendo ipsum in genere causæ formalis, secundum quam est quo ad suam essentiam, quin etiam ipsum respiciat sicut effectus suam causam efficientem a qua est, & hoc non solũ procedendo ab eo vt pictura secundum figuram artis, sed vt genitura secundum similitudinem veritatis naturæ, saltem per imitationem, quia non potest creatura esse productum adæquatum virtuti agentis, & perfectioni eius, sed necesse est eam ab illa deficere, & recipere perfectionem in gradu naturæ inferiori. Et quo ad hoc non solum illa quæ communiter dicuntur de Deo, & de creatura æquiuocantur sub eisdem per similitudinem secundum quartum modum æquiuocationis, sed etiam secundum quintum, qui est per descensum.

11. Quia ergo huiusmodi nomina transferuntur à creatura ad Deum per vicinitatẽ, & habitudinem effectus ad causam, & quicquid est per correspondentiam se habens in causa maxime æquiuoce agente, & in suo effectu, semper perfectius, & dignius habet esse in causa quam in effectu. Idcirco dico, quòd loquendo de attributione nominis significatis suis secundum prius, & posterius, omnia huiusmodi nomina per prius significant Deũ, & quod in ipso est, & dicuntur de ipso, quam creaturam, aut quod in ipsa est, aut dicantur de illa. Hinc dicit Boethius de Deo lib. de Trinit. *Sed vere forma est non imago, quæ esse ipsum est, & qua esse est,* vbi dicit Comment. post prin *Multa sunt quæ vocantur formæ, vt corporum figuræ. Alia quæ in subsistentibus creatione, aut concreatione sunt.* Sed hæc omnia secundum se habent sua ex quibus dicuntur, ideoque mutuata ab alio nuncupatione potius, quam rationis veritate formæ nominantur. Essentia vero quæ principium est, omnia creata præcedit, illis omnibus vt esse dicantur impertiens, & à nullo alio, vt ipsa sit sumens, ideoque nomine forma non imago est & tamen de ea quis loquens dicit, essentia est ipsum esse, idest quæ non ab alio mutuat hãc dictionem ex qua est esse, idest quæ cæteris omnibus eandem quasi extrinseca participatione communicat, & denique ad omnia quę de ipsis vere dicuntur, quoniam ex ea tanquam ex principio sunt, dictio ista transmutatur, vt de vnaquaque diuinæ formæ participatione rectè dicatur est. Et sicut est de his dictionibus siue nominibus forma, esse, essentia, sic est de omnibus alijs, quæ ad dignitatem pertinent. Omnia enim licet quo ad impositionem aut famositatem nominis translata sunt à creaturis ad diuina, tamen quo ad dignitatem naturę omnia è contra debent intelligi secundum veritatem, & secundum naturam rei esse translata a diuinis ad creaturas.

12. Et secundum hoc bene processit prima obiectio de illis, quæ Deum, & creaturã, aut aliqua in eis significant per proprietatẽ, n.r. siue sint a creaturis translata ad diuina, vt sũt præcipue nomina sumpta ab operibus, & quæ respiciunt opus, siue sint à diuinis translata ad creaturam, vt hoc nomen Deus, & si qua essent alia essentiam absolutam significantia

13. Ad secundum, quòd si idem nomen conuenit Deo & creaturæ, hoc est propter conuenientiam aliquam, illud autem in quo est conuenientia, prius & principalius conuenit Deo, puta fortitudo in Deo, & leone, propter quam per similitudinem rerum hoc nomen leo transfertur ad Deum, & similiter ratio quæ est sapientia, propter quam per proprietatem nomen sapientiæ trãsfertur à creatura ad Deum. Dico, quòd re vera omnis translatio nominum est propter conuenientiam illorum quorum sunt nomina, nisi sit translatio à contrario, quæ vt pure est à contrario, non habet locum in proposito, sed solummodo prout est mixta, vt dictum est supra. Et tunc etiam principalius est translatio q.2.n.8. propter conuenientiam, quam propter contra-

trarium, secundum quod hoc nomen zelus transfertur à creatura ad Deum, non propter contrarietatem, quam zelus dicit in creatura scilicet turbationem, & in Deo scilicet tranquillitatem, sed potius propter immensum actum amoris vtrobique.

14 Et est aduertendum, quòd propter conuenientiam fit translatio dupliciter. Vno modo propter conuenientiam aliquorum in tertio, puta Dei, & leonis in fortitudine. Alio modo propter conuenientiam aliquorũ inter se, puta fortitudinis Dei & fortitudinis leonis. Et est conuenientia primo modo vera similitudo, eo quod est alicuius per id quod est sui aliquid. Secundo autem modo conuenientia non propriè est similitudo, quia est rei ad rem ratione suæ totalitatis, secundum quod hæc patent ex determinatis circa relationes communes. Et propterea primo translatio propriè potest dici propter, siue per similitudinem, non autem secunda, sed si volumus specificare conuenientiam, dicẽda est propriè propter conuenientiam in vicinitate. & cum vicinitas est secundum plures modos ipsa in proposito est solum secundum perfectionem in natura, qua per quandam imitationem effectus ad causam, vt fortitudo, vel sapientia, & quicquid pertinens ad dignitatem simpliciter est in creatura, trãsfertur ad Deum. Propter quod sicut in translatione nominis per similitudinem illud cui magis conuenit ratio similitudinis, & verius, & ideo verius, & potius conuenit ei id in quo est conuenientia, vt est causans similitudinem, est creatura, cuius nomen debet transferri ad Deum, vt habitum est supra. n.6.
Sic in translatione nominis per vicinitatem illud cui magis conuenit perfectio, qua vicinatur ei, & verius conuenit id in quo est cõuenientia, vt est causans vicinitatem, est Deus, ad quem debet nomen transferri à creatura.

n.5. 15. Quod autem assumitur in argumento quòd verius conuenit Deo id in quo est conuenientia cum nomen leonis transfertur ad Deum, scilicet fortitudo &c. Dico, quòd fortitudo dupliciter consideratur. Vno modo vt est ratio perfectionis in quocunque est, Alio modo vt ad ipsam seu ab ipsa consequitur ratio similitudinis in eo in quo est ad aliud. Et primo modo fortitudo magis conuenit Deo, quam leoni, quia ratio perfectionis in illa magis conuenit Deo, quam leoni, licet æquiuocè, quia incomparabiliter perfectior est fortitudo Dei, quam leonis. Sed secundum istam considerationem non fit trãslatio nominis illius, cuius est fortitudo ad aliud, puta leonis ad Deum; sed potius trãsfertur ad nomen impositum fortitudini vnius ad significandum fortitudinem alterius, puta nomen fortitudinis impositum rei sub aliquo gradu perfectionis in leone, ad significandum rem immensam correspondentem in Deo à quo vlterius denominat Deum fortem, per quem modum sunt translata à creaturis cuncta, quæ in illis significant aliquid perfectionis simpliciter. Secundo autem modo fortitudo magis conuenit leoni, quia ratio similitudinis ex illa re conuenit leoni, & non Deo, quia propter conuenientiam fortitudinis leo dicitur similis Deo, nequaquam autem Deus similis leoni, vt patet ex supra determinatis. Et secundum istam considerationem fit translatio nominis illius cuius aliquid est fortitudo à qua denominatur simile ad aliud, puta leonis ad Deum, n.6.
per quem modum sunt translata à creaturis ad Deum nomina, quæ non significant aliquid perfectionis, & dignitatis simpliciter, sed potius aliquid determinatum, & limitatum in gradu, vt sunt nomina propria specierum, vt leo, bos, ouis, & huiusmodi, aut aliquid pertinens ad indignitatem, vt sunt nomina passionum, ira, furor, zelus, & huiusmodi. Et sic patet quod bene procedit argumentum de nominibus trãslatis ad Deum per proprietatem, non autem de translatis ad illum per similitudinem.

16. Argumentum in oppositum procedit de eo quod est per prius nominis impositione, & bene. Sic enim nomen per prius semper conuenit principali, cui primò est impositum, quam cui per transumptionem. Non sic autem de per prius famositate, & dignitate, vt prius dictum est. n.5. n.4.

:::

Con-

Conclusiones ex Quæstione quinta, Articuli Septuagesimi tertij.

1. *Nomina translata à creaturis ad Deum per prius significant creaturas quam Deum num. 4. 5.*
2. *Nomina translata à Deo ad creaturas per prius significant Deum quam creaturas. ibid.*
3. *Quæ transferuntur ad Deum à creaturis per similitudinem in aliqua proprietate per prius dicuntur dignitate de creaturis, quam de Deo. num 6.*
4. *Quæ transferuntur à creatura ad Deum per vicinitatem, & per necessitatem, per prius dicuntur dignitate de Deo, quam de creaturis. num. 7. 9.*
5. *Sapientia creata, & increata sub vno nomine sapientiæ æquiuocè significantur. num. 8.*
6. *Quicquid à creatura perfectiori Deo attribuitur, æquiuocè dicitur de eo, & de creatura. n. 9.*

QVAESTIO SEXTA.

Vtrum nomina significantia Deum, & quæ sunt in eo possint illa significare indifferenter in abstracto, & in concreto.

CIrca sextum arguitur. 1. Primò, quòd nomina Deum, vel quæ in ipso sunt significãtia non possunt significare illa in altero illorum duorum modorum tantum. scilicet, vel in abstracto, vel in concreto, nec indifferenter in vtroque sic, significatio nominis debet conuenire, & respondere rei significatæ, sicut signum signato, ad quod se habent sicut signum, & signatum, sed Deus per se idipsum est, & summũ vnum, & hoc quo ad rem, & quo ad modum rei, & similiter quicquid est in eo, secundum superius determinata de vnitate Dei. Cum ergo nomen significans ipsum idipsum per se debet esse, & quo ad rem, & quo ad modum nominis, sed non est idem modus nominis significare in concreto, & in abstracto; ergo, aut alterum modum tantum debet habere nomen significans Deum, aut aliquid quod est in diuinis, aut neutrum, quia non potest habere vtrumque, sed non neutrum, quia aliquem debet habere, & non sunt plures, ergo tantum alterum illorum habere debent.

2. Secundò arguitur ex eodem medio, quòd non possunt significare illa nisi in abstractione tantum, sic. Significatio nominis debet conuenire, & respondere rei significatæ, sed Deus, & quicquid est in eo simplicissimum aliquid est, solum ergo modo simplicissimo significari debet per nomen, sed talis non est nisi modus ille, qui est in abstractione, eo quòd significat simpliciter rem ipsam, puta deitas. Nomẽ aũt in cõcretione significat habẽtẽ illam, puta Deus. Non est enim Deus, nisi quia habet in se deitatem,

LIIIIIII sim,

simplicior autem est ratio deitatis, vt deitas est, quam habens eam vt habens est, quia ratio hæc continet duo scilicet habere, & habitum, illa autem non nisi vnicum, ergo &c.

3. In contrarium est vsus, qui rem quamcunque & in diuinis, & in creaturis nominat vtroque modo, scilicet & in abstractione, & in concretione, dicendo Deitas, Deus, paternitas, pater, sapientia, sapiens, & sic de cæteris.

c 4.10.3. 4. Dico, quòd licet secundum August. 7. de Trinitate loquentem de nominibus Deû significantibus, *excedit supereminentia diuinitatis vsitati eloquij facultatem, verius enim est, quam cogitatur*, quod debet declarari loquendo de cognitione Dei à creatura intellectuali, & ideo sicut nulla vox potest habere naturalem congruentiam perfectam, vt similitudo vocis, & rei possit esse originalis causa, siue
q.1.n.26. 32. ratio significandi Deum, vt habitum est supra, sic nullus est modus significandi eius, qui ei perfecte congruat, quia tamen Deum quoquo modo concipimus, & cogitamus. & similiter ea quæ in ipso sunt. Aliter enim eum nequaquam diligere, & per fidem colere possemus.
c 1.10.1. Secundum Philosophum autem in libro Perihermenias. *Voces sunt notæ intellectuũ, & earum passionum, quæ de rebus sunt in anima*, quæ sunt conceptus, & verba mentalia nullius linguæ sunt, & rerum earum proximæ, & immediatæ, quæ si de se in mente non essent, notas res vocales ad significandum res quærere non possemus. Propter quod conceptus mentales medij sunt inter verba vocalia, & res significatas per ipsas. Non dico media in significando, quasi verba vocalia non significent res nisi mediante significatione dictorum conceptuum, sic quod immediate significent dictos conceptus, quia verba vocalia immediatè sunt signa rerum quando proferuntur ad docendum ea, quæ sunt in rebus nobis latentia, sicut immediate sunt signa conceptuum, quando proferuntur ad iudicandum conceptum loquentis occulta. In quibus duobus consistit vsus verborum, quia solummodo propter alterum illorum requiruntur. Et secundum quod dicit Aug.
10.2. in Dialectica cap. 10. *Vsum appello illum propter quem verba agnoscimus. Quis enim verba propter verba conquirit?* Quia igitur conceptus necessario sunt medij in quærendo verba vocalia inter res, & verba illas significantia, necessario igitur secundum modum conceptuum formatorum de rebus habent verba in sua institutione formari, vt modus verborũ respondeat modo conceptuum. Qui enim perfectius & expressius rem concipit, perfectius, & expressius eam verbis exprimere potest.

5. Si igitur diuina verbis vocalibus sunt exprimenda, secundum illum modum ergo necesse est illa exprimi secundum quem concipiuntur, ita quod si quis concipiat illa modo illo, cui solum congruunt abstracta, tunc solummodo illa, vel ab illo verbis abstractis sunt significanda, vt forte soli Deo, aut Deo & Angelis, & intellectibus beatis. Si vero aliquis concipiat illa modo illo, cui solum congruunt concreta, solummodo illa, vel ab illo verbis concretis sunt significanda, vt contingit in homine viatore. Quia enim vt superius declaratum est, pro statu vitæ præsentis diuinorum notitiam non nisi ex creaturis concipit, secundum modum ergo quo q.2.n.5. n.39.q.7. num.33. n.54.q.3. n.74.
in creaturis concipit significanda per nomina transferenda ad diuina secundum illum modum oportet illa per vocem exprimat in diuinis. Quia ergo homo concipit in creaturis diuina, & modo abstracto, & modo cõcreto, puta deitatem, & Deum, iustitiam, & iustum, & sic de cæteris, igitur & modo concreto, siue in concretione, & modo abstracto siue in abstractione indifferenter sunt ab homine diuina verbo siue nomine vocali exprimenda. Et sic cum verba vocalia non sunt propriè nisi hominum, dico, quòd nomina siue verba vocalia Deum, vel quæ in Deo sunt significantia possunt illa significare indifferenter, & in abstractione, & in concretione, quod & sic continet vsus, vt procedit vltimum argumentum, quod secundum n.4.
hoc concedendum est.

n.5. 6 Ad primum in oppositum, quòd Deus, & quicquid est in eo idipsum est quo ad modum rei, ergo vnus, & idem debet esse modus nominis significans quodcunque illorũ. Dico, quòd verum esset si nominis impositio immediate sequeretur modum rei, vt est in seipsa. Nunc autem non est ita, sed potius consequitur modum rei, vt concipitur per intellectum, vt dictum est. Quia ergo modo congruenti, & abstractioni, & concretioni concipitur ab intellectu humano, cuius est principaliter vti nominibus, & ipsa imponere rebus ad placitum, idcirco vnam, & eandem rem in diuinis immo rem deitatis sub ratione cuiuscunque attributi potest significare indifferenter nomine abstracto, & concreto. n.6.

7. Per idem patet ad secundum, quod ex eodem medio procedit, vt patet intuenti. n.7.

Con-

Conclusiones ex Quæstione sexta, Articuli Septuagesimi tertij.

1. *Diuina, & modo abstracto, & modo concreto indifferenter sunt ab homine verbo, siue nomine vocali exprimenda.* n. 5.
2. *Nomina, siue verba vocalia Deum, vel quæ in Deo sunt significantia, possunt illa significare indifferenter, & in abstractione, & in concretione, ibid.*

QVAESTIO SEPTIMA.

Utrum nomina significantia Deum, & quæ sunt in ipso congruentius significant illa in abstractione, quam in concretione.

CIrca septimum arguitur, quod nomina Deũ, & quæ sunt in eo significantia congruentius significant illa in concretione, quam in abstractione.

1. Primò sic, nomina quę significant diuina sicuti habēt esse, congruentius illa significant, quā quę significant illa sicuti habent intelligi, quia nomina principalius imponuntur ad significandum res vt sunt in se, quam vt sunt in intellectu, licet vtroque modo imponantur, vt patet ex pręcedenti quæstione, & res ipsa principalius esse suum habet in se quam in intellectu, & res diuinæ in se sunt concretæ, & non abstractę, quia aut subsistunt, vt personæ, aut sunt in subsistente, vt propria, & cōmunia attributa personarum. Subsistens autem inquantum subsistens concretum est, & similiter existēs in subsistente inquantum huiusmodi similiter concretum est, eo quòd persona quæ subsistit, hoc quòd subsistit debet substantiæ in qua subsistit, & proprietati relatiuæ qua subsistit, & id quod est in persona subsistente, hoc quod subsistit debet personæ in qua subsistit. Abstractum autem inquantum abstractum nulli debet esse suum, dicente Comment. super il-
post pri. lo Boethij de Trin. *Cum tres sint speculatiuæ partes, naturalis inabstracta est, sic. Materia, hyle, & primaria forma, idest idea simplices sunt & abstracta, non enim vel illa formis, vel ista materijs debent quod sunt, scilicet quo ad esse essentiæ eorum, hoc enim debent soli formæ exemplari, & etiam quo ad esse existentiæ, hoc enim debēt soli efficienti*, ergo &c.

2. Secundo sic, modus significandi verbi debet respondere modo essendi ipsius rei, sicut signum signato, vt perfectior modus significandi conueniat verbo significanti rem, quæ habet perfectiorem modum essendi, & si modus essendi abstractè est perfectior, & modus significandi abstractè est perfectior, & si modus essendi concrete est perfectior, & modus significandi concretè est perfectior, sed modus essendi concrete perfectior est mō essendi abstracte, quia ille est rei, vt secundū se est subsistens in se, vt hominis, vel albi. Alter autem scilicet modus essendi abstracte est rei, vt est in intellectu, aut in subsistente, vt denominans ipsum, vt humanitatis, vel albedinis. Perfectior autem est modus essendi rem, vt est in se, quam vt est in alio, modus autem essendi perfectior conuenit rei diuinæ, quia ipsa est perfectissima, ergo &c.

3. In contrarium arguitur quasi ex eodem medio sic, secundum modum quo res in se existit debet significari, sed res diuina in se est abstracta, dicente Boeth. vbi supra. *Res theologica est*, ergo &c.

4. Dico, quòd ille modus significandi, qui magis cōgruit nomini, vt est significās, magis congruit rei significatæ per ipsum inquantū

significata est. Igitur quia secundum dicta
n.4. in præcedente quæstione, nomina notæ sunt non solum rerum immediatè, sed etiam intellectuum, & rerum mediantibus illis, & sic sunt significatiua rerum non solum immediatè, sed etiam mediantibus conceptibus, & intellectibus, & conceptibus intellectus de ipsis, modus significandi dupliciter, magis congruit nomini. Vno modo vt est significatiuum rei immediate. Alio modo vt est significatiuum rei mediante conceptu intellectus.

5. Secundo quidem modo dico, quòd modus significandi magis congruit rei, quando
n.5. congruit ei secundum modum quo nata est concipi ab intellectu: igitur, quia res diuina ab intellectu naturali creato non est nata concipi, nisi sub intuitu creaturæ, cuius cognitio secundum iam dicta non est, nisi sub ratione concreti respectu abstractionis realis, quantumcunque abstrahatur secundum rationem. Propterea dico, quòd modus significandi concretiue magis congruit nominibus significantibus diuina in quantum sunt obiecta intellectus creaturæ.

6. Primo autem modo qui est modus significandi rem principalior, vt tactum est in primo argumento, dico iuxta medium vlti-
n.1. n.3. mo indictum, quòd ille modus significandi diuina magis congruit diuinis nominibus qui magis congruit modo existendi rerum diuinarum in seipsis, & per consequens ille magis congruit eis, vt natæ sunt concipi ab ipso intellectu diuino, quia ille cognoscit res maxime diuinas secundum quod habent esse in seipsis. Nunc autem modus significandi abstracte rationem simplicitatis importat, modus autem significandi concrete, modum compositionis importat alicuius cum alio, sicut modus essendi concrete est in composito, siue in compositione cum alio existere, sic quod esse quod habet in tali composito, aut compositione, per se separatim secundum rem habere non possit, etsi in eius consideratione illud possit habere. Vnde super illo Boetij, et quod probat, quòd naturalis philosophia est inabstracta, dicens. *Considerat*
post prin *enim corporeas formas cum materia*, dicit Comment. *Cui insunt, atque ex hoc subsistentium omnium concretio dicitur. Vnde concretio dicitur quasi concreatio*, secundum quòd Commentator continuè subdit, dicens. *Creatio namque substantiam inesse facit, vt cui inest ab ea aliquid sit. Concretio vero eidem subsistentiæ naturas posterioris rationis accommodat, vt cui tamen illa insunt simplex non sit. Quæ quoniam inesse non possunt nisi sic subsistentibus insint, vt eorum subsistentijs assint, inabstracta dicuntur*. Nota quòd in eo quod dicit, *Concretio vero eidem subsistentia, &c.* non exprimit nisi vnum modum concretionis, qui est formarum accidentalium consequentium, subsistens substantialiter ex materia, & forma, quarum concretio est in compositione earum cum tali subsistente, quæ per se considerat naturalis philosophia, & vt dicit Boethius, *quæ à corporibus separari non possunt*, scilicet secundum rem, licet secundum intellectum. Vnde exponens dicit Comment. *Quæ posterio-* Ibid. *ris rationis formæ à corporibus non possunt separari, non dico disciplinali ratione, sed actu, idest vt quod sunt dum concreta sunt retineant separata*.

7. Præter illum autem est alius modus, qui est in quolibet composito quocunque modo compositionis, & consistit in vnione componentium inter se in tali composito, siue sit materia, & formæ substantialis in subsistente substantiali re, siue generis, & differentiæ in specie, siue eius quod est, & quo est, siue essentiæ, & rationis suppositi secundum diuersos modos compositionis superius remotos à simplicitate Dei. Et in vtroque a.18.29. modo concretionis composita siue componentia (vt dicit statim Comment.) esse non possunt, nisi sic subsistentibus insunt, vt earũ subsistentijs assint, sed alter in primo modo concretionis, alter vero in secundo. Quia in primo assunt subsistentijs vt quibus componuntur iam præexistenti, & faciunt cum illo vnum compositum accidentale. In secundo vero modo assunt subsistentijs, quia in illis componuntur, idest simul ponuntur, & constituunt ipsum subsistens, vt vnum cõpositum substantiale.

8. Sicut ergo modus significandi concrete, siue accidentaliter, vt cum dicitur albũ, sapiens, siue substantialiter, vt cum dicitur Deus, homo, modum compositionis importat, & in hoc conformis est concreto, siue rei concretæ, cuiusmodi est omne compositum, modus autem significandi abstracte modum simplicitatis importat, sicut modus essendi abstracte est in simplicitate, sic quod esse quod habet separate, in composito habere non possit, puta naturalia in intellectu abstractione logica, & mathematica similiter in intellectu abstractione mathematica, & diuina, siue theologica abstractione reali in ipsa re extra intellectum, sic modus significandi abstracte, siue accidentaliter, vt albedo, sapientia, siue substantialiter, vt deitas, humanitas, modum simplicitatis importat, & in hoc est conformis abstracto, siue rei abstractæ, cuiusmodi non sunt nisi res diuinæ, Deus scilicet, & quæ in eo sunt, & hoc propter eorũ inconcretionem, & carentiam omnis compositionis, vel ex alijs, & diuersis, vel aliorũ

cum

post prin cum ipso, dicente Boethio. *Res theologica abstracta est, nam Dei substantia materia caret*, scilicet ex qua sit, & quæ subiectum alterius sit, dicente ibidem Commen. *idest nec Deus, nec eius essentia potest esse materia*. Et rationem huius quo ad vtrunque modum materiæ addit subdens. *Neque enim ea quæ ipse essentia potest esse non simpliciter*, & hoc quo ad primum modum materiæ & compositionis. *Neque in eo eidem essentia adesse aliud aliquid potest quo ipse sit*, & hoc quo ad secundum modum materiæ, & compositionis. Vnde quo ad vtrunque communiter subdit. *Neque enim Deus simplex esset, si vel eius essentia constaret ex multis, nec eidem adessent formæ in illo, quia vel ipse Deus vere esset, vel eius essentia diceretur materia subiecta*. Dico, quod propter huiusmodi Dei simplicitatem, & abstractionem magis congruũt ei, & magis proprie conueniunt nomina abstracta, quam concreta, vt magis proprie significent Deum in abstractione prolata quam in concretione. Quem modum tenet beatus Dionysius, Deũ potius nominãs iustitiam, sapientiam, bonitatem, & huiusmodi, quam iustum, sapientem, bonum, & huiusmodi. Vnde omnia alia a Deo magis congrue, & magis propriè nominantur nominibus concretis, quam abstractis.

9 Et sic diuersitas ista nominum significantium penes concretum, & abstractum ex ipsarum rerum, quæ nominantur diuersitate procedit, sicut ex diuersitate rerum, quæ speculantur, diuersitas speculationum procedit.
ibid. De qua dicit Boethius. *In naturalibus rationaliter, in diuinis intellectualiter oportet versari, neque deduci ad imagines, sed potius ipsam inspicere formam, quæ vere forma non imago est, quæ esse ipsum est, & quæ esse est*. *In naturalibus*, dicit Comment. *quæ sicut sunt*, scilicet concreta & in abstracta, *sic percipi debent*, scilicet concrete & inabstracte. Et consimiliter dico, *quæ sicut sunt* scilicet concreta, & inabstracta, *sic nominari debent*, scilicet concretè, & inabstracte. *Rationaliter*, dicit Commentator, *vt scilicet posito nomine quo, & id quod est, & id quo est significatur eatenus, qua concreta veri debet, diligenter attendat quid proprie sibi, vel quod est, vel quo est concretionis consortio exigat*. Quod intelligo hic, & quo ad nominationem, sicut & ad speculationem, de qua ipse intendit subdens. *Et quid cæterarum speculationum locis communicet. In diuinis* (dicit Commentator) *quæ non in disciplina etiam re ipsa abstracta sunt intellectualiter oportet versari, idest ex proprijs theologorum rationibus illa concipere, & non ex naturaliter concretorum proprietatibus iudicare*. Et ego dico iuxta hoc ad propositum nostrum, intellectualiter oportet conuersari idest proprijs theologorum rationibus illa nominare, non nominibus concretorum, scilicet abstractis non concretis, vnde sequitur. *Neque oportet deduci*. Comment. *Quæ vere existentium sunt. Ad imagines, idest ad aliqua concreta, sed potius inspicere ex suis rationibus formam*. Et ego iuxta hoc dico, ex proprijs, & suis nominibus. Sequitur. *Quæ vere forma non imago est, quæ esse ipsum est, ex qua esse est*, vbi dicit Commentator. *Multa sunt quæ formæ vocantur*, vt supra in quæstione penultima præcedente. q.5.n.11.

10 Si ergo quia modus significandi diuina, prout habent esse in seipsis est secundum prædicta perfectior modus significandi illa, sup n 6. & sic significantur modo abstracto congruentius. Dico igitur, quod simpliciter congruentius, & magis proprie nomina diuina significant illa in abstractione, quam in concretione, prout procedit vltimum argumentum, n 5. quod secundum hoc concedendum est.

11. Ad primum in oppositum, quòd res n.1. diuinæ in se sunt concretę, quia aut sũt subsistens aut in subsistente, & talia inquantum huiusmodi sunt concreta. Dico, quòd falsũ est nisi ipsa sint composita, & ea quæ sunt in illis habeant esse in eis per aliquam compositionem. Diuina autem omnia siue sint supposita, siue existentia in supposito propter sũmam simplicitatem eorũ abstracta sunt. Vnde non est verum in diuinis, quòd subsistens, aut existens in subsistente inquãtum huiusmodi, concretum sit, quia in diuinis habens est id quod habetur, & vnum eorum, vt habetur in subsistente secundum rem est aliud, puta substantia est relatio, & è conuerso, vt deitas, & paternitas, & è conuerso. Propter quod licet in talibus sit aliquid habens modum subsistẽtis, & aliquid modum informantis, nihil tamen in illis habet modum inhærentis, neque substantialiter, neque accidentaliter, qualem modum habent circa creaturas illa quæ subsistentibus insunt. Propter quod in illis solũ est vera concretio.

12. Ad secundum, quòd res diuina quia n.2. habet modum essendi perfectiorem, debet verbo suo significari modo significandi perfectiori. Dico, quòd verum est. Et cum assumitur, quod ille est significari concrete, Dico quod falsum est secundum prædicta. Et quod arguitur, quòd immo, quia modus essendi concrete, cui respondet modus significandi concrete, est perfectior. Dico, quòd verum est, quòd scilicet modus significandi concrete, respondet per congruentiam, & proprie magis modo essendi concrete, quam modus significandi abstracte. Sed quod dicitur, quòd scilicet modus essendi concrete

fit

sit perfectior. Dico, quòd hoc falsum est. & quòd ad hoc arguitur, quod immo, quia est rei, vt est in se subsistens, non sic modus essendi abstracte, quia ille est rei vt existens est in alio, & nobilior est modus essendi rem, vt est in se quam vt est in alio. Dico, quòd non solus modus essendi concrete est modus essendi rei, vt est in se subsistens, sed etiam modus essendi abstracte, nec modus essendi concrete est solius rei, vt est subsistens, sed etiam est rei, vt est per inhærentiam subsistẽti insistens.

13. Ad cuius intellectum est aduertendum, quòd differunt modus essendi, & modus significandi, quia modus significandi est ex parte nominis significantis, & habet solũmodo vnam diuisionem, quia omnis modus significandi nominis, aut est abstracte per talia nomina homo, albus, aut concrete per talia nomina humanitas, albedo. Modus aũt essendi est ex parte rei significatæ, & habet duas diuisiones, quia aut est abstracte, & concrete, aut est subsistenter, & insistenter, & hoc siue ipsum insistenter sumatur per inhærentiam, siue absq; inhærentia, & est modus essendi abstracte duplex, vel abstractione rei, quæ est solum in diuinis omnino simplicibus, siue ipsa existant subsistenter, & in se, vt personæ, siue insistenter existant, & absq; inhærentia, vt quæ sunt in personis, vel abstractione rationis, quæ est solum in rebus creatis naturalibus, & mathematicis de quo nihil ad præsens. Modus autem essendi concrete est solummodo in creaturis compositis, siue existant subsistenter, & per compositionem ex alijs, siue existant insistenter, & per inhærentiam, & compositionem cum alijs. Dico ergo ad assumptum, quod si solus modus essendi cõcrete esset solius rei subsistentis, & existentis in se siue vt talis est, & non esset res insistens per inhærentiam, nec modus essendi abstracte esset alicuius rei subsistentis, & existentis in se, siue vt est talis, sed esset solius rei insistentis per inhærentiam, tunc bene verum esset, quod modus essendi concrete esset perfectior, quam modus essendi abstracte. Sed non est ita, vt dictum est.

14. Et quod arguitur, quòd immo, quia modus essendi abstracte non est rei, nisi vt est in intellectu, aut vt in subsistente, vt denominans ipsum, puta humanitas, aut albedo, hominem. Dico, quod in huiusmodi nominibus significantibus res, qualia sunt humanitas, albedo, est considerare duplicem modum, scilicet modum essendi rei, & modum significandi nominis. Quorum primus duplex est. Vnus ex ipsa re, alius vero rei ex intellectu apprehendente illam,

15. Et primus istorum est esse abstractione rei, & est in solis diuinis, quia quicquid est in eis, simplex est omnino. In omnibus autem creaturis est esse concrete, quia non est res in creaturis, quin cõcreta sit, vel per cõpositionem, qua est composita ex alijs, vel qua est composita alij. Et sic modus essendi rei significatæ istis nominibus, humanitas, albedo, est esse concrete, sicut modus essendi rei significatæ istis nominibus homo, album, Homo enim significat compositum ex animali, & rationali, & humanitas significat compositum ex animalitate, & rationalitate, quia sicut homo est animal rationale, sic humanitas est animalitas etiam rationabilitas, licet homo cum hoc quòd significat compositum ex animali, & rationali, etiam significet suppositum subsistens in se compositum ex essentia significata nomine humanitatis, quæ est ipsum quod est, & ratione subsistendi quæ est ipsum quo est. Et sic humanitas significat suppositum non in se subsistens, sed solum essentiam, quæ est aliquid in composito siue constitutione subsistentia, & sic per modum informantis, & per hoc in alio existentis. Album enim significat qualitatẽ inhærentem subiecto, & sic concretam illi. Albedo similiter licet differenter in modo significandi, significat,

16. Secundus autem modus essendi rei, scilicet ex intellectu, est esse abstracte abstractione intellectus, & est tam in diuinis, quam in creaturis, in quantum intellectus comprehendit secundum se formam, quæ est in supposito subsistente, vt informans illud. Et modus essendi rei abstracte est modus rei significatæ hoc nomine humanitas, vel albedo, quæ tamen ex se non habet nisi modum essendi concrete, vt dictum est. Similiter, & modus essendi rei significatæ hoc nomine deitas, vel paternitas est esse abstracte scilicet abstractione intellectus, quæ cum hoc ex se habet modum essendi abstracte abstractione rei ex se. Quo modo essendi abstracte, de quo procedit medium, licet nobilior esset modus essendi concrete, in hoc quòd modus essendi concrete est subsistentis in se, licet non solius subsistentis, nec ipse solus est subsistentis, sicut dictum est, modus autem essendi abstracte, abstractione scilicet intellectiua, est modus essendi in alio, scilicet & in subsistente, vt informato, & in intellectu, vt apprehendente. Non tamen ex hoc sequitur, quòd modo essendi abstracte ex ipsa natura rei sit nobilior modus essendi concrete, qui non est in aliqua re nisi ex natura ipsius rei. Aliter enim modus essendi concrete rei creatæ, quem habet in compositione quadã ex propria natura ipsius rei creatæ,

tæ, eſſet nobilior modo eſſendi abſtractè rei diuinæ, quem habet in ſimplicitate ſua ex propria natura ipſius rei diuinæ, quod falſum eſt, & impoſſibile, quia aliter res creata eſſet nobilior re diuina, quia rei nobilioris nobilior eſt ille modus eſſendi, quem habet ex ſe, quam ſit ille modus eſſendi, quem habet ex ſe res minor, eo quod ſicut ſe habet res ad rẽ, ſic ſe habet talis modus ad talem modum, vnde procedit illud medium in æquiuoco de modo eſſendi abſtractè.

17. Quia igitur ſimpliciter nobilior ſiue perfectior eſt modo eſſendi concretè modus eſſendi rei diuinæ abſtractè, quem habet ex ſe, de quo ſolummodo ad præſens intendimus, ſiue ſit ſubſiſtentis, ſiue exiſtentis in ſubſiſtente, modus autem eſſendi abſtractè magis congruus eſt, & proprius modo ſignificandi abſtractè. Ideo ſimpliciter ſtat determinatio præſcripta, quòd res quæcunque diuinæ magis congrue ſiue magis propriè ſignificantur nominibus abſtractis ſignificantibus modo abſtracto, cuiuſmodi ſunt deitas, eſſentia, ſapientia, quam nominibus concretis ſignificantibus modo concreto, cuiuſmodi ſunt Deus, ens, ſapiens, & huiuſmodi, licet fortè ſecus ſit de prædicationibus, quòd ſcilicet magis propriè de ſubiectis modo concreto ſignificatis prædicantur prædicata ſignificata modo concretionis, quam modo abſtractionis, vt magis propriè dicatur, Deus eſt bonus, quam Deus eſt bonitas. Sed de hoc ſermo eſt inferius loquendo de diuinis prædicationibus.

Concluſiones ex Quaſtione ſeptima, Articuli Septuageſimi tertij.

1. *Modus ſignificandi rem concretiue magis congruit nominibus ſignificantibus diuina, inquantum ſunt obiecta intellectus creaturæ. n. 5.*
2. *Dicendum quod ſimpliciter congruentius, & magis propriè nomina diuina ſignificant Deum, & quæ ſunt in ipſo in abſtractione, quam in concretione. n. 10. 17.*

QVAESTIO OCTAVA.

Vtrum Deus aliquo nomine propriè nominari poſsit.

Circa octauum arguitur, quòd Deus aliquo nomine propriè nominari poſſit.

1. Primò ſic, illo nomine propriè nominatur aliquid, quod ſignificat rem, quæ propriè habet eſſe in illo, verbi gratia. Riſus, q. propriè habet eſſe in homine, ideo ridere quod eſt nomen ſignificans riſum, cum prædicatur de homine, dicendo homo ridet, propriè ſignificat actũ quẽdam hominis, quare cum propriè immo propriiſſime habeant eſſe in Deo res, quas ſignificant iſta nomina Deus, ſapiens, iuſtus potens, & cætera huiuſmodi, quæ aliquid dignitatis ſimpliciter ſunt in creaturis, ergo omnibus iſtis nominibus propriè nominatur id quod eſt in Deo. Quicquid autem eſt in Deo eſt Deus, ergo &c.

2. Secundò ſic, illo nomine quod ſignificat rem quæ eſt in ſolo Deo, propriè nominatur Deus, quia res non dicitur nominari aliquo nomine impropriè niſi quia illud nomen propriè ſignificat aliquid quod eſt in

alio,

alio, puta florere prati non nominatur proprie ridere, nisi quia ridere significat id quod proprie est in homine, sed hoc nomen Deus significat rem, quæ est in solo Deo, dicente
q.6.10.3. Augu. 1. de doctrina christiana. *Omnes linguæ latinæ si eos cum aures eorum sonus iste tetigerit, mouet ad cogitandum excellentissimam quã*
a.32 q.4. n.25. *dam immortalemque naturam, vt aliquid quo nihil sit melius, atque sublimius illa cogitatio conatur attingere*, & cor fiat, quòd tale quid in solo Deo est, ergo &c.

3. Tertio sic, iuxta idem medium, illo nomine quod significat rē, quæ est in solo Deo,
a.39.q.4. num.27. non solum propriè sed etiam proprijssimè nominatur Deus, sed hoc nomen esse, vel es-
a.41.q.1. n.27. sentia quod dicitur ab ipso esse, proprijssimè significat rem, quę est in Deo, quia Deus proprijssimè est, secundum superius determinata,
q.5.n.9. ergo &c.

4. In contrarium est quod dicit August.
10 c. libro contra Adimantum cap. 7 *De illa maiestate quicquid dictum fuerit incongrue dicitur, quoniam omnes appellationes linguarum omnium ineffabili sublimitate præcedit*, & ca. 11. loquēs de his verbis ira & zelo in Deo, dicit sic. *Hęc verba horrescunt qui nondum viderunt ineffabili maiestati nulla verba congruere. Spiritus autē insinuans intelligentibus quam ineffabilia sūt diuina, his vti voluit quæ apud homines in vitio solent poni, vt inde admonerentur, & illa quæ cū aliqua dignitate Dei, e putant dicere non esse maiestati*, & ca. 13 *Quia nihil dignum de Deo dici potest, propterea ad ista verba peruentū est, quæ cum homines indigna esse putauerint, cogitarent etiam ista illa quæ conuenienter de ineffabili diuina essentia se dicere æstimant, indigna esse maiestati*. Si autem nihil de Deo congruè dignè, aut conuenienter dici potest, quia quicquid congruenter, dignè, aut conuenienter dicitur, propriè dicitur, ergo &c.

5. Dico secundum superius exposita de
q.71.q.2. appropriatis, quòd propriè dicitur tripliciter aliquid de aliquo. Primo quia solitariè, sic commune proprium proprie dicitur de eo cuius est proprium, sicut omne commune dicitur communiter de eo cui est commune. Secundo modo quia appropriate, sic commune in diuinis proprie dicitur de illo cuius proprio assimilatur. Tertio modo quia prærogatiue, sic commune proprie dicitur de illo, cui conuenit excellenter.

6. Loquendo de propriè primo modo, dico quòd loquendo de origine impositionis verbi siue nominis ad placitum, hoc nomen
9.4. Deus conuenit Deo propriè, vt procedit secunda obiectio.

7. Loquendo autem de origine impositionis verbi naturali, & principali scilicet per similitudinem rei significatæ, & vocis, vel in seipsis, vel in suis proprietatibus secundum modum expositum supra in quæstione prima huius articuli, dico, quod Deus nomine nullo proprie nominari potest.

8. Loquendo etiam de origine verbi naturali non principali, scilicet per similitudinem rerum significatarum, aut per vicinitatem, aut per contrarietatem, dico, quòd talis impositio nominis & origo aut intelligitur fieri per deriuationem nominis à nomine secundum aliam vocis terminationem, vt à capite capillus, à luce lucus, a cruce crux, aut per translationem eiusdem nominis a creaturis quibus primo esset impositum, ad Deum, quēadmodum inferens terrorem dicitur terror.

9. Primo modo dico quod, Deus nullo nomine proprie nominari potest, quia nomen illud deriuaretur a nomine primo imposito, vel per contrarium, sicut nemus dicitur lucus per contrarium a luce, quia vmbrosum est, & minime lucet. Nunc autem nullum nomen deriuari potest Deo à creaturis per contrariū propter infinitam distantiam ab illis, & contraria debent esse conuenientia in genere. Vel per vicinitatem effectus scilicet ad causam, secundum quod capillus dicitur a capite. Vel per similitudinem rerum, sicut crux à cruce, quod similiter non potest fieri naturaliter propter eandem infinitam distantiam.

10. Secundo autem modo dico, quòd Deus nominatur omnibus nominibus sumptis a creaturis, & omnibus nominibus creaturarum, secundum modum quo omnes res omnium prædicamentorum Deo possunt attribui, prout determinatum est supra articulo 32. pr. acti, ue quæstione 2. sed hoc transumptiue, & ideo nullo modo proprie, sed omnino improprie, & hoc in proprietate translationis, qua exigente nomen translatū ad Deum a creaturis non significat ipsum Deum modo quo est in seipso, sed modo quo per similitudinem, & vicinitatem ad rem à qua est translatum, concipit ipsum intellectus ex notitia qua de illa re est informatus, & adhuc minus perfectè significat quam concipit, vt declarabitur in 10. quæstione sequente. Vnde si aliquo nomine proprie nominaretur, oporteret, quòd illud nomen significaret eum sicut est in se ipso, quod est impossibile de alio nomine, quam de illo, quod est verbum diuinum personale increatum, quia nullum aliud nomen quod Deus est in se, siue nomen illud sit verbum vocis siue mentis, comprehendere potest vt significatiuum illius, sed tantummodo aliquid eius. Propter quod nihil propriè, & verè perfectè de Deo significatur cum significatum per talia nomina de Deo prædicatur, dicente de diuina natura

Dion.

Dion. cap. 2. cæl. Hierar. *Non esse secundum quid eorum, quæ eum vere Deum &c.* vt infra in fine quæstionis secundæ articuli sequentis. Et sic talia nomina impropriè significant Deum improprietate translationis.

11. Quod dico propter alios tres modos dicendi aliquid impropriè. Primo scilicet quia incongruenter illi de quo dicitur, quẽadmodum diceremus impropriè in diuinis loqui illum, qui diceret, quòd pater est causa filij, quia causa non dicitur propriè, nisi in creaturis, sed propriè diceretur loqui qui diceret, pater est principium filij, & tamen principium in diuinis non omnino propriè, sed trãslatiue, & ita impropriè dicitur. Secundo quia inusitate, quemadmodum in arte logica si quis omissis verbis vsitatis in illa vteretur verbis in illa non vsitatis, sed in alia. Puta qui in logica subiectum, & prædicatum nominaret suppositum, & appositum, quæ verba non in logica, sed in grãmatica sunt vsitata, impropriè diceretur loqui. Tertiò, quia non principaliter, quemadmodum accidens dicitur impropriè ens respectu substantiæ, & creatura respectu Dei.

12. Et hoc modo sicut substantia dicitur ens propriè respectu accidentis, sic Deus posset dici ens propriè respectu creaturæ, prout procedit tertium argumentũ. a.1. Et hoc modo dicit Comment. super 12. Metaph. quòd vita, & scientia propriè dicuntur de Deo. Sed hoc non pertinet ad nominis significationem, sed potius ad quandam nominis communis appropriationem, a.9.q.5. de qua habitum est supra loquendo de appropriatis, sumendo scilicet propriè pro appropriate per prærogatiuam.

13. Sumendo autem propriè pro appropriate per similitudinem ad proprium eius, cui appropriatur, quod propriè dicitur appropriate, dico, quòd nullo modo nomen aliquid potest dici propriè de Deo, nec Deũ propriè idest appropriate significare, quia tale appropriatum non esset nisi commune Deo cum creaturis. Tale autem commune prout conuenit creaturæ propter infinitam distantiam illius à Deo, nullo modo habere posset conuenientem similitudinem ad proprium Dei. Propter quod nulla appropriatio eius quod conuenit Deo, & creaturis, ibid. inquantum conuenit creaturis Deo fit per similitudinem, sed per excellentiam tantum,

a.5. 14. Quod ergo arguitur primo, quòd res significatæ per nomina diuina propriè immo proprijssime habent esse in Deo, immo propriè immo proprijssime nominant illas. Dico secundum dicta in quæstione quinta præcedente, quod bene verum est aspiciendo ad significatum dignius sub nomine. Aspiciendo tamen ad id quod famosius significatur ipso nomine, & ad primam nominis impositionem, non est ita. Et quo ad hoc attenditur principalis improprietas in nominibus diuinis, scilicet quia primo imposita sunt rebus creatis, & illis quæ sunt in creaturis, quę idcirco famosius per huiusmodi nomina ab audientibus concipiuntur, quando proferũtur, & ab illis sunt translata ad significandum in diuinis correspondentia, quæ vt sunt in diuinis, ex se, & in se nobis non sunt cognita, sed solummodo cognita ex illis, & in illis quibus correspondent in creaturis, ad quæ primo, & immediate mens nostra se conuertit intelligendo aliquid statim cum nomina proferuntur. Et ideo ipsa per aliquam improprietatem translationis diuina significãt. Sicut cum ridere transfertur ad significandum floritionem prati, dicendo pratum ridet. Aut per aliquam similitudinem rerum significatarum, vt cum dicitur vox alba per aliquam similitudinem vocis in mouendo auditum, & coloris albi in mouendo visum. Aut per vicinitatem causæ ad effectum, quod magis valet ad propositum. Quemadmodum enim dicitur terror à quo terror procedit in hominibus, sic sapientia dicitur notitia Dei, à qua procedit sapientia in hominibus, & bonitas Dei à qua procedit in hominibus bonitas.

15. Sed est aduertendum, quòd translatio ista nominum à creaturis ad Deum fit tripliciter. Primò per contrarietatem, licet mixtim per aliquam similitudinem, vt dictũ q.5.n.13 est supra de zelo cum dicitur Deus zelans. Secundo per similitudinem, vt cum dicitur Deus leo. Tertio per vicinitatem, vt cum dicitur Deus sapiens. Et est prima translatio summe impropria, inquantum fit per cõtrariũ propter cõtrariũ eius, quod illa noïa inquãtũ transferuntur per contrariũ ad diuina significant in creaturis, maxima improprietate transferuntur nomina per contrarium à creaturis ad diuina. Quibus scripturæ tamẽ vtuntur loquendo de Deo, & de diuinis, & hoc non tam ad significandum aliquid quod est in Deo correspondens illi, quod significatur in creaturis inquantum per similitudinem transfertur ad Deum, quam ad indicandum per id quo per contrarium transferuntur ad Deum. Quod manifestum est talia non significare aliquid propriè in Deo, aut de Deo, quod nec aliquod aliorum diuinorum nominum propriè de Deo dicitur, aut ipsum significat, vt prædictum est secundum Augustinum contra Adimantum in vltimo argumento. Secundum illud etiam quod dicit Dionys. 2. cap. cæl. Hierar. *Obscuritatis* a.4. ad modi *arcanorum magis aperta est per dissimiles forma-*

tiones, manifestatio. Secunda autem translatio quæ eſt per ſolam ſimilitudinem, eſt minus impropria quam prima, quia minus eſt repugnans, & abſurda Deo creaturæ ſubſtãtia, quam morum ipſorum peruerſitas. Tertia autem tranſlatio, quę eſt per vicinitatem, minus improprietatis habet, quia iſta eſt per conuenientiam inter ſe eius, a quo nomen transfertur ad id, ad quod transfertur. Illa vero eſt non per conuenientiam illorum inter ſe, ſed in aliquo quod quadam communitate conuenit ambobus. Et quia iſta tertia fit per maiorem conuenientiam, ideo reſpectu ſecundæ vocatur per proprietatem, quia ſcilicet eſt per minorem improprietatem. Sed adhuc minor eſt improprietas in hoc nomine Deus, in hoc quod ſignificat, abſque omni tranſlatione vocis, vt iam dicetur.

a. 16. Sed & nomina illa quæ maxime impropriè dicuntur quo ad nominis tranſlationem, alia ratione propriiſſime dicuntur de Deo, vt infra articulo ſequenti quæſt. ſecunda, & tertia patebit.

a. 2. 16. Ad ſecundum, quòd Deus nominatur propriè nomine illo, quod ſignificat rem, quę ſoli Deo conuenit, cuiuſmodi eſt hoc nomen Deus ſecundum Auguſtinum. Dico ſecundum iam dicta, quod in nominibus communibus Deo, & creaturis Deus impropriè ſignificatur propter nominis tranſlationem ad ſignificandum illud, quod eſt in Deo ab eo, quod eſt in creaturis, cui propriè, & principaliter eſt impoſitum vt ſignum illius, & hoc

q. 1. n. 19. non abſque notitia rei illius aliqua præcedēte in imponente, qua poſtquã illud impoſuit ad ſignificandum illã rem, illo nomine propoſuit vti in loquendo, vt ſigno ad indicandum alteri cum quo loquendum eſſet rem illam cui ad ſignificandum eam illud impoſuit, vt ſic quia res quas oſtendere poſſemus, vel indicando illas nutu, vel ſigno digiti, vt parietem, vel ieipſas, vt ſi a re quæreretur, quid ſit ambulare, ſurgensque id ageres, non ſemper præſentes habemus, nominibus ſiue verbis vteremur pro rebus, prout determinat Philoſophus in principio libri Elenchorum. Quę quidem nomina alteri cum quo loquendum eſſet ſigna eſſe non poſſent ſecundum

ibid. ſuperius determinata, niſi ipſe ſimiliter prius rem ſignificatam cognoſceret quoquo modo, & niſi eſſet prius ei indicatum quoquo modo, & tale nomen talis rei ſignum indicatiuum eſſet, & ſic per conſuetudinem quaſi ex pactione inter ſe omnium qui ſunt eiuſdem linguæ talis vox talem rem ſignificaret. Et per hoc talis vox talem rem propriè ſignificat, & illa eſt propria eius ſignificatio, quæ ſi propter vocabulorum penuriam alteri rei conſimiliter cognitæ imponeretur, & ſic fieret

æquiuoca. *Eo enim quòd plures ſunt res quam nomina, oportuit eandem vocem plura ſignificare*, c. 1. 10. 1.
vt dicitur in principio Elen. tunc illa vox plura ſignificaret æque propriè, & eſſet ęquiuoca caſu ſecundum prædeterminata. Ex q. 4.
hoc ergo dicitur nomen propriè rem ſignificare, quod ipſi vt cognitæ in ſeipſa principaliter imponatur, & per impoſitionem ſignum rememoratiuum exiſtat ei, qui talem rem prius in ſeipſa cognoſcit, & cum hoc etiam quòd tale nomen ad ſignificandum eam impoſitum fuit. Et è contra nomen dicitur aliquam rem ſignificare impropriè eo quod ipſi non imponitur principaliter prius cognitę in ſeipſa, ſed per ſimilitudinem rei alterius, aut vicinitatem aliquam ad illam rem nomen ab illa transfertur ad illam indicandam vt incognitam in ſeipſa, & ſolummodo cognitam in alia ex ſimilitudine, aut vicinitate ad illam, & per hoc ſolum ſignum rememoratiuum illius rei exiſtit ei qui talem rem hoc modo in alio nouit, & non in ſeipſa. Quod ſi forte nouit eam in ſeipſa, hoc accidit tali ſignificationi per tranſlationem, verbi gratia, quidam actus hominis proprius, & cognitus propriè ſignificatur ſecundum dictum modum per hoc nomen ridere, quod ſecundum dictum modum etiam eſt rememoratiuum illius. A quo tamen per ſimilitudinem, aut vicinitatem nomen illud ridere transfertur ad indicandum actum proprium prati, cum abundat floribus, vt incognitum in ſeipſo, ſed ſolum cognitum per ſimilitudinem, aut vicinitatem in illo actu qui eſt proprius hominis. Et hoc modo cum transfertur ad commemorandum illum actum prati ſic, & non aliter cognitum, tunc illud nomen ridere impropriè dicitur ſignificare actum prati, aut eſſe ſignum rememoratiuum illius, & hoc quia indicando & rememorando ſolum inſinuat, aut rememoratur actum ſimilem, aut vicinum actui hominis in eſſe prato, nullam autem propriam notitiam de veritate illius rememorando per auditum ad mentem perducit. Et ſi perducit, hoc accidit quia ſcilicet illum actum floritionis prati in ſeipſo prius nouit, puta videndo pratum abundare floribus, ex qua notitia potuit illi primò nomen illud imponere quod eſt florere, quod idcirco illum actum prati propriè ſignificat, & eſt ſignum rememoratiuum eius quem impropriè ſignificat illud nomen ridere, & impropriè eſt ſignum rememoratiuum eius ſecundum dictum modum.

17. Et eſt iſte modus impropriè ſignificandi diuina in omnibus nominibus tranſlatis a creaturis ad Deum, licet ſecundum plus
& minus, vt dictum eſt ſupra & habet iſta impropria ſignificatio duo in ſe. Quorum pri- q. 16.

mum

mum est, quod nomen transfertur ab illo, quod proprie significat ad illud, quod improprie significat. Secundum vero est, quod nomen quod per rememorationem primo perducit audientem ad concipiendum notitiam claram rei, quam proprie significat, etiã secundo perducit per rememorationem audientem non ad percipiendum claram notitiam rei in seipsa, quam proprie significat, sed solummodo ad percipiendum notitiam eius obscuram, & hoc per similitudinem, aut vicinitatem ipsius ad rem, quam proprie significat id, ad cuius notitiam claram in seipsa, rememorando perducit, & hoc quia hoc nomen quod prius significabat vnum proprie quæ est, scilicet vt signum quod primo ad rei claram notitiam per seipsam, & in seipsa rememorando perducit, postmodum significat illud improprie, quia scilicet vt signum quod secundo ad obscuram notitiam illius per aliud & in alio rememorando perducit. Et est determinatio horum nominum in significando modo ad illa, quæ significant proprie, modo ad illa, quæ significant impropriè, per subiecta de quibus talia nomina prædicantur, secundum quod dicit Boethius de Trinit. & eius commen. *Decem prædicamenta quæ de rebus omnibus, &c.* vt supra in tertia quæstione præcedente huius articuli.

n. 5.

18 Primum autem istorum duorum non habetur in significatione huius nominis Deus, quia est nomen supremæ maiestati primo, & principaliter impositũ nõ ab alio trãslatũ. Nec etiam secundum, & hoc propter idem, quo ad hoc, quod non primo perducit ad rememorationem audientem ad percipiendum claram notitiam alicuius rei, quam proprie significat, & secundo ad percipiendum per rememorationem obscuram notitiam eius, quod improprie significat, quia nulli alij impositum est ad ipsum primo significandum, & proprie. Sed illud secundum habetur in significatione huius nominis Deus quo ad hoc, quod perducit ad commemorationem audientem ad percipiendum obscuram notitiam summæ maiestatis, & hoc per similitudinem, aut vicinitatem ipsius ad res, non quas significat vllo modo, scilicet primo aut secundo proprie, aut improprie, aut ad quorum notitiam aliquo modo perducit, sed quorum notitiam intellectus humanus per rememorationem ductus aliorum nominum proprie illas significantium, in creaturis percepit, & hoc siue nominum mentalium solummodo ductu naturalis rationis, siue mentalium, & vocalium ductu disciplinæ. Intellectus enim humanus ex ordine causarum, & causatorum percipiens, quod sit vnum principium primum, & causa omnium cæterorũ, & quod quicquid dignitatis, & nobilitatis est in causatis, illud eminentius est in omnium causa, & hoc quicquid est defectus in illis, neque quam est in illa, per similitudinem, & vicinitatem causæ dictorum ad causata sua percipit licet non nisi ob eitra, & quasi generali attributione non vnico, sed omnibus simul quasi in vno aggregatis, quod causa omnium omnibus causatis eminentius omnibus illis, quæ ad dignitatem simpliciter pertinent. Vnde sicut illa quæ ad dignitatem simpliciter pertinent in creaturis sigillatim quo ad singula significantur istis nominibus, sapiens, bonus iustus, & alijs nominibus in creaturis, quæ quidem nomina per similitudinem, & vicinitatem transferuntur ad significandum diuina illis correspondentia translata secundario ab illis, quæ significant in creaturis primo, sic illa quo ad omnia simul significantur hoc nomine Deus. & hoc nomen Deus primo imponitur ad significandum rem continentem in se omnia illa in summa, & euidenter. Et sic quia per similitudinem, & vicinitatem a significatis, quæ ad perfectionem simpliciter pertinent significatis diuersis nominibus in creaturis hoc nomen Deus imponitur ad significandum illa in summa, & eminentia licet in obscuritate quadam, & sic per qualemcunque translationem secundum rem, licet non secundum nomen, ideo etiam hoc nomen Deus per aliquam improprietatem Deum significat, licet per minorem, quam nomina translata à creaturis ad Deum, quasi particulariter. Propter quod Augustinus comparans improprietatem nominum translatorum à creaturis in significando diuina, & huius nominis Deus, insinuando minorem improprietatem in illo, dicit primo de doctrina christiana cap. 5. *Est Trinitas vna summa res, & si tamen res, & non rerum omnium causa, si tamen, & causa. Non enim factile nomen quod tanta excellentia conueniat potest inueniri, nisi quod melius ita dicitur vnus Deus.* Ecce quod melius dicitur Trinitas est Deus, quam res, aut causa, & hoc non nisi propter minorem improprietatem in significando summam maiestatem, hoc nomine Deus quod est immediate illi impositum, quam hoc nomine res, aut causa, quæ sunt translata a creaturis. Et quia hoc nomine Deus nihil significatur de summa maiestate nisi in summa, & obscure, & per quandam similitudinem, aut vicinitatem rerum, licet eminenter, & non absque omni nominis translatione. & tamen sicut voluntatis humanæ est perfecta notitia, & clara percipere de summa maiestate quid est si posset, sic etiam humanæ voluntatis est ipsam perfecte, & clare exprimere alteri per nomen.

10. 3.

a. 32. q. 4. n. 15.

a. 33. q. 2. a. 10 q. 5.

Mmmmmmm 2

si posset, quod etiam nititur quantum potest hoc nomine Deus. Ideo prędictis addit August. dicens. ib. c. 6. *Diximus ne aliquid & sonuimus aliquid digne Deo?* q. d. nihil, secundum illud quod dicit contra Adimantium cap. 14. *Non potest aliquid de Deo digne dici, quod ideo iam indignū est quod potuit dici.* Et hoc quia non nisi improprie, & obscure, & in generali aliquid de Deo diximus, & sonuimus, quemadmodum obscure, & in generali naturali nomine Deum cognoscimus, quod non est dignum Deo, quia non digne Deus dicitur nisi verbo quo clare, & in speciali significetur, & intelligatur, quod intendit ille, qui dicit, Trinitas est Deus. Propter quod continue sequitur. lib. 1. de doct. chr. c. 6. to. 3. *Immo vero me nihil aliud quam dicere voluisse dixisse sentio. Si autem dixi* (supple aliquid) sequitur, *non est hoc quod dicere volui,* quia scilicet obscurum, & generale dixi, & clarum, & speciale dicere volui, vnde sequitur continue, *hoc vnde scio, nisi quia Deus ineffabilis est, quod autem a me dictum est si ineffabile esset, dictum non esset, ac per hoc ne ineffabilis quidem dicendus est Deus, quia & hoc cum dicitur, aliquid dicitur. Fit namque quadam pugna verborum,* de qua pugna ostensum est supra, quòd non est pugna. Et continue reuertitur declarans quomodo hoc nomen Deus significat aliquid de summa maiestate, licet obscure, subdens. *Et tamen Deus cum de illo nihil* a. 12. q. 4. n. 17. *digne dici possit, admisit humanae vocis obsequium, & verbis nostris in laude sua gaudere nos voluit, nam inde est, quod & dicitur Deus. Non enim in strepitu istarum duarum syllabarum ipsum cognoscimus,* scilicet perfecte in significato aliquo de summa maiestate hoc nomine Deus, aut per aliquam similitudinem, aut per vicinitatem ad creaturam, aut per aliquā similitudinem ipsius maiestatis summæ ad hanc vocem Deus, *sed tamen* (vt sequitur cōtinue) *omnes latinæ linguæ socios, &c.* vt dicitur in argumento. Sed tamen in hoc cognoscendo, & hoc cogitando de Deo, scilicet quod est, quo nihil melius, & sublimius, nihil de Deo nisi imperfecte, obscure, & in generali, & improprie, aut per similitudinē, aut vicinitatem cognoscimus, & hoc á creaturis via remotionis, & eminentiæ, prout ex- a. 24. q. 6. a. 32. q. 2. q. 4. n. 10. ib. c. 7. positum est supra de diuinis attributis. Et hoc est quod Augustinus subdit dicens. *Illi autem qui per intelligentiam pergunt videre, quod Deus est, omnibus eum naturis non solum visibilibus & corporalibus, sed etiam intelligibilibus, & spiritualibus omnibusque mutabilibus praeferunt, omnes certatim pro excellentia Dei dimicant, nec quisquam inueniri potest qui hoc Deum* a. 30. q. 2. n. 14. a. 12. q. 4. n. 19. ib. c. 8. *credat esse quo est aliquid melius. Itaque omnes Deum esse consentiunt, quod rebus caeteris antepenunt. Et quoniam omnes qui de Deo cogitant viuum aliquid cogitant, illi soli possunt non absurda, & indigna existimare de Deo qui ipsam vitam cogitant, & viuentem non viuenti anteponunt. Deinde vitam ipsam pergunt inspicere, & si eam sine sensu vegetantem inueniunt, qualis est arborum, praeponunt ei sentientem, qualis est pecorum, & huic rursus intelligentem, qualis est hominum, quam cum mutabilem viderint, etiam huic aliquam immutabilem coguntur anteponere.*

19. Quod ergo dicitur in argumento, n. 8. quod illo nomine quod significat id quod est in solo Deo, propriè nominatur, cuiusmodi est Deus. Dico, quòd verum est sumendo propriè à proprio, vt tactum supra. Sed sic n. 6. non sumitur hic significare propriè, sed significare rem nomine primò & principaliter ei imposito non per vicinitatem, aut similitudinem ad rem aliam, siue eodem nomine, siue alio significatam per se. Tali autem modo hoc nomen Deus significat impropriè Deum quantum est ex parte rei significatæ, & conceptæ, quia per translationem intellectus in impositione huius nominis Deus, pergitate cognita in creaturis clare, & in speciali, ad rem per similitudinem, & vicinitatem cognitam in Deo obscure, & in vniuersali, licet non quantum est ex parte nominis vocalis hoc nomen Deus à re illa translatum est, quia illam non significabat prius. Vnde nō est generaliter verum illud assumptum in argumento scilicet quod res non dicitur nominari aliquo nomine impropriè, nisi quia illud nomen significat propriè aliquid, quod est in alio. Et non est differentia de significatione huius nominis Deus in significando Deum sub ratione qua est praeeminens omnibus in omnibus, quæ dignitatis sunt simpliciter, & in significando Deum aliquo nomine quod significaret eum praeeminentē sapientia, quod nomen esset aliud ab hoc nomine sapientia, quod per translationem significat cum sapientiam simpliciter, nisi quòd forte illud nomen, quo nominaretur supersapiens sapientia, aut bonitate, aut aliquo talium compositum esset ex nomine imposito simpliciter creaturæ, & aliquo quod esset nota praeeminentiæ. Tunc enim quo ad alterum componentium, aut etiam quoad vtrūque imponeretur Deo per similitudinem, aut vicinitatem pręeminentem solummodo á sapientia significante nomē sapientiæ in creaturis simpliciter cum nota praeeminentiæ, quam importat hæc prępositio *super* in nominibus, quibus vtitur Dionysius cum dicit, a. 38. q. 4. n. 15. 23. quod *Deus non est sapiens sed supersapiens, non bonus sed superbonus.* Hoc autem nomen Deus imponitur Deo per similitudinem, aut vicinitatem praeeminentem in sapientia,

aut

aut bonitate, aut in pulchritudine, & in omnibus simul, quæ sunt aliquid dignitatis simpliciter.

n. 5. 10. Ad tertium quòd hoc nomen esse, vel essentia propriè dicitur de Deo, quia res significata proprijssimè est in Deo. Dico, quòd verum est sumendo propriè pro appropriatè. Esse enim communiter conuenit Deo, & creaturis, appropriate per principalitatem conuenit soli Deo, dicente super illud Exo.
D. 14. 3. *Ego sum qui sum* Glos. interl. *Nemo alius*, & Gloss. marginali Hieronymus scribens ad Marcellam de decem Dei nominibus sexto
Ep. 136. 10. 3. loco ponit vere quod in Exodo legitur. *Qui est*. Deus enim solus qui exordium non habet, vere essentiæ nomen retinuit, quia in eius comparatione, qui vere est, quia immutabilis est, quasi non sunt quæ mutabilia sunt. Et per eundem modum nomen eius est do-
D. 19. in ps. 82. to. 8. minus in Psal. 82. *Et cognoscant quia nomen tibi dominus* August. *Tanquam non vero, nec suo nomine nuncupentur quicunque alij domini nominantur, quia seruiliter denominantur, & vero domino comparati, nec domini sunt, sicut dictum est. Ego sum qui sum*. Sed de hac proprietate non est hic sermo, sed solum de alia, quando scilicet res significata per nomen de Deo non est in notitia accepta per similitudinem, aut vicinitatem à re existente in creatura, siue significetur nomine vocali siue nó, sed solummodo nomine mentali, quod etiam in mentis conceptu, secundum quod nullius linguæ, sed est accepta in notitia immediate à re, quæ est Deus, siue quæ soli Deo conuenit, & similiter vox ipsam significans, qualis forte est vox nominis tetragrámaton. Et talis res diuina non significatur nomine esse, vel essentiæ de Deo, quia per translationem ab illo, quod prius significat in creaturis, similitudine, aut vicinitate significat in generali, & obscure quod est in Deo, sicut significant hoc nomen sapientia, & hoc nomen bonitas, & cætera huiusmodi, licet hoc nomen esse inter alia translata secundum vocem sit principalius, quia inquantum significat pelagus quoddam infinitum diuinæ substantiæ (vt dicit Damas.) comprehendit quasi indefinite illud quod significat illud nomen Deus, inquantum dicit summam eorum quæ sunt dignitatis simpliciter. Vn- a. 36. q. 1 n. 6. a. 4 q. 6. n. 3 a. 49. q. 5 n. 12.
de, & secundum Diony. *esse est dignior diuinarum participationum*, prout expositum est supra loquendo de attributis. Vnde aspiciendo ad dictam improprietatem, siue sub nomine translato, siue sub nomine non translato nullum nomen impositum ab homine viatore significat Deum, aut aliquid quod in ipso congrue, & digne, aut propriè ipsum, aut aliquid quod est in ipso significat, seu dicitur de illo, vt procedit & bene ex dictis August. n. 4.
vltimum argumentum, quod ideo concedendum est.

Conclusiones ex Quæstione octaua, Articuli Septuagesimi tertij.

1. *Loquendo de proprie, idest solitarie, & de impositione nominis ad placitum nomen Deus conuenit Deo proprie. n. 6.*
2. *Loquendo de impositione naturali, & principali Deus nomine nullo proprie nominari potest. n. 7.*
3. *Loquendo de impositione naturali non principali per deriuationem nominis à nomine Deus nullo nomine proprie nominari potest. n. 9.*
4. *Sic loquendo per translationem Deus nominatur omnibus nominibus creaturarum transumptiue, & nullo modo proprie. n. 10.*
5. *Impossibile est Deum alio nomine proprie nominari nisi illo, quod est verbum diuinum personale increatum. ibid.*
6. *Sumendo proprie pro appropriate per prærogatiuam Deus posset dici ens proprie respectu creaturæ, n. 12.*

7. Sumen-

7. *Sumendo proprie pro appropriate per similitudinem nullo modo nomen aliquod potest dici proprie de Deo. n. 13.*

QVAESTIO NONA.

Vtrum possit esse aliquod nomen proprium Deo, quo significari, aut nominari possit.

Circa nonum arguitur, quòd non sit proprium nomen quo Deus nominari possit.

1. Primò sic. *Notus in Iudæa Deus, in Israel magnum nomen eius*, vt dicitur in Psal. Sed magnũ
ps. 75. A. 2.
nomen eius, vt videtur, non dicitur nisi proprium nomen aliquod respectu illorum, quæ sunt communia ei, & creaturis, ergo &c.

lib. 1 c. 60 n. 3 & q. 4. n. 17.
2. Secundo sic. Rabi Moyses dicit sic. *Omnia nomina creatoris sunt ab operibus sumpta, præter vnum nomen appropriatum & idcirco vocatur nomen separatum, quia significat substantiam creatoris significatione propria, in qua non est participatio. Alia vero nomina significant eam cum participatione, quia sumpta sunt ab operibus. Nomen autem appropriatum est, quod scribitur, & non legitur nisi in sanctuario a sacerdotibus sanctis tantummodo in benedictione sacerdotali, & à maiori sacerdote in die ieiunij. Et fortasse significat secundum idioma de quo habemus parum apud nos, substanciam creatoris, in qua significatione non participat cum aliquo suorum creatorum, &c.* vt supra articulo 32. quæ-
n. 17.
stione 4. tale autem non est proprium Deo, ergo &c.

3. Tertiò sic. Illud nomen est proprium Deo, quod et soli conuenit, & omni quod est in eo, & semper, secundum definitionem proprij, tale est hoc nomen Deus, vt patet, ergo &c.

4. Quartò sic. Illud nomen est propriũ, quod tantum vni natum est conuenire nisi æquiuoce, vt sunt Petrus, & Paulus, & huiusmodi cætera, omnia enim nomina pluribus possunt conuenire vniuoce, vt sunt nomina specierum aut generum, tale est nomen Deus, quia si quod illorum alij à Deo conueniat, scilicet creaturæ, hoc non est nisi æquiuoce, secundum superius determinata, ergo &c.

5. In contrarium est illud quod dicit Augustinus in vltimo argumento quæstionis præcedentis contra Adimantum. *Nulla verba digne Deo congruunt.* Sed si Deo esset aliquod n. 4.
nomen proprium, illud digne Deo congrueret, quia non est proprium nisi digne cõgruat illi cui est proprium, ergo &c.

6. Dico, quòd nomen vocale de quo est sermo ad præsens, si sit proprium alicui, aut q. 2. n. 6.
hoc contingit naturaliter, & ex naturali origine, aut voluntarie, & ex origine beneplaciti. Ex naturali origine, puta ex similitudine vocis ad rem significatam secundum ib. & seq.
modum supra expositum de tali nomine, dico, quòd Deus non potest habere nomen sibi proprium propter aliquam conuenientiam ad sonum nominis, vt supra expositũ est generaliter de nomine quocunque sibi attribuendo, et si forte creaturis possent secundum rationem illius originis esse nomina propria, singulis secundum rationem suæ speciei, qualia forte Adam imposuit animalibus, vt superius tactum est. Vnde si Deus habet no- ib. n. 26.
men proprium ex origine naturali, illud est verbum personale in diuinis quo cognoscuntur notitia declarandi a singulis personis vniuersa, & illud solum nomẽ perfecte congruit q. 8. n. 20.
diuinæ dignitati, & nullum aliud, quia nullum verbum mentale de Deo conceptum à beatis, quod est nomen mentis de Deo, in mentibus eorum explicat perfecte Deum.

7. Loquendo autem de origine verbi voluntaria & ad placitum, dico, quod loquendo de nomine sic proprio, quod nulli alij posset imponi, quod dicitur proprium quasi propriatum, Deo nullum potest esse nomen proprium, sicut nec vlli creaturę. Quia postquam nomen imponitur ad placitum solum, & quantum est ex parte imponentis, & quãtũ est ex parte rei cui imponitur, quodlibet nomẽ cuilibet rei posset imponi, licet si quodlibet nomen cuilibet rei esset impositum, vsus verborum

rum fruſtraretur, ſic quod non poſſet aliquod verbum eſſe inſtrumentum locutionis ad exprimendũ cõceptus loquentis, quia nihil determinate ſignificaret nec ex ſe, nec ex adiuncto. Propter qđ oportet nomina, & verba habere ſignificationes determinatas ſecundum Philoſophum 4. Metaph. Et ſic oportet nomina plurima ſingula ſic imponi, & deputari ſingulis ſignificatis, quod non ſint impoſita, aut deputata alteris. Et ſic neceſſe eſt nomina eſſe propria rebus, ſed hoc per quandam appropriationem propter vſum verborum, licet contingat vnum nomen plura ſignificare propter nominum ipſorum penuriam, vt prædictum eſt.

q.8.n.16

8. Dico, ergo, quod loquendo de nomine impoſito ad explicandam, vt ſignum veritatem diuinæ naturæ in ſeipſa, vt ſcilicet in ſeipſa eſt, & cognoſcitur ab ipſo Deo, nullum nomen poteſt eſſe proprium Deo, neque etiam appropriatum. Quia nomen, ſiue verbum vocis vniuerſaliter debet eſſe ſymbolũ inter duo, ſcilicet inter loquentem, & illum cui loquitur, ſic vt res ſignificata modo quo imponuntur nomina ad ſignificandum, ſit in ſe nota vtrique, & quod nomen ad ſignificãdum ipſam rem vt talis eſt, ſit inſtitutum. Quia ergo veritas diuinæ naturæ nota eſt ſoli Deo quo ad rationem immenſitatis ſuæ, & ſic ipſe quantum eſt in ſe, ſibi nomen vocale poſſet appropriare, & ad ſuum placitum facere ſibi proprium, quia tamen veritas ipſius diuinæ naturæ nulli creaturæ nota poteſt eſſe quo ad rationem immenſitatis ſuæ, ideo nullius creaturæ poteſt eſſe nomen proprium diuinæ immenſitati, quia non poſſet ei eſſe nomen per aliquam ſcilicet rememorationem ad diuinæ immenſitatis notitiam perducens.

9. Ad ſignificandum tamen naturam diuinam pro menſura qua à creatura intellectuali cognoſci poteſt, poteſt habere nomen proprium per appropriationem ſibi factam ab intellectu creato, ſiue increato, quo vt ſigno poſſent ſancti in patria loquendo conceptus ſuos per quandam quaſi recordationẽ indicare ſibi de veritate diuinæ naturæ cognitæ ab eis, & ſecundum modum quo cognita eſt ab eis.

10. Sed hominibus viatoribus non eſſet illud nomen, quia non poſſet eis eſſe commune ſymbolum cum beatis, quia veritas diuinæ naturæ ſecundum modum, quo beati eam cognoſcunt, nullo modo eſt eis nota. Propter quod per rememorationem vt ſignũ non poſſet eos perducere ad aliquam notitiam de veritate diuinæ eſſentiæ, ſicut nec cæcus natus poſſet perduci ad notitiam colorum per verba quibus videntes, & cognoſcentes colorem per rememorationem quaſi perducunt ſeſe ad colorum notitiam. Sed hominibus viatoribus verbum vocale aliquod poteſt eſſe proprium Deo per appropriationem ad placitum illorum ſibi factam, pro quãto habent de Deo notitiam.

11. Sed nullum tale poteſt eſſe tranſlatum à creaturis, quia quodlibet tale eſt etiam commune creaturis, & primò illis impoſitum eſt, ſed debet ei primò, & principaliter eſſe impoſitum, pro tantillo tamen quod de eo ex creaturis poteſt cognoſci. Vt quis hoc nomen Deus ex impoſitione ſua quod eſt ſimpliciter perfectus ſignificat quaſi in ſummis, & generali, tranſlatione facta ab eis, quæ ſunt dignitatis, & perfectionis ſimpliciter in rebus, licet non à nominibus, neque correſpondenter perfectioni veritatis Dei, idcirco dico, quòd inter omnia latina nomina nomen proprium Deo, & appropriatum illi eſt hoc nomen Deus, & hoc quia magis ei proprium reſpectu aliorum eſt, quæ quaſi particulariter exprimunt aliquid quod rationem dignitatis habet in Deo, vt ſunt ſapiens, bonus, & vniuerſaliter quæcunque nomina ex operibus dignitatis ad ipſum transferuntur, vt ſunt iudex rector, & cætera huiuſmodi, etiam ſi non conueniant creaturis, ſicut hoc nomen creator, cum tamen hoc nomen Deus Deo primo impoſitum transfertur ad ſignificandum creaturam, vbi Moyſes dictus eſt Deus Pharaonis. Ex.7.A.1. Et ſic ſicut hoc nomen Deus eſt proprium in lingua latina, ſic proprium eſt θεὸς in lingua græca, & ſic de cæteris in cæteris linguis, quotquot ſunt, vel eſſe poſſunt genera linguarum. n.3. Et ſic procedit tertia ratio, & bene. n.1.

12. Quod arguitur primò, quòd Deus nomen proprium habet, quia ſcribitur in Pſal. Pſ.75.A.2. *Magnum nomen eius.* Dico, quod re vera magnum eſt nomen domini quod eſt ei proprium, quia appropriatum, ſecundum quòd n.2. dicit de illo Rabi Moyſes in ſecundo argumento, qui ibidem de eodem nomine loquitur dicens. L.1.c.60 *Alia nomina ſignificant actiones, quæ faciunt aſcendere in cor, quod ſunt agnitiones adiunctæ creatori, hoc eſt virtutes perfectionis, quæ ſunt virtutes inuenta in eo. Nullum autem nomen apud nos eſt, quod non ſit ſumptum ab opere niſi nomen tetragrammaton*, quod eſt quatuor literarum, quæ ſunt iod, het, vau, he. Ex quorum coniunctione nihil colligitur ſignificatum, ſed ex doctrina. Sunt autem illæ quatuor literæ hebrææ idem elementum cum iſtis quatuor latinis i, e, v, h, ex quibus coniunctis quaſi in vna ſyllaba aut dictione ſit ieuh. Re vera nihil ſignificatum colligitur, & ſicut in lingua latina ex talibus literis latinis, ſic nec in aliqua alia lingua ex literis

illius

illius linguæ istis equiualentibus, & hoc quia nunquam vlli rei vox illarum literarum ad significandum imposita fuit, licet postea cuidam Regi Israel impositum fuit nomen dictarum quatuor literarum, quod erat tetragrāmaton, sicut & magistri nomen Dei, puta *heu*, præter hoc quod vlt ma litera nominis Dei facta est prima in nomine illius Regis. Et quod talibus charactéribus Deus nomen suum scribendum insinuauit, hoc non facit nisi ad significandum, quòd diuina essentia secundum rationem suæ immensitatis incognoscibilis est, & propter hoc innominabilis ab omni creatura. Vt mirabile sit quęrere de nomine proprio Dei quod significat essentiam suam significatione puta, in qua non sit participatio cum creatura aliqua, propter quam conueniat ei illud nomen, vt hoc nomen ei conuenit sapientia, aut bonitas, &c. quæ significant virtutes perfectionis in Deo, in quibus est quædam participatio creaturæ. Esset enim nomen illud significans diuinam essentiam ratione suæ immensitatis, quæ est cognoscibilis à seipsa sola. Propter quod

Gen. 32. G. 29. dicit dominus Iacob. *Quid quæris nomen meū quod est ineffabile?* Glos. interl. *Quia incomprehensibilis est Deus.*

13. Ex doctrina autem interpretationis istarum literarum significatur, & intelligitur quid Deus vult per eius nomen (quod sic nominatur dicitur) nos intelligere. Vt enim di-

Ep. 155. to. 3. cit Hieron. in Epistola ad Paulam de interpretatione hæbræorum literarum, *Iod* interpretatur principium, *beth* vita, *tau* passio, *he* ista. Quæ si coniunguntur, sensus est, *principium vitæ passionis iste.* Et si quæratur quis est iste? Re vera ille de quo dicitur Exod 15.

A.8. *Iste Deus meus, & glorificabo eum.* Deus ergo ab homine tempore legis intelligi voluit nomine sibi proprio, de quo populus nouit, quòd quatuor literarum erat, & ideo tetragrammaton magistri nomen Dei appellant, sed quæ erant illæ literæ, ignorauit, quia hoc scire non nisi perfectos licuit, qui mysterium aduertere possent in interpretatione dictarum literarum. Et in dicto præsagio significauit, quòd ipse esset hominibus principium vitę sua passione, quam gustaturus erat in homine assumendo, & quod nihil vlterius de ipso cognoscendum homo quæreret, aut

Alā. intel. ib. to. 4. putaret se scire, iuxta illud 1. Corinth. 2. *Non iudicaui me scire aliquid inter vos nisi Iesū Christum, & hunc crucifixum.* Glos. *Nisi hoc*

Rom. 6. A.6. *quod Christus est Saluator noster, & hoc per crucifixionem. In crucifixo enim vetus homo crucifixus est vt non seruiamus vltra peccato.* Et quia mysterium huius interpretationis tempore legis Moysi occultandum erat, obseruatum tempore illo erat de dicti nominis do-

ctrina illud quod dicit Rabi Moys. *Mandatum* L.1.a.61 *accepimus, quod benedictio sacerdotis fieret cum hoc nomine quod est separatum, nō sciebat homo* a 32.q.4 *quomodo loqueretur in eo, vel qualiter deberet* n.87. *proferri qualibet literarum ipsius. Sapientes autem recipiebant vnus ab alio modum doctrinæ, & quomodo loquerentur in eo, nec docebant illud aliquem nisi discipulum idoneum, & hoc semel in septem annis, & non amplius.* Vnde quia circa tempora Christi cum cessare deberet legale sacerdotium, nullus inueniebatur discipulus idoneus, aut dignus ad capiendum doctrinam illius nominis, videlicet quomodo loqueretur in eo quo ad accentum, scilicet grauem, acutum, aut circumflexum, vel qualiter deberet proferri quælibet literarum ipsius scilicet separatim ab aliis, an coniūctim cum alia, quod de hoc dominus ipse per se, vel prophetas, per quos dominus hoc illis indicauit nihil publico scripto, sed solum per vatem reuelauit sapientibus, idcirco ergo in vna syllaba, an in pluribus sapientes fideles ab istius doctrina cessabant, & nomen illud, atque eius interpretatio a notitia Iudæorum recesserunt. Si ergo hoc nomen tetragrammaton *Ieub*, dictum à *tetras*, quod est *quatuor*, & *gramma* quod est *litera*, quia est quatuor literarum, vt dictum est, est nomen separatum significans substantiam creatoris significatione pura, vt dictum est, hoc non est positiue dando aliquid intelligere nobis de substantia q 8.a.15. 16. Dei, vt est immensa, sed potius negatiue significando nobis, quòd vt est talis omnino nobis est intelligibilis, & quod sufficere nobis debet scire nomen eius ab operatione, qua a nobis credi debet, quia ipsum vitam merito passionis suæ, & nihil vlterius quærere.

14. Et etiam dicit interpretatio quatuor literarum præposita, scilicet *Principium vitæ passionis iste.* Et sumitur *ly passionis*, genitiuus pro ablatiuo, scilicet *passione*, & *ly iste* demōstrat personam filij, quæ singulariter merito passionis suę in natura humana assumpta principiū vitæ salutaris erat hominibus post mortem peccati. Ante enim dictum verbum.

Ex c.15. A.2. *Iste Deus meus & glorificabo eum*, præmittitur immediate. *Laus mea dominus, & factus est mihi in salutem*, per quod determinatur sequens. Hinc Hieron. in alia quadam epistola ad Marcellam de decē diuinis nominibus, ep. 136. to 3. & eorum interpretationibus dicit sic. *Primum nomen est El, quod Aquila fortem interpretatur. Deinde & Eloim, & Eloe, quod Deus dicitur. Quartum Sabaoth, quod septuaginta virtutum, Aquila exercituum transtulerunt. Quintum Elion, quod nos excelsum dicimus. Sextum Aser ehere, quod in exodo legitur qui est. Septimum Adonai, quod nos dominum generaliter appellamus. Octauum Ia, quod in Deo tantum ponitur,*

tur, & in alleluia extrema syllaba sonat. ***Nonum tetragrāmaton, quod anecphoneton, id est ineffabile putant, & his literis scribitur Iod, he, vau, he.*** *Decimum est Saddai, quod in Ezechiele interpretatum ponitur.* Ecce singula dictorum decem nominum præter secundum, & tertium nomen significant virtutes perfectionis, & actionis in Deo, de quarum qualibet beatus Dionysius tractat in libro de diuinis nominibus, a quibus, & liber ille nomen accepit, & significant positiuè singulas perfectiones diuinas intellectas ex creaturis, quarum summam significabat hoc nomen Deus, & generale significat hoc nomen *Qui est*.

15. Nomen tetragrāmaton non nisi per interpretationem nobis intelligibile significauit, quæ quidē interpretatio nō nisi mediatorem exprimit, per quem ad videndum deitatem prout humanæ naturæ congruit, nos perducit, per quem modum secundum illa quę erant in se intelligenda, occultari debuerunt. Sicut & illud quod scriptum fuisse dicitur in porta vrbis Romanę ab antiquo literis aureis sub talibus characteribus. RRR. FFF. ex quibus singulis simul coniunctis literis nec vox vna, nec significatum aliquod colligitur, tres enim consonantes sine vocali nihil sonant, nec significant. Insinuatum tamen fuit percipere potentibus quod non ex interpretatione literarum sicut in prędicto nomine Ieuh, sed ex mentis industria percipiendum, aut potius ex diuina reuelatione talibus characteribus sic ordinatis a Deo significatum fuit. Quos Beda presbyter venerabilis cum Romam in tiara videret exponendo quid illis significatum fuit dixisse dicitur versiculum hunc. *Regna ruent Romæ ferroque focoque fameque*, significans singulis literis dictis singula horum vocabulorum, explicans illis literis destructionem Romani imperij significandam fuisse, & occultandam, & Apostolus verbis significatis significauit, 2.Thes.2 A.1. & occultauit eandem alijs. *Nisi discessio venerit primum &c.* Et hoc eadem de causa quam Hieronymus in epistola 11. quæstionū ad Algasiam quæstione 11 exprimit dicens. Ep. 151. to.3. *Nec vult aperte dicere Romanum imperium destruendum, quod ipsi qui imperant ęternum putant. Vnde secundum Apocalypsim Ioannis, in fronte purpuratæ meretricis scriptum est nomen blasphemiæ idest Roma æterna. Si enim aperte audacterque dixisset, nō veniet Antichristus, nisi prius Romanum deleatur imperium, iusta causa persecutionis in orientem ecclesiam tunc exurgere videbatur.* Beda autem tempore suo destructionem imperij exposuit solis literarum dictarum characteribus præsignatam, cum dixit. *Regna ruent Romæ, ferroque, focoque, fameque.* Quam per aduersarios suos, præcipue per successores Mahumeti, partim Christianorum violentia, quod appellat ferro, partim ignis incendio, quod appellat foco, partim famis afflictione, quod appellat fame, iam destructam videmus in destructione totius ecclesiæ orientalis, cuius exemplo multum timendum est de futura per eandem destructione ecclesiæ occidentalis.

16. Ad quartum, quod nullum nomen n.4. diuinum natum est conuenire alteri, quam Deo, ergo est proprium quodlibet illorum. Dico, quòd verum est sub illa ratione qua significat aliquid quod est in Deo excellentius, quam sit in creaturis secundum simile, aut vicinum, & sic per quandam appropriationem, quæ eum significat in alijs nomin bus, non est proprie appropriata respectu illius, quæ est in hoc nomine Deus, eo quòd hoc nomen Deus significat summam illarum perfectionum simul, quam significant singula sigillatim, vt dictum est supra. n.11. Et sic inter omnia diuina nomina vsitata propriè proprium nomen diuinum est hoc nomen Deus.

17. Ad vltimum, quòd non est nomen n.8. Deo proprium, quod non digne congruat Deo, & nullum Deo digne congruit. Dico, quòd verum est simpliciter, & secundum se, & sic vt dictum est, nullum nomen ei respondet. Quantum tamen ad possibilitatem nostri intellectus propriè inter omnia congruit Deo hoc nomen Deus, & secundum hoc est proprium nomen eius, vt dictum est.

Conclusiones ex Quæstione nona, Articuli Septuagesimi tertij.

1. *Loquendo de naturali origine ex similitudine vocis ad rem significatam Deus non potest habere nomen sibi proprium. n. 6.*
2. *Loquendo de origine verbi voluntaria, & ad placitum, & de nomine proprio quasi propriato Deo nullum esse potest nomen proprium sicut nec vlli creaturæ. n. 7.*
3. *Loquendo de nomine imposito ad explicandam vt signum veritatem diuinæ naturæ in seipsa, vt in seipsa est, nullum nomen potest esse proprium Deo, neque etiam appropriatum. n. 8.*
4. *Ad significandam naturam diuinam prout à creatura intellectuali cognosci potest, potest habere nomen proprium per appropriationem sibi factam ab intellectu creato siue increato. n. 9.*
5. *Viatoribus verbum vocale aliquod potest esse proprium Deo per appropriationem ad placitum illorum sibi factam pro quanto habent de Deo notitiam. n. 10.*
6. *Inter omnia latina nomina, nomen proprium Deo, & appropriatum illi est hoc nomen Deus. n. 11.*

QVAESTIO DECIMA.

Utrum verius Deus intelligatur, quam significetur, aut nominetur.

Circa decimum arguitur, quòd Deus nō verius intelligitur, quam nominetur, aut significetur.

1. Primò sic. Intellectus imponentis nomen mensurat nominationem, aut significationē, secundum quòd rem significatam intelligit, quia qui verius, & perfectius rem intelligit, verius, & perfectius eam nominat, aut significat, & qui minus vere, & perfecte rem intelligit, minus vere, & perfecte eam nominat, & significat. Sed illa æqualia sunt quorum vnum habet esse ad mensuram alterius, ergo &c.

2. Secundò sic. Quicunque vno, & eodē significant aliquid, & nominant, æqualiter significant, & nominant illud, quia non nominant, aut significant, nisi secundum exigētiam signi, quo omnes eiusdem linguæ rem eandem eodem nomine nominant, & significant, non omnes tamen æqualiter eam intelligunt. Hic autem non esset nisi minus intelligens rem verius significaret, quam intelligeret, quia verius intelligens rem, verius nominat, & significat eam, quam eam intelligit minus vere intelligens eam, ergo &c.

3. In contrarium est Augustinus 7. de Trinitate cap. 4. vbi dicit. *Excedit supereminentia deitatis vsitati eloquij facultatem, verius* to. 3.

teenim

Nimis cogitatur Deus, quam dicitur, & verius est quam cogitatur.

4. Dico, quòd significare, & nominare rem intellectui circa diuina contingit dupliciter. Vno modo significando, & nominando illam, aut per verba de nouo à nominante, & significante formata, & imposita secundum possibilitatem intelligentiæ illius, aut per verba prius ab alijs imposita æqualiter, & intellectui significantis, & nominantis rem illam, & similiter intellectui primo imponentis nomen correspondentis. Alio modo significando, & nominando illam per verba siue nomina prius à perfectius intelligente imposita secundum possibilitatem intelligentiæ illius. Et isto secundo modo bene contingit,
n.2. quòd Deus ab aliquo verius nominetur, siue significetur ab aliquo hoc minus intelligente quam ab eodem intelligatur, prout in parte procedit secunda obiectio. Tales enim nomine æqualiter significant, & nominant rem eandem minus intelligens, & magis intelligens illam. Et si magis intelligens non debet sequi rationem sui intellectus, aliquando verius nominat, & significat rem minus intelligens, quam magis intelligens illam, puta minus intelligens pluralitatem diuinarum personarum si dicat illas esse plures per distinctionem, æque perfecte illam significat illi, qui intelligit eam magis, si eodem nomine exprimat illam, & perfectius illam significat, & nominat minus intelligens si illam velit exprimere magis intelligens, dicendo quòd sunt plures per diuersitatem aut differentiam.

5. Si primo modo, subdistinguo, cum quæritur, vtrum Deus verius intelligatur, quam significetur, aut nominetur, quia quæstio ista potest intelligi dupliciter. Vno modo circa vnum, & eundem intelligentem, & significantem, siue nominantem rem eandem. Alio modo circa vnum in comparatione ad alium etiam ad intelligentem, & significantem, siue nominantem rem eandem. Et isto secundo modo quanto vnus rem aliquam verius, & perfectius intelligit in vno tempore, quam in alio, aut quam alius, tanto verius & perfectius significat illam, æqualiter tamen proportione arithmetica, licet inæqualiter proportione geometrica. Si enim vnus & idem in vno tempore duplo perfectius intelligit rem, quam in alio, aut quam alteri, duplo perfectius significat, & nominat eam, & si triplo, triplo, &c. sic de cæteris proportionibus, & hoc tam in intelligendo quam significando aliquid sub ratione incomplexi ratione definitiua ipsius intellecti, quam sub ratione complexi intellecti sub ratione syllogistica.

6. Primo autem horum modorum principaliter intelligitur quæstio, & est simpliciter concedendum, quòd Deus, & quodlibet diuinorum verius, & perfectius intelligitur, quam nominatur aut significatur, & hoc quia voces magis materiales sunt, quam acumen rationis, & ideo non potest tantum intellectus in significando, quantum ratio potest illa penetrare in intelligendo.

7. Et non solum verum est hoc in diuinis, de quibus loquitur August. in vltimo argumento, quod secundum hoc concedendum n.3.
est, sed et iam in creaturis, & hoc præcipue in exprimendo, siue significando per nomina siue verba vocalia, illa quæ sunt cognita de re intellecta, aut intelligentia collatiua siue ratiocinatiua rei sub ratione complexi, aut intelligentia diuisiua, & compositiua rei sub ratione incomplexi, & definiti, quæ est cognitio determinata, & distincta respectu cognitionis confusæ, quæ est definibilis, in qua per verba communiter imposita potest minus intelligens de facili æque perfecte exprimere conceptum suum vt magis intelligens. Vnde de cognitione determinata, & distincta rei intellectæ via definitiua, & argumentatiua præcipue verum est, quòd Deus, & quicquid in eo est verius intelligitur, quam nominatur aut significatur. Quoad talem enim notitiam Deus, & quæ in eo sunt propter suam, & illorum immensitatem excedit supereminentia deitatis vsitati eloquij facultatem. Et non solum Deus verius est, quam cogitatur, secundum quòd dicit Augustinus de verbis domini serm. 38. *Ante omnia seruate hoc* c.30. cite
quicquid de creatura potuerimus colligere, aut sensu corporis, aut cogitatione animi, inenarrabiliter transcendere creatorem, sed etiam verius intelligitur, & cogitatur, quam dicatur siue nominetur, aut significetur, & hoc præcipue intelligentia definitiua, aut syllogistica, de qua dicit August. super Io. *Aliquando sermo* to.9.tr.19 in prin.
deficit vbi intellectus proficit, quanto magis sermo patitur defectionem, quando intellectus non habet perfectionem? Proficit quidem intellectus in cognitione diuinorum per lumen gratiæ, & fidei inuestigatione rationis in cognoscendo illa, quæ potest attingere circa diuinorum notitiam, nec potest cognita sermone, vt intellecta sunt exprimere circa perfectionem diuinæ immensitatis, nam circa illa intellectus creatus quicunque non habet perfectionem & ideo sermo ad illam exprimendam omnimode patitur defectionem. Vt enim dicit in dicto serm. de verbis domini. c.5.to.10
Homo non potest dicere quod etiam non sentire potest, potest etiam sentire quod non potest dicere. Dico autem præcipue intelligentia determinata definitiua, aut syllogistica, quia ad illam

requiruntur verba propria, & limitata, & hoc respectu intelligentiæ confusæ rei sub ratione definitiua, ad quam exprimendam non requiruntur, nisi verba communia.

n.5. 8. Quod ergo arguitur primò, quod intellectus mensurat nominationem, siue significationem, Dico quod verum est secundum iam dicta, proportione arithmetica, quæ non est nisi secundum eandem proportionem, de qua sequitur in argumento, quòd qui verius, & perfectius, &c.

ibid. 9. Quod autem assumitur, quod illa æqualia sunt quorum vnum est mensura alterius. Dico quod non est verum nisi de illis, quorũ vnum est mensura geometrica, quæ semper est secundum eandem quantitatem, quali modo non est intellectus mẽsura significationis, sed potius mensura geometrica, quilibet enim quantum est ex se proportionaliter suæ intelligentiæ format verba de intellectis, sed tamẽ non significantia æqualiter intellectioni, vt patet ex dictis.

q.if 10. Ad secundum, quòd qui eodem nomine suos intellectus significant, æqualiter illos significant. Dico secundum prædicta, quòd verum est, sed ex hoc non sequitur, quia si non essent nomina communiter imposita rebus, illis qui sunt eiusdem linguæ, vnus intellectum suum verius, & perfectius exprimeret quam alius. Etiam non sequitur ex hoc, quia verba imposita congruentius, & congruentiora posset vnus adducere ad intellectum suum approbandum secundum illam quam intellexit in rebus, & in verbis quam aliter.

11. Quod ergo assumitur, quòd illud non esset nisi aliquis verius significaret, quam intelligeret. Dico, quod verum est secundum dictum modum, sed hoc non est ex arte, & ratione intellectus, sed potius ex vsu, & casu, qui tamen significando pluralitatem personarum non potius dicit ipsas esse diuersas, aut differentes quam distinctas, quod facit ex arte, & ratione intellectus ille, qui verius rem intelligit. Et de tali significatione intellectorum, non autem de casuali, intelligitur quæstio, & intelliguntur dicta August. ad illam. ibid.

✠

Conclusio ex Quæstione decima, Articuli Septuagesimi tertij.

1. *Similiter concedendum est, quòd Deus, & quodlibet diuinorum verius, ac perfectius intelligitur, quam nominatur, aut significatur. num. 6.*

QVAE-

QVAESTIO VNDECIMA.

Vtrum nomina de Deo aliquid de ipso significent priuatiue, an positiue.

CIrca vndecimum arguitur, quòd nomina diuina nihil significant positiue.

a.d med. 1. Primò sic, super illo Boeth. de Trinit. *Decem prædicamenta, quæ de omnibus prædicantur,* dicit Commẽ. *Quamuis de Deo prædicatur substantia, quantitas, qualitas, vel aliquod naturalium appelletur, non tamen est quod dicitur.* sed si non sunt illud, multo minus sũt quodlibet aliud, & si non est illud, non significat illud positiue, ergo &c.

2. Secundò sic, vnitas verissime videtur competere deitati propter simplicitatem, sed ipsa in diuinis nihil dicit positiue, dicente Ambros. lib. 1. de Trin. cap. 2. *Cum vnam dicimus Deum, vnitas excludit numerum deorũ, sicut cum dicitur vnus est pater, vel vnus est filius. Ratio dicti hæc est, non sunt multi patres, vel multi filij.* Quòd si vnitas nihil ponit in diuinis, ergo multo fortius, nec aliquid aliorum, cum omnia alia per additionem se habent ad vnitatem, sicut & ad entitatem, & maxime numerus, cum per aliquam compositionem vnitatum ab vnitate procedit. [margin: ...e fide ... 3. Mag. sen. l. 1. dist. 24. C D.]

ibid. D. 3. Item dist. 24. sententiarum dicit Magister. *Cum dicimus plures esse personas, singularitatem atque solitudinem excludimus.*

4. In contrarium est, quod illud quod nihil positiue dicit in aliquo, nihil ponit dignitatis in illo, quia nihil est dignitatis in aliquo nisi positiuum, sed nomina dicta de Deo omnia ponunt aliquid dignitatis in Deo, siue per similitudinem dicantur, siue per proprietatẽ, vt patet ex prædictis, ergo &c. [margin: a. 32. q. 2. 4.]

5. Dico, quòd significatio nominis positiua in diuinis potest intelligi, vel ex parte nominis significantis, vel ex parte rei significatæ. Si primo modo, dico, quòd plura nomina diuina significant priuatiue, vt immensum infinitum, & alia huiusmodi, de quibus superius tactum est loquendo de Dei infinitate, quod licet quantum ad modum nominis à priuatione imponantur, pure tamen rem positiuam significant, quia sunt negationes defectuum importatorum per nomina habituũ illis contraria in creaturis. [margin: a. 44. q. 2.] [margin: a. 32. q. 4.]

6. Attendendo ergo significationem nominum ex parte rei, dico, quòd omnia nomina à creaturis translata ad diuina, aliud significant cum nominant Deum, aut aliquid in eo, & aliud cum nominant creaturam, aut aliquid in ea a quo nomen est translatum ad significãdum aliquid quod est in Deo. Quod intellexit Boethius quando dixit. *Cum quis decem prædicamenta in diuinam vertit prædicationem, cuncta mutantur. Nam substantia cum translatum est nomen eius ad diuina, non est per nomen eius significata vere substantia illa, quam ante translationem significabat in creatura, sed quæ est vltra, & extra omnem gradum substantiæ creatæ, & similiter qualitas & quantitas, & cætera omnia.* Si ergo quod significant de diuinis, est vltra id quod significant in creaturis, & quod in creaturis à quo transfertur nomen quo significantur semper est aliquid positiuum, quia nullum nomen pure per contrarium à creaturis ad diuina est translatum secundum prædicta, constat etiam, quòd hoc nomen Deus perfectius quid significat secundum rationem nostram intelligendi, quam aliquod aliorum, vt etiam patet ex prædictis, suppositis igitur illis, quæ de hac materia tractata sunt supra de significatione attributorum sub ratione attributi articulo 32. quæst. 4. dico simpliciter, quòd omnia nomina diuina proprie dici possunt positiue significare ratione rei significatæ, & nullum priuatiue, quia id quod significant est aliquid, quod in Deo est, sicut dictum est. In Deo autem nulla priuatio est. Et secundum hoc concedenda est vltima ratio. [margin: a. 32. q. 5.] [margin: q. 10. & 11.] [margin: a. 4. a. 1.]

7. Ad primum in oppositum, *quamuis Deus aliquid appelletur, non tamen, est quod dicitur.* Dico quòd verum est, quòd non est quod dicitur quando proprie significat, scilicet aliquid in creaturis, quia est aliquid extra illud, & ideo ex illo non sequitur, quod sit nihil, immo cum illo stat, quod sit verissimum quid.

8. Ad secundum quòd vnum in Deo non significat positiuè, sed priuatiuè, & per consequens numerus, & omnia nomina numeralia, dico quòd falsum est. Vt enim dictum est supra loquendo de vnitate Dei, licet [margin: a. 25. q. 8]

eet vnum ratione nominis significet priuationem, illa tamen priuatio est negatio negationis siue priuationis, & ponit verissimam positionem. Et similiter dico de nominibus numeralibus, quæ sunt duo, tres, & de numero vniuersaliter, quod nihil dicunt in diuinis, nisi quid positiuum non materialiter, sicut dicit numerus in naturalibus, & mathematicis, qui formaliter importat defectum formæ vnitatis, inquantum materialiter natus est contineri totus in ratione vnitatis vnius continui, per cuius diuisionem omnis numerus generatur a prima vnitate, secundum modum superius & in quæstionibus de quolibet declaratum. Sed numerus in diuinis dicit quid positiuè formaliter, sicut dicit numerus substantialis formarum substantialium specie differentium, qui non importat defectum formæ vnitatis inquantum ipse non descendit per quancunque diuisionem ab aliqua vnitate vna, sed suam formam habet in distinctione suarum vnitatum inter se, non absolutorum sed relatorum.

9. Et sicut hoc dico de hoc nomine vnus, & de nominibus numeralibus, sic eadem dico de nominibus deriuatis ab illis, cuiusmodi sunt trinus, & Trinitas. Vt enim dicit Hug. *tris græce latine dicitur tres, vel tria. Vnde trinus trina trinum.* Vel componitur ab vnus quasi triunus, vnde Trinitas quasi triunitas, quia sit vnum totum in tribus. Sed melius est dicere, quòd trinus sit simplum, & deriuatum à tris. Aliter enim in diuinis significaret, quòd tres essent vnus masculine, & etiam aliter vnus esset de significato eius quod est trinus, & ita non bene caderet copula inter trinus, & vnus in prædicando ambo de Deo. Cum tamen Ambros. in Hymno de vno Confessore dicit de Deo. *Totius mundi machinam gubernās trinus, & vnus,* vt sic Deus dicatur trinus propter personas tres solummodo, sicut dicitur vnus propter substantiam vnicam. Vnde, & dicitur trinum de illis quæ non sunt in aliquo vnum. Dicitur enim quod monitio trina debet præcedere vindictam, & quòd trina actio inducit consuetudinem. Et in talibus successiuis dicitur trinum in singulari de aliquo indefinito ad tria solo numero differentia. Sed in permanentibus distinctis solo numero nō dicitur nisi in plurali, vt de tribus hominibus quòd sint trini, sicut & de duobus, quòd sunt bini. Et in istis bene potest concedi, quòd trinus compositum esset ab vnus quasi triunus vel triuni, sed hoc mediate, quia a tres, quod idem est, quod tris deriuatur ter, & inde trinus trina trinum, quod idem est quod trinus compositum ab vnus. Et dicitur trinus, vel ternus quasi ter vnus. In permanentibus autem tribus distinctis specie, vel quasi specie sub aliqua vnitate contentis dicitur trinum in singulari de illo quod est trium illorum contentiuum, quemadmodum machina rerū mundialium dicitur trina scilicet cœlestium, terrestrium, & infernorum. Et dici potuit trina statua Nabuchodonosor, quia in parte fuit ærea, & in parte plumbea, & in parte lutea, & potio commixta ex aqua, melle, & vino potest dici trina. Et iuxta hunc modum Deus dicitur trinus à ternario personarum quas continet in vnitate essentiæ. Et quia continentur in illa sine omni compositione, Deus licet dicitur trinus, non tamen potest dici triplex, cum tamen in cęteris dictis quod dicitur trinum propter trium compositionem, potest dici triplum vel triplex. Etiam omnibus dictis per modum quo dicitur aliquid trinum, dicitur etiam Trinitas à trino per deriuationem. Et si dicatur per compositionem ab vnitate & ab eo quod est tres, & dicatur à tres nominatiui casus, tunc Deus dicitur Trinitas, quia est tres personę, & vnitas essentiæ. Si autem dicatur à tris genitiui casus, tunc Deus dicitur Trinitas, quia est trium personarum vnitas, quæ est Deitas à qua sumitur nomen Deus, & sic dicitur Trinitas quasi trium vnitas. Et vtroque modo quantum est ex ratione rei significatæ positiue significat quicquid significat.

10. Sed quia non qualescunque tres ad Trinitatem concurrunt, sed solummodo tres specie, vel quasi specie differentes, qui construunt trinum, si Trinitas non sit simplex deriuatum à trino, sed sit compositum ab vnitate, potius debet dici componi a terno siue in nominatiuo siue in genitiuo, quam à tris quod est tres, & vnitate, vt dicatur Deus Trinitas, & vnitas, sicut potest dici triunus, quòd est trinus, & vnus. Et quia verissime est vnus, siue vnitas, idcirco verissime dicitur Trinitas siue triunus, & est vtrumque nomē compositum ex personali & essentiali.

11. Et quòd arguitur secundum Ambro. *Cum vnum Deum dicimus, vnitas excludit numerum Deorū, similiter cum dicitur vnus pater, vel vnus filius excludit pluralitatem patrum, vel filiorum.* Dico quod secus est de prædicatione, & de significatione nominis, quia significatio non est nisi ad vnum, scilicet ad rem significatam indicandum illi in quem dirigitur sermo. Prædicatio autem non solum est ad rem prædicatam indicandum forte circa subiectum, sed etiam ad definiendum aliquid circa idem. Propter quod quo ad secundum bene potest nomen prædicari priuatiue, licet non significet nisi positiuè, secundum quod hoc declarabitur in sequenti articulo de diui- n.5.

nis

nis prędicationibus quęſtione quinta in fine. Ambroſ. tamen loquitur de vno, & nominibus numeralibus quo ad actum prædicandi, & diſcernendi, non autem quo ad actum ſignificandi aliquid in prædicato, aut iudicandi circa inhærentiam ad ſubiectum, vt ibidem declarabitur.

Concluſiones ex Quæſtione vndecima, Articuli Septuageſimi tertij.

1. *Ex parte nominis ſignificantis plura nomina Diuina ſignificant priuatiue. num. 5.*
2. *Ratione rei ſignificatæ omnia nomina diuina proprie dici poſſunt poſitiue ſignificare, & nullum priuatiue. n. 6.*

ARTICVLVS SEPTVAGESIMVS QVARTVS.

De modo proferendi diuina quoad illorum prędicationem per propoſitiones in generali.

In ſeptem Quæſtiones diuiſus.

SEquitur Articulus Septuageſimus quartus, de modo proferendi diuina, quo ad illorum prædicationem per propoſitiones complexas, & primo in generali. Secundo in ſpeciali.

De primo ſeptem ſunt inquirenda. Quorum.

Primum eſt: Vtrum in diuinis poſſit eſſe aliqua prædicatio.

Secundum: Vtrum Deo magis congruit prædicatio affirmatiua, quam negatiua, an è conuerſo.

Tertium: Vtrum aliquid poſſit prædicari proprie in diuinis.

Quartum: Vtrum in eis verius prædicentur, ſeu magis proprie abſtracta, quam concreta.

Quintum: Vtrum in diuinis poſſit eſſe aliqua prædicatio priuatiua.

Sextum

Sextum: Vtrum prædicationes priuatiuæ magis congruant diuinis explicandis, quam positiuæ.

Septimum: Vtrum in diuinis omnis propositio in qua subijcitur, vel prædicatur nomen translatum a creaturis sit multiplex siue æquiuoca.

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum in diuinis possit esse aliqua prædicatio.

CIrca primum arguitur, quod in diuinis non possit esse aliqua prædicatio.

a 1. q. 6. c. 4. a. 66. q. 1. n. 11. 1. Primò sic. Non potest esse signum, vbi non potest esse res signata sibi correspondens, quia signum, & signatum sunt correlatiua, quæ secundum Philosophũ posita se ponunt, & perempta se perimunt. In diuinis autem non potest esse res respondens signo complexo per prędicationem alicuius de aliquo, quia sicut nomen est signum respondens rei incomplexæ, sic propositio in qua est prædicatio alicuius de aliquo, quæ per hoc est signum complexum, respondet rei complexæ, sicut igitur signum complexum quod est propositio sine qua nulla est prædicatio, componitur ex nominibus, quæ sunt signa incomplexa, sic res signata signo complexo debet esse compositum ex rebus signatis signis incomplexis, quæ sunt nomina. In diuinis autem nulla est rerum compositio
a. 17. 28. aut complexio secundum superius determinata, ergo &c.

2. Secundò sic, secundum Philosophum
c. 1. to. 1. a. 34. q. 1. n. 6. in lib. prædicam. *ab eo quod res est, vel non est scilicet prout exponitur per orationem, oratio dicitur vera vel falsa*, quia si vera est res, vt exprimitur, oratio vera est, si vero non, non est vera, sed omnis propositio constat ex prędicato, & subiecto, exprimens rem de re per compositionem, quia non est oratio nisi per compositionem prædicati cum subiecto, quare cum non sit sic res composita in diuinis, quia vt prius omnis res in diuinis simplex est, & vnica, omnis ergo oratio & per consequens prædicatio in diuinis falsa esset, sed in diuinis nulla potest esse falsitas, neque admitti, ergo &c.

3. Tertiò sic, omnis prædicatio aut est affirmatiua, aut negatiua, neutra potest esse in diuinis non negatiua, quia cum quicquid est in diuinis sit idipsum re, idem ergo negaretur de se, quod necessariò ponitur falsum & impossibile in Deo, quod nullo modo potest esse in ipso. Non affirmatiua, quia secundum Dionysium, *affirmationes de Deo sunt incompactæ*. Non autem est affirmatiua propositio nisi de Cæl. Hier. c. 2. post prin. a. 12. q. 5. n. 48. per compactionem & cohærentiam prędicati cum subiecto, ergo &c.

4. In contrarium est, quòd si nulla in diuinis esset prædicatio, tunc de hoc nulla eis posset fieri instructio vel doctrina, quia illa non fit nisi prædicatione, dicente Comment. 12. Metaphy. & loquente de diuinis prædicationibus, in quibus prædicatio enunciatur vt dispositio quædam subiecti sic. *Si intellectus non accepisset in istis dispositionem & dispositum, non posset intelligere naturas earum, neque determinare eas*, quare cum sit instructio & doctrina de diuinis pręcipue in propositionibus, & prędicationibus contentis in sacra scriptura de illis, ergo &c.

5. Dico quòd in hac quæstione nihil inducit dubitationem nisi diuina simplicitas, quia in Deo omnia sunt idipsum, & intelligentia simplici concipiuntur absque assertione, & compositione. Et ideo nec est in illa veritas, aut falsitas ex ipso actu intelligendi significatio, licet id quod est in Deo, in rei veritate sit apprehensum sicuti est. Prædicatio autem non nisi diuersorum quocunque modo fuerit, quæ non concipiuntur nisi per intellectum componentem, & diuidentem simplicia, quæ primò intelliguntur, in qua necessario est veritas aut falsitas, quia si compositio fuerit conueniens rei entitati ipse, quod & Philosophus appellat ab *eo quod res est*, tunc erit vera. Sin autem, quod appellat Philosophus *ab eo quod res non est*, erit falsa. Vnde c. 4. t. 25. to. 2. vt dicunt Philosophus in tertio de anima, & Comment. ibidem, illa actio intellectus est consimilis, quod Empedocles dicit de actione amicitiæ in entia, quod *multa capita erant separata à collis, deinde congregauit ea amicitia*, & posuit simile cum simili. Ita quod intellecta primo extiterunt diuisa in intellectu, deinde composuit

posuit

posuiten. Si igitur composuit secundum eas, verum, si non, falsum. Quia igitur in Deo videtur nulla esse simplicium diuersitas aut pluralitas, nulla videtur per consequens in ipso possibilis compositio, aut prædicatio, siue negatiua, siue affirmatiua, siue vera, siue falsa, licet omnia alia vere de ipso abnegantur, & nullum illorum vere affirmatur de
a. 3. q. 1. a. 35. q. 12. 9. 9. 10. ipso, eo quòd *cuiuslibet de quolibet vera est affirmatio seu negatio, & non ambo simul de eodem,* secundum Philosophum 4. Metaphy.

6. Est igitur intelligendum, quòd licet in Deo propter eius summam vnitatem, & simplicitatem re, nulla sit pluralitas, aut diuersitas, siue distinctio plurium secundum rem absolutam, bene tamen in eo est pluralitas plurium distinctorum secundum rem relatiuam, & hoc ex natura productionum, quæ naturaliter sunt in diuinis, prout superius est declaratum, & determinatum, & similiter plurium distinctorum secundum rationem, secundum quod expositum est supra. Et etiam dicit Comment. loquens de Deo 12. Metaph. *Cum dicimus eum esse viuum & habentem vitam, dicimus idem in subiecto, & duo secundum modum, non quia significat idem omnibus modis, sicut significant nomina synonima. Neque enim idem significant in omnibus principale & sumptum, quia sumptum significat illud quod principale & magis. Vita enim significat aliquid non in subiecto. Viuum autem significat aliquid in subiecto scilicet formam in materia & habitum in subiecto.* Sed supple secundum modum qui componit simplicibus abstractis secundum rem de materia. Et exponens clarius quis sit modus in vtrisque, primo in eis quæ sunt forma in materia, dicit subdens. *In eis enim quæ sunt forma rerum in materia, dispositio & dispositum reducuntur ad vnum in esse in consideratione, quando intellectus diuisit alterum ab altero. Intellectus enim innatus est diuidere adunata in esse in ea ex quibus componuntur, quamuis non diuidantur in esse, sicut diuidit materiam à forma, & formam à composito ex materia & forma, & hoc in rebus compositis ex materia & forma. cum disposuit compositaque per formam, aut habentem formam per formam. Intelligit enim vtrumque admixta aliqua materia & composito suo modo. Verbi gratia, cum disposuit hominem per rationabilitatem. Intelligit enim subiectum rationabilitatis & rationabilitatem similiter in adunatione, & intelligit, quòd deferens de eis est aliud à deferto.* Exponens autem quis sit modus non existentium in materia, subdit dicens. *Quando autem fuerint considerata dispositum, & dispositio in eis quæ non sunt in materia, tunc reducuntur ad vnam intentionem omnibus modis, & nullus modus erit quo prædicatum distinguetur à subiecto, & disposito extra intellectum.*

7. Dico ergo, quòd non obstante diuina simplicitate, quia intellectorum simplicium, siue sint personæ, siue attributa siue quæcunque alia formalia, nulla est diuersitas absolutorum secundum rem in ipsa diuina essentia. Est tamen in illa aliqua alia diuersitas, scilicet inter personas inter se, & ad absoluta essentialia, similiter inter attributa inter se, & ad essentiam, & personas, & hoc non in solo nomine, sicut diuersa sunt synonyma, neque sicut diuersa sunt principale & sumptum in materialibus, quæ sunt diuersa secundum intellectum, per hoc quòd principale significat aliquid intellectum secundum se, sumptum autem significat rem, vt existens in alio, scilicet rem sicut in subiecto, à quo non potest diuidi, aut separari secundum rem, aut secundum esse, sed est illa pluralitas, & diuersitas in diuinis solummodo secundum intellectum, & rationem, aut secundum materiam, & rem determinatam, quæ sunt diuersa absque eo quod alterum eorum consideratur in alio esse, vt in subiecto à quo differt secundum essentiam.

8. Et ista differentia sufficit, vt intellectus postquam sic diuersa concepit, per prædicationem in propositione illa componat, aut diuidat, vel sicut duo principalia per identitatem, dicendo deitas est veritas, vel sicut sumptum cum sumpto, dicendo Deus est verus, vel sumptum cum principali, dicêdo veritas est vera, vel Deus est veritas, vel quod amplius est, idê bis accipiendo secundum rationem, & dicendo Deitas est Deitas, Deus est Deus, & sic de cæteris in Deo existentibus pluribus secundum rem relatiuam vel secundum rationem tantum. Si vero intellectus noster ea quæ simplicia sunt in essentia vna enunciat modo compositionis, postquam singulum eorum vt simplex secundum se intellexit, hoc non est nisi per quandam similitudinem ad compositionê quam operatur in rebus materialibus, quas prius singulari simplici intelligentia intelleait, & diuisit abinuicem, licet in esse non erant diuisa, sicut & per quandam similitudinem nomina rerum naturalium transfert ad diuina Comment. continue post prædicta. ibid.
Cum intellectus componit aliquam propositionem ex dispositione, & disposito in talibus rebus, tunc non intelliguntur ex eis nomina synonima, ita quòd propositio sit secundum nomen non secundum intentionem, sed intelligit ex esse diuino secundum assimilationem. Scilicet quòd in talibus accipit duo, quorum proportio adinuicem alterius ad alterum est sicut proportio prædicati ad subiectum, & ex eis componit propositionem categoricam. Et nullam differentiam intelligit inter ea esse nisi secundum acceptionem, scilicet quia idem accipit vt dispositum & disponens. Intellectus

enim potest intelligere idem his ambobus secundum similitudinem ad propositionem categoricam in rebus compositis sicut intelligit multa secundū similitudinem. Et si intellectus non accepisset in illis dispositionem & dispositum, non posset intelligere naturas earum neque declarare eas. Et magna differentia est inter ea quæ differunt in esse & intellectu, & quæ differunt in intellectu tantum. Multiplicitas ergo in Deo non est nisi in intellectu tantum non in esse. Et intellige etiam, quòd ista pluralitas, siue multiplicitas eorum quę concipiuntur ex diuersis secundum rem, quorum vnum non existit sine alio vt materia, & forma in composito, ex illa est non tantum differentia in intellectu, sed etiam in esse.

a.4. 9. Secundum prædicta ergo concedendum est vltimum argumentum.

a.1. 10. Ad primum in oppositum, quòd non potest esse signum vbi non potest esse res significata ergo &c. Dico, quòd verum est si nullo modo potest esse ibi, sed sic non est in proposito, vt visum est.

ibid. 11. Et quod assumitur, quòd in diuinis non potest esse res respondens signo complexo per prędicationem. Dico secundum iam dicta, quòd etiam hoc falsum est.

ibid. 12. Quod arguitur ad huius probationem, quòd sicut nihil est signum respondens rei incomplexę, sic propositio, quę consistit in prędicatione est signum rei complexę &c. Dico, quòd verum est, Sed sicut nomen aliquando est signum rei incomplexæ, quę tamen habet in se realem compositionem ex pluribus, nec est omnino simplex, & indiuisibile, vt patet de composito ex materia & forma, sic propositio aliquando est signum rei complexæ non in esse, & secundum rem absolutam, sed in intellectu, & secundum rationem, aut secundum rem relatiuam, quod sufficit ad prędicationem sicut dictum est.

a.2. 13. Ad secundum, quòd *ab eo quod res est vel non est, prout exprimitur per orationem, est oratio vera vel falsa*. Et quod assumitur vlterius, quòd omnis propositio exprimit rem de re per compositionem, in diuinis autem nulla res habet esse per compositionem, ergo in oratione per prædicationem in diuinis non exprimitur sicut est in rę. Dico, quòd immo, quia in ipsa rę diuina sic est absque actione, & absque consideratione intellectus quo ad plura, & distincta re relatiua, sicut per orationem exprimitur. Sunt enim plura distincta re relatiua, & secundum rem in diuinis quæ componuntur compositione rationis in propositione, & se habent inter se sicut per orationem exprimuntur compositione rationis, licet non compositione rei. Sic etiam in diuinis est actione sed non absque consideratione intellectus, & quo ad plura & distincta secundum rationem tantum absque etiam consideratione intellectus, sicut est in essentia diuina virtute, quia in ipsa virtute, & vnitę sunt ea se, quę circa illam potest intellectus distinguere secundum rationem, & quæ post eorum distinctionem in intellectu sunt in actu. Sunt etiam in ipsa diuina essentia vnitę, & ex se, quæ circa illam potest opus naturæ distinguere secundum rem, quorum distinctionem intellectus accipit in actu, sed non operatur illam, & hoc sufficit ad veram prędicationem formandam secundum dicta.

14. Ad tertium, quod nec prædicatio affirmatiua, nec negatiua potest esse in diuinis. Dico, quòd falsum est, immo vtraque potest esse. a.8. a.7.

15. Quod arguitur, quia non negatiua, quia idem negaretur de se. Dico, quòd verū est quo ad simplicitatem rei, sed sic negatiua est falsa, & impossibilis, & contraria affirmatiua vera, & necessaria, sed illa falsitas, aut impossibilitas non est in ipsa re nisi vt est concepta in intellectu, & sic per se est in intellectu, quod non est inconueniens. Quo enim ad rationes diuersas ab intellectu distinctas, & conceptas de illa re differentes inter se sola ratione, an negatiua sit vera, qua vnum conceptorum remouetur ab altero, dicendo in diuinis, quòd sapientia non est bonitas, de hoc erit sermo in sequenti articulo, sed quin negatiua sit vera quo ad distincta re relatiua, quando vnum eorum remouetur ab alio, dicendo pater non est filius, nulla est dubitatio. Quo ad diuersos quidem respectus reales distinctiuos personarum ex natura rei, non ex conceptione, & operatione intellectus puri existentis in diuina natura an vere negatur vnus de altero, dicendo paternitas non est filiatio, de hoc erit sermo inferius. Distinctionem autem personarum per tales proprietates non vidit Auerroes Commentator Philosophi, sed solum vidit distinctionem in diuina essentia secundum rationes attributales vitę, & sapientię, & huiusmodi, credens quòd secundum tales rationes Christiani ponerent Trinitatem personarum in diuinis, in quo reprehendit eos non intelligendo quid de hoc Christiani sentiunt, & falsum eis imponit, dicens sic parum ante præassumpta verba. *Vita, & scientia proprie dicitur de Deo. Est igitur Deus viuens & sapiens, & hoc putauerunt antiqui Trinitatem esse in Deo in substantia, & voluerunt euadere per hoc, & dicere quia sit trinus, & vnus Deus, & nesciunt euadere, quia enim substantia fuerit numerata aggregatum erit vnum per vnam intentionem additam congregato. Et hoc similiter ait loquentibus in lege Maurorū ponentibus has dispositiones additas essentia.* ibid.

tia Quapropter cō tingit eis, vt ſit vnus per vnā intentionem additam eſſentiæ & diſpoſitionibus, & vnicuique opinioni in dicebatur accidere compoſitio.

16. Et male imponit Chriſtianis, quòd ſecundum primam opinionem poſuerunt Deum trinum, & vnum numerando ſubſtantiam, ſecundum quòd poſuerunt Semiarriani ſecundum ſuperius determinata, & hoc ſecundum numerationem deitatis, vitæ, & ſapientiæ. Si enim ita eſſet, bene argueret ille, videlicet, quòd ſi eſſent tres, non tantum eſſent vnus Deus niſi per aliquam intentionem tribus additam qua fierent vnum. Nunc autem Chriſtiani nec ponunt ſubſtantiam deitatis omnino numerari in illis pluribus, quos dicunt, quòd ſunt vnus Deus, nec propter illa tria abſoluta ponunt, quòd quæ ſunt deitas, vita, & ſapientia, aut aliqua alia abſoluta, ſunt tres, & Deus, ſed ſolum propter tria relata relatiuis proprietatibus, & diſtincta ſecundum ſuperius determinata, quarum trium proprietatum diſtinctione poſſunt dici tres abſque ſubſtantiæ numeratione, licet forte trium abſolutorum diſtinctione nullo modo poſſint dici tres abſque ſubſtantiæ numeratione, qua poſita non poſſent dici tres eſſe vnus Deus, niſi per compoſitionem, qua ſub vna ratione aggregarentur tres, ſicut arguit Comment. & bene, ſed falſa ſuppoſitione quam imponit Chriſtianis falſo & ſic nihil arguit contra ipſos. Poſito enim ſecundum veram fidem, quòd dicuntur tres trium relationum diſtinctione, poſſunt dici tres abſque ſubſtantiæ numeratione, & dici vnus Deus abſque omni compoſitione, & aggregatione trium ſub vna ratione, quę alia eſt ab illa ſubſtantia vna, & etiam à qualibet illarum trium proprietatum.

a.67.q.2. num. 22. q.1.n.12. a.70.q.1. n.16. q.2.n.12 a.72.q.3.

17. Ponere autem ſicut imponit Mauris, Trinitatem in tribus diſpoſitionibus additis vni eſſentię, ſecundum quòd etiam Porretani poſuerunt proprietates conſtitutiuas perſonarum eſſe aſſiſtentes, & non inſiſtentes (vt habitum eſt ſupra) erroneum eſt. Et contra illos bene arguit, quòd non poſſent tres ex illis diſpoſitionibus cum eſſentia eſſe vnus Deus, eo quod vnum illorum non incidit in aliud, & ideo vno non poſſunt denominari niſi per quandam illorum quatuor, ſcilicet eſſentię & trium diſpoſitionum aggregationem, quod non poſſet fieri niſi per compoſitionem ſub vna diſpoſitione addita illis, & ſic non niſi per vnam intentionem additam eſſentiæ & diſpoſitionibus. Idem autem nequaquam poſſet inducere contra Chriſtianos ponentes proprietates eſſentiæ inſiſtentes, & addentes in eſſentia conſtituere tres perſonas. Et ſic quia ipſa vna eſſentia communis eſt, ſufficiens cauſa quare tres ſunt vnus Deus, ſicut tres proprietates ſunt ſufficiens cauſa quare vnus Deus ſunt tres perſonæ, & hoc abſque omni alio addito.

a.55.q.6. num. 12. a.16.q.1. n.5. n.9.

18. Quod aſſumitur in argumento, quòd propoſitio affirmatiua non poteſt eſſe in diuinis, quia ſecundum Dionyſium *affirmationes de Deo ſunt incompactæ*. Dico, quòd illud non dicit, quia ſcilicet nulla affirmatiua habeat cohærentiam ſufficientem prædicati ad ſubiectum, vt ex illis conſtituatur propoſitio. Non, ſed quia non eſt tanta cohærentia iſtarum, vt perfecta veritas per illam exprimatur, prout declarabitur in proxima quæſtione ſequente. a.9

Concluſio ex Quæſtione prima, Articuli Septuageſimi quarti.

1. *In diuinis poteſt eſſe aliqua prædicatio. n. 8.*

QVAESTIO SECVNDA.

Vtrum Deo magis congruat prædicatio affirmatiua, quam negatiua, an è conuerso.

CIrca secundum arguitur, quòd prædicatio affirmatiua magis congrua est Deo, quam negatiua.

1. Primò sic. Illud quod est dignius Deo, magis congruit ei. Propter hoc enim illa quæ dignitatis sunt simpliciter in creaturis potius Deo attribuuntur quam alia, secundum superius determinata, sed dignius est a.32.q.1. Deo prædicare de ipso quod est, quod fit prędicatione affirmatiua, quam remouere ab eo quod non est, quod fit prædicatione negatiua. Modicum enim dignitatis est ei dicere, quòd non sit lapis, aut asinus, aut mendax, aut falsus, sed magnæ dignitatis est ei dicere, quòd sit supersapiens, superbonus, & cętera huiusmodi, ergo &c.

2. Secundò sic. Illi, qui est in se summè positiuum, magis congruit positiuum, quam priuatiuum, propter maiorem conuenientiam positiui cum positiuo. Magis enim congruit conueniens conuenienti, quam disconueniens disconuenienti, Deus in se maximè positiuus est. Prædicatio autem affirmatiua positiua est, negatiua autem remotiua, & in hoc priuatiua, ergo &c.

3. In contrarium est illud quod dicit Dionysius loquens de deitate cap. 2. cęl. Hiera. ad med. *Ab eloquijs supermundane laudatur, ex quibus non quod est, sed quod non est significatur.* Hoc enim vt æstimo potentius est in ipso, vbi dicit lib 3. post med. Hug. *Potentius est, idest efficacius est, & magis expressiuum, & excellentius quantum ad veritatis expressionem dicere quod non est Deus, quam quod est.* sed quod est efficacius, magis proprium, & excellentius ad veritatis expressionem, magis congruit Deo. Prędicatione autem affirmatiua significatur quid est Deus. Prędicatione vero negatiua significatur quid non est. Secundum enim quod dicit ibidē Ioannes Scotus. *Duplex diuinæ significationis est ratio. Aut enim affirmatiue significatur. Verbi gratia, dum de ipso prædicatur essentia est, seu bonitas est, seu vita, seu sapientia, seu veritas, & cætera similium virtutum nomina, & quæ diuinæ auctoritati, aut subsistentiæ conuenientissimæ esse videntur. Aut negatiue, vt cum dicitur immensus, infinitus, incomprehensibilis, cæteraque quæ de ipso per negationem pronunciantur,* ergo &c. Vnde ibidem. *Æstimo hanc distinctionem quæ est negatiua, potentiorem, & conuenientiorem in ipso,* hoc est in ipsius summæ deitatis significatione. Validius quippe, & propinquius veritas ineffabilis, & diuina existentia negatiue, quam affirmatiue insinuatur.

4. Dico, quòd omnes prędicationes, quæ fiunt de Deo, sunt ad exprimendum eius præminentes dignitates, quibus colitur, & amatur, & hoc ad eius laudem, & gloriam extollendam. Sed laus, & gloria Dei per prædicationem aliquam in propositione affirmatiua, aut negatiua, potest extolli dupliciter, vel significando illa per verba in prædicatione prolata, vel insinuando per eadem. Proprie autem per prædicationem significatur id, quod ex significationis verborum virtute datur intelligi, & non amplius. Insinuatur autem etiā id quod ille qui loquitur per prædicationem significare non sufficit.

5. Sed hoc ... potest contingere. Vno modo per solius significatum in prædicatione intelligendo, quod plus est, secundum quòd aliquando de enunciante dicitur, quòd minus dicit, & plus significat. Iuxta illud quod Greg. exponendo illud Iob. 36. D. 26. l. 27. Mor c. 4. to. 3. *Numerus annorum eius inæstimabilis,* dicit sic, *Dicere vtcumque æternitatem voluit, & ipsam æternitatis longitudinem annos nominauit. Quia enim per amplum quid dicere voluit, sed quid dicere latius non inuenit, ideo annos sine æstimatione numeri multiplicauit, vt dum ea quæ apud se sunt prolixa multiplicat, æternitatis longitudinem se metiri non posse infirmitas humana cognoscat,* sed de illo modo nihil ad propositum. Alio autem modo illud, quod loquens per prædicationem affirmatiuam significare non sufficit, insinuando per negatiuam illi contrarium. Iuxta illud quod dicens post prædicta Ioannes Scotus ait. *Plus intelligo Deum cum audio de ipso prædicantem, essentia non est, bonitas non est, quoniam supersubstantialis est, & superbonus, quam cum audio, essentia est, bonitas est.*

6. Primo modo dico, quòd prædicatio affirmatiua magis congruit Deo, dicendo est bonus, quam negatiua dicendo, Deus non

est

est bonus, quia affirmatiua significando aliquid dignum de Deo explicat, & hoc saltem locutione transumpta, licet non propria, quo ad id quod significatur in prædicato. Negatiua autem significando solum de Deo remouet id quod affirmatiua afferebat. Et ideo sicut affirmatiua est vera sumendo ly bonus in significatione transumpta, sic negatiua est falsa sumendo ipsum in eadem significatione. Sicut, & è conuerso sumendo ipsum in significatione propria, affirmatiua est falsa, sic negatiua est vera, sed nihil positiuum de Deo prædicat, & non quid est, sed quid non est significat.

ad med. n.3. 7. Secundo autem modo determinat Dionysius cap. 2. cæl. Hier. vt obiectum est, dicens, *quod per propositiones negatiuas ex quibus Deus non quid est, sed quid non est significatur, potius exprimenda, quam per earum contraria, seu opposita, scilicet per propositiones affirmatiuas.* Et propterea fo te omnia dicta sanctorum in hanc partem inclinant. & hoc, quia quantumcumque de Deo etiam à summo Angelo beato cognoscitur, plus de Deo cognoscendum latet illi, quam ab eo cognoscatur. Vnde postquam dictum est Iob. 36. *Omnes homines vident eum*, & exponendo subiunctum D.15. est. *Vnusquisque intuetur eum procul*, addit. D.16. *Magnus est vincens scientiam nostram*, vbi dicit Greg. *Omnis homo ex eo quod rationalis est conditus, debet ex ratione colligere eum, qui se condidit Deum esse. Quem nimirum iam videre est dominationem illius ratiocinando conspicere. Procul eum videre est non tam illum per speciem cernere, sed adhuc ex sola operum suorum admiratione pensare. Videre est transcendentem omnia ex ratione colligere. Bene autem vincere eum nostram scientiam narrat, quem videri ab omnibus dixerat, quia sic ex ratione conspicitur, vt magnitudo illius nulla nostri sensus perspicacitate penetretur. Quicquid namque de claritate eius magnitudinis scimus infra ipsum est*, imo sic intra, quod infinite plus est in ipso supra quā cognitum est, quā sit ipsum cognitum etiam à supremo Angelo beato. Et propterea quod affirmationibus, & positionibus significare non potest, negationibus, & priuationibus homo insinuat, vt amplius in proxima, & in quæstionibus sequentibus declarabitur.

L.17. Mor c.9. n.t. ib. c.4.

q.2.a. 8. Primo modo procedunt, & bene, prima duo obiecta.

arg. 9. Istæ autem secundo modo procedit obiectum in contrarium, & bene similiter. Licet enim dicere quid non est Deus sit potentius, magis proprium, & magis expressiuum, & excellentius, quantum ad veritatis expressionem, quam dicere quid est Deus, hoc non est nisi insinuando quemadmodum potentius, magis proprie, expressius, & excellentius insinuatur per species dissimiles, & disconuenientes, quam per species similes, & conuenientes, dicente Ioanne Scoto. *Sicut negatio affirmationi præponitur in significationibus, ita inconuenientes atque deformes species formosis, conuenientibusque præponimus*, & hoc vi disi non nisi insinuando, non autem proprie significando. Et hoc est quod expresse declarat Ioannes Scotus in dicto argumento. *Aestimo hanc rationem*, &c. vbi in fine explicat hoc verbum *insinuatur*. Declarat etiam ipse met Dionysius species quando per hoc concludit, quod dissimiles species aptius manifestant diuina quam alia, subdens. *Quod igitur negationes in diuinis vera sunt, affirmationes vero incompactæ, obscuritati arcanorum magis apta est per dissimiles formationes manifestatio*. Negationes veræ sunt, quia totum de Deo insinuant, quod de eo intelligendum est. Cuiur aliquid affirmationes, & non totum significant. Quod insinuat Dionysius per hoc quod præmittit loquens de diuina essentia. *Non esse, sed quid eorum, quæ sunt eam vere dicimus*. Quod exponens Ioannes Saracenus dicit, id est *tunc verum est, quod de diuina natura dicimus, quando asserimus eam esse hoc quod ipsa est, non secundum aliquid eorum, quæ sunt*. Et H golo quens de diuina essentia, addit dicens. *Quod enim vere est, secundum aliquid eorum quæ sunt totum dici non potest. Et ideo cum eam secundum ista, quæ sunt aliquid esse dicimus nondum quod vere est per expressionem manifestamus Quod enim est infinitum ab humana scientia æstimari non potest, quod quia ineffabile est non dicitur, & quia super essentiale est, non apprehenditur. De ipso ergo ment humana aliquid capere potest, ipsum autem non potest, & lingua humana de ipso aliquid dicere potest, ipsum non potest. Nec idcirco tamen falsum est æstimandum quod de ipso dicitur, quoniam de ipso tantum est, & non ipse quod dicitur, neque totum quod de ipso cogitatur, quoniam de ipso tantum est, & non hoc quod cogitatur, quoniam verum dicitur, & veritas cogitatur*. Propter quod de negationibus dicit Dionysius simpliciter, quod sint veræ, de affirmationibus autem non dicit, quod sint falsæ, sed quod sint incompactæ, quasi non tam prædicatum sit par cum subiecto, vt expressam, & perfectam veritatem de ipso possit explicare, quantum in nostra prædicatum intentione est compactum à subiecto, vt expressam, & perfectam veritatem de ipso possit exprimere, & hoc quemadmodum quoquo modo genus prædicatum affirmatiue de specie, non tam perfectam veritatem eius explicat, vt explicat tota definitio, quæ vniuersaliter exprimit omne prædicatum de eadem. Hinc dicit Ioannes

a.3.

2. de cel. Hier. c.2. ad med. q. 1. a.3. 18.

c.2. lib.3

nes

nes Saracenus. *Affirmationes in Deo incompactæ sunt idest resilientes non adherentes, vt potè mentientes, inter has enim est vt supersubstantialis.* Et Ioannes Scotus ibidem exponit dicens. *Et vt plenius dicam, plus intelligo Deum, &c.* vt supra. Et sic secundum dictum modum exponendi dicuntur affirmationes incompactæ, aspiciendo scilicet ad id quod dictiones translatæ a creaturis significant de Deo. a.5.

10. Aspiciendo autem ad id quod significant de creaturis, aliter exponit Hugo dicens. Ibid. *Manifestũ est in diuinis, et his quæ de Deo dicũtur et Deo attribuũtur, negationes esse veras idest proprias. Affirmationes vero incõpactas, idest improprias, & non cohærẽtes, quoniã dissimilia iungere conantur,* scilicet Deum, & id quod est in creatura. Quod etiam intellexit Ioannes Scotus, qui postquam dixit. *Plus intelligo Deum, &c.* adiunxit *Hoc enim Deum inter omnia connumerat, illud autem inter omnia ipsum exaltat.* Quod solummodo verum est secundum illos, qui non transferunt dictiones ad significandum aliud ab eo ad quod institutæ sunt ab initio, quibus propterea affirmatiuæ magis sunt causa erroris, quam negatiuæ, sicut & similes species magis, quam dissimiles. Dicente Ioanne Scoto super idem verbum. *Dum in sanctis visionibus sanctorum prophetarum ego humanam effigiem inuenerim absolutam, omnibusque modis naturalem, in significatione ipsius qui super omnem, & formam, & figuram in seipso absque forma subsistit, & figura, plus possum decipi, vt æstimem Deum ipsum incircumscriptum humana effigie circumscribi. Dum in eisdem visionibus pennati hominis, ac volantis imaginem inuenio, in significatione cælestium virtutum, seu ipsius diuinitatis non facile fallor, quoniam in natura rerum visibilium pennatum hominem, & volitantem, nec vidi, nec legi, nec audiui. Est enim monstruosum, & omnino à natura humana alienum. Nam, & poetica figmenta in falsissima fabula de volatu non ausa sunt fingere plumas, & alas de corpore ipsius hominis naturaliter creuisse. Incredibile enim esset. Et per hoc citius adducor tali imagine omnino diuinas virtutes, ipsumque Deum circumscribi, ac deformiter formari, omne siquidem quod contra naturam est, turpe atque deforme est, quam ad sequendum tales formas naturaliter inesse cælestibus, & continuo nullo mora interstitio perspicio imagines illas diuinæ scripturæ significatiuas esse naturalium rerum atque simplicium, & omni forma, atque figura sensibili circumscriptaque carentium, non autem illas naturas, quæ illis significationibus ad purgandas nostras terrenas cogitationes intimantur,* & insia. *Et quod de effigie volantis hominis diximus, ipsum de leone, vitulo pennoso, idemque de aquila humano vultu configurata, cæterisque confusis figuris, seu in genere superfluis, vt animalia senas alas habentia, est intelligendum.* Quod potest esse alia causa dicendi negatiuas prædicationes magis congruere Deo, quam affirmatiuas, sed hoc est verius causa dicendi negatiuas, & dissimiles species magis congruere nobis quam affirmatiuas, & similes species. Et sic intelligẽdo propositiones dictas affirmatiuas secundum sensum suum propriũ falsæ sunt, quia in veris affirmatiuis debent similia adiungi similibus, secundum quòd multis capitibus separatis a collis amicitia secundum Empedo. posuit simile cum simili, vt vnumquodque intraret suam coniuncturam, & collo suo coniungeretur, non autem dissimile cum dissimili, ne iuncturam intrare non potens totum maneret incompactum, secundum quòd de positione similis cum simili secundum Empedo. habitum est in præcedenti quæstione. Sed Hugo non a.g. dicit iungunt, sed iungere conantur, & hoc in hoc quod secundum propriam significationem dissimilia iungi prætendunt. Et per hoc Deum quodammodo secundum Ioannẽ inter omnia connumerant, sed secundum transumptum re vera similia iungunt, & per hoc Deum super omnia exaltant, licet non tam plenè, & expresse quantum in se est exaltatus. Propter quod nec plene similia iungunt, & ideo etiam incompactæ dicuntur, veræ tamen, licet non sic veritatem explicent vt est in re.

Con-

Concluſiones ex Quæſtione ſecunda, Articuli ſeptuageſimi quarti.

1. *Loquendo de prædicatione ſignificatiua, Deo magis congruit affirmatiua, quam negatiua.* n. 6.
2. *Loquendo de prædicatione inſinuatiua, magis congruit negatiua.* n. 7.

QVAESTIO TERTIA.

Vtrum aliquid poſsit prædicari propriè in diuinis?

CIrca tertium arguitur quòd nihil poteſt proprie prædicari in diuinis.

1. Primo ſic. Quod non ſignificat aliquid proprie, non poteſt de aliquo proprie prædicari, quia prædicatum non prædicat de ſubiecto niſi id quod ſignificat, ſed in diuinis nullum eſt prędicabile quod aliquid proprè ſignificat, quia in Deo nihil eſt prædicabile niſi tranſlatum à creaturis tranſlatione rei, & nominis, vt in illis quæ principaliter expriment, quæ ſunt dignitatis ſimpliciter, vt in talibus nominibus bonus, & ſapiens, vel tranſlatione rei tātum, vt in hoc nomine Deus, vt habitum eſt ſupra quæſtione 9. articuli præcedentis in corpore ſolutionis in fine, ergo &c.

2. Secundò ſic. Auguſtinus dicit contra Adimant. *indigna eſſe diuinæ maieſtati, quæ homines cum aliqua dignitate putant dicere*, vt habitum eſt ſupra quæſtione 8. articuli præcedentis in quarto argumento, ſed ſi iſta non ſunt digna diuinæ maieſtati, multo fortius, ergo nec aliqua alia, ſed quæ non ſunt digna diuinæ maieſtati, in diuinis propriè prædicari non poſſunt, ergo &c.

3. In contrarium eſt, quod illa quæ ſe habent ſicut forma ad ſubiectum, propriè prædicari poſſunt de illo. In diuinis plura ſunt quę habent aliquid exiſtens in Deo ſe habens ad aliud ſicut forma ad ſubiectum, vt bonitas, & ſapientia quæ ſunt ſicut qualitas, magnitudo, & æternitas, quæ ſunt ſicut quantitates reſpectu diuinæ eſſentiæ, & perſonarum, in quibus ſicut formæ etiam ſunt paternitas, & filiatio, quæ ſunt relationes, ergo &c.

4. Dico, quòd quæſtio de propriè, vel impropriè prædicari non habet locum in diuinis, nec in alijs de prædicationibus quæ ſiunt per identitatem, in quibus idem prædicatur de ſeipſo, vt Deus eſt Deus, Deitas eſt Deitas, quia talis prædicatio non poteſt eſſe niſi propria, ſed ſolum in illis in quibus prædicatur diſtinctum de diſtincto, vt attributum de attributo, vel de natura, vel de perſona, vel è conuerſo quodcunque illorum de alio, quam per informationem. In qua prædicatione, dico, quòd propriè, aut impropriè prædicari prouenit ex parte illius, quod prædicatur, & hoc dupliciter. Vno modo ex parte nominis ſignificantis. Alio modo ex parte ipſius rei ſignificatæ.

5. Primo modo prouenit ex modo ſignificandi nominis, quia vbi eſt informatio aliqua vel propoſitio impropriè, ſubiectum eo quòd ſe habet in ratione materiæ debet ſignificare per modum ſubſiſtentis, & prædicatum eo quòd ſe habet in ratione formæ debet ſignificare per modum informantis, vel formaliter ad modum quo partes definitionis ſunt formæ, & definiti, vt animal, & rationale hominis, vel ad modum quo accidens eſt forma ſubiecti, vt albedo hominis. Idcirco dico, quòd ad hoc, quòd aliquid in diuinis propriè prædicetur de alio, vt diſtinctum de diſtincto, ſiue ſecundum rem, ſiue ſecundum rationem, debet ſignificari per modum formæ exiſtentis in ſuppoſito, aut in ſubiecto, & è conuerſo, ſed quod propriè debet ſubijci, debet ſignificari per modum ſubſiſtentis. Et hoc modo proprietatis nihil poteſt proprie prædicari, neque in diuinis, neque in alijs,

alijs, nisi modo concreto, licet subiectum vtroque modo bene subijciatur, vt dicitur, Deus est bonus, vel deitas est bona. Abstracta autem omnia prædicantur impropriè, siue de abstracto, siue de concreto, dicendo Deus, vel Deitas est bonitas, & secundum hoc illud, Trinitas compositum ex duplici nomine, vno concreto, alio abstracto, partim propriè, partim impropriè prædicatur.

6. Secundo modo, scilicet ex parte rei significatæ propriè, aut impropriè prædicari prouenit duobus modis secundum duplicem comparationem rei significatæ in prædicato, quia comparatur ad vocem, siue ad nomen significans ipsam, & comparatur ad subiectū, de quo in nomine enunciatur. Primo modo prouenit propriè prædicari in propositione ex hoc, quod nomen significat rem propriè, & è contra impropriè ex hoc quod nomen significat rem translatiue, & hoc siue translatione rei, & nominis simul, vt vniuersaliter contingit, quando eodem nomine significatur quod est in diuinis, & quod est in creatura, siue translatione solius rei, vt contingit in hoc nomine Deus, cuius significatum est summa illorū de Deo per supereminentiā, quæ de creaturis significant aliquid dignitatis simpliciter, cui nomen Deus primò, & principaliter est impositum, non translatum, quia non erat prius alicui in creaturis impositum, sicut erant nomina quæ in creaturis significant aliquid dignitatis, vel pertinens ad dignitatem simpliciter scilicet particulariter, vt hæc nomina, sapientia, bonitas, aut translata ad diuina significant non esse, sed simile supereminenter. Cum dicitur Deus est bonus, non est quod dicitur rationis, aut generis proprietate, sed tantum modo rationis proportione, seu proportionali transumptione, scilicet rei supereminentis in Deo quæ simpliciter est in creatura, & hoc transumptione rei, cui sic transumpto, si nihil aliud imponeretur, quam impositum fit in creatura, esset transumptio solius rei absque transumptione nominis, sicut contingit in hoc nomine Deus. Et propter talem transumptionem rei dicit Boethius, *quòd cuncta quæ prædicari possunt cum quis ea in diuinam vertit prædicationem, cuncta mutantur, & sunt talia qualia fore permiserunt subiecta*. Puta si subiectum sit Deus, significant aliquid supereminens translatum per intellectum. Si vero subiectum sit creatura, significant aliquid simpliciter, prout expositum est supra quæstione 2. articuli præcedentis. Quia igitur quicquid significatum est per nomen quodcunque ab homine viatore, aut intellectum de diuinis, sic translatiue de Deo significamus & cognoscimus; secundum Dionysium enim

a. 73. q. 18 a. 6.

de Deo nihil nisi in participibus cognoscimus, dico quòd isto modo primo secundi modi principalis proprietatis, nihil omnino propriè prædicari potest in diuinis, neque negatiue, sicut neque affirmatiue.

7. Secundo modo huius secundi modi principalis scilicet ex parte rei significatæ in prædicato vt ipsa comparatur ad subiectum, propriè, & impropriè prædicari prouenit ex eo quod prædicatum rem explicat quam significat nomen tanta perfectione, & tanta integritate quanta est in Deo quantum ad se ipsum, vel minore. Si enim nomen, quod prædicatur explicat rem significatam in tanta perfectione, & integritate quanta est in Deo secundum se, tunc prædicatur propriè. Sin autem, tunc dicitur prędicari impropriè.

8. Sed explicare nomine quod est in diuinis, contingit dupliciter, vel significando, vel insinuādo, sicut in præcedenti quæstione expositum est. Quia igitur nullum nomen in creatura est quod de Deo in tanta perfectione & integritate aliquid quod est in ipso exprimit significando, in quanta est in eo, quia non explicat rem significando per nomen, nisi prout intellectus creatus eam intelligit, & adhuc minus, vt in penultima quæstione articuli præcedentis expositum est. Idcirco dico, quòd vt prius adhuc nihil omnino propriè prædicari potest in diuinis significando neque in affirmatiua neq; in negatiua propositione, quia termini idē significāt in propositione negatiua, quod in affirmatiua.

9. Potest tamen aliquid propriè prædicari in diuinis insinuando affirmationem non veram, sed metaphoricam, & hoc multo melius per propositiones negatiuas, quam per affirmatiuas. Eo quod tales propositiones negatiuæ nihil explicant significādo de Deo, nec ab ipso remouendo, quod clare absurdum est ei non inesse, vt quando remouent à Deo illa quę ex se sunt aliquid dignitatis simpliciter vt cum dicitur, Deus non est sapiens, Deus non est bonus, aut remouendo ab ipso, quod clare absurdum est ei inesse secundum aliquē modum, vt quando remouent ab eo illa, quæ ex se sunt aliquid indignitatis simpliciter, vt cum dicitur Deus non est mortalis, Deus non est finitus, vel aliquid quod est indignitatis secundum aliquem ordinem, vt cum dicitur, Deus non est visibilis, Deus non est cōprehensibilis. Licet enim esse visibile, & comprehensibile sit dignitatis simpliciter in se, & absolute, aliter enim esse visibile, aut comprehensibile nullo modo attribueretur Deo, esse tamen visibile vel comprehensibile a creatura, non est dignitatis simpliciter, & hoc modo verè remouetur, & clare a Deo. Propositiones vero affirmatiuæ nihil expli-

cant

eant significando de Deo nisi tribuendo ei, quod clarum est ei inesse, vt quando tribuunt Deo illa, quę sunt alicuius dignitatis simpliciter, quales affirmatiuæ sunt illæ, quibus Dionysius præterit negatiuas sibi contrarias, & non aliæ. Propter quod audiendo dictas propositiones negatiuas bene percipit intellectus, quòd nullus sanæ mentis proferret illas intendendo significare id, quod propositiones prætendunt. Percipit etiam audiendo affirmatiuas, quod quilibet sanæ mentis intendit significare id, quod propositiones prætendunt. Et ideo audiens propositionibus negatiuis, cogitur audiens sanæ mentis ad alium intellectum se diuertere, & aduertere, quòd aliud proferens intendit, quam verba prætendant, & quod affirmatiue, & per antiphrasim loquatur, proferendo scilicet oppositum eius, quod intendit, & hoc quemadmodum Sacra Scriptura cum literaliter prætendit sensum absurdum, cogit quęrere sensum spiritualem. Nequaquam autem sic cogitur ad alium intellectum se diuertere, aut aduertere auditis propositionibus affirmatiuis, quòd scilicet proferens aliud intendat, quam verba prætendunt, sed potius suadetur stare in sensu verborum, & hoc quemadmodum Sacra Scriptura cum literaliter prætendit sensum verum, non cogit aliũ quærere, sed suadet illum seruare, & tenere. Et propterea negatiuæ aptiores sunt ad insinuandum oppositum eius, quod verba prætendunt, quam affirmatiuæ. Et quia sic per negatiuas insinuatur tanta perfectio in Deo, quanta in ipso est, non sic autem per affirmatiuas, sed solummodo significatur perfectio, quæ in ipso est, sed non tanta, ideo secundum quòd expositum est in quæstione præcedente, negatiuæ tales sunt propriæ, & affirmatiuæ impropriæ.

10. Sunt etiam negatiuę vere simpliciter, quia perfectè insinuant id, quod in re est, & sicut est in re, & per hoc sunt compactæ in insinuando, & similia similibus iungunt, licet in significando non solum non sunt compactæ, sed diffutæ, & ideo falsæ. Affirmatiuæ vero licet sint veræ, quia non significant de Deo nisi quod ipse est, non tamen sunt simpliciter veræ, quia non significant de eo totum quod ipse est, hoc est sub ratione tantæ perfectionis, quanta in se est, vt iam dictũ est in præcedente quæstione secundum Hugonem. Et per hoc affirmatiuæ sunt incompactæ, & mentientes, & hoc (quia vt dicit Hugo ibidem loquens de deitate) *nulla rerum creatarum species ita in eius similitudinem approximat, vt id quod vere in ipsa est, expresse, & sic proprietatem ostendat*. Et Ioannes Saracenus. *Nobis in hac vita positis nequaquam se diuinitas sicut est insinuat, sed parum de se aliquid sensibus nostris aperit*. Ideoque etiam dicit Dionysius. *Ignoramus supersubstantialem, & inuisibilem infinabilitatem*. Et sunt dicto modo negatiuæ aptiores ad explicandum diuina quam affirmatiuæ, quemadmodum dissimiles, & viles species aptiores sunt, quam similes, & dignæ. Propter idem Dionysius ex vno concludit alterum dicens. *Si igitur negationes in diuinis veræ sunt, affirmationes vero incompactæ, obscuritati arcanorum magis apta est per dissimiles formationes manifestatio*. Quod exponens Ioannes Scotus dicit. *Si vera est negatio in diuinis rebus, non autem vera, sed metaphorica affirmatio. Vere enim dicitur Deus inuisibilis, non autem visibilis vere, & proprie dicitur, similiter infinitus, & incomprehensibilis vere de eo prædicatur. finitus vero, & comprehensibilis non proprie, quid mirum si naturalibus simplicibusque formis longe dissimiles, mixtaque, confusa, deformesque plus ad diuina, & ineffabilia valeant significanda, dum in sanctis visionibus sanctorum Prophetarum Ego humanam effigiem, &c*. vt supra quæstione præcedenti proxima in fine, & sequitur. *Sicut itaque negatio affirmationi præponitur in significationibus, ita inconuenientes, & deformes species formosis conuenientibusque præponuntur*.

11. Quod ergo arguitur primò, quod nihil significat propriè non potest de aliquo propriè prædicari. Dico, quòd verum est comparando rem prædicatam ad nomen ipsam significans, aut ad ipsum subiectum significando aliquid de ipso affirmatiuè. Bene tamen potest proprie prædicari aspiciendo ad modum significandi nominis, & similiter comparando rem prædicatam ad ipsum subiectum, insinuando aliquid de ipso negatiue, sicut patet ex iam expositis.

12. Ad secundum, quòd illa sunt indigna Deo, quæ homines cum aliqua dignitate putant dicere. Dico quod verum est significando aliquid de ipso affirmatiue, quia nihil significant nisi diminute. Quod autem ex illo concluditur, ergo nec alia sunt digna Deo, & ideo nec proprie dicuntur de ipso. Dico, quòd verum est quando accipiuntur affirmatiue aliquid significando de Deo, quando tamen accipiuntur negatiue aliquid insinuando de ipso, magis sunt digna Deo propter affirmatiuã metaphoricã insinuatã per oppositũ in qua id, quod est dignũ Deo insinuatur remoto omni mõ quo ex creaturis cognoscitur, aut etiã potest cognosci a creaturis, vt dictũ est.

13. Ad tertium, quod est in contrarium, quod se habet sicut forma ad subiectum propriè prędicatur de illo. Dico, quòd verũ est in primo mõ accipiẽdi proprie, & hoc ppter prędicari improprie alijs modis, vt patet ex dictis.

Ppppppp Con-

Conclusiones ex Quæstione tertia, Articuli Septuagesimi quarti.

1. *Ex parte nominis significantis nihil potest proprie prædicari, neque in diuinis, neque in alijs, nisi modo concreto. num 5.*
2. *Ex parte rei significatæ in prædicato, vt comparatur ad nomen significans ipsam, nihil omnino proprie prædicari potest in diuinis, neque negatiue, neque affirmatiue. n. 6.*
3. *Ex parte rei significatæ in prædicato vt comparatur ad subiectum nihil omnino proprie prædicari potest in diuinis significando, neque affirmatiue, neque negatiue. n. 8.*
4. *Potest aliquid proprie prædicari in diuinis insinuando. n. 9.*
5. *Et hac multo melius per propositiones negatiuas, quam per affirmatiuas. ibidem.*

QVAESTIO QVARTA.

Vtrum in diuinis verius prædicentur, seu magis proprie abstracta, quam concreta.

Circa quartũ arguitur, quod in diuinis verius, & magis proprie prædicẽtur abstracta, quam concreta.

1. Primò sic. Quæ verè, & magis significãt diuina, verius, & magis proprie prædicantur in diuinis. Abstracta verius, & magis proprie significant diuina, quam concreta, quia magis congruunt Deo, vt supra quæstio 7. artic. præcedentis, ergo &c.

2. Secundò sic. Illa verius, & magis propriè prædicantur in diuinis, quorum prædicatio est magis propria diuinis, & minus communis cum creaturis, quia magis proprium magis proprie prædicatur de subiecto, sicut magis commune magis communiter prædicatur de illo, sed abstracta prædicatio magis propria est diuinis, & minus communis illis cum creaturis, quia in prædicationibus concretorum communicãt dicendo Deus est bonus, homo est bonus, non autem in prædicatione abstractorum. Non enim dicitur homo est bonitas, sicut dicitur Deus est bonitas, ergo &c.

3. In contrarium est, quod illa prædicatio est magis propria, quæ est ratione formæ, quam quæ est ratione materiæ, prædicatio concretorum est ratione formæ, & modi prædicandi, quia vera est in omni materia, diuina scilicet, & creata, prædicatio abstractorum non est nisi ratione materię, eo quòd non est nisi in diuinis, vt dictum est, ergo &c.

4. Dico, quòd de secundo modo principali prædicandi propriè aut impropriè, qui in duas subdiuiditur (vt visum est in præcedenti quæstione) nihil ad propositam quæstionem, quo ad secundum modum subdiuisionis illius scilicet de proprie, aut improprie n.6.
prædicari ex parte rei significatæ in comparatione ad subiectum, quia æque perfectè explicant rem significatam de subiecto concretum & abstractum. Sed si in hoc inter concretum, & abstractum aliqua contingat differentia, hoc non est nisi penes differentiam affirmationis, & negationis, & hoc non tantum in significando, sed etiam in insinuando. Tunc enim quod prædicatur in negatiua, magis propriè prædicatur, quam quod prædicatur in affirmatiua, siue fuerit abstractiua

præ-

prædicatio in affirmatiua, & concretiua in negatiua, siue è conuerso.

5. Sed ad illam quæstionem solum pertinet de modo primo principali, & de primo modo subdiuisionis secundi membri principalis. Quia comparando rem significatam ad vocem significantem eam simpliciter, non magis propriè significatur per abstractum, quam per concretum, sed æque impropriè. Comparando autem rem significatam ad vocem significantem illam in materia diuina, sic solummodo magis proprie significatur, & prædicatur in abstracto, quam in concreto, quia abstracta magis proprie significant diuina, & congruunt illis quam concreta, vt procedit prima ratio.

n. 1. 6. Quia tamen modus concretionis magis congruit cum ratione prædicati, quam modus abstractionis, eo quod prædicatum habet rationem quasi informantis subiectum vt dictum est in primo modo principali dicto in quæstione præcedenti, quo ad hoc magis propriè prædicatur concretum, quam abstractum in omni materia.

7. Et quia modus iste principalis est præ n. 5. dicationis, & omnem materiam circuit, & sic ratione formæ conuenit prædicato, & non ratione materiæ, & talis modus est absolute principalis, idcirco dico, quòd remota omni distinctione verius, & magis proprie prædicantur in diuinis concreta, quam abstracta. Si tamen abstracta aliquo modo possunt dici proprie prædicari.

8. Et secundum hoc processit tertium n. 3. argumentum in oppositum.

Conclusio ex Quæstione quarta, Articuli Septuagesimiquarti.

1. *Remota omni distinctione verius, & magis proprie prædicantur in diuinis concreta, quam abstracta.* n. 7.

QVAESTIO QVINTA.

Vtrum in diuinis possit esse aliqua prædicatio priuatiua.

CIrca quintum arguitur, quòd in diuinis non possit esse prædicatio priuatiua,

l. 4. io. 3. n. 70. q. 1. p. 96. 1. Primò sic Secundum Philosophum in 4. Methaphys. hæc est differentia inter priuationem, & negationem, quòd priuatio determinat sibi subiectum in quo natus est esse habitus, vnde priuatio est negatio non nisi in subiecto determinato, scilicet in quo natus est esse habitus qui priuatur. Negatio autem non determinat sibi subiectum. Propter quod de quolibet affirmatio, vel negatio, non autem de quolibet habitus, vel priuatio, & ad priuationem sequitur negatio; vt est iniustus, ergo non est iustus, & non è conuerso non est iustus, ergo est iniustus. Sed in Deo non potest cadere priuatio alicuius habitus existentis in eo, aut nati existere, ergo &c.

2. Secundo sic, sicut se habet affirmatio ad affirmatum, sic se habet priuatio ad priuatum. Sed non est in diuinis prædicatio affirmatiua aliqua nisi affirmatiua in esse sit in diuinis, quare cum priuatum in prædicationibus priuatiuis, puta cum dicitur Deus infinitus, aut immortalis, finitas, aut mortalitas, quæ priuatur non est in Deo, sed in creaturis, ergo &c.

3. In contrarium est, quòd prædicatio, quæ non est nisi ad aliquid excludendum à subiecto, priuatiua est, talis est prædicatio de

diuinis vnitatis,& terminorum numeralium, vt tactum est supra, quæstione vltima articuli præcedentis in argumento secundo, ergo &c.

4. Iterum non plus repugnat diuinis prędicatio priuatiua, quam nominatio priuatiua, quia nomen rei prædicabile est, sed Deo non repugnat nominatio priuatiua, quia in diuinis sunt nomina priuatiua, vt habitum est supra, quæstione vltima articuli præcedentis, ergo &c.

5. Dico iuxta id, quod tangitur in secundo argumento, quòd sicut non dicitur proprie prædicatio affirmatiua, siue affirmatio aliqua esse in diuinis, nisi illa, quæ est indicatiua de Deo eius, quod est intra. Sic nec priuatiua prædicatio, siue priuatio est proprie in Deo nisi sit eius quod est intra ipsum. Quia igitur in Deo nulla potest cadere priuatio alicuius quod est in eo, dico, quòd in Deo nulla omnino potest esse prędicatio priuatiua, vt videlicet prędicatum ab aliqua priuatione eius, quod est in Deo, imponatur, & per hoc prædicatione priuatiua de Deo prędicetur.

6. Sed si quod prędicatum priuatiuum de Deo prædicatur, oportet, quòd illa priuatio sit eius, quod est extra, & necesse est, quòd illud, quod priuatur sit indignitatis circa creaturas, & hoc vel simpliciter, & absolute, vt sunt finitum, corruptibile, mortale, & huiusmodi, aut respectu alicuius, vt visibile, comprehensibile, à visu scilicet, & notitia creaturæ, quæ cum appositione priuatiuæ particulæ ad diuina transferuntur, & hoc non vt fletur in remotione eius, quod imperfectionis est in creaturis, sed vt per talem priuationem, & remotionem insinuetur verissimum positiuum, quod prædicatione talis priuationis insinuatur prædicari de subiecto, per illam scilicet prædicationem de priuato prædicato insinuando affirmatiuam de prædicato verissime positiuo. Et hoc quemadmodum per negatiuas insinuantur affirmatiuæ metaphorice, vt dictum est in secunda quæstione præcedente, licet multum diuersimode, vt patebit in quæstione sequente. Et hoc quia sic per priuatiuas sicut, & per negatiuas non quod Deus est, sed solummodo quod nó est significatur. Dicente Ioanne Scoto super cap. 2. Cælest. Hierar. *Dum inuisibilis, & infinita, & incomprehensibilis cogitatur, non quod ipsa est significat. Non enim inuisibilitas, & infinitas, & incomprehensibilitas essentiæ ipsa est, sed quod non est ostendit, scilicet significando, quod re vera non ignoramus, sed scimus.* Et sic diuinam infinitatem, inuisibilitatem, incóprehensibilitatem, quo ad id quod nomen significat scimus quidem, & non ignoramus, sed quid quod insinuat quoad positiuũ, quod est ipsa diuina substantia, penitus ignoramus, quia non est secundum aliquid eorum, quæ sunt in creaturis, & ideo ex illis non potest plene sciri nec exprimi per affirmationes, & positiones, quæ non nisi in ratione generalis attributi significant. Et hoc quo ad aliquid eius, non quo ad totum, vt dictum est supra in quæstione secunda huius articuli, ab Hugone. Et quia quod sic insinuat priuatio, nobis ignotum est. Vt enim dicit Dionysius. *Ignoramus autem super essentialem, & inuisibilé, & ineffabilem infinalitatem.* Scimus ergo diuinam infinalitatem, & eandem ignoramus. Scimus scilicet, quo ad id, quod non est quod significat. Ignoramus autem quo ad id quod est, quod insinuat.

7. Et quia non est proprie prędicatio priuatiua in aliqua natura, nisi prædicando priuetur, quod inest, vel natum sit inesse subiecto, concedendum igitur, quod in diuinis nó est proprie prædicatio priuatiua, vt ostendũt duo prima obiecta.

8 Est tamen in illis quoquo modo, vt ostendunt duo obiecta in contrarium.

9. Quod ergo primo arguitur, quod in Deo non potest esse priuatio, quia nec negatio alicuius habitus, qui est, in ipso. Dico, quòd verum est secundum tacta, quod non est illa priuatio eius quod est in Deo, vel natum est esse in eo, sed solummodo eius quod est defectus in alio. Per cuius priuationem à contrario insinuatur positio supereminens, vt in sequenti quæstione declarabitur. Qualem positionem, nec significare posset, nec insinuare circa subiectum in quo est positiuũ, quia illa priuatio circa illud subiectum, aut est pura priuatio, & nullo modo contrarium, quia habitum contrarium non ponit, vt est cæcitas in oculo, aut priuatio contraria, quia priuando vnum habitum, contrarium ponit non contrarium simpliciter, sicut album est contrarium nigro, sed defectiuum, sicut iniustum est contrarium iusto. Et de talibus priuationibus loquitur philosophus quando dicit, quòd priuatio est negatio in subiecto determinato, quare nulla potest esse in Deo, quare nec nomen significans eam, nec prædicatio eam de subiecto enuncians. Est tamen in eo & significando, & prædicando priuatio cómuniter dicta, scilicet priuans quod est diminutum positiuum in alio, vt dictum est, & per hoc illa priuatio in Deo quodammodo est priuatio priuationis, & sic non est simpliciter priuatio.

10. Ad secundum, quòd aliquid priuatũ priuatione non potest esse in diuinis, quare nec prædicatio priuatiua potest esse in diuinis. Dico, quòd verum est loquendo de priuatio-

uatione dicta propriè, ficut tactum eft. Vnde quod dicitur in diuinis effe nomen priuatiuum, aut prædicatio priuatiua, hoc non eft nifi quia nomen priuatiuum, aut prædicatum priuatiuum diuinis applicatur ad infinuandum eminens pofitiuum, à quo deficit pofitiuum in creaturis, quod nomine prædicati à Deo priuatur, non ad fignificandum quod quid eft aliquid exiftens in eo, ficut fignificat de creaturis priuationes, quæ idcirco propriè dicuntur effe in creaturis. Loquendo tamen de priuatione communiter dicta, illa bene eft in diuinis, vt dictum eft.

B. 11. Ad primum in oppofitum, quòd vnũ, & numeralia nomina prædicantur in diuinis non nifi ad aliquid remouendum, ergo prædicationes in quibus prædicantur funt prædicationes priuatiuæ. Dico, quòd in nomine aliquid fignificante eft duo confiderare, fcilicet ipfum fignificatum quo ad actum fignificandi ipfum per nomen, & quo ad vfum eius. Primo modo confiderando vnum, & nomina numeralia, dico, quòd ficut quod fignificant, pofitiuè fignificant circa Deum, & nequaquam priuatiuè, fic prædicãtur in diuinis prædicatione pofitiua, & ad fignificandum quod eft vere in Deo. Vnum enim in Deo fignificat ens fiue effe Dei fub ratione fimplicis. Et quia fimplex non capimus nec intelligimus nifi fub ratione priuationis diuifionis plurium, quæ funt in effe multitudinis fiue multi, ideo dicimus quod vnum imponitur à ratione priuationis, fcilicet diuifionis, & definientes vnum dicimus, quod eft ens indiuifum, quæ quidem priuatio non eft nifi veræ priuationis. Diuifio enim eft vera priuatio fimplicitatis, quam infinuamus cum dicimus, quòd vnum eft ens indiuifum, & quam vnum realiter fignificat præcipue in Deo, quia eft fumme vnus, in eo quòd eft fumme fimplex per carentiam omnis compofitionis, quæ non eft nifi plurium. Numerus autem vt cadit in diuinis non fignificat nifi talis vnius replicationem per defectum formæ vnitatis alicuius à qua procedit numerus per illius diuifionem. Inde eft quod de vna vnitate fiunt plures, vt contingit in numero, qui eft accidens, & quantitas, fed per folam replicationem vnius vnitatis fimplicis, & indiuifibilis diuinæ effentiæ in pluribus relatis proprietatibus, & rationibus attributalibus. Vnde eft alius numerus in diuinis ab illo, qui eft quantitas molis in continuis, & ab illo qui eft quantitas virtutis in formis fubftãtialibus abfolutis.

12. Secundo autem modo confiderando vnum, & nomina numeralia. Dico, quòd licet non fignificant nifi pofitione eius, quod vere eft pofitiuè in Deo, & illud non nifi prædicatione pofitiua prædicatur, vtimur tamen eis ad remouendum in prædicando. Licet enim fignificatio termini non fit nifi ad vnũ in fignificando, fcilicet ad indicandum alteri rem, quam fignificat, vfus tamen termini in prædicando eft ad duo. Quorum vnum eft indicare fubiecto ineffe rem, quam fignificat prædicatum. Alterum ad difcretionem aliquam circa ipfum fubiectum faciendam, & hoc in remouendo fuum oppofitum à fubiecto.

13. Et eft duplex oppofitum, quia vnum opponitur multo quod ponit plurium compofitionem inter fe, & opponitur multis, fiue multitudini, quæ ponit plurium diuifionẽ abinuicem, quia ambobus, fcilicet multo, & multis opponitur fimplicitas, quam in fuo fignificato circa ens includit vnitas. Et primo modo difcrete dicitur Deus vnus, quia non eft multus per aliquam compofitionem ex pluribus in fua effentia, & etiam quia non funt dij multi per deitatis in plures Deos diuifionem, ficut pofuerunt Semiarriani. Et è conuerfo in Deo eft vfus termini numeralis ad excludendum fuum contrarium. Pluralitati enim, quam fignificat opponitur folitudo. Et ideo ad illam excludendam à fubiecto eft vfus eius in prædicando cum dicitur, quòd tres funt perfonæ, ad excludendum fcilicet quod non fit vnica tantum, & folitaria.

14. Et confiderantur illa duo fcilicet fignificatio, & vfus circa illud nomen vnus quodammodo, ficut & circa hoc pronomen ego, quod refpondetur ad fignificandum rem quam demonftrat, cum quæfito quis currit, refpondetur, ego. Exprimitur autem ad difcretionem faciendam circa id quod demonftrat, remouendo fcilicet actum, vel modum actus ab alijs à demonftrato, dicendo ego curro, infinuando, quod nullus alius currit, vel nullus alius ita bene. Non enim effet neceffitas exprimendi tale pronomen cum verbo primę perfonæ, nifi effet neceffitas faciendi talem difcretionem. Secundum quemmodum potius tacendum effet quam exprimendum multa, quæ dicimus, & prædicamus de Deo, nifi neceffitas cogeret, vt fupra, quæftione prima articuli præcedentis in fine quæftionis. Secundum quem etiam modum multa exprimunt in prædicationibus circa Deum non ad fignificandum aliquid, fed folummodo ad vfum excludendi aliquid, quod hæretici inconuenienter æftimabãt de Deo. Sic enim ad excludendum deorum pluralitatem dictum eft, vnus Deus, & ad excludendum diuinæ perfonæ folitudinem, dictum eft, perfonæ plures, vt fecundum hoc fit vfus horum terminorum priuatiuus, a. 7 3. q. 1 n. 24

fiue

siue exclusiuus, non autem significatio eorũ. Quod multi non discernentes, vsum credentes fuisse significationem, dixerunt, & male vnitatem, & terminos numerales in diuinis nihil significare positiue, sed tantum priuatiue. Secundum quod idem dixerunt de æqualitate in diuinis, cuius vsus est ad excludendum ad vnius personis maius, siue magis, & minus, licet hoc non sit significatio illius, vt supra declarauimus, loquendo de relationibus communibus.

15. Et ideo dico, quòd dicta Ambrosij assumpta in argumento explicãt vsum vnitatis, & numeralium terminorum, non autem significationem. Vnde Magister Sententiarum lib. 1. distinct. 24. postquam quæsiuit in cap. 1. *cum in Trinitate non sit diuersitas, vel singularitas, nec multiplicitas, nec solitudo, quid significetur istis nominibus, vnus, vna, duo, vel dua,* consequenter respondet in cap. 2. dicens. *Si diligenter præmissis auctoritatum verbis intendamus, vt dictorũ intelligentiam capiamus,* quibus scilicet ostenditur, quòd sancti necessitate coacti multa dixerunt de diuinis, alias celanda vt 2 1, dist, cap. *Qua necessitate,* & cap. *Iam sufficienter, magis videtur horum verborum vsus introductus ratione remouendi, atque excludendi à simplicitate deitatis, quæ ibi non sunt, quam ponendi aliqua.* Et verum dixit. Tamen multi male eum intelligentes imponunt ei ibi vnum errorem, quod videlicet intendat ponere, quòd dicta nomina nihil in diuinis positiuè significent, cum tamen hoc non dicat, sed solummodo, quod vsus illorum à sanctis contra hæreticos est remouendi, & excludendi gratia, non autem ponendi aliquid. Et hunc vsum probat per dicta Ambrosij in argumento dicto, & aliorum in sequentibus capitulis. Vnde male secuti sunt talem regulam Magistri non attendentes verbis auctoritatum sanctorum, & dicti sui, vt ex eis caperent dictorum intelligentiam.

lit. A. lit. B. lit. D. lit. T. dist. 24. lit. C.

16. Ad vltimum, quod Deo non repugnat nominatio priuatiua, quare nec prædicatio. Dico, quod verum est vtrobique loquendo de priuatione secundum quid, quæ aut est priuatio priuationis, qualis priuatio significatur hoc nomine vnus secundum prædicta, aut est priuatio eius, quod est positiuum alicuius in alio habens rationem diminuti, & defectiui, & per hoc priuatiui, ratione cuius priuatio eius recipitur in Deo, qualis significatur his nominibus, immortalis, inuisibilis, infinitus, secundum prædicta. Et hic priuatio in Deo siue nominationis, siue prædicationis per hæc nomina non est nisi priuatio priuationis, per quam intenditur, & circumloquitur verissima positio excedens conceptus intellectus creati. Loquendo autẽ vtrobique de priuatione vera, & simpliciter, quæ circa subiectum non priuat nisi id, quod est vere positiuum in ipso, non est verum. Immo omnis talis priuatio, siue in nomine, siue in prædicatione repugnat Deo, vt dictum est iam in hac quæstione de prædicatione priuatoria, & dictum est supra quæstione vltima articuli præcedentis de nominatione priuatoria, quæ est causa prædicationis priuatoriæ, vt vna & eadem difficultas sit in vtraque quæstione.

n. 4. n. 6.

Conclusiones ex Quæstione quinta, Articuli Septuagesimi quarti.

1. *In diuinis non est proprie prædicatio priuatiua.* n. 7.
2. *Est tamen in illis quoquo modo.* n. 8.

QVÆS-

QVAESTIO SEXTA.

Vtrum prædicationes priuatiuæ magis congruant diuinis explicandis, quam positiuæ.

Circa Sextum arguitur, quòd prædicatio positiua magis congruit diuinis explicandis, quam priuatiua,

1. Primò sic, verius explicantur diuina per illa, quæ sunt in diuinis, quã per illa quæ sunt in creaturis, quia vnũquodque magis natum est cognosci ex proprijs, quam ex alienis. Ex proprijs enim cognoscitur quoquo modo quid sit, ex alienis autem non nisi quid non sit, & maior est notitia de re quid est, quam quid non est. Sed positiua prædicatione explicantur per propria, quę sunt in Deo, cuiusmodi sunt sapientia, bonitas, potentia, & huiusmodi. Priuatiua autẽ prædicatione explicantur per aliena, quia non nisi ex alieno priuantur in prædicando, dicendo, Deus est infinitus, incognoscibilis, & huiusmodi. Illa autem quibus verius explicantur, magis congruunt ipsis explicandis, ergo &c.

2. Secundò sic, negatiua prædicatio non magis congruit diuinis explicandis, quam affirmatiua, nisi quòd remouet a Deo quod absurdum est ei non inesse, dicendo non est iustus, non est bonus, vt supra habitum est
n.9. in tertia quæstione huius articuli. Sed non ob aliud priuatiuæ prædicationes præferuntur affirmatiuis, nisi quia conueniunt cum negatiuis. Vnde Ioannes Scotus super capitulum secundum Cælest. Hierar. reducit priuatiuas ad negatiuas dicens. *Dum summã*
q.5.n.6. *deitatem inuisibilem, & infinitam, & incomprehensibilem diuina vocat scriptura, non quid ipsa est significat, non enim inuisibilitas, & infinitas, & incomprehensibilitas essentia ipsius est, sed quid non est ostendit, non enim est visibilis neque finita, neque comprehensibilis*, & dicit ibidẽ Ioannes Saracenus. *Maiorem vim habet negatio, quæ dicit, Deus non moritur, vel Deus est immortalis, quam affirmatio, quæ dicit Deus est vita.* Sed priuatio non priuat quod absurdum est Deo non inesse, sed potius quod absurdum est Deo inesse, puta visibilitatem, finitatem, & comprehensibilitatem, quare cum deficiente causa deficit effectus, ergo &c.

4. Tertiò sic, si prædicationes negatiuæ magis congruunt diuinis, quia absurdum est Deo non inesse quod negant, dicendo Deus non est bonus, Deus non est sapiens, sicut è contra dissimiles formæ magis congruunt diuinis quia quod absurdum est afferunt de ipso, vt habitum est supra quæstione 2. & 3. q.2. n 9.
huius articuli, vt ideo priuationes magis congruant diuinis cum dicitur. Deus est infinitus, inuisibilis, incomprehensibilis, quam affirmationes cum dicitur, est bonus, sapiẽs, iustus, quia conueniunt in hoc cum negationibus, quare cum istę priuationes, iniustus, iniquus, infelix, magis conueniant cum illis absurdis negationibus de Deo, dicendo, Deus non est felix, non est iustus, non est æquus, quam illæ, inuisibilis, infinitus, incõprehensibilis, quia si illæ priuatiuæ prædicationes, Deus est inuisibilis, incomprehensibilis, infinitus, sunt magis expressiuæ diuinorum quam illæ affirmationes, Deus est bonus, sapiens, & iustus, multo magis istæ priuatiuæ prædicationes, Deus est infelix, iniustus, iniquus, magis sunt expressiuæ diuinorum quam illæ affirmatiuæ, consequens falsum est, quia istæ non recipiuntur omnino, ergo &c.

4. Quarto sic, si illæ priuatiuæ, Deus est inuisibilis, aut incomprehensibilis, magis cõgruunt diuinis, quam dictæ affirmatiuæ, & hoc non est nisi ratione defectus, quam priuant, videlicet ratione visibilitatis à creaturis, aut comprehensibilitatis, quia hoc solum indignitatis importatur illis nominibus, visibile, comprehensibile, vt dictum est supra, quare cum iustum, sapiens, & cætera huiusmodi, quæ ex se sunt dignitatis simpliciter, etiam rationem indignitatis, & defectus important, vt sunt in creaturis, quia imperfecta & limitata sunt, quem quidem defectum, & imperfectionem, aut indignitatem possunt æqualiter priuare illa nomina insipiens, iniustum, & cætera huiusmodi, sicut illa infinitus, incomprehensibilis, & cætera huiusmodi, quare vt prius istæ priuatiuæ prædicationes. Deus est iniustus, non bonus, iniquus,

quus, & cæteræ huiusmodi, magis congruunt Deo, quam illæ positiones, Deus est bonus, iustus, & æquus, consequens falsum est, ergo &c.

5. In contrarium videlicet, quòd priuatiuæ prædicationes magis congruunt diuinis, quam positiuæ, seu affirmatiuæ, est Dionysius, & sui Commentatores prædicti, qui omnes in hoc concordant, quòd sicut dissimiles species, & viles magis diuinis congruunt, quam similes, & nobiles, sic & negatiuæ, ac priuatiuæ prædicationes, quamuis in hoc nequaquam discrepent priuatiuæ à negatiuis. Vnde priuatiuas prædicationes comparans vilibus speciebus Dionysius loquens de diuina natura dicit sic. *Aliquando dissimilibus manifestationibus ab ipsis eloquijs supermundane laudatur eam inuisibilem, & infinitam & incomprehensam vocantibus. Ex quibus non quid est, sed quid non est significant. Hoc enim (vt æstimo) potentius est in ipsa*, quod exponunt Ioannes Scotus, & Ioannes Sarracenus, vt iam supra in secunda quæstione. Comparans autem Dionysius vilibus speciebus prædicationes negatiuas, dicit sic. *Si igitur negationes in diuinis, &c.* quæstione tertia huius articuli in fine.

de Cæl. Hier. c. 2.

n. 3.

n. 10

q. 2. n. 9.

6. Dico, quòd reuera iam negatiuæ, quã priuatiuæ prædicationes communiter præferendæ sunt affirmatiuis in expressione diuinorũ, sicut & viles species formosis, & verius, & magis propriè atq; perfectius sunt expressiuæ illorum, & partim ex eadem causa, seu consimili, partim verò ex causa diuersa, & dissimili. Communis quidem, & eadem causa est in illis, quod non significando, sed insinuando illud faciunt, & negatiuæ, & priuatiuæ prædicationes, atque viles species, secundum modum expositum de negatiuis in tertia quæstione præcedente. Nullum enim eorum significat de Deo quid est, sed solummodo quid non est.

n. 9.

7. Est autem diuersa causa in negatiuis prædicationibus, & vilibus speciebus respectu priuatiuarum prædicationum. In hoc scilicet quod negatiuæ prædicationes, & viles species illud faciunt per nimiam distantiam, & repugnantiam, siue quasi contrarietatem ad diuina. Prædicationes vero priuatiuæ per priuationem imperfectionis, & defectus quoa importabant simplicia positiua in creaturis. Propter nimiam enim distantiam, & contrarietatem dictarum negationum, & vilium specierum ad Deum mens rationalis illas horrescit de Deo, & propterea refugit assentire dictis negationibus, & per hoc conuertit se ad sentiendum, & asserendũ de Deo eminentius quiddam, quam sit illud negatiuum de Deo. Et hoc tam in significatione illis qua illud conuenit creaturis, puta sapientia, bonitas, & huiusmodi, quam in illa significatione qua translato nomine, & translata significatione conuenit soli Deo. q. 2. n. 5.
Ita quòd cum dicitur. Deus essentia non est, bonitas non est, plus intelligo de Deo, quam cum dicitur, essentia est, bonitas est. Licet etiam in talibus prædicationibus talia sunt prędicata qualia permiserunt subiecta, & prędicantur de subiectis mutata significatione illa quam habebãt in creaturis cum prędicarentur de illis, secundum Boethium. Et q 3 q. 6.
contingit illud, quoniam Deus supersubstantialis, & plus, quam bonus est, & intelligitur in metaphora per negatiuam de Deo, quòd plus est essentia, & plus est bonitas cum dicitur de Deo, quòd non est essentia, non est bonitas, quam intelligebatur per affirmatiuam dicendo, Deus est essentia, Deus est bonitas, quia illa negatiua insinuat, quòd sit superessentia, & superbonitas. Et est illa affirmatiua intellecta metaphorice compacta respectu affirmatiuæ puræ, quę est incompacta, & plus veritatis de Deo enunciat illa, quam ista.

8. Similiter & de vilibus speciebus attributis Deo respectu nobilium. Quia tamen mens rationalis illas horrescit, vt supra. Et propterea refugit illas sentire inesse Deo, propter hoc diuertit se ad sentiendum illi inesse supereminentius quid, quam sit quodcunque per translationem nobilium specierum, quod ei possit attribui. Et hoc prout viles species ei intelliguntur attribui, atque transferri ad ipsum ratione suę vilitatis, & quasi per contrarium ducunt in diuinorum nobilium cognitionem. Nobiles vero species prout intelliguntur Deo attribui, atque ad ipsum transferri ratione similitudinis in aliqua proprietate, puta species leonis ratione fortitudinis, & species aquilę ratione acuminis visus, transferuntur ad Deum non ratione vilitatis, sed ratione nobilitatis, & non ratione contrarietatis, sed ratione similitudinis. Et hoc modo scilicet ratione similitudinis, & in significando species nobiles, quæ per proprietatem Deo attribuuntur, magis conueniunt expressioni diuinorum, quam viles, quę attribuuntur Deo ratione contrarietatis, & in insinuando, prout superius tactum est, declarando, quod viles species per maiorem improprietatem transferuntur ad diuina quam nobiles.

9. Propter priuationem autem defectuũ, & imperfectionum eorum quæ prędicantur de Deo prędicatione priuatiua, mens refugit ad contrarium eminens positiuum, quod dictis priuationibus significari intelligitur, & ad quod significandum principaliter impo-

poann-

ponuntur nomina sub voce priuatiua, &
etiam exprimuntur per priuatiuam propositionem indicantem. quod non est Deus, quia
n 2. tales priuatiuæ habent vim negatiuarum, vt
dictum est in opponendo, & habent eandem
vim negatiuæ in quas resoluuntur priuatiuæ,
quam ipsæ priuatiuæ. Propter quod dicit
Ioannes Sarracenus, & habitum est supra, ar-
Ibid. gumēto secūdo. *Maiorē vim habet negatio, quæ
dicit Deus non moritur, vel Deus est immorta-
lis, quam affirmatio quæ dicit. Deus vita est.* Et
sequitur continue. *Et validior negatio est qua
Deus dicit. Non mutor, affirmatione qua testa-*
Gen.6. n.17. *tur. Pœnitet me fecisse hominem.* Quod verum
est de pœnitere inquantum transfertur ad di-
uina per similitudinem. Sed si consideretur
q 2. n 9. vt transfertur ad diuina, sicut viles species di-
cto modo, scilicet, per contrarium, æqualem
vim habent ista affirmatiua, & ista negatiua.
Et sic alio & alio modo illa negatiua, Deus
non est vita, validior est ista affirmatiua, Deus
est vita, & alio modo ista negatiua, Deus non
est mortalis, validior est ista affirmatiua, Deus
est vita. Et sic æqualiter validæ sunt illæ duę
negatiuæ Deus non est vita. Deus non
moritur, licet alio & alio modo, vt dictum est.

n 5. 10. Secundum dicta ergo concedenda est
vltima ratio.

11. Ad primum in contrarium, quòd di-
n 1. uina verius explicantur per illa, quæ sunt in
q.2. n 6. eis, quam per illa quæ sunt in creaturis. Di-
co, quòd verum est significando, & stando in
illis, quę sunt in creaturis. Diuertendo tamen
mentem ab illis ad alia perfectiora, bene pos-
sunt verius diuina per ea, quæ sunt in creatu-
ris significata nominibus, & prædicationibus
priuatiuis, aut negatiuis explicari, quam per
ea, quę sunt in diuinis significata nominibus,
& prædicationibus positiuis, & affirmatiuis,
& hoc non significando, quia non significant
de Deo, nisi quod non est, sed insinuando, quia
metaphoricæ positiones, aut affirmationes,
quas insinuant significant de Deo verius
q.2. n.9. quid est, quam dictæ positiuæ, & affir-
q 1. n.9. n.2. matiuæ locutiones verę, vt patet ex dictis.

12. Ad secundum, quòd non ob aliud cō-
ueniunt priuatiuæ prædicationes plus diui-
nis, nisi quia magis conueniunt cum negati-
uis. Dico quod verum est quo ad hoc, quod
ambo non significāt, nisi quod non est Deus.
Et ideo non significando, sed insinuando se-
n.12. cundum expositum modum magis congru-
unt diuinorum expressioni quam positiuæ,
aut affirmatiuæ. Specialiter tamen diuersis
n 7. modis insinuandi differunt inter se, vt simi-
liter expositum est. Et ideo licet priuatiua
prædicatio non valet plus quam positiua in
explicandis diuinis, insinuando scilicet per
absurditatē asserendi de Deo illud, quod in
ipsa priuatur, sicut plus valet negatiua, quā
affirmatiua, scilicet per absurditatē eius, quod
in negatiua ab illo remouetur, valet tamen
plus alio modo insinuandi, vt dictum est. Ibid.

13. Ad tertium, quòd si priuatiuæ prædi- n 3.
cationes plus explicant diuina, quia plus cō-
ueniunt cum negatiuis, & speciebus absurdis,
tunc istæ prædicationes, Deus est iniustus,
Deus est iniquus, Deus est infelix, plus expli-
carent diuina, quam illæ, Deus est immorta-
lis, infinitus, impassibilis, quia magis absur-
dum est priuare de Deo esse iustum, æquum,
felicem, sicut absurdum est negare hoc de
ipso, quam priuare de ipso esse finitum, visi-
bilem, & cætera huiusmodi, in istis enim
priuatiuis nulla est absurditas omnino. Dico
quod vera sunt hæc conclusa si eodem modo
omninò dictæ negatiuæ, & istæ priuatiuæ, ac
negatiuæ, quæ ex illis priuatiuis sequuntur
explicarent magis diuina, quam dictæ affir-
matiuæ, & positiuæ, sed non est ita, vt visum
est. Vnde illa negatiua Deus non est iustus,
non plus explicat diuinam veritatem, quam
illa affirmatiua, Deus est iustus, inquantum
sequitur ex illa priuatiua. Deus est iniustus,
sequitur enim, si aliquid est iniustum, ergo
non est iustum, sed solummodo vt est nega-
tiua absoluta. Et habet duas causas veritatis.
Aliquid enim non est iustum, aut quia est,
neque iustum, neque iniustum, vt lapis, quia
neutrum natus est esse, aut quia est iniustum,
vt homo, vel Angelus, quia natus est esse iu-
stus. Vnde quia illa negatiua, Deus non est
iustus absurda est pro vtroque sensu. Absur-
dum enim est dicere, Deus est, & neque iu-
stus, neque iniustus, sic vt non sit aptus esse
iustus, aut iniustus. Absurdum est etiam di-
cere, Deus est iniustus. Ideirco dico, quòd
illa priuatiua Deus est iniustus, aut iniquus,
aut infelix, plus est expressiua diuinorum,
quam illa positiua Deus est iustus, Deus est
æquus, Deus est felix. Et hoc secundum mo-
dum, quo puræ negatiuæ sunt plus expressi-
uæ, quam puræ affirmatiuæ, per absurdita-
tem scilicet. Et sic sunt accipiendæ per me-
taphoram, quę dicitur antiphrasis, illę, Deus
est iniustus, iniquus, infelix, secundum illum
modum, quo illæ negatiuæ absolutę, Deus
non est iustus, non est ęquus, non est felix,
licet non secundum modum prædictum quo
priuatiuę prędictę Deus est infinitus, immor-
talis, inuisibilis. Illæ enim priuant, quæ ab-
surdum est priuare à Deo, istę autem priuant
illa, quę iustum est priuare à Deo. Eo quod
illæ de se ex sua ratione priuant quod est di-
gnitatis simpliciter, & quod in vno quoque
est melius esse quam non esse. Istæ vero de
se ex sua ratione priuant quod est indignita-
tis simpliciter, & quod in vnoquoque est me-

Qqqqqqq lius

lius non esse quam esse dignitatis simpliciter, & in vnoquoque ea melius esset non esse, quam esse.

n. 4. 14. Ad quartum, quod videtur esse contra iam dicta, quòd inuisibile priuatiue dictum non est plus expressiuum diuinorum, quam illę affirmatiuę Deus est bonitas, Deus est vita, hoc non est, nisi quia esse visibile defectum importat respectu creaturæ, cuius est videre, quia esse visibile a creatura defectus est, quare cum esse iustum iustitia, quæ compeтit creaturę similiter defectiuum est, iniustum ergo quod est priuatiuè dictum, dicendo Deus est iniustus, plus est expressiuum diuinorum, quam dictæ affirmatiuæ, quod falsum est. Dico, quod visibile, & sibi similia in hoc differunt a iusto, & sibi similibus, & per consequens iniustum, & inuisibile, & eis consimilia consimiliter differunt inter se, quia iustum, & sibi similia non significant nisi rationem dispositionis in ordine ad subiectum cui inest, sicut id quod in illo est aliquid dignitatis simpliciter, secundum modum quo solent appellari dignitatis simpliciter illa quorum melius vnumquodque esse quam non esse. Propter quod iniustum prędicatum de aliquo subiecto non priuat nisi iustum quod natum est inesse illi subiecto de quo prædicatur iniustum. Iustum autem quod natum est Deo inesse, nullo modo ab ipso priuari potest. Iniustum igitur ista. Deus est iniustus, aut aliqua consimilis in diuinis nullo modo recipienda est tanquam expressiua veritatis diuinorum. Inuisibile autem, & ei similia non solum significant rationē dispositionis in ordine ad subiectum cui inest, vt recipienti illam, sed etiam significant rationem obiecti in ordine ad motum ad quod est, vt ad videntem illud.

15. Propter quod inuisibile prædicatum de aliquo subiecto aliquando priuat de subiecto id quod inest, vel natum est inesse subiecto, puta rationem visibilis, qua aliquid natum est videri simpliciter. Aliquando autem priuat id quod nec inest, nec natum est inesse modo ab ipso subiecto, puta rationem visibilis qua aliquid natum est videri ab aliquo determinato. Inuisibili igitur accepto primo modo, ista, Deus est inuisibilis, aut aliqua ei consimilis, non est recipienda in diuinis tanquam expressiua veritatis diuinorum, & hoc eadem de causa qua nec illa, Deus est iniustus. Dispositio enim qua Deus simpliciter visibilis est, & videri potest simpliciter, nullo modo vere ab ipso priuari potest, sicut nec dispositio qua est iustus, quia vtraque est aliquid dignitatis simpliciter in Deo, qualem rationem visibilis priuat inuisibile dictum de tenebra, quia non est nata videri omnino seu mouere visum aliquem corporalem, quod est indignitatis simpliciter. Inuisibili autem accepto secundo modo, scilicet ab aliquo vidente determinato, Deus licet in se sit summe visibilis visione intellectuali tanquam clarissima, & notissima in natura sua, est tamen vere inuisibilis, quia scilicet ab aliquo determinato, puta a creatura, aut non est natus videri omnino, aut imperfecte videri, sed hoc non propter aliquem defectum visibilitatis in ipso qua caret, & cuius defectus, vel priuatio per se significatur nomine inuisibilis, sed solummodo propter defectum visibilitatis in alio qua illud caret, & significatur per accidens nomine inuisibilis prædicati de Deo. Deus enim dicitur inuisibilis, quia a nulla creatura potest videri naturaliter, neque etiam a creatura intellectuali, quia ab illa solum est visibilis per gratiam, a qua etiam per gratiam consummatam in gloria non est perfecte visibilis, sed a seipso solo, & hoc non quia ipse quantum de se est primò, & per se non sit aptus videri intellectualiter à creatura intellectuali, sed potius quia illa non est nata eum videre naturaliter, siue ex puris naturalibus, neque etiam perfectè per gratiam, & hoc ex naturali defectu illius.

16. Et sic quia Deus illis modis dicitur inuisibilis, hoc non ponit aliquem defectum in eo, aut priuationem alicuius digni ab ipso, sed solummodo ponit defectum in creatura, & carentiam perfectionis, quę tamen non est nata ei inesse. Propter quem defectum visibilitatis modo actiuo significatæ, qua scilicet aliquid natum est videre, Deus dicitur inuisibilis per accidens, & inuisibile significat defectum visibilitatis significatę modo passiuo, qua scilicet aliquid natum est videri, quæ est circa Deum per accidens, sicut relatio mensurę ad creaturam per accidens est circa ipsum, quia scilicet relatione mensurati creatura per se refertur ad illum. Et sic a. 2. q. 2, Deus dicitur inuisibilis naturaliter creaturæ, n. 3. a. 9. quemadmodum sol dicitur esse inuisibilis lapidi, q. 4. n. 4. & etiam creaturæ intellectuali per gra- a. 24. q. 1, tiam, aut gloriam, quemadmodum sol dici- num. 11. tur inuisibilis oculo vespertilionis. Propter a. 13. q. 8. quod dicit philosophus 2. Metaph. *quod intel-* n. 5. *lectus noster se habet ad manifestissima naturæ, sicut oculus vespertilionis ad lucem solis*, & hoc quia secundum Comment. *illa sunt difficilis cognitionis non propter se, sed propter nos.* E contra illi quod contingit in materialibus, quæ sunt difficilis cognitionis non propter nos, sed propter se. Vnde esse visibilem a creatura naturaliter, aut perfecte, magnum defectum poneret in Deo, quemadmodum ponere solem esse perfecte visibilem a vespertilione, magnum defectum

lumi-

luminis poneret in illo, quia nihil sufficit perfecte videre, & sine visu int lesinne nisi quod est luminis diminuti. Et si Deus sic esset visibilis à creatura scilicet perfecte, tunc esset comprehensibilis ab illa, licet magna differentia est inter visibile, & comprehensibile, & per consequens inter illorum opposita, quę sunt inuisibile, & incomprehensibile. Quia esse visibile est simpliciter dignitatis, & respectu subiecti, & respectu videntis, nec potest esse inuisibile creaturæ aliquid indignitatis circa Deum, vt dictum est. Esse autem comprehensibile ponit aliquid indignitatis in subiecto creato comprehensibili, & similiter in quolibet comprehensibili ab intellectu creato, quia vtrobique includit rationem finiti, siue finis consumentis, & sic diminuti, quod priuatur in Deo nomine incomprehensibilis tanquam defectus qui non est natus esse in illo. Esse autem incomprehensibile habet rationem dignitatis, & respectu subiecti infiniti increati, & respectu talis apprehendentis, respectu quorum esse comprehensibile esset magnæ indignitatis circa Deum.

14. 17. Quod ergo assumitur in argumento, quòd si illę priuationes, Deus est inuisibilis, Deus est incomprehensibilis, magis essent expressiuæ veritatis in diuinis, quam oppositæ positiuę, Deus est visibilis, Deus est comprehensibilis ratione defectus, quem important visibile, & comprehensibile à creaturis, quem priuant inuisibile, & incomprehensibile, tunc illa, Deus est iniustus, magis esset expressiua veritatis quam illa, Deus est iustus, quia iustum in creaturis defectum importat, quem priuare potest iniustum prædicatum de Deo. Dico, quòd non sequitur,

n.14. quia secundum iam dicta non est simile de iniusto, & de inuisibili, quia enim iustum nõ dicit nisi dispositionem absolutam non habentem ordinem nisi ad subiectum in quo est ideo priuatio ei adueniens non priuat circa subiectũ nisi iustitiam, quæ nata est illi inesse, quæ à Deo priuari non potest. Propter quod prędicatio iniusti de Deo non potest esse expressiua veritatis. Sed visibile quia non solum dicit dispositionem ad subiectum, sed etiam ad videntem, licet non possit vere priuari à Deo sicut nec iustum, vt solum habet ordinem ad subiectum, nec sic prædicatio inuisibilis de Deo potest esse expressiua veritatis, tamen vt habet ordinem ad videntem potest priuari à Deo, & hoc per accidens secundum modum iam expositum. Et sic n.16. est expressiua veritatis illa, Deus est inuisibilis, magis quam illa, Deus est visibilis, sicut & negatiua Deus non est visibilis, quam affirmatiua Deus est visibilis. Ambæ enim scilicet & negatiua, & priuatiua insinuant affirmatiuam, qua dicitur quod Deus est super-inuisibilis idest super visibilitatem qua aliquid est visibile à creatura, aut quæ est in creatura. Sed aliter & aliter. Quia primo modo insinuatur illa affirmatiua per priuatiuam, & similiter per negatiuam, inquantum sequitur ad priuatiuam, & hoc per priuationem defectus visibilitatis in illo, quod a creatura videtur, aut inquantum visibile est, quod est visibile ab illa, qui quidem defectus non est in Deo, sed in creatura tantum, secundum expositum modum. Secundo autem modo in- n.15. sinuatur per puram negatiuam, & non per priuatiuam, quæ priuat quod est per se in subiecto, sicut est iustitia in iusto, & ponit in subiecto per se defectum sibi contrarium, sed solum per priuatiuam quæ priuat quod est per se in alio, sicut est defectus visibilitatis prędicatæ de Deo cum dicitur inuisibilis.

18. Ex quo patet, quod aliqua priuatiua est expressiua, & aliqua non, & qualiter diuersimode est expressiua veritatis priuatiua, & pure negatiua.

Conclusio ex Quæstione sexta, Articuli Septuagesimi quarti.

1. *Tam negatiua, quam priuatiuæ prædicationes communiter preferendæ sunt affirmatiuis in expressione diuinorum.* n. 6.

QVAESTIO SEPTIMA.

Vtrum in diuinis propositio in qua subijcitur, vel prædicatur nomen translatum à creaturis sit multiplex, siue æquiuoca.

CIrca septimum arguitur, quòd omnia propositio in diuinis, in qua prædicatur nomen translatum à creaturis, sit multiplex secundum æquiuocationem.

1. Primò sic, multiplicitas propositionis secundum æquiuocationem est propter multiplicitatem termini, siue nominis plura significantis in illa æquiuoce. In hoc enim multiplicitas æquiuocationis differt à multiplicitate amphibologiæ, quare cum secundum prędeterminata omnis terminus siue nomen in diuinis translatus à creaturis æquiuoce significat plura, scilicet, & rem quæ est in diuinis, & rem quæ est in creaturis, ergo &c.

2. Secundò sic, illa prædicatio est multiplex secundum æquiuocationem, quæ affirmatiuam, & negatiuam eiusdem prædicati, & sub eodem singularis potest habere simul veras, quia hæc maxima, & primum principium omnium scientiarum, secundum Philosophum. *De quolibet vno, & eodem eius dē affirmatio, vel negatio verę, & non simul ambo*, de Deo autem, qui est vnus, & singularis, ambo, scilicet affirmatio, & negatio eiusdem sunt simul veræ, puta ista, Deus non est bonus, Deus est bonus, quia secundum determinata ambæ sunt expressiuæ veritatis diuinorum, licet vna magis quam altera, vt patet ex prędeterminatis, non est autem expressiua veritatis propositio circa aliquid, nisi ipsa sit vera, quia verum non cognoscitur nisi vero, ergo &c.

a. 2. q. 1. n. 25.

q. 2. n. 5. & seq.

3. In contrarium est illud quod dicit Boethius de rebus decem prædicamentorum, quæ sub eodem nomine prædicantur de Deo, & de creaturis de Trinit. *Hæc talia sunt qualia subiecta permiserunt*. Sed in diuinis subiecta non permittunt quantum in se est illa aliud significare, quam subiecta diuinis congruit, illa autem non congruit id quod significant in creaturis, dicente Boethio ibidē, *Nam pars eorū in reliquarum rerum prædicatione substantia est. Attamen cum in diuinam vertit quis prædicationem, cuncta mutantur. Nam substantia in illo non est vere substantia, sed vltra substantiam, idem qualitas, &c.* Nomina ergo translata a creaturis ad diuina in prædicationibus diuinis non significant nisi id, quod diuinis congruit. Illud autem non est nisi vnum dicente Boethio ibidem de Deo. *Neque aliud est quod est, neque aliud est quod iustus, sed idem est esse Deo quod iusto, idem est esse Deo quod magno*. Sed non est propositio multiplex secundum æquiuocationem propter prædicatum, in qua terminus siue nomen quod prędicatur non significat nisi vnū, & idem, ergo &c.

q. 8. n. 6. & 13. q. 11

4. Dico quod non est multiplex in oratione nisi propter ambiguum impediens iudicium veritatis, quod in ea est ad plures sensus, quos per indifferentiam continet, & hoc siue ipsum multiplex sit in oratione per se, vt multiplex amphibologicum, siue per partem eius, vt multiplex æquiuocum. Ex indifferentia enim orationis ad duos sensus causatur in ea ambiguum, & ex ambiguo multiplex. Vnde ista interrogatio, est ne verum canem panem comedere an non? est multiplex secundum amphibologiam, quia ex ordine illorum duorum accusatiuorum scilicet canem & panem ante illud verbum comedere ambigua est oratio dicta, & per indifferentiam se habet ad duos sensus, quorum vnus est sub tali ordine verborum, canem comedere panem, & est verus, alter autem sub tali ordine verborum, panem comedere canem, & est falsus. Vnde respondendum est ad illam interrogationem, quia multiplex est, pluribus responsionibus, distinguendo, & dicendo, quòd verum est secundum primum sensum, & falsum secundum secundum. Si enim vnica responsione, & sine distinctione responderetur secundum primum sensum, dicendo, quod esset verum, argueretur ex secundo sic. Verum est canem panem comedere, turtellus est panis, ergo verum est turtellum comedere canem, quod tamen aperte falsum est, falsum est ergo, & concessum. Si etiam vnica responsione responderetur secundum secundum sensum, dicendo, quod non esset verum argueretur ex primo sensu sic. Non est verum canem panem comedere, latrabile est canis, ergo non est verum latrabile comedere panem,

rem, quod tamen falsum est, falsum est ergo & concessum. Et sic vtroque modo respondens apparenter saltem esset redargutus.

5. Similiter ista interrogatio, est ne verum omnem canem esse animal an non? est multiplex secundum æquiuocationem, quia ex æquiuocatione huius nominis canis quod plura significat, ambigua est oratio dicta, & per indifferentiam se habet ad duos sensus, quorum vnus est, quadrupeda quoddam esse animal, & est verus, alter autem, signum cæleste esse animal, & est falsus. Vnde ad illam orationem, quia multiplex est, respondendũ est pluribus responsionibus, distinguendo, & dicendo, quod verum est secundum primum sensum, & falsum secundum secundum. Si enim simpliciter vnica responsione, & sine distinctione responderetur secundũ primum sensum, dicendo, quòd esset verum, argueretur ex secundo sic. Omnis canis est animal, Sydus cæleste est canis, ergo sydus cæleste est animal, quod tamen aperte falsum est, falsum est ergo & concessum. Similiter si vnica responsione responderetur secundum secundum sensum, dicendo, quòd non est verum, argueretur ex sensu primo sic. Nullus canis est animal latrabile, quadrupes est canis, ergo non est animal, quod tamen falsum est, falsũ est ergo & cõcessũ. Et sic etiã vtroq; modo respondens esset apparẽter redargutus.

6. Vnde si oratio talis, qualis est aliqua dictarum interrogationum determinationem aliquam haberet per quam non ad vtrumque sensum per indifferentiam se haberet, sed determinatè, quod ambiguum tolleret, nec impediret iudicium veritatis, nequaquam esset multiplex iudicanda, & vnica responsione secure posset ad ipsam responderi, vt si quæreretur sub tali ordine verborum, est ne verum canem comedere panem? dicendo, quòd sic, & si sub tali ordine verborum quæreretur, est ne verum panem comedere canem? dicendo, quod non. Et si argueretur contra vtramque responsionem vt prius, respondendum esset vt appareat responsiones esse bonas, & absque redargutione, distinguendo maiorem vt prius, quia sicut multiplex fuit interrogatio, multiplex est & propositio.

7. Et hoc contingit vniuersaliter in ambiguo, & multiplici secundum amphibologiam, & non sic in ambiguo, & multiplici secundum æquiuocationem, quia etsi interrogatio sit multiplex, & æquiuoca est, & ambigua, atque indeterminata ad duos sensus, non ideo propositio formata ex interrogatione sit multiplex, & ambigua, atque indeterminata ad duos sensus secundum se considerata. Non enim licet ista interrogatio sit indeterminata, atque ambigua, & ideo multiplex; est ne omnis canis animal an nullus? quia est sub distinctione, ideo oportet, quod illa propositio omnis canis est animal, secundum se considerata sit indeterminata, siue ambigua, & multiplex, quia prædicatum licet nõ restringat subiectum, bene tamen determinat subiectum ad supponendum determinatè reddendo locutionem veram modo pro forma, vt cum dicitur homo est species, modo pro supposito, vt cum dicitur homo currit, modo pro significato determinato, scilicet pro latrabili tantum, vt cum dicitur canis est animal, modo pro præsentibus, vt cum dicitur homo currit, modo pro præteritis, vt cum dicitur homo cucurrit, modo pro futuris, vt cum dicitur homo curret. Nihilominus tamen talis propositio posita in syllogismo, in quo medius terminus est ille, qui de se est æquiuocus, in ordine ad alteram simplex est, & distinguenda, & vice versa propositio altera similiter, vt si absque vlla interrogatione præfacta arguatur sic. Omnis canis est animal, sydus est canis, ergo sydus est animal. Quamquam enim illa maior, omnis canis est animal, ex determinatione subiecti a prædicato nec ambigua esset, nec multiplex, nec distinguenda, propter tamen æquiuocationem termini medij verificantis vnam propositionem pro vno significato, & aliam pro alio, singula illarum in ordine ad alteram distinguenda esset, vt multiplex.

8. Sicut aũt in ꝓpositione seu enũciatione accepta secũdũ se prędicatũ determinat subiectũ ad supponendũ pro forma, vel pro supposito, vel pro aliquo significato, vel pro suppositis alicuius determinati temporis, sic etiam subiectum determinat prædicatum ad supponendum pro aliquo significato determinato, licet alijs modis non determinet istud, prout de prædicatis dicit Boethius, & tactum est in vltimo argumento. *Talia sunt prædicata qualia permiserunt subiecta.* n. 3.

9. Quia igitur in diuinis in omni propositione in qua prædicatur nomen translatum à creaturis ad vnum significatum determinatur prædicatum à subiecto, dico, quòd nulla illarum secundum se accepta vt est enunciatio, multiplex est, aut distinguẽda, sed determinate, aut vera est, aut falsa.

10. Si tamen accipiatur vt propositio in syllogismo in ordine ad alteram, & nomen illud translatum sit medium in vtraque ex ordine mutuo inter se, propter acceptionem medij termini in alia significatione in vna illarum, & in altera, bene vtraque illarum multiplex est, & distinguenda, vt in tali paralogismo, omne iustum iustificari potest adhuc, Deus est iustus, ergo iustificari potest adhuc.

adhuc. Falſa enim eſt concluſio, & vtraq; propoſitionum diſtinguenda eſt, & contrariæ ſenſibus maior, & minor ſunt veræ. Si enim ly iuſtum ſignificat iuſtum per eſſentiam, quod eſt ſuperiuſtum, maior eſt falſa, & minor vera. Si autem ſignificat iuſtum per participationem, maior eſt vera, & minor falſa, quæ tamen propter determinationem prædicati à ſubiecto, ſecundum ſe ſimpliciter vera eſt, nec multiplex, nec ambigua, nec diſtinguenda.

11. Secundum hoc ergo concedenda eſt
arg. vltima ratio.

12. Quod arguitur primò in oppoſitum,
n.11. quòd immo multiplex eſt ſecundum æquiuocationem, quia in ipſa eſt terminus æquiuocus. Dico, quòd verum eſſet propoſitione accepta ſecundum ſe in forma enunciationis, niſi æquiuocatio eſſet in prædicato determinata per ſubiectum, non dico reſtricta, ſicut cum dicitur canis latrabilis, reſtricta eſt æquiuocatio illius termini canis. Non autem quia determinata eſt per ſubiectum, propterea amittit multiplicationem, ſi accipiatur ſcilicet forma propoſitionis in ſyllogiſmo in ordine ad alteram propoſitionem, in qua terminus æquiuocus eſt medium, ſicut dictum eſt.

n.10. 13. Ad ſecundum quod in diuinis prædicatio affirmatiua, & negatiua de eodē prędicato, & ſubiecto ſingulari non ſunt ſimul vera, ergo eſt multiplex vtraque. Dico, quod ſecundum iam dicta verum eſt vnam n.2.
n.10. conſiderando in comparatione alterius, quia ſecundum prædicta affirmatiua ſupponit, aut pro eo quod eſt dignitatiua in creaturis, & vt in creaturis eſt, aut ſupponit in quadam generalitate attributi pro eo quod dignitatis in diuinis, & vt in diuinis eſt, quod facit affirmatiuam incompactam, & mendacem, vt dictū eſt ſupra, & negatiuā quoquo mō verā. Negatiua enim, aut negatio illud, quod affirmat cōtraria affirmatiuæ ſupponit in affirmatiua metaphorica in particulari, id quod ſimpliciter dignitatiua eſt in Deo, vt patet ex prędeterminatis. Conſiderando autem vtramque ſecundum ſe, neutra illarum multiplex eſt, & affirmatiua eſt vera proprie, & prędicatur prędicatum de Deo per proprietatem, negatiua autem eſt vera metaphorice, ſecundum prędicta. q.6. ibid. ibid. ibid.

Concluſiones ex Quæſtione ſeptima, Articuli ſeptuageſimi quarti.

1. *Nulla propoſitio in qua prædicatur nomen tranſlatum à creaturis, & ad vnum ſignificatum determinatur prædicatum à ſubiecto, ſecundum ſe accepta, vt eſt enunciatio, eſt multiplex, aut diſtinguenda.* nu. 9.
2. *Si accipiatur vt propoſitio in ſyllogiſmo in ordine ad alteram, & nomen illud tranſlatum ſit medium in vtraque ex ordine mutuo inter ſe, propter acceptionem medij termini in alia ſignificatione in vna illarum, & in altera, bene vtraque illarum multiplex eſt, & diſtinguenda.* num. 10.

ARTI-

ARTICVLVS SEPTVAGESIMVS QVINTVS.

De Diuinis prædicationibus in ſpeciali.

In ſex Quæſtiones diuiſus.

SEquitur Articulus ſeptuageſimus quintus de diuinis prędicationibus in ſpeciali, vbi quęruntur ſex. Quorum

Primum: Vtrum ſingula quę ſunt in diuinis de quolibet alio ſimiliter exiſtente in diuinis poſſint prędicari.

Secundum: Vtrum ſingula illorum poſſint mutuo prędicari de ſingulis prędicatione affirmatiua.

Tertium: Vtrum prędicatio vnius illorum de pluribus perſonis reſoluenda ſit in vnam ſingularem, an in vnam pluralem, dicendo pater eſt ęternus, Filius eſt æternus, Spiritus Sanctus eſt æternus, & ſunt vnus æternus, an & ſunt tres æterni, & ſic de cæteris.

Quartum: Vtrum è contra, prædicatio plurium perſonarum de vna illarum, ſiue eſſentiali, ſiue perſonali reſoluenda ſit in vnam ſingularem, an in vnam pluralem, dicendo Deus, vel æternus eſt Pater, Deus vel æternus eſt Filius, Deus vel æternus eſt Spiritus Sanctus, & eſt vnus aliquis, an tres aliqui.

Quintum: Vtrum dictio excluſiua addita vni eorum, quæ ſunt in diuinis ex parte ſubiecti, aut ex parte prædicati excludat aliquid aliorum reſpectu ſubiecti, aut reſpectu prædicati, dicendo ſolus, aut tantum Pater eſt immortalis, non ergo Filius, aut Spiritus Sanctus eſt immortalis, aut dicendo Pater eſt tantum vel ſolum ſapiens, non ergo eſt bonus.

Sextum: Vtrum dictio exceptiua præter, aut præterquam, aut niſi poſſit excipere aliquid eorum, quæ ſunt in diuinis ab alijs reſpectu prædicati, aut reſpectu ſubiecti, dicendo nullus generat pręter patrem, aut pręterquam, ſeu niſi pater, pater nullum generat, pręterquā ſeu niſi filium.

QVAE-

QVAESTIO PRIMA.

Vtrum singula, quæ sunt in diuinis de quolibet alio similiter existente in diuinis possint prædicari.

Circa primum arguitur, quòd aliqua sunt in diuinis, quæ de nullo alio existente in diuinis possunt prædicari.

id med. 1. Primò sic. Boethius de Trinit. dicit sic. *Ad aliquid omnino prædicari non potest*,

post med a.3.a.q.5. & infra dicit de septē prædicamētis relatiuis. *Rel qua vero neque de Deo, neque de cæteris prædicantur*, sed tamen ad aliquid, siue relatio est aliquid, quod vere est in diuinis secundum superius determinata, ergo &c.

2. Secundò sic, indiuidua substantiæ, aut accidentis de nullo prædicantur secundum Philosophum in prædicamentis, sed si non prædicantur in creaturis vbi habent esse per compositionem realem, multo minus in diuinis prædicantur illa, quæ rationem illorum habent, cuiusmodi sunt substantia, quantitas qualitas, indiuiduales, quare cum in diuinis non sit nisi vna singularis substantia, vna singularis qualitas, vna singularis quantitas triū personarum, ergo &c.

3. Contra, quicquid est in diuinis, aut est substantia, aut attributa, aut relationes, aut personæ constitutæ ex essentia, & relatione, sed omnia ista prædicantur, quia de persona prædicantur alia omnia, pater enim est Deus secundum substantiam, magnus secundum quantitatem, bonus secundum qualitatem, similis secundum relationem, persona etiam prædicatur de nomine substantiæ, dicendo Deus est pater, ergo &c.

4. Dico, quod quæcunque sunt in diuinis prædicari possent, & per compositionem alteri applicari, vt prædicatum subiecto secundum modum supra expositum in prima quæstione articuli præcedentis. Nec est hæc quæstio hic introducta nisi ad declarandum dictum Boethij in primo argumento.

a.73.q.3. 5. Ad cuius intellectum sciendum, quòd super primo verbo assumpto in argumento, dicit Comment. exponendo illud sic. *Ad aliquid idest relatio nequaquam sicut id quo Deus est, potest de ipso prædicari. Et hoc vera essendi prædicatione*, vt dicit super secundo verbo. Non ergo relationem dicit omnino non posse prædicari de Deo, sed non sic, sicut alia prædicata absoluta prædicantur de illo, videlicet sicut id quo Deus est vera essendi prædicatione, *& hoc* (vt dicit Comment. ibidem) *quasi ex proprietate aliqua, qua possit secundum se designari, siue ad aliud extra se facta sui collatione sicut per se, absque sui comparatione ad alterum homo designatur esse forma humana homo, qualitate corporis albus, quantitate eiusdem corporis longus, et qua ipsum subsistens est aliquid vera essendi ratione.* De prædicatione autem relationum dicit Boethius ibidem. *Hæc omnis prædicatio exterioribus datur.* Et de Trin. post aliqua interposita hanc differentiam magis explicans subdit dicens. *Iam ne patet quæ* post med *sit differentia prædicationum, quòd aliæ quidem quasi rem monstrant, alia vero quasi circunstantias rei.* Et iterum post aliqua interposita de relationibus propriè dictis subdit. *Maxime enim hæc non videntur secundum se facere prædicationem, quæ perspicue ex alieno aduentu constare perspiciuntur.* Comment. *Recte autem, & ex alieno, & constare, nam vera diffinitione non secundum se potius aliorum non modo dicuntur sed etiam sunt quæcunque ad aliquid sunt. Sed quid est hoc? nunquid Deus sicut est deitate Deus, sic est, & paternitate pater? re vera nequaquam.*

6. Ad cuius intellectum sciēda sunt quinque. Primo enim sciendum est, quòd licet in creaturis nihil subsistat nisi absolute, nec imponitur secundum nomen suum nisi ab absoluto quod subsistit, & hoc siue significetur indefinite, vt in creaturis homo magnus bonus, quæ dicunt quale quid, & hoc sub ratione suppositi indefiniti indefinite significati, & ratione rei communis vniuersalitate, siue significetur definitè, vt in creaturis id quod est homo scilicet Petrus, Paulus, Andreas, quæ dicunt hoc aliquid ratione rei singularis, quæ est alia in vno supposito singulari, & alia in alio. Dicitur enim aliquid quasi aliud quid. Sunt etiam hic aliquis ratione suppositi, & rei singularis, & singulariter significatorum, In diuinis tamen indefinite significant idem, vt Deus magnus, bonus, quę etiā dicunt quale quid ratione suppositi indefiniti indefinite significati, & etiam ratione rei communis communitate communionis non vniuersalitatis. Definite autem, vt is qui est Deus, siue iste Deus, scilicet Pater, & Filius

aut

aut Spiritus Sanctus. Dico autem iste Deus ad differentiam Dei simpliciter dicti, non quomodo dicit Scriptura. *Iste Deus meus & glorificabo eum.* quia hic dico, iste Deus, ratione suppositi definiti definite significati, quod demonstrat ly iste principaliter, & ratione rei singularis simul, quod demonstrat in supposito tali. Ibi autem Scriptura dicit *iste Deus* ratione rei singularis tantum, ratione cuius demonstrat suppositum ly iste, non aut ratione suppositi, quod est ibi indefinitum, & indefinite significatum. Et supponit simul pro tribus licet indefinite, scilicet & pro patre, & pro filio, & pro Spiritu Sancto, quorum quilibet est Deus. Vnde stat ibi discretiue ad excludendum Deos putatiuos qui non sunt vere Deus, aut vere dij, Vnde dicit Scriptura, *Iste Deus*, ac si diceret adiungendo, & non alius. Hic autem in nostro proposito non dicitur *iste Deus* de aliqua trium personarum discretiuè quasi non sit alius qui est Deus, sed discretiue quasi quilibet illorum est is qui est Deus, & non alius illorum, qui etiam est Deus. Pater enim ita est Deus, quòd etiam alius est Deus, puta filius, & Spiritus Sanctus, sed pater ita est pater, quòd nullus alius est pater, puta nec filius, nec Spiritus Sanctus, & quòd non sit alius qui etiam est Deus, puta nec filius, nec Spiritus Sanctus. Vnde ibi fit discretio ratione essentiæ, hic ratione personæ, & quælibet harum trium personarum, scilicet pater, filius, & Spiritus Sanctus, hic aliquis, & hoc ratione personalitatis singularis, quæ est alia in vna persona singulari, & alia in alia, dicitur enim aliquis quasi alius quis. Non autem est aliqua illarum respectu alterius earum hoc aliquid quasi aliud quid, quia res singularis eadem est in tribus personis diuinis, licet quælibet illarum sit hoc aliquid, & omnes tres vnum hoc aliquid respectu creaturæ, & hoc ratione vnius essentiæ singularis Deitatis, quæ est in tribus, & communis illis.

Ex. 15. A. 2.

7. Secundo autem sciendum est, quòd cum indefinite dicitur homo, Deus, magnus, bonus, & definitè Petrus, Paulus, Andreas, pater, filius, Spiritus Sanctus, quod quilibet istorum est, aut dicitur esse homo, & quilibet illorum est, & dicitur esse Deus, hoc (vt dicit Boethius) *refertur ad substantiam quæ est aliquid idest homo vel Deus*. Quod autem quilibet istorum, & illorum sit, & dicatur esse magnus, hoc refertur ad quantitatem qua est aliquid vt magnus. Quod verò quilibet illorum est & dicitur esse iustus, hoc refertur ad qualitatem qua est aliquid vt iustus. Deitate enim quæ est substantia, aut humanitate, dicitur quilibet illorum Deus, aut homo. Magnitudine autem quę est quantitas dicitur quilibet illorum magnus. Bonitate autem quę est qualitas dicitur quilibet illorū bonus.

8. Tertiò sciendum est, quòd in quolibet illorum indefinitè significato scilicet Deus, homo, magnus, bonus, quorum quodlibet significat subsistens, est quatuor considerare. Primum scilicet quod ipsum subsistens est aliquid. Secundum, quod subsistens non est quo ipsum est id quod est. Tertium, quòd nec est id quo aliquid est id quod est. Homine enim non est homo homo, nec similiter aliquis illorum, qui est homo, puta Petrus, Paulus, & quodlibet singularium, nec quodcunque aliud, nec Deo Deus est Deus nec similiter aliquis illorum, qui est Deus, nec quodcunque aliud. Nihil enim subsistente est aliquid, sed ipsum subsistens tantummodo est aliquid. Quartum est, quòd subsistens aliquo subsistit, quod est forma qua subsistit, vt Deus deitate, homo humanitate, magnus magnitudine, bonus bonitate. In qua quidem qua aliquid subsistit similiter quatuor sunt aduertenda. Primum, quod ipsa est aliquid secundum se. Secundum quòd ipsa non est seipsa, vt quo est aliquid. Tertium est quòd nec est aliquo alio id quod est. Deitas enim non est deitate deitas, nec humanitate humanitas est humanitas, nec aliquo alio. Non enim est aliquid cui forma innitatur, qua aliquid sit, sed ipsa est, qua solum subsistens innititur, & qua ipsum est aliquid, puta qua subsistens, vt homo, vel Deus, vel quodlibet contentum sub ipsis, puta Petrus, Paulus, Andreas, Pater, Filius, vel Spiritus Sanctus, est homo vel est Deus, vel qua magnus est, quicunq; est magnus, & similiter bonus quicunque est bonus, & sic de cæteris, quod est quartum.

9. Quartò sciendum est, quòd in quolibet illorum definitè significatorum in creaturis, quæ sunt Petrus, Paulus, & Andreas, quorum quilibet est hoc aliquid, & etiam iste, vel hic aliquis secundum prædictum modum, & significat subsistens, est similiter quatuor considerare, vt prius, scilicet quòd ipsa, nec ipsū, nec aliquid subsistit, sed ipsum tantummodo est aliquid, & aliquo subsistit, vt sua forma, quæ est hæc humanitas, & quæ in Sorte appellatur soratitas, & in Platone platonitas, & sic in cæteris ad placitum fingendo nomina. In qua similiter est quatuor considerare sicut prius, quia nec ipsa, nec aliud aliquid est quo ipsa est aliquid, sed ipsa solum secundum se est aliquid, & quæ subsistens est aliquid. Et sic vniuersaliter in creaturis subsistens non est aliquid, nisi quia forma qua subsistit est secundum se aliquid, nec etiam ipsum subsistens est aliquid, licet è conuerso forma non sit hoc, nisi quia est huius, scilicet

subsistentia, & semper subsistens secundum se est hoc. Quod contingit, quia esse simpliciter aliquid conuenit rei ratione qua est natura, & essentia, & à Deo exemplata. Ratio autem essentiæ principaliter conuenit formæ, & non supposito nisi per formam. Esse autē hoc, vel hoc non conuenit rei nisi ratione qua existit, & est à Deo facta. Ratio autem factionis principaliter conuenit supposito, sicut, & ratio generati, & non formæ, nisi prout est in supposito. Et hinc etiam contingit, quòd secundum Philosophum 7. Metaph. *nomen quod est sermo quidditatis, & essentiæ, primò significat formam, secundò aggregatum*. E conuerso autem primò, & principaliter generatur aggregatum, secundo autem forma.

10. Quintò quod principaliter pertinet ad propositum sciendum est, quòd in quolibet illorum definite significatorum, quæ sunt Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, quorum quilibet est ille, vel hic aliquis, licet non hoc
n.6. aliquid sicut dictum est, & significat quodlibet illorum subsistens, est etiam quatuor considerare, & quo ad duo illorum consimiliter, videlicet, quòd ipso, nec ipsum, nec aliud subsistit, sed multum dissimiliter quo ad alia duo, quia ipsum modo aliquo subsistit, puta pater paternitate, vt sua forma, sed non est aliquid ipsa, siue per ipsā, similiter ipsa nō est aliquid seipsa, nec aliquo alio quia ipsa non est aliquid secundum se, & ideo etiam nec ipsa, siue per ipsam est aliquid, scilicet quo ipsa, siue per ipsam subsistit, vt pater. sed si ipse pater est aliquid, hoc non est paternitate, nec etiā inquantum pater est, sed deitate, & inquantum Deus est, quia inquantum pater est, non est aliquid, sed ad aliquid, inquantum verò Deus est, aliquid est, non autem ad aliquid. Et ideo cum relatiua prædicatione dicitur, iste est pater, quamuis in prædicato dicatur est, non tamen ita dicitur, quasi id de quo dicitur sit id de quo prædicatur, aut aliquid eo, quia non posset esse aliquid eo nisi ipsum esset secundum se aliquid. Nam etsi quicquid, aut quisquis est, pater est, tamen non quomodo quod est quale, vel quantum est. Et sic esse patrem est esse, sed non quomodo esse quale, vel quantum est esse. Nam homo, qui est albus, vel longus, est aliquid in eo, quod est albus, vel longus, quia albedo, vel longitudo est aliquid, & propterea etiam eum esse album, vel longum, est eum esse aliquid. Sed qui est pater, non est aliquid in eo quod est pater, quia paternitas secundum se non est aliquid, & eum esse patrem non est eum esse aliquid, quia nec qui est pater, aut est simpliciter, aut est aliquid in eo quod est pater, quamuis ipse qui est pater vere sit, & vere aliquid sit, quia pater deitatis essentia vere, & simpliciter est, sumendo ly est, vt est primo adiacens. Deitate autem est aliquid sumendo ly est secundo adiacens. Pater vero paternitate non est aliquid, sumendo ly est vt est secundum adiacens, copulans rem, quæ est vere aliquid subsistenti, nec etiam paternitate est sumendo ly est primo adiacens, quod copulat subsistenti esse simpliciter, quod vere aliquid est, sed solummodo sumendo ly est secundo adiacens, quod copulat subsistenti non esse simpliciter, nec aliquid esse, quod est res, sed esse ad aliquid solum, quod est circumstantia rei, sicut nec alia sex prædicamenta quæ in diuinis secundum superius deter- a 32.q.5
minata reducuntur ad prædicamentum relationis, significant siue in Deo, siue in creaturis esse simpliciter, aut aliquid quod est res vera, sed solummodo esse ad aliquid quod est circumstantia rei, secundum quod Boethius
inducit per singula, vbi dicit de Trinit. *Nam* post med
vbi de Deo, vel de homine prædicari potest, de homine, vt in foro, de Deo, vt vbique, sed ita vt non quasi ipsa sit res id quod prædicatur, id quod, &c. Quod etiam specialiter declarat de relatione propriè dicta, de quibus accepimus prædicta de relationibus propriè dictis mixtim, partim scilicet ex textu, partim ex commento, addendo etiam aliqua verba ad declarationem maiorem. Et possunt illa eadem applicari ad prædicationem aliorum sex prædicamentorum, vnde supra dictum verbum de vbi. *Sed ita vt non quasi &c.* dicit Comment. *idest sed ita dicitur esse vel homo in foro, vel Deus vbique*, vt quamuis in prædicando ea dicitur est, non tamen ita dicatur quasi ipsa res de qua dicitur sit id, idest habeat esse eo quod prædicatur. Nam est quidem quicquid in loco est, sed tamen illud esse in loco non est esse quomodo, quale, aut quantum est, & esse quale, aut quātum est esse, vt homo qui est albus, vel longus est, & eum esse album, vel longum est esse. Sed esse in foro non est esse, quamuis qui in foro est vere sit. Nam esse in foro intelligitur circunfusus, & determinatus, quod intelligitur non ex proprietate aliqua, qua possit secundum se designari, idest sine eacunte ad aliud extra se facta sui collatione monstrari, & sic de cæteris, licet aliter de Deo, quam de creaturis, vt planius prosequuntur Boethius, & Comment. eius.

11. Et hoc totum contingit, quia relatio non dicit esse simpliciter, & secundum se, sed solummodo ad aliud esse. Et ideo cum dicitur de aliquo habente in se deitatem, aut magnitudinem, aut bonitatem, quòd est Deus magnus, aut bonus, dicitur quod prædicatur de illo. Cum vero dicitur de aliquo habente in se relationem, puta paternitatem, aut esse in loco, aut aliquid cæterarum relationum, dicit

dicit Boethius, *quòd prædicari non poteſt neque de Deo, neque de cæteris ſicut cætera*. Et intelligit (vt dicit Comment.) *vera prædicatione eſſendi*, qua ipſo prædicato conuenit ſubiecto eſſe aliquid ſecundum ſe, non ſolum eſſe ad aliud aliquid, quod fit quadam collatione. Et ſic nequaquam Deus eſt paternitate pater, ſicut eſt deitate Deus, quia deitate ſic eſt Deus, vt deitate ſit aliquid ſecundum ſe, & quo ſubſiſtit ſecundum ſe, quæ etiam ſecundum ſe eſt aliquid. Paternitate autem eſt pater, vt paternitate non ſit aliquid ſecundum ſe, & quo ſubſiſtit ſecundum ſe, quia nec ipſa eſt aliquid ſecundum ſe, quia ipſius relationis eſſe non eſt eſſe aliquid, ſed ſolummodo eſſe ad aliud. Et ideo ſubſiſtens relatione relatiue ſubſiſtit, & ad aliud ſubſiſtit, ſicut etiam eſt ad aliud.

12. In quo eſt magna differentia inter abſoluta, quæ ſubſiſtunt abſolute in creaturis, & inter relatiua, quæ relatiue ſubſiſtunt in diuinis. In creaturis enim quę abſolute ſubſiſtunt, puta homo, aut iſte homo, omne quod ſubſiſtit eſt aliquid, & ſubſiſtens habet illo eſſe aliquid, & eſt omne quod pertinet ad ſuam eſſentiam, tanquam forma abſtracta à ſubſiſtente, & ſuppoſito, vt ab homine humanitas, ab hoc homine hæc humanitas, & quicquid continetur in illa vt partes eius eſſentiales expreſſę in ſua definitione, cuiuſmodi ſunt in humanitate animalitas, & rationalitas, & in hac humanitate hæc animalitas, hæc rationalitas. Sicut enim homo eſt animal rationale, ſic humanitas, eſt animalitas rationalitas, & ſubſiſtit homo, vt toto quo ſubſiſtit, humanitate, & eſt humanitas aliquid, & ipſa homo eſt aliquid, ſubſiſtit etiam inquantum eſt animal animalitate, ſicut et á animal inquantum eſt ſubſiſtens quoddam indefinitum, & indefinite ſubſiſtit animalitate, & eſt animalitas aliquid ſecundum ſe, & animal, & etiam homo inquantum eſt animal, aliquid eſt animalitate, & eodem modo quoad omnia ſuperiora, quæ intelliguntur in animalitate, videlicet ſenſibilitas, vegetabilitas, corporeitas, ſubſtantialitas, entitas. Homo enim ſubſiſtit entitate inquantum ipſe eſt ens, ſubſtantialitate inquantum eſt ſubſtantia, & ſic de cæteris, & ſingula ſunt aliquid, & homo per illa habet eſſe aliquid. Subſiſtit nihilominus homo inquantum eſt rationalis rationalitate, ſicut & rationale inquantum ſecundum quod ſupponit pro ſuppoſito eſt ſubſiſtens quoddam indefinitum, & indefinite, ſubſiſtit rationalitate. & eſt rationalitas aliquid ſecundum ſe, & ſunt homo inquantum eſt rationalis, & ipſum rationale ſtans pro ſuppoſito, aliquid rationalitate.

13. In diuinis autem in quibus aliqua abſolute ſubſiſtunt non ſignificando ſuppoſitū ſubſiſtens, ſed ſolummodo ſupponendo pro illo, vt ſunt omnia ſubſtantialia concretiue ſignificata, puta ens, viuens, Deus, intellectus, volens, magnus, bonus, & cætera huiuſmodi, ipſum eſſe quod ſic ſubſiſtit eſt aliquid, & quo ſubſiſtit ſubſiſtens, etiam eſt aliquid. Et eſt quo ſubſiſtit omne illud a quo nomen concretum imponitur tanquam à forma, vt ab eſſentia ſeu entitate ens, à vita viuens, a deitate Deus, ab intellectu intellectus à voluntate volens, a magnitudine magnus, à bonitate bonus. Eſt etiam quo ſubſiſtit cōcretum, omne illud quod ſignificatur in abſtracto à quo nomen eius imponitur, puta in intellectu ſignificatur vita, entitas, ſiue eſſentia, quia intelligens in eo quòd eſt intelligēs, eſt viuens, & ens, ſicut quodammodo homo in eo quòd eſt animal, eſt corpus animatum, ſubſtantia, & ens.

14. In diuinis vero in quibus etiam aliqua ſubſiſtunt relatiuè ſignificando ſuppoſitum ſubſiſtens, vt ſunt nomina perſonarum pater, filius, Spiritus Sanctus, omne quod ſic ſubſiſtit eſt aliquid. Quo enim ſubſiſtit eſt omne quod pertinet ad ſuam perſonalitatem, & eſt quaſi de integritate ipſius, & quaſi de eſſentia eius, ſicut partes definitionis in creaturis ſunt de eſſentia definiti, & ſunt duo, ſcilicet eſſentia deitatis, ſeu ipſa deitas communiter in tribus perſonis, & ipſa perſonalis proprietas propria in qualibet perſona, puta paternitas in patre cum eſſentia, filiatio in filio, proceſſio in Spiritu Sancto. Ita quòd licet nomen patris (& ſic de nomine Filij, & Spiritus Sancti) imponatur ſecundum vocē à proprietate, ſecundum rem tamen nominis ſignificant eſſentiam cum proprietate, prout ſuperius aliquando declarauimus. Ita quod ſi patri eſſet nomen impoſitum non plus ſecundum vocem a Deitate, quam a paternitate, ſicut hoc nomen homo, quod ſignificat animal rationale, non plus impoſitum eſt à rationalitate, quam ab animalitate, ſed ab humanitate ſignificante animalitatem, rationalitatem vt puta ſi ſit nomen patris parens, tunc quoddammodo ſicut definitiue dicitur, quòd homo eſt animal rationale, & quod humanitas eſt animalitas rationalitas, ſic definitiue diceretur, quod parens eſt Deus pater, ſumendo ly pater pro ſignificato, & pro concreto huius abſtracti paternitas, ſicut rationale eſt concretum huius abſtracti rationalitas. Sicut enim parens eſt Deus pater, ſicut & paternitas eſt deitas paternitas, & ſicut dicitur homo ſubſiſtere humanitate, & omni eo quod in ſuo ſignificato includitur, .ſ. rationalitate, & animalitate, & etiā omni eo quod in ani-

malitate includitur, vt iam dictum est, sic diceretur parens subsistere parentitate, & deitate, atque omni eo quod includitur in significato Deitatis, cuiusmodi sunt vita, & essentia. Sed parens inquantum subsistit paternitate, quia paternitas eo quod eit relatio non est aliquid secundum prædicta, quo subsistit non est aliquid, nec etiam ipsum subsistens est illo aliquid. Inquantum vero subsistit Deitate, quia Deitas eo quod est absolutum essentiale est aliquid, ideo, & quo subsistit est aliquid, & etiam ipsum subsistens est illo aliquid. Et sic pater inquantum subsistit est aliquid, & etiam quo subsistit est aliquid, inquantum vero subsistit paternitate, nec subsistens est aliquid, nec quo subsistit est aliquid, vtrumque. Et sicut hoc dico de Patre, sic dico de Filio, & de Spiritu Sancto.

15. Et per hunc modum *omne quod relatiuè dicitur, est aliquid excepto relatiuo*, secundũ August. 7. de Trin. cap. 1. Quod totum prouenit ex propria ratione relationis secundum suum genus, qua nihil realitatis in essendo habet ex se, sed solummodo essendi modum, cum tamen prædicamenta tria absoluta ex ratione sui generis aliquid realitatis in essendo importent. Vt propterea Boethius comparando septem prędicamenta relationis ad tria prædicamenta absoluta, dicat de tribus. *Cum aliquis in diuinam prædicationem verterit,* ·a.32.q.1. a.74.q.7 & 8. *commutantur, puta substantia in supersubstantiã, & essentia in superessentiam, & cętera huiusmodi,* secundum modum supra determinatum, & prout dicit ipse met. *Nam substantia in illo non est vere substantia, sed vltra substantiam. Item qualitas &c.* quę vocat illa quę prędicari possunt. De aliis autem septẽ dicit, *Ad aliquid vero omnino non potest prædicari neque de Deo, neque de creaturis*, & per hoc nequaquam mutantur a prædicatione quam habent in creaturis, quia idem esse ad aliud quod dicunt in relatione vnius creaturæ ad aliam, hoc dicũ in relatione vnius personæ diuinæ ad aliam Sed si considerentur prout characterizatione quadam contrahunt realitatem à suis fundamentis, ratione illius realitatis bene prædicari possunt, & dicere de subiecto non solum ad aliud esse, sed etiam esse aliquid. Et cuncta relatiua, sicut & absoluta mutantur cum quis illa in diuinam vertetit prædicationem, nam sicut in Deo substantia non est vere substantia, scilicet talis qualis est in creaturis, sed aliquid vltra illam substantiam cum nomine substantiæ prædicatur de Deo, sic in Deo paternitas non est vere paternitas, scilicet talis qualis est in creaturis, sed aliquid vltra illam paternitatem cum nomine paternitatis prædicatur de Deo, dicendo, Deus est pater. Sed forte de ista realitate aliter est in diuinis, aliter in creaturis, puta quòd in creaturis ex characterizatione relationes contrahunt aliam realitatem quo modo, quam sit realitas fundamentorum, vt propterea non possit dici quod similitudo sit albedo. In diuinis autem ex characterizatione non contrahunt aliam realitatem, quam sit realitas fundamenti, vt propterea bene dicatur, quòd paternitas sit deitas

16. Ex quibus patet responsio ad dicta in primo argumento, & quomodo concedendum est vltimum argumentum. n.1.

17. Quod vero dicitur in secundo argumento, nihil in Deo est nisi singulare, quod de nullo prædicatur. Dico, quòd illud intelligitur de nullo sibi subiecto in linea prædicamentali, in qua sub singulari nihil potest contineri. Potest singulare cum se habet in forma subsistentis, & singulariter, bene prędicari de illo cuius est forma, & quo habet esse aliquid secũdum dictum modum, quemadmodum etiam accidens singulare prædicatur de suo subiecto singulari, n.3. n.2.

Conclusiones ex Quæstione prima, Articuli Septuagesimi quinti.

1. *Quæcunque sunt in diuinis prædicari possunt, & per compositionem alteri applicari, vt prædicatum subiecto.* n. 4.
2. *Quæ sunt in diuinis relatiuè non prædicantur sicut ea, quæ sunt absolute.* num. 5.

QVAR-

QVAESTIO SECVNDA.

Vtrum singula, quæ sunt in diuinis possint mutuò prædicari de singulis prædicatione affirmatiua.

Circa secundum arguitur primo, quòd nõ singula in diuinis possunt prędicari de singulis prędicatione affirmatiua.

1. Quæcunque plura sic se habent adinuicē, quod mutuo singula prædicantur de singulis prædicatione affirmatiua, singula sunt singula, quia talis prædicatio dicit hoc esse hoc, quod non est nisi quædam confusio, qualem contulisset Sabellius in personis. Si ergo confusionem illam inconueniens fuit ponere in diuinis personis, multo magis inconueniens est illa ponere in omnibus simul quæ sunt in diuinis, quare cum hoc ponitur, ponenda sunt singula, quæ sunt in diuinis prædicari de singulis, hoc ergo ponere est inconueniens.

2. Secundò sic, cum in diuinis non sint nisi essentialia, & personalia, sed essentialia nõ possunt prædicari de personalibus, nec è conuerso, nec personalia abinuicem, nec essentialia abinuicem, nec vna communi ratione, sic quęcunque formalibus rationibus abinuicem distinguuntur, & ratione materiali conueniunt, abinuicem mutuo prædicari non possunt, puta homo de asino, licet conueniãt in animali, & vniuersaliter differentia secundum formam, licet conueniant in materia. Sed quæcunque sunt, rationibus formalibus abinuicem differunt, vt essentialia à personalibus, sicut absoluta essentialia a relatiuis personalibus, & diuersa absoluta inter se diuersis rationibus ex diuersis respectibus rationalibus conceptis, & diuersa relatiua secundum diuersos respectus reales, secundum quod hæc patent ex supra determinatis, ergo &c.

3. Quod essentialia non possint prædicari de personalibus arguitur, quia nec in abstractione, dicendo Deus est Deitas, bonitas, aut aliquid cæterorum, nec in concretione, dicendo pater est Deus, bonus, aut aliquid cæterorum, ergo &c.

4. Quod non in abstractione arguitur tertiò sic. Si pater est deitas, bonitas, aut aliquid cæterorum, cum quodlibet illorum inquantum huiusmodi sit aliquid, immo hoc aliquid in diuinis secundum tacta præcedenti quæstione, pater ergo in eo quòd pater, esset aliquid, immo hoc aliquid, consequens falsum est secundum tacta ibidem, ergo &c. q. 1. n. 6. ib. n. 10.

5. Quartò sic, si pater esset deitas, eadem ratione, & Filius, & Spiritus Sanctus, quare cum non sit nisi vna singularis deitas, *& quæ vni, & eidem numero sunt eadem, inter se sunt eadem*, ergo &c. 1. elem. c. 5 ro. 1.

6. Quod non in concretione arguitur, quinto sic, si pater est Deus, bonus, aut aliquid cæterorum, cum quodlibet illorum est quale quid secundum prædicta, pater ergo esset quale quid, consequens falsum est secundum prædicta, ergo & antecedens, & si non possint illa essentialia prædicari de patre, ergo eadem ratione nec de filio, nec de Spiritu Sancto, & multo fortius nec de ipsis relationibus, quæ sunt paternitas, & filiatio, & huiusmodi. ib. n. 6.

7. Quod etiam specialiter arguitur sextò sic, si paternitas, filiatio, aut aliquid cæterorum esset deitas, aut Deus, bonitas, aut bonus, aut aliquid cæterorum, cum hæc sint absoluta, illa essent absoluta, consequens falsum est, ergo &c.

8. Consimili ratione nec personalia prædicantur vllo modo de essentialibus.

9. Septimò sic, si de Deo, aut de deitate, aut de aliquo cæterorum absolutorum diceretur, quod esset pater, aut aliquid cæterorum, cum pater, & paternitas, & cætera talium dicuntur relatiue, omnia illa dicerentur relatiue, consequens falsum est, ergo &c.

10. Octauò sic specialiter de personis, prædicatum se habet in ratione formæ, & inhęrentis respectu subiecti, non sic autem se habent personalia ad essentialia, sed potius è conuerso, ergo &c.

11. Nono sic, magis commune per se natum est prædicari de minus communi, & nõ è conuerso, vt homo de Sorte, & non Sortes de homine, quare cum essentialia communia sint respectu personalium, ergo &c.

12. Decimò sic, si persona prædicaretur de essentia, cum persona sit per se subsistens, quare, & essentia, consequens fal-
sum

sum est, ergo &c.

13. Vndecimò sic, essentia non est distincta, persona est distincta. Affirmatio autem, & negatio eiusdem prædicamenti in eodem subiecto nunquam concurrunt, ergo &c.

14. Idem arguitur specialiter de diuinis rationibus duodecimò sic. Quod est propriũ solius personæ nec de essentialibus, nec de relationibus prædicari potest, quia illa non sunt personæ, omnes actiones, & passiones diuinæ, puta generare, generari, spirare, spirari, sunt propria personis diuinis, quia nihil nisi persona generat, aut generatur, spirat, aut spiratur, vt determinatum est supra, ergo &c. Quod si essentia non generat, multo minus essentia, aut aliquid cæterorum est generatio, aut è conuerso.

15. Quod autem personæ, aut personalia non possunt prædicari adinuicem, arguitur tertiodecimo sic, cuncta ꝑsonalia, aut sunt disparata, sicut generare, & spirare, aut relatiue opposita, sed taltum vnum de altero non potest prædicari, quia aliter pater esset filius, aut è conuerso, & si pater esset filius, arguendo per locum a coniungatis, ergo paternitas esset filiatio, & sic de cæteris, consequens falsum est, ergo &c.

16. Quod etiã essentialia non possunt prędicari adiuicẽ quartodecimo arguitur sic, essẽtialia in diuinis sunt voluntatis, & intellectus, quæ nequaquam adinuicem possunt prędicari, quia tunc sicut voluntas vult, sic intellectus vellet, & è contra sicut intellectus intelligit & voluntas intelligeret, consequẽs falsum est, ergo &c.

17. Quod etiam nec idem essentiale in abstracto possit prædicari de seipso cõcreto, è cõuerso, arguitur quĩtodecimo sic. Si Deitas esset Deus, cum Deus generet, & deitas generaret, & è conuerso si deitas esset Deus, cum Deitas non generet, Deus non generaret, consequentia falsa sunt, ergo &c.

18. In contrarium primò arguitur quòd singula in diuinis possunt prædicari de singulis, sic: quæcunque sunt idem numero, adinuicem possunt prædicari, quia secundum Boethium, *nulla est verior illa in qua idem prædicatur de se*, sed quæcunque sunt in diuinis, sunt idem numero, quia in diuinis non est nisi vna res singularis, ergo &c.

19. Præterea arguitur, quòd essentialia possunt prædicari de personis, & è conuerso, sic, *in diuinis idem est quod est, & quo est*, secundum Boethium, & talia adinuicem bene prędicantur, *quod est*, essentiale est, *quo est*, personale, ergo &c.

20. Tertiò arguitur, quòd essentialia prædicantur de personalibus, sic, in essentialibus, & per se prædicationibus si concretum de concreto, & abstractum de abstracto. Ista autem prædicatio essentialis est, & per se in concretis, pater est Deus, quia prædicatum est de ratione subiecti ergo & ista in abstractis, paternitas est deitas.

21. Quartò quòd è conuerso relationes prædicantur de essentialibus, arguitur sic. Deitas est illud quo pater generat. Ipsa enim secundum superius determinata, est principium omnium diuinarum actionum, sed generat paternitate, quia pater generat inquantum pater est, est autem pater paternitate, ergo &c.

22. Quintò, quòd personæ non possunt abinuicem separari arguitur sic. Pater generando filium genuit Deum, non autem alium a se, ergo genuit Deum qui est ipse, ipse autem est pater, ergo filius est pater. & eadem ratione pater est filius, ergo &c.

23. Sextò, quòd essentialia possunt prædicari adinuicem, dicendo Deus est bonus, bonus est magnus, arguitur, quia tales prædicationes recipiuntur in creaturis eorum, quæ magis abinuicem differunt, quòd si concretum de concreto prædicatur, multo fortius abstractum de abstracto. Deitas est bonitas, bonitas est magnitudo, quia abstractio magis congruit diuinis, quam concretio, vt habitum est supra.

24. Septimò quod essentiale abstractum non possit prædicari de concreto, arguitur sic. Si Deus est bonitas (idem est iudicium de vno, & de altero) ergo bonitas est Deus, sicut ergo Deus est bonus bonitate, sic est bonus Deus, sed non est bonus deitate, bonitate autem Deus est bonus, Deus ergo non est bonus, quod est contra prædicta. Item è conuerso, si Deus, vel deitas esset bonus, cum bonitate sit bonus, ergo deitate esset bonus, quod falsum est secundum prædicta, ergo &c.

25. Dico, quòd ista quæstio vniuersalis est, contingens modos prædicationis in abstractione, & concretione, & quoscunque alios plures in diuinis. Tangit etiam ea, quę in diuinis prædicari possunt, vt sunt essentialia, & personalia, siue fuerint personæ, siue proprietates personarum, & hoc mediãte hoc verbo est, vt est secundo adiacens. Et quia prædicatio principaliter tangit ea quæ prædicantur, idcirco prosequenda est quæstio hæc generaliter, & communiter de essentialibus, & personalibus quo ad illorum prædicationem: Secundò specialiter de essentialibus quo ad prædicationem diuersorum essentialium vnius de altero, & cuiuslibet de seipso. Tertiò specialiter de personalibus, quo ad illorum prædicationem diuersorum vnius de altero, & cuiuslibet illorũ

de

de ſeipſo. Quartò de eſſentialibus comparatis ad perſonalia quo ad prædicationem eſſentialium de perſonalibus, & è conuerſo. De quibus poſſent fieri plures quæſtiones, ſed clarius ſimul determinabuntur.

26. Circa primum primò diſtinguendum puto ex parte eorum, quæ prædicantur, & deinde inueſtigandum diſtinctionem modorum, dicendo, quòd ea quæ prædicantur, aut ſunt poſſibilia prædicari in diuinis, & de diuinis mediante hoc verbo eſt, aut prædicantur per ſe, aut per aliud. Iſto ſecundo modo dicitur, quòd in diuinis eſt quædam prædicatio per identitatem, talis ſcilicet, quod quicquid eſt in diuinis, quia idipſum eſt, & vna res ſingularis abſoluta plurificata ſolummodo ſecundum rationem abſolutam, aut reſpectiuam, abſtractam, & concretam in diuinis, ſiue fuerint plura eſſentialia, ſiue fuerint plura perſonalia, vt perſonæ plures, aut vt proprietates plures, ſiue fuerint eſſentiale, & perſona, ſiue eſſentiale, & proprietas, ſiue perſona, & proprietas, ſiue in abſtracto, ſiue in concreto ſignificentur. Idcirco ſingula illorum de ſingulis prædicari poſſunt, & in abſtractione, & in concretione per identitatem quæ fundatur ſuper illud vnum, eius tamen plurificatione ſecundum rationem, prout ſuperius eſt expoſitum de relationibus communibus dicendo, quod hoc eſt hoc, quia eſt idem illi in ſubſtantia vnius rei ſingularis, ſecundum quod proceſſit prima obiectio ad ſecundam partem.

n. 18. 27. Sed ſi per talem identitatem in vno ſecundum ſubſtantiam quæcunque diuerſa, ſiue diſtincta re, aut ratione in diuinis poſſent mutuo de ſe inuicem prædicari abſoluta prædicatione ſecundum modum quo ſunt diſtincta, tunc poſtquam talia diuerſa in diuinis ſunt eadem ſecundum ſubſtantiam, quia ſunt vnum in ſubſtantia, cum ſint etiam æqualia ſecundum quantitatem, quia ſunt vnum in quantitate, licet non ſimiliter ſint ſimilia, quia non ſunt vnum in quantitate, ſed tantummodo perſonæ inter ſe ſunt ſimiles, vt habitum eſt ſupra, loquendo de relationibus communibus. Eadem ergo ratione per talem æqualitatem in vno ſecundum quantitatem quæcunque diuerſa ſeu diſtincta ſunt in diuinis re, aut ratione, poſſent mutuo de inuicem prædicari, & dici ſingula de ſingulis prædicari ſecundum æqualitatem, ſicut & ſecundum identitatem, quod tamen non eſt conſuetum.

28. Nec iterum eſt modus conueniens dicere, quod per talem identitatem aliqua poſſunt dici prædicari de inuicem prædicatione abſoluta, quia genus, & differentia licet vnã, & eandem rem ſingularem in indiuiduo hominis ſignificent, vt hoc animal, & hoc rationale in Petro, ſicut & animal ſimpliciter, & rationale ſimpliciter in homine, tamen ſecundum Philoſophum *genus de differentia prædicari non poteſt*, vt animal de rationali, *quia*, vt dicit, *vnus homo eſſet plura animalia*.

29. Præterea ſi propter talem identitatẽ ſingula poſſent prædicari de ſingulis, cum in diuinis tanta ſit identitas perſonarum, & etiam ſingularium perſonalium proprietatum in vnitate ſubſtantiæ ſingularis, quanta, & quorumlibet aliorum. Si ergo aliqua aliorum per dictam identitatem deinuicem poſſent prædicari, dicendo Deus eſt bonus, vel deitas eſt bonitas, eadem ratione, & vna perſona poſſet prædicari eodem modo de altera, dicendo pater eſt filius, & è conuerſo, & vna proprietas de alia dicendo paternitas eſt filiatio, & è conuerſo. Conſequens falſum eſt, quoniam illa diſtinguit relationis oppoſitio, propter quam non ſic ſunt vnum inter ſe, ſicut & inter ſe vnum ſunt eſſentialia, iuxta illud quod excipiendo dicit Ioannes Damaſcenus. *In diuinis omnia ſunt vnum præter ingenerationem, generationem, & ſpirationem.* Quare etſi eſſentialia per dictam identitatem adinuicem prædicari poſſent, non tamen perſonæ, vel proprietates perſonales. Et ſic ſaltem illud dictum per exceptionem verificari deberet, vt eſſentialia dicerentur prædicari adinuicem per identitatem, non autem perſonalia. L. 1 orth. fid. c. 10. 11 a. 55. q. 1. n. 4. 28. a. 67. q. 2. n. 4. q. 3. n. 16.

30. Sed nec ſic poſſunt dici prædicari abſoluta prædicatione adinuicem etiam eſſentialia, licet enim hæc ſit vera, bonitas in diuinis eſt idem magnitudini, ex hoc tamen nõ ſequitur, quod bonitas eſt magnitudo, ſicut non ſequitur, pater eſt idem filio ergo pater eſt filius, aut differentia eſt idem generi, ergo differentia eſt genus. Mihi igitur videtur, quòd dicta identitas eorum quæ ſunt in diuinis, non ſit ſufficiens cauſa, aut ratio prædicandi adinuicem aliqua, quæ ſunt in diuinis. Dico prædicatione abſoluta, abſque expoſitione, & ſpeciali intellectu alio, quam termini prætendunt. Nec tamen propter talem expoſitionem quælibet prædicatio in diuinis eſt recipienda, vt iam declarabitur. inf. n. 53. n. 13. & ſeq.

31. Vnde reſpondendum eſt ad dictam rationem probantem, quòd in diuinis ſingula deinuicem poſſunt prædicari, quia ſunt idem, vt dictum eſt, & ſecundum Boethium nulla propoſitio verior eſt illa in qua idem prædicatur de ſe, dicendo, quod verum eſt inquantum eſt idem, & prædicando, & explicando identitatem in recto, & id cui ſubiectum eſt idem in obiecto, dicendo pater eſt idem filio, & ſic de cæteris, vel ſic, magnitudo eſt bonitas, & id quod eſt magnitudo eſt n. 18.

id,

n. 51. id, quòd est bonitas. Sed ex hoc non sequitur, quòd prædicatione absoluta vnum illorum per seipsum possit prædicari de altero, vt patet in genere, & differentia, & animali, & rationali. Eo enim quòd animal tanquam genus significat de homine, quod est, rationale vero tanquam differentia contrahens, & determinans genus, quo est, licet homo est quod animal, animal tamen tanquam materiale in significato hominis non est hoc, scilicet homo, nisi quo vt formali, scilicet rationali, & est homo compositus ex genere, & differentia, sicut ex eo quod est, & quo est ipse homo. Et ideo nequaquam potest animal prædicari de rationali, quia vt dicit Philosophus, *vnus homo esset plura animalia*, & hoc per hunc modum, quia cum differentia prædicatur de specie, puta de homine rationale, vt quo est aliquid secundum prædicta, si genus puta animal prædicaretur de rationali, animal includeretur in significato rationalis, & sic homo ex eo quod rationale esset animal. Differentia autem est extra ratonē generis, & sic homo esset animal, præter hoc quòd est rationale, esset ergo animal præter rationale, & cum hoc esset etiam animal ex eo quod est rationale, & sic necessario vnus homo esset plura animalia. Patet etiam in proposito in patre & filio.

32. Eo enim quod relatiuè opponuntur, & sic non sunt idem, sed diuersa, immo potius distincta, nequaquam vnum illorum prędicari possit de alio, & per idem nec vna proprietatum relatiuarum de altera dicendo paternitas est filiatio, quia sunt quo personæ referuntur, & distinguūtur abinuicem. Et se- n. 2.
n. 51. & cūndum hoc concedenda est prima ratio ad
seq. primam partem inducta, super quam tamen reuertemur.

33. Ad maiorem autem declarationē dictorum, ne omnino videamur reprobare prædicationem per identitatem, est aduertendum, quod secundum superius determinata de relationibus communibus, duplex est modus identitatis. Vnus quo aliquid dicitur idem sibi, qui est ratione totalitatis eorum quæ sunt eadem, & ideo in nullo modo debet esse eorum differentia aliqua. Sic enim nihil dicitur idem alicui per hoc, quòd aliqua substantia vna est amborum. Vnde tali identitate est quidlibet sibi præcise idem in diuinis, vt pater patri, paternitas paternitati, bonitas bonitati, & cætera huiusmodi, siue sumantur ambo in abstracto, siue ambo in concreto. Et est talis prædicatio per identitatem, qua scilicet prædicatur, siue dicitur hoc scilicet subiectum, esse idem, quod hoc scilicet prædicatum, & hoc in recto. Alius autem est modus identitatis quo aliquid dicitur idem alteri, qui est ratione partialitatis, vel quasi, seu alicuius quod est aliquid vtriusque eorum quæ sunt eadem, & ideo non potest esse nisi differentium, quorum vtrunque habet aliquid sibi proprium, & aliquid commune cum altero, & ita identitate sibi inuicem eadem sunt quæcunque sunt in diuinis.

34. Et sic de tali prædicatione per identi- n. 18.
tatem bene procedit prima obiectio ad secundam partem, & secundum eam pater est idem filio, & paternitas filiationi, & deitas bonitati, & sic de cæteris. Et tali prædicatione per identitatem prædicatur siue dicitur hoc, scilicet subiectum, non esse idem quod hoc, scilicet prædicatum, & hoc in recto, sed solum dicitur in obliquo, quòd est idem huic. Ex tali autem prædicatione per identitatem non sequitur prædicatio absoluta de quo est, dicendo hoc est hoc, prout iam declarauimus
& hoc quia talis prædicatio sicut confunde- n. 27. & seq.
ret personas, dicendo pater est filius, & è conuerso, sic confunderet proprietates, dicendo paternitas est filiatio, & è conuerso, confunderet etiam attributa, & omnia essentialia, dicendo bonitas est veritas, & è conuerso. Quod quia non est ponendum in diuinis, ideo talis prædicatio per identitatem omnino neganda est in diuinis vt procedit
prima obiectio ad primam partem, & bene, n. 2.
quæ secundum hoc conceditur.

35. Secundum hoc etiam bene procedit n. 2.
secunda ratio ad eandem partem etiam concedenda, quæ exprimit causam, quare non est concedenda, scilicet propter propria quibus quædam in diuinis distinguūtur abinuicem, vt attributa suis rationibus, & propria suis proprietatibus, & proprietates seipsis, super illas tamen rationes iam reuertemur.

36. Circa secundum propositorum est ad- n. 25.
uertendum, quod in diuinis essentialibus sunt aliqua rationibus diuersis distincta, quarum vna includit aliam, & talia bene prædicantur inuicem, & omnino proprie, & per se, si illud cuius ratio tanquam communior includitur in ratione alterius, de illo prædicatur in cuius ratione sua ratio includitur, puta in ratione deitatis includitur ratio entitatis, & ideo bene dicitur deitas est entitas, & omnino propriè, & per se, & è conuerso entitas est deitas, sed non ita proprie, quia quodammodo per accidens, secundum quod per accidens de magis communi dicitur prædicari minus commune vt homo de animali dicendo animal est homo. Sic etiam entitas prædicatur de quolibet diuino attributo, dicendo bonitas, veritas, & sic de cæteris est entitas, sed non ita proprie dicitur è conuerso, entitas est bonitas, aut veritas. Et per

hunc

hunc etiam modum attributum, cuius ratio eſt communior prædicatur proprie de alio in cuius ratione ſua ratio includitur, ſicut cum dicitur intellectus eſt vita, aut voluntas eſt vita, & è conuerſo, vita eſt intellectus, aut voluntas, ſed minus proprie.

37. Quæ vero ſunt in diuinis diſtincta rationibus, quarum vna non includit aliam, illa tali modo inuicem non poſſunt prædicari, dicendo bonitas eſt veritas, aut è conuerſo, & hoc loquendo de prædicatione abſtracti de abſtracto.

38. Per hunc etiam modum non dicitur deitas eſt bonitas, veritas, aut aliquid cæterorum. Deus enim, ſiue deitatis nomẽ imponitur eſſentiæ non ſub ratione eſſentiæ, vt eſt aliquid ſimpliciter, ſed potius ſub ratione ſubſtantiæ, vt videlicet nata eſt ſubijci dignitatibus attributalibus, modo quodam quo in creaturis aliquid ſubijcitur accidentibus,
a.32.q.5. n.32.& 6. quod tamen non eſt proprie ſubijci, ſiue ſubſiſtere in diuinis, propter quod non eſt omnino ſimile, dicente Auguſt. 7. de Trinitate.
c.4.10.36 *Omnis res ad ſeipſam ſubſiſtit, quanto magis Deus? ſi tamen dignum eſt, vt Deus dicatur ſub-*
c.5. *ſiſtere. De ijs enim rebus recte intelligitur in quibus ſubiectis ſunt ea quæ in aliquo ſubiecto eſſe dicuntur, ſicut color, aut forma in corpore. Corpus enim ſubſiſtit, & ideo ſubſtantia eſt, illa vero in ſubſiſtente, aut in ſubiecto corpore, quæ non ſubſtantiæ ſunt, ſed in ſubſtantia, & ideo ſi eſſe deſinat, vel ille color, vel illa forma, non adimit corpori eſſe, quia non hoc eſt ei eſſe, quod illam, vel illam formam coloremve retinere. Res vero mutabiles non ſimplices dicuntur ſubſtantiæ. Deus autem ſi ſubſiſtit vt ſubſtantia proprie dici poſſit, ineſt in eo proprie aliquid tãquã in ſubiecto, & non eſt ſimplex cui hoc ſit eſſe, quod eſt illi quicquid aliud de illo ad illum dicitur, ſicut magnus, omnipotens, bonus, & ſi quid de eo non incongrue dicitur. Nefas eſt autem dicere, vt ſubſiſtat, & ſubſit Deus bonitati ſuæ, atque illa bonitas non ſubſtantia ſit, vel potius eſſentia, neque ipſe Deus ſit bonitas, ſed bonitas ſit in illo, ſed tanquam in ſubiecto. Unde manifeſtum eſt*
a.53.q.1. *Deum abuſiue ſubſtantiam vocari, vt nomine vſitatiore intelligatur eſſentia, quod vere, ac proprie dicitur, ita vt fortaſſe ſolum Deum dici opor-*
a.21.q.4. n.12. *teat eſſentiam. Eſt enim vere ſolus quia incommutabilis eſt, idque ſuum nomen famulo ſuo Moy-*
Exod. 3. D.34. *ſi enunciauit cum ait. Ego ſum qui ſum, & dices ad eos, qui eſt miſit me ad vos.* Reuera Deus non vere ſubſtantia dicitur, vt ſub vera ratione ſubſtantiæ hoc nomen Deus impoſitum ſit in diuinis eſſentię ſub ratione ſubſtantiæ, & hoc quia illa quæ ei inſunt, non vere inſunt vt accidentia. Aliquem tamen
a.29.q.1. n.40. habent modum eſſendi in, vt diſpoſitiones quædam, quæ quaſi accidentia diuina ſunt, & quaſi quantitates, aut quaſi actiones, & a.32.q.2. n.10.
cætera huiuſmodi dicente eodem libro decimoquinto. *Si immortalis dicimus, æternus, in-* c.5.10.8.
commutabilis, viuus, ſapiens potens, ſpecioſus, iuſtus, bonus, beatus, ſpiritus, horum omnium nouiſſimum quod poſui quaſi tantummodo videtur ſignificare ſubſtantiam, cætera vero huius ſubſtantiæ qualitates. Et ſumit ibi qualitates a.55.q.2. n.6.
pro diſpoſitionibus. Aeternus etiam potius quantitatem, quam qualitatem, quæ diſtinguitur contra quantitatem, nominat.

39 Sic ergo hoc nomẽ Deus imponitur à ratione ſubſtantiæ diſtincta contra rationes attributorum, quemadmodum ratio veræ ſubſtantiæ in creaturis diſtinguitur contra rationes verorum accidentium. Et ſic ratio Dei ſiue deitatis, quia imponitur nomen eius eſſentiæ ſub ratione ſubſtantiæ, ex oppoſito diſtinguitur contra rationes attributorum, nec ratio attributi includit rationem deitatis, nec è conuerſo, ſed ambæ includunt in ſe rationem eſſentię ſiue entitatis. Et propter dignitatem iſtarum rationum diuinarũ, quæ eſt ratio eſſentiæ, vel entitatis, & eſſe ſiue qui eſt, eſt nomen dignius quam hoc nomen Deus, licet quoad tranſlationem huius nominis eſſe à creaturis ad diuina, dignius nomen eſt Deus, eo quòd non eſt tranſlatum, a.32.q.4.
ſecundum ſuperius determinata de diuinis nominibus.

40. Licet etiam hoc nomen Deus ſit ſimpliciter dignius nomen, quam aliquod attributorum, eo quòd ſingulum illorum imponitur à ratione pertinente ad ſingulam dignitatem ſimpliciter, nomen autem Dei imponitur à ratione ſubſtantiæ, vt eſt ſubiectum omnium illorum, quæ pertinent ad dignitatem ſimpliciter, & hoc ſub ratione excellentiæ, & præminentiæ. Vt enim dicit Auguſtinus primo de doctrina Chriſtiana, *omnes* c.6.10.38
latinæ linguæ ſcios cum aures eorum tetigerit, a.24 q.6.
mouet ad cogitandum excellentiſſimam quandam nu 17.
immortalemque naturam, non quod immorta- a.30.q.8.
litas, impaſſibilitas, & cætera, quæ ad digni- n.14.
tatem ſimpliciter pertinent, ſignificentur hoc nomine Deus, vel ſimpliciter, vel ſub ratione excellentiæ, ſed quòd ſignificat eſſentiam ſub ratione ſubſtantiæ, non vt ſubiectum eſt eorum, vel eorum in ſe ſimpliciter receptiuum, ſed vt eſt ſubiectum, & illorum ſuſceptibile ſub ratione excellentiæ, ſiue præminentiæ. Quod intelligo per hoc quod dixi ſupra de diuinis nominibus, quòd ſignificat quaſi ſummam diuinorum attributorum.

41. Loquendo autem de prædicatione concreti de concreto eorum, quæ in diuinis diſtincta ſunt rationibus, quarum vna non includit aliam, ſingula eſſentialium in diui-

pis bene prædicantur de singulis, dicendo Deus est bonus, & è conuerso, magnus est bonus, & è conuerso, sed aliter, & aliter, & hoc quia æque proprie in illis, quorum vnum non includit rationem alterius, nec est per se, & primum subiectum illius vt in attributis. Sicut enim quasi per accidens dicitur bonus est magnus, sic è conuerso quasi per accidens dicitur magnus est bonus, quia non nisi quia eidem conuenit esse bonum, vt magnum quasi subiecto, vt diuinæ substantiæ in Deo, licet quodammodo illa magis sit quasi per accidens, bonus est magnus, quam illa, magnus est bonus, eo quod qualitas in diuinis inest quodammodo illis mediante quan-
a.68 q1. p.80. titate, sicut, & in creaturis, vt habitum est supra loquendo de relationibus communibus.

42. Sed in illis quorum vnum includit rationem alterius, magis proprie prædicatur illud cuius communior est ratio de altero, quam subjiciatur. Vnde hæc est magis propria, bonus est ens, quam conuersa, ens est bonus, sicut ista magis est propria homo est animal, quam ista, animal est homo. Et similiter ista, Deus est ens, magis est propria, quam ista, ens est Deus. Ens enim inquantum dicitur ab essentia, non habet rationem subiecti, sed solummodo rationem communis.

43. In illis vero quorum neutrum in sua ratione includit rationem alterius, sed vnum est alterius quasi subiectum, magis proprie subjicitur illud quod habet rationem subiecti. Hæc enim est magis propria, Deus est bonus, quia Deus a ratione substantiæ imponitur, quæ habet rationem subiecti, & bonus à ratione qualitatis, quæ habet rationem inhærentis subiecto, quam illa, bonus est Deus, sicut ista magis est propria, homo est albus, quam illa, albus siue album est homo, quia vna est secundum se, altera vero secundum accidens. Sic ergo per prædicationem se habent inter se essentialia diuersa comparata inter se.

44. Sed est aduertendum, quòd in primo modo, quo scilicet vnum includit rationem alterius, & est prædicatio omnino propria, quando communius cuius ratio includitur in ratione alterius prædicatur, est duplex modus prædicandi. Vnus scilicet de quo est
q.58. per identitatem, modo quo pars, & totum sunt idem secundum primum modum præ-
a.67.q.2 p.8. dictum identitatis, & exponitur superius in relationibus communibus de toto & parte: Alter vero de quo est per informationem specialem, quia prædicatum denominando subiectum est quo ipsum aliquid est substantialiter, & ideo ad prædicationem concreti de concreto sequitur prædicatio abstracti de abstracto in talibus, & hoc propter prædicationem per identitatem, quia tales propositiones sunt per se. Si enim in diuinis Deus, vel bonus est ens, deitas, & simpliciter bonitas est entitas, siue essentia, sicut in creaturis, vt si homo est animal, humanitas est animalitas. In alijs vero duobus modis quo neutrius ratio includit rationem alterius, siue vnum habeat per se rationem subiecti respectu alterius, siue non, est modus prædicandi non de subiecto per identitatem primo modo dictam secundum prædicta, sed solùm modo de quo est per informationē quasi accidentalem, quia sic prædicatum denominando subiectum est quo ipsum est aliquid quasi accidentaliter, & ideo ad prædicationem concreti de concreto non sequitur prædicatio abstracti de abstracto. Licet enim in diuinis Deus sit bonus, vel magnum sit bonum, non tamen deitas aut magnitudo est bonitas, sicut licet homo sit albus, non tamen sequitur, quod humanitas sit albedo, quia abstractum non habet rationem informantis.

45. Comparando autem idem essentiale ad seipsum, si fiat comparatio secundum rationem subjiciendi, & prædicandi vtrobique in abstractione, aut vtrobique in concretione, semper vera est prædicatio per identitatem primo modo dictam, & propria, dicendo deitas est deitas, Deus est Deus, bonitas est bonitas, bonus est bonus, & sic de cæteris. Si vero fiat comparatio subiecto existente concreto, & prædicato abstracto, aut è contra, neutro modo puto prædicationem esse suscipiendam absolute, dicendo Deus est deitas, aut è conuerso deitas est Deus, bonum est bonitas, aut è conuerso bonitas est bonum, sicut nec aliqua istarum est recipienda, homo est humanitas, humanitas est homo, album est albedo, albedo est album. Vnde illam præcipue non puto esse recipiendam absolute, deitas est Deus, bonitas est bona, sicut nec illam humanitas est homo, albedo est album, quia in talibus prædicationibus de prædicato concreto, prædicatum postquam prædicatur concrete, & denominat subiectum, & est absolutum seipso, debet esse aliquid, & subiectum debet esse aliquid etiam illo quod prædicatur de subiecto. Vt enim dictum est in præcedenti quæstione in secundo notando, cum aliquid dicitur esse Deus, hoc refer- q.1.n.7.
tur ad substantiam qua aliquid est, vt Deus cum dicitur magnus, hoc refertur ad quantitatem, qua aliquid est vt magnus, cum dicitur iustus, hoc refertur ad qualitatem qua aliquid est vt iustus. Si ergo hæc esset absolute recipienda deitas est Deus, debet conce-

dt

di hæc, ſcilicet quòd deitas in ſubſtantia deitate ſit aliquid. Si enim deitas dicatur eſſe Deus, aut ly Deus prædicatur de deitate per identitatem primo modo dictam prędicatione quod eſt, aut per informationem prædicatione, quo aliquid eſt. Si primo modo, arguetetur ergo ſic, ſi d itas, & Deus ſunt idẽ omnino, & Deus deitate eſt Deus, ergo & deitas deitate eſt deitas, quia e dem inquantum idem ſemper natum eſt incidere idem, conſequens falſum eſt, non enim deitas deitate eſt de tas, vt in præcedenti quæſtione in
§.2.2. tertio notando. Si ſecundo modo, hoc eſt impoſſibile, quia forma non recipit informationem, ſed tantum ſuppoſitum cuius eſt aliquid id quo informatur, aut ſubſtantiale, vt homo animalitate, vel rationalitatè, aut accidentale vt homo albedine. Quod ſi hæc non eſt recipienda deitas eſt Deus, nec hæc, Deus eſt deitas, quia non plus poteſt prædicari per primum modum identitatis abſtractum de concreto, quam è conuerſo, & per informationem non prædicatur forma abſoluta, niſi vt qua ſubiectum habet aliquid eſſe, & hoc non eſt niſi per concretionem, & eiſdem rationibus nec al quod aliorum eſſentiale prædicatur de ſe ipſo concretum de abſtracto, aut è conuerſo. Et quod amplius eſt, concreta nata ſunt magis prædicari, quã abſtracta, vt in articulo præcedente quæſtione quarta. Quare ſi non eſt recipiẽda prędicatio concreti de abſtracto in iſto membro, multo minus eſt recipienda prædicatio abſtracti de concreto in membro præcedenti. Et ſic è contrario eſt de nominatione diuina & prædicatione, quia nominatio magis congruit diuinis in abſtracto, prædicatio aũt è conuerſo in concreto. Secundum hunc ergo modum ſe habent eſſentialia diuina per prædicationem inter ſe vnum de altero, vel ſingulum de ſeipſo, ſiue in concretione ſiue in abſtractione.

n.25. 46. Circa tertium propoſitorum eſt aduertendum quòd in diuinis perſonalibus è cõtra iam dicto de eſſentialibus omnia ſic ſunt diuerſis rationibus diſtincta quòd nullum illorum includit alterum, & ſic nullum illorũ, quæ perſonalia ſunt in diuinis, poteſt prædicari de altero, modo quo eſſentiale communius prędicatur de minus communi concludente ſub ſua ratione rationem illius, & hoc quia omnia perſonalia ſe habent quodammodo per relatiuam oppoſitionem ad inuicẽ, non ſic autem eſſentialia, quia ipſa, & eorum rationes ſunt abſoluta, licet ex reſpectibus quibuſdam conſiderentur ſecundum ſuperius determinata, & hoc ſiue loquamur de prædicatione in abſtractione ſiue in concretione. Sed cum, vt dictum eſt, perſonalium quædam ſint perſonæ quæ referuntur, quædam ſint proprietates quibus referuntur, & de prædicationibus perſonarum inuicem, & de prædica ionibus proprietatum inuicem, & de prædicationibus proprietatum de perſonis, & è conuerſo, aduertendum eſt.

47. De perſonis igitur ſciendum, quòd nullo modo vna de altera prædicari poteſt quocunque nomine ſignificetur, ſiue nomine impoſito à proprietate ſolum, ſicut eſt hoc nomen pater, ſiue nomine continente in ſe eſſentiam, & proprietatem, puta hoc nomen a.55.q.8 parens ſecundum prædicta, & ſimiliter hoc n.14. nomen proles pro nomine filij, quia nec in concretione, nec in abſtractione poſſent de inuicem prædicari, dicendo pater eſt filius, aut è conuerſo, vel paternitas eſt prolitas, nec è conuerſo. Eſt enim inconueniens maximum in prædicationibus omnibus, quæ poſſent formari in diuinis, perſonam prædicari de perſona propter oppoſitionem relatiuam: Si enim aliquis eſt pater, eſt pater filij. In diuinis autem non poteſt eſſe niſi a.54.q.8 vnicus filius, ſecundum ſupra determinata. n.13. Sequeretur ergo ſi pater eſſet filius, quòd eſſet a.60.q.2 filius ſui ipſius, & ſeipſum generaret, quod n.9. eſt ſummum inconueniens, aut eſſent pater, & filius ſolo nomine, qualem Trinitatem poſuit Sabellius confundendo perſonas, non a.71.q.2. penendo proprietates naturę reſpondere nominibus. Contra quæ dicit Hilarius libro n.7. ſecundo cap. 2. *Homines mente peruerſi omnia confundunt. Afferunt doctrinas nouas, & humana commenta, vt Sabellius extendat patrem in filium, idque nominibus potius confitendum putet quam rebus*, & cap. tertio. *Veritatem rerum per natura nomina eludit, nos naturas nominum proferamus, non fruſtrentur natura proprietatibus nomina, ſed intra natura ſignificationem nominibus coarctentur.* Propter diuerſas igitur proprietates naturæ in perſonis exiſtentes, & in nominibus perſonarum ſignificatis nomine perſonæ, nequaquam de inuicẽ poſſunt prædicari, nec in concretione, nec in abſtractione.

48. De proprietatibus etiam quibus perſonæ diſtinguuntur, idem ſentiendum, quòd propter relationes oppoſitas quas reportant, licet non ipſæ ſed perſonæ per ipſas inuicem referantur, inuicem nec in abſtractione, nec in concretione prædicari poſſunt. Non eſt enim paternitas filiatio, nec è conuerſo, nec generare, generari, nec ſpirare, ſpirari, nec generatio continens actiuam, & paſſiuam eſt ſpiratio continens ſimpliciter actiuam, & paſſiuam, ſed minor eſt eorum, ſicut & minus dicitur innaſcibilitas à generari, quã generare à generari, ſed non tanta eſt pro-

pinquitas, quod alterum de altero prædicati p[o]sset.

49. De personis, & proprietatibus comparatis inter se per prædicationem, hoc sentiendum, quòd proprietas quęcunque de persona sua prædicari potest in concretione, sicut, & differentia de specie in creaturis, modo tamen quo relatio secundum exposita in præcedenti quæstione, prædicari potest, & è conuerso. Magis tamen propria est prædicatio proprietatis de persona, eo quòd prædicatum ratione subiecti habet rationem formæ, & proprietas formalis est in persona secundum prædicta. In abstractione autem vno ipsorum existente vel ambobus, non video quomodo prædicari possit (Prædicatione dico absoluta absque expositione) vnum de altero, & multò minus quam quòd deitas in abstractione possit prædicari de Deo existente in concretione, aut è conuerso. Quia persona aliquid præter proprietatem continet, scilicet essentiam, deitas autè nihil aliud continet quam Deus, & solummodo in modo significandi differunt. Vnde nec isto modo video, quomodo persona, vel proprietas possit prædicatione absoluta prædicari de se ipsa differente prædicato a subiecto secundum rationem abstracti, & concreti. Proprietatem autem vnius personæ de alia prædicari prædicatione absoluta quecunque modo, adhuc multo remotius esset à veritate.

9.25. 50. Sequitur quartum principale superius propositum, videlicet de prædicatione mutua adinuicem essentialium, & personalium. Et quia essent alia per ipsam essentiam sunt in personis, quin omnia prædicentur prædicatione simpliciter absoluta de personis in concretione ambobus existentibus, & è conuerso, dubium non est. Sed magis proprie prædicantur essentialia de personis, quam è conuerso, quia omnia quæ sunt in diuinis se habent respectu personæ vt personalia formalia, quibus personæ habent esse aliquid, vel ad aliquid secundum prædicta.

51. De prædicatione autem eorum in abstractione, persona existente in concretione, vt patet est deitas, vel bonitas, vel exterorum aliquid, breuiter non video quomodo prædicatione absoluta vnum illorum de altero possit prædicari, aut quomodo prædicatione absoluta possit vniuersaliter concretum in diuinis prædicari de abstracto, non video, quod tamen multi concedunt propter indifferentiam naturæ, & suppositi, ne forte in hoc negando posset latere periculum. Quia in talibus secundum Hieronymum, *ex verbis inordinatè prolatis oritur hæresis.* Potius etiam mihi videtur esse concedenda hæc, pater est deitas, quam illa, bonitas est deitas, quia in persona includitur essentia sub ratione substantiæ, & subiecti attributaliter proprietatum, non sic autem in attributo, sed essentia sub alia ratione, & dispositione cadit in significatione attributorum, quam in significatione substantiæ, secundum prædicta.

52. Sumendo tamen nomen personæ in abstractione vt in suo significato includit essentiam cum proprietate, & proprietas, & essentia de persona in abstractione prædicantur, sicut animalitas, & rationalitas de humanitate, prout tactum est supra. Essentialia autem prædicari prædicatione absoluta de proprietatibus altero, vel ambobus existente in abstractione non video. Aut etiam quòd essentiale possit prædicari de proprietate ambobus etiam existentibus in concretione, vt quòd paternitas sit Deus, aut deitas, nisi forte ratione realitatis, quam proprietas tanquã relatio contrahit a suo fundamento. Aliter enim relatio nec secundum se est aliquid, nec ipsa suppositum habet esse aliquid, sed tantum ad aliquid, sed è conuerso proprietas bene potest prædicari de essentia, supponente tamen pro persona, cum etiam persona possit prædicari de essentiali, dicendo Deus est pater, bonus, magnus, & cætera huiusmodi, quamuis è conuerso magis sint propriæ, quia omnia essentialia se habent, vt formæ respectu personarum, secundum prædicta.

53. Transcurrendo igitur argumenta. a.1. Dico, quòd primum concedendum est, probans, quod non singula prædicantur de singulis, propter confusionem, quæ contingeret tam in personis, quam in proprietatibus, quam in essentialibus, si prædicatione absoluta de quod est, qua dicitur hoc est hoc, quæ est de esse, quodlibet eorum quæ sunt in diuinis prædicaretur de quolibet affirmatiue, & vere, secundum quod intelligit quæstio, Quia talis prædicatio non intelligitur præcise verificari ex parte rei significatæ, vt est simpliciter in subiecto, & prædicato significato, sed etiam ex parte modi significandi, videlicet vt est significata in subiecto, & prædicato sub modo tali & tali, quia non solùm ab *eo quod res est simpliciter,* dicitur oratio vera, sed ab eo, quòd sic est, *id est sicut per orationem exprimitur.* n.16. Propter quod licet in omnibus diuinis prædicationibus res eadem singularis sit in subiecto, & in prædicato, non tamen ex hoc est vera prædicatio absoluta de hoc esse hoc, nisi eodem modo exprimatur per sermonem in prædicato, & in subiecto. Vnde si in subiecto significatur sub ratione quantitatis, & in prædicato sub ratione qualitatis, vel è conuerso, vel vniuersaliter diuersimode, secundum quemcunque modum significandi, & etiam

etiam solum differunt secundum rationem abstracti, & concreti, non ideo potest dici vera, & propria prædicatione absoluta quòd hoc est hoc. Licet enim res quæ est significata in subiecto, sit significata in prædicato, vt tamen est significata in subiecto, non sic est significata in prædicato. Quia igitur res subiecta in hoc nomine magnitudo non est magnitudo, vt est res simpliciter, sed solum vt est sub tali ratione, neque res significata hoc nomine bonitas est bonitas, nisi vt est significata sub tali modo, modus autem vnus non est alter, siue ratio vna non est altera, & non prædicatur tali propositione res de re simpliciter, sed res quæ est bonitas, & vt illa res, quæ secundum se est, & simpliciter res quæ est bonitas de re, quæ est magnitudo, & vt est magnitudo. Idcirco dico, quod non video quomodo hęc potest esse vera prædicatione absoluta de esse, magnitudo est bonitas. Ita quòd si talium aliqua concedi possit, hoc non est prædicatione absoluta, sed solùmodo per expositionem dicendo magnitudo est bonitas, idest ea res, quæ est magnitudo est ipsa bonitas. Res enim eadem singularis in diuinis sub vna ratione est magnitudo, & sub alia bonitas, & sub vna est deitas, & sub alia paternitas, & sub alia filiatio, & sub alia pater, & sic de cæteris, nisi sic sint diuersæ rationes, quòd vna includit aliam, sicut ratio viuere, rationem esse, & ratio eius quod est intelligere, rationem eius quod est viuere, & in illo rationem eius quod est esse. Propter quod talia abinuicem possunt prædicari
n.36. prædicatione de quod est, sicut de hoc esse hoc secundum prædicta.

54. Sic ergo dico illam, magnitudo est bonitas, esse recipiendam per dictam expositionem sicut & singulas alias, quæ inueniuntur in Scripturis Sanctis, & Sanctorum, de quibus Magister tractat primo libro sententiarum pro magna parte concedendo eas esse veras, cuiusmodi sunt illæ in quibus non est
n.5. to.8. periculum, aut occasio errandi, qualis est illa quam ponit August. 6. de Trinit. vt iam habitum est, dicens. *Nefas est dicere vt Deus subsistat, & subsit bonitati suæ, atque illa non substantia sit, aut potius essentia, neque ipse Deus sit bonitas, sed bonitas in illo sit tanquam in subiecto.* Ecce vult quod nefas sit quòd Deus non sit bonitas, hęc est ergo vera & recipienda, Deus est bonitas. Et dico, quòd verum est per expositionem talem, idest ea res, quæ est Deus ipsa est bonitas. Non enim Deus sub ratione qua est Deus est bonitas, vt dictum est. Et quod August. intelligat dictum suum non simpliciter, sed solummodo secùdum dictam expositionem, manifestat littera circunstans præcedens, & sequens. Bene

enim verum est, quòd nefas est dicere, quòd Deus ipse non sit bonitas, vt nefas sit, quòd hæc negatiua intelligatur esse vera, eo scilicet quòd bonitas sit in illo tanquam in subiecto, & ipse Deus subsit bonitati suæ, sic quòd illa intelligatur non esse substantia, sed potius essentia Dei. Si enim sic esset in illo tunc nec secundum dictam expositionem posset vere dici, quòd Deus est sua bonitas. Non enim plus verum esset dicere, quòd esset sua bonitas, quam verum est dicere, quòd corpus est suus color, quod re vera non est id, quod suus color, nec id quod est corpus est id quod est color. Sic ergo vult, quòd illa sit vera Deus est sua bonitas, quia scilicet quæ est sua substantia sue sua essentia, quæ est esse id quod est. Et signanter postquam dixit Augustinus. *Atque illa non substantia sit*, statim addit quasi corrigendo se. *Vel potius essentia*, quia in hoc secundum iam dicta magna est differentia, quia deitas diuinam essentiam significat sub ratione substantiæ, quæ est alia ratio a ratione quantitatis, qualitatis, aut relationis, & non est inclusa in rationibus illorum. Essentia autem significat diuinam naturam sub ratione quę communiter in aliis rationibus includitur. n.38.

55. Propter quod licet esset nefas dicere prædicatione absoluta, & absque expositione, quòd Deus subsit bonitati suę, atque illa non sit essentia, quia si non esset essentia Dei sub ratione essentię, non esset id quod est Deus, sicut color non est id quod est corpus, quia non est essentia corporis. Non tamen esset nefas dicere prędicatione absoluta, & absque expositione, quod Deus subsit bonitati suę, quodque illa non est substantia, vt sub esse large illa possit esse vera si prędicatio intelligatur esse absoluta, absque expositione, bonitas non est substantia Dei, quia alia est ratio bonitatis, alia substantię, nec vna inclusa est in alia, licet illa non possit esse vera, bonitas non est essentia Dei, quia ratio essentię includitur in ratione bonitatis, & omnium quę sunt in diuinis. Ista enim, bonitas non est essentia, falsa est absque expositione, sicut, & sua contraria est absolute vera absque omni expositione. Illa autem, bonitas non est substantia, est vera absoluta prędicatione, sicut & sua contraria falsa est prędicatione absoluta. Et cum dicta expositione illa est falsa, & sua contraria est vera.

56. Vnde & propositiones verę per talem expositionem, licet non sint verę absoluta prędicatione, simpliciter secundum communem vsum sunt concedendę, quando in illis concedendis non solum non est aliquod periculum vel occasio erroris, sed ex illis concessis euitatur occasio erroris, qui accideret si

si negarentur, videlicet quo posset credi, quòd prædicatum remouetur à subiecto, quia non est essentia eius ipsum re cum ipso, puta si diceretur bonitas non est deitas, aut veritas, aut aliquid talium, sicut contingit in creaturis, & sic credi posset, quòd nec verifi cari posset per expositionem, quod falsum est. Et propositiones tales veras per talem expositionem consuetum est apud doctores veras
n.16. esse per identitatem.

57. Et bene verum est, quòd veræ sunt per identitatem, sed non absolute, sicut illæ sunt veræ in quibus idem prædicatur de seipso, vt Deus est Deus, deitas est deitas, sed solummodo per expositionem, sicut dictum est, & sic illæ in quibus prædicatur idem de se sunt veræ primo modo identitatis, illæ autem exponendæ non nisi secundo modo identitatis. Et loquendo de talibus do veritatis concedo simpliciter & absolute, quòd omnes tales propositiones in dictis ex quibus non accidit periculum seu occasio erroris, sed potius cauetur, secundum dictum modum, veræ sunt, & concedendæ, non tamen concedendo, quòd veræ, & concedendæ sint simpliciter, & absque expositione, aut aliter quam per identitatem, qua scilicet vna, & eadem res singularis est subiecti, & prædicati, qua prædicatum, & subiectum habendo in se illam, eandem rem sub diuersis rationibus sintidem, sicut secundum modum identitatis, sicut cum prædicatur aliquid de seipso secundum eandem rem, & secundum rationem eandem. Vt cum dicitur deitas est deitas, prædicatum & subiectum sunt idē secundum primum modum identitatis. Omnes autem propositiones illæ de naturum prędicationum in quibus periculum esset, & erroris occasio ipsas concedere esset. veras absoluta prędicatione, etsi verificari possent per expositionem dicto modo, simpliciter sunt
n.17. negandæ, vt sunt illæ in quibus persona affirmatur de persona, vt pater est filius. Licet enim verificari posset per expositionem, scilicet quia pater est id quod est filius, & id quod pater est, filius est, propter tamen periculum erroris, & occasionem, quæ daretur in illam concedendo, ideo sicut absoluta prędicatione est falsa sic est simpliciter neganda, & non propter verificationem per expositionem est concedenda, sicut neganda est, id quod est bonitas, & id quod est magnitudo, est id quod est bonitas, cum tamen ista, magnitudo est bonitas, licet absoluta prædicatione sit falsa, non tamen simpliciter est neganda, sed quia per expositionem verificari potest, simpliciter est concedenda propter occasionem vitandi erroris, quæ ex hoc datur vt dictum est. Hoc igitur modo ponēdo huiusmodi propositiones veras esse, & concedendas, respondendum est ad tria media inducta in principio corporis solutionis.

58. Ad primum igitur quod dicit, si propositiones aliquæ dicerentur veræ per identitatem, & possent dici verę per ęqualitatem, quia sicut in diuinis est identitas inter subiectum, & prædicatum semper, sic & æqualitas. n.17.
Dico, quòd non dicuntur dictæ propositiones veræ per identitatem, qua prædicatum est idem subiecto secundo modo identitatis prout procedit obiectio, sed propter identitatem primo modo, identitatis, qua vna, & eadem est res singularis in prædicato, & subiecto, quæ est eadem sibi non æqualis, licet ad hanc identitatem, qua res prædicati, & subiecti est eadem sibi sequatur alia qua prædicatum est idem subiecto, & econuerso.

59. Ad secundum de genere, & differentia. Dico, quòd non est simile, eo quòd licet idem significent, & genus, & differentia, significant tamen diuersa intentione, quæ compositionem quandam faciunt in specie, quæ diuersitas illam prædicationem impedit, sic quod nec per expositionem debet recipi. In diuinis autem essentialia significant idem re solis rationibus diuersum, quæ non tantum repugnant, quantum diuersæ intentiones, propter quod istæ propter verificationem ipsarum per expositionem simpliciter concedendæ sunt, licet non illæ. n.18.

60. Per idem patet ad tertium de personis, dicendo, quòd illarum prædicatio (vt dictum est) non est recipienda per expositionem propter diuersitatem relationum oppositarum, quæ tantum distinguunt personas quantum genus, & differentiam dictæ intentiones, præter hoc quod intentionum diuersitas ponit in re compositionem, non autē diuersitas relationum. Et sic re vera non est vniuersaliter verum, quòd per identitatem rei eiusdem singularis prædicati, & subiecti propositio potest dici vera, & per expositionem verificanda, sed hoc solummodo verum est quando per talium propositionum concessionem non datur occasio errandi, sed potius errorem vitandi. Et ideo dico sicut dixi supra, quòd in diuinis non valet hęc forma argumentandi, prædicatum est idem subiecto in eo quod est eadē res singularis vtrobique, ergo concedenda est tanquam vera. Hoc enim verum est in omnibus prædicationibus inter terminos diuinos, quòd prædicatum est idem subiecto in eo quòd eadem est res singularis vtrobique, ergo & in hac, pater est filius, sicut in hac, pater est Deus aut magni- n.19. n.17. n.53. & seq.

magnitudo est bonitas. Iterum illa pater
est filius, & sibi consimiles non sunt conce-
dendę tanquam verę etiam per expositio-
nem, cum tamen sint plures alię illo modo
concedendę.

n. 3. 61. Ad secundum principale ad quęstio-
nem, quòd quęcunquę sunt in diuinis inter se
differunt formalibus rationibus, ergo abinui-
cem prędicari non possunt. Dico, quòd ve-
rum est prędicatione absoluta de quod est,
qua dicitur hoc est hoc, in abstractione vtro-
que vel altero existente, licet possint aliqua,
& aliqua non possint prędicari sic abinuicem
per expositionem secundum modum iam ex-
n. 97. 60. positum. Prędicatione tamen non de quod
est, & de esse qua hoc dicitur esse hoc sim-
pliciter, & omnino, sed prędicatione de quo
est, & de inesse, qua hoc scilicet dicitur in-
esse per quandam informationem, vel quasi
in subiecto, quòd ex hoc illo est aliquid, vel
n. 41. ad aliquid secundum pręexpositum modum,
bene possunt concreta prędicari de concre-
tis, & hoc singula de singulis, illis dunta-
n. 46 & seq. xat exceptis in quibus occurrit relatiua op-
positio siue per contrarietatem, vt in perso-
nis & in relatiuis proprietatibus personarum,
quibus inter se ex opposito referuntur, siue
per disparationem, vt in spiratione actiua ad
generare, & generari. Propter quod hęc,
nec in concretione deinuicem possunt prę-
dicari, cętera autem omnino, puta essentia-
lia, in concretione deinuicem, & de personis
prędicari possunt, non autem de proprietati-
bus personarum vt supponunt pro eo quod
significant, quia prędicata essentialia secun-
dum se sunt aliquid, & subiecta sua de quibus
prędicantur concretiue ipsis habent esse ali-
quid. Proprietates autem personarum eo
quod relationes, inquantum sunt relationes
purę, nec secundum se sunt aliquid, vt habi-
tum est supra, nec aliquo possunt esse aliquid,
n. 52. sed solummodo sunt ad aliquid. Vnde ra-
tionem subiecti informati aliquo substantia-
li habere non possunt, nisi ratione suppositi,
quando supponunt non pro significato, sed
pro supposito, aut forte realitatis contractę,
& tunc solum essentialia de illis prædicari
possunt in concretione, & è conuerso per-
sonalia de essentialibus similiter in concre-
tione.

n. 3. 4. 62. Ad tertium probans, quòd essentialia
non possunt prędicari de personalibus in ab-
n. 55. & seq. stractione acceptis essentialibus. Dico, quòd
verum est nisi secundum iam expositum mo-
dum in solutione primi argumenti, scilicet
per expositionem, siue personalia accipian-
tur in abstractione siue in concretione.

n. 4. 63. Et quod arguitur etiam contra hoc,
quod tunc personale subiectum secundum
se esset aliquid, cum prędicatum secundum
se aliquid est, puta deitas vel bonitas: Dico,
quòd verum est, quòd subiectum per-
sonale secundum se est aliquid quando præ-
dicatur essentiale de personali. quod persona
est, quia persona est aliquid secundum se ra-
tione essentiæ quam in suo significato inclu-
dit, & per hoc est id quod est prædicatum.
Sed dico, quòd non est verum quando essen-
tiale prædicatur de personali, quod est pro-
prietas supponens pro significato, quia ipsa
proprietas pro significato supponens non est
aliquid secundum se, & propter hoc non est
id quod est, id quod est prædicatum. Et sic
bene verum est, quòd nec per identitatem si-
ue per expositionem, potest in abstracto prę-
dicari essentiale de personali, siue abstracto,
siue concreto, quia prædicato existente in
abstracto non est prædicatio de quod est per
identitatem, aut primo, aut secundo modo
identitatis, nisi forte considerando relationē,
quam importat proprietas ratione realitatis
contractæ à suo fundamento, quæ in diuinis
non potest esse alia à realitate fundamenti,
etsi forte in creaturis esset alia res ipsa chara-
cterizatio à fundamento in relatione, quam
sit res fundamenti. Ratione autem illius rea-
litatis contractæ in relatione bene prędicare-
tur essentiale de proprietate existente, & in
abstractione per expositionem, & prædica-
tione de esse primo modo identitatis, & in
concretione per informationem prædicatio-
ne de inesse. Sed essentiale prædicatur de
personali quod est proprietas supponens, per
quam etiam bene verum est, quod subiectum
quod est proprietas ratione personæ pro qua
supponit, est aliquid, quia ipsa persona se-
cundum se est aliquid, & propter hoc ratione
personæ est id quod prædicatur. Et sic etiam
bene verum est, quòd per identitatem, &
expositionem potest essentiale existens in ab-
stracto prædicari de personali, & existens in
concreto per informationem, sed vtrobique
personali in subiecto non nisi existente con-
creto, quia personale quod est proprietas,
non potest supponere pro personali, quod
est persona, nisi proprietate existente in con-
creto.

64. Et quod assumitur quod nec subiectū n. 4!
est aliquid quando subiectum est persona,
quia pater est persona, sed in eo quod pater
est non est aliquid, sed ad aliquid. Dico,
quòd pater licet nomen eius secundum præ- n. 47.
dicta imponatur a proprietate si sit nomen
personæ, sicut parens, in eo quod pater, est
aliquid secundum se, & non est aliquid se-
cundum se, quia inquantum in suo signifi-
cato includit esse etiam est aliquid, inquan-
tum vero in suo significato includit proprie-
tatem

tem non est aliquid. Sed homo inquantum homo est aliquid dupliciter, & inquātum includit in suo significato animal, & inquantū includit rationale in eodem. Si vero pater sit nomen proprietatis, tunc reuera non est aliquid nisi ex contracta realitate, nec potest de patre prædicari essentiale in abstracto, secundum quòd iam dictum est.

B.4. 65. Ad quartum, quod est ad idem, si quælibet personarum est deitas, cum illa non sit nisi vna numero, & illæ essent idem numero, quare & inter se. Dico, quòd quælibet personarum est ea- em deitati modo quo totum, vel quasi totum est idem cum eo quod est pars siue aliquid sui, seu quasi aliquid sui, non autem modo quo aliqua secundum totalitatem sunt eadem alicui secundum totalitatem

2. Elenc. c.5.&c.1. illius. Nunc autem illa maxima, *Quæcunque vni, & eidem sunt eadem, inter se sunt eadem*, non intelligit nisi de illis, quæ sunt eadem secundum vtriusque totalitatem. Vnde in creaturis partes, quæ sunt eadem toti non ratione suæ totalitatis, non oportet, quòd sint eadem inter se. Propter quod non sequitur, si personæ diuersæ sunt idem in deitate, quæ eadem numero prædicatur de singulis in abstractione per identitatem primo modo identitatis, quæ est inter quālibet partem, & totū, quòd sint eædē inter se. De differētia aūt idētitatis totius ad totū, & partis ad totū habitu est satis supra in de relationibus cōmunibus.

B.4. 66. Ad quintum, probans, quòd personalia non possunt prædicari de in concretione acceptis essentialibus, quia cum essentiale cōcretum sit quale quid, & commune pluribus, ergo & persona subiecta esset quale quid, & commune, quod falsum est, quia persona in diuinis non est nisi iste aliquis. Dico, quòd verum esset, si prædicaretur essentiale concretum, de persona prædicatione absoluta, de quod est, dicente hoc est hoc. Sed non

B.33. & Sen. D.41. est ita secundum prædicta, immo non sic prędicatur nisi prædicatione de quo est, dicente hoc inesse huic. Tali enim prædicatione esset in argumento fallacia accidentis, sicut si per inhęrētiā diceretur Petrus est homo, homo est quale qd, siue species, aut vniuersale, ergo Petrus est quale qd, siue species, aut vniuersale. Et hoc licet in diuinis cōmune nō sit commune per vniuersalitatem, quod non inest supposito singulari nisi per suam determinationem, vt animal in homine, sed sit commune per communionem, quod inest cuilibet supposito singulari absque sua determinatione. In creaturis enim commune vniuersale non descendit in singulare nisi per determinationem suam, sed aliter genus in speciem, & aliter species in indiuidua, quia genus non descendit, vt animal in hoc animal, quod est homo, nisi aliquo formaliter determinante animal, quo etiam homo potest esse aliquid sicut animal, puta rationali. Et ideo non sunt ambo simul in homine nisi per compositionem ex quo est, sicut ex genere, & differentia. Homo autem est iste homo puta Petrus, non aliquo determinante formaliter hominem, quo Petrus habet esse aliquid, sed aliquo agente, & producente humanitatem, quæ de se vniuersale est, & aliquid per essentiam solum in existentia. Et ideo non est in Petro compositio ex indeterminante, & determinante, sicut est in homine, sed si est aliqua superaddita in indiuiduo super compositionem illam, quæ est in specie, illa est ex essentia quæ est humanitas, comprehendens animalitatem, & rationalitatem in se significata nomine hominis, & modo subsistendi in se, & secundum se, quæ est compositio ex essentia, & ratione, ratione suppositi.

67. Sed neutro modo essentia deitatis descendit in personas. Deus enim significans tem singularem à qua imponitur nomen, & supponens indefinite pro pluribus suppositis, vt hic est Deus, puta pater, non aliquo determinante formaliter Deum, vel deitatem, vt sit hic Deus, & quo habet esse aliquid hic Deus præter deitatem, sicut rationale determinat animal, vt sit hoc animal, quod est homo, & quo homo habet esse aliquid præter animalitatem, nec etiam aliquo determinante effectiue, vt Deus similiter sit hic Deus quomodo producens hominem in esse existentiæ determinat eum, vt sit hic homo, & hoc quia in diuinis non est ratio vniuersalis, nec Deus est nomen suppositi communis communitate vniuersalis in significando aliquid vnum commune vniuersalitate ad Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, sicut significat homo ad Petrum, Paulum, & Andream. Sed Deus est nomen commune communitate communicabilis in significando aliquid vnum singulare, quod est communiter in Patre, Filio, & Spiritu Sancto, sed in supponendo est nomen commune ad Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, sicut homo ad Petrum, Paulum, & Ioannē. Nihil enim est aliud commune ad diuina supposita in significando nisi nomen secundæ intentionis, vt est hoc nomen persona, sicut ad Petrum, Paulum, & Ioannem commune est hoc nomen indiuiduum, prout superius determinauimus.

68. Et licet in diuinis, quòd Deus sit iste Deus non est per aliquam determinationem deitatis, est tamen per aliquem modum essendi, & habendi singularem deitatem, non absolutum, qualis est in creaturis, sed respe-

ctiuum,

ctiuum, qui licet non determinet eſſentiam, determinat tamen eſſentiam, & modum habendi ipſam eſſentiam in perſona. Et ſic eſſentiale ſiue ſit eſſentia, ſiue deitas, ſiue attributum, vt magnitudo, vel bonitas, licet ſit propter ſuam communitatem quale quid, aliter tamen hoc eſt in diuinis, quam in creaturis, & aliter dicit quale quid ad perſonas eſſentia, quam Deus, & Deus quam aliquod attributum, ſecundum quod quantum eſt ex ratione ſignificati, magis propriè diuinæ perſonæ dicuntur eſſentia quam Deus, quod eſt nomen ſubſtantiæ, & magis propriè Deus, quam magnus, bonus, aut aliquid huiuſmodi, quæ ſunt nomina quaſi diſpoſitionum ſubſtantiæ.

n.7, 69. Quod arguitur ſexto ſpecialiter de proprietatibus, quòd eſſentiale non prædicatur de illis, quia ſi proprietas eſſet aliquod eſſent aliud ſiue in abſtracto ſiue in concreto, cum eſſentialia omnia ſint abſoluta, ergo & proprietas eſſet abſolutum, quod falſum eſt. Dico, quod hæc planè eſt fallacia accidentis ex varia one medij, ſicut ibi. Si Petrus eſt homo, homo autem eſt ſpecies, ergo Petrus eſt ſpecies.

n.8 9. 70. Per idem, & eodem modo reſpondendum ad ſeptimum, quod nullum perſonale poteſt prædicari de eſſentiali, quia cum omne perſonale ſit relatiuum, ergo & eſſentiale eſſet relatiuum. Dicendo, quòd in forma argumenti eſt fallacia accidentis, ſicut & in præcedenti, niſi perſonale ſit proprietas, & prædicetur in abſtractione abſque realitate contracta. Tunc enim cum in abſtracto non poſſet ſupponere pro ſuppoſito, medium non poteſt variari, vt in maiori ſtet pro eo quod eſt aliquid, & in minori pro eo quod eſt ad aliquid, ſed vtrunque ſtat ſolum pro eo quod eſt ad aliquid. Et eſſet maior propoſitio falſa ſic arguendo, deitas eſt paternitas, paternitas eſt relatio, ergo deitas eſt relatio. Reuera ſi paternitas non diceret niſi reſpectum ad alium, dicendo deitas eſt paternitas, diceretur, quod deitas eſt relatio, quod falſú eſt, quia proprietas in abſtractione abſque ratione realitatis contractæ nullo modo de eſſentiali prædicari poteſt, ſed ratione realitatis poteſt de eſſentiali prædicari in abſtractione per identitatem, & in concretione, tam ratione contractæ realitatis per identitatem, quam ſupponendo pro ſuppoſito per inhærentiam, vt iam dictum eſt ſupra in ſolutione ſecundi argumenti. Quomodo autè n.61. poteſt, & quomodo non poteſt eſſentiale prędicari de perſonali, pro magna parte iam dictum eſt declarando quomodo è conuerſo perſonale poteſt prædicari de eſſentiali, præcipuè autem in ſolutione ſecundi argumenti.

71. Ad octauum, quòd ſpecialiter perſona non poteſt prædicari de eſſentiali, quia prædicatio habet rationem formæ, & perſona non eſt formale reſpectu eſſentialis, ſed è conuerſo. Dico, quòd hoc non arguit perſonam non poſſe prædicari de eſſentiali, ſed ſolùmodo, quòd non eſt propria illa prędicatio ſicut conuerſa eſſentialis de perſona, immo illa eſt accidentalis reſpectu iſtius, vt tactum eſt ſupra. n.10.

72. Per idem patet ad nonum, dicendo, quòd licet quantum eſt de proprietate prædicationis magis commune potius habet prædicari de minus communi quam è conuerſo, quaſi tamen per accidens, & minus propriè bene poteſt eſſe prædicatio conuerſa. n.11.

73. Ad decimum reſpondendum eſt ſicut iam reſponſum eſt ad ſextum, & ſeptimum. n.12. n.69 70.

74. Ad vndecimum probans, quòd nec eſſentiale poteſt prædicari de perſona nec è conuerſo, quia vnum eorum eſt diſtinctum, & alterum non, & affirmatio, & negatio non ſimul in eo em concurrunt, dico, quòd verum eſt ſecundum rem, quia affirmatio, & negatio in eodem ſecundum idem eſſe non poſſunt, nec in eſſendo, quòd ſcilicet ſecundum idem ambo ſint in eodem, nec in prædicando, quòd ſcilicet ambo ſecundum idem prædicentur de eodem, aut quòd prædicatú prædicetur ſecundum rationem affirmationis, & ſubiectum ſubijeiatur ſecundum rationem negationis, aut è conuerſo. Sed quod id quod eſt ſub ratione negationis, prædicetur de eo quod eſt ſub ratione affirmationis, non vt eſt ſub ratione affirmationis, ſed potius vt eſt ſub ratione negationis, aut è conuerſo id quod eſt ſub ratione affirmationis prædicetur de eo quod eſt ſub ratione negationis, non vt eſt ſub ratione negationis, ſed potius vt eſt ſub ratione affirmationis, nullum eſt inconueniens. Et ſic diſtinctum quod eſt perſona prædicatur de eſſentiali quod eſt indiſtinctum, non ratione qua perſona eſt diſtincta, ſed ratione qua eſt indiſtincta. Eſt enim diſtincta ſolummodo ratione proprietatis, & non prædicatur niſi ratione eſſentię. Et ſimiliter è conuerſo eſſentiale non prædicatur de perſona niſi ratione qua eſt indiſtincta, ſcilicet ratione eſſentiæ, quæ eſt ipſa, ratione cuius nullam habet diſtinctionem. n.13.

75. Duodecimû, quòd eſt ſpeciale de diuinis actionibus, quòd non prędicátur de eſſentiali quia non ſunt actiones niſi perſonarum, concedo ſecundum quòd de hoc habitum eſt ſupra in quæſtione de diuinis actionibus. Vnde & licet proprietates perſonales prædicari poſſent concretiue de eſſentialibus in- n.14.

quantum supponunt pro supposito, sicut rationale pro homine, aut ratione realitatis contractę a fundamento, nec repugnaret modus significandi nominaliter, & adiectiue, vt ratione paternitatis, aut filiationis significātis concretiue tantum propter modum significandi verbaliter, siue actiue, siue passiue, nullo modo prædicari possunt de essentiali, quia non egreditur actio nisi a supposito, sicut nec terminatur, sed essentiale est solummodo ratio eliciendi illam, prout in dicta quæstione plus est explicatum. Vnde ista prædicatio personalis de essentiali per expositionem, & per quamcunque identitatem recipienda non est, licet forte possit recipi expositione contraria iam dicta, sic dicendo, essentia generat, quia ille qui est essentia dicto modo, scilicet pater, generat.

n.15. 76. Ad decimumtertium, quòd personalia, aut personæ non possunt prædicari abinuicem, quia aut sunt disparata, aut contraria. Dicendum est secundum superius dicta.

n.16. 77. Ad decimumquartum, quòd essentialia non possunt abinuicem prædicari, quia pertinent ad voluntatem, & intellectum, qui non prædicantur abinuicem. Dico, quòd omnia essent alia deinuicem prædicantur maxime in concretione, etsi aliquid speciale obstet quod absurditatem inducat, vt quòd intelligens est volens, bonum est verum, bene concedendum, & quod per expositionem intellectus est voluntas, & quod bonitas est veritas. Absurditas autem talis præcipue contingit quando essentiale significatur per modum actus, qui sibi determinat non solum rationem suppositi in elicitiuo, & terminatiuo alterius, sed etiam rationem in illo quo elicitur, vt actus intelligendi intellectum, & volendi voluntatem. Propter quod licet re in Deo idem sint intellectus, & voluntas, ista tamen non recipitur, quod Deus voluntate intelligat, nec illa, Deus intellectu vult.

n.17. 78. Ad decimumquintum, quòd idem essentiale non potest prædicari de seipso concreto in abstracto, necè conuerso, quia si deitas est Deus, & Deus generat, ergo deitas generat, & ècōuerso si Deus est deitas Deitas aūt nō generat, ergo Deus nō generat. Dicēdum q̄d in vtroq; processu est fallacia accidētis ex variatione medij. In primo enim Deus ratione eius quod est, prædicatur de deitate, sed ratione qua est suppositum, de ipso prædicatur generare, & ideo propter medij variationem non oportet extrema coniungi dicendo, Deus non generat. Et similiter in secundo deitas ratione eius, quod est prædicatur de Deo, & eo quod non habet rationem suppositi, ab eo remouetur generare, & sic vt prius propter variationem medij non oportet extrema coniungi.

79. Ad primum in contrarium, quòd singula in diuinis possunt prædicari de diuinis, quia sunt vnum, & idem re singulari, & idem vere de seipso prædicatur. Dico, quod licet eadem sit res omnium diuinorum pro quanto aliquid sunt etiam relationum, siquid sunt præter modum, qui est ad aliud esse, tamen sub diuersis rationibus in diuersis diuinorum nominibus significatur. Propter quas licet ratione illius rei præcise singula de singulis possent prædicari, tamen propter illas diuersas rationes nullum illorum potest de alio prædicari prædicatione absoluta, dicendo hoc est hoc totaliter secundum primū modum identitatis, sed solummodo per expositionem, & identitatem penes secundum modum identitatis, quo diuersa eadem sunt secundum aliquid, quod commune est ambobus, sed hoc non semper, vt iam supra in solutione primi argumenti est expositum. n.18. nu. 53. & seq.

80. Ad secūdum, quod essentialia possunt prædicari de personis, & è conuerso, quia in diuinis est idem quod est, & quo est, quod est, est essentiale, quo est, est personale, ergo &c. Dico, quòd quo est, & quod est tam in diuinis, quam in creaturis dupliciter accipiuntur. Vno enim modo quod est appellatur subsistens, siue suppositum, & quodcunque in se, & secundum se existens, vt homo, & quo est appellatur forma, qua ex sit hoc quod est, vt humanitas est, qua homo existit homo. Alio autem modo quod est, & quo est non dicuntur nisi aliqua quæ sunt ipsius subsistentis, & in ipso. nu.2.

81. Primo igitur modo quod est tam in diuinis, quam in creaturis non est nisi subsistens, siue suppositum, & vtrobique dupliciter, siue definitum, & singulare, vt in creaturis Petrus, Paulus, in diuinis Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, siue indefinitum, & hoc differenter vtrobique, quia in creaturis est suppositum indefinitum significatione, & suppositione simul, quia indefinitum in creaturis significat aliquid vniuersale commune pluribus suppositis singularibus, quod indefinite se habet ad singularia significata in illis, & etiam indefinite supponit pro illis, vt homo significat humanitatem, quæ indefinite se habet ad humanitatem Petri, & humanitatem Pauli, & supponit indefinite pro Petro, & Paulo. In diuinis autem non est suppositum indefinitum significatione, sed suppositione tantum, quia suppositum indefinitum in diuinis significat idem singulare absolutum, quod significat singulum singulare suppositum, vt Deus significat singularem diuinam essentiam sub ratione substantiæ,

sius, vt eius deitatem, quam etiam, & sub eadem ratione significat singulum suppositorum, puta, & Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, sed supponit indefinite pro quolibet illorum quantum est de se, licet sint indiuisa illis, & communia per indiuisionem essentialia omnia, & in nulla propositione in qua prædicatur essentiale, possit propositio verificari pro vno suppositorũ sine alijs. In creaturis autem suppositum singulare definitum, & indefinitum penitus idem significant differens solum sicut vniuersale, & singulare. Sed in diuinis super illud quod significat suppositum indefinitum, plus habet in sua significatione suppositum singulare, scilicet relatiuam proprietatem, quæ in diuinis non habet nisi rationem singularis non vniuersalis. Vnde suppositum indefinitum, nec singulariter, nec vniuersaliter illam significat. Vnde tres personæ diuinæ singulares, scilicet Pater, Filius, & Spiritus Sanctus ex parte proprietatum, quibus personæ distinguuntur, & plurificantur, nullam personam indefinitam habent sibi respondentẽ, quæ illas tres sub aliqua communi relatiua ad illas contineat, quemadmodum homo continet Petrum, & Paulum. Vnde ad quæstionem qua quæritur de Petro, & Paulo, quid, vel qui, duo, contingit respondere per aliquid in quo realiter conueniunt, scilicet vniuoce, vt duo homines, vel analogicè, vt duo entia. Ad quæstionem vero qua quæritur, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, quid, vel qui ternarius, per nomen rei primæ intentionis impossibile est respondere, quia impossibile est illud esse. Propter quod Sancti Doctores coacti respondere ad illam quæstionem, non satisfaciendo quæstioni, sed quærentibus, transtulerunt à creaturis nomen secundæ intentionis indefinitum indefinite supponens pro suppositis realibus singularibus, & respondentes dixerunt, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus sunt tres personæ, vt dicit Augustinus 7. de Trinitate cap. 4. Vnde (to.3.) multum errat qui dicit, quod nomen personæ imponitur a proprietate communi, quæ dicitur personalitas. Patet ergo de quod est isto modo tam in diuinis, quam in creaturis.

82. Quo est vero respondens isti quod est, differt in parte in diuinis, & in creaturis, & in parte conuenit in illis. In diuinis enim subsistens habet duplex quo est, & quo subsistit, & quo est aliquid, vnum absolutum, & vnum relatiuum. Et quo ad primum conuenit cum quo est in creaturis, quo ad secundum autem differt. Primo enim modo in diuinis quo est, & quo subsistens est, & quo est id quod est ipsum indefinitum, puta Deus, deitas est, & eadem deitas penitus est quo est, & quo subsistens est, & quo est id quod est quodlibet subsistens singulare. Et secundum hunc modum etiam idem est quo in creaturis est, & quo subsistens, & quo est id quod est suppositum indefinitum, & singulare, præterquam quod illud quo est suppositum indefinitum est vniuersale, vt humanitas, respectu illius quo est suppositum definitum, vt hæc humanitas, quæ in Socrate vocatur socratitas, nec est in creaturis aliud quo suppositum subsistit. Sed secundo modo in diuinis, quo est subsistit, & est ad aliquid suppositum non indefinitum, vt dictum est, sed definitũ relatiua proprietate, vt parens paternitate, proles filiatione. Et de quod est, & quo est secundum dictum modum non est verum, quod dicitur in argumento, quòd quod est, est essentiale, & quo est est personale, quia in *n.19.*
creaturis vtrumque semper est essentiale, & in diuinis, vtrumque est personale, quia vnum est persona, alterum proprietas personalis. Et de tali quod est, & quo est in diuinis non intelligitur illud dictum, *quod in diuinis idem est quod est, & quo est*. Non autem idem *ibid.*
penitus est parens, & paternitas, quia se habent sicut quasi totum, & pars. Persona enim continet essentiam cum proprietate. Secundo autem modo tam in diuinis, quam in creaturis quod est, & quo est sunt aliquid subsistentis & in illo, de quibus dictum illud intelligitur.

83. Ad cuius intellectum oportet primò aduertere quid intelligatur per quod est, & per hoc secundò vlterius quid intelligatur per quo est tam in diuinis, quam in creaturis. Ex quibus patebit demum quomodo in Deo idem est quod est, & quo est, non autem in creatura.

84. Circa primum aduertendum, quòd id cuius est quod est, semper est aliquid quod est, aut subsistit, vt Deus, & homo. Ipsum etiam quod est similiter est aliquid, quod alicuius est. Vnde quod est de eo cuius est potest quæri per quid est, vt puta de Deo quid est quod Deus est, aut de homine quid est, quod homo est. Et est de Deo propria responsio dicendo, quòd Deus est essentia. Essentia enim est quod Deus est, idest est res quæ Deus est, sumendo ly est secundo adiacens, cui supponit ly Deus, de quo quod est dicit Boethius, *quod Deus est id quod est*. Nota quod *de Trin. post prin*
non dicit, quod Deus est quod est, sed dicit, quod est id quod est. Essentia enim propter est, quod est. Deus autem est ipsa essentia, quæ est quod est, & per hoc Deus est id quod est. Vt non solum de Deo dicatur vere Deus est, prædicando ly est primo adiacens, verum etiam de Deo dicitur vere per est secundo

adiacens. Deus est ipsa essentia qua est. Sed cum consimiliter quæritur de homine, quid est, quod homo est, bona est responsio dicendo, quod homo est essentia. Essentia enim est quod homo est, idest est res quæ est homo, prædicando ly est secundum adiacens, vt non solum de homine dicatur vere homo est, verum etiam vere dicitur homo est ipsa essentia qua est, licet alia significatione essentia dicatur de Deo, alia de homine. Qua de causa ergo Boethius dicit de Deo. *Vnum est, & est id quod est?* quod continuo negat de cęteris suppositis. *Reliqua enim non sunt id quod sunt.*

85. Ad cuius dicti intellectum est aduertendum, quòd tripliciter potest aliquid dici esse id quod est, scilicet absolute, prærogatiue, & vere.

86. Absolute dici potest esse id quod est omne compositum ex pluribus partibus, etiã absque aliqua prærogatiua alterius illarum super alteram. Puta domus composita ex lignis, & lapidibus est id quod est. Lapides enim sunt id quod est domus, & similiter ligna, & domus est ipsi lapides, qui sunt quod est domus, & similiter ligna. Ambo enim sunt quod est domus, licet per se neutrum sit totum quod domus est, sed ambo simul. Et sic de quolibet subsistente ex diuersis composito, quia (sicut dicit Boethius) & est hoc, atque hoc, idest partes suæ coniunctæ, sed non hoc, vel hoc singulariter, & sic quod est vnumquodque compositum, non in altera partium sed in vtraque simul consistit.

87. Prærogatiue dicitur esse id quod est compositum ex pluribus quod propter præminentiam vnius partium eius super alterã illa quasi censetur totum quod est. Puta vt cum est aliquis sapiens, magnus, bonus, & cętera talium, propter sapientiæ eminentiam dicitur. Tu quantus es, totus sapientia es, tanquam nihil nisi sapientia sit, & quasi quod est sapientia sit. Et per hunc modum cum homo ex multis componitur quorum vnum est intellectus, qui est præcipuum in illo, quasi totum, quod est homo est intellectus, si quidem hic maxime homo vt dicit Philosophus 10. Eth.

88. Sed nullo horum modorum est aliquid vere quod est, quia nullum horum quod est, simplex est, & solitarium, quale est quod est, quod Deus est, puta diuina essentia. Ipsa enim simplex & solitaria est, quod est quod Deus est, dico est existente secundo adiacẽs, & Deo supposito, & ipsa eadem est, quo Deus est, est existente primo adiacens. Deus enim ipsa essentia sua est, & sic ipsa in recto est. Ipsa etiam in obliquo ablatiue est quo Deus est. Deus enim essentia idest per suam essentiam est. Et per hunc modũ solus Deus est id quod est, reliqua non sunt id quod sunt, sed potius sunt ea quæ sunt. Ex quo dicto Boethij sumitur illud positum in argumento, quòd in diuinis est idem quod est, & quo est, sed nusquam dicit illud expresse. Est autem in Deo idem quod est, & quo est, scilicet essentia. Dico quo est simpliciter, est existente primo adiacens non quo est Deus, sed existente secundo adiacens. Neque essentia inquantum est essentia simpliciter, Deus est simpliciter, non autem ipsa est Deus nisi vt habet rationem substantiæ in hoc nomine deitas. Deitate autem inquantum est deitas est Deus. Non autem deitate est, nisi inquantum deitas includit in sua ratione rationem essentiæ. Et sic quando incidunt in vnum quod est, & quo est, oportet, quòd illud sit simplex, & solitarium in illo cuius est cuiusmodi est essentia, quæ nullius alterius rationem includit, quod cõtingit in solo Deo. In omnibus enim alijs quod in illis est totum quod est, simplex non est, quod vero quod est particulariter, solitarium non est. Vnde in alijs à Deo aliud est quod est, aliud vero quo est, quia quod est, est accipiendo primo adiacens, in vnoquoque illorum sunt illud de proximo componentia, quæ non sunt quo est, est accipiendo primo adiacens. Puta homo humanitate quæ continet animalitatem rationalitatem, est homo, non autem est humanitate, nec aliquo incluso in eius significato, quo peruenimus ad simplicem rationem essentiæ, ad quam per additionem se habet ratio substantiæ, quodlibet enim ens siue Deus, siue creatura non nisi essentia ablatiue, scilicet est, esse existente primo adiacens. Aliud autem est essentia, aliud vero humanitas, sicut id quod per additionem se habet ad essentiam. Vnde super illo secundæ regulæ de hebd. *Diuersum est esse, & id quod est*, dicit Commentator. *In theologia diuina essentia, quam de Deo prædicamus cum dicimus Deus est omnium creator, dicitur esse.* Cum enim dicimus homo est, vel corpus est, vel huiusmodi, theologi hoc esse dictum intelligunt quadam extrinseca denominatione ab essentia sui principij. Non enim dicunt corporalitate corpus esse, sed esse aliquid, vt humanitate hominem esse, sed esse aliquid. Et similiter vnumquodque subsistens ab essentia sui principij prædicant non esse aliquid sed esse, illa vero quæ in ipso creata est substantia, non esse, sed esse aliquid. Et ad eundem modum quicquid operante summo principio est, eadem principali, & increata substantia dicitur esse, suo vero quolibet genere aliquid esse. Nota, quòd cum dicit. *Essentia quam de Deo prædicamus*

cum

cum dicimus Deus est omnium creator, dicitur esse, per hoc intendit, quod esse in nullo ab alio dicitur, quam ab essentia diuina sumendo essentia ablatiue, sed vnumquodque aliorum à Deo ab eo quod est, siue sit essentia, siue aliud, dicitur non esse sed esse aliquid, puta homo ab humanitate, quemadmodum etiam vt dictum est, Deus à deitate non dicitur esse, sed esse aliquid, scilicet Deus. Quæ quidem denominatio qua creatura dicitur esse ab essentia Dei, est alia ab illa quæ est ab essentia primi principij vniuscuiusque in se, quod est essentia sua propria, quod magis declarabitur in quæstione vltima. Per hunc ergo modum in solo Deo vt est indefinitum suppositum, est idem quod est, & quo est, & per consequens etiam in quolibet diuino supposito definito. In patre enim idem est, quod est, & quo est sicut in Deo simpliciter, similiter in Filio, & Spiritu Sancto, sed in quolibet istorum quoquo modo aliud est quo ad aliud est, vt patet ex supradictis.

n.19. 89. Quod ergo dicitur in argumento, quod est in diuinis est essentiale, hoc bene verum est, sed quod additur quo est est personale, falsum est. Solum enim essentiale, sicut essentia in diuinis est quod est, & quo est sub altero quicquid est in diuinis. Personale autem vt proprietas non est, nisi quo subsistens ad aliud est. Est ergo in Deo quo est, quod est, quo aliquid est, quo ad aliquid est, & qui est. Quo est Deus, essentia est. Esse enim dicitur ab essentia. Sed non est quo Deus aliquid est, quia ab essentia nihil dicitur esse aliquid, vt sit secundo adiacens, sed esse tantum vt est primo adiacens est. Sed si essentia aliquid est, hoc non est nisi quod ipsa est, inquantum ipsa essentia qua Deus est, est etiam id quod Deus ipse est. Quo autem est, est aliquid super speciales rationes, rationes super esse, & essentiam rationem illius in significatio suo includentes, cuiusmodi sunt omnia alia absoluta in diuinis, quorum primum est deitas, quæ significat essentiam sub ratione substantiæ simpliciter. Deus enim deitate non est, sed Deus est, nec magnitudine est, sed magnus est, & sic de cęteris. Est autem ad aliquid proprietate relatiua. Paternitate enim pater, & ad filium est, qui est Deus Trinitas est, & quæcunque singularum personarum, & sic Deus, alio est, alio Deus est, & alio magnus est, alio pater est. Sic ergo solus Deus est, quod est, quod idem est cum quo est. Et in omnibus alijs differunt quod est, vt propria essentia cuiusque, puta humanitas hominis, & quo est, vt essentia simpliciter. Per compositionem enim se habet humanitas à qua dicitur esse hoc, ad essentiam simpliciter à qua dicitur vnumquodque esse simpliciter, & sicut solus est quod est, sic solus est qui est, sed aliter, & aliter. Quia quod est prædicat de ipso essentiam sub ratione essentiæ pro significato ipso Deo supponente. Deus enim est quod est, quia ipse sua essentia est. Qui est vero prædicat de essentia esse sub ratione esse ipso Deo supponēte pro supposito. Dicitur enim Deus qui est, quia ipse est esse, & quia essentia significat per modum habitus, esse vero significat per modum actus. Dignior autem & nobilior est ratio actus, quam habitus, sicut vigilia, quam somnus. Idcirco licet vtrunque nomen Dei sit, quod scilicet sit, qui est, & quod sit quod est, dignior tamen denominationum eius est, qui est, quam quod est. Et sic quia in argumento minor est falsa, non est mirum si conclusio falsa sit, secundum modum tamen supra expositum.

90. Ad tertium, quòd essentialia prædicantur de relationibus personalibus dicendo paternitas est deitas, quia ista est per se, pater est Deus. Dico, quòd verum esset, si esset per se omnimode, nunc autem non est ita, quia non est per se nisi pro eo quod in significato, patris est simul quod est, & quo est, & hoc vel quo est simpliciter, vt est essentia, vel quo est aliquid, scilicet Deus, vt est essentia sub ratione substantiæ, non autem pro eo quod in illo est, quo ad aliud est, pro quo concluditur abstractum de abstracto, vt patet. Vnde regulæ Philosophorum generales in creaturis intellectu restringendæ sunt in diuinis. n.20.

91. Ad quartum, quòd relationes personarum prædicantur de essentialibus, quia pater deitate generat, & paternitate generat. Dico, quòd hoc vltimum falsum est, quia non paternitate generat, sed deitate, vt in patre subest deitas paternitati secundum superius determinata circa productionem personarū. Nec est mirum si ex præmissa falsa sequitur conclusio falsa, exponendo tamen secundum prædictum modum. Vnde Magister primo Sententiarum distinct. 34. cum in principio hanc concedat Dei natura est pater, propter rei identitatem absque repugnantia proprietatum, propter proprietatum repugnantiam negat etiam simpliciter, Filius est Pater, in capitulo. *Non ergo* in fine sic inquiens. *Si etiam dictum fuerit, cum dicis filium esse quod est pater, profecto filius pater est, responde secundum substantiam tibi dici, hoc esse filium, quod pater est, sed non secundum id quod ad aliud dicitur.* n.21. lit. D.

92. Ad quintum, quòd personæ possunt adinuicem prędicari, quia pater genuit Deū, qui est ipse, ipse autem est pater, ergo genuit Deum, qui est pater, & ille est filius, ergo n.22.

filius

filius est pater. Dico, quòd cum dicitur ex dictis August. *Deus vel pater genuit Deum, qui est ipse, ly ipse,* non refert ipsam personam nisi ratione substantiæ communis, quia genuit Deum qui est idem, & vnus in substantia cum ipso, sic enim illa pater est filius, per expositionem posset verificari nisi aliud
n.57. obstaret, vt tactum est supra. Concluditur autem ac si referret personam ratione proprietatis, propter quod non sequitur conclusio.

n.58. 93. Ad sextum, quòd essentialia in concretione possunt prædicari de inuicem, simpliciter est concedendum.

n.64. 94. Ad septimum quòd essentiale abstractum non possit prædicari de essentiali concreto. Dico, quòd verum est secundum prædicta nisi per expositinnem.

95. Et quod arguitur, quòd simpliciter, quia si Deus est bonitas, sicur ergn Deus est bonus bonitate, sic est bonus Deo. Dico, quòd verum est si illa prædicatio abstracti de concreto esset simplex, & absoluta, tunc enim vt dicitur in argumẽto, idem iudicium esset de vno, vt quicquid ascriberetur vni, & alteri. Nunc autem quia non est nisi secundum expositinnem, illud non sequitur.

96. Eodem modo respondendum est ad conuersum probans, quòd Deus vel deitas nnn sit bonus.

Conclusiones ex Quæstione secunda, Articuli Septuagesimi quinti.

1. *Per identitatem quæ est in diuinis secundum substantiam, quæ sunt diuersa, seu distincta re, aut ratione possunt mutuo de se inuicem prædicari, sed non absoluta prædicatione.* n. 26. & seq. & n. 57.
2. *Prædicatio absoluta per identitatem omnino neganda est in diuinis.* n. 34.
3. *Essentialia rationibus diuersis distincta, quarum vna includit aliam bene prædicantur inuicem, & omnino proprie, & per se.* n. 36.
4. *Quæ sunt distincta rationibus, quarum vna non includit aliam inuicem non possunt prædicari loquendo de prædicatione abstracti de abstracto.* num. 37.
5. *Prædicatione concreti de concreto eorum, quæ in diuinis distincta sunt rationibus, quarum vna non includit aliam singula essentialium bene prædicantur de singulis, licet aliter, & aliter.* n. 41.
6. *In illis, quorum vnum includit rationem alterius, magis proprie prædicetur illud, cuius communior est ratio de altero, quam subijciatur.* num. 42.
7. *In illis quorum neutrum in sua ratione includit rationem alterius, sed vnum est alterius quasi subiectum magis proprie subijcitur illud, quod habet rationem subiecti.* n. 43.
8. *Nullum illorum, quæ personalia sunt in diuinis potest prædicari de altero.* num. 46.
9. *Nullo modo vna persona de altera prædicari potest.* n. 47.
10. *Proprietates quibus personæ distinguuntur inuicem prædicari non possunt.* num. 48.
11. *Proprietas quæcunque de persona sua prædicari potest in concretione.* num. 49.

12. *In abstractione, prædicatione absoluta vnum de altero prædicari non potest. ibid.*
13. *Essentialia omnia prædicatione simpliciter absoluta prædicari possunt de personis in concreto ne ambobus existentibus, & è conuerso. n. 50.*
14. *Magis proprie prædicantur essentialia de personis, quam è conuerso: ibidem.*
15. *Essentialia in abstracto, & persona in concreto non possunt vnum de altero prædicari prædicatione absoluta. n. 51.*
16. *Prædicatione absoluta vniuersaliter concretum in diuinis non potest prædicari de abstracto. ibid.*
17. *Proprietas, & essentia de persona in abstractione prædicantur. n. 52.*
18. *Essentialia prædicatione absoluta de proprietatibus in abstractione non prædicantur. ibid.*
19. *Essentiale non potest prædicari de proprietate ambobus etiam existentibus in concretione. ibid.*
20. *Proprietas bene potest prædicari de essentia supponente tamen pro persona, sicut persona de essentiali. Ibid.*

QVAESTIO TERTIA.

Vtrum prædicatio vnius illorum de pluribus personis resoluenda sit in vnam singularem, an in vnam pluralem.

Circa tertium arguitur, quòd prædicatio vnius, siue essentialis, siue personalis de pluribus personis resoluenda est in pluralem, & non in singularem. dicendo pater est æternus, filius est æternus, & sunt tres æterni, & non vnus æternus. Pater creat, Filius creat, Spiritus Sanctus creat, & sunt vnus creans, non tres creantes.

1. Primò sic. Boethius de prædicatione essentialium in diuinis personis dicit sic. *Hæc talia sunt qualia subiecta permiserunt,* de Trin. Sed hic subiecta cum simul pluraliter supponant in propositione resolutoria, dicendo Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus sunt, quantum est de se non permittunt prædicatum aliter prædicari, quam pluraliter, quia in veris propositionibus de quibus loquimur, prædicatum debet esse conforme subiecto, & compactum, secundum superius determinata, ergo &c.

post med

2. Secundò sic, adiectiuum in prædicato debet conformari suo substantiuo in subiecto existente secundum numerum, sicut secundum casum, & secundum genus, sed essentialia pluribus sunt adiectiua voce, & re, vt bonus, iustus, verus, vel vere, vt spirator, creator, ergo &c.

3. In contrarium est Athanasius in symbolo, qui dicit. *Æternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus Sanctus, & non tres æterni, sed vnus æternus. Dominus Pater, dominus Filius, Dominus Spiritus Sanctus, & tamē non tres domini, sed vnus est dominus.*

4. Dico, quòd sicut ex eo quòd nobis scriptura in diuinis tres esse memorat, cum dicit primæ Ioan. *Tres sunt qui testimonium dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus.* Dubium videbatur mentibus audientium, quid tres illi essent, & vt dicit Augustinus sparsim 7. de Trinitate cap. 4 *cum quæritur quid tres, conferimus nos ad inueniendum quoddam speciale, vel generale nomen, quo contemplamur hæc tria, neque occurrit animo quid commune habeant.* c. 5. 7.

10. 3.

beant. Nam hic vbi nulla est essentiæ diuersitas, oportet vt speciale nomen habeant, quod tamen non inuenitur. Et verũ dicit, quia secundũ dicta iam supra, non est in rerum natura. Sic cum non solum nominamus tres, sed eos aliquid esse exprimimus, dicẽdo Pater est Deus persona æternus, Filius est Deus persona æternus, Spiritus Sanctus est Deus persona æternus, vt patet ex supra determinatis, dubium grauius de illo quod communiter esse dicitur occurrit. Cognito enim quid commune habeant, & quomodo nomine communi dicũtur Deus, persona, æternus, aut aliquid talium, conferimus nos ad intuendum, si vt sigillatim singulum eorum dicitur Deus, persona, æternus, sic simul coniunctim dicantur vnus Deus, vna persona, vnus æternus, an plures.

5. Vlterius cum manifestum sit, quòd si ad nominis cõmunitatem aspiciamus, quid æqualiter sit commune tribus dictis, qua ratione dicatur secundum vnum illorum, quòd sunt plures, aut quod tantum vnus, eadem ratione & de quolibet aliorum. Vt enim dicit Augustinus ibidem, *si propterea dicimus tres personas, quia commune est eis id quod est persona alioquin nullo modo ita posset dici, cur non etiam dicimus tres Deos?* & tamen videmus scripturas secundum aliqua illorum cõmunium dicere, quod sint plures, puta plures personæ, plures intelligentes, & secundũ aliqua, quòd sunt tantum vnus, puta vnus Deus, vnus æternus.

6 Adhuc vlterius cum notum sit hoc non procedere ex parte nominis communis, conferimus nos ad intuendum causam huius diuersitatis ex parte rerum significatarum ipsis nominibus, quam scriptura super aliquibus seruat sequens rei naturam, in aliquibus nõ. Et ideo quod super hoc scriptura testatur tenendum est, super eo autem quod non testatur quod ratio recta dictat sentiendum est.
Deut. 6. A. 4. Vt quia dicit, *Audi Israel Deus noster Deus vnus est*, tenendum est, quòd Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus simul sunt vnus Deus, sed nihilominus ratio dicti pia fide inuestigãda. Quam (vt æstimo) insinuat nobis Augustinus dicens ibidem. *Quia pater Deus, & Filius Deus, & Spiritus Sanctus Deus, cur non tres Dij? an quoniam propter ineffabilem coniunctionem hæc tria sunt vnus Deus?* Hanc coniunctionem intelligo in vna re singulari, qua omnia, quę sunt in diuinis idipsum sunt,
10.6. dicente August. 3. contra Maximinum c. 10 *Ipsa Trinitas, vnus est Deus, de quo dictum est. Non est Deus nisi vnus, quia tres vnius substantiæ sunt, & summe vnum, vbi nulla naturarum est diuersitas. Hi tres vnum sunt, propter ineffabilem coniunctionem Deitatis, qua ineffabiliter copulantur vnus Deus est.* Nomen igitur illud commune cuius significatum nullam coniunctionem habet in illa, sed abextra est omnino, secundum illud non oportet, quod illi tres sint vnum, sed possunt esse plures secundum rei illius plurificationem. Ex quo patet responsio ad illud quod quęrit August. continuo post iam dicta subdens. *Cur non* 7. de Tri. c. 4.
etiam vna persona? vt ita non possimus dicere tres personas quamuis sigillatim quemque appellemus personam, quemadmodum non possumus dicere tres Deos, quamuis singulum quemque appellemus Deum. Est enim ratio illius ex parte huius nominis Deus coniunctio eius quod significatum est hoc nomine Deus, scilicet essentia sub ratione substantiæ, secundum modum determinatum in præcedente quæstione, n. 26. 53.
cum eo, quòd est essentia simpliciter in singularis vnitatis simplicitate. Propter quã coniunctionem ineffabilem idipsum est significatum hoc nomine Deus, scilicet deitas, cum ipsa re, quæ est essentia deitatis simpliciter. Propter quod nec deitas, sicut neque essentia simpliciter, aut aliquid aliorum in illam ineffabilem coniunctionem incidens tanquam res singularis plurificari potest, licet communis sit per communionem tribus, & tamen propter communitatem illam quilibet illorum sigillatim dicitur Deus, nec tamen simul omnes plusquam vnus Deus.

7 Ex parte autem personæ ratio est distinctio rei nominis significat hoc nomine persona ad rem illam singularem, quæ est res naturæ, & necesse esse ex seipsa, non potens aliter se habere. Significatum enim hoc nomine persona cum sit nomen intentionis, non rei, vt habitum est supra, id quod significat rationis est, quod commune est Deo, & creaturæ, licet ex alia causa ex parte rei nomen personæ, & nominis significati per ipsum attribuatur Deo, quam creaturę, secundum quod alia proprietate subsistit Deus, alia sit creatura. Quod assero intellexisse August. cum dixit paulum ante vltimo dictum ab ipso. *Persona nomen generale est in tantum vt etiam homo possit hoc dici, cum tantum intersit inter hominem, & Deum* Et per hunc modum etiam quæcunque alia nomina essentialia absoluta communiter de tribus prædicata sigillatim quæ dicunt rem naturæ, resoluuntur in vnam singularem, quæ vero dicunt rem rationis, & secundæ intentionis, resoluuntur in vnam pluralem.

8. Sed tamen de illis quæ ad illam ineffabilem coniunctionem pertinent, & communiter dicuntur de pluribus, & rem primæ intentionis significant, subdistinguendum est. Quædam dicuntur de illis ratione illius vnius præcise, non per rationem aliquam distinctio-

ſtinctionis illorum, nec illam aliquo modo reſpiciunt, vt ſunt iam dicta, ſcilicet eſſentia, Deus, vita, bonitas, ſapientia, & ſingula attributa, vt abſoluto nomine penitus ſunt ſignificata, & omnia hæc, & talia in ſingularē reſoluuntur, quia nil niſi id quo in illa conuentione abſolute conſiſtunt nominant, nec ſecundum rem aliquid commune vniuerſalitate dicunt, ſed ſingulare tantum. Et ſic vt dicit Auguſt. poſt prædicta, *propter vnitatem Trinitatis non dicuntur tres eſſentiæ, ſed vna eſſentia*. Similiter, nec tres boni, ſed vnus, nec tres æterni, ſed vnus æternus, & ſic de cæteris. Tres enim numerum important reſpondentem diſtinctioni perſonarum per ſuas proprietates, vnus autem eſſentiæ ſingularitatē, quæ ambo includuntur ſimul in ſignificato Patris, Filij, & Spiritus Sancti, quæ nomina ſunt vnitatis ſubſtantiæ ſingularis, & ſingularum proprietatum diſtinctarum ipſarum perſonarum, de quibus prædicantur omnia talia abſoluta, vt denominantia illa ratione illius ſingularis ſecundum diuerſas rationes, ſub quibus illam in nominum ſuorum ſignificatis includunt, ſecundum quas etiam perſonæ ſubſiſtentes habent eſſe vnum aliquid, & propterea vni illi conformantur in numero, ſiue illis tribus ratione illius, cum quodlibet illorum ſimiliter prędicatur de ſubſtantia, & hoc ſiue ſubſtantiue ſignificentur, vt his nominibus Deus, ſubſtantia, eſſentia, ſiue adiectiue, vt his nominibus bonus, ſapiēs, æternus, & cæteris huiuſmodi, ita quod nunquam reſoluuntur in pluralem niſi ſubſtantiuo aliquo prædicato tamen ſimpliciter, & immediate expreſſo, dicendo pater eſt perſona æterna, filius eſt perſona æterna, Spiritus Sanctus eſt perſona æterna. & tres ſunt perſonæ æternæ, ſed tamen non niſi vnica æternitate, non ſicut tres homines tribus humanitatibus. Et cum ly perſona pro alio ſupponit, quam ſignificet, ſupponit enim pro re naturæ, & ſignificat rem rationis, ly æternus autem, & aliquid ſignificat quo habet eſſe aliquid id de quo prædicatur, & aliquid conſignificat quo debet conformari, vt adiectiuum ſuo ſubſtantiuo, puta numerum, ly æternus ſignificato ſuo reſpondet illi pro quo nomen perſonæ ſupponit, & hoc non niſi vt ipſum pro quo ſupponit, quod eſt Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, eſt aliquid ſecundum ſe, non autem ad aliquid.

9\. 9. Dico autem pro quo ſupponunt, & hoc immediate non mediante aliquo ſuppoſito reali indefinito, & communi ad Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, ſicut animal ſupponit pro Petro, Paulo, & Andrea mediante ſuppoſito reali communi, & indefinito, ſcilicet mediante homine, quia vt dictum eſt ſupra, nullum eſt tale commune ad Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, ſed perſona prima, & immediata ſupponit one ſupponit pro illis tribus, & quolibet illorum, ſicut ens immediata ſignificatione ſignificat ſubſtantiam, & accidens, non autem aliquid commune ad illa, quia nullum eſt, præter hoc quòd ens non æquè primò ſignificat ſubſtantiam, & accidens, licet æque immediate. n. 4.

ib. ſupr.

10\. Perſona autem æque primo, & æque immediate ſupponit pro ſingula illarum. Dico autem non niſi, vt ipſum pro quo ſupponit eſt aliquid, non autem ad aliquid, quia quælibet trium diuinarum perſonarum eſt aliquid ſecundum ſe ratione eſſentiæ, ſiue ſubſtantiæ detatis, & eſt ad aliquid ratione proprietatis relatiuæ. Nunc autem ly æternus cum dicitur Pater eſt perſona æterna, Filius eſt perſona æterna, & Spiritus Sanctus eſt perſona æterna, ſignificato ſuo reſpondet cuilibet illorum, vt quo habet quilibet illorū eſſe aliquid, & hoc inquantum quilibet illorum eſt aliquid ſecundum ſe ratione ſubſtantiæ, non autem vt eſt ad aliquid ratione proprietatis. Ly æternus vero ſuo conſignificato reſpondet ſignificato in nomine perſonæ, & hoc in genere, numero & caſu, nec refert dicere tres æterni, addendo ly tres, & abſque illo dicere æterni, & dicere cum ly vnus, vnus æternus, & abſque illo æternus. Nec oportet diſtinguere cum dicitur æterni, quòd poſſit teneri adiectiue, vel ſubſtantiue. In hoc enim nulla eſt differentia.

11\. Alia vero ſunt nomina quæ pertinent ad illam ineffabilem coniunctionem in illa vnitate ſingulari, quæ dicuntur de diuinis perſonis ratione illius vnius principaliter, reſpiciendo tamen aliquo modo ratione diſtinctionis perſonarum vnum in ſuo ſignificato incluſum, ſine qua diſtinctione non dicerentur de illis. Et ſunt hæc in duplici genere, quia quædam ſunt, quæ non dicuntur communiter de pluribus niſi in ordine cuiuſque illorum ad alium, vel ad alios, quædam vero ſunt quæ non dicuntur de pluribus niſi, vt commune, vel tres ſimul, vel duo ordinantur ad aliquem actum.

12\. Primo modo prædicantur communiter de tribus in ſingulari relationes communes, & fit prædicationum illarum reſolutio non niſi in plurali, dicendo Pater eſt idem, æqualis, ſimilis, Filius eſt idem, æqualis, ſimilis, Spiritus Sanctus eſt idem, æqualis, ſimilis, & tamen non ſunt idem, æqualis, aut ſimilis, ſed tres ijdem, æquales, aut ſimiles, & hoc propterea quia huiuſmodi relationes ſecundum rationem plurificantur in tribus, ſine qua plurificatione, nec relationes eſſent, vt habitum eſt ſuperius loquendo de relatio-

nibus communibus.

13 Secundo modo nomina de pluribus prædicata sumuntur ab actu, vt illi sunt causa vel principium illius, & sunt in duplici genere, quia aut prædicata sunt de illis, vt ipsi plures ordinantur ad actum iam instantem, & vt causa in actu illius, & sic ab ipso denominantur, vt est egrediens ab illis, aut vt ordinãtur ad ipsum simpliciter consideratum, & sic ab ipso simpliciter denominantur, vt causa eius simpliciter.

14. Quę primo modo prędicantur de pluribus, non resoluuntur nisi in vnam pluralē, & hoc siue actus illi sint absoluti non transeuntes in alium, neque in alios, siue sint actus transeuntes in aliud extra, siue in alium intra, & non significantur nisi verbaliter, siue participialiter. Actus enim absoluti non transeuntes in aliud, aut in alium, sunt actus essentiales, & sigillatim conueniunt tribus, cuiusmodi sunt intelligere, velle, qui sunt actus manentes, dicendo Pater intelligit, siue est intelligens, vult, siue est volens, similiter Filius, & Spiritus Sanctus, & tamen non sunt vnus volens, aut vnus intelligens, sed tres volentes aut intelligentes. Actus autem transeuntes non ad aliud extra, sed ad alium intra communiter à pluribus, non possunt esse nisi personales, qui non potest esse nisi vnus personalis, qui sigillatim conuenit duobus tantum, cuiusmodi est spirare. Dicitur enim Pater spirat seu spirans est, & similiter Filius, & tamen non est vnus spirans, sed duo spirantes. Actus verò transeuntes ad aliud extra, essentiales sunt, & sigillatim conueniunt tribus, cuiusmodi sunt creare, dicendo Pater creat, Filius creat, Spiritus Sanctus creat, & non sunt vnus creans, sed tres creantes. Et in omnibus huiusmodi vna causa est, videlicet, quòd talia prædicata denominant personas, vt actus ab eis egrediuntur. Nunc autem ita est, quòd licet vnum illud singulare sit in personis ratio agendi omnes diuinas actiones, principium tamen elicitiuũ illarum non sunt nisi personæ, vt personæ sunt à quibus, vt à principijs agentibus egrediuntur. Propter quod licet sit vna actio duarum vel trium indiuisa, propter tamen significandi modum illius in secundum actũ eliciendo non simul denominant illos in singulari, sed in plurali tantum.

15. Quæ autem secundo modo prædicantur de pluribus, scilicet vt ordinantur ad actũ simpliciter consideratum, & vt sunt causa, seu principium illius simpliciter, dupliciter denominantur. Vno modo ab ipso actu. Alio modo à ratione elicitiua actus. Et primo modo non significantur nisi nominaliter, sed aliter, & aliter terminantur quando denominantur sic ab actu de futuro, & quando ab actu de præsenti, aut de præterito. Quia ab actu de præsenti, aut de præterito denominãtur nominibus terminatis in or, vt creator, spirator. Ab actu autem de futuro denominantur nominibus terminatis in vus, vt creatiuus, spiratiuus. Et secundum quòd diuersimode illæ personæ plures ordinantur ad actum, vt simpliciter sunt causa seu principium illius, secundum hoc diuersimode fit prædicationum talium nominum sigillatim de singulis resolutio in singulari vel in plurali.

16. Est igitur sciendum, quòd plures personæ diuinæ possunt ordinari ad aliquem actum vnum simplicem, vt simpliciter sunt causa, seu principium illius, & ab ipso denominantur dupliciter. Primò vt illæ sunt vnum, & singulæ, non vt sunt plures simpliciter, nec vt sunt plures vnitæ. Secundò vt sunt plures, non vt sunt vnum, aut singulæ, nec vt sunt vnitæ. Primo modo ordinantur plures personæ diuinæ solum ad actus substãtiales, vel absolutos intra manentes, cuiusmodi sunt intelligere, vel extra ad aliud transeuntes, vt creare, gubernare, & hoc siue fuerit denominatio respectu actus de præsenti, siue de futuro, & semper fit resolutio in singulari, vt si liceat nomina fingi, dicendo de præsenti, vel præterito, pater est intellector, volitor, creator, gubernator, similiter Filius, & Spiritus Sanctus, & tamen non sunt tres intellectores, volitores, creatores, gubernatores, sed vnus intellector, volitor, creator, & gubernator, vel de futuro, Pater est intellectiuus, volitiuus, creatiuus, & gubernatiuus, & similiter Filius, & Spiritus Sanctus, & tamen non sunt tres volitiui, intellectiui, creatiui, & gubernatiui, sed vnus.

17. Cuius ratio est, quòd actus de præsenti, aut præterito à quibus tales fiunt denominationes, à pluribus personis diuinis procedunt in præsenti, aut processerunt in præterito, vt personæ illæ plures sunt vnum per omnimodam vnitatem, & identitatem, & secundum rem, & secundum rationem ipsarum in essentia deitatis, quæ est in personis pluribus elicitiua dictorum actuum, & quæ sic est vna, & eadem, vt est illorum elicitiua. Propter quod licet plures sunt qui agunt huiusmodi actiones, agunt tamen eas vt singuli, non sic quòd illarum aliqua agit aliquam actionem essentialem, quam simul aliæ non agant, sed sic quòd si per impossibile ponatur, quòd duæ illarum aliquam dictarum actionum non agant, puta creare, non sequitur ex hoc, quòd tertia non creat, aut quòd sit impossibile eam creare. Licet enim sit impossibile simpliciter, quòd vna diuinarum

per-

perſonarum aliquod eſſentiale agat, quia reſpectu illarum indiuiſa ſunt opera Trinitatis, tamen poſito, quòd duæ non creent, ex hoc non ſequitur, quod tertia non creet, tanquam incompoſſibile antecedenti illi, quòd tertia creet, quaſi non poſſit procedere actus eſſentialis, qui eſt creare, niſi à pluribus perſonis ſimul, ſicut non poteſt procedere perſonalis actus, qui eſt ſpirare, niſi à pluribus ſimul, quem idcirco ſpirant pater, & filius non vt ſinguli, ſic quòd aliquis illorum poſſit ſpirare ſine altero, ſed vt plures ſimul, ſic vt neuter illorum poſſit ſpirare illum ſine altero, immo quod hoc eſſet ponere (ſi poneretur) non ſolum impoſſibile ſecundum ſe, ſed etiã incompoſſibile ponenti, ſcilicet quod dictas actiones eſſentiales agunt plures perſonæ, vt ſinguli, & ita ſecundum ſe non agunt eas, vt plures ſimpliciter, quia tunc non agerent eas, vt ſinguli, neque vt plures perſonæ vnitę, quia tunc neutra illarum ageret eas ſecundum ſe.

18. Secundo modo ordinantur plures perſonæ diuinæ ſolummodo ad actum perſonalem, qui eſt ſpirare, & reſpectu cuiuſcunque temporis fuerit denominatio ſemper fit reſolutio in plurali, dicendo Pater eſt ſpirator, & ſpiratiuus, & ſimiliter Filius, & tamen non eſt vnus ſpirator, aut ſpiratiuus, ſed tantum duo ſpiratores, & duo ſpiratiui. Cuius ratio eſt, quòd actus à quo tales ſiunt denominationes, procedit à pluribus perſonis vt ſunt plures per pluralitatem, & diuerſitatem ſecundum rationem ipſius vis ſpiratiuæ, quæ eſt voluntas libera, & inquantum in perſonis ſpirantibus eſt bifurcata. Voluntas enim quę in diuinis non poteſt eſſe niſi vnica, & tribus perſonis eſt communis atque eſſentialis in patre, & filio eſt communis ratio ſpirandi, atque notionalis. Non eſt autem ſpirandi ratio in ipſis, vt eſt voluntas ſimpliciter, nec vt eſt plurium ſimpliciter. Sic enim in Spiritu Sancto eſſet vis ſpiratiua eo quòd in ipſo eſt eadem voluntas, quæ eſt in patre, & filio, vt eſt voluntas ſimpliciter, & vt eſt plurium ſimpliciter, eo quod non eſt in ipſo niſi a patre, & filio, in quibus eſt primo ordine quodam naturæ, ſed voluntas eſt ſpirandi ratio in ipſis ſolummodo, vt ipſa eſt plurium bifurcata, ſcilicet vt eſt per amorem tendens à patre in filium, & è conuerſo vt eſt per amorem tendens à filio in patrem, iuxta illud quod dicit quædam propoſitio de maxima theologiæ. Alani. *Monas monadem genuit*, ſcilicet pater filium, *& in ſe ſuum reflectit amorem*, monas ſcilicet vna in alteram vice verſa. Propter quod plures perſonæ ſpirantes ſcilicet pater, & filius, non ſpirant vt vnum, & ſinguli quemadmodum creant ſecundum ſe iam dicta, ſed ſolummodo, vt plures ſimul, ita quod ſi per impoſſibile ponatur quod vnus illorum non ſpiret, ſequitur quòd alter non ſpiret, & quòd ſit impoſſibile eum ſpirare, immo quòd ſit impoſſibile ponere ipſum ſpirare, ſuppoſito quòd ille non ſpiraret, quia non poteſt actus ſpirandi procedere niſi a pluribus ſimul.

19. Quod vero prædicatur de pluribus perſonis diuinis, vt ordinantur ad actum ſimpliciter conſideratum, & vt ſunt cauſa, & principium illius, & denominantur à ratione elicitiua, ideſt ipſum nominant ſemper hoc nomine principij, ſub ratione autem principij ordinantur plures perſonæ diuinæ, ad quemcunque actum eſſentialem, & perſonalem, ſemper fit reſolutio in ſingulari dicẽdo in actibus eſſentialibus, Pater eſt principium intelligendi, volendi, creandi, gubernandi, & ſimiliter Filius, & Spiritus Sanctus, & non ſunt tria principia, ſed vnum ſunt principium. Similiter dicendo in actu perſonali Pater eſt principium ſpirandi, Filius eſt principium, & non ſunt plura principia ſpirandi, ſed vnum principium. Cuius ratio eſt diuerſa in actibus eſſentialibus, & in actu perſonali, quod in vtroque iſto modo plures perſonæ diuinæ ordinantur ad actum vnum ſingularem ſimplicem, vt ſimplex cauſa, & principium illius ſub ratione huius nominis principium, ſed in actibus eſſentialibus vt ſunt vnum, & ſingulæ, non vt ſunt plures ſimpliciter, neque vt ſunt plures vnitę ſiue per vnionem. In actu vero perſonali qui eſt ſpirare, vt ſunt vnum, & non ſingulæ, nec vt ſunt plures ſimpliciter, ſed vt ſunt plures vnitę.

20. Ad cuius intellectum ſciendum, quòd voluntas quæ ſub ratione reſpectus notionalis eſt ratio ſpirandi, ſiue vis ſpiratiua, & communis ſolis patri, & filio, & quæ vt abſoluta eſt communis eſt tribus perſonis, & eſſentialis, ſi conuerſiue accipiatur, vt eſt notionale, & vt eſt eſſentiale, ipſa ordinatur vt ratio elicitiua ad tres actus, quorum vnus eſt notionalis, vt ſpirare, alij autem duo ſunt eſſentiales, vnus manens intra qui eſt velle, alius tranſiens extra qui eſt creare, gubernare. Quorum primus communis eſt patri, & filio, nec conuenit Spiritui Sancto, alij autem duo communes ſunt tribus perſonis, ſed differenter voluntas eſt ratio elicitiua illius actus notionalis, & iſtorum eſſentialium, & diuerſimode duorum actuum eſſentialium à tribus perſonis diuinis, ſed vniformiter, ſiue conformiter eſt ratio elicitiua actus notionalis à patre, & filio.

21. Voluntas enim reſpectu actus eſſentialis, qui eſt velle, licet ſit eadem in tribus,

sicut est idem actus volendi ab illis, & in illis per voluntatem, vt est natura, quia tamen est in Patre ex seipso, & in Filio a Patre, & in Spiritu Sancto a Patre, & Filio, licet pater velit voluntate, quæ est plurium, non tamen vt est plurium, sed solummodo, vt est sui, quia ordine quodam rationis actus essentiales intelligendi & volendi, vt sunt patris primi sunt, & quasi præuij ad actus notionales dicendi, & spirandi, ita quòd pater voluntate, vt sua est vult absque eo, quod sit alterius, quia non est alterius, nisi Filij per generationem, & Spiritus Sancti per spirationem. Filius autem cum hoc, quòd vult voluntate, quæ est plurium, sed vt sua est, quia ipsa solummodo ex eo quod est Filij est ratio elicitiua actus volendi ab illo, & hoc vt ratio propter quā sic, vult etiā illa vt pluriū est, .s. sua, & patris, q̄a nisi esset patris non esset sua, eo q̄ eā habet à patre. Sed quod vult voluntate illa, vt est pluriū, hoc solū est in ratione sine qua nō, q̄a non vellet ipsa vt sua, nisi ipsa esset plurium, quia sine hoc non est sui. Consimiliter Spiritus Sanctus cum hoc quod vult voluntate quæ est plurium, etsi sit bifurcata, vt per amorem tendat ab vna persona in alteram, & è conuerso, absque respectu ad actum spirandi, sed vt sua est, quia solummodo ex eo, quòd est Spiritus Sancti est ratio elicitiua actus volendi ab illo, & hoc vt ratio propter quam sic, etiam vult voluntate illa, vt est plurium, scilicet sua, patris, & filij simul, quia si non esset patris, & filij non esset sua, eo quòd eam habet ab illis. Sed quod vult voluntate illa vt est plurium, hoc solum est, vt ratione sine qua non, quia non vellet illa, vt sua nisi ipsa esset plurium, quia sine hoc, quòd est patris, & filij non posset esse sua.

22. Voluntas etiam respectu actus essentialis qui est creare, licet sit eadem in tribus, sicut idem actus creandi est in illis, & vult illis per voluntatem, vt est libera arbitrio, quia tamen actus essentiales ad extra præsupponūt actus notionales ad intra, sicut actus essentialis volendi, & intelligendi Spiritus Sancti, quasi præsupponit actum notionalem spirandi, quo Spiritus Sanctus habet esse, & sicut actus volendi, vel intelligendi filij quasi præsupponit actum notionalem generandi, quo filius habet esse, licet quælibet trium diuinarum personarum creet voluntate, quę est plurium, sed vt est sua, quia solummodo ex hoc, quòd est illius, est elicitiua actus creandi, & hoc vt ratio propter quam sic, tamen etiam cum hoc creat voluntate, vt est pluriū, scilicet Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, quia nisi esset Filij, & Spiritus Sancti, pater non posset creare illa, quia ordine naturæ actus notionales sunt præuij ad actus essentiales extra, & sic nisi esset Filij, & Spiritus Sancti, non esset patris ad creandum, licet secundum prædicta esset sua ad intelligendū, & volendum. Sed quod pater creat voluntate illa vt est plurium, hoc solum est vt ratione sine qua non, quia sine illo, vt dictum est, non esset sua ad creandum, & fortiori ratione, nisi voluntas qua creat filius, & Spiritus Sanctus esset patris, non possent creare illa. Et causa iam dicta est causa propria, quia scilicet filius, & Spiritus Sanctus habent illam à patre. Et consimili ratione nisi voluntas, qua creat Spiritus Sanctus esset filij, Spiritus Sanctus non posset creare illa, quia illam etiā habet a filio sicut à patre.

23. Voluntas autem respectu actus notionalis qui est spirare, quod specialiter valet ad propositum, licet eadem sit in tribus personis, vt est absoluta voluntas secundum dicta, tamen vt est ad actum spirandi est in solis Patre, & Filio, non autem in Spiritu Sancto. Et sic Patri, & Filio secundum quòd ordinantur ad actum spirandi non conuenit voluntas, vt est libera, vt sunt vnum in voluntate simpliciter. Sic enim nihil minus Spiritus Sanctus ordinaretur per eandem ad actum eundem sicut per illam ordinatur ad eundem actum volendi, & creandi, ad quem Pater, & Filius secundum dicta, sed solummodo conuenit eis, vt sunt vnum in voluntate existente sub ratione respectus notionalis, per quem ipsa voluntas habet esse vis spiratiua ad actum spirandi ordinata.

24. Et hoc tripliciter, vel vt est ratio eliciendi actum spirationis prima, & remotissima, vel vt est ratio eliciendi ipsum mediata, vel vt est ratio eliciendi ipsum proxima, & immediata tanquam causa, & in actu ad producendum aliquid in actu, & hoc quemadmodum in naturalibus, potentia volandi est prima in ouo remotissima, in volucri autem formata, antequam plumas habeat mediata, in volucri autem iam plumata proxima, & immediata, vt nihil restet, vt volet nisi appetitus. Et quolibet istorum trium modorum voluntas est ratio communis Patri, & Filio in spirando Spiritum Sanctum. Voluntas autē primo modo, vt est ratio eliciendi ipsum actum spirationis remotissima, ipsa est in Patre, & Filio, simul absque Spiritu Sancto communis ratio eliciendi ipsum actum spirandi, vt Pater, & Filius in illa sunt vnum, & hoc ab vnitate illius voluntatis, & hoc voluntatis, vt habet rationem notionalis, quēadmodum ab vnitate voluntatis essentialis, quæ est principium creandi, tres personę sunt vnum principium creandi, vt supra declarauimus. Voluntas autem secundo modo, scilicet vt est ratio eliciendi ipsum actum spiratio-

rationis mediata, ipsa similiter est in Patre, & Filio simul absque Spiritu Sancto, existens ratio eliciendi ipsum actum spirandi, non vt Pater, & Filius in illa sunt vnum, & singuli, sed potius vt in illa sunt plures, & hoc ab infinitate ipsius voluntatis. Propter quam cum Pater sit spirator, & Filius similiter, non tamen sunt vnus spirator, sed duo spiratores. Voluntas vero tertio modo, scilicet vt est ratio eliciendi actum spirationis proxima, & immediata, ipsa similiter in Patre, & Filio simul absque Spiritu Sancto est communis ratio eliciendi actum spirandi, non vt Pater, & Filius vnum sunt in illa ab vnitate ipsius voluntatis, neque vt plures sunt in seipsis, sed vt vnum sunt in illa ab vnitate vnionis illius per concursum illarum in vnum actum elicitum, prout diuersi vna chorda trahentes nauem dicuntur vnum principium tractus, licet dicantur plures tractores, vel plures trahentes.

25. Per hunc ergo modum Pater, & Filius dicuntur primo modo principium vnicum spirandi propter vnitatem voluntatis, vt est in vtroq; sub respectu ad actũ spirãdi vt ratio spirãdi prima, & similiter dicũtur secũdo modo plures spiratores propter vim siue rationem spiratiuam bifurcatam, vt est ratio spirandi mediata, & tertio modo iterato dicuntur vnum principium spirandi propter eandem confurcatam, vt est ratio elicitiua actus spirandi proxima. Pater enim, & Filius quasi voluntate bifurcata mutuo in sese quasi exufflantes æstum amoris sui de amore essentiali communi vtrique concutiunt quasi in concursu duplicis flatus (qui tamen non est nisi vnicus re) amorem intentum qui est Spiritus Sanctus de amore essentiali, ad modum quo duo è diuerso sufflantes in carbonem ignitum concutiunt flammam, & tunc primo quasi concutiunt cum flatus sui concurrunt, & cum voluntas bifurcata facta est confurcata, in qua confurcatione voluntas duorum facta est concors. Et quia non habet respectum aliquem, vt est in solo patre ad actum spirandi, sed cum simul est communiter in duobus, patre videlicet & filio, & vt sub respectu tali bifurcatur secundum dictũ modum, & iterum confurcatur, idcirco voluntas, vt est vis spiratiua non est proprie à patre in filio, sed simul, & æquè primo in vtroque, & hoc secundum ponentes, quòd Spiritus Sanctus non potest procedere à solo patre. Secundum Græcos autem ponentes, quòd procedit a solo patre, si ponerent, quòd posset procedere ab ipso solo, etiam si per impossibile alius non spiraret, quod tamen procedat ab vtroque, quia pater vim spiratiuam, qua solus etsi non spiraret alius, posset spirare, alteri scilicet filio communicat, tunc non æquè primò esset vis spiratiua in vtroque, sicut nec est vis volitiua respectu actus volendi essentialis, & respectu actus creandi. Et secundum hoc quoquo modo aliter Pater, & Filius communiter spirant, quam tres personæ communiter intelligunt, aut creant.

26. Quod arguitur, quòd omnis prædicatio prædicta debet resolui in pluralem, quia personæ plures simul in subiecto contentæ non permittunt resolutionem in singulari. Dico, quòd verum est, quantum est de ratione pluralitatis illarum, ratione tamẽ vnius, aut virtutis illarum in spirando secundum dictum modum bene singularem numerum permittunt. n.25

27. Ad secundum, quòd essentialia in pluribus sunt adiectiua, quæ conformari debent numero substantiuo, cum ergo plures personæ simul pluralem numerum repræsentent, ergo &c. Dico, quòd verum est quantum est ex ratione distinctionis personarum, tamen quantum est ex ratione illius vnitatis, aut vnionis, secus est. Vnde in tali resolutione non est aliqua differentia adiectiuorum à substantiuis. n.26

28. Argumentum in oppositum concedendum secundum prædictum modum. n.18

:::

Con-

Conclusiones ex Quæstione tertia, Articuli Septuagesimi quinti.

1. *Quæ dicuntur de tribus ratione vnius præcisè, absque respectu ad aliquam distinctionem in singularem resoluuntur, vt essentia, Deus, Vita, Bonitas, Sapientia, & singula attributa. n. 8.*
2. *Huiusmodi possunt resolui in pluralem substantiuo aliquo prædicato, vt dicendo sunt tres personæ æternæ. ibid.*
3. *Quæ dicuntur de tribus ratione vnius, sed in ordine cuiusquam illorum ad alium, vel ad alios, resoluuntur non nisi in plurali, vt relationes communes. n. 12.*
4. *Quæ dicuntur de pluribus in ordine ad actus iam instantes, siue absolutos, siue transeuntes in aliud, vel in alium, vel intra, vel extra, vt egredientes ab illis non resoluuntur nisi in vnam pluralem. num. 14.*
5. *Quæ prædicantur de pluribus vt ordinantur ad actum simpliciter consideratum, vt sunt vnum. & singula semper fit eorum resolutio in singulari. num. 16.*
6. *Quæ prædicantur de pluribus, vt ordinantur ad actum simpliciter vt sunt plures, non vt sunt vnum, aut singulæ, nec vt sunt vnita semper fit eorum resolutio in plurali. n. 18.*
7. *Quæ prædicantur de pluribus vt ordinantur ad actum simpliciter consideratum, & vt sunt causa, & principium illius, & denominantur à ratione elicitiua, semper fit eorum resolutio in singulari. n. 19.*

QVAESTIO QVARTA.

Vtrum prædicatio plurium personarum de vno illarum siue essentiali, siue personali resoluenda sit in vnam singularem, an in vnam pluralem.

Circa quartum arguitur, quòd prædicatio plurium personarum de vno essentiali debet resolui in aliquam singularem, dicendo Deus est Pater, Deus est Filius, & Deus est Spiritus Sanctus, & est vnus aliquis non tres aliqui.

1. Primò sic. Plures de vno prædicato non sunt tres aliqui, nisi quia est vna natura communis vniuersalis ad illa, puta si dicatur bonus est Petrus, bonus est Paulus, bonus est Andreas, ergo bonus est plures aliqui puta tres homines, nisi quia est vna natura communis ad illos tres. Ad patrem autem, & filium nulla est natura communis vniuersalis, quia in diuinis non est sumere communem speciem, secundum Damascenum, ergo &c.

2. Secundò sic. Prædicata diuersa, quæ singulas vnitates important, ex quibus nullus constituitur numerus, in aliquam pluralem resol-

resolui non possunt, quia quæcumque pluralitas ponit numerum, prędicatio diuersarum personarum diuinarum de vno substantiali est diuersorum prædicatorum quæ singulas vnitates important, ex quibus nullus constituitur numerus, dicente Boethio de Trinit. (ad med.) *Nulla in Deo diuersitas est, nulla ex diuersitate pluralitas, atque ideirco nec numerus*, ergo &c.

3. In contrarium est illud, quòd maior est diuersitas siue distinctio inter patrem, & filium inquantum sunt pater, & filios, quam inter spiratorem, & spiratorem. Sed cum spirator prædicatur bis, non potest prædicatio resolui in singularem, sed tantum in pluralem, secundum dicta in quæstione præcedenti, ergo pater, & filius cum prædicantur quodlibet eorum semel, non potest eorum prædicatio resolui in singularem, sed in pluralem, ergo &c.

4. Quæstio hæc conuersa est præcedentis, illa enim est de resolutione essentialis vnius prædicati de duabus personis, hæc è conuerso de prædicatione duarum personarum de vno essentiali. Et sicut illa supposuit ex alia quæstione pręcedente, quòd idem essentiale possit prædicari de pluribus personis, sic, & ista supponit, quòd plures personæ possint prædicari de eodem essentiali, & (q. 2. ibid. ibid.) hoc ex eadem quæstione, & bene, quia in illa determinatum est, quòd in concretione personæ indifferenter prædicantur de essentialibus, & è conuerso, licet magis propriæ sint illæ in quibus prædicatur essentiale de personis quam è conuerso.

5. Et re vera vtrobique, siue in prædicato, siue in subiecto sint plures personæ, ex diuersis propositionibus semper sequitur vna coniuncta de copulato prædicato, aut subiecto, vt si Deus est Pater, Deus est Filius, Deus est Spiritus Sanctus, ergo Deus est Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, & è conuerso, si Pater est Deus, Filius est Deus, Spiritus Sanctus est Deus, ergo Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus Deus sunt. Siue enim essentialiter se habeant inuicem prædicata, & subiectum, vel è conuerso subiectum, & prædicata, semper ex diuersis sequitur coniunctum per copulationem, puta si homo est animal, & est etiam risibilis, sequitur, ergo homo est animal, & risibile, & è conuerso, si animal est homo, & risibile est homo, sequitur ergo animal, & risibile sunt homo. Siue etiam accidentaliter se habentibus inter se, sequitur, puta homo est albus, homo est monachus, ergo homo est album, & est monachus, & è conuerso monachus est homo, albus est homo, ergo monachus, & albus sunt homo, licet secundum artem secundi Perihermenias, coniunctio sine copulatione non sequatur nisi in essentialiter se habentibus, & hoc siue diuersis modis per se, vt si homo est animal, & est risibilis, sequitur, ergo est animal risibile, & è conuerso, siue eodem modo dicendi per se, vt si homo est substantia, & est animal, sequitur ergo est substantia, animal, & è conuerso. Sed in talibus non sequitur coniunctum per copulationem, ergo homo est substantia, & animal, & è cõuerso. E contra autem coniunctum sine copulatione non sequitur in accidentaliter se habentibus. Non enim sequitur, homo est monachus, homo est albus, ergo homo est monachus albus, nec è conuerso, monachus est homo, albus est homo, ergo monachus albus est homo.

6. Sed aliqui erant, qui concedebant, quòd prædicatio vnius essentialis de pluribus personis bene resolueretur in vnam singularem prædicationem de copulato subiecto, dicendo Pater est Deus, Filius est Deus, Spiritus Sanctus est Deus, ergo Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus sunt vnus Deus, sed non concedebant conuersam illius Deus est Pater, Deus est Filius, Deus est Spiritus Sanctus, ergo vnus Deus est Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, scilicet quòd vnus Deus est tres personę, scilicet Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. Dicente Magistro Sententiarum distinct. 4. *Quidam veritatis aduersarij concedunt Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum siue tres personas esse vnum Deum, vnam substantiam, sed nolunt concedere vnum Deum, siue vnam substantiam esse tres personas*, (lit. C.) & hoc sicut dicit dist. 34. in principio, *dicentes eandem essentiam non posse esse patrem, & filium sine personarum confusione*. (lit. A.) Quod si ita esset, nequaquam prædicatio plurium personarum de eodem posset conuerti in pluralem copulatam. Non enim sequitur, album est Petrus, album est Paulus, album est Andreas, ergo album est plures homines, nisi quia sequitur, album est Petrus, Paulus, & Andreas, ergo album est Petrus, Paulus, & Andreas, siue plures homines, vt tres. Sed postquam concesserunt illam, Pater, Filius, & Spiritus Sãctus sunt vnus Deus, necesse habebant cõcedere conuersam, licet non esset ita propria. Nec oritur personarum confusio, tum quia talis prædicatio essentialium cum personis non fit nisi ratione rei absolutæ significatæ nomine personæ, quæ prædicatur de personis, tanquam commune per communionem, quod commune virtute in se continet omnes personales proprietates, sicut genus prædicatur de specie tanquam commune vniuersalitate, quod virtute in se continet omnes differentias, tum quia habet terminus substantialis

tialis supponens prædicatiuoi plurium personarum simul personalem suppositionem, non dico determinatam pro aliquo supposito indeterminate accipiendo, sed indeterminatam, scilicet pro pluribus determinate acceptis simul, sicut cum dicitur spina crescit Parisijs, & Romæ, & tamen non eadem, sed alia, & alia crescit hic, & ibi. Nec variatur in aliquo siue ad singulare essentiale apponatur ly vnus, siue non, quia in singulari numero semper intellectus vnus secundum Prisc. Sed de ista, Deus est Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus de prædicato copulato eadem quæstio est cum quæstione de principali proposito, vtrum scilicet prædicatio plurium personarum de vno essentiali possit resolui in vnam categoricam pluralem simplicem, sicut illa, album est Petrus, & Paulus, & Andreas, ergo est plures. Similiter album est Petrus, album est Paulus, album est Andreas, resoluuntur in pluralem sic, ergo album est plures, seu tres homines, & non in singularem sic, ergo album est vnus homo.

7. Et reuera ista quæstio nihil aliud quærit, quam quid respondendum esset, si cum dicitur Deus est Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, quæreretur qui, vel quid sunt Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, quod quærebant hæretici dicentes qui tres, vel quid tres. Vbi cum quæritur qui tres, vt dictum est supra, quæritur aliquid commune reale per vniuersalitatem, sicut cum quæritur de Petro, Paulo, Andrea quid sunt, & bene respondetur tres homines, quia numerum in humanitate habent. Talis autem responsio ad talem interrogationem in diuinis esse nõ potest, vt bene probat ratio secunda ex dictis eius assumpta. Quæstio enim per qui sunt, de pluribus personis propositis, non solum quærit aliquid commune reale responderi, sed quærit etiam responderi commune reale plurificatum, quia ly qui in tali interrogatione est neutri generis, & pluralis numeri, & masculini generis singulare respondens est hoc, quod est quis. Et quærunt ambo, scilicet quid, & qui sibi respondens, de essentia, sed quid de essentia simpliciter quærit, & petit sibi responderi de illa singulariter. Vnde siue aliqua, siue alicuius sit singularis, seu communis commonitate vniuersalis, cum quæritur singulariter de vnico supposito, vt quid est Petrus, bene respondetur dicendo singulariter, quòd est homo, vel quid est pater, bene respondetur singulariter, quòd est Deus. Et si in diuinis quæratur de pluribus psonis simul ꝓpositis quid tres, similiter bene respõdetur singulariter dicẽdo, quòd sunt Deus, sicut idem respondetur cum quæritur de singula persona quid. Nec est alia responsio ad quid de singulis, & de omnibus simul, & hoc quia dicendo Pater est Deus, Filius est Deus, Spiritus Sanctus est Deus, quòd hoc nomen Deus ternò repetitur, tres vnitates repertæ in repetitione huius nominis Deus, non faciunt pluralitatem numeri, siue numerum pluralem, neque ratione nominis significantia, neque ratione rei significatæ, neutro enim modo sunt tres, licet ter eadem vox proponatur, & ita nec numerum simpliciter, quia non est numerus, nisi sit pluralis, & hoc (sicut dicit Boethius) *in eo quod ipse sunt*, idest in illo quod est, quod est singulus illorum per se, & tres simul. Id ipsum enim singulare quod est, est quod Deus est, quod Pater est, quod Filius est, quod Spiritus Sanctus est, quod Trinitas idest Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus simul, est, & id ipsum, quod est, quo est Deus, quo est Pater, quo est Filius, quo est Spiritus Sanctus, quo est Trinitas, quia in ipsis vnum est, quod est, & quo est, & tantum vnicum singulare, & solitarium est, vt vna essentia singularis, *quæ* (vt dicit Comment. Boethij) *pater, vel eius filius, vel amborum spiritus & est, & vnum est, & est id quod est, quæ etiam simul, & æqualiter ipsi, & sunt, & sunt vnum, & sunt id quod sunt*. Essentia namque illorum singularis est, & simplex est, igitur, & horum quilibet per se, & omnes simul dicuntur, & esse, & esse vnum, & esse id quod sunt, ita quòd in Deo non est numerus, sed vnitas tantum.

8. Et hoc excludendo numerum, qui consistit in essentia cuiuslibet compositi ex quod est, & quo est, tanquam ex differentibus. Propter quod Deus est simpliciter. Et similiter excludendo numerum, qui consistit in plurificatione essentiæ in pluribus, qualem posuerunt in deitate Semiarriani secundum superius exposita, & qualis est in essentia cuiuslibet speciei creaturę, proter quod Deus non solum est simplex, sed singularis, vnicus, & est dupliciter vnus, scilicet simplicitate, & singularitate, prout determinatum est supra loquendo de vnitate. Sed de illa vnitate, quæ consistit in singularitate, est sermo principaliter ad præsens, quæ excludit numerum Deorum, & Deitatum, & hoc secundum quòd dicit Boethius, aduertendo ad res numerabiles, ex quarum diuersitate solet numerus esse, quia si ipsa non esset in rebus, nullus numerus esset in eis, non autem ad voces, quibus numerus ex diuersitate proueniẽs siue multitudo rerum exponitur, quod appellat Boethius aduertere ad numerum ipsum, qui propter trinam vocis repetitionem numerus dicitur imitatione ad diuersitatem rerum numerabilium.

9. Et est quædam distinctio talis, quòd

scili-

ſcilicet eſt quidam numerus rei, quem numeramus, & eſt quidam numerus imitationis, quo numeramus, eo ſcilicet quòd res numero numeramus. In quo ſcilicet numero quo numeramus, qui conſiſtit in vocibus, ſæpe rerum multarum repetitio, quandoque vnius tantum quaſi diuerſarum vnitatum numerũ quendam facit. Sed in eo numero quem numeramus, qui conſiſtit in rebus numerabilibus, non vnius repetitio, quæ fit tanquam diuerſarum vnitatum numeratio, numerum verum facit, ſed potius talem numerum facit illius vnius repetitio, cuius rerum diuerſa proprietas, cuius ſemper comes eſt diuerſitas vnitatum, numeroſam facit rerum diuerſitatem, nam numerus talis eſt ex diuerſis proprietatibus diuerſorum multitudo, atque collectio. Et in primo modo numeri quotieſcunque vnum repetitur, non facit collectio plura aliquid, ſicut facit in ſecundo. Dicendo enim ter per idem nomen Deus, Deus, Deus, non facit plures Deos circa commune per communionem, ſicut nec circa ſingulare incommunicabile facit plures, dicendo per nomina ſynonyma Marcus, Tullius, Cicero. Sed dicendo per idem nomen ter pro ſuppoſito, homo, homo, homo, facit tres circa commune per vniuerſalitatẽ. Et ſic repetitio vnius ſecundum vocem ter in numero, quo numeramus facit ſemper pluralitatem, non autem ſemper facit pluralitatem in numero quem numeramus, ſcilicet in numero rerum. Poteſt enim vnum ſingulare agnoſci vno vocabulo pluries repetito, vt Deus, Deus, Deus, vel pluribus vocabulis, vt Marcus, Tullius, Cicero, enſis, mucro, gladius, in quibus vnitatum repetitio pluralitatem facit in vocis materia, non rerum ſignificatione. Nec refert ſiue eadem voce idem repetatur, ſiue diuerſis, & ſic ſecundum *Boethium* dicitur Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus Sanctus, atque hæc Trinitas vnus Deus, veluti ſi ſol, ſol, ſol dicatur vnus ſol, præterquam in illis, quòd illic ſubiecta, quibus dicitur Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, ſiue Trinitas, habent in ſuo ſignificato proprietates, quarum nullam in ſuo ſignificato habet prædicatum quod eſt Deus. Hic vero ſubiecta quibus dicitur ſol, ſol, ſol, non habent in ſuo ſignificato quod non habet prædicatum quod eſt ſol. Sic ergo ſi in diuinis quæratur de pluribus perſonis ſimul propoſitis, quid tres? bene reſpondetur quòd ſunt Deus, ſicut cum idem quæritur de ſingulis.

10. Sed ſi quæratur in creaturis de pluribus ſimul propoſitis, puta Petrus, Paulus, & Andreas quid ſunt, in ſingulari reſponderi omnino non poteſt, quia non eſt aliquod vnũ ſingulare, aut commune quod ſingulariter eſt quod ſunt. Et quæſtio per quid licet ſit de eſſentia ſimpliciter, ſolum tamen petit ſibi reſponderi ſingulariter. Quæſtio vero per qui neutri generis, & pluralis numeri, licet ſimiliter quærat de eſſentia ſimpliciter, tamen petit ſibi reſponderi de eſſentia pluraliter, & plurificata, non autem ſingulariter. Vnde qualiſcunque ſit eſſentia illius de quo interrogatur, ſiue ſingularis, & ſolum communis communitate communionis, ſiue vniuerſalis, & communis communitate vniuerſalis, non petit ſibi reſponderi de eſſentia niſi pluraliter, & vt ipſa eſt plurificata. Et quia in creaturis illam contingit plurificari in pluribus, ideo in illis de pluribus perſonis ſimul propoſitis, puta Petro, Paulo, & Andrea, ſi interrogetur qui ſunt, neutraliter ſumendo ly qui, & pluraliter, bene reſpondetur pluraliter, dicendo quòd ſunt homines ſicut reſpondetur de quolibet illorum per ſe, quòd ſit homo. Sed ſicut in talibus terminata quæſtione de quid eſt, quæ quærit de eſſentia ſimpliciter, vt de Petro, quod ſit homo, vt quæſtio de Petro quid eſt, & reſponſum ſit, quòd ſit homo, adhuc reſtat quæſtio per quis eſt, quæ quærit de proprietatibus ſingularis perſonæ, qua quæritur quis eſt Petrus, eo quòd plures perſonas, ſeu ſuppoſita ſingularia eodem nomine contingit nuncupari, & reſpondendum eſt per proprietates, qua, vel quibus vnumquodque indiuiduorum ab alio diſcernitur, puta longus, vel breuis, niger, vel albus, & huiuſmodi. Sic in talibus terminata quæſtione per qui, neutraliter & pluraliter ſumendo ly qui, quod quærit de eſſentia plurificata, vt de Petro, Paulo, & Andrea ſimul, quòd ſunt homines, reſtat adhuc quæſtio per qui maſculinè, & pluraliter ſumendo ly qui, quod quærit de proprietatibus plurium ſingularum perſonarum, dicendo, qui Petrus, Paulus, & Andreas? Et reſpondendum eſt Petrus, Paulus, & Andreas longi, vel breues, vel aliter ſecundum diuerſitatem ſingulorum. In diuinis autem vt in propoſito quęſtio per qui neutraliter, & pluraliter, non quærit eſſentiam communem plurificari in pluribus diuinis perſonis, quia non quærit vt dictum eſt, niſi de eſſentia pluraliter, & plurificata, quia ad talem quęſtionem non contingit reſpondere propria reſponſione reſpondente quæſtioni modo quo reſpondetur in creaturis. Vnde in creaturis reſponſioni de ſingulis per quid, reſpõdet reſponſio de pluribus ſimul per qui. Sed in diuinis reſponſioni de ſingulis per quid, non reſpondet reſponſio de pluribus per qui. Et in diuinis bene reſpondetur de pluribus ad interrogationem factam per quid, non

autem in creaturis. Et similiter in diuinis terminata quæstione quid est pater, non quæritur vlterius quis pater, ad determinandum aliquam quæstionem in hoc nomine pater respectu eorum, quæ sunt in diuinis, quia non possunt esse plures patres in diuinis, licet ad determinandum quæstionem respectu illorum, qui sunt patres in creaturis, respondendum est pater æternus, immortalis, & cætera huiusmodi. Nec habet locum in diuinis quæstio per quis pluraliter, siue masculine accipiatur, & hoc respectu aliquorum quæ sunt in diuinis. Potest tamen habere locum respectu eorum, quæ eisdem nominibus nominantur in creaturis, sicut dictum est de quis pater, & tunc respondendum per aliqua communia tribus attributa, vt quod sunt omnia scientes, creantes, gubernantes, sicut si de patre, & filio quæreretur, qui pater, & filius? respondendum esset, pater, & filius, qui sunt spiratores, quia non contingit in diuinis sub eodem nomine plurificari personas. Siue neutraliter, quia non contingit in diuinis plurificari essentiam, è côtra illi quod contingit in creaturis, sicut iam dictum est.

11. Non miretur igitur aliquis, quòd in naturalibus enim tres sint Petrus, Paulus, & Andreas, & iuxta illorum numerum triplex fit hominis nuncupatio nomine, & re simul, siue actu essendi, & dicendi simul, quoniam, & Petrus est homo, & Paulus est homo, & Andreas est homo, & trina illorum prædicatio cum dicitur, album est Petrus, album est Paulus, album est Andreas, & hęc trina nuncupatio sub eodem nomine, & eadem re in quendam numerum pluralem componatur, & non in singularem, secundum quem recte Petrus, Paulus, Andreas, & album tres homines esse dicuntur, & non vnus homo, non tamen similiter quamuis tres sint Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, & iuxta horum numerum trina fit nomine, & actu, dicendi, non autem re. & actu dicendi Dei nuncupatio, quoniam Pater est Deus, Filius est Deus, Spiritus Sanctus est Deus, & è conuerso trina illorum prædicatio cum dicitur. Deus est Pater, Deus est Filius, Deus est Spiritus Sanctus, hæc trina nuncupatio sub eodem nomine, & eadem re componi non possit in aliquem numerum pluralem, sed in singularem tantum cum Deus prædicatur de tribus, secundum quòd rectè Pater, Filius, & Spiritus Sanctus dicuntur esse vnus Deus, & non tres dij, Cum vero tres personę prædicantur ratione qua aliquid sunt, rectè dicitur de quocunque prędicatur, quod est Deus vnus, non plures Dij. Cum vero personæ prædicantur ratione, qua sunt ad aliquid, nec illa trina nuncupatio sub eodem nomine, & eadem re singulariter habet componi, quia non est aliqua relatio singularis communis per communionem tribus relationibus, sicut est vna deitas singularis tribus personis, nec etiam habet componi pluraliter, quia sicut Deitas singularitas quædam est, nec habet aliquid commune vniuersalitate sub quo contineantur plures Deitates, sic quælibet personalis proprietas in se singularitas quædam est, non habens aliquam rationem vniuersalis relationis super se sub qua contineantur tres relationes personales, sicut sub homine continentur Petrus, Paulus, & Andreas. Nam quia de his ter dicitur homo propter formarum diuersitatem, quę de illis vno nomine dicuntur, appellationes singulares per se factæ aggregantur in numerum pluralem, vt quoniam vnusquisque à sua, quæ non est alterius humanitate dicitur homo, ipsi simul dicuntur tres homines. Et quamuis ratione significationis illius qua nomen quodlibet appellatiuum, quale aliquid significare dicitur, repetitio eiusdem rei, & nominis fit, rerum tamen subiectarum, & suppositarum eodem nomine est prædicata numeralis immensitas. Non sic autem Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus dicuntur Deus quilibet à sua propria deitate propter deitatum diuersitatem, & ideo cum ter prædicatur, repetitur idem, & re significata, & supposito inquantum aliquid est. Inquantum etiam ad aliquid est quilibet eorum non habent sibi commune quale quid in quod prędicatio triū personarum de vno pluraliter resoluatur ratione subiectorum illi diuersorum.

12. Vnde multum errant dicentes, quod persona est nomen rei, & primæ intentionis significans cōmunem proprietatem, & quòd propter hoc prædicatio eius de pluribus resoluitur in pluralem, dicendo, Pater est persona, Filius est persona, Spiritus Sanctus est persona & non sunt vna persona, sed tres personæ, ad modum quo Petrus, Paulus, & Andreas, sunt tres homines tribus humanitatibus, non vnus, quia non est eorum vna singularis humanitas, sed vna communis significata nomine hominis.

13. Videtur etiam mihi multum cespitasse Magister Sententiarum quando posuit personā esse nomen substantiæ, & solum inter substantialia prædicari de pluribus simul in pluribus. Sic enim dicit lib. 1. dist. 23. in principio. *Omnia nomina quæ secundum substantiam de Deo dicuntur, singulariter, & non pluraliter de omnibus in summa dicuntur personis. Tamen vnum est nomen scilicet persona, quod secundum substantiam de singulis dicitur personis, & pluraliter non singulariter in summa acci-* lit. A.

accipitur. *Dicimus enim Pater est persona, Filius est persona, Spiritus Sanctus est persona. Nec tamen dicitur Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus sunt vna persona, sed tres personæ.*

14. Et ex eadem ratione posset resolui prædicatio plurium personarum de vno essentiali in plurali, Deus est Pater, Deus est Filius, Deus est Spiritus Sanctus, sed non est vna persona, sed tres, sicut album est Petrus, album est Paulus, album est Andreas, & non est vnus homo, sed tres. Sed si persona significaret sicut alia, impossibile esset regula, & natura omnium excipi. Nullum enim nomen essentiale nisi acceptum ab actu, vt in actu egreditur a supposito, de pluribus personis simul prædicatur pluraliter, vt patet ex
q.5.a.8. prædictis. Nec assignari potest aliqua ratio specialis de hoc nomine persona, sed rationes ibi assignatæ de quibus essentiales, communes sunt omnibus, inquantum essentialia sunt.

15. Quod autem nititur ostendere, quòd persona significat essentiam, insufficiale est totum quod inducit. Cum enim dicit Au-
c.6.to 3. gustinus 7. de Trinit. vt allegat. *Non est aliud Deo esse, & personā esse, sed omnino idem.* Verum est non ratione significati huius nominis persona, sed solum ratione suppositi. Supponit enim per indifferentiam pro Patre, & Filio, & persona, & de quolibet verum est dicere ratione essentiæ nominibus illorum significatæ, quòd non est aliud Deo esse, & patrem esse, sed omnino idem, quia idem est quod Deus est, & quod quilibet illorum est, vt iam dictum est supra. Vnde quod primo dixit Augustinus de persona, non explicando nomen patris, aut filij, vt intellectum verbi sui daret, explicando nomen patris subdit ibidem. *In hac Trinitate cum dicimus personam patris, non aliud dicimus quam substantiam patris, quocirca vt substantia patris pater ipse est, non quo pater est, sed quo est, ita etiam persona patris non aliud, quam ipse pater est.* Et per talem suppositionem, per personam, quæ est substantia, & suppositum primæ intentionis, non autem per significationem substantiæ in tribus significatæ, Augustinus docet esse respondendum quæstioni hæreticorum, qui quærebant quid tres, non responsione vera ad interrogationem nomine proprio significante id quod quæritur, vt interrogationi satisfaceret, sed responsione ad interrogantes nomine alieno, & mutuato significante id quod quæritur, & hoc vt interrogantium pertinaciam compesceret. Secundum quod dicit de Trinitate. *Dictum est*
lib.5.c.9 *tres personę non vt illud diceretur, scilicet quod quęrebatur, sed ne taceretur omnino*, & per hoc tallum esse putaretur, quòd dicat tres esse, cum non possit assignare qui tres. Quæ quidem quæstio quærit nodum in scirpo, in Deo scilicet quod in illo non est, nec esse natum est, licet tale quid sit in creaturis. Et expressius 7. de Trinitate cap. 6. *Cur inquit non hac tria simul vnam personam dicimus, sicut & vnā essentiam, & vnum Deum, sed tres personas cum tres essentias non dicamus, nisi quia volumus, vel vnum aliquod vocabulum seruire huic significationi, qua intelligitur Trinitas, ne omnino taceremus interrogati quid tres, cum tres esse fateremur?* Quasi dicat, nisi vellemus non omnino tacere interrogantibus alijs quid tres, non sic diceremus in respondendo tali interrogationi, immo omnino taceremus, & non niteremur voce significare quid tres, quia mente capi non potest, non iam quia mentem excedat, aut excederet si esset, quam quia non est, eo quòd non est in diuinis aliquid generale, vel speciale secundum rem ad Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum. Et sic propter talem necessitatem respondendi, volumus saltem vnum vocabulum magis aptum seruire tanquam non proprium huic significationi, quam quærunt, sed accomodatum, quia non ad illam, sed ad alteram significandam translatum est á creaturis, qua quasi significatione intelligitur prout supponit illorum interrogatio, significari Trinitas idest Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. Et hoc tanquam aliquo secundum rem generali, aut speciali quod proprium nomen sibi non habet impositum, ad quod inueniendum nos conferimus cum quæritur qui tres, quo contemplemur tres simul, sicut singularia omnino vnius speciei nomine ipsius speciei, puta Petrum, Paulum, Andream, nomine hoc quod est homo.

16. Quod tamen non inuenitur in diuinis, vt dicit Augustinus cap. 4. *Cum quæritur quid tres*, &c. vt supra, quæstione proxima
præcedenti in principio. Nota quòd dicit, n.4.
Seruire huic significationi, quo significat, quòd illam non significat, quam tamen hæretici quærendo quid tres, sibi significari petebant, scilicet in vno homine aliquid commune reale ad tres, non autem sicut significat aliquid commune illis tribus hoc nomen Deus, quod non significat commune illis nisi per communionem singularis, nec sicut commune ad illos tres significat hoc nomen Trinitas, quod significat id, quod significat hoc nomen Deus, quod quidem significatum hoc nomine Deus, est ipsum quod est, quod communiter significatum est, & nomine Patris, & nomine Filij, & nomine Spiritus Sancti, quod nomen Trinitas significat etiam cum illo, quòd est tres proprietates, vt tria quo est ad aliud, quorum singulum significatur in

singulis trium personarum, scilicet in Patre primum, in Filio secundum, in Spiritu Sancto tertium. Vt propterea sicut dicit Augustin. 1. de Trinitate. & Magister Sententiarum primo, lib. 1. dist. 24 *cum dicitur Trinitas, id significari videtur quod significatur cum dicitur tres personæ*, nec oportet apponere vnius essentiæ quia in qualibet personæ essentia illa vna significatur. Vt secundum hoc Trinitatis definitio est, quod sit deitas, paternitas, filiatio, spiratio, & per hunc modum nomen collectiuum continens significata illorum trium Pater, Filius, & Spiritus Sanctus.

17. Dico autem nomen collectiuum quo ad ipsas, non quo ad vnitatem essentiæ quam communiter significant illa quatuor nomina, Pater, Filius, Spiritus Sanctus, Trinitas, vt vnicum quod est in singulis, sed quo ad proprietates personarum, quarum quælibet illarum trium habet singulam, quam significat vt quo est, & à quo nomen eo formaliter imponitur, & voce, & re. Hoc autem nomen Trinitas habet illa tria simul vt suum quo est quod significatur, & à quo nomen formaliter imponitur, & voce, & re. Et sic ratione ipsius quo est Trinitas est triplex vnitas. Et sic ab hoc nomine Trinitas sicut à numero quodam distinguitur sicut vnitas quædam nomẽ cuiuscumque trium personarum, l. 1. Etym. c. 4. secundum quod dicit Isid. & Magister 1. Sententiar. dist. 24. in fine. *Distinguendum est inter Trinitatem, & vnitatem. Est enim vnitas simplex, & singularis. Trinitas vero multiplex, & numerabilis, quia est trium vnitas.*

18. Ratione autem ipsius quo est, in nullo ab illis distinguitur, & per illud quod est, Trinitas ipsa, quæ est multiplex, & numerabilis propter tria quo est quæ sunt in ipsa, æqualis simplicitatis est cum qualibet personarum, quæ est simplex, & singularis propter singula, quo est quæ sunt in singulis, dicente Ambrosio primo de Trinitate in principio sparsim. c. 1. to. 3. *In hac Trinitate perfecta plenitudo est diuinitatis. Non est ergo diuisum regnum Trinitatis, nec confusum quod vnum est, nec multiplex quod indifferens, diuersitas plura facit. vnitas excludit numeri quantitatem, quia vnitas numerus non est, sed hac omnium ipsa principium.* Propter quod nullorum aliorum trium numerus Trinitatem constituere potest deficiente illa vnitate in eis. Non est enim Trinitas nisi trium personarum, quæ sunt vnius essentiæ, & per hoc est trium vnitas. Sed hæretici quærendo, quid tres, petebant sibi significari in vno nomine aliquid commune reale ad tres, & quantum ad quod est, & quantum ad quo est vnusquisque illorum, sicut homo significat commune, & quantum ad quod est, & quantum ad quo est, ad tres, qui sunt Petrus, Paulus, & Andreas. Et ita vt cum quæritur de Petro, Paulo, & Andrea qui tres, respondetur vno nomine speciali reali aliquid commune reale ad tres plurificatum, & quantum ad quod est, & quantum ad quo est in illis, tamen respondetur quod sunt homines tres, sic cum quæritur de Patre, & Filio, & Spiritu Sancto qui, respondeatur vno nomine speciali, aut generali reali aliqd commune reale ad tres plurificatum, & quantum ad quod est, & quantum ad quo est in illis. Quod tamen omnino est impossibile, quia nec deitas plurificari potest, nec aliqua personalis proprietas, nullumque illorum commune aliquod super se habere potest.

19. Sic ergo patet, quòd cum ad quæstionem hæreticorum qui tres, respondebant catholici, tres personæ, quòd sic pluraliter, siue plurificatè ly personæ nequaquam substantiam significare potest, cum non significet ipsam per modum actus, & egredientis secundum actum, sicut significant creans, spirans, neque denominatur ab ipsa ratione alicuius potentiæ, sicut denominatur spirator, in quibus omnibus secundum prędicta potest idem nomen de pluribus prædicari singulariter, & de omnibus simul pluraliter, nec etiam significat relationẽ proprietatum in communi, quia nihil habent commune reale. Necesse est ergo, quòd significet relationem, sicut nomine secundæ intentionis, vt etiam significant in diuinis hæc nomina suppositum, relatiuum, & huiusmodi, quæ communiter de singulis prædicantur in singulari. Pater enim est suppositum, siue relatum, similiter Filius, & Spiritus Sanctus, & sunt tria relata, non autem vnum suppositum, & vnum relatum. Et est definitiue in diuinis, persona, suppositum, relatum, vt sit suppositum quasi genus, relatum autem quasi differentia. Et vt communiter accipiantur, est suppositum vbi non est persona, nec relatum, vt in speciebus creaturarum intellectualium. Est etiam persona vbi non est relatum, vt in suppositis creaturarum intellectualium absolutis. Sed in diuinis proprium est per se esse suppositum relatum, & sic persona relatiue dicitur non ad aliud extra se, sicut dicitur Pater ad Filium, sed in contentis sub se, sicut relatio quæ est genus generalissimum in creaturis in suis speciebus. Et quia in se non dicitur ad aliquid extra se, sed solummodo in contentis sub se, idcirco sicut persona in ratione sub se contenti non est aliud quam substantia diuina, sic contentum in ratione personæ non est ad aliud, sicut nec persona, dicente Augustino 7. de Trinitate cap. 6. *Neque in hac Trinitate cum dicimus personam patris, aliud dicimus quam substantiam patris,* to. 3.

Quo

Quocirca ut substantia patris ipse pater est, non quo pater est, sed quod est, ita & persona patris non aliud, quam ipse pater est. Ecce primum, quod persona in ratione contenti non est substantia, & quòd per hoc non est aliud, quam ipse pater est. Et sequitur continuò secundum quòd in ratione personæ, scilicet vt ipse pater est persona, non est ad aliud, sicut nec ipsa persona, cum subdit. *Ad se quippe dicitur persona non ad Filium, nec ad Spiritum Sanctum, sicut ad se dicitur Deus.* Differt tamen in hoc quod hoc nomen Deus a substantia, & obiecto solummodo imponitur. Hoc autem non est persona, & hoc nomen relatum a respectu imponitur licet in communi. Et per hunc modum in diuinis nihil significat sub ratione subsistentis, siue hoc nomen persona, siue hoc nomen subsistentia, quæ sunt secundæ intentionis, siue hæc nomina Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, quæ sunt primæ intentionis, quin relatiuè subsistat, & relatiuum sit.

20. Sed tunc quid est quod dicit Augustinus vbi supra, cap. 4. in fine. *Omnis res ad seipsam subsistit, quanto magis Deus.* Dico, quòd subsistere æquiuocum est ad subesse accidentibus in creaturis, & attributis in Deo, & ad distinctè ab alio existere. Primo modo verum est, quòd Deus ad se subsistit, & sic intelligitur verbum suum iam dictum, quia vt est Deus simpliciter subiicitur suis proprietatibus. *Si tamen* (vt dicit continuè post dictum verbum) *dignum est vt Deus dicatur subsistere.* Et sequitur continuè in principio 5. cap. *De his enim recte intelligitur, &c.* quantum ad propositum supra, quæstione 2. huius articuli. Secundo autem modo non intelligitur, vt dictum est, immo isto modo omnis creatura ad se subsistit propter suam finitatem, & compositionem. Solus autem Deus propter suam infinitatem, & simplicitatem ad aliud subsistit.

21. His prælibatis ad quæstionem breuiter respondendum est, dicendo, quòd sicut prædicatio vnius essentialis de pluribus personis quantum est de ratione essentialis, eo quòd non nisi essentiam significat, licet aliquando sub ratione determinata, semper tamen propter vnitatem essentiæ resoluitur in singularem, nisi propter aliquid speciale contingat contrarium, vt habitum est supra in præcedenti quæstione, sic prædicatio plurium personarum de vno essentiali eo quod persona significat essentiam, & proprietatem quantum est ex ratione essentiæ, semper debet resolui in singularem, dicendo Deus est Pater, Deus est Filius, Deus est Spiritus Sanctus, & tamen Deus non est tres dij, sed vnus est Deus, quia non est nisi vna singularis Deitas in tribus. Et hoc modo Deus, qui est Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, est vnus aliquis, non tres aliqui.

22. Et secundum hoc processit, & bene prima ratio adducta ad quæstioem, quæ idcirco concedenda est, & sic respondet resolutio interrogationi de tribus quid sunt. n. 1.

23. Quantum vero est de ratione proprietatum nec in singularem potest resolui, quia nullum singulare vnum est commune tribus personis ratione personalium proprietatum suarum, nec in pluralem sub communi nomine primæ intentionis, dicendo Deus est Pater, Deus est Filius, Deus est Spiritus Sanctus, & est tres personæ non vna, tria supposita non vnum.

24. Ratione autem vtriusque simul scilicet, & essentiæ, & proprietatum potest resolui in singularem sub hoc solo nomine Trinitas, dicendo Deus est Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, & Deus est Trinitas. Et istis duobus modis, Deus qui est Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, non est vnus aliquis, sed tres aliqui, secundum quod patet ex iam declaratis.

25. Et secundum hoc bene processit vltima ratio, quæ idcirco concedenda est. n. 3.

26. Ad secundam rationem quæ contra hoc erat, quia ex pluribus vnitatibus in diuinis nullus constituitur numerus, & non est resolutio prædicationum in pluralem nisi propter numerum prædicatorum, quæ resoluuntur. Dico, quòd respiciendo ad id, quod est Deus, siue ad id, quod est essentiale, siue ad essentiam illius, in Deo nullus est omnino numerus, nec differentium vnitatum, sicut quod est, & quo est, & hoc propter simplicitatem Dei, qua in eo sunt idem quod est, & quo est, & qua caret omni compositione ex pluribus, nec diuersorum eius quod est, & hoc propter simplicitatem qua deitas plurificari non potest, nec possunt esse plures Dij. Et de hoc numero, qui scilicet fit aut per compositionem vnius ex pluribus, vel per diuisionem vnius in plura, loquitur Boethius, vt patet inspicienti prædicta, & est vterque in creaturis. Dicente enim Comment. super illud Boet. de Trinit. *Numerus duplex est. Numerationis quidem diuersi sunt modi. Fit enim quandoque distributione, quandoque collectione. Nam, & qui diuidit numerat. Vnde numerus dicitur vnitatum multitudo. Et qui colligit numerat. Vnde numerus dicitur vnitatum collectio.* Respiciendo autem ad personale in Deo, & id quo est persona ad aliud, sic non est numerus diuersorum, quo est eiusdem rationis, quia non possunt esse in Deo, plures paternitates, plures filiationes, aut plures spirationes, & sic nec plures Pa- n. 5.

tres,

tres, nec plures filij, nec plures Spiritus Sancti. Potest tamen bene esse in eo numerus ipsorum quo est diuersarum rationum, scilicet paternitatis, filiationis, & spirationis.

27. Et per hoc est numerus ternarius personarum in diuinis, qui multum differt a numero qui est in creaturis, quia ille numerus semper est à ratione alicuius vnitatis per illius diuisionem profusus, & hæc ab vnitate sub ratione singularis, aut sub ratione pluralis. Primo modo numerus est in quantitatibus discretis ex diuisione continui per naturæ diminutionem, inquantum omne corporale quantum est de ratione continui simpliciter natum sit esse vnum continuum, prout alias satis declaraui. Et iste propriè est numerus accidentalis de genere quantitatis, qui non potest esse in diuinis, quia in ipso non est materia, nec ratio continui.

28. Secundo autem modo est numerus in creaturis vniuersis, primo ex diuisione entis sub ratione analogi in substantiam, & accidens, quæ sunt vnum in rationè entis, & fit per materialis adiectionem. Vt enim ens fit substantia, vel accidens ratione entis, quæ prima est, simplicissima, & maxime formalis, adijcitur ratio eius, quod est aliquid. Substantia enim est aliquid cui conuenit esse in se. Accidens autem est aliquid cui conuenit esse in alio. Et per hoc quælibet creatura composita est ex quod est, & quo est, siue ex essentia, & natura sui generis, & esse. Deinde fit sub quolibet genere per formalis, siue differentiæ specificæ additionem ad id quod habet rationem generis sicut ad materiale, & sic descendendo vsque ad specialissima, ita quòd in qualibet specie specialissima entis est numerus illorum ex quibus componitur, sicut ex genere, & differentia vltima etiam existente in genere compositione ex pluribus, vsque ad esse. Et est sub quolibet genere numerus specierum suarum, & præcipue specialissimarum, & sub qualibet specialissima specie vnitas eius deriuatur in plura singularia per eiusdem formæ determinationem in ratione indiuidui siue per agens tantum, siue per agens, & materiam. Et iste appellatur numerus formalis, nec est accidentalis de genere quantitatis, sed pertinet ad prædicationem rerum numeratarum. Et nec isto modo potest esse numerus in diuinis, quia secundum iam dicta non potest esse in illo plurificatio sub aliquo vno cõmuni, seu absoluto, seu relatiuo. Sed ratio numeri, quæ est in diuinis, non est ex diuersitate aliqua profusa per illius diuisionem quamcumque secundum conuenientiam numeratorum in forma illius vnius diuisi, vel in materia, sed solummodo per naturalem originem, qua a primo vno ex se quod est pater, procedit secundus vnus, qui est filius, & ab vtroque tertius vnus, qui est Spiritus Sanctus, quasi singularia non tam diuersarum specierum, quam diuersorum generum differentium, & numeratorum formis relatiuis, & idipsum existentibus forma absoluta, absque omni numero.

Conclusiones ex Quæstione quarta, Articuli Septuagesimi quinti.

1. *Prædicatio plurium personarum de vno essentiali semper debet resolui in singularem. n. 21.*
2. *Quantum est de ratione proprietatum, nec in singularem potest resolui, nec in pluralem sub communi nomine primæ intentionis. n. 23.*
3. *Ratione vtriusque simul, scilicet essentiæ, & proprietatum potest resolui in singularem, sub hoc solo nomine Trinitas, & in pluralem alijs modis. num. 24.*

QVAE-

QVAESTIO QVINTA.

Vtrum dictio exclusiua addita vni eorum, quæ sunt in diuinis ex parte subiecti, aut ex parte prædicati, excludat aliquid aliorum respectu subiecti, aut respectu prædicati.

CIrca quintum arguitur, quòd dictio exclusiua addita vni eorum, quæ sunt in diuinis ex parte subiecti non excludat alia ex parte prædicati, nec è conuerso excludat prædicata addita respectu subiecti.

1. Primò sic, nihil potest excludi ab aliquo sine quo non potest esse illud. Verbi gratia, non potest esse homo sine animali, quia nihil potest esse homo, & non animal, & ideo non excluditur animal, dicendo solus homo. Sed non est aliquid in diuinis quod potest esse siue aliquo aliorum, quia esset in Deo solitudo possibilis, qua ratione enim potest esse sine aliquo illorum, eadem ratione, & sine cæteris, consequens falsum est, quia in Deo nulla potest esse solitudo. Dicente Hilario 4 de Trinitate. *Nobis neque solitarius Deus, neque diuersus confitendus est*, ergo &c.

2. Secundo sic, dictio exclusiua addita vni termino non excludit nisi aliud, sic quòd nõ prædicetur de illo, vt si solus homo est risibilis, ergo quicquid non est homo non est risibile, sed in diuinis nihil est aliud ab alio, sed omnia sunt vnum, & idipsum secundum prędeterminata, ergo &c.

3. Tertiò sic, si dictio exclusiua non excludat à termino magis differens, nec minus, quia non est exclusio nisi ratione differentię, sed maxime in diuinis personæ ab inuicem differunt secundum superius determinata, & dictio exclusiua addita vni personæ non excludit aliam, secundum quod illud Apostoli.
Rom. vi. D. 27. c.13.10.6 *Soli Sapienti Deo*. Augustinus 3. lib. contra Maximinum, exponit dicens. *Si dixisset Apostolus. Soli sapienti patri, nec sic inde filium separaret; num enim quia in Apoc. legitur.*
ca. 19. v. 12. *Habens nomen scriptum, quod nemo scit nisi ipse. Ideo Pater nescit hoc nomen à quo est inseparabilis Filius? scit ergo pater quod nemo scire dictus est nisi filius, quia inseparabiles sunt*, ergo &c.

4. In contrarium est quod dicit Augustinus 6. de Trinit. cap. 2. *Verbum solum filius accipitur, non simul pater, & filius tanquam ambo vnum verbum.*

5. Propter difficultatem perceptionis veritatis enunciationum, in quibus ponuntur dictiones istæ, *tantum*. *solus*, quæ vocantur exclusiuæ, inducta est quæstio proposita. Vt ergo sciamus quasi regulariter discernere, quæ illarum propositionum, in quibus aliqua illarum dictionum ponitur, sit vera, & quæ falsa dijudicanda, prout determinauimus circa prędicationes dubias, an verę sint, an falsæ in quæstionibus proximis pręcedentibus, & ne oporteat de qualibet illarum dubium aliquod præcedente quærere an vera sit, an falsa. Circa istas dictiones *tantum*, *solum* aduertendum est, quòd in aliquibus omnino conueniunt, & in aliquibus multum differunt quia ly *tantum* potest esse nomen dicens comparationem secundum quantitatem, & qualitatem, respondens ei quod est quantum, vt cum dicitur, quantus est pater, tantus est filius. Potest etiam esse aduerbium secundum eandem significationem, vt quantum sunt pater, & filius, tantum est solus filius. Secundo autem est aduerbium negandi per exclusionem & isto modo solummodo est de *tantum* ad propositum, quia isto solo modo difficultatem inducit in percipiendo veritatem. Et primis duobus modis est dictio categorematica differens omnino in significato, & officio ab illa dictione *solus*, quia ly *solus* nequaquam comparatiuum est sicut *tantum*. Tertio autem modo ly *tantum* est dictio syncategorematica, & omnino est eadem in officio cum illa dictione *solum*, inquantum ly *solum* est aduerbium, & dictio exclusiua, & eodem modo dictio syncategorematica sicut est *tantum*. Ambo enim eandem habent significationem, & idem officium, quia eodem modo faciunt exclusionem circa subiectum, & circa prædicatum, vt iam videbitur.

6. Sed potest ly *solum* alio modo etiam esse nomen, in quo non respondet ei nomen eiusdem significationis, & officij ex parte eius, quod est *tantum*, licet ly *solus* aliquam signi-

significationem habeat eandem cum ly *tantum*, quod est aduerbium exclusiuum, in qua etiam habet idem officium exercere, scilicet excludendi quod & ly *tantum*, licet alio, & alio modo, vt iam videbitur. Habet autem ly *solus* quinque significationes, primas duas, vt est dictio categorematica, tres alias vero vt est dictio syncategorematica, & in qualibet illarum significationum dicit, & exercet tanquã officium suum priuationem, seu remotionem, siue negationem associationis alterius ab eo cuius est determinatio cum quo construitur.

7. Et hoc prima distinctione dupliciter. Cum enim omnis associatio alicuius cum alio est in aliquo, in diuinis autem non potest esse associatio aliquorum, nisi in forma aliqua, quia in eis quicquid est forma est. Igitur ly *solus* aut dicit remotionem associationis alterius ab eo cuius est determinatio in forma sua propria, & secundum rationem eius propriam, aut in forma alia secundum aliam rationem. Primo modo cum disponit terminum essentialem dicit remotionem associationis alterius ab eo in cõmunicãdo vnã essentiam, vt cum dicitur solus Deus. Remouetur enim ab aliquo vno qui Deus est, & intelligitur vnus per hoc quod dicitur singulari numero Deus, alterius associatio in forma, seu essentia deitatis significãdo, quòd non sit, nisi vnus Deus, & hoc non simpliciter, sicut si secundum Semiarrianos essent plures dij in forma deitatis, sicut sunt plures homines in forma humanitatis, cum quilibet illorum esset vnus Deus, sicut quilibet istorum est vnus homo, scilicet specialiter alicuius gentis, sicut ille dicitur esse vnicus filius duorum coniugum, qui plures non habent proles. sed possunt habere plures simul cum illo, & non sicut dicitur esse fœminæ, cum non possit esse per naturam alius simul, sed solum posterius vnus post illum, & non sicut dicitur vnus sol, cum per naturam inferiorem non possint esse plures, nec similiter vnus post alterum, sed solummodo per diuinam potentiam. Sed quòd sic non sit nisi vnicus Deus, quod sicut non sunt plures sic nec omnino possunt esse plures.

8. Cum vero isto primo modo disponit terminum personalem siue personam, dicit remotionem associationis alterius ab eo in communicando vnam proprietatem personalem, vt cum dicitur solus pater. Remouetur enim ab aliquo vno, qui est Deus pater, alterius associatio in forma, seu in proprietate paternitatis, significando, quòd non sit nisi vnus pater, nec possunt vllo modo esse plures secundum modum iam dictum de vno Deo. Et isto modo solus significat idẽ, quod vnicus, non autem idem quod vnus, vt quidam dicunt, quia si essent plures dij, vt dictum est, quilibet illorum posset dici vnus secundum se, & aliquis illorum vnus, quia illum solum vna gens coleret. Sed nos ad exclusionem talium plurium, qui possent æstimari, dicimus solus Deus idest vnicus, vt ly vnicus addat super vnus, quòd scilicet sic sit vnus, quod nullo modo possint esse plures. Et sic accipitur solus cum dicitur Deuteronomij 6 *Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruies*, idest illi vnico, quamuis, & hic possit ly *solus* accipi in alia significatione, scilicet vt ponitur exclusiuè, sub hoc sensu, *illi soli*, idest nulli alteri. Non enim est inconueniens, quòd in vna oratione ly *solus* possit habere plures significationes, quia cum ly vnus aliquando ponatur pro eo quod est vnicus, non est inconueniens dicere, quòd in dicta propositione *solus* significet idem quod vnus. Vnde cum dicitur Deut. 6. *Audi Israel, dominus Deus tuus vnus est*, vnus ibi idem est quod vnicus, quòd per hoc dictum intendit Moyses excludere deorum possibilitatem, non supponere, quòd Deus quem prædicauit esse colendum, sic vnus esset, quòd possent esse plures, licet essent alij plures, & ab alijs simul colendi. Et secundum hunc intellectum locutus est dominus, quando dixit Deut. 32 *Videte quod ego sum solus*. Et vt declararet quomodo *solus*, addidit. *Et non est alius Deus præter me*. Et hoc ad differentiam illorum de quibus de proximo præmiserat. *Vbi sunt dij eorum, in quibus habebãt fiduciam?* Vnde sic in ista significatione diceretur addendo Deus, *videte quòd ego sum solus Deus*, idest ille præter quem non est alius Deus.

B. 13.

A. 4.

F. 39.

E. 37.

9. Si autem ly *solus* dicat remotionem associationis alterius ab eo cuius est determinatio in forma alia, aut secundum aliam rationem, in diuinis autem non est nisi forma eadem, sed secundum aliam, & aliã rationem solum in diuinis personis, & attributis, priuatio igitur associationis non est nisi inter personas, aut attributa, & cætera essentialia. Sed hoc contingit dupliciter, aut enim *solus* dicit remotionem alterius in forma essendi simpliciter, vt est, est primo adiacens, aut in forma essendi determinata.

10. Si primo modo, sic remouet associationem plurium personalium in Deo, vt essentialium in communicando actum essendi. In ista enim significatione, cum dicitur solus Deus, remouetur ab vno aliquo quod, vel qui Deus est, personalis associatio alterius in communicando esse, significando, quòd non est nisi vna persona in deitate, aut existens secundum vnam rationem, scilicet deitatis, non bonitatis, magnitudinis, & cæterorum

ia-

talium. Et isto modo *solus*, significat idem, quod solitarius. Et quia hoc est impossibile, ideo sicut omnis propositio in diuinis est vera in qua ponitur *solus* in præcedenti significatione (in diuinis enim non est nisi vnicus Deus, vnicus Pater, vnicus Filius, vnicus Spiritus Sanctus, vnicus bonus, vnicus æternus, & sic de cæteris) sic in altera omnis propositio est falsa. Licet enim pluralitas personarum, & rationum essentialium recipiantur in Deo, & vnitas essentiæ, quæ ambo secundum prædicta nomine Trinitatis significantur, tamen vt dicit Hilar. *nobis neque solitarius Deus*, propter vnitatem scilicet, *neque diuersus*, propter scilicet illam pluralitatem, *confitendus est*, vt assumptum est in primo argumento. Tunc enim proprie dicitur diuersum, quando sunt plura in abstracto, vel absolutis differentia. Tunc autem proprie est solitudo, quando est vnicum sine omni pluralitate, formam, & speciem suam communicantium, secundum quod homo vnicus in mundo diceretur esse solus simpliciter, etsi esset cum multis alijs rebus, quæ non sunt homines, vt aliquis homo dicitur currere solus, licet curiat cum multis equis, & monachus dicitur esse solus, vbi est cum multis laicis, absque socio sui ordinis. Sic Deus non potest dici solus propter pluralitatem personarum inseparabilem in vnitate essentiæ, dicente August. 6. de Trinit. *Non inuenitur quomodo dici possit, aut Pater solus, aut Filius solus, cum semper atque inseparabiliter sint inuicem, neuter solus. Solum patrem dicimus patrem, non quia separetur à filio sed quia non ambo simul sunt pater.* Idem autem intelligitur, & de Spiritu Sancto. Et per eundem modum non inuenitur quomodo possit dici, aut æternus solus, aut bonus solus, cum semper atque inseparabiliter sint inuicem, neutrum sine altero, & sic de cæteris. Non enim est Deus sic æternus, quin etiam sit bonus, & sic de cæteris.

n.2.

c.7.

11. Si autem ly *solus* dicit remotionem associationis alterius ab eo, cuius est determinatio in forma essendi determinata, hoc iterum contingit dupliciter. Aut enim dicit remotionem associationis alterius in forma essendi determinata secundum rationem intelligendi, aut secundum rationem essendi. Si primo modo, sic remouet, vt prius, associationem in Deo plurium essentialium, aut plurium in communicando aliquem actum intellectus circa diuina. In ista enim significatione, cum dicitur solus Deus, aut solus filius, aut aliquid huiusmodi, remouetur ab vno aliquo quod, vel qui Deus est, associatio alterius in communicando eundem actum intellectus, significando quod non nisi vni personæ, aut non nisi secundum vnam rationem alicui conueniat actus intelligendi. Secundum quem modum dicit Augustinus 7. de Trinitate cap. 3. *Non maior essentia est Pater & Filius simul, quam solus Pater, aut solus Filius.* Et lib 8. cap. 5. *Filius, & Spiritus Sanctus tam magnum aliquid sunt, quam solus pater.* Et isto modo idem significat solus, quod singulus, & sunt tales propositiones veræ. Licet enim personæ non sint solitariæ in essendo, sunt tamen singulæ intelligendo illas respectu alicuius essentialis, & communis singulis. Et sicut talia dicuntur de personis diuersis, sic possunt dici de essentialibus diuersis. Non enim maior est bonitas, & æternitas quam sola bonitas.

12. Si autem ly solus dicit remotionem associationis in forma essendi determinata secundum rationem essendi, hoc vlterius cõtingit dupliciter. Aut enim dicit remotionem in communicando formam aliam simul in aliquo supposito cum sua forma propria, aut dicit remotionem associationis cum vno supposito respectu formæ tertiæ in subiecto, vel in prædicato alterius suppositi. Primo modo remouet associationem plurium proprietatũ personarũ simul in eadẽ persona respectu alicuius subiecti, & alicuius prædicati, dicẽdo, solus pater nõ est Trinitas, vel è cõuerso Trinitas nõ est solus pater. Hoc enim non, quòd dicitur solus pater, non excluduntur aliæ personæ, quia nulla illarum est Trinitas. *Non enim* vt idem dicit 8. de Trinitate. *Pater est Trinitas, aut Filius Trinitas, aut Spiritus Sanctus Trinitas tantum.* Et eadem ratione nec è conuerso. Sed hic est sensus illarum propositionum, solus Pater, idest Pater, qui ita est Pater, quòd non est Filius, nec Spiritus Sanctus, non est Trinitas, & è conuerso Trinitas non est solus pater, idest ille, qui ita pater est, quòd non est Filius, nec Spiritus Sanctus. Si enim ita esset pater, quod simul esset Filius, & Spiritus Sanctus, sicut posuit Sabellius, tunc pater esset Trinitas, & è conuerso Trinitas esset Pater, similiter Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus similiter sunt Trinitas &c.

13. Sed istam expositionem ascribit propositioni quam iam dicemus pertinere ad modum præcedentem, Magister primo Sent. distin. 21. cap. 1. in fine, dicens. *Cum dicitur tantus est solus pater, quantum simul illi tres, per hoc quòd dicitur solus pater, non separatur ab alijs, sed hic est sensus, Solus pater, idest pater qui ita est Pater, quòd nec Filius nec Spiritus Sanctus, tantus est &c. Solus ergo pater dicitur* (vt ait August. lib. 6. c. 9. de Trin.) *quia non nisi ipse ibi pater est.* lit. A.

14. Sed mihi videtur, quòd ista expositio

Yyyyyyy non

non est conueniens in hoc exemplo, eo quòd cum sola persona tantum dicitur quantum duæ, vel tres simul, per hoc quod per similitatem plures coniunguntur in prædicato, in subiecto dicendo solus pater, per ly *solus*, ipse pater notatur supponere vt singulariter intellectus, siue acceptus, non autem cum Filio, & Spiritu Sancto simul intellectus, licet Pater non intelligatur, nisi in ordine ad Filium, vt dicatur hoc de patre, quòd ipse sit solus, idest sine Filio, & Spiritu sancto, sed per hoc Filius & Spiritus Sanctus ab intelligendi consortio excluduntur.

15. Secundo autem modo remouet associationē plurium suppositorū respectu eiusdem prædicati, dicendo, solus pater est pater, per quod non separatur pater à Filio, & Spiritu Sancto, aut è conuerso, sed quia ambo simul cum patre non sunt pater, & per hoc à paternitatis consortio excluduntur. Et in ista significatione dicitur proprie poni exclusiue. Et differt exclusio in ista significatione ab illa quæ est intus, quòd hic fit exclusio respectu actus expresse, & significati, ibi vero respectu actus intellecti, & exerciti. Et cum solum possit exponi per hoc quod est non cum alio, scilicet per hoc quod est non alius, licet in vtraque significatione possit vtroque modo exponi, in illo tamen magis proprie exponitur per non cum alio, in illo autem per, & non alius. Item differt ille modus a quarto, quia hic stans *solus* in subiecto excludit a forma prædicati, ibi vero a forma ipsius subiecti. Et ideo ille quartus modus exponi debet semper per non cum alio, non autem per, & non alius.

16. Et est sciendum, quòd quælibet propositio licet distingui possit secundum hos quinque modos, ita quòd in diuinis propositio aliqua possit habere veritatem præ erquã in secundo, qui non potest habere sensum verum in diuinis prædicationibus, tamen quælibet talium propositionum aliquem dictorum modorum magis expresse pręcendit quã alios.

17. Est etiam animaduertendum, quòd *solus* in isto vltimo modo penitus habet idem officium quod *tantum*, aduerbium exclusiuum, quæ licet in hoc differant, quòd *tantum*, semper est determinatio actus siue verbi, *solus* autem dictionis alicuius nominaliter significatæ in subiecto, vel in prædicato, semper tamen eandem habent vim, siue ponantur in subiecto, dicendo solus Deus, vel tantum Deus pater est, siue in prædicato dicendo, Deus est solus pater, vel Deus est tantum pater. Et quia in ista vltima significatione ly *solus* præcipue inducit difficultatem percipiendæ veritatis in diuinis, ideo latius officium eius prosequamur. Et quæ dicta fuerint de *solus*, intelligantur eodem modo dici de *tantum*.

18. De istis ergo dictionibus exclusiuis *tantum*, & *solum*, primo videndum est specialiter quale officium habent dum ponuntur in prædicato, deinde generaliter quale habent dum ponuntur siue in subiecto siue in prædicato.

19. Si ergo dictio exclusiua ponitur in prædicato essentiali, vt actus tendens ad exterius, dico, quòd talis propositio semper falsa est, siue subiectum fuerit essentiale, siue personale, quia cum hoc, quòd includit veram affirmatiuam, & falsam negatiuam, & propositio exclusiua, quia virtutem habet copulatiuæ, non potest esse vera, nisi sit simul vera pro affirmatiua, & pro negatiua, dicendo, Deus tantum creat, vel pater, aut Trinitas tantum creat. Est enim sensus, creat, & nihil aliud agit, seu nullam aliam actionem operatur, quod falsum est, quia omnes eius actiones interiores aliæ sunt ab actu creandi inquantum temporalis est, & aliquid ponit in creatura.

20. Si vero prædicetur essentiale manens intra, aut personale, & significetur per modum actus, & intelligatur exclusio fieri respectu actus transeuntis ad extra, dico quòd propositio semper falsa est, eadem ratione qua præcedens, quia sensus est, Deus pater, aut Trinitas tantum intelligit, vult, aut generat, idest intelligit, vult, & generat, & nihil aliud agit, siue nullam aliam actionem operatur, & est negatiua falsa pro actionibus diuinis transeuntibus ad extra, quia illæ sunt (vt dictum est) aliæ ab interioribus.

21. Si vero specialiter intelligatur fieri exclusio ab vno actu interiori respectu aliorū interiorū. Dico quòd si intelligatur fieri exclusio alterius actus neutraliter, vera est semper, quia cum affirmatiua vera, puta Deus intelligit aut generat, etiam negatiua est vera, scilicet, quod nihil aliud agit. Quia sicut persona quælibet neutraliter loquendo, vna non est alia, ab alia, nec ab aliquo quod est in diuinis, sic nec actio personalis ab essentiali manente intra, & multo minus, neque essentialis actio ab alia.

22. Si vero intelligatur fieri exclusio alterius actionis fœminine, sẽper est falsa, quia cum affirmatiua vera, vt prius, semper negatiua est falsa, scilicet, quòd nullam aliam actionem agit. Quia sicut masculine loquendo quælibet personarum est alia ab altera, & potest vna earum excludi ab altera, vt patet ex dictis, & amplius patebit ex dicendis, sic etiã fœminine actio generãdi est alia ab actione spirandi, & hoc ratione relationum distincta.

earum. Et similiter forte (quod non affero) qualibet actio essentialis, scilicet intelligendi, & volendi, altera est ab actione personali, & vna illarum alia est ab altera, licet secundum rationem iàrum, etsi secundum modum quo vna eadem est alteri, & prædicari potest de alia, nec potest vna ab altera excludi, & secundum modum, quo vna earum est alia ab alia, nec prædicatur de illa, & sic potest excludi ab illa, & hoc maxime respectu alicuius in subiecto, cui congruit prædicatio, vt dicendo, diuinus intellectus intelligit, vel ratione alicuius determinationis in prædicato, dicendo intelligit intellectu. Quia enim intellectus non est ratio elicitiua actus volendi, sed intelligendi tantum, dicitur quod in talibus dictio exclusiua eadem super vnum actum excludit reliquum, vt actum volendi ab actu intelligendi, & è conuerso, dicendo, diuinus intellectus tantum intelligit. Et similiter de voluntate respectu actus volendi. Quare multo fortius quilibet actus essentialis potest excludi à quolibet personali, & è conuerso. Et sicut contingit hoc in prædicatis actiuis per verba actiua vel participia, sic idem contingit in prædicationibus passiuis per verba passiua, aut participia. Et non est differentia in aliqua talium propositionum, siue subiectum fuerit essentiale, siue personale.

23. Et secundum eundem modum quæcunque in diuinis sic conueniunt, quòd vnũ vere prædicari possit de altero, excludi non potest ab altero, licet aliàs possit, etiam si sit vnum de intellectu & significato illius. Dicendo enim Trinitas est tantum Trinitas, sequitur, ergo Trinitas eo quòd pater, non est Trinitas, nisi exclusione posita super subiectum, dicendo, *tantum* Trinitas est Deus, non sequitur, ergo pater non est Deus, quia licet pater non sit Trinitas, non tamen est aliud, aut alius à Trinitate, quia est aliquis in illa.

24. Et eadem omnino intelligenda sunt de dictione exclusiua cadente super aliquid significatum neutraliter, siue in prædicato, faciendo exclusionem respectu subiecti, & priuando alia à prædicato à consortio in subiecto, vel è conuerso in subiecto faciendo exclusionem respectu prædicati priuando consortio in subiecto alia à subiecto, dicendo Deus est solus pater, vel è conuerso, solus pater est Deus, & sic de cæteris, siue exclusio cadat super terminum essentialem, siue super personalem, siue vt est principale subiectum, vel prædicatum, vt est determinatio alterius eorum. Ista enim, Deus est solus pater, eum excludit neutraliter, vt sit sensus. Deus est pater, & Deus non est aliud à patre, vera est, quia Deus non est aliud, quam id quod est pater, & non excluditur filius, nec Spiritus Sanctus. Cum vero masculine pro supposito determinato, vt sit sensus, Deus est Pater, & non est alius à patre, falsa est, quia Deus est aliud aliquid quam pater, quia æqualiter vt Deus est pater, est & Filius, & Spiritus Sanctus, & ibi excluditur Filius, & similiter Spiritus Sanctus. Primo enim modo fit exclusio à patre ratione eius, quod est in ipso, secundò autem ratione naturæ, quæ in ipso est. Sicut cum dicitur, solus Deus est pater, secundum quod fit exclusio neutraliter, fit ratione significati, secundum vero quod fit masculine, fit ratione suppositi.

25. Similiter cum sub dictione exclusiua prædicatur essentiale attributum quod in suo significato cõtinet id quod est Deus sub ratione determinata, puta qualitatis, cum dicitur bonus, sapiens, quantitatis, cum dicitur magnus, æternus, quæ in significatione attributi est, sicut quo est, dicendo pater est solus, æternus, aut solus est æternus, aut solus sapiens, aut solum est sapiens, potest exclusio respicere id quod ipso termino significatur, aut rationem secundum quam significat. Et primo modo proculdubio vera est, quia pater non est aliud quam id quod est æternum, & non excluditur ipsum esse bonum, vel sapientem. Cum vero masculine, falsa est, si forte exclusio principaliter respicit rationem secundum quam terminus ad significandum imponitur, & qua vnum essentiale distinguitur ab alio, vt veritas à bonitate, intellectus à voluntate, & cætera huiusmodi. Si enim ita sit, videtur enim dicitur, Deus tantum sapit, vel sapiens est, vel est solus sapiens, quasi intendatur, quòd sic est sapiens, quod excludatur esse bonus, vel æternus, aut quod sapientia in ipso quandam prærogatiuam habet. Et per hoc intelligitur quasi per quandam prærogatiuam Deus quasi ipse non sit, aut non sit aliquid nisi sapientia, sine per sapientiam, quod falsum est. Non enim est aliquid solum sub ratione sapientiæ, sed etiam sub ratione bonitatis, & cæterorum, neque solum est aliquid sapientia, sed etiam bonitate, & quolibet aliorum. Sed de hoc erit sermo in fine quæstionis huius. Si ergo prædicatur de subiecto siue essentiali siue personali in diuinis sub exclusione posita super subiectum, dicendo, solus Deus vel solus pater est, vel est sapiens, semper falsæ sunt propositiones, quia ab huiusmodi prædicatis excluderentur creaturæ, nisi prædicatio per Antonomasiam, vel prærogatiuam quandam intelligatur dici, tunc enim veræ sunt sicut illa. *Nemo bonus nisi* Luc. 18. C. 18.

solus Deus, & secundum quòd dicit August. 7. de Trinit. cap. 5. *Fortassis Deum solum oportet dicere essentiam, est enim vere solus*.

26. Secundum prædicta ergo concedenda est vltima ratio proposita in arg. 1e d.a.

d.4. n.5 27. Ad primum in oppositum, quòd non potest excludi ab aliquo id sine quo ipsum non potest esse, &c. Dico, quòd verū est quādo nō potest esse sine eo, ex... de causa, quòd aliquid eius est, vt animal hominis, vel visibile, vel quando est pars totius, vt pater Trinitatis. Quando autem non sic est eius, bene potest ab eo excludi, non vt sit absolute sine eo, vt scilicet per exclusionem illud ma... omnino solitarium, sed vt non sit cum eo conitans in aliquo vno. Et sic priuatur ... nsortium eius in illo simul cum alio, quamquam ista priuatio falsa sit, licet ipsius esse prædicati primo adiacens respectu cuius nullo modo di... exclusiua ... excludit id quod est aliquid alterius ab illo cuius est, licet bene notet ipsum excludi respectu cuiuslibet alterius. Vnde quia vnum correlatiuum in diuinis personis non est aliquid alterius inquantum sunt relatiue opposita, licet vnum eorū non possit esse sine altero, vnum eorum ab altero bene potest excludi in respectu ad alicuius communionem, etiam ipsius actus essendi. Sed tunc in tali propositione exclusiua quasi contradictoria implicantur, vt quod ratione exclusionis significatur non esse, ratione relationis ponatur esse, vt ideo sequantur ad talem exclusiuam contradictoria, scilicet idem esse, & non esse, puta dicendo solus, vel tantum pater est. Ratione enim exclusionis excludentis a... aliquid non est aliquid subiecti, sequitur, quod filius non sit, ratione vero relationis, cuius est ad aliud se habere, includendo patrem esse, sequitur, quod filius sit. Quia etiam quorum vnū non potest esse sine altero, quia alicuius illius est, vt unum eorum bene potest non habere cum altero cōmunionem in aliquo prædicato, bene potest excludi ab altero. Dicendo enim tantum, vel sola Trinitas est, sequitur, ergo filius non est Trinitas. Licet ergo in diuinis nihil possit esse sine altero secundum rem, ... tamen de virtute sermonis respectu alicuius prædicati vnum eorum excludi ab altero.

n.25 28. Ad secundum, quòd dictio exclusiua non excludit nisi aliud a subiecto. Dico, quòd verum est, vel aliud quo ad id quod est, & sic in diuinis nihil potest ab altero excludi. Vel quo ad rationem qua est, & sic bene potest vnum eorum excludi ab altero, maxime si illud à quo sit, respicit illud ratione cuius fit exclusio, secundum rationem qua ab excluso distinguitur. Propter quod si dictio exclusiua ab vno attributorum respectu alicuius excludit alterum hoc est præcipue quando illi a quo fit exclusio conuenit illud respectu cuius fit exclusio, ratione qua distinguitur contra exclusum. Vt si dicatur sic, Deus intelligit sola sapientia se, ergo non bonitate, nec fortitudine, aut aliquo huiusmodi, quia sapientia est ratio intelligendi, non autem bonitas, aut fortitudo. Vel si dicatur, pater est pater sola paternitate, sequitur, ergo non pater filiatione, quia paternitas est ratio, qua pater est pater, non autem filiatio.

29. Ad tertium, quod in diuinis magis differens non excluditur, puta persona a persona, secundum Augustinū, ergo nec quodcunque aliud ab alijs in diuinis, quia minus differt. Dico, quòd si persona non excluditur a persona, quæ tamen summe differunt in diuinis, modo quo in eis est differentia, hoc non est ratione qua differunt, sed ratione qua tantum idem sunt quæcunque sunt in diuinis secundum prædicata. Inquantum enim differunt, bene ab inuicem excluduntur. Sed multum differunt quando est exclusio ab essentiali subiecto essentiali prædicati, dicendo, solus pater generat. Dicendo enim solus Deus est sapiens, nec masculine, nec neutraliter excluditur quæcunque persona singularis, quia tam prædicatum quam subiectum æqualiter singulis conuenit. Dicendo vero, solus pater est sapiens, masculine, excluduntur, et cæteræ filij, & Spiritus Sancti, non autem neutraliter, quia prædicatum æqualiter conuenit singulis. Sed quemadmodum dicit Augustinus septimo de Trinitate, *non pater, & filius simul maior essentia est, quam solus pater, vel solus filius*. Et Magister primo sententiarum distinctione 21. in principio. *Tantus est* (inquit) *pater solus, vel filius solus, vel Spiritus Sanctus solus, quantum illi tres simul. Et dua personæ, vel tres simul non sunt maius quam vna sola*. Et hoc quia non est nisi vna quantitas in tribus, sicut nec nisi vna sapientia. Dicendo vero solus pater generat, masculine, excluduntur personæ Filij, & Spiritus Sancti, non autem neutraliter, quia res prædicati, & subiectorum omnino eadem est. lit. A

30. Et neutraliter loquendo intelligitur dictum Augustini sumptum in argumento de prædicatione essentiali, de personali. Vnde in fine assignando cautam dicti sui, dicit *quod inseparabiles sunt*. Quod enim masculine ab vna persona respectu communis prædicati bene excludantur aliæ, aperte insinuat August. quando lib. 2. contra Maxim. cap. 3. dicit sic. *De inuisibili Deo cum agerem, admonui vt crederes inuisibilem non solum patrem*, n.6.

sed

sed etiam filium secundum diuinitatem, non secundum carnem. Vult ergo quod hæc sit vera, non solum pater est inuisibilis, nō autem neutraliter ratione eius, quod est pater, quia sic non est nisi Deus, & solus Deus est inuisibilis. Pro falsa ergo eam habet masculine, contraria ergo eius, solus pater est inuisibilis, falsa est masculine, & hoc non nisi quia excludit filium, & Spiritum Sanctum. Vnde subdit cap. 4. *Lego iterum de immortali Deo,*
1.Tim. c.6.C.16 *quoniam tu illud quod ait Apostolus. Qui solus habet immortalitatem, sic intelligi voluisti, tanquam de solo patre sit dictū, cum ille hoc non de patre dixerit, sed de Deo, qui est Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. Prorsus à nullo acceptam habet immortalitatem pater, & à patre accepit filius, habent ergo immortalitatem pater, & filius, non solus pater habet hanc solus, sed Deus, quod non solus est pater, quia hoc est, & filius.* Et lib. 3. cap. 13. *Sapientem solum inquis pa-*
Ro.16. D.27. *trem, vt prædicat Apostolus dicens sic, soli sapienti Deo, sed Trinitas est solus sapiens Deus.* Et cap. 9. *Si dixisset soli patri, difficilius forte quæstio solueretur.* Ex quo peruenit ad dicendum illud quod in argumento sumptum est, dicens in cap. 13. *Si dixisset Apostolus soli sapienti patri, nec inde filium separaret &c. Cum vero non dixerit, soli sapienti patri, sed soli sapienti Deo, & Deus sit ipsa Trinitas, multo est facilior nobis huius solutio quæstionis.*

31. Et in quo est facilior patet ex dictis, in hoc videlicet, quòd dicendo, *soli sapienti Deo,* non oportet distinguere de prædicatione in neutro, & in masculino, quia in viroque sensu vera est. Dicendo autem *soli sapienti patri,* vt recte intelligatur, oportet distinguere, quòd excludendo masculine vera est, quia non excluditur nisi creatura, sicut neque cum dicitur, *soli Deo immortali.* Su-
10.6. per quo mouit Augustinus quæstionem lib. 2. contra Maxim. cap. 4 dicens. *Quare solus Deus dictus est habere immortalitatem, cum & anima pro suo modo sit immortalis, & alia spiritualis cælestisque natura, postea videbimus,* scilicet lib. 3. cap. 12 vbi dicit sic. *Immortalitatem autem Deus habere dicitur solus, quia immutabilis solus est.* Et per hunc modum, sicut cum dictionem exclusiuam ponimus ex parte subiecti, dicendo, *soli Sapienti Deo,* idest Deo qui solus est sapiens, facilior est solutio quæstionis, quomodo hoc debeat intelligi, quoniam cum ponimus eam similiter ex parte subiecti, dicendo, *soli sapienti patri,* idest patri qui solus est sapiens, cogimur hāc exponere, vt per ipsam filius à prędicato non excludatur, sic cum dicimus sine dictione exclusiua Deus, aut pater, est sapiens, facilior est intellectus, quam si poneretur dictio exclusiua ex parte prædicati, dicendo Deus, aut pater est tantum sapiens, vel est solum sapiens, vel solus sapiens. Tamen si aliqua talis inueniretur in scripturis cogeremur ipsam exponere sic, vt per ipsam bonitas, & cætera huiusmodi non excludantur a subiecto, puta si cum in cantico Ecclesiæ dicitur, *Tu solus sanctus, tu solus dominus tu solus altissimus Iesu Christe,* non requereretur, *cum Sancto Spiritu in gloria Dei patris,* & ly *solus* non esset determinatio subiecti, sub hoc sensu, O Iesu Christe, tu solus es sanctus, tu solus es dominus, tu solus es altissimus, sed potius prædicati, sub alio sensu, videlicet, o Iesu Christe, tu es solus sanctus, tu es solus dominus, tu es solus altissimus, & hoc etiam non sub implicatione ex parte prędicati sic, ô Iesu Christe, tu es ille qui solus es sanctus, dominus, altissimus, qui sensus idem est cum primo. Vnde & si sic diceretur, ô Iesu Christe, tu es ille qui solus Sanctus, dominus, altissimus, esset idem sensus cum secundo. Et sic standum est in duobus primis sensibus, absque implicatione, ne fieret processus in infinitum. Quod si in illo sensu secundo illud inueniretur scriptum, ne vnum illorum intelligeretur excludere omnino alterum, & cætera illi consimilia, oporteret vti distinctione dicta. Sic nec cum dicitur soli sapienti patri secundum eundem sensum excluditur filius. Non est tamen ad hoc opus distinctione secundum dicta. Faciendo vero exclusionem masculine, ibi à sub ecto excluderentur æternitas, bonitas, & cætera huiusmodi, sicut hic a prædicato, Filius, & Spiritus Sanctus. Sed quia tale quid scriptum non inuenitur circa essentialia, talem propositionem omnino negamus, nec distinguimus, nisi forte in casu speciali, sicut dictum iam est in solutione secundi argumenti. Sed n.28. si scripta inueniretur sub hoc ordine verborum. O Iesu Christe tu es solus sanctus, vt ly *solus* non sit aliquo modo determinatio subiecti, neque principalis, neque implicati, sed prædicati tantum, impossibilis esset additio illa, tu es solus dominus, tu es solus altissimus, nisi distinguendo.

32. Ad cuius distinctionis intellectum sciendum est, quod secundum superius determinata, multum differenter in diuinis prędicatur terminus substantialis, & personalis, quia cum prædicatur terminus substantialis (quod solum pertinet ad propositum) tunc ipsum prædicatum secundum se aliquid est, & est etiam id quo subiectum est, aut aliquid est, vt cum dicitur, Deus est essentia, vbi idem est omnino quod est, & quo est, est aliquid, vt cum dicitur, Deus est bonus, verus, aut aliquod cæterorum, secundum quod patet ex superius determinatis, sed inquantum

tum

sum prædicatur non est aliquis, quia prædicatum substantiale, siue in diuinis, siue in creaturis, non prædicat aliquid vt subsistens, sed potius vt alicui insistens, & inhærens, vt cum in diuinis dicitur, pater est Deus, & in creaturis cum dicitur, Petrus est homo.

33. Et secundum quod terminus prædicatiua substantialis secundum se aliquid est, & subiectum inquantum prædicatur non est aliquid, tripliciter potest intelligi exclusio circa prædicatum. Primo modo, secundum primam rationem, secundo secundum secundam, tertiò, secundum tertiam. Et primo modo dicendo, *tu es solus sanctus*, sensus est, tu es sanctus, ita quòd nihil aliud à sanctitate, & sic nihil excludit nec priuat nisi cōsortium eius, quod est contrarium sanctitati, & non excludit aliquid eorum quæ sunt in Deo, quia omnia sunt idipsum quod est sanctitas. Tertio modo dicendo, *tu es solus sanctus*, sensus est, tu es sanctus, ita quod non est aliud in supposito, quam is qui est suppositum sanctitati, quia sic nihil excludit, nec priuat nisi cōsortium rationis suppositi alterius cum sanctitate, quam sit illa secundum quam aliquid est suppositum sanctitati. Et sic non excludit aliquod absolutorum in diuinis, nec aliquod aliud suppositum, quia quodlibet illorum habet rationem eius quod est suppositum sanctitati. Secundo modo (& est modus qui pertinet ad propositum) sensus est, *tu es solus sanctus*, idest ita es aliquid sanctitate, quòd non es aliquid alio, non solum dico alio neutraliter, sed etiam masculine, quod falsum est, quia non solum quælibet persona diuina est aliquid sanctitate, sed etiam deitate, & æternitate, & cæteris huiusmodi, licet non sit aliud aliquid illis, quam sanctitate, & nihil excludit, nec priuat nisi consortium rationis alterius, qua subiectum habet esse aliquid cum ratione qua sanctitate habet esse aliquid. Et sic excludit esse aliud quo Deus habet esse aliquid quantum ad rationem illam qua distinguitur à sanctitate, licet non ratione eius quod est, quod etiam idipsum significatum est nomine significantis, secundum quòd habitum est supra, loquendo de distinctione attributorum.

34. Et secundum hunc modum non solum secundum prædicta in casu speciali, vt videtur, sed simpliciter potest quælibet taliū propositionum distingui. Vnde quod dicunt aliqui, quòd illi termino Deus, solum possit addi dictio exclusiua, dicendo, Trinitas est solus Deus, quia sic sancti loquuntur, sed hoc soli huic termino conuenit, eo quod iste terminus Deus prædicat naturam communem tribus personis, quę secundum se est subsistens nulla personarum distinctione intellecta, quemadmodum dicunt, quòd Trinitas significat naturam communem tribus, & persona significat proprietatem communem, falsum est, & satis improbatum superius. Et ideo non magis ly Deus habet rationem suppositi in prædicato quam alia, sed omnia æqualiter habent rationem formæ inhærentis.

35. Quum etiam illo falso supposito vlterius dicunt, quòd isti termino Deus in prędicato proprio possit immediate adiungi dictio exclusiua, dicendo, Trinitas est solus Deus, non autem alijs, dicendo, Trinitas est solus æternus, nisi impropriè, quia non habet rationem subiecti, & suppositi, sed solummodo formæ inhærentis, dico, quòd propter rationem inhærentis nulla oritur improprietas omnino, sed ex additione dictionis exclusiuæ immediate.

36. Sed arguunt, quod immo, quia ly *solus* nominat priuationem consortij, quæ non potest esse nisi circa illud in quo potest haberi consortium, quod non est nisi in eo quod habet rationem subiecti, non formæ inhærentis. Vnde & dicunt, quòd superflue adderetur ly *solus* tali termino, sicut superflue adderetur termino communi in creaturis, siue essentiali, siue accidentali, quia non dicit secundum se subsistens, sicut dicit Deus, & non excluderetur nisi natura extranea à subiecto, quæ excluditur ex sola ratione prædicati. Dicendo enim præcise, Petrus est homo, non addendo *tantum* vel *solus*, prædicato, intelligitur, quòd non est asinus, vel equus. Et similiter dicendo præcise de Deo, quòd est æternus, intelligitur, quòd non est temporalis. Sed (vt dicunt) si additur prędicato aliquod adiectiuum, dicendo, est *solum* vel vnus solus æternus, vel vnus solus homo, tunc impropriè, & superflue adderetur, quia sic excluditur oppositum illius termini vnus, quod est pluralitas hominum vel deorum.

37. Quod autem dicunt, quòd non potest haberi consortium, nisi in illo qui habet rationem subiecti, Respondeo, quòd dupliciter est consortium plurium. Vno modo in participando vno, & eodem, siue secundum numerum, siue secundum speciem, siue secundum genus, quemadmodum duo homines consortium habent in albedine, & in humanitate. Alio modo in essendo in vno, & eodem, sicut consortium habent album, & dulce in lacte. Et vtroque modo notatur priuatio consortij per dictionem exclusiuam circa terminum cui additur, sed aliter cum additur prædicato, aliter vero cum additur subiecto. Priuatur secundum primum modum consortij, consortium subiecti alicuius cum alio subiecto in participatione siue communio-

munione prædicati, cum vero additur prædicato penes secundum modum consortij prædicati alicuius cum alio prędicato in participatione, siue communione vtriusque ab eodem subiecto. Et isto modo secundo verum est solum, quòd non est consortium nisi aliquorum plurium, quæ habent rationem formę in illo vno, quod habet rationem subiecti respectu vtriusque, vt cui inest, & de quo prædicatur. Primo autem modo priuatio consortij est plurium subiectorum participantium in vna forma participata, & de ista solummodo verum est, quòd non est nisi in eo quod habet rationem subiecti, non formæ inhærentia. Secundo autem modo priuatio consortij est plurium formarum participatarum in vna forma participata, & de ista verum est, quòd non est nisi formarum inhęrentium, & non habentis rationem subiecti.

38. Quod addunt, quòd superflue adderetur prædicato nisi mediante alio adiectiuo, quia prædicatum de se excludit, quod excluderet dictio exclusiua. Dico, quod falsum est, quia dictio exclusiua non solum illud excludit, quod per contrarietatem prędicatum de se excludit, sed etiam ex se excludit omne aliud quo subiectum habet esse aliquid alia ratione quam sit ratio ipsius. Dicendo enim, quòd Petrus est *tantū* vel *solus* homo, non dū excluditur esse asinum, quo nullo modo habet esse aliquid, sed etiam album, bonum, & cætera huiusmodi, quæ inquantum prædicabilia sunt, & habent aliam, & aliam rationem formæ, quoad rationem dandi subiectum esse aliquid vnum, bene priuatur consortium per dictionem exclusiuam respectu subiecti, quamuis etiam à dictione exclusiua posita in subiecto nullum eorum excluderetur respectu prædicati. Non enim sequitur, tantum homo, vel solus homo currit, non ergo album, & hoc quia inquantum habent rationem subiecti per hoc, quòd sunt aliquid in subiecto, vnam & eandem habent rationem subiecti. Et sic (vt videtur) non solum propriè potest dici, pater est vnus solus Deus, vel vnus solus æternus cum alio adiectiuo, sed etiam sine illo, licet in illis magis sit vsitatum, & hoc non quia clarius est quid debeat excludi, cum additur aliud adiectiuum, quod manifestum est habere oppositum sibi repugnans, quam cum dictio exclusiua additur ei immediate sine alio adiectiuo, sed quia talis exclusionis modus inusitatus est, licet forte eum postponamus, dicentes, quòd vnū essentialium non potest excludi in prædicato, nisi in casu tacto supra in secundi argumēti solutione. n. 28.

39. Sed tunc (vt dicunt) superflue ponitur dictio exclusiua in prædicato, quia non excludit nisi quod natura termini excluditur. Et dicunt, quod licet excludatur per contrarietatem, tamen virtute sermonis excludi nō significatur nisi additione dictionis exclusiuæ. Per hunc modum cum additur prædicato cum adiectiuo apposito nihil excluditur dictione exclusiua, quod non excluditur per contrarietatem in ipso significato termini, aut consignificato. Sicut enim dicendo, vnus solus Deus, plures Deos excludimus, dictione exclusiua, sic dicendo vnus Deus, vnus ratione sui significati excludit Deorum pluralitatem. Et similiter dicendo Deus, sine vnus, & sine solus, quia in singulari numero intelligitur vnus, ratione sui consignificati excludit deorum pluralitatem. Et quod amplius est, id quod dictio exclusiua excludit à prædicato, dicendo Trinitas est solus Deus, hoc excludit res significata hoc nomine. Non enim est nisi id quod est aliud à Deo.

✠

Conclusiones ex Quæstione quinta, Articuli Septuagesimi quinti.

1. *Dictio solus, addita termino essentiali, excludit associationem alterius ab eo in communicando vnam essentiam, vt solus Deus.* n. 7.
2. *Eadem dictio addita termino personali excludit associationem alterius ab eo in communicando vnam proprietatem personalem, vt solus Pater.* n. 8.
3. *Dictio solus prout dicit idem ac solitarius non est admittenda in diuinis.* num. 10.
4. *Eadem dictio, prout dicit idem ac singulus, ponenda est in diuinis, tam quoad personas, quam quoad essentialia.* n. 11.
5. *Potest dici solus Pater non est Trinitas, & è conuerso Trinitas non est solus Pater.* n. 12.
6. *Proprie solus ponitur exclusiue, cum dicitur solus Pater est Pater.* num. 15.
7. *Deus tantum creat, vel Pater, aut Trinitas tantum creat, est falsum.* num. 19.
8. *Deus Pater, aut Trinitas tantum intelligit, vult, aut generat, est falsum.* num. 20.
9. *Si fiat exclusio ab vno actu interiori, alterius actus neutraliter vera est semper.* num. 21.
10. *Si vero fœminine semper est falsa.* num 22.
11. *Quæcunque in diuinis sic conueniunt, quod vnum vere prædicari possit de altero excludi non potest ab altero.* n. 23.
12. *Deus est solus Pater cum excludit neutraliter vera est, cum vero masculine est falsa.* n. 24.
13. *Similiter cum prædicatur aliquod essentiale attributum sub ratione determinata, aut qualitatis, aut quantitatis.* n. 25.

QVAESTIO SEXTA.

Vtrum dictio exceptiua præter, aut præterquam, aut nisi possit excipere aliquid eorum, quæ sunt in diuinis respectu prædicati, aut respectu subiecti.

CIrca sextum, & vltimò arguitur, quòd dictio exceptiua *præter, præterquam, & nisi*, non potest excipere aliquid eorum, quæ sunt in diuinis, ab alio.

1. Primò sic. Dictio exceptiua non est exceptiua nisi partis à toto, & hoc vel partis subiectiuæ à toto vniuersali, vt cum dicitur, omnis homo currit præter Sortem, vel partis integralis à toto, vt totus Petrus est albus præter pedem, vel è conuerso totius à parte, vt Petrus non est albus nisi pede. Sed indiuinis non potest esse pars vniuersalis, quia in illis non est numerus diuisione, nec ratus esse, nec ratio vniuersalis, neque potest esse pars integralis, quia in illis non est numerus collectione, & per hoc nec ratio integri, ergo &c.

2. Secundò sic. Exceptio non est nisi eius, quod continetur sub aliquo toto in quantitate, quod est terminus continens plures partes subiectiuas, vel integrales cum signo vniuersali distributiuo, puta omnis homo, vel omne ens, vel totus homo, sed sub tali toto per distributionem huius signi totus, non cadit Deus, vel aliquid eorum, quæ sunt in diuinis, quia singula quæ sunt in Deo, sunt idipsum, & non est totum nisi distributiuum integri, in quo necessario est aliud, & aliud, nec similiter sub tali toto per distributionem huius signi omnis continetur Deus, nec aliquid eorum quæ in ipso sunt, quia in tali toto in quâtitate distributiuum per hoc signum omnis non est nisi commune distribuibile, quale nullum est in Deo, quia in Deo (vt prius dictum est) non est commune vniuersalitate sed communione, quod non est distribuibile, quale nullum est in Deo, quia non bene dicitur, omnis Deus, licet deitas sit cõmunis communione.

3. Tertiò sic. Exceptum, & illud à quo facta est exceptio debent esse distincta semper, quare etiam quanto aliqua magis sunt inter se distincta, tanto magis vnum illorum natum est ab altero excipi, si ergo non in illis quæ maiorem distinctionem habent inter se, nec in illis, quæ habent minorem, sed maiorem habent distinctionem Deus, & creatura, & ea quę sunt in Deo ab illis, quę sunt in creaturis, quam illa quæ sunt in Deo, inter se. sed in Deo, & in creaturis non potest cadere exceptio, vt creatura sit exceptum, & creator sit id à quo habet esse exceptio, ergo &c.

4. Vltimæ assumptionis probatio est, quod exceptum, & illud à quo fit exceptio, debent contineri, vt partes sub eodem toto in quantitate, contentę in vno toto distributo per hoc signum omnia, vel per hoc signum totus, sub quali non possunt contineri Deus, & creatura. Non sub distributo hoc signo totus, quia non nisi constituto ex pluribus, ex Deo autem, & creatura nihil potest constitui. Neque sub distributo hoc signo omnis, quia omnis non est distributiuum nisi vnius in plura, quorum singulum est de numero omnium aliorum, vt patet dicendo, omne animal, vbi animal non distribuitur nisi pro illis quorum quodlibet est de numero omnium aliorum, sed Deus non est omnino de numero omnium, quia de filio dicitur Ioan. 1. *Omnia per ipsum facta sunt*. ipse autem non est factus, & sic ipse non est de numero omnium. Eadem ratione nec pater, nec Spiritus Sanctus. Vnde & communiter dicitur pro tota Trinitate. *Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia*, vbi dicit Glos. *Ecce Trinitas personarum hic ostenditur*, ergo &c. A. 5 Rom. 11. D. 30.

5. Quartò communiter, & quoad exclusionem & exceptionem sic. Quæ sic se habent, quòd vno nominato necesse est alterum intelligi, vnum illorum non potest excludi ab altero, nec excipi ab altero siue ab alio, puta si nominato Petro, dicendo, Petrus est homo, necesse sit intelligere Paulum, neuter ipsorum posset excludi ab altero respectu cuiuslibet prædicati, aut subiecti, dicendo solus Petrus, vt sequatur, non ergo Paulus, aut è conuerso, nec vnum eorum excludi, aut etiam excipi ab aliquo respectu cuiusque prædicati, aut subiecti, quia alterum similiter excipitur

ab eodem, vt dicendo. Solus homo iniustus currit, ergo Petrus non currit, quin etiam sequatur, ergo Paulus non currit, vel dicendo, omnis homo currit præter Petrum, quin etiam sequatur, præter Paulum, puta si homine nominato intelligatur rationale, non potest rationale excludi ab homine, vt sequatur, solus homo, non ergo rationale, neque homo excipi, quin simul ab eodem, & respectu eiusdem excipiatur & rationale, vt non dicatur, omne animal præter hominem, excipiendo hominem, quin etiam simul excipiatur rationale. Sed sic se habent inter se personæ diuinæ, quòd scilicet vna nominata intelligitur alia secundum August. 6. de Trinitate cap. 9. Vbi exponens illud Ioan. *Hæc* cap. 17. A. 3. *est autem vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum,* dicit. *Est ordo verborum, vt te & quem misisti Iesum Christum, cognoscant solum verum Deum. Cur ergo tacuit de Spiritu Sancto?* Et respondet alia interrogatione subdens continuo. *An quoniam consequens est, vt vbicunque nominatur vnum, tanta pace vni adhæreat, vt per hãc vtrũq; vnũ sit, iam ex hoc intelligatur & pax, quamuis non commemoretur,* q. d. sic. Et intelligit per vnum vni Patrem, & Filium, per pacem autem Spiritum Sanctum. Vnde super dicto verbo dicit Glossa. *Ordo, vt cognoscant te & quem misisti Iesum Christum, cum Spiritu Sancto, qui est amborum esse. solum, & verum Deum.* Et si sic se habent inter se personæ, multo fortius & quælibet alia, quæ in diuinis minus distinguuntur, ergo &c.

6. In contrarium est, quod vbicunque aliquid vni soli de numero plurium conuenit per exceptionem, vere dici potest, quòd nulli illorum omnium conuenit præterquam illi vni, vel nisi vni, sed in diuinis aliquid soli vni personæ conuenit inter personas diuinas, puta filio, quòd sit verbum, vel imago, ergo &c.

7. Hinc etiam excipiendo dicit Ioan. Damasce. de tribus personis diuinis lib. 1. cap. 11.
Orth. fid. *Secundum omnia sunt vnum, Pater & Filius & Spiritus Sanctus, præter ingenerationem, generationem, & processionem, ergo &c.*

8. Dico, quòd dictiones exclusiuæ, & exceptiuæ eandem vim, & idem officium habent & circa subiectum, & circa prædicatum. Sicut enim hoc quod est reduplicatio, quam importat *ly inquantum,* vel *in eo quòd,* est determinatio prædicati denotans modum inhærentiæ ipsius in subiecto scilicet per se, sic exclusio, & exceptio quam important *ly tantum, solus, præter, præterquam,* & *nisi,* est determinatio prædicati, vel subiecti indifferenter denotando modum, quo prædicatum inhæret subiecto, & quo subiectum subijcitur prædicato, scilicet præcise, licet diuersimode dictiones exclusiuæ, & exceptiuæ. Quoniam exclusiuæ præcisionem ipsam circa prædicatum, aut subiectum ponunt, remouendo, siue præcidẽdo cõsortiũ a subiecto respectu prędicati, & à prędicato respectu subiecti, secundũ modũ determinatũ in pręcedẽti quęst. Dictiones vero exceptiuæ præcisionem illam ponunt ipsam exprimendo. Vnde omnis propositio exclusiua resoluitur in exceptiuam, & omnis exceptiua reducitur in exclusiuam. Et non sunt inuentæ exceptiones nisi propter expositionem exclusionum, nec distinctiones exceptiuæ, nisi propter expositionem officij exclusiuarum.

9. Et cum tam exclusiua, quam exceptiua propositio vim habeat duarum propositionum, scilicet vnius affirmatiuæ, & vnius negatiuæ, & etiam propositio exclusiua habeat duo, scilicet vnum inclusum per primam propositionem, quod est illud à quo excluditur, & aliud exclusum per secundam. Et similiter exceptiua duo habeat, vnum scilicet suppositum, quod est illud quod è contrario est, & illud quod excipitur per primam, illa duo, & duo sibi inuicem respondent ex parte exclusiuæ, & exceptiuę vniformiter quo ad hoc quòd id quod includit exclusiua, semper supponit exceptiua ipsi respondens, & eadem propositione. Sed propositio continens exclusum semper formatur in propositionem exceptiuam, puta dicendo, non nisi homo currit, sensus est, homo currit, & nihil aliud ab homine currit, & continet ly homo inclusum respectu prædicati, & ly aliud ab homine exclusum respectu prædicati; scilicet à consortio hominis in commutando prædicatum, & de illa, nihil aliud ab homine currit, formatur talis exceptiua, nihil currit pręter hominem, quæ supponit hominem currere, & excipit à consortio in cursu cum hominẽ omne aliud, dicendo, nihil aliud ab homine currit, & sic de cæteris suo modo, siue ex parte subiecti, siue ex parte prædicati fiant exceptio, & exclusio.

10. Quare cum de eisdem re, & officio siue in dictionibus, siue in orationibus semper idem sit iudicium, cum secundum determinata in quæstione præcedenti, dictiones exclusiuæ in diuinis possunt excipere vnum ab alio in prædicato respectu subiecti, & è conuerso, similiter, & dictiones exceptiuæ possunt excipere vnum ab alio in prædicato respectu subiecti, dicendo, nullus est pater in diuinis nisi generans, omnis in diuinis spirat, præterquam Spiritus Sanctus, aut præter Spiritum Sanctum. Et secundum quod diuersimode vera, vel falsa est exclusiua masculine, vel fœminine, aut neutraliter exposita,

que

quo ad propositionem continentem exclusum, similiter est diuersimode vera, vel falsa continens illud a quo excipitur, prout hęc patere possunt conferenti se ad superius determinata. Propter quam identitatem, & correspondentiam officiorum dictionum exceptiuarum, & exclusiuarum, & difficultatem ex illis contingentem in diuinis prædicationibus, quidam omnino omiterunt perscrutari quicquam de dictionibus exceptiuis in diuinis.

a. 6. 11. Et secundum hoc concedenda est vltima ratio pro ista parte adducta.

a. 1. 12. Ad primum in contrarium, quòd dictio exceptiua nõ excipit nisi partem à toto, vel vniuersali vel integrali. Dico, quod verum est.

ibid. 13. Et quod assumitur, quod in diuinis non potest esse pars, nec vniuersalis nec integralis, dico, quòd de integrali loquendo verum est strictè sumendo integrale. Totum enim integrale stricte loquendo non est nisi continens plura absoluta collectione numerata in eodem composito ex illis, secundum quòd corpus hominis est totum integrale ad caput, & cætera membra illius, quæ dicuntur collectione numerata, sicut quum vno nomine simul, & semel dicimus plures vnitates, vel duo, aut plura vna, vt homines, & hæc quidem numeratio ex distributis partibus constat. Totum autem integrale, loquẽdo de integro, largo mõ est cõtinẽs plura de absoluto, & relato, quasi collectione quadã numerata in illo, vt in qua constituto, non de composito de illis, sed ex aliquibus illorum, secundum quòd pater est quid totum ad essentiam, & proprietatem, inquantum essentia est in illo quo est, & quo est aliquid, proprietas vero quo ad aliquid est, & non tantum vnica, sed plures, scilicet innascibilitas, paternitas, & spiratio actiua. Propter quod quodlibet illorum bene à patre excipi potest respectu alicuius subiecti in propositione, tanquam pars integralis a toto integrali, prout iam inferius amplius declarabitur, licet non vt à toto vere vniuersali, aut integrali, sicut est in solis creaturis prout procedit obiectio, & bene. Loquendo enim de vniuersali propriè, verum est quòd in diuinis non potest esse pars vniuersalis.

14. Vniuersale vero impròpriè loquendo de vniuersali, est commune secundum rem, & est forma pluribus communis communitate vnius rei singularis existentis in illis, & tota in quolibet illorum, sub diuersis tamen rationibus, quibus distinguuntur abinuicem, vel saltem quomodo distinguuntur personæ diuinæ rationibus notionalibus proprietatum personalium, vel secundum rationem tantum, quomodo distinguuntur inter se omnia essentialia existentia communiter in tribus personis. Quorum vnum & primum est, cuius ratio etiam absolutissima essentia, & quæ cadit non descensu per determinationem, aut per significationem suam, sed significatione, scilicet per virtutis immensitatem, quæ in singulis eorum, quæ in diuinis abinuicem distinguuntur, siue secundum rem, siue secundum rationem essentialiter prædicatur, vt significata in illis omnibus sub rationibus distinctis eorundem, & vt a qua nominatur quodlibet illorum, & dicitur ens simpliciter. Pater enim essentia deitatis est ens, & filius eadem est ens, & similiter Spiritus Sanctus. Similiter quodlibet aliorum essentialium, puta deitas, bonitas, veritas, & sic de singulis, quæ á suis proprijs, vel dicuntur esse ad aliquid, puta personæ rationibus suarũ proprietatum relatiuarum, vel dicuntur esse aliquid, puta deitas, bonitas, & cætera essentialia, à quibus etiam quibus insunt, & de quibus prædicantur non dicuntur esse simpliciter, sed esse aliquid, vt patet ex supra determinatis. De tali vniuersali loquendo bene verum est, quòd in diuinis non est pars vniuersalis, quia deitas siue essentia deitatis partes non habet, sed est tota significata in singulis diuinis personis, & attributis.

15. Loquendo de vniuersali propriè, illo modo est vniuersale, quo secundum rem significatam diuersatur in partibus suis subiectis, & sumitur dupliciter, vno modo strictè, alio modo largè. Strictè non est nisi forma pluribus communis, non communitate vniusrei singularis existentis in illis, & quæ est tota in quolibet illorum, sed communitate rei vnius secundum rationem tantum abstractæ ab illis per intellectum, & in quodlibet illorum consideratione intellectus descendens, vt in subiectiuas partes eius per determinationem aliquam, secundum quòd genus est totum vniuersale ad species, in quas descendit, determinatum per cõtrarias differentias, aut per eius significationem, secundum quod species specialissima est totum vniuersale ad indiuidua in quæ descendit sua significatione facta per agens, siue etiam per materiam, siue absque materia. Et sic totum vniuersale continet plura diuisione numerata, sed nõ nisi vnitate.

16. Large autem sumendo vniuersale in diuinis, vniuersale est ens dictum ab essentia deitatis, quod est commune prædicabile in diuinis, quorum quodlibet à sua propria ratione est ens non simpliciter, sed ens aliquid, & descendit ens in illa, vt in contenta sua quasi partes subiectiuas, & hoc descensu non per determinationis additionem ad modum, quo descendit in species, aut significationis,

ad modum quo species creaturæ per significationem descendit in indiuidua, sed per rei simplicitatem, per aliam, & aliam ipsius rationem. Quæ res simplex propter virtutis immensitatem est omnia, quæ sunt dignitatis simpliciter sub illorum diuersis rationibus puta deitas, bonitas, paternitas, pater, & cætera omnia, quæ sunt in diuinis, & quæ aliquid dignitatis simpliciter nominant in creaturis & secundum hoc nomen suum translata sunt à creaturis ad diuina. Et quia essentia diuina sic est omnia illa, propterea ens dictum ab huiusmodi essentia continet illa quasi partes subiectiuas sub se, & respectu illorum est quasi totum vniuersale. Propter quod bene vnumquodlibet illorum ab illo excipi potest in propositione respectu subiecti, & prædicati, tanquam pars subiectiua à toto vniuersali, prout iam amplius declara-
n. 22. & seq bitur.

n. 2. 17. Ad secundum, quod exceptio non est nisi eius quod continetur sub aliquo toto inquantitate. Dico quod verum est secundum aliquem modum, prout scilicet continetur sub toto vniuersali, vel sub toto integrali, iuxta modum iam supra expositum.

Ibid. 18 Quod autem assumitur, quòd sub toto in quantitate per signum distributiuum totius integralis, cuiusmodi est hoc signum *totus*, non continetur Deus, nec aliquid eorum, quæ sunt in diuinis patet ex iam dictis quòd falsum est, quia dicendo totus pater, aliqua quæ sunt in diuinis, cadunt sub ista distributione aliquo modo vt sub distributione totius in quantitate, & totius integralis, non obstante, quòd omnia quæ sunt in Deo, sunt idipsum re absoluta, bene tamen distinguuntur sicut absolutum, & proprietas relatiua, immo etiam sicut diuersimode proprietates relatiuæ, propter quam distinctionem, siue diuersitatem respectu alicuius prædicati potest excipi à toto, vt est contentiuum aliorum, dicendo totus pater est ad aliud, præterquam substantia sua. Substantia enim patris inquantum substantia, non est ad aliud, sed proprietates eius sunt ad aliud, vt quo pater ipse est ad aliud, ipse vero pater est ad aliud, vt qui est ad aliud.

Ibid. 19. Quod autem arguitur, quod non continetur Deus, aut aliquid eorum, quæ in eo sunt sub toto in quantitate per signum totius integri. Similiter dicendum est, quod fal-
n. 16. sum est, quia dicendo iuxta iam supra dicta, omne ens diuinum, omnia diuina cadunt sub illa distributione quoquo modo, vt sub distributione totius in quantitate totius vniuersalis, quia cadunt quoquo modo sub ratione vniuersalis, sicut patet ex dictis ibidem.

20. Quod arguitur specialiter cõtra hoc, n. 25.
quòd nec Deus, nec aliquid eorum, quæ sunt in diuinis, possunt cadere sub distributione totius in quantitate, quantitate vniuersalis, quam importat hoc signum *omne*, quia nec Deus, nec aliquid eorum, quæ sunt in diuinis est commune distributibile, quia non est in illis nisi commune communione in vniuersalitate, & commune communione non est distributibile, quia non bene dicitur omnis Deus, cum tamen deitas sit commune communione. Dico, quod licet in diuinis nihil significatum nominaliter, & per modum habitus, sit distributibile, quia inquantum huiusmodi non est commune nisi communione, aliquid tamen significatum per modum actus verbaliter, aut participialiter inquantum huiusmodi bene est distributibile, quia inquantum huiusmodi bene est commune vniuersalitate quoquomodo, scilicet large, quali modo (vt visum est iam supra) significatur quicquid est in diuinis hoc nomi- n. 26.
ne ens. Propter quod licet non bene dicatur, omnis Deus, vt dicit argumentum, bene tamen dicitur omne ens diuinum.

21. Ad tertium, quòd Deus non potest n. 3.
aliquo modo excipi à creatura, nec è conuerso, ergo nec aliquid existentium in Deo ab alio, quia illa minus differũt. Dico, quod aliqd ab alio posse excipi, huius causa non est plurium differentia, nisi sit contentorum in aliquo vno integro, vel vniuersali, quia in illa distribuitur. Licet ergo plus differant Deus, & creatura, quia tamen, vt dicit argumentũ, non possunt conuenire in vno habente rationem integralis, sicut possunt plura existentia in diuinis in vnitate personæ, vnum istorum bene potest excipi ab alio exceptione à toto integrali, licet non Deus à creatura, nec è conuerso. Quomodo autem rationem integri habeat persona in continendo absolutum, & relationem, iam tactum est supra, n. 13.
quod differt ab integro in creaturis, quia semper continet plura absoluta. Exceptione autẽ à toto in quantitate vniuersali bene creatura excipitur, & etiam Deus. n. 4.

22. Ad illud autem, quod arguitur contra hoc, quod hoc signũ non est nisi distributiuũ vnius in plura, quorum singulum est de numero aliorum, & sic de numero omnium illorum. Deus autem non est de numero omnium, Dico secundum quod iam inchoatum est in solutione duarum rationum præcedentium, præcipue primæ, quòd vniuersa- n. 15.
le cuius signum distributiuum est ly *omne*, accipitur vno modo strictè, quòd non est commune secundum rem, sed secundum rationem tantum, quod descendit in suas partes vere subiectiuas. Et hoc dupliciter, vel si-

gnifi-

a.14. gnificatione, vel determinatione, secundum iam dicta. Si primo modo vniuersalis, hoc signum *omne* est distributiuum tantummodo, tunc de numero omnium, siue eorum, quæ cadunt sub distributione huius signi *omne*, non sunt nisi ea, quæ continentur sub singulis speciebus specialissimis, singulis distributionibus factis circa vniuersalia, quæ sunt species specialissimæ, sub quibus contenta habent veram, & perfectam vniuocationem in omnino vniformiter, & æqualiter participando formam speciei, dicendo, omnis homo, omnis asinus, omnis albedo, omnis nigredo, & sic de cæteris. Et sic verum est, quòd Deus non est de numero omnium, quia non continetur communiter cum creaturis sub aliqua specie specialissima, sicut nec illa, quæ continentur sub specie asini, sunt de numero eorum, quę continentur sub specie hominis.

23. Si secundo modo vniuersalis hoc signum *omne* est distributiuum, tunc subdistinguendum est, licet iam suprà non sit distinctum, quia aut descendit in suas partes subiectiuas determinatione rei, aut sola vocis determinatione per rē. Si primo istorū duorum modorū hoc signū *omne* est distributiuū tātummodo, tunc de numero omniū, siue de numero eorū, quæ cadunt sub distributione huius signi *omne*, non sunt nisi ea quæ continentur sub ijsdem generibus generalissimis, singulis distributionibus facta circa vniuersalia, quæ sunt genera generalissima, dicendo, omnis substantia, omnis quantitas, omnis qualitas, & sic de cæteris. Sub quibus contenta non habent veram, & perfectam vniuocationem in omnino vniformiter, & æqualiter participando formam generis, dicente Philosopho 7. phyfic. quòd *æquiuocationes latent in genere*, & hoc tam in quolibet subalterno, quam in generalissimo, & hoc propter eandem causam, quia scilicet secundum quòd idem dicit in decimo Metaphysicæ, semper in diuisione generis dignius, & nobilius est alterum extremum contrarietatis, scilicet alterum differentium diuidentium genus, puta rationale quam irrationale, & animatum, quam inanimatum, & spirituale quam materiale, & incorporeum quam corporeum. Semper autem dignius, & nobilius participat formam generis species, quæ participat illam nobiliori differentia, quam illa quæ participat eam differentia minus nobili. Et hoc modo etiam verum est, quòd Deus non est de numero omnium, quia non continetur sub aliquo genere, sicut nec illa, quæ continentur sub vno genere sunt de numero omnium, quæ continentur sub alio, puta quæ continentur sub aliquo genere actionis, non sunt de numero omnium, quæ continentur sub genere substantiæ.

t.31.to 2. a.66.q.1. n.21 q.4 n.15.

c.6.te.13 to.3.

24. Quod autem descendit in partes quasi subiectiuas determinatione vocis per rem significatam, duplex est. Quoddam quod non determinatur nisi ex adiuncto expresso, cuiusmodi est æquiuocum casu, de quo dicit Boethius, quòd *æquiuocationes determinantur per adiuncta, vt canis addendo latrabilis*, & tale non habet aliquam rationem vniuersalis, quòd possit vnica distributione distribui per hoc signum *omne* in communia, quę sub ipso continentur tanquam partes subiectiuæ, de quo nihil ad præsens. Aliud vero est quod descendit in partes quasi sibi subiectiuas determinatione vocis per rem significatam, ex natura ipsius rei significatæ absque aliquo adiuncto expresso, cuiusmodi est cōmune analogum, quod pro tanto habet rationem vniuersalis, quòd possit vnica distributione distribui per hoc signum *omne*, in omnia sua significata quasi in supposita, sicut potest vniuersale verum in sua vere supposita. Quod quidem non continet sua significata æque principalia, neutrum scilicet per rationem aliquam, sicut continet æquiuocum casu, propter quod nullam habet rationem vniuersalis, nec aliquid participat de ratione vniuoca, & ideo non descendit in illa, vt in partes subiectiuas, sicut descendit species specialissima, sed continet sua significata secundum prius, & posterius, & sic descendit in illa, quia vnum significat primo, & per se, quasi illi soli nomen conueniret, & reuera participaliter, & antonomastice loquendo illi soli conuenit, alterum vero significat secundario, & per primum, ex eo videlicet, quod illud secundum in essentia sua est quasi quædam effigies, & imago illius primi. Ideo enim ipsum primum mutuat nomen suum secundo, & hoc præcipue inquantum ipsum secundum est ens absolute, sumendo est primo adiacens, non autem inquantum est ens aliquid, sumendo est secundo adiacens, & hoc quia esse dicitur vnumquodque tam creatum, quam increatum, ab essentia primi principij. Sed ab illa primò, & principaliter dicitur ens, id quod increatum est, quia illa non solum est quo est ens increatum, sed etiam totum quod est in fine simplicitatis existens non compositum ex alijs, neque compositum alteri, neque habens alterum compositum sibi, sicut habet omnis alia essentia. Secundario autem ab illa eadem essentia dicitur esse ens id quod creatum est, quia illa non est quod est ens creatum, sed solummodo quo est simpliciter, quia creatura est essentia ex hoc, quòd effigies Dei est, eo ipso absolute est, ipsa diuina essentia autem propria sui generis solum aliquid

est. In quo est accipere secundum partes essentiæ, quód est secundum rationem istį generis, & quo est aliquid secundum illam, puta in homine animalitas est quod est simpliciter, rationalitas aliquid in specie est. Vnde aliud est quo homo est aliquid secundum speciem, & quod est secundum genus, & quo est absolutè, vt effigies diuinæ essentiæ est. Et sic ab eo quo Deus dicitur esse simpliciter, creatura dicitur esse absolutè, sed Deus quadam denominatione intrinseca, creatura vero quadam denominatione extrinseca, sicut dicit commentator Boethij super illud. *Diuersitas est esse & quod est*, vt habitum est supra, quæstione secunda huius articuli ante finem. Quæ denominatio non dicitur extrinseca, quia non est ab essentia propria generi creaturæ, vt ipsa aliquid est, vt ea aliquid habet esse aliquid, sed solum quia non est ab illa, nisi vt est quædam effigies Dei, & participatio eius. Per quod quidem vnum, quid sunt esse creata & increata, & esse creati, & increati, sed differt in hoc, quód increatum est per essentiam suam, quia ab eo solo est quod est secundum id quod est, creatura autem non est ab eo quod est secundum id, quod est, sed solummodo est ab illo secundū quód effigies Dei est.

25. Et quia secundum hunc modum inquantum creatura est effigies increati, est quoque modo ipsum increatum, & esse suum similiter esse illius, & quo ad hoc ens vniuoce significat illa duo, inquantum autem ipsū creatum deficit à veritate increati, omnino est aliud ab illo, & quo ad hoc æquiuoce significat illa duo. Et per hunc modum analogia media est inter simpliciter vniuocationem, & æquiuocationem puram.

26. Et hoc modo ens simpliciter tanquam vniuersale quoddam descendit in ens creatum, & increatum. Nihil enim reale commune significat creato, & increato, non tamen est pure æquiuocum, sed partim vniuocum, & partim æquiuocum. Et quo ad hoc, quód habet rationem vniuoci potest distribuere simul pro creato, & increato, dicendo, omne ens est, licet non sit verè nisi Deus. Et ideo vltimo ab illa vniuersali, quæ simul comprehendit Deum, & creaturam, dicendo ens est Deus, bene excipiendo, nullum ens est vere nisi solus, excipiendo à remotione ab esse vere omne ens vniuersaliter ipsum ens increatum, secundum quód per eundem modum, aut conformem, accidens non dicitur ens nisi ab essentia subiecti. Vt ideo Philosophus intelligatur dicere, *quód accidens non est ens nisi quia est entis*. Et etiam vt ideo sub vna distributione simul cadant substantia, & accidens, dicendo omne ens est creatum, & per exceptionem dicitur, nullum ens est vere nisi substantia. Et sic sicut propter analogiam esse, quæ est inter substantiam, & accidens, ens partim vniuoce continet ambo, & cadunt simul sub vna distributione, à qua quodlibet illorum potest excipi, vnum ab affirmatiua dicendo, omne ens vere est præter accidens, & è conuerso alterum a negatiua dicendo, nullum ens vere est præter substantiam. Sic propter analogiam esse, quæ est inter Deum ex vna parte, & creaturam simpliciter, vt substantia, & accidens simul sub ratione vniuoca ipsius esse simpliciter continentur, ex altera ena simpliciter adhuc generalius continet ambo, & cadunt simul sub vna definitione, à qua quodlibet illorum potest excipi, vnum sub affirmatiua dicendo, omne ens vere est præter creaturā, & è conuerso alterum à negatiua, dicendo, nullum ens vere est præter Deum, licet multum differenter vere esse dicatur de Deo respectu creaturæ, & de substantia respectu accidentis.

27. Et sic postquam ex toto vniuersali in quātitate Deus, & creatura excipi possunt ex contrario sicut ex falso concluditur, quód nihil eorum quę sunt in Deo vnum possit excipi ab altero, immo inquantum ens est commune vniuocum omnibus quæ sunt in Deo, & magis vniuocum quam sit species specialissima ad sua indiuidua, eo quod in illis essentia speciei numeratur, non sic autem diuina essentia in illis quæ sunt in Deo, sed est eadem, & simplex. Quod quidem ens cum hoc, quod est commune tali vniuocatione, bene sub ratione vniuersalis potest esse contentiuum plurium, & distribui in illa, eo quod significat per modum agere actu primo sicut generare, & spirare significant per modum agere actu secundo. Et proprie secundum superius determinata, possunt sic pluraficari, vt dicamus plures creantes, & plures spirantes, licet nequaquam possint alia in diuinis significata per modum habitus sic pluraficari, vt dicamus plures dij, plures æterni. Propter quod sub nomine tali in diuinis sub vna distributione non possunt comprehendi illi, quibus nomen, & ratio nominis conuenit, puta nomen quod est Deus, vel æternus Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, vt dicatur omnis D us, omnis æternus.

28. Quod ergo arguitur, quód Deus non potest excipi à distributione aliqua sub qua continetur communiter cum creaturis, quia ipse non est de numero omnium. Dico, quód verum est sumendo ly *omnium*, vt ly *omne* est distributiuum vniuersalis proprie dicti, & stricte accepti, & sola significatione descendentis in sua supposita, aut determinatione rei n. 14. n. 23. & seq.

rei propter rem. Sumendo autem ly *omnium* vt ly *omne* est distributiuum vniuersalis proprie dicti & stricte accepti, descendentis in sua supposita determinatione vocis tantum per rei naturam. Dico, quòd non est verum, immo sicut hoc modo substantia est de numero omnium entium creatorum, & comprehenduntur sub vna distributione substantia, & accidens, dicendo, omne ens est, intelligẽdo de ente creato, siue dicendo, omne ens creatum est, sic hoc modo Deus est de numero omnium entium simpliciter, & absque determinatione dicto ente, & comprehenduntur sub vna distributione Deus, & creatura, ente analogo ad substantiam, & accidẽs in creaturis, quod significantus nomine entis creati, existente vno significato illius entis simpliciter, & communioris, & ipso Deo
ibid. existente altero significato, secundum modũ supra expositum.

n. 4. 29. Quod vlterius arguitur contra hoc, quòd scilicet nec hoc modo Deus possit dici de numero omnium, eo quòd omnia facta sunt ab ipso. Dico quòd hoc nomine omnia quod est neutri generis, & nominatiui casus, numeri pluralis, supponens illi verbo sunt, apposito illo, facta per ipsum, continens vim signi distributiui totius vniuersalis, & simul vim vniuersalis distributi significati hoc nomine ens, vel (vt largius loquamur) significati hoc nomine res, quod significat analogice rem dictam a ratitudine, quę significatur nomine entis veri, continentis omne ens existens in rerum natura extra intellectum, vel ratum existere, scilicet Deum, & creaturam, & etiam rem dictam à reor reris, quæ significatur nomine entis diminuti, continentis omne ens existens in intellectu ab opere intellectus, aut diminutum existens ab opere naturæ aut intellectus deficientis, qui quidem duo modi entium veri, & diminuti significantur analogicè nomine entis communissime abstracti, & vna distributione latissima continet Deum, & creaturam, & quod est secundum animam, immo vniuersaliter ens diminutum simpliciter, dico inquam, quòd tali nomine potest intelligi signum distributiuum significatum in ipso facere distributionem rei distributæ intellectæ per idem nomen, aut secundum naturam, & ipsius signi distributiui, & ipsius distributi, aut secundum modum vsus talis distributionis à nobis.

30. Si primo modo, dico, quòd adhuc sub tali distributione simul continentur Deus, & creatura, aut etiam cum eis ens diminutum, & falsa est propositio, quia Deus non est ens factum, quia tunc esset de numero factorum, & ideo cum omnia facta sunt ab ipso, ipse esset factus à se, & de numero factorum à se, quod falsum est, quia secundum Augustinum super Ioan. *per se fieri non potuit qui fecit omnia.* Et quòd secundum eundem in principio libri de Trinitate, non solum Deus ita non est, sed nec spiritualis, nec corporalis creatura, *nulla enim omnino res est, quæ seipsam gignat vt sit.* Licet enim sit de numero omnium distributorum sub hoc nomine ens largius accepto ad Deum, & creaturam, & adhuc largissime accepto ad ens verum, & diminutum, non tamen est de numero omnium distributorum sub hoc nomine ens large accepto ad substantiam, & accidens, quod est ens creatum, & ita factum, & ita non est de numero factorum. Esse enim de numero factorum idem est quod esse vnũ ex factis. to. 9. tr. 1 ad med.

31. Si secundo modo, sic dico, quòd solummodo vera est, & non alio modo, & hoc distributione quæ appellatur distributio accomoda, vt sic intelligatur, quòd omnia facta sunt ab ipso, sic quod nihil sit factum, quod non sit factum ab ipso, iuxta illud quod dicitur de filio, quod sumptum est in argumento. *Omnia per ipsum facta sunt.* Et ad dandum intellectum quomodo hoc esset verum, subditur. *Et sine ipso factum est nihil.* Et sic non intelligitur tali propositione, quod simpliciter omnia facta sunt ab ipso vel per ipsum, sed solummodo, quòd quæcunque facta sunt, ab ipso, vel per ipsum facta sunt. Et ideo per tale dictum non intelligitur, quòd ipse a quo, vel per quem facta sunt omnia, intelligatur factus, aut comprehensus sub tali distributione, neque etiam entia diminuta, quæ sunt defectus, & priuationes incidentes in opere creaturæ, dicente Augustino secundum prædicta. *Sane fratres quod sequitur. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, videte ne sic cogitetis, quòd nihil, aliquid est. Solent enim multi male intelligentes, sine ipso factum est nihil, putare aliquid esse nihil. Peccatum quidem non per ipsum est factum, & manifestum est, quòd peccatum nihil est, & nihil fiunt homines cum peccant. Et idolum non per verbum factum est, habet quidem formam humanam quandam, sed ipse homo per verbum factus est, forma hominis in idolo non per verbum facta est. Scriptum est enim. Scimus quod idolum nihil est, ergo non factum per verbum. Sed quæcunque facta sunt naturaliter quæcunque sunt in creaturis omnino.* Vnde nec sub illa distributione. *Omnia per ipsum facta sunt,* cadunt omnia factibilia, sicut nec sub illa distributione. *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Ioannis primo, etiam si diceret absolute illuminat omnem hominem, quia nihil illuminatur, quod non ipse illu-

Margin notes (right column): Io. c. 14 A. 3. — to. 9. tr. 1 Io. cap. 1. A. 1. — 1. cor. 8. A. 4. — Io. cap. 1. A. 3. — A. 9.

illuminet, multi tamen sunt venientes in hunc mundum, qui ab ipso non illuminantur. Sicut cum in ciuitate est vnicus magister, qui docet pueros, dicitur de illo, quòd docet omnes pueros ciuitatis, quia non est alius qui doceat. Vnde quia, vt dictum est, ex natura distributionis, & distributi illa est simpliciter falsa, *omnia per ipsum facta sunt*, c.1.h.3. h.9.
& illa, *illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, quia illa distributione non solum comprehenditur Deus, sed etiam omnis naturalis creatura, siue facta, siue nondum facta, sed factibilis, & omne ens diminutum. Ista autem non solum comprehendit hominem venientem in hunc mundum illuminatum, sed etiam non illuminatum. Et sic licet Deus non sit de numero omnium factorum, est tamen de numero omnium cadentium sub distributione huius signi *omnis*, cadentis vt super distributum, super ens largius vel largissime acceptum. Non dico numero vniuoco, sicut quælibet species est de numero eorum quæ sunt sub genere, aut indiuiduum quodlibet de numero omnium quæ sunt sub eadem specie. Ex quibus patet quale officium distributionis habeant in diuinis signa distributiua *totus* & *omnis*. Nec oportet super hoc facere specialem quæstionem, vtrum scilicet in diuinis possit esse distribuibile per signum distributiuum.

32. Ad cuius intellectum clariorem, ex præmissis aduertenda est vna distinctio generalis de tali distribuibili in partes, vel in quasi partes, videlicet, quòd est quoddam totum integrale, quoddam verò vniuersale. Et integrale sumitur dupliciter strictè, quod non est nisi in creaturis habentibus partes absolute differentes, & large, quod non est in diuinis, nisi in personis singulis habentibus, quasi partes quibus instituuntur, absolutum quod est essentia, & relationem, quæ est proprietates, & vtroque modo est distribuibile signo vniuersali totius integri, & potest fieri exceptio ab ipso secundum modum præexpositum.

n.23. 33. Totum vniuersale etiam dupliciter est, scilicet impropriè & propriè. Impropriè, vt est deitas, vel cæterorum quodcunque substantiale, aut denominatum ab illo nominaliter, puta a deitate Deus, a bonitate bonus, & sic de cæteris. Cui quidem vniuersali non potest addi signum distributiuũ vniuersalis in diuinis, dicendo omnis Deus,
n.5. vel omnis æternus, vt dictum est, & hoc ea ratione, qua tres personæ non possunt dici plures æterni, vel plures dij, & etiam quia nihil significatum nomine, nisi verbaliter sit significatum, aut participialiter, ac a verbo deriuatum, potest dici pluraliter, secundum superius tacta. Vnde huic nomini persona, quia significat commune secundæ intentionis, bene potest addi signum distributiuum totius vniuersalis, dicendo in diuinis, omnis persona, & potest fieri exceptio ab ipso dicẽdo, nulla persona generat præter patrem, omnis persona spirat præter Spiritum Sanctum.

34 Vniuersale autem proprie est aliquid dupliciter, scilicet strictè, & large. Large, immo largissime, est in diuinis vniuersale, ens dictum ab essentia, & vniuersaliter omne in diuinis verbaliter aut participialiter significatum, conueniens pluribus personis. n.16.
Et possunt distribui signo vniuersali, dicendo, omne ens diuinum, omnis creator, omnis intelligens, omnis volens. Et potest etiã a tali vniuersali fieri exceptio secundum modum supra signatum. Et est in sic vniuersali multo verior & perfectior vniuocatio eorũ quæ quasi partes subiectiuas continet, quam sit indiuiduorum in creaturis sub eadem specie. Latet enim in specie specialissima, & in vnitate rei, vt significata est per illam, multo maior æquiuocatio respectu eius quod sic est vniuersale in Deo, & vnitatis rei significatæ per illud, quam latet in genere, & in vnitate rei significatæ per illud respectu speciei specialissimæ, & rei significatæ per illam. Quia dicto modo vniuersale in Deo significat vnam rem existentem contentam in quasi pluribus, subiectam, non plurificatam. Species autem significat vnam rem a 66.q.5 n.21.
plurificatam in pluribus sub se contentis, licet absque additione diuersiore hinc inde sicut additur in diuersis speciebus contentis sub eodem genere. Propter quod æquiuocatio latet in genere, quæ non latet in specie. Quod quidem nomen ens rationem vniuersalis habet, sicut non hoc nomen Deus, quia significat per modum actus. Et ideo sicut illa quæ in diuinis significant per modum actus secundi qui est agere, vt sunt omnia participialiter significantia, sicut intelligens, volens, creans, possunt distribui pro personis quarum est agere, sic hoc participium ens significans per modum actus primi, qui est esse, potest distribuere generaliter pro omnibus, quæ sunt in diuinis, quia esse est omnium illorum. Sed inquantum fit distributio sub ente pro personis, debet exponi ens per qui est, masculine, quando vero fit distributio pro essentialibus, debet exponi per quod est, neutraliter. Et secundum hoc solum variatur distributio pro personis, & pro essentialibus in diuinis.

35. Strictè autem sumendo vniuersale duplex est, quia aut descendit in partes subiectiuas sola significatione, & sic solummodo

vni-

vniuersale in creaturis est species specialissima sub quocunque genere, aut descendit in suas partes subiectiuas determinatione, & hoc dupliciter. Quia aut determinatione rei significatæ per vocem aliquo reali absoluto, & sic solummodo vniuersale est in creaturis genus, tam generalissimum quam subalternum. Aut determinatione solius vocis significatiuis rem per ipsam rem significatam, & hoc dupliciter, aut ex ipsius vocis appositione, vt contingit cum imponitur æquiuoco, quod non est proprie vniuersale, sed quãdo est nomen appellatiuum potius est plura vniuersalia, que non vnica distributione, sed pluribus possunt distribui. Aut ipsius rei natura, cuiusmodi est omne analogum, quod licet vnica distributione pro suis contentis possit distribui ratione vniuocationis in ipso, ratione tamen æquiuocationis quam participat, & ratione illa qua illa quoquo modo secundum prius & posterius significat, quælibet illarum est distinguenda. Quale quidem vniuersale licet strictè, & propriè appellemus vniuersale respectu vniuersalis, quod est improprie, aut large in diuinis, est tamen large & in proprie vniuersale respectu vniuersalis vniuoci generis, vel speciei in creaturis. Et vniuersalitas talis vniuersalis potest esse lata, cuiusmodi est entis in creaturis ad substantiam & accidens, latior, cuiusmodi est ad Deum, & ad creaturas, & latissima, cuiusmodi est entis ad ens verum, & diminutum. Et ab omnibus istis modis vniuersalis distributi poterit fieri exceptio respectu alicuius prædicati, & cuiuscunque contentorum sub illo, vt patet inspicienti, & liquet ex supra determinatis.

n. 5. 36. Ad quartum, quæ sic se habent, quòd vno nominato alterum necesse est intelligi, vnum eorum non potest excludi ab alio, nec excipi. Dico, quòd vere a persona vna intellecta, altera nominata ab illa inclusa in propositione aliqua, non potest excipi, vel excludi respectu illius, siue subiecti, siue prędicati, respectu cuius vna persona nominata necesse est alteram intelligi.

37. Cuius ratio est, quia id quod est in vna illarum propter quod prædicatum dicitur de subiecto, etiam est in alio. Vnde quòd vna persona in subiecto & nominata, intelligatur altera, hoc non contingit nisi quia eo quo persona nominata respicit prædicatum, præcise eodem respicit illud, & altera intellecta, sicut contingit in exemplo Augustini de Patre, & Filio nominatis, & Spiritu Sancto intellecto respectu illius prædicati, vnus solus verus, sequitur, vnus Deus verus. In hoc enim nulla est differentia. Idipsum enim est in tribus personis, propter quod duæ nominatæ dicuntur vnus solus verus Deus, & ideo illis nominatis necesse est Spiritum Sanctum cointelligi, sic quòd respectu illius prędicati illis inclusis respectu prædicati, Spiritus Sanctus à consortio eorum in prædicato non potest ab illis excludi, dicendo, soli Pater, & Filius sunt vnus solus verus Deus, ita quòd non Spiritus Sanctus, neque excipi viceuersa dicendo, nullus præter Patrem, & Filium est vnus solus verus Deus, aut, quilibet præter Spiritum Sanctum est vnus solus verus Deus. Sed non est verum, quòd semper vna nominata necesse sit reliquam intelligi, puta quando persona nominata respicit subiectum aliquod quod est in eo non commune cum altera persona. Vnde quia id propter quod Pater, & Filius spirant, idipsum est et commune in ipsis, vna nominata altera intelligitur, nec potest excludi respectu talis prædicati, aut excipi. Quia tamen illud non est in Spiritu Sancto, nominatis Patre, & Filio, dicendo, Pater, & Filius spirant, non est necesse respectu talis prædicati cointelligi Spiritum Sanctum. Et ideo respectu talis prędicati bene potest Spiritus Sanctus excludi, dicendo, soli Pater, & Filius spirant, non ergo Spiritus Sanctus, dicendo quilibet pręter Spiritum Sanctum spirat, & nullus spirat, nisi Pater, & Filius.

✠

Con-

Conclusiones ex Quæstione sexta, Articuli Septuagesimi quinti.

1. *In diuinis aliquod soli vni personæ conuenit inter personas diuinas, puta filio, quod sit verbum vel imago. n. 6.*
2. *Dictiones exclusiuæ, & exceptiuæ eandem vim, & idem officium habent, & circa subiectum, & circa prædicatum, sed diuersimode. n. 8.*
3. *Omnis propositio exclusiua resoluitur in exceptiuam, & omnis exceptiua reducitur in exclusiuam. ibid.*
4. *Id quod includit exclusiua, semper supponit exceptiua ipsi respondens, & eadem propositione. n. 9.*
5. *Dictiones exclusiuæ in diuinis possunt excipere vnum ab alio in prædicato respectu subiecti, & è conuerso. n. 10.*
6. *Dictiones exceptiuæ possunt excipere vnum ab alio in prædicato respectu subiecti. ibid.*
7. *Pater in diuinis potest dici quid totum ad essentiam, & proprietatem. num. 13.*
8. *Quodlibet illorum bene à patre excipi potest respectu alicuius subiecti in propositione tanquam pars integralis à toto integrali non tamen sicut in creaturis. ibid. n. 21. 32.*
9. *Loquendo de vniuersali propriè verum est, quod in diuinis non potest esse pars vniuersalis. n. 13.*
10. *Potest tamen aliquid excipi à patre in propositione respectu subiecti, & prædicati tanquam pars subiectiua à toto vniuersali. n. 16. & 21. 33. 34.*
11. *Aliquid potest excipi à patre per signum totus tanquam absolutum à relatiuo. num. 18.*
12. *Aliquid potest excipi in diuinis per signum omne. num. 20. & sequentibus.*
13. *Aliqua potest fieri exceptio in diuinis per verbum præter, vt dicendo. Nulla persona generat præter patrem, omnis persona spirat præter Spiritum Sanctum. num. 33.*
14. *Ab omnibus modis vniuersalis distributi potest fieri exceptio respectu alicuius prædicati, & cuiuscunque contentorum sub illo. n. 35.*
15. *Persona vna intellecta altera nominata ab illa inclusa in propositione aliqua non potest excipi, vel excludi respectu illius, siue subiecti, siue prædicati, cuius vna persona nominata necesse est alteram intelligi. n. 36. 37.*
16. *Non tamen est verum, quod semper vna persona nominata necesse sit reliquam intelligi. n. 37.*

Laus Deo, & B. Mariæ V.

FINIS

SVMMAE Quæſtionum Ordinariarum Magiſtri HENRICI à Gandauo, Theologi, ac Doctoris recepto præconio Solemnis, Socij Sorbonici, Archidiaconi Tornacenſis, Ordinis Seruorum B.M.V. denuo Impreſſę Ferrarię per Franciſcum Succium Impreſſorem Cameralem, Locupletiſſimis Indicibus auctę, numeris, adnotationibus, ac diſtinctionibus illuſtratæ, Concluſionibus poſt quamlibet Quæſtionem excerptis exornatę, à multis erroribus expurgatę, ac ferè ad nouam formam redactæ, Opera, ſtudio, & labore A. R. P. M. Hieronymi Scarparij Ferrarienſis, publici Sac. Theol. Profeſſoris, ac in Prouincia Romandiolæ Ord. Seru. Diffinitoris Generalis; Iuſſu primùm, atque licentia Reuerendiſſimi P. M. Angeli Marię Berardij de Peruſio olim Generalis, mox Reuerendiſſimi P. M. Hippolyti Bazanij de Ferraria Vicarij Generalis Apoſtolici. Anno Domini M. DC. XLIV.